UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

urn:nbn:de:hbz:466:1-14548

Visual Library


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

H V.11
6
Th. 1462a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A N
ECC

CÆS
SORA
ORATO
SS. NI

Incipiens à Fu
o

Editio No



Sum

Cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ANNALES ECCLESIASTICI

AVCTORE

CÆSARE BARONIO
SORANO EX CONGREGAT.
ORATORII S.R.E. PRESBYTERO CARD. TIT.
SS. NEREI ET ACHILLEI, ET S. APOSTOLICÆ
SEDIS BIBLIOTHECARIO.

TOMVS QVARTVS;

Incipiens à Juliano Apostata Imperatore, perducitur usque ad obitum Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

Ex legato Clm Principis Ferdin: Epi Paderb: et Monasterii. Ao 1623.

PERMISSV AVCTORIS.

Editio Nouissima ab ipsomet ante obitum aucta, & iam denuò recognita.



Collegij Societ. JESU Paderb.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus Antonij Hierati, sub signo Gryphi.

ANNO M. DC. XXIV.

Cum Gratia & Priuileg. Sac. Cæsar. Maiest. speciali ad decennium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANC
AC BEA
ET D.

CÆSAR BA
Orato

DIVIN
quite
mi, A
Tom
cessio
mis, a
Eccle

Magnum Athanasium,
mum, & Ioannem eloc
que ijs adducens quatu
minaria magna, Orbis t
gustinum; tantorum P
gelis venerandum. Præ
conspectui tuo Quartu
tens vti primogenitus a
à Iacob benedictionem
nandam inuidiam, dua
stia eademq; perennia t
dem apud te existant ta
centia tibi concilians, a
neficia, habiturus eos t
consolatores in aduers
rali onere sustinendo;
pta felicioribus succes
quidem post innumer
temporis spatio funer
tandem, lugubria vesti
num oraculum, oleu
mœroris pallium lau
tur in, pleatur; nimiru

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI ET D.N. CLEMEMTI VIII. PONTIFICI MAXIMO

CÆSAR BARONIVS CONGREGATIONIS Oratorij Presbyter sempiternam felicitatem.

DIVINO planè nutu factum esse videtur, Beatissime Pater, vt qui tempore Sixti Quinti sanctæ memoriæ Pontificis Maximi, Annales nostri in lucem prodire cœperunt, eorundem Tomus quartus, quarto tibi eiusdem in sede Pontificia successori iure debitus persoluatur; & quidem auspicijs felicissimis, afferens secum sua tractatione quatuor illos Orientalis Ecclesiæ vertices, sanctissimos Episcopos atq; Doctores, Magnum Athanasium, Basilium itidem Magnũ, Gregorium Theologum summum; & Ioannem eloquentia maximum cognomento Chrysostomũ; cumque ijs adducens quatuor Occidentalis Ecclesiæ culmina, fidei columnas, luminaria magna, Orbis miracula, Hilarium, Hieronymum, Ambrosium & Augustinum; tantorum Patrum corona cingens thronum tuum, ipsis quoq; Angelis venerandum. Præclaris igitur hisce comitibus animosior offert sese sacro conspectui tuo Quartus hic mihi genitus partus, tibi verè primogenitus, expetens vti primogenitus à te benedici, necnon quarto loco nato filio impertitam à Iacob benedictionem accipere: sed, nimirum vtilius, tua Sanctitas ad declinandam inuidiam, duas hasce benedictiones vna illa compensabit, qua cœlestia eademq; perennia tribuuntur: Hanc vt consequi merear, oro cupioque ijdem apud te existant tanti proceres intercessores: quos ista tua erga me beneficentia tibi concilians, aliisq; demerens officijs, magna ab eis exigere poteris beneficia, habiturus eos tibi iugiter assistentes in rebus difficillimis consultores, consolatores in aduersis, in aduersarios propugnatores, & adiutores in pastorali onere sustinendo; tantoque vallatus agmine beatorum, omnia benè cœpta felicioribus successibus prosequaris, vt Ecclesiæ gaudium impleatur: Quæ quidem post innumerabiles clades, postq; tot Romanorum Pontificum breui temporis spatio funera, ad electionem tuam diuinitùs inspiratam respirans tandem, lugubria vestimenta deposuit, accipiens à Domino, secundùm diuinum oracultum, oleum gaudij pro luctu, pro cinere coronam, & pro spiritu mœroris pallium laudis, ad spem quoq; maiorem erecta, vt in te quod sequitur impleatur; nimirum, deserta à sæculo ædifices, ruinas antiquas erigas, &

Genes. 27

Genes. 49

Isaia 61.

dissipatas ciuitates instaures, ipsas nempe Ecclesias ad fidem restituas iam ab impietate prostratas. Maiore verò perfunditur gaudio, cùm tantæ erigendæ molis iacta iam videat fundamenta, & optata diu surgere mœnia à terra, erigiq; super bases suas ingentes columnas, dum ad summos honores optimos quosq; prouehis. Accedit ad lætitiæ cumulum, quòd aspiciat diu extorrem restitui Ecclesiasticam disciplinam, vigilare morum censuram, reuiuiscere sui obseruantia leges, sacrosq; canones pristino nitore florescere, cohiberi improborum audaciam, postliminio reuocari exulem probitatem, sacrarumque rerum scientiam excoli vehementius.

Ingens planè se hic aperiret curriculum orationi meæ, si vellem eam per amplissimum campum virtutum tuarum laxatis quasi habenis immittere: sed illas vt contraham, facit perpetua atq; admirabilis modestia tua, qua soles laudes existimare iacula, & hostes credere laudatores. Sed quando hoc mihi nulla ratione conceditur; reliquum est, vt (secundum illud Apostoli: Siue excedimus, 2. Cor. 5. Deo: siue sobrij sumus, vobis) quoniam cogitur oratio per tuas laudes transilire iejuna, eandem concitatam semel, sinam effuso cursu prorumpere in laudes Dei, & vberes gratiarum actiones, in quibus nullam timere possit inuidiam, nec suspicionem adulationis incurrere, cùm & impellatur religione, atq; vrgeatur ex debito. Etenim quis impiè & ingratè nimis tot tantaq; Dei dona tibi pro salute omnium attributa duxerit esse obuoluenda silentio & iniqua obliuionis veluti nube obscuranda, ac non potiùs pro illis Deo optimo maximo omnium bonorum auctori immortales immensasq; gratias & agendas & habendas esse censuerit: cùm vel ab ipsis incunabulis sua prouidentia (vt vna Prophetæ sententia cuncta complectar) te circumduxerit & docuerit, & custodierit vt pupillam oculi sui: parentem illum in primis tribuens, maximum nostri sæculi decus; qui cùm sapientia polleret ac rerum scientia, duabus hisce alis te sicut aquila prouocans ad volandũ pullum suum, docuit suo ductu ima despicere, ac sublimia petere quàm celerrimo volatu: Sed citò nimis altiùs se efferens, & sese in cœlestibus abdens, ab oculis subductus est tuis: verùm reliquit tibi, quem sequereris ducem præuium, morum magistrum, virtutum viuum exemplar, Ioannem clarissimæ memoriæ germanum fratrem tuum, magnum illum S.R.E. Cardinalem quauis laude maiorem: qui prouidum agens aurigam creditæ sibi quadrigæ, quatuor fratres summa concordia moderatus, dignos Apostolicæ Sedis dignis obsequijs mancipauit: te verò præcipuè propensiore cura atq; solertiore industria, veluti præscius futurorũ ad perfectiorem imaginem probitatis excoluit, ad hoc à Deo tamdiu cœli ciuis agere permissus in terris, donec susceptum opus absolueret: Qui ex hac vita recedens, amplissimi te patrimonij reliquit hæredem, sapientiæ scilicet ipsius fidei à Deo commissæ, in te postea plenè atq; integrè transferendæ; quæ indiuidua tibi semper socia iungeretur & comes confessura tecum in eminentiorib. Ecclesiæ tribunalibus, progressura pariter ad remotiores prouincias in Romanæ Ecclesiæ honestissimis functionibus, conciliatura tibi Reges & Principes, ac cũcta deniq; dexterè confectura: qua item duce tandem tu, quasi alter Dauid, fratrum tuorum natu minimus, Maximus Pontifex exorirêre: vt meritò gratias Deo referens, illud ipse eiusdem Dauidis vsurpare possis: Tenuisti manum dexteram meam, & in Psal. 72. voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.

Cùm

Cùm igitur pro his donis à Deo tibi communi hominum bono conceſſis diuinæ bonitati ab omnibus ſint gratiæ agendæ: mihi certè id potiſſimùm incumbit ex munere, quòd in te Clemente Deus optimus maximus ſummum illum Clementem Petri Apoſtoli ſucceſſorem mihi præſtitit redtuiuum, cùm eundem quem refers nomine, præteferas exemplo, inſiſtensq; tanti præceſſoris veſtigijs, ſicut ille ad ſcribendas res geſtas Notarios ſeptem delegit, ita tua ſanctitas æquè ſciens tantam haud negligendam eſſe prouinciam (quam S. Auguſtinus expendens, magna fiducia dixit, Chriſtianæ religionis ſectandæ eſſe caput hiſtoriam) ad proſequendos cœptos Annales Pontificia munificentia opus vrgere non ceſſas. Quo quidem nomine maximas Deo Patri luminum gratias agere debeo, qui ad lucubrationum mearum lucem, tantam lucernam latentem ſub modio ſuper candelabrum conſtituit, illudq; meis chartis perobſcuris admouit, quo tanto fulgore illuſtratæ ſplendeſcerent: Ad cuius lumen elucubratum quartum hunc eorundem Annalium tomum tibi ipſi, vt Chriſti Vicario, tuis aduolutus pedibus, libens do, dono, dicoq;. Tu verò, Summe Sacerdos (quod ſacri muneris eſt) oblatum manipulum ad Deum eleua, vt conſecretur, vt ſic in eo reliqua meſſis benedicatur. Vale Beatiſsime Pater, teq; in omnibus vijs tuis Dominus feliciter antecedat.

Auguſt. de vera relig. cap. 7.

Leuit. 23.

OCTAVIO PARAVICINO
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI AMPLISSIMO

CÆSAR BARONIVS FELICITATEM.

RECTE sanè atque ordine, Cardinalis amplissime, antiquo iure sanctum est, vt cederet terræ arbor, in qua primùm emisit planta radices. Qua ratione ius aliquod tibi quæsitum esse in nostris Annalibus vendicandis æquè consentio: etenim quos modo vides in arborem excreuisse, olim extitit pusillus surculus in tuo solo plantatus, cùm apud te degerem adolescens. Verùm cùm tempus adsit, vt & tu exigas & ego reddam fructus ex arbore: ecce quartum affero Annalium tomum. In cuius ob- Leuit. 9. latione intelligas velim, vel ex hac parte nihil esse, quod queri possis, eos qui ante cusos acceperunt, tibi esse prælatos: cùm diuina lege constet, quarti anni arborum fructus esse omnium præstantissimos, dignosque solos habitos qui Deo darentur, inferrenturq; diuino conspectui: Vt hanc etiam ob causam, cùm exhibeam potiora, cunctationem hanc non ingrati animi, sed propensioris studij indicem esse sentias: cùm alioqui recorderis te puerum olim decerpsisse eorumdem tenella manu primitias, dum si. in candidum illum cupidumque discendi animum tuum res gestas sanctorum Patrum quotidianis sermonibus instillarem, quas in nostri Oratorij adiutorio mira venustate atque lepore, magna audientium voluptate ac plausu consueuisti annis pluribus recitare, admirantibus cunctis in puerili ætate simulem in dicendo maiestatem atque facundiam, iunctamque cum simplicitate prudentiam. Talibus namque tantisque primordijs tua meruit pueritia consecrari: cùm & non vnius Chironis manus, sed certatim plurium sanctissimorum virorum sedulitas, summa industria, & assidua solicitudo, longo tempore ad pulcherrimum virtutis exemplar te componere atque efformare studuerint. At cùm adoleuit ætas maiore incremento propagata virtutum: optimè acci- Genes. 39 dit, vt antequam conijcere posset in te oculos Ægyptia petulans; virgo illa castissima non habens maculam neque rugam, Dei Ecclesia te suis præuenerit optatis amplexibus, arctoque amoris nodo deuinxerit, cum sacris ordinibus obligauit; astrinxerit verò tenacius, cùm vt primum per ætatem licuit, te sibi adiunxit in sponsum spiritualium fœdere nuptiarum: cuius sacri connubij pronubum esse voluit magnum illum Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopum, S. R. E. Cardinalem dignæ memoriæ, Carolum Borromæum.

Cùm verò in ea functione tibi ipsi, & ei qui te summo initiauerat sacerdotio, cumulatè responderes, & numeris omnibus satisfaceres: quòd exiguus palæstræ locus ad experimentum virtutum visa sit vna Alexandrina Ecclesia; Sixtus Quintus sanctæ memoriæ Pontifex Maximus ad latiorem te campum perduxit, & difficiliora certamina præparauit, cum ad Heluetios Nuntium misit, cõprouincialumq; Ecclesiarum Apostolicam visitationem adiunxit. Quot autem hic mihi facta, & quanta tui cum laude, quæ à te vtroque in munere exierunt, recensenda essent, nisi scirem me epistolam scribere, & non encomium texere? Quid demum? Agentem tanquam Abraham in Montanis, operi instantem, atque laboribus insudantem, ex inopinato quæsiuit te tui cupida diu purpura, non tu illam, ornauit te, quo ipsa tuis virtutibus ornaretur, cùm religiosæ memoriæ Gregorius Papa XIV. cooptauit te in sacrum Senatum, allegens in numerum S. R. E. Cardinalium. Talem verò cùm te hoc tempore conuenant, inueniantque Annales nostri, quanta nos putas gestire lætitia? quæ etiam gratior atque iucundior efficitur memoria tristium. Etenim totius vitæ tuæ in hanc vsq; diem transactæ periodo quandam mihi imaginem repræsentas Iacob ob pacem voluntariè exulantis, atque tandem ad propria cum coniugibus & liberis magna cum gloria reuertentis, cùm te sponte ob tranquillitatem extorrem, duplicis dignitatis splendore conspicuum Deo reduce, receperimus; in quarum altera Liæ fœcunditatem, in altera Rachelis pulchritudinem contemplemur. Hæc cuncta adeò grandia Dei beneficia haud otiosè ob oculos ponere, & in mentem tibi reuocare putauimus, scriptisque nostris omnibus testata relinquere, quo scias plures magnarum rerum tibi exactores imminere, Deum in primis atque homines, addam etiam & te ipsum: etenim nemo abs te importuniùs exiget, quàm existimatio ipsa tua tecum à pueritia parta, in diesque incrementis maioribus aucta, cui non satis sit præstare communia, cum singularia quædam atque adeò mirifica postulet; licet de exactione secura, non quærat de fide tua dubitans fideiussorem. Cæterùm quod mearum partium reliquum est, rem paucis absoluam, quòd non verbis, sed rebus mihi tecum transigendum sit. Age iure tuo, vtque tua vendica tibi mea cuncta: nihil enim iustius contingere poterit, quàm si quæ Cæsaris labore parantur; debeantur Octauio augustiora conanti. Vale.

SIXTVS

SIXTVS PAPA. V.

DILECTO FILIO CÆSARI BARONIO SORANO PRESBYTERO CONGREgationis Oratorij nuncupatæ.

DILECTE Fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cùm dilectus filius noster Antonius tt. SS. Ioannis & Pauli presbyter Cardinalis Caraffa nuncupatus Bibliothecarius Apostolicus nobis retulerit, à te primum Annalium Ecclesiasticorum volumen editum, aliaque propediem edenda esse, opus nõ minus doctè quàm fideliter à te scriptum, & ad totius antiquitatis Ecclesiasticæ notitiam comparandam valdè vtile, quibus nimirum non tantùm res gestæ exactè per annos singulos recensentur, & quæ de his obortæ sunt controuersiæ elucidantur, sed etiam ipsi Apostolicarum traditionum fontes purissimi aperiuntur, atque hæreticorum mendacia confutantur: Nos, qui eruditorum omnium fouere solemus ingenia: cùm tum in primis industriam, & egregiam pro Catholica Ecclesia nauatam operam magnopere in Domino commendemus: Cupientes, vt ijdem à te editi, vel edendi Annales Ecclesiastici ad integram rerum veritatem custodiendam seruentur penitùs incorrupti, & quàm diligentissimè fieri potest, typis excudantur: ac demum ne à quoquam seu negligentia, seu malitia, mendis deformari, aut aliter etiam forsan titulo mutato vel forma, mutari, corrumpi, vel deprauari possint: MOTV PROPRIO & certa nostra scientia, omnibus & singulis Christi fidelibus, præsertim librorum Impressoribus, ac Bibliopolis, quouis nomine nuncupatis, tam in Vrbe, & illius districtu, ac statu & ditione temporali nobis & S. R. E. mediatè, vel immediatè subiecta, sub quingentorum ducatorum auri Cameræ Apostolicæ eo ipso applicandorum, nec non amissionis librorum atque typorum; quàm etiam per totam Italiam, & extra eam vbiuis gentium, & locorum cõstitutis, sub Excommunicationis maioris latæ sententiæ pœnis eo ipso absque alia declaratione incurrendis; Auctoritate Apostolica tenore præsentium interdicimus & inhibemus, ne per decem annos à Data præsentium computandos, primum Tomum Annalium à te editum, & alios singulos à te edendos totidem annorum spatio ab vniuscuiusque eorum editione numerando, absque tua licentia imprimere, alióve titulo, vel forma, quouis prætextu mutatos, vel alio quocunque idiomate versos edere, vel sic editos vendere, seu venales tenere audeant vel præsumant. MANDANTES vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs locorum ordinarijs, eorumque Vicarijs, seu officialibus in spiritualibus, generalibus, ac in dicto nostro statu Ecclesiastico Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs Officialibus: vt quando, & quoties per te, vel tuo nomine fuerint requisiti, præmissa cõtra inobedientes exequantur, & obseruari faciant, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibuscunque personis quomodolibet concessis & confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac si ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium litterarum exemplis etiam in ipsis voluminibus impressis eadem vbique fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris. Die XXVI. Iunij. M. D. LXXXVIII. Pontificatus nostri Anno quarto.

Tho. Thom. Gualterutius.

FRAN

FRANCISCI BENCII
E SOCIETATE IESV

AD TOMVM QVARTVM ANNALIVM ECCLESIASTICORVM R. P. CÆSARIS BARONII.

QVIS tibi iam validas, CÆSAR doctissime, vires
Suffecit, & tantis cumulat pia pectora donis,
Vt, quoties nouus annus init, nouus exeat ætas
Fructus, & in messem pariter noua gramina crescat?
Vnde tibi tam latus ager? quis temperat auras,
Et tempestiuo pluuias discriminat æstu,
Maturis ne fortè calor, neu frigora desint
Frugibus, vt primum iacto de semine terra
Spem segetis cupida arripiens sub viscera condit?
Tertius ingeny partus se fuderat anno,
Et sæclo attulerat miranti gaudia: quartum
Surgit opus, quinto affecto: dein ordine sextum
Instat: vt ex vno sint talia pensa quotannis,
Qualia non annis alius queat omnibus, vno
Non valeant anno coniunctis viribus omnes.
Mens adeò fœcunda boni, fœcundaq; mentis
Lingua effert arcana sua, mox pagina sollers
Excipit, vt nullo celebrentur fine per orbem.
Non opis humanæ hoc, CÆSAR: maiore magistro
Res agitur: Deus ipse animos vires q; secundas
Subiecit, affatu Matris: tu namq; vocare
Hanc solitus, dubiisq; tuis exposcere rebus:
A qua principium, cui desinis. Ergo age, quando
Iamdudum Annales, quos & labor annuus æquat,
Cum fructu assiduo commendat plurimus vsus:
Illam etiam supplex ora, tibi proroget ævum,
Omnia dum possis annorum euoluere sæcla.
Ipse sua labor æternum sponte propagat:
CÆSARIS Annales vt nulla oblitteret ætas,
Dum referent sese voluentia sæcla per annos.



ANNALES ECCLESIASTICI



PRAEFATIO AVCTORIS CVM IMPLORATIONE NVMINIS.

REVOCAMVR ad opus, & absque intermissione laboris, vix edito tertio Annaliũ tomo, quartum suscipimus inchoandum: rursus, inquã, ad susceptum semel onus subeundum, diuino fulti præsidio, haud tamen inuiti recusamus, attingentes iam in iisdem conscribendis Annalibus numerũ voluminum quaternarium, quo & sacra Euangelica historia cæteris eminentior diuino mysterio consecratur, consignata mitifica illa quatuor animalium visione *a*, ex qua alii, qui sacras res gestas conscripturi essent, complura quæ discerent, inuenirent. Etenim quod eadem animalia plena *b* erant oculis ante & retro, quodque *ibant & reuertebantur in similitudinem c fulguris coruscantis*, symbolicis veluti formulis instituimur (vt sensus omittamus abstrusiores) oculatam, atque in omnibus circumspectam tractationem Ecclesiasticarum rerum esse debere, pluribusque oculis cũcta perspicere, antequam conspicienda aliorum oculis exponatur, atque reciproca discussione veritatis fulgore coruscа, fulgoris instar, potẽs sit aduersarias munitiones, Agiomachorum turres penitus demoliri. At talia tantaque præstare, haud humanarum virium, sed eius solius est facultatis, qui fulgura in pluuiam fecit *d*: qui, inquam, facto olim tepente de cœlo sono *e*, dispertitas linguas tanquam ignis pluit super Apostolos; quibus ipsi armati fulminibus dilecerunt cuncta pietati obstantia munimenta, omnia consilia (quod ait Apostolus *f*) omnemque altitudinem destruentes extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, verbi Dei pluuia Ecclesiam irrigarunt. Vt autem tam grandia tamque sublimia consequamur, eminentior illa atque præcellio, eterræ cœloque miranda, Dei mater Maria virgo sanctissima nobis à Deo precibus impetret: Quę cũ *pulchra vt Luna, electa vt Sol*, *g* ab Ecclesia prædicetur, ipsiusque apud nos regnis expressa colatur, ac præ tutela & patrocinio operis in superlimina cuiusque domi pro titulo ponatur impressa: ipsa sic duplici decora sidere, vt duo illa clarissima *h*, quarto optimum illuxere die; quartum hunc nobis Annalium tomum elaborantibus, die noctuque gemina luce resplendeat; donec vespere & mane, tanquam diei vnius clausa periodo, totum hoc operis quod conamur, sit feliciter consummatum; aggredientibus iam illud nobis à vespere, nempe à tenebris Iuliani, perducentibusque ad sequentis lucis occasum, nimirum ad obitum vsque Theodosii Imperatoris.

g Cant. 6.

h Gen. 1.

a Ezech. 1.

b Apoc. 4.

c Ezech. 1.

d Psal. 134.

e Act. 2.

f 2. Cor. 10.

IESV CHRISTI
Annus 361.

LIBERII PAP. Annus 10. — IVLIANI IMP. Annus 1.

I. IVLIANVS SOLVS IMPERAT.

TRECENTESIMVM sexagesimumprimum Christi annum, Tauro & Florentio Consulibus, Fastis adscriptũ, prosequimur potius, quam auspicamur, inchoatum iam tomo superiori, productumque ad Constantii obitum & Iuliani Imperium: cuius anni res gestas, quæ reliquæ sunt, exacto ordine consectabamus. Cum igitur (vt dictum est) Constantius Imperator hoc anno, tertio Nonas Octob. extremum clausisset diem: Flauius Claudius Iulianus cognomento Apostata, Rom. Imperium, iam antea, viuente adhuc Constantio, fauore militum tyrannice occupatum, solus atque secutus obtinuit: idque in Dacia, vbi cum exercitu morabatur, operiens de Constantii exitu certos nuncios: quos cum accepisset,

a *Ammianus lib. 22.* IVLIANI ADVENTVS CONSTANTINOPOLIM.

pet Thraciam peruenit Constantinopolim: *Vbi* (inquit a Ammianus) *exceptus est tertio Iduum Decembrium, verecundia Senatus officiis, & popularium consensu plausibus: stipatusque armatorum & togatorum agminibus, velut acie ducebatur instructa: omnium oculis in eum non modo contuitu destinato, sed cum admiratione magna defixis.* Hæc & alia de eius ingressu. Constantinop. Ammianus. Et Zosimus *b: Omnes*, inquit, *cum fausta acclamatione excipiebant, suum & alumnum appellantes, velut in ea vrbe natum & educatum.* Eadem de patria Iuliani habet Mamertinus Consul in Panegyrico c. *Hæc tibi*, inquiens, *nomina nupti, sed antiquissima nobilitatis ciuitas est patria, his primùm edictus.* Sic ipse de Iuliano, quem natum diximus Cõsulibus Pacatiano & Hilariano, anno à Christo D. trigesimosecundo supra trecentesimum, Imperii Constantini vigesimoseptimo: qua ratione, cum hoc anno fuisse ætatis annorum vndetriginta, dicere opus est. Qui igitur præ impietatis scelere à Christianis omnibus luctu excipiendus erat, nulla de his in præsentiarum habita ratione, ab eisdem vt conciuis officiis frequentatur, atque cumulatur obsequiis.

b *Zosi. li. 3.*

c *Mamer. in Panegyr. dicto Iuliano.*

II. DEORVM CVLTVM IVLIANVS RESTITVERE CONATVR.

Atqui, vt vidimus, huius anni primordiis iam acclamatus Imperator, cum in Illyricum vna cum exercitu peruenisset, exuens Christianam religionem, quam in gratiã Constantii simulauerat, impietatem, qua apprime imbuctus erat, palam profiteri cepisset: nactus iam liberas habenas Imperii, nihil antiquius habuit, quam collapsum sub Constantino & eius filio Constantio deorum cultum in priorem statum reponere, ac magis ne gisque pro viribus illustrare. Id quidem cum Ethnici scriptores, tum nostri testantur. In primis enim Ammianus d hæc affert: *Quamquam*, inquit, *à rudimentis pueritiæ primis inclinatior erat erga numinum cultum, paulatimque adolescens desiderio Dei* * *flagrabat: tamen agitabat quædam ad Deum, vel ad rem pertinentia, quantum fieri poterat occultissime. Vbi vero abolitis quæ verebatur, adesse sibi liberum tempus faciendi, qua vellet, aduerrit, sui pectoris patefecit arcana, & planis absolutisque decretis aperuit templa, Arisque hostias admouere deorum statuit cultum.* Hæc Ammianus: eadem Socrates e: additque ex hoc tempore, cum aperiri iussa sunt templa & sacrificia immolati, cœptos quoque fuisse festos dies vbique tisu Gentium celebrari. Quod n. deorum, vt existimabat, beneficio, sibi secutum se affirmare soleret Imperium: vt debitas illis rependeret gratias, nihil officii, quo eosdem sibi conciliatos in omnibus redderet, voluit prætermissum: cum præsertim sic illi suum erga ipsum studium (vt ipse testatus est litteris ad Maximum scriptis, superius recitatis) si tamen haud segniter erga numina se gessisset. Quid autem post hæc pro cultu deorum restituendo statuerit, suo loco dicemus.

d *Ammia. lib 22.* * *lici.*

e *Socr. li. 3. c. 1.*

III.

Rursus vero Imperii Iuliani primordia, summa impietate famosa, à S. Gregorio Nazianzeno ex Ethnicis itidem (vt ipse ait) scriptoribus describuntur. Refert enim, ipsum ex abdicatione Christiani cultus Imperium auspicatum esse, cum scilicet sanctum Baptismum, quod olim religione Christiana initiatus susceperat, abstergere à se & abolere penitus conatus est. Hæc autem narrantur his verbis *f: Vix enim Imperij hereditatem adire cœperat, cum impietatem palam libereque profiteretur, perinde atque hoc nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset, ac ea de causa Christianis succensens, quibus nomine societate iunctus fuerat. Atque hunc quidem factorem a sua auspicatur, quem admodum narrant, qui ipsius arcanis gloriantur (proh superi, in quos seruones incurrere cogor!) impuro & nefario sanguine lauacrum extergit, initiationi nostræ execrabilem initiationem opponens: sui videlicet in cœno prouoluta (sicut est in proverbio) manusque suas profanat, vt nimirum eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo, ipsiusque passionibus & diuinitati communicamus, eluerét ac repurgaret.* hæc Gregorius de apostasia illius solemniter facta, cum sanguine victimarum putauit delere potuisse signaculum, quod Baptisma sacrum impresserat, & eodem manus illas abluere, quibus sacram Eucharistiam, ori eam admoturus acceperat: moris namque fuisse in Ecclesia olim, vt communicantes manibus sumerent à sacerdote oblatam Eucharistiam, eamque oris admouerent suo, superius pluribus dictum est. Porro quot annos Christianam religionem consectatus fuerit, & se addixerit Ethnicismo, ipsemet Iulianus in epistola ad Alexandrinos, quam suo loco describemus, docet his verbis: *Dum Iulianum*, inquit, *auscultauerit is, qui illa* (nempe quæ Christianæ religionis sunt) *triginta iam secutus fuit annos: nunc vero deorum ope, duodenarius agetur annus, hanc gradiuntur viam.* Ille hæc ipse ad eos anno vltimo sui Imperii: vt ex his appareat, iam ante decennium, ipsum à Christi ara religione defecisse; cum tamen ob metum Constantii nonnisi secreto numina coleret.

f *Gre. Naz. or. 1. in Iul.* IVLIANVS CHRISTIANITATEM ABDICAT RITV SOLEMNI.

IV.

Qui igitur Christianitatis abdicatione palam facta, & sacrorum Gentilium initiatione impius studuit apparere; & illud addidit, vt more maiorum Imperatorum, vna cũ Imperio amplissimam sacerdotii dignitatem, ipsum summum Pontificatum acciperet, non quidem (quod fecerãt qui antecesserant Christiani Imperatores) nomine tenus vt ius tantum illud contingeret omnium præstantissimũ: verum vt qui nouus progreditur sacrorum Romanorum Gentilium restitutor, vindex, & propagator, nec quid minimum passus est prætermitti veteris obseruantiæ in re præsertim tanta, quæ omnium potissima haberetur, initiatione videlicet summi Pontificatus. sed quibusnam impuris ac risu dignis ritibus petagi soleret, occinitur à Prudentio, qui cum hęc agerentur, puer ætate erat, vt ipse profitetur his verbis g:

g *Prudent. in Apoth.* SVMMO PONTIFICATV IVLIANVS INITIATVR.

Principibus tamen è cunctis non defuit vnus,
Me puero, vt memini, doctor fortissimus armis, &c.

Ritus ergo illos profanos, quibus summus Pontifex initiandus fuit Iulianus, ab eodem hũc in modum graphice describitur, in ignominiam perfidi desertoris, se tauri sanguine ad abstergendum Christi signum proluentis, hic prodimus h:

h *Prudent. Peristeph. in Ro. hym. 10.*

Summus sacerdos nempe sub terram scrobe
Alta in profundum consecrandus mergitur
Mire insulatus, fasta vittis tempora
Nexus, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino sericam fultus togam.
Tabulis superne strata texunt pulpita
Rimosa rari pegmatis compagibus,
Scindunt subinde, vel terebrant aream,
Crebroq; lignum perforant acumine,
Pateat minutis vt frequens hiatibus.
Huc taurus ingens fronte torua & bissida,
Sertis reuinctus, aut per armos flexilis,
Aut impolitus cornibus, deducitur:
Nec non & auro frons coruscat hostiæ,
Setaq; fulgor bracteatis inficit.
Hic vt statuta est immolanda bellua,
Pectus sacrato diuidunt venabulo:
Eructat amplum vultus vndam sanguinis
Feruentis, imq; texta pontis subdidit
Fundit vaporum fumen, & late æstuat.
Tum perfluentes mille rimarum viæ
Illapsu imbrem taludum rorem pluit
Defossu intus, quem sacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe subiectans caput,
Et veste & omni putrefactus corpore.
Quin os supinat, obuias effert genas,
Supponit aures, labra, nares obijcit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus,
Nec iam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Postquam cadauer sanguine egesto rigens
Campagè ab illa Flamines retraxerint,
Procedit inde Pontifex visu horridus,
Ostentat vdum verticem, barbam grauem,
Vittas madentes, atq; amictos ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagijs
Tabo recentis sordidum piaculi
Omnes salutant, atq; adorant eminus,
Vtlio quod illum sanguis & bos mortuus
Fœdu latentem sub cauernis leuerint.

IVLIANVS TVRPIS SACRIFICVS.

hactenus Prudentius de initiatione summi Pontificis, quam hisce versibus deridendam proposuit. Quonam

pacto,

pacto, quæso, hæc adeo cultui necessaria prætermisisse potuit Iulianus, qui & quæ longe abhorreret ab Imperatoria dignitate, religionis tamen intuitu summa præstare soleret obseruantia? vt inter cætera de eo Greg. Nazian. a summum detidens Sacerdotem, sic narrat: *Iam sufflationes & resufflationes, quas eximius ille vir, doctrinaq; nostra fuggillator vetulis mulierculis per contentionem ostentabat, altaris ignem accendens, quo tandem orationis loco ponemus? Quam vero praclarum, Imperatoris Romani maxillas indecore extractas cernere risumque multum non extraneis tantum, sed iis etiam, quibus eam rem gratam fore putabat, excitantes? &c.* Hęc Gregor. exempli causa hic recitata ad insinuandam Iuliani in adsciscendo sibi summum Pontificatum exactam obseruantiam.

a *Greg. Naz. in. 2. in Iul.*

V: Cæterum quamuis summum Sacerdotium Gentilicię superstitionis consecutus; tamen quod omnium esset superstitiosissimus, voluit pariter Eleusiniorum sacrorum Pontifex creari. quod ipsi à prædecessore Antistite fuisse prænunciatum, docet Eunapius his verbis: *b Palamq, testatu est, illum à sua morte Antistitem fore, tametsi nefas esset Antistitis solum conscendere, quisquis alienigenis diis deuotus fuerat, & initiatus, iisque sacrosancte iurarat inservire: aiebat tamen Præsidem sacrorum futurum, quamuis Athenarum indigena non esset.* hæc Eunapius de Iuliano in Maximo.

b *Eun. vit Philos.*

VI. Quod autem creatus ipse iam antea esset culturæ deorum Pontifex maximus, minores Pontifices creat, quos in diuersas prouincias mittat, ac primum omnium ex illis vnum in Græciam amandauit. id quidem Eunapius Sardianus testatur his verbis: *Post destructam Constantij tyrannidem, dimisit Iulianus Antistitem in Graciam: qui pro Deo illis illuxit, & quæ vellet, pro arbitrio imperyt, addidit regalia dona cum comitatu pro tuendis Gracie templis sacriq;.* hæc ipse: subditq; creasse in Lydia primarium Pontificem Chrysanthium philosophum Ethnicum magiæ peritissimum, qui vna cũ Maximo ab eo vocatus, prohibentibus auspiciis, versate renuit. de quibus hæc idem auctor refert: *Mox vt liberum Imperium nactus est, literis enocauit Maximum, & Chrysanthium, in eandem sententiam conscriptis.* erat hic ille Maximus philosophus atq; magus, quo (vt superioti Annal. tomo dictũ est) vsus in philosophicis facultatibus præceptore, impietate pariter ab eodem imbutus erat; eo enim quem magis coleret & obseruaret, habuit neminem. Accersiuit etiam Iulianus & Priscum philosophum. meminit de his idem Eunapius, cum ait inferius: *Ambo seorsum accersiti fuerant, Priscus è Graciæ, & Chrysanthius Lydiæ Sardibus. Ita namq, pendebat à Maximi consuetudine diuinus Iulianus, vt ad vtrumq, ceu necessarium & amicum scriberet, obsecrans suppliciter perinde ac deos, vt ad se venirent.* hæc ipse. Porro quoniam aduentus Maximi contigit anni sequentis exordio, de eo suo loco agendum erit.

IVLIANVS CREAT PONTIFICES, ACCERSIT MAGOS.

VII. Rursus vero, quod spectat ad reliquas à Iuliano res gestas, hoc anno: vt primum post Constantii obitum accepit Imperiũ, ad Hermogenem Præfectũ Ægypti sic scripsit *c*:

c *Iulian. ad Hermog. ep. 25.*

Permitte mihi iuxta Poetas dicere: O nec prater spem sernatum! ô nuncium prater expectationem allatum, quod euasserim! Non mehercle hydram multorum capitum fratrem meum Constantium (fuit is qualis fuit) sed belluas vsus comites, qua oculis vnumquemque petebant, queq, illum reddebant atrociorem, quo per se non admodum clemens erat lucri multis esse videretur. Verum illi, quandoquidem à vita iam excesit terra (vt aiunt) sit leuis. Istos autem iniuste pati quicquam nolim, scit Iuppiter: Sed quia accusatores nacti sunt multos, in Curiam aduola, videre enim te mediusfidius cupio. & nunc, cum te saluum esse libentissime audierim, venire te iubeo.

IVLIANI AD HERMOGENAM EPISTOLA.

Hactenus ad Hermogenem Præfectum Iulianus; ex quibus plane detegitur, infensissimo animo ipsum fuisse tum in Constantium, tum item aduersus Constantii aulicos & magistratus; de quibus idem in Antiochenos *d*: *Vtinam vobis soli ex omnibus Romanis dent dij multos Constantios, vel potius amicorum eius rapinas experiri.* qua ratione factum est, vt qui ob impietatẽ alias exectãdus videri potuisset, idem Iulianus hac ex parte etiam Christianis optatissimus videretur. Vnde Mamertinus in gratiarum actione de suo Consulatu hæc habet: *Exhausta prouincia non minus exitialibus, quã pudendis Præsidentium rapinis, vltro opem Imperatoris exposcerent.*

d *Iulian. in Misopog.*

VIII. Magnã plane Dei prouidentia factum est, vt tale monstrum prodierit Imperator in vltionem Constantii magistratuum atque domesticorum, qui in gratiam eiusdem Imperatoris fauentes Arianæ hæresi, magnis molestiis Catholicos affecissent; vt inter alios Taurus anni huius Consul ordinarius, qui impietate Consulatum promeruit, dum vocatos ex vniuerso orbe Occidentali Catholicæ Ecclesiæ Episcopos ad Ariminense Concilium, tyrannice detentos afflixit. Quid autem tum hic, tum collega Florentius, quid in primis Palladius Magister officiorũ, & Euagrius Comes, quorum mentio est apud Athanas. quid Eusebius ille eunuchus Præfectus cubiculi, quorum omnium cladium, quæ ab Arianis in Catholicos illatæ sunt, auctor extitit, vel fautor accessit, quidve alii passi sint, Ammianus e accurate recenset: ac primum de horrifico tribunali ad hoc Chalcedone constituto, his verbis:

IVLIANVS IVDICIO SVBIICIT MAGISTRATVS CONSTANTII.

e *Ammian. lib. 22.*

IX. *Breui deinde Secundo Sallustio Promoto Præfecto Prætorio summam quæstionum agitandarum, vt fido, commisit, Mamertino & Arbitione & Agilone atq; Neuicta adiunctis, itidemque Iouino Magistro equitum per Illyricum recens Præfecto. Qui omnes transgressi Chalcedona, præcentibus Iouinianorum, Herculianorumque Principibus, & Tribunis, causas vehementius aquo bonaque spectaturi sunt, prater paucas, in quibus veritas reos nocentissimos offerebat. Et Palladium primum ex Magistro officiorum in Britannos exterminarunt, suspicione tenus insimulatum quadam in Gallum coniurasse apud Constantium, dum sub eodem Cæsare officiorum esset Magister. Deinde Taurum ex Præfecto Prætorio in exilium egere Vercellum: cuius factum apud Iudices iustorum & iniustorum distinctiones videri potuit vini plenum: quid enim deliquit, si ortum turbinem veritas ad tutelam Principis sui confugit? Et Acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri & Florentij, inducto sub præconibus Tauro.* & paulo post: *Iniquitate simili Florentius tunc Magister officiorum Nigriani filius contrusus est in insulam Dalmatiam, Boas alter enim Florentius ex Præfecto Prætorio Consul etiam tum, rerum mutatione territus subita, cum coniuge periculis exemptus diu delituit, nec redire ante mortem potuit: capitis crimine tamen damnatus est absens. Pari sorte Euagrius Comes rei priuatæ, & Saturninus ex cura Palatij, & Cyrinus ex Notario, portati sunt in exilium.* subdit de morte damnatis, nempe Vrsulo Comite largitionum, Apodemio Agente in rebus, & Paulo cognomento Catena, viuis combustis; ac demum de Arianorum patrono Eusebio Præfecto cubiculi hæc habet:

X. EVSEBII PRÆFECTI CVBICVLIS SVPPLICIVM, ET ALIORVM ARIANORVM.

Eusebium super his, cui erat Constantiani thalami cura cõmissa, alte spirantem addixere & dirum pœnæ lethali: quem ab ima sorte ad vsque vrbendum Imperatori pene elatum; ideoque intolerabilem humanarum rerum spectatrix Adrastia, auream (quod dicitur) vellens, monensque vt castigatius viueret, reluctantem præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelsa. hunc tandem finem fortitus est impius erga Deum, & aduersus sanctos Episcopos cõtumeliosus, cuius in Catholicos, Catholicamque fidem patrata scelera tertius Annal. tomus continet. Subdit deinde Ammianus: *Comperfus post hæc Princeps ad Palatinos homines omnino, qui sunt, quique esse possunt, non vt Philosophus veritatis indagãda professor laudarin, poterat, si saltem moderatos quosdam, licet paucos, retinuisset, morumq, probitate compertos. Namq, fatendum est, pleraq, eorum partem vitiorum omnium seminariis effusius aluisse; ita vt Remp. inficerent cupiditatibus prauis, plusque exemplis, quam peccandi licentia lederent multos. Passim ex his quidam templorum spoliis, & lucris ex omni odorantes occasione, &c.* plura subdit de corruptis horum omniũ occasione moribus sub Constantio. hæcq; hoc anno ante sequentes Kal. Ianuar. à Iuliano gesta refert, quo aulici omnes Constantii ab eodem vel capite male mulctarii iussi, vel eiecti fuerũt: in quos audiuim⁹ atq; retulimus superiori tomo querelas sanctorum Episcoporum, potissimũ vero Athanasii in eunuchos maxime Palatinos; quibusne quis suffragator accederet, sancita lege eundẽ Iulianum vetuisse, idem auctor affirmat. Eadẽ de nece Eusebii, & pulsis eunuchis Socrates tradit, f additq;: *Lege sanciuit, vt illis, quibus ab eunuchis facta fuisset iniuria, facultates iniquæ abreptæ redderentur, & ea potissimum, quæ ipsem ex deorum fanis expilatis sibi vendicassent.*

f *Socr. lib. 3. c. 1.*

XI. His quidem rebus gestis, Iulianus animos omniũ, etiam Christianorum, sibi deuinxit; quos auaritia & sæuitia magistratuum à Constantio abalienauerãt: atq; alia plerasque

IVLIANI MVNIFICENTIA

ERGA PROVINCIAS.

taque addidit, quibus plurimum conciliauit sibi gratiam subditarum prouinciarum (quod Mamertinus publica oratione laudauit) nimirum cū ciuitates tributis exhaustas, ac pene desertas, mœnibusque obtritas, sua liberalitate erexit, in pristinumq; splendorem restituendas curauit, ex ærario collata pecunia. Vnde Mamertinus in Panegyrico: *Illud vero cuius mirandi est, memoriam vllam in tanto rerum paratu fensisse dispendium? in omnia pecuniam ab Imperatore deprompsi, & quoddam versa vice prouinciis pensi tributum? illinc ad vniuersos fluere diuitias, quo primum vultis, conflluebant? vt in maxima quæstione sit, à quo accipias, Imperator, qui sic omnib. largiris. Sed qui vicatua instituta rationem q; cognouerit, facile fontem copiæ huius inueniet. Maximum tibi præbet parsimonia tua. Angustæ, vectigal: quicquid enim alij in prodigas cupiditates prodigebant, id omne nunc in vsus publicos refertur.* hæc & alia Mamert. pluribus recēsens immoderatos luxus Constantii & ministrorum eius, quibus adeo exhauriebantur collata tributa, vt noua essent iugiter inferenda. In eandem quoque sententiam, quid hoc item anno cum tonsore Constantii actum sit, Ammianus narrat a his verbis:

a Ammian. lib. 22.

XII. IVLIANVS CIVILES EXPENSAS RESECAT.

Euenerat ipsidem diebus, vt ad sumendum Imperatoris capillum tonsor venire præceptus introieret, quidem ambitiose vestitus. Quo viso, Iulianus obstupuit: Ego, inquit, non Rationalem inss, sed tonsorem acciri. Interrogatus autem ille, quid haberet ex arte compendij: vicenas diurnas respondit, annonas totidem q; pabula iumentorum, qua vulgo dicitant capita, & annuum compendium grauis absque fructuosis pertinuit & multis. Vnde motus, omnes huiusmodi, eum cocis, fico labuno, alijs, eadem accipere pene confuetos, vt parum sibi necessarios, data, quo velint eundi potestate, proiecit. hæc Ammianus: quæ quidem, & alia id genus plura, vt Philosophus, ostentabat; eaque plurimum valuerunt, vt qui ob impietatem videri posset intolerabilis, etiam diligeretur à multis. Nam & Romanæ vrbi hoc anno summa penuria periclitanti, licet longe absens, mira celeritate subuenit. Rem summa laude dignam Mamertinus sic narrat: *Quemlibet alium à subueniendi conatibus grauissima fames, tristissimum Reip. periculum deterruisset: Sed stipendijs prouinciarum, & patrimonij sui fructibus vndique comportatis, vsque ad opulentiam abundantiamque exurientem cum Vrbem referre. Ducet aliquis: Quomodo tam multa, tam bono tempore, & recte? Sed, Imperator noster addit ad tempus, quod otio suo detrahat: Nihil somno, nihil epulis, nihil otio tribuit: ipse fe naturalium necessitatum, rerum vsurpatione defraudat, totus commodis publicis vacat.* hic ipse

XIII. EPISCOPI EXULES RELAXARI IVSSI.

Sed & magnam inde sibi laudem comparauit apud optimos quosque, quod exilem dia pacem Catholicæ Ecclesiæ restituit ab acerbissima fere tot annis per Arianos persecutione fugatam: nam quicunque fuerant à Constantio Episcopi exilio condemnati; eosdem, abolitis per Iulianum dampationis illorum tabulis, ad suas Ecclesias postliminio redire permisit. hæc enim de his S. Hieron. testatur, cum ait b: *Perlitabatur nauicula Apostolorum, vrgebant venti, fluctibus latera tundebantur, nihil tam sperabat spei. Dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur, tranquillitas redit. Manifestius dicam: omnes Episcopi, qui de proprijs sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam nouæ Principis ad Ecclesias redeunt. Tunc triumphatorem suum Athanasium Aegyptus excepit.* Cæterum quando hi, qui hoc anno sunt ab exilio relaxati, proprias ecclesias ingressi fuerint, infra ius dicturi sumus. Eadem de Episcoporum exulum restitutione habent Socrates c, Sozomenus d, atque Theodoretus e.

b Hier. aduer. Lucif. circa.

c Socr. li. 3. c. 4. d Soz. l. 5. c. 2. e Theod. li. 3. c. 4.

XIV. ZENONEM LIBERAT IVLIAN. Epist. ep. 45.

At non Episcopi tantum, sed & alii religionis causa exules iussi sunt relaxari: nam inter alios Zenonem illustrem medicum, qui factione Georgii Ariani Episcopi Alexandrini solum vertēcat (erat hic Alexandrinus) datis ad eum litteris, Iulianus in patriā reuocauit; sunt n. huiusmodi f: *Cum multa alia res testificantur te ad summum medicæ artis gradum peruenisse, eique parem morum ac vitæ temperantiam adiunxisse. tum vero hoc tempore maximum omnium testimonium accessit, quod Alexandriam absens vniuersam in te conuertis: tantum tuo discessu aculeum tanquam apis reliquisti: nec sane immerito. præclare enim Homerus:*

Vir medicus par est multorum millibus vnus.

Tu vero non tantum medicus es, verum etiam magister omnibus qui circa artis studio ducuntur: vt propemodum quod medici sunt populo, hoc ipse sis medicis. Hæc autem causa te liberat exilio, & quidem magnifice. Nam si propter Georgianam factionem Alexandria excessisti, non iure excessisti: iustissime autem reuerti potes. Redi igitur cultu honore & dignitate pristina: nobis vero gratia sit apud vtrumq;, & quia Zenonem Alexandrinis, & quia Zenoni Alexandriam restituimus. hæc Iulianus. Cæterum quod Georgium Episc. Arianum Alexandriæ non solum constat exagitasse Catholicos, sed etiam Gentiles, vt superius est demonstratum Annal. tom. 3. fuerit ne hic Zeno Christianus an Ethnicus, vel ille, cuius meminit Suidas, idem Alexandrinus patria, qui & Iudaicæ genti suæ nuncium publice remisit; vel quem genere Cyprium, & arte medicum hoc tempore vixisse tradit Eunapius, haud affirmari posse videtur.

f Iulian. ep. 45.

XV. IVLIANVS REVOCAT ETIAM HÆRETICOS EXVLES.

Verum quod ab eodem Iuliano diximus restitutos esse Catholicos: id quidē ille haud Catholicæ veritatis amore fecisse videtur, sed in odium Constantii & regiorum, quorum auctoritate Catholici vexati fuerant, ministrorum etenim nulla habita ratione exulum Episcoporum, quinam veræ fide præstarent, quive hæretici essent, sed Arianis haud in omnibus assentientes, atque ob eam causam proscripti, ex æquo omnes iussit exilio relaxari. Ita enim impium Aetium hæresiarcham eadem pœna iure damnatum, magno honore, datis ad eum litteris, non solum liberauit, sed & in Regiam accersiuit. litteræ autem sunt huiusmodi:

Iulianus Aetio Episcopo.

XVI.

Cæteris omnibus, qui à Constantio vita defuncto cœlti patria fuerant propter amentiam Galilæorum, exulum condonauimus. Te autem non solum ea pœna libero, verum etiam memor pristinæ cognitionis atq; amicitiæ nostræ hortor, vt ad nos venias. Vteris autem vehiculo publico vsque ad nostram cohortem, & vno parhippo. sic ad Aetiū Iulianus, qui homine impio & ad mala omnia egregie comparato noluit caruisse. Hæc eadem Sozomen g quidē de illis, quæ ab eodem cōcessa sunt Nouatianis, hisce meminit verbis: *Addit hic, inquit. Eleusium Episcopum Cyzici eius simili de causa in mandatis dedit grauissima multa ea proscripta, vt suis sumptibus, intra biennium fabricam, ecclesiam Nouatianorum, quam imperante Constantio diruerat, denuo ædificaret.* hæc Iulianus, officiis demeteri studens sectarum omnium Christianos, impendens illis, quæ poscerent, beneficia. Porro ædificatæ Nouatianorum ecclesiæ nomen esse inditum, *Anastasia*, quasi quæ excitetur, resurrexisset, alibi idem affirmat h. Cæterum quantumlibet isti extra Catholicæ fidei septa agerent, tamen quod in his, quæ spectant ad filii Dei diuinitatem in Nicæno Concilio cōfirmatam, iidem ea ipsa sentirent, atque Catholici, vt dictum est, Arianos infestos habuere, cuius rei causa ab Eleusio Nicænæ fidei aduersario passi sub Constantio fuerant suæ ipsorum iacturam ecclesiæ.

g Soz. lib. 5. c. 5. in fin.

NOVATIANORVM ECCLESIA REPARATVR.

h Soz. lib. 4. c. 18.

Rursum vero, vt hoc ipso Imperii exordio omnes conciliaret sibi fideles, publica edicta sanctione, non tantum qui fuerant in exilium pulsi, vt diximus reuocauit: *Sed* (inquit Sozomen) *proscriptis lege sua bona restituit: quinetiam populo præcepit, ne quis quemquam Christianorum vel iniuria afficeret, vel contumelia, neve ad templa colendum eos minus traheret. Qui autem eorum sua sponte ad aras forte accederent; vt his primum dæmones, quos Gentiles Deos colunt, id est, depulsores malorum, vocant, placarent, iussit, & expiationibus, quibus ipsi vti solent, purgarentur.* Ithæc primum ipso in Imperium ingressu statuit Iulianus, veritus (vt creditur) cum illis aperto Marte pugnare, quos sciret multitudine implesse Romanum Imperium.

XVII.

i Soz. l. 5. c. 5

Insuper, vt hæc ex parte etiam videretur præstare Cōstantio, & Christiani gauderēt se in eo inuenisse, quod in illo frustra desiderarant, gessit se inter Christianæ religionis Episcopos cōciliatorem, pacisq; sequestrem: quos tamen, cum vt in vnam eandemq; sententiam conuenirēt, frustra tentasset; suo ipsorum omnes, vt quæ vellent, sentirent, reliquit arbitrio. testatur hoc Ammian. cum ait k: *Vtq; dissidiorum roboraret effectum, dissidentes Christianorum Antistites cum plebe discissa in Palæstina mox missos monebat, vt cunctis discordiis consopitis, quisque nullo vetante religionem suæ seruiret intrepidus. Quod agebat adeo obstinate, vt dissensiones augeret licentia, non timeret vna minantem* posita plebem, nullas infestas homi-

XVIII. IVLIANVS LABORAT PRO PACE ECCLESIÆ.

k Amm. l. 22.

* vnanimorem.

nibus bestiæ, vt sunt sibi fer alibus pleriſque Chriſtianorum expertus: ſæpeque dicitabat: Audite me, quem Alemannis auderunt & Franci. hæc Ammianus de Iuliano, inde captante occaſionem Chriſtianis detrahendi, quod adeo pugnaciter inter ſe altercarentur: in quos etiam illud exprobrare non deſinebat, quod quæ erant ad cultum deorum ſpectantia, diſſipaſſent: Vnde ad Artabium, hæc his temporibus ſcripſiſſe repertur a:

Ego, per deos, neque interfici Galilæos, neque [illegible] *odi præter ius & æquum, neque moleſtia quicquam perpeti volo ſed tamen vt pios & ſanctos viros præferendos eſſe, vel maxime cenſeo. Etenim Galilæorũ amentia propemodum omnia afflixit & perdidit, cum deorum beneuolentia omnes ſalui ſimus. Quare tum deos colere, tum pios & viros & populos honorare debemus.* ita Iulianus, eiuſmodi ad cõſtruendam impietatem iaciens fundamenta, reddens nimirum Chriſtianos Galilæorum nomine contemptibiles & expilatione iam facta templorum exoſos: Gentiles vero, dum eos pios ac ſanctos nominat, & dignos honore prædicat, ſic proſolet imitandos; exiſtimans fore Imper. ſententiam ad idololatriam capeſſendam illecebrã. Quæ inſuper præſtiterit officia, vt deorum cultum iam collapſum in integrum reſtitueret. Sozom. b tradit his verbis: *Vbi ſolus eſt Imperio potitus, in Oriente Gentilium delubra aperire, quæ eorum neglecta corruerant, reficere; qua autem deturbata fuerant, denuo ædificare, quinetiam aras erigere mãdauit: atque ad has res perficiendas multa tributa excogitauit. Vetera præterea & patria ciuitatum inſtituta, atque ſacrificia renouare, ipſeque palam in loco publico idolis immolare, offerre illis libamenta, & eos, qui harum rerum ſtudioſi erant, magno in honore habere cœpit. Horum autem ſacrorum profeſſoribus, ſacerdotibus, interpretibus, & ſtatuarum cultoribus priſtinos honorum gradus reddere, rata facere ea, quæ veteres Imperatores de his ſanciuerant; decernere illis immunitatem miniſteriorum, & rerum quoque aliarum ſicut ante habuerant frumenti congiaria. Adituris ablata reſtituere: iubere, vt à profanis eſculentis ſe puros conſeruent, & abſtineant ab illis, quatenus conuenit iis, qui ad prædicta myſteria iure ſuo (vt Gentiles loquuntur) accedere poſſunt.* at hæc cœpta hoc anno maioribus indies acceſſionibus aucta fuere. Quibus præterea artibus ſenſim in Chriſtianam religionem inſurrexerit, dicemus opportunis ſuis locis ordine temporum definitis.

Satis nam, ſibi viſum, his Imperii adepti primordiis, magiſtratibus à Conſtantio prouinciis Imperii Ro. præfectis, & aliis publicis adſcriptis muneribus abrogatis, alios ex animi ſui ſententia in locum ipſorum ſubrogaſſe, qui, quod ſcirent gratum ſibi eſſe, perficerent. Quibus in hũc modum ad ſecuriſtatem Imperii ſtabilitis, omnia verſare conſilia, meditari vias, excogitare modos, adhibere conatus, & iungere ſtudia, quibus Chriſtianam religionem funditus poſſet euertere, non prætermiſit. Non deerant ad opus vites, vtpote Imperator, & ſolus, à cuius arbitrio cuncta penderent; nec doloſæ molitiones, & cum aſturia elaborata conſilia, quod Philoſophus eſſet, atq; magus. nec abeſſe poterat obſtinata perfidia ab eo, qui impius eſſet apoſtata: adeo, vt omni ex parte cæteris perſecutionibus ab aliis Imperatoribus olim illatis hæc acerbior videri poſſet, ſi liciſſet, quod periculoſior illa ſit pugna, quæ infertur ab hoſte qui cuncta, quę ſunt aduerſariorum, habeat explorata; & atrocius ſoleat moueri bellum, & vindicta crudelior expeti ab aduerſario, qui plurimis antea fuerit contumeliis laceſſitus, & damnis affectus: qualis profecto videri poterat Iulianus, qui res cũctas Chriſtianæ religionis haberet exploratiſſimas, & acerbiſſimo in Chriſtianos odio moueretur, à quibus ſciret idola eſſe cõtrita, templa diruta, vel expilata ſaltem & clauſa, ſacraque deorum vetita, & tot annis, armis & legibus publice priuatimque omni ex parte cuncta ferme, quæ eſſent patriæ ſuperſtitionis, euerſa. At quæ ab eo geſta ſunt anno ſequenti, pluribus dicturi ſumus.

I. Qvi ſequitur trecẽteſimus ſexageſimus ſecũdus Chriſti annus, Eccleſię admodum ærumnoſus, Cõſulatu Mamertini, atque Neuitæ adnotatus habetur. Quod ad Mamertinũ ſpectat, ad Conſulatum adſcitum indigniſſime, Ammian. his docet c: *Mamertinum ad Conſulatum euexit, nec vita, nec ſplendore, nec vſu, nec gloria horum cuiuſquam ſimilẽ, quibus magiſtratum detulerat ampliſſimum Conſtantius, contra iuuenſium morem, & ſub agreſtem, & quod minus erat ferendum, ſelſa in poteſtate crudelem.* Hæc ipſe. Extat eiuſdem Mamertini Conſulis de ſui Conſulatus gratiarum actione oratio panegyrica, luculenta quidem, qua laudes noui Imp ratoris mirifice prædicauit.

II. *Cumq; ex more ab eodem Coſ. publica munera ederentur, ac die quodam,* inquit Ammia d) *cauſa eius ſpectandi veniſſe nunciatus eſſet ex Aſia philoſophus Maximus* (huncab ipſo Iuliano litteris acceſitum anno ſupe iori diximus) *exciuit Imperator indecore; & qui eſſet, oblitus, effuſo curſu è veſtibulo longe progreſſus, oſculatum, ſuſceptumq; reuerenter ſecum induxit, per oſtentationem inexpiabilem inanis captator inanis gloriæ viſus, præclari illius dicti immemor Tulliani, quod tales notando ita relatũ: Ipſi illi Philoſophi etiam in hu libris, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt, vt in eo ipſo, quod prædicationem nobilitatemq; deſpiciunt, prædicari de ſe & nominari velint.* Hæc Ammian. Sed in diiudicandis in excipiendo Maximo affectibus Iuliani, in diuerſam potius, quam ab ipſo Ammiano aſſertam ſententiam pedibus imus: atque putamus, eo inopinato euentu Iulianum, [illegible] ſet oſtentantem Philoſophum, erumpentes tunc erga Maximum affectus ſuos cohibendi, & philoſophicis infrenandi habenis, minime tantum virtũ habuiſſe. Etenim ipſius diuinationibus Imperium acceptum fe: ebat, imo & ex eo quã plurimi faciebat hominẽ, quod à Chriſtianorum religione, quam putabat inſaniã, reuocatum ſe ad cultum deorum eſſe ſciebat. Qui n. recitatas tertio Annal. tom. eiuſdem Iuliani litteras ad ipſum Maximum datas, & alia id genus ſuperius recenſita reuoluerit, nos haud vanos eiuſdem Iuliani affectuum coniectores & interpretes eſſe comperiet; memor quid de Iuliano addicto Maximo Eunapius e tradat, qui & hæc inter alia: *Ab eo totus pependit, & vniuerſam viri doctrinam mordicus retinuit.* Quantum autem experiery Iulianus aduentũ Maximi, etiam cum adhuc in Gallis ageret, literæ ad eum anno præterito datæ declarant. ſed & quam obſeruantiſſimus hominis eſſet, aliæ ruſum ad eundem in hęc verba conſcriptæ ſignificant f:

Alexandrum Macedonum aiunt Homeri carminibus indormire ſolitum, vt noctes dueſque in bellicis eius ſignis verſaretur. At nos cum tuis epiſtolis tanquam poculis medicamentis dormimus, easq; aſſidue tanquam recentes & nouas iteramus. Quare ſi tuarum litterarum colloquium, id eſt, tuam imaginem nobis repræſentare vis, ſcribe, & aſſidue ſcribe, vel potius, dii iuuantibus, vera: tibiq; perſuade, quam diu abfueris, nos vita frq non poſſe dicere, niſi eatenus, quoad litteras tuas legimus. Hucuſque epiſtola Iuliani ad Maximũ, ex quo iam olim totus impietatis fons erumpens, in eum affluxit. Cynicum ſecta hanc fuiſſe Philoſophum, quas idem Iulianus ptiores dederat, litteræ non obſcure illis verbis oſtendunt: *Cum prope abeſſem ab hac vrbe, nempe Vicentione, vir quidam Cynicus cum pera & baculo mihi occurrit. Eum ego cum eminus aſpexiſſem, te ipſum eſſe putaui, &c.* Spectatus quidem erat habitus Cynicus baculo & pera, veluti quibuſdam ornatus inſignibus. At ne cui ex nomine & ſecta errandi tribuatur occaſio, diuerſus hic eſt Maximus Cynicus ab illo alio item Maximo Cynico, qui ſub Theodoſio S. Greg. Nazianz. negotium faceſſiuit: ille quippe patria fuit Alexandrinus, hic autem Smyrnæ natus Epheſius dictus eſt, quod ibidem diutiuſ, vt de eo teſtatur Eunapius g, egerit; qui & ſub Valente Imperatore necatus eſt, de quo ſuo loco pluribus agendum.

Curauit præterea Iulianus, quos ſciret eruditione clariſſimos eſſe viros, eoſdem ad ſe vocatos nobilitate decorare præfecturis: nam Themiſtium philoſophũ Vrbis Præfectum creauit; Libanium celebrem eius temporis oratorem; quæſturam, & alios aliis magiſtratibus inſigniuit. Hinc Mamertinus h: *Sed multo multoq; facilior eſt ratio honorum petendorum. Quiſquis, quicunq; , capere magiſtratum voles, auri atq; argenti*

a Iulian ep. 7. ad Arta. XIX. IVLIANI EPIST. AD ARTABIVM.

b Soz. l. 5. c. 3. STVDIVM IVLIANI IN RESTITVENDO DEORVM CVLTV.

XX. MVTATIO MAGISTRATVVM, ET CONSILIA IVLIANI.

c Ammian. lib. 22.

d Amm. ar. lib. 22. IVLIANVS EXCIPIT MAXIMVM PHILOSOPHVM.

e Eun. vit. philoſ.

f Iulian. ep. 35. ad Max. III. QVANTI FECERIT MAXIMVM IVLIAN.

MAXIMI CYNICI DVO.

g Eunap. in Maxime. IV.

h Mamert. in Panegy. PHILOSOPHIS COLLATI MAGISTRATVS.

IESV CHRISTI
Annus 362.
LIBERII PAP. Annus 11. IVLIANI IMP. Annus 2.

argenti negligens esset, nullas usquam potentium aedes obiit: nullius pedes, nullius genua complectitur. Allubescit tantum tibi gratuitas & peraratu facilis mansuetudo comitis, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, atque prudentiam: vitro ad te maximum Imperator accedet, & vt capessas Reip. flagitabit. otioso tibi & alia curanti prouincia praefecturae fascesq; cellaq; curulis, atque insignia omnia magistratuum perseuerant. Haec ipse: qui & paulo inferius sic eandem sententiam: Tu, tu, inquam, maxime Imperator, exulantes relegatasque virtutes ad Remp. quodam postliminio reduxisti: tu exanimata iam ac terga dantia studia flammasti: tu philosophiam paulo ante sufflatam, ac nudum spoliatam honoribus, sed accusatam & reum, non modo iudicio liberasti, sed amictam purpura, auro gemmisque relucentem in regali solio collocasti. Haec Mamertinus, sed encomiastice potius, quam historice, imo adulatorie atque mendaciter: nam quales praecipuos Imperii administros habere consueuerit, & quibus compositis moribus prouinciarum Praefectos elegerit, S. Gregorius Nazianz. sincerissimus cultor & custos veritatis, qui cuncta intuebatur oculis, & manibus attrectabat, declarat his verbis a:

a Gr. Naz. or. 1. in Iul.

V. QVALES ELECTI AD MAGISTRATVS.

Atque haec, vt grauissima illius crimina, maximaque proprie dicenda sim prosecutus, non eloquium nescius, duobus dat tribus auditis assentatoribus, eisque impietatis parioribus (alios enim consulto praeterea) tantam impietatis molem persolutam esse, vt nulla res obstiturа fuerit, quo minus ipsi breui temporis spatio terras omnes & maria Romanorum Imperio subdita expilarent, nos rebus secundum finitimis contigisset. Adeo latrocinia & anaritia priores illos Centimanos excedebant, Briareos scilicet. Proinde rerum vero imperia nil moderatissimis, & crudelissimis hominibus mandabantur, at qui ad magistratus & praefecturas vnum sufragium erat perfidia, Christianismi, desertio: ab eoq; beneficia consequebantur, qui sibi ipsis sceleratissime consuluissent. Atque post haec de his, quos ad se accersiuit, sic subdit: *Non possum in eo non mirari eam cum multos eorum, qui ex Asiaticis potissimum studiis, litterarium gymnasiis ipsi voti familiaresque fuerant, summo studio accersuisset, quasi mirabilibus quibusdam beneficiis eos ornaturus, eximaque spe ob veterum pollicitationum memoriam animos: eorum extulisset: vt ad eum venerant, hoc illud videlicet calculorum impostura, & oculorum ludificationes: hos enim hoc modo, illos alio eludens, quosdam etiam mensa comiter accipiens, ac multum illud, Sodalis, proferens, instarque alius cuiusdam illecebra suauiter fundens, infectis tandem rebus dimittebat, haud satis constitutum habentes, illius fraudem magis an suam ipsorum leuitatem accusarent.* Haec Gregorius. ¶

VI.

Caetenum haud in omnes eiusce modi exercebat iocu, vt vacuos vocatos remitteret; sed eos tantum eiusmodi comediae catastrophe delusit, quos ad suam ipsius affectadam impietatem impotibus votis intelligeret respondere: siquidem non Gentiles tantum, sed & Christianos consuetudine litteratum sibi oprime notos, datis ad eos litteris, accersuit; vt interaltos S. Basilium Athenis olim, cum illic Iulianos ageret, egregia eruditione spectatum. Extant eiusmodi litterae, quas ad eundem, ab eo ante probe admonitus, reddidit his verbis: b *Non bellum denuncio (ait vetus verbum) at ego addam etiam illud comoediae veteris: O mancum verborum aureorum! Aggeritur illud re ipsa ostendere. & ad nos quam primum adueta certe amicus ad amicum venies. Assidua cura Reip. molesta est iis, qui negligentius in ea versantur, at qui diligentia & industria vtuntur, aequi sunt meae quidem sententia, & prudentes, animoque ad omnia idonei. Quare ipse mihi opportunitatem hanc comparauit, vt sine vlla Reip. negligentia, nonnihil quoq; sibi otij ad relaxationem animi sumam. Etenim adhuc ita viuimus, vt aulicae simulationis nihil sere retineamus (quam quidem tu fortasse adhuc expertus fuisti: quā qui laudant, maiore odio prosequuntur, quanto inimicissimos) sed honesta moderatae atque libertate, cum opus est, nos mutuo accusamus atque reprehendimus: neque tamen propterea minus inter nos amemur, quam qui maxime amici sunt. Ex eo accidit (quod sine inuidia dicere fuerat) vt dum relaxamur seria agamus: & dum haec agimus, minime crucemur. & secure dormiamus: quorum cum vigilarem, non tam pro me ipso, quam pro caeteris omnibus, vt par est, vigilaui. Haec forsitan apud te magnus sum leuitate quadam animi, & insolentia, me ipsum namque, sicut Astydamas, collaudans. Verumtamen vt intelligeres multo magis tuum conspectum, sapientiq; videlicet hominis, nobis profuturum, quam impedimento allaturum, haec scripsi. Propterea igitur, vt dixi, & publicum equis veteri. Cumque apud nos, quantum tibi videbatur fuerit, eum à nobis honeste, & vt decet, dimissus, qua voles, proficiscere.* Hactenus Iuliani litterae redditae ad Basilium.

b Iul. ep. 32 ad Basil. IVLIANVS VOCAT BASIL.

VII. BASILIVS IVLIANO REFRAGATVR.

Aliasetiam interuenisse inter eos epistolas, certū exploratumque ex eo redditur, quod ipse Basilius absens, nec ad eum iam impietate omnibus notum venire consentiens, ab eodem inuitatus, ac prouocatus ad impietatem, per litteras fidem Christianam magno animi robore confessus est: cuius quidem epistolae fragmentum recitatum habetur in Niceno Concilio posteriori à Legatis Apostolicae sedis, ex scripto codice, ex quo Demetrius diaconus sic ita legit: *Ex epistola B. Patris nostri Basilij ad Iulianum Imperat. Apostatam: Quemadmodum à Deo Christianum & inculpabilem nostram fidem veluti hereditario iure accepimus, sic confiteor, & in ea maneo. Credo autem in vnum Deum Patrem omnipotentem. Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum S. vnum Deum: haec tria adoro & glorifico. Confiteor etiam filij incarnatam oeconomiam: Deinde S. Mariam, quae secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam voco. Suscipio enim S. Apostolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum intercessionem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis à sanctis Apostolis non est prohibitum, sed ex omnibus Ecclesiis nostra eorum historias originem.* Hucusque ibi ex dicta epistola Basilii ad Iulianum, quam Hadrianus Romanus Pontifex itidem citat, eademque ferme verba ex ea recitat, quae extant etiam intexta in eiusdem sepeimae Synodi actione secunda. Quidnam autem post haec Basilius egerit, quidve ea de re cum Gregorio Nazianzeno captarit consilii, inferius dicturi sumus. Constat quidem aeque ac Basilū, conatum esse Iulianum blanditiis sibi deuincire Gregorium; quem tamen acerrime sibi ob pietatem expertus est aduersantem. Ipse enim Gregorius in fine posteriorис inuectiuae testatur, se vna cum Basilio Cyclopeo honore ab eodem Iuliano affici solitum; verum cum adeo obnitentes eos inuenisset, constat sane illos ab ipso esse reiectos: quos & idem Iulianus, vt acerbissimos aduersarios, saeuissimo odio infectatus, post bellum Persicum (si licuisset) reseruauit ad necem. Sed de Gregorio rursum postea.

c Conc. Nican. 2. Actio 2.

VIII. CAESARIVS HONORATVR A IVLIANO.

Qui vero agebat Constantinopoli nunc temporis Caesarius frater Gregorii Nazianzeni, philosophicis facultatibus nulli secundus, iam antea à Constantio Imperatore quaesitus, & in Senatum amplissimum cooptatus ab eodem Iuliano Augusto nobili praefectura donatur, nempe Thesauri custodia, quo munere functus erat, qui hoc anno Consul ordinarius creatus est, Mamertinus, vt ipsemet testatur d. Id cum audisset pater ipsius Gregorius, Senior Episcopus Nazianzi, & eius germanus Gregorius, aliique cognatione vel familiaritate coniuncti, necnon externi, indigno animo acceperunt: quin & ipse Gregorius frater mox ad eum eiusmodi grauissimas dedit litteras e: *Magnopere tua causa erubuimus. Nā quod inuerecundi effecti sitimus, quid scribere necesse est tibi vt hoc omnium maxime persuasum habenti? Etenim, vt de nobis nihil dicamus, nec quanta insolentia, addam etiam timore nos fama ea, quae de te per nagatur, impleuerit (vellem, si fieri posset, fermonibus iis, quos alij de te tam familiares & necessarij, quam externi quoquo modo nobis cogniti, dum tamen Christianos, & quidem omnes vno ore ferunt, interesse: quandoquidem libentius cupidiusque in alienis rebus, quam in suis, mortales philosophari solent. Instar alicuius piam declamationis haec verba ipsis fuerunt: Nunc Episcopi filium militare, nunc externum potentiam & gloriam expetere, nunc pecunias seruire, quando pecuniarum communis ignis accensus est, atque in salutis animaeq; periculo versantes homines ea non potius vnam hanc gloriam & securitatē & opes existimare, numerum fortiter & strenue sese tyrannidis turbini opponere, & quam longissime se ab omni scelere & pisculo remouere.*

d Momert. in Panegyr. d. Iulo Iul.

e Gr. Naz. ep 17.

IX. GREGOR. NAZIAN. REVOCAT A IVLIANO CAESARIVM.

Quonam autem modo Episcopi alium admonere queant, ne se à tempore distrahi sinat, adeoq; commiscere? Quonam modo eos, qui aliud quoddam flagitium admittunt, obiurgare possint ipsi à lare libertatem loquendi non habentes? Haec nos, haq; plura & grauiora quotidie audientes partim ab his, qui amico animo fortasse ea benevolo loquuntur, partim ab iis, qui inimice & maleuole nobis inimi-

nem, quo tandem modo afficî, & quem animum habere putæ nos, impiam, qui Deo seruire proposuimus, nec vllum aliud bonum esse iudicamus, quam vt futuræ vitæ scopum collimemus? Ac dominum quo nec patrem nostrum sermones hos impatientissime ferentem, atq; à vita ipsa abhorrentem, quoquo modo solor & demulceo, de tua voluntate illi spondens atque confirmans, te nequaquam nobis diutius molestum fore. Dominam autem matrem, si quicquam de tuis rebus resciscat (nam ad hanc vsque diem multis artibus eam celauimus) ita velim existimes, eam tantum dolorem habituram, vt nullo omnino solatio mitigari possit, vtpote parui animi fœminam, & aliquoi ob pietatis magnitudinem modum in huiusmodi rebus tenere nequeuntem. Quamobrem, si quam & tui & nostri rationem habes, melius tutiusque tibi consule. Nam præcuilibuo facultates nostræ ad vitam liberaliter degendam sufficient, homini vtique non nimis inexplebili, nec immodicæ plus habendi cupiditate flagranti. Quin etiam ad constituendas vitæ tuæ rationes haud video quodnam tempus expectabimus, si hoc nobis effluere fuerimus. Quod si in eadem perstas sententia, & præ animi proposito atque impetu parua omnia existimas, aliud quidem acerbi proloqui non libet. Hoc tantum prædico & denuncio: è duobus alterum necesse esse, vel vt germanus Christianus manens, contemptissima ipsius classi adscribaris, indigneq; vitas & te ipso & spe, quam concepisti, vel honorum desiderio æstuans, in capitalem frendem incidas, simq; saltem, si non ignis tuus particeps.

Hucusque ad Cæsarium Gregorius.

X. Pauum ad Iudæos. Esaiæ 85.

Patrii sapientissimo fratri Cæsario; eiusque consilio prætulit ignominiam a Cruce opibus & honoribus Pharaonis; magisque delegit abiectus esse in domo Domini, quam habitare (quod est in Psalmo b) in tabernaculis peccatorum: cuius rei causa indignantis Principis iram meruit, à quo & exagitatus, summa gloria Christum confessus est. Porro egregium tunc Cæsarii certamen pro fide Christi tuenda, ab eodem eius germano exacte descriptum, suis hic à nobis reddetur verbis: in oratione enim in funere ipsius habita in hunc modum rem gestam aggreditur; *Cum in eum magni quotidie honores conferrentur, maioribus tamen ac iam iamque affuturis dignus habebatur tum ab ipsis Imperatoribus, tum ab omnibus iis, qui proximum iis dignitatis locum tenebant: quodque maximum censendum est, nec à gloria, nec ab iis, quibus circumfluebat deliciis, animi illius nobilitas vnquam labefactata est. Quin potius qui in multis magnisque dignitatibus florebat, hoc tamen ad decus & gloriam præcipuum ducebat, vt & esset & diceretur Christianus: idque tanti æstimabat, vt præ hoc vno reliqua omnia in vnum congesta ludi & nugarum instar haberet.* Et paulo post: *Atque vt alia omnia prætermittam propinquorum nempe, qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi erant, curam & patrocinium: fastus contemptum; aquitatem eam, qua cum amicis ita versabatur, vt nihil sibi prater illos arrogaret; libertatem loquendi, qua apud Principes vtebatur; certamina, quæ pro veritate susceptit; disputationes, quas permultas & sæpenumero, & cum plerisque habuit non argutæ solum, sed etiam admodum prat & ridentes: faciam vnum pro omnibus referam, quo in tota illius vita nihil est illustrius, magisque perutile atum.*

XI. Iulianvs qvalis in persequendo fidales.

Furebat adversum nos infandus Imperator, & cum in se ipsum primum per Christianæ fidei repudiationem insaniisset, tum alios quoque intolerabilis erat, nequaquam cæterorum Christi hostium more, magno & strenuo animo impietatem profitens, verum clementiæ obtentu persecutionem celans, atque instar flexuosi illius serpentis, qui ipsius animum obsidebat, omni genere machinarum ad barathrum suum miseros callide pertrahens. Ac nec eos honoret, qui Martyribus haberi solent, consequerentur (hos enim Christianus homo egregius inuidebat) prima illius fraus ac versutia hæc fuit, vt qui Christi causa exercitiabantur, non vt Christiani, sed vt facinorosi supplicio afficerentur: altera, quod hunc ret, non tyrannidi, sed persæ assonum nomen imponebat, scilicet vt maior eorum infamia, quam periculum esset, qui sponte ad impietatem properabant. Cumque altos pecunia, altos dignitatibus, altos promissis, alios variis honorum generibus, quos ne regie quidem, sed per quam seruiliter inspectantibus omnibus deferebat, omnes denique verborum prestigiis, suoque exemplo ad se alliceret, tandem Cæsarium quoque adorari instituit. O vesanum hominem, si futurum sperauit, vt & Cæsarium & fratrem meum, & hos parentibus natum deprædaretur! Verum vt in hoc sermone aliquantulum more faciam, animumque hac narratione oblectem, quemadmodum specti aculo delectati sunt qui tum affuerunt: Ingrediebatur vir generosus Christi signo communitus, clypeoque vitæ magnum Verbum obtendens, ad hominem rei militaris peritissimum, & dicendi facultate præstantem; nec vero illius aspectum contremiscebat, nec per adulationem de animi magnitudine quicquam remittebat: verum promptum se paratumq; pugilem ostendebat, siue rebus, siue verbis ipsis cum eo dimicandum esset, qui vtroque armorum genere decertare poterat. Ac tale quidem erat theatrum, talisque pietatis propugnator: cernimus etiam præsentes hac ex parte Christus passionibus suis pugilem ad pugnam instruens, ex illa grauis tyrannus tum verborum illecebris deluens, tum potentiæ magnitudine perterrere studens.

XII. Cæsarii coram Iuliano confessio.

Quin etiam vtrinque spectaculum erat, partim eorum, qui vix fidei perate adhuc persistabant, partim eorum, quos seorsum ille abripuerat: qui vtraque ex parte obseruabant, quonam illorum certamen propenderet; magisque soliciti & anxij erant, vtrum futura esset victoria, quam ille ipse, quos spectabant. Nam extimescis, ne quid Cæsario accidat huiusmodi animi alacritate parum dignum? At bono estote animo: victor enim discedet: iuuante Christo mundi victore. Ac nihil quidem mallem, quam vt ea, quæ dicta sunt & proposita, singillatim explicare possem. Nam & eruditas aliquot verborum captiones & argutias meo quidem iudicio memoratu non iucundas ea disputatio complectitur, verum inter pestiuum hoc foret, & ab oratione alienum.

Vt autem Cæsarius, cunctis verborum illius nexibus, conatibusq; omnibus tam aperte, quam obscure, ludi cuiusdam instar propulsatis, magna & clara voce, Christianum se esse semper q; fore, pronunciauit; nec sic quidem prorsus ejecitur: etenim mire Imperator Cæsarij doctrina fruiatque, iornari gestiebat. Quo etiam tempore celeberrimum illud, cunctis audientibus, prolocutus est, O felicem patrem! ô liberos infelices! Nam nos quoque ignominiæ societate honorandos duxit, quorum eruditionem pietatem q; Athenæ cognouerat. Verum ad secundam expeditionem reseruatus, commode enim illum aduersus Persas armabat diuina iustitia) se ad nos recepit exul beatus, & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior, quam ob pristinam gloriam, nomine q; splendorem. Hanc ergo victoriam magna illius potentia & sublimia purpura & insigni diademate longe superiorem excellentiorem q; esse censeo: hac narratione magis efferor, quam si vniuersum Imperium cum illo partitus esset. Malui igitur temporibus cedere, in eo q; legi nostræ obtemperare, quæ præcepit, vt oblata quidem occasione, veritatis causa periculum adeamus c, vitæ fidei pietatem per animi ignauiam deseramus. Cæterum quamdiu licet, pericula ipsa ne excitemus: siue id ea ratione præstabat, quod animabus nostris metuat: siue quod eorum exitio occurrendum putet, à quibus nobis periculum vita creatur. Hactenus Gregorius de certamine fratris cum Iuliano, quo euexit de impietate prostrata triumphum, erexitque de superato Apostata Imperatore trophæa, & quidem perennia, posteris semper dignis laudibus prædicanda. At hæc tanta Cæsarius, tanti patris ac fratris, totiusque domesticæ ipsorum Ecclesiæ precum prælidio consecutus est dona.

c Matt. 10.

XIII. Ecebolii rhetoris in constantia.

Verum non eadem animi constantia infractus permanlit aduersus aurea tela, ipla inquam mellita Iuliani verba, Ecebolius rhetor magni nominis, idemque Christianus: qui turpiter manus dedit Apostatæ, factusque est Christianæ religionis desertor. Erat hic insectuens temporis, & pro Principum religione fidem ipse quoque mutabat: de quo Socrates d. *Ex his vnus erat Ecebolius sophista Constantinopolitanus* (dicebantur autem eo quoque nomine rhetores vt Libanius) *qui quidem se ad Imperatorum ingenia ac naturam conformans, dum Constantius regnabat, se ardenter fidem Christianam amplecti simulauit: dum Iulianus potiebatur Imperio, Gentilitatem magnopere colere præstulit: Iuliano, mortuo, religionem Christianam denuo profiteri in animum induxit. nam ante portam Ecclesiæ se pronum abijciens, sic vociferatus est: Me quasi salem infatuatum pedibus conculcate.* Hæc Socrates. Verum cum hic in gratiam Constantii Christianissimi professus dicatur, proculdubio eiusdem perfidiæ Arianæ, qua Imperator imbutus erat, fuisse sectator, affirmari posse videtur. At quod ab hæresi ad Ethnicismum prolapsus esset, fuit Iuliano percarus: quilibet enim transfuga, ex hostium castris deficiens, ab aduersarijs vultu hilari, & grato excipitur animo. Quæ porro extat Iuliani ad Ecebolium scripta, epistola, quanti ipse virum fecerit, aperte significat; cuius est exordium: *Pudarus argenteas Musas esse vult, &c.* Subinfensus tamen, cum ille causam agere pro

d Socr. l. 3. c. 11. Ecebolius.

Arianis Edessæ commorantibus, Iulianus ad eum has literas dedit a;

a *Iul. ep. 41. ad Eccb.*

XIV. IVLIANVS QVID IN EDESSENOS DECERNIT.

Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer & humaniter statui, vt nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re vlla præter voluntatem suam contumelia afficiatur. Atqui sunt de Ecclesia Arianorum luxuriantes opibus, in Valentinianos inuaserant, eaque apud Edessam perpetrarunt, quæ nunquam in ciuitate bene instituta accidissent. Quære quod ipsis à lege admirabile, nempe Euangelio, imperatum est, quo facilius in regnum cœlorum vocarentur: nos ad id hominibus opem tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edessenorum Ecclesia tollimus, vt militi dividantur, & facultates vt nostris priuatis attribuantur: quo illi pauperes facti sapiant, neque regno cœlesti, quod nunc etiam sperant, priuentur. Iis autem, qui Edessam incolunt, edicimus, vt sedatione pugnaque omni abstineant: ne sinostram humanitatem commouerint, vos ipsi pro communi omnium intemperie ac insolentia pœnas luatis gladio, exilio, igne multati. Hactenus Iulianus, modacibus hisce fabulis irridens Christianam religionem, quæ dispendio rerum terrenarum docet sperandæ esse bona cœlestia, secundum illud b: *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni & sequere me.*

b *Matt. 10.*

XV. IVLIANVS QVOS COLVIT VIROS DISERTOS.

Coluit præterea Iulianus mitifice Oribasium Pergamenum, *quem* (inquit Eunapius c) *cum eius illustris esset ab adolescentia fama, idem Iulianus ad Cæsaris titulum viam affectans, artu nomine secum abripuit medicum: qui tantum in cæteris quoque excelluit virtutibus, vt ad Imperium etiam ipsum auxerit: quæ res in Annalium historia exactius perscripta est.* Hæc de Oribasio Eunapius, qui inter cæteros huius temporis Philosophos eum plurimum celebrat. Obseruauit etiam Iulianus Aristomenum Philosophum, ad quem hactenus extant ipsius literæ illum vocantis. Sed ante hos omnes, Libanium sophistam Antiochenum, cuius superius mentio facta est, in honore habuisse videtur, cuius scriptis plurimum delectabatur, vt perbreuis illa epistola ad eum scripta demonstrat, quæ sic se habet d:

c *Eunap. Vit. Philos.*

d *Iul. ep. 14.*

XVI. QVID IVLIANVS AD LIBANIVM.

Legi hesterno die orationem tuam magnâ ex parte ante prandium, prandium vero sine vlla inter missione reliquum absolui. O te felicem, qui ita posse dicere, aut sentire potui! ô orationem! ô mentem! ô prudentiam! ô partitionem! ô argumenta! ô dispositionem! ô aditum! ô verba! ô numerum! ô compositionem! Hucusque ad Libanium Iulianus. Fortasse hæc illa fuit oratio in laudem ipsius Iuliani conscripta, cuius Suidas meminit. Cæterum inter omnes, quos penes se habebat, Maximus à Iuliano e deligitur, qui scriptas à se lucubrationes cognosceret, & pro arbitrio emendaret: nam ad eum scribens hæc habet inter alia: *At tibi nos tanquam Mercurio eloquentiæ deo, scripta nostra offerimus: vt si aures tuas sustinere possint, tu pro arbitrio tuo statuas, an in vulgus euolare debeant: sin minus, ea continuo proiectas tanquam à Mosis alueo, aut flumine obruas vt adulterina.* Coluit & Nymphidianum & Claudianum Maximi filios f.

e *Iul. ep. 26.*

f *Eunap. in Vit. Philos.*

XVII. IVLIANVS MAGOS ET AVGVRES ALIT.

Laudè sanè digna hæc videri poterant in Iuliano, eruditorum virorum consuetudine delectari, nisi confestim plures ex illis (vt superius est demonstratum) sic fotis Philosophos ageret, vt tamen magos & haruspices intus gereret. nam præter illa, quæ de his dicta fuit, hæc addit Gregorius Nazianzenus g: *Haruspicinæ autem & sacrificiis Imperialem aulam constituit, malis malis Imperij consiliariis vtens.* At ita hæc omnia condonari forte illi ab aliquibus poterant, vti Ethnico homini, & superstitioni addicto: & non mirum adeo esset, si ipse præcipuus impietatis artifex habuerit secum eiusdem professionis artifices, iuxta illud poeticum: *Tractant fabrilia fabri.* Verum quid cum Imperatore philosopho, lenones, meretrices, atque cinædi? abhorruerunt hæc certe à Marco illo Imperatore philosopho. At horum omnium, quæ ab aliis silentio sunt prætermissa, & sine grauissimo auctore fidem haud inueniant, testem adducam, qui ea præsens spectauit oculis, fidemque suam probatissimam reddit attestatione virorum, qui adhuc superstites erant; quæ & egregia oratione, omni probationis genere consignata, posteris commendauit. Is est Ioan. Chrysost. Antiochenus, tunc professor rhetoricatum facultatum Antiochiæ sub Libanio, cuius nuper mentio facta est. Hic enim nequaquam aliorsum testificatione, quæ tradit, affirmat, sed quæ frequentissime, cum Iulianus ageret Antiochiæ, spectare sibi contigit. Ipse igitur ab Imperii eius exordio auspicatus orationem, quibusnam auditoris referta Iuliani regia esset, declarat his verbis h:

g *Greg. Naz. or. 1. in Iul.*

h *Chrysost. ora. aduersus Gent.*

XVIII. IVLIANI DOMVS QVIBVS REFERTA.

Diuulgato per vniuersum terrarum orbem mandato, vt idolorum templa instaurarentur, aræ excitarentur, pristini honores demonibus redderentur, magni item illis prouentus variis ex locis supperierent. Quo exmandato, magi continuo, incantatores, augures, haruspices mendacia sua, id est mendacia viatores seu præcones, denique, omnis aria impostura artifices, vndique ab vniuerso orbe confluxerunt.

Hic cernere quidem licebat Regiam ipsam infamibus, abiectis, ac profugis hominibus refertam: nam quotquot vsquam famæ tabescentes, quotquot ob veneficia ac maleficia conuicti, quotquot publicæ custodiæ addicti, atque ad metalli opus detrusi, denique, quotquot sordidarum artium artifices vix inde victitare possent, cum se ipsi derepente sacerdotes esse profiterentur, mirum est, quanto in honore, quãto in pretio habiti omnes fuerint. Hic Imperator duces ipsos ac militum præfectos contemnere, asui vnius non æstimare: contra mares meritorios, & meretrices è fornicibus suis excitatas, vna secum per totam vrbem, per augiportus omnes circumducere: cum interim regius quidem equus, omnesque Prætoriani pone multo interuallo sequerentur: lenones autem & meretriculæ ante ambulantium loca, & vniuersæ vicinitatis adolescentum chorus Regem mediam stipantes per forum ambularent, sermones eos proferentes, atque cachinnos attollentes, quos par erat huiusmodi hominis furiæ attollere. Quæ ipsa certe non nescimus talia tamque absurda fuisse, vt posteri fide maiora futura sint, neque enim priuatorum quisquam, eorumve, qui humile pudendumq; vitæ genus instituerint, velut tam turpis, tamq; indecorus publice videri.

IVLIANI STIPATORES, MERETRICES ET CINÆDI.

XIX.

Sed eis sane, qui adhuc vita sunt superstite, oratione nulla opus est, quienim adfuere, & ea quæ fierent spectauere, hi & quæ hic à me dicentur, nunc excudunt: propterea enim superstitionibus etiam nunc testibus hæc scribo, vt ne quis vetera recensentem me inter eos qui res ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Ex his enim, qui ea viderunt, superstites adhuc & senes & iuuenes: quos omnes obsecro & obtestor, si quid à me historia adiectum fuerit, in medium prodeant, neque redarguant. Sed scilicet tantum abest, vt me de meo adiecisse quicquam sint redarguturi, vt deprehensuri etiam sint multa certe à me prætermissa.

TVRPITVDO RELIGIONIS PRÆTEXTV.

Neque enim fieri potuit, vt oratione turpitudinis illius immensam magnitudinem repræsentarem. Posteris vero, qui creduturi ista non sunt, vnum id dictum esse velim: damonem vestrum, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus administris vti. Itaq; mirum nemini esse debet: si miser ille, qui prorsus damonum ludibrio sese addixerat, ea minime dissimularet, propter quæ diij, quos coleret, magnopere sibi placent. hæc de Iuliani turpitudine, quam fouebat ille religionis obtutu, Chrysostomus. Etenim sicut (vt vidimus) Constantinus Magnus turpissimos eiusmodi impudicissimæ Veneris cultores vna cum eorum sacris ac templis penitus abolere curauit; ita amplissimus iste templorum & sacrorum atque Aedituum restitutor, cum obscœno numine, sacrificisque obscœnis, personas obscœnas patiter reuocauit: de quibus & Gregorius Nazianzenus i sic ait: *Propinationes porro & potationes, quas meretricibus ob omnium oculos propinabat, vicissimque propinabantur, mysterij prætextu obscenitatem lasciuiamque obtegens, quis non laude & admiratione prosequatur?* Sed & de his Ammianus k: *Culpabatur, inquit, hinc opportune cum ostentationis gratia vehens licenter pro sacerdotibus sacra, stipatusque mulierculis lasciuabatur.*

i *Greg. Naz. or. 2. in Iul.*

k *Ammian. li. 22.*

XX.

Cæterum quænam aliquando portenta acciderint, cũ Iulianus sacrificaret, S. Gregorius Nazianzenus sic describit l: *At quoniam haruspicinarum mentionem feci, superstitiosique, aut, vt commodius loquar, diabolicæ vesaniæ, qua ad rem huiusmodi ferebatur, nondum satis constitutum habeo, litterisne hoc miraculum, quod omnium sermone celebratur, mandare, an narrantibus fidem abrogare debeam.*

l *Greg. Naz. or. 2. in Iul.*

CRVX CORONATA IN EXTIS INVENTA

Etenim ipse ancipiti & perplexi sum animi, nec vtram in partẽ propendeam, habeo, vtpote mixtis iis, quæ fidem mereri queant, cum iis, quæ fide carere videntur. & paulo post: *Ferunt igitur, cum ipse sacris operam daret, exta animalium coronatam Crucem edidisse. Quæ res alios quidem horrore, summaq; sollicitudine & anxietate*

affecit, eoque adduxit, vt potentiam nostram persentiscerent: at impietatis magistro animum videlicet addidit, tanquam circumscripti atque vndique conclusi essemus: sic enim Crucem & circulum ex re interpretatus est. Atque hoc sane est, quod miraculi instar habeo: quod si falsum est, in auras abeat: si autem verum, vertisse Balaam vaticinatur a, & Samuel per ventriloquam trahitur, aut trahi videtur, & dæmones Iesum inuiti confitentur; ac per contraria, quo plus fides atque auctoritatis habeat, veritas demonstratur. At fortasse his rebus id agebat Prouidentia, vt illius impietatem comperiscerent. multas enim & mirabiles salutis vias Deus inuestato modo aperire nouit, ad humanitatem & misericordiam propendens. ita Gregorius: quibus vt veris certisque adstipulantur Sozo. b, Nicephorus c, & alii recentiores, quæ autem post hæc sequitur enarrare, euenisse ea diximus cum sacris Eleusiniis Athenis initiatum ipsum narrauimus, antequam Imperator creatus esset.

a Num. 22. 1. Reg. 28.

b Soz. lib. 5. c. 22. c Niceph. lib. 10. c. 3.

XXI.

Quid vero acciderit, cum iam Imperator diis victimâ immolaret, adesseque vna cum aliis sacrorum ministris Christianus adolescens, creditus esse Gentilis; Prudent d, qui tunc (vt ipse fatetur) puer erat, egregie hisce versibus eccinit post alia, quæ breuitatis causa omittimus, quibus Gentilitia sacra illa describit, ab improuiso sacerdotis terrore illo auspicatus:

d Prudent. in Apoth. contr. Iudæos.

HORRENT DÆMONES PRÆSENTIAM CHRISTIANI.

Cum subito exclamat media inter sacra sacerdos
Pallidus: En quid ago? Maius, Rex optime, maius
Nescio quod numen nostris interuenit aris,
Quam sufferre queant spumantia cymbia lacte,
Cæsarum sanguis pecudum, verbena, corona..
Accitas video longe dispergier vmbras.
Territa Persephone vertit vestigia retro,
Extinctus facibus, tracto fugitiua flagello.
Nil agit arcanum murmur, nil Thessala prosunt
Carmina, turbatos reuocat nulla hostia manes.
Nonne vides vt thuribulis frigentibus ignis
Marceat vt cauis pigrescat pruna fauillis?
Ecce Palatinus pateram retinere minister
Non valet, elisa destillant balsama dextra.
Flamen & ipse suas miratur vertice lauros
Cedere, & incertum frustratur victima ferrum.
Nescio quis certe subrepsit Christicolarum
Huc iuuenum genus hoc hominum tremit insula, & omne
Puluinar diuum. Lotus procul absit & vnctus:
Pulchra reformatis redeat Proserpina sacris.
Dixit, & exangues collabitur, at velut ipsum
Cerneret exerto minitantem fulmine Christum,
Ipse quoque exanimis posito diademate Princeps
Pallet, & astantes circumspicit: ecquis alumnus
Christi signato signaret tempora signo,
Qui Zoroastreos turbasset fronte susurros.
Armiger e cuneo puerorum flammeus antrum
Purpurei custos lateris deprenditur vnus:
Nec negat, & gemino gemmata hastilia ferro
Prouocat, ac signum Christi se ferre fatetur.
Prosiluit pauidus, deiecto Antiste. Princeps,
Marmoreum fugiens, nullo comitante, sacellum:
Dum tremefacta cohors, dominis oblita superbis
Erigit ad cælum facies, atq; inuocat Iesum.

huc vsque Prudentius. at de Iuliani sacrificiis hactenus. Iam vero de excitata in Christianos persecutione agamus.

XXII. PERSECVTIO IVLIANI DIVERSA AB ALIIS.

Longe dispar hæc persecutio fuit ab aliis per Ethnicos Imperatores illatis: cum illi Christianitate vetita, aduersus eius cultores sancirent ac promulgarent edicta quibus & fideles omnes diis sacra facere acerbissimis pœnis impellerentur: Iulianus autem, vt ex eiusdem superius recitatis litteris satis exploratum habetur, colendi deos vim nemini adhibendam esse putauit, nec fieri quenquam inuitum cogebat Christianæ fidei desertorem. Quamobrem nec inter persecutiones hanc recensendam esse, complures existimarunt. At vero S. Augustinus contrarium plane sentit, cum ait e: *Deinde quid respondent etiam de Iuliano, quem non numerant inter decem?* (persecutores scilicet) *An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus maior, qui post cum tertius Imperator fuit, fidei Christianæ confessor extitit, militiaque priuatus est: vt omittam quæ apud Antiochiam facere cœperat, nisi vnius fidelissimi & constantissimi iuuenis, qui, multis, vt torquerentur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter vngulas cruciatusque psallentis libertatem atque hilaritatem miratus exhorruisset, & in cæteris deformius erubescere timuisset.* hæc sanctus Augustinus, de quibus vberius suo loco dicturi sumus. Cæterum quod non exerto palam gladio furens persecutio, vt priores illæ supra memoratæ, grassaretur; inde euenit, vt S. Ioannes Chrysostomus dicat, in pace Ecclesiæ martyres illos passos esse, qui Iuliani tempore fidei causa sunt necati: vt cum agens de Iuuentino & Maximo sub eodem Imperatore martyribus, de quibus & nos suo loco, hæc præfatur f:

e Aug. de ciu. Dei, li. 18 c 52.

f Chrys. ser. de sanctis Iuuent. & Maxim.

Hi enim tanto amore Dei flagrabant, vt etiam extra persecutionis tempus corona martyrii redimiti fuerint, absque pugna triumphum retulerint, absque prælio victoria potiti sint, absque theatri certamine brauium rapuerint. Et quo modo hoc ego dicam, sed ferte me rem paulo altius enarrantem. Erat Rex quidam etiam nostro æuo, omnes qui se præcesserunt, impietate vincens: de quo & heri à me dictum: qui cum videret res nostras martyrum morte clariores fieri, & ea causa non solum viros, sed & teneros pueros, virgines quoque nondum nubiles, & in summa ex omni sexu & ætate quosdam pro religione ad mortem profilire, cruciabatur, & dolebat. Cæterum monere bellum manifeste nolebat: Omnes enim, dicebat, ad martyrium, quasi ad aluearium apes, volabunt. Hæc autem non à semetipso habebat, sed à progenitoribus suis didicerat. Etenim & illi, vtpote tyranni, Ecclesiam infestarunt, & populi quoque in nos insurrexerunt, cum adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamen non expugnarunt, neque confregerunt, sed ipsi potius confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturque in sublime, & omnem vndique orbem inuadebat. Cum occiderentur, adurerentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestiis obijcerentur fideles; carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut pratum inuebantur, ad gladium sicut ad diadema & coronam currebant; omniaque tormentorum genera ita contemnebant, vt ea non solum generose & fortiter ferrent, sed & alacriter & volupe. Enimuero sicut palma rigata magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret, & seditione agitata, incrementa maiora sumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant & fœcundi sunt, vt Ecclesia si martyrum irrigetur sanguine. Hæc omnia atque plura cum Rex ille sciret, me audaciorem erat, quam vt manifeste cum nobis congrederetur.

XXIII. IVLIANVS INVIDET MARTYRII GLORIAM CHRISTIANIS.

Non, inquit, triumphos & victorias, & coronas mutuo parabimus. Sed quid facit? Vide, oro, malorum artem. Medicos, & milites, & oratores omnes, vel à professionibus suis discedere, vel fidem suam abiurare iubet. Excitatisque in hunc modum contra nostros bellum, tela eminus mittens: vt si à fide desisterent, ridicule vincerentur, vtpote qui fidem opibus non præferrent: sin generose perseuerarent, & vincerent, neque sic egregia foret victoria, neque insignis triumphus: nihil enim magnum, artem vel professionem pro pietate contemnere. Neq; is finis eius erat. Nam ad hæc, si quis superiorib. annis, cum adhuc pij Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripuisset, vel aliud tale quid dicin ogisset; rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam insons, & damnatus at delatus. Fingebat quoque & alius varias causas, ita vt pie viuentium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, vt obscuraretur, contemptaque esset martyrij corona, & nihilominus cædes & stragis fierent. hucusque de Iuliani persecutione Chrysostomus, quam ipse oculis est proxime contemplatus.

XXIV. IVLIANVS AGIT VI, ATQVE PERSVASIONE.

Quasnam autem alias impius excogitarit artes ad facessendum Christianis negotium, & occultis viis quasi cuniculis, omnes ingenii vires adhibens, suffodere & cõuellere penitus religionem Christianam conatus sit; Sanctus Gregor. Nazianzenus, & ipse sui temporis res gestas conscribens, summa fide & obseruantia veritatis enarrat g: atque in primis de animi eius consilio, cur non palam, vt Gentiles alii Imperatores, sed clandestinæ atq; dolose egerit inuidens illis martyrii coronam, in eandem cum Chrysostomo sententiam multa locutus, hæc addit: *Turpiter admodum & ignaue pietatem vexat, animique fraudes & versutias persecutioni, quam aduersus nos excitabat, inducit. Quocirca cum potentia in persuasionem & coactionem diuisa sit, ita se comparauit,*

g Gr. Naz. or. 1. in Iul.

paravit, vt quod inhumanius erat, nimirum vim atque tyrannidem populari turbæ ciuitatibusque permitteret, vt quarum vesana audacia intolerabilior sit propter temerarios animi motus, atque præcipites ad omnia impetus, idque nequaquam publico edicto; verum ex eo, quod impetum audaciamque minime reprimebat, velut proposita quadam lege non scripta, se id velle promulgans. Quod vero lenius atque humanius erat, magisque Imperatorem decebat, id sibi videlicet assumit, nempe suadendi, atque illiciendi partes: nec tamen id quidem vsquequaque retinuit: non enim natura ferebat, vt vel pardus distinctas macularum notas, vel Aethiops nigrorem, vel ignis ardorem, vel diabolus homicidij crimine tam inde ab ipsa mundi origine constrictus hominis odium, vel iste improbitatem, qua aduersus nos impellebatur, abiceret: Verum quemadmodum chamaeleontem aiunt in quouis facile mutari, atque omnes subinde colores, candore vno excepto, suscipere (fabulosum enim illum Proteum Aegyptium sophistam præterco) sic etiam ille Christianis præter clementiam in quidquid se vertebat, ac per quam crudelis erat ipsius lenitas, & violenta persuasio: atque huiusmodi benignitate acerbitati crudelitatique sua excusationem quærebat, vt non sine causa vim afferre videretur, cum blandiendo & alliciendo nihil proficisset. Idque ex eo perspicuum, quod non multum suasioni vtebatur, sed plus violentiæ confestim sequebatur: vt quemadmodum in venatione, aut laqueis, aut persecutionibus caperemur, atque alterutro omnino modo nos in potestatem rediger et. hæc Gregorius: subdit-que eiusmodi persecutionis genere primum omnium domesticos insectari cœpisse, cæteros *alliciendo, fortiter reluctantes occidendo, alios expellendo: quo in certamine Cæsarium ipsius Gregorii germanum primas tulisse, superius dictum est: additque de aliis, aliis colotibus quæsitis, domo exactis: cum, vt ipse putabat, in hunc modum Regiam expurgauit.

* illiciendo.

XXV. Tunc etiam Helpidium insignis nominis Christianũ, quem superiori anno (vt diximus) Constantius Imperator ob egregiam spectatamque hominis virtutem decorarat præfecturæ Prætorii, cum eum in his, quæ religionis sunt, constantissimum comperisset, præfectura exutum redegit in ordinem; postea vero alia occasione quæsita, vt Imperii perduellem dire necandum præcepit; consignatum enim est & ipsius & sororum martyrium, tum apud Græcos, tum etiam Latinos, in Ecclesiasticis monumentis hoc titulo: *Sextodecimo Kalendas Decembris Natalis sanctorum martyrum Helpidij, Marcelli, Eustachij, & sociorum: ex quibus Helpidius cum esset ordinis Senatorij, & coram Iuliano Apostata Christianam fidem constantissime profiteretur, primum equis indomitis cum sociis alligatus atque protractus, deinde in ignem iniectus gloriosum martyrium consummauit.* Post hæc in milites eandem persecutionem conuertit, de qua sic ipse Gregorius a:

a Greg. or. 1. in Iul.

XXVI. PERSECVTIO IN MILITES QVALIS.

Milites etiam, partim per se ipse, partim per eos, qui magistratibus fungebantur, adegit: quippe quos leniores magisque credulos arbitrabatur, alios honoribus capiens, alios etiam simplicitate distrahens, nimirum eos, qui nullam aliam legem, quam Principis voluntatem agnoscebant. Imo si rectius loquendum est, militum partem non minimã ad se pertraxit, & quotquot extra agros & labaca tes inuenit, temporisque & tũ & iam antea seruos: quos partim subegerat, partim sub acturum sperabat. Non enim omnes pertraxit; nec tantum ille aduersum nos dedit, qui per eum persecutionem excitabat: verum plures: septem hominum millibus reliqui fuerant, qui non flexerunt genu coram Baal b, nec aurcam imaginem adorauerunt, nec à serpentibus ictis & vulnerati sunt, quod serpentem illum suspensum, Christique passionibus oppressum atque confectum intuerentur: multi scilicet præfecturis, altissimisque dignitatibus ornati, quos mirum etiam minus fuisset tum periculorum metu, tum bonorum spe cedere, & manus dare: multi etiam plebeij ordinis & numero solo cogniti, quos cum adortus fuisset, non aliter repulsus est, quam lenis quædam machina tormentaria à firmissimo muro. Ceterum eo erat animo, vt non magis angeretur propter eos, qui ipsi se labebantur, quam (vtpote furore percitus) ob eos, qui capiebantur, præsideret; voluntasque ipsa, id, quod spe conceptum erat, quasi iam manibus teneretur, repræsentabat.

b 3. Reg. 19. Dan. 3. Num. 20.

XXVII. IVLIANVS MVTAT LABARVM.

Quin eo quoque audacie prorupit, vt aduersus magnum illud vexillum præceps ferretur, quod simul cum Cruce magnifice & insigni pompa exercitum ducit in sublime euectum, quod laborum sustinendorum vim habet, ab eoque apud Latinos nomen trahit, principatumque, vt ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet, tam quæ Imperatorum imaginibus atque passu texturis in variis tinctionibus litterarumque picturis illustrantur, quasique gestiunt, quam quæ horrendis draconum hiatibus super summas hastas elatis inuolantia, ac per tractatus contextis squamis distinctos ventilata iucundissimum simul & formidolosum spectaculum oculis præbent. hæc de mutatione Labari Gregorius: in quam autem formam illud mutauerit, ita Sozomenus c: *Signum, quod Constantinus diuino mandato (vt supra commemoratum est) in insigne Crucis commutauerat, ad veterem effigiem & figuram reducere decreuit: nam dedit operam, vt in publicis imaginibus iuxta ipsum Iuppiter depingeretur, velut è cælo apparens, coronam & purpuram, quæ sunt Imperij insignia, ipsi præbens: Martem & Mercurium in cum intuentes, & tanquam obtutu oculorum teli figentes, quod vir esset tum in dicendi arte, tum in re militari spectatus.* hæc ipse.

c Soz. lib. 5. c. 16.

At licet eiusmodi signis causa Iuliani numismata minime reperire licuerit: reddemus tamen, quæ his simillima, magna adhibita diligentia, nacti sumus, nimirum Iuliani vultum cum inscriptione Serapidis, cui à sinistris inhæret effigies Isidis; quibus imaginibus apud Ægyptios Sol atque Luna repræsentari solebant.

d



e

d Accepti à Philippo Vigilio Lauanensi.

Nec est quod vel minimum dubites, eundem, quem Serapidis nomine vultum vides inscriptum, esse ipsissimum Iuliani, si conferas cum reliquis eiusdem Iuliani antiquis nummis, in quibus eundem plane Iuliani vultũ inuenies, quem hic titulo Serapidis habes inscriptũ. Sed & vt hæc facilius assequaris, describemus hic pariter, quæ de Iuliani imagine ab Ammiano inuenimus litteris commendata, cum ait e: *Figura talis vtique membrorum, mediocris erat statura, capillis tanquam *plexisset, mollibus, hirsuta barba in acutum desinente, vultus venustate oculorum micantium stagrans, qui mentis eius angustias indicabant, superciliis decoris, & naso rectissimo, ore paulo maiore, labro inferiore diuiso *, optima & mediocri ceruice, humeris vastis & latis, ab ipso capite vsque ad vnguium summitates lineamentorum recta compage; vnde viribus valebat & cursu.* hæc Ammianus, quibus videas respondere in numismatibus vultus expressos, quantum tamen licuit repræsentari ab illorum temporum cassæ minerue sculptoribus atque fusoribus; quarum facultatum artes magna erant ex parte collapsæ.

XXVIII.

e Ammian. lib. 25. * praxisset

* demisso

Sed quod ad idem numisma spectat: quam ex aduerso latere illi coniunctam eiusdem prorsus effigiei geminam intueris imaginem, duplicem Isidem repræsentare non dubites: duas namque fuisse Isides nonnulli tradiderũt f, quorum sententiam his vides signis optime comprobari. At quod Ægyptii simulacra Isidis aspidum sertis coronata capita repræsentabant, eadem forma hic vides expressa signa, alasque in eis volucris, quod vultures Isidi dicatæ essent; nouaculam porro gestare dextera, quod eius sacerdotes cunctis abrasis corporis pilis, & virilibus præcisis, eidem ministrarent.

XXIX.

f Consule Lilium de diis Gentiũ syntag. 12. in fine.

At non primus id Iulianus facere aggressus est, vt Serapidi vultum suum conformem redderet, sicut Commodus Herculis, sed more maiorum suorum, atque potissimum Hadriani Imper. fecisse, antiquum numisma docet, quod formis expressum hic tibi reddendum curauimus: Eum accepimus à Lælio Pasqualino viro diserto; in quo effigiatum Serapidem similem Hadriano coma excepta, quæ in Serapide mysticum quid significabat, probe intelligi potest.

XXX.



Quod vero Sozomenus tradit, impium Iulianum, sublato à Labaro Crucis signo, illud in pristinam redegisse figuram: quonam modo sub Iuliano Labarum inuenerit expressum, quæ hic tibi è scripto libro Pyrrhi Ligorii, qui in Farnesiana bibliotheca Romæ custoditur, expressa numismata reddimus, satis potuerunt indicare.

Ligorii.



Ita quidem ipse secundum pristinam Romanorum consuetudinem Labarum restituendum curauit: sed non id sibi satis, qui in odium Christi loco eius nominis & Crucis signi, quę in Labaro à Constantino mutato intexta erant, siue suam imaginem, quæ in dextro Labaro hic, haud satis exacte reddita est, siue serpentis (vt in sinistro Labaro vides) expressit, atque loco Crucis hastas ancipites exornauit, & inter vtrumque Aquilam, præcipuum apud Romanos militare signum, voluit collocari.



Hæc de Imaginibus Iuliani & vultu eius præseferente Serapidem Deum, atque eius militaribus signis satis. Addit ad hæc Sozomenus *a*:

a Soz. lib. 5. c. 16.

XXXI. *Ista quidem, & alia quecunque ad cultum Gentilitium spectabant, imaginibus admisceri imperauit, ad eum finem, vt non modo simulatione honoris Imperatori decreti, subiectos latenter venerari cogeret res vna depictas; verum etiam vt veteribus institutis ad suam libidinem abutens, omni solertia & mentis acumine adhibito, voluntates subditorum clam in fraudem induceret. Nam sic cogitabat: si hoc illis persuaderet, se multo facilius quæ in animo habebat, de cætero effecturum esse: sin repugnare animaduerteret, in illos, vtpote nouas res contra Romanorum instituta molientes, & cum Rempublicam, tum in Imperium peccantes, absque vlla venia vindicaturum. Quare pauci profecto erant, qui dolum eius intellexere; qui quidem, cum (vt moris erat) adorare renuerent, pœnas dedere. Multitudo autem (quod fieri solet) præ ignorantia & mente simplici, legi veteri se omnino parere putauit, & ita insciitia decepta ad imagines colendas accessit.* hæc Sozomenus.

IMAGINES IMP. CVLTV TECTA IDOLOLATRIA.

XXXII. Intelligis ex his, puto, lector, sic Imperatoris imaginem renuisse venerari prudentiores fideles, quod cum illis deorum quoque Gentilium unctæ essent effigies; quibus si vexilla catuissent, vt erant signa illa, quæ (vt vidimus nuper ex Gregorio) expressas puras habere solebant Imperatorum imagines, minime cunctati fuissent debito ac consueto prosequi cultu. Si igitur pie sancteque absque vlla idololattriæ suspicionis labe Christiani milites & alii venerari soliti erant Imperatoris imagines: quis nefas esse putarit, Christi, Deiparæ, atque Sanctorum imagines pari saltem cultu prosequi, nisi qui Reges Christo ipsi Sanctisque prætulerit? Cæterum veneratio illa imaginum Imperatorum non adeo erat penes Christianos effusa, vt diuino eas honore prosequerentur: quamobrem cum illis hus (vt peragi consueuit, cum milites donatiuum acciperent) offerendum esset, resiliebant omnino: quod & sub Iuliano iidem, qui præstantiores essent, summa constantia præstitere, prout Sozomenus *b* ibidem eiusmodi rei gestæ narratione declarat.

b Soz. lib. 5. c. 16.

XXXIII. *Verum Imperator nihil ne ex hoc quidem conatu perfecit. Hæc tametsi hac eius astutia perspicue deprehensa est; tamen nihil de contentione animi ac studio remisit; sed omnem (vt dicitur) mouit lapidem, vt subiectos ad parem secum religionis modum sequendum deduceret. Atque quamquam quod tum moliebatur, ab eo, quod supra diximus, penitus non discrepauit; tamen & magis omnibus apparuit, & maiore cum violentia susceptum est, & causa fuit nonnullis, qui in aula militabant, maioris constantiæ & fortitudinis. Vbi enim tempus aduenit, vt Imperator milites remuneraret (quod quidem, Kalendis apud Romanos & diebus festis natalibus tum Imperatorum, tum primarum vrbium Imperij fieri solet) cum secum consideraret, quam simplex natura, quamque insulsum esset militum genus, & quam facile propter consuetam auaritiam, quæ in eo inesse solet, pecunia vinci posset: & singulis, qui ad munus accipiendum accedebant, datum esset in mandatis ab his, qui Imperatori astabant, vt incensum offerrent (in proximo enim erat & thus positum & ignis) perinde quasi olim hoc fuisset apud Romanos decretum: ibi tum alij absque metu præstantiam animi & magnitudinem declararunt, neque incensum offerre voluerunt, & donum ab Imperatore accipere prorsus renuerunt.*

THVRIFICATIONE PROBATI MILITES CHRISTIANI

XXXIV. *Alij simulatione legis & antiquitatis consisi, se deliquisse nequaquam in animum induxerunt: alij autem vel lucro, quod proponebatur, veluti inescati, vel metu & perturbatione propter supplicium, quod eminebat, perculsi, licet intelligerent se eam ritum Gentilium exequi, minime tamen isto scelere sese obstringere detrectarunt. Eorum autem, qui præ ignoratione in hoc peccatum incidebant; nonnulli dicuntur, cum amice inter se colloquerentur, sibi mutuo (vt in potando fieri solet) propinantes, Christum super poculis nominasse: quendam autem è comitibus interpellasse eos, ac dixisse, per iurum esse, illos voluisse nomen Christi inuocare, quem paulo ante denegauerant, eo scilicet tempore, quo dono ab Imperatore accepto, thus in ignem imposuissent? Quod simul vt audiuere, intellexere quod facinus consciuissent; illico inde propere egressi, palam per plateas cursitare, clamare, lachrymas fundere, Deum ipsum & omnes homines testari, se Christianos esse, & in ea fide permanere; atque ignoratione illius, quod factum erat (si verum omnino dicendum esset) solam manum, animo prorsus repugnante, Gentilitate labe pollutam fuisse. Verum vbi ad Imperatorem veniunt, protecto ad pedes eius quod dederat auro, valde constantibus & generosis animis postulant; vt sunum ac proprium munus reciperent, hoc est, vt necem subirent: nam rem plane esse, cuius ipso nunquam pœniteret, si pro scelere, quod inconsiderate admisissent, toto corpore, idque propter Christum, pœnas persolnerent. Imperator vero, licet ea re grauiter commotus, nolkit tamen eos interficere, quod inde ii is bonos tribueretur martyrij; sed è militum numero exemptos, aula sua exturbauit.* hucusque Sozomenus; at Gregorius Nazianzenus *c* rem paulo diuertius recensere videtur, dum ait:

PROPINATIO IN NOMINE CHRISTI.

MILITES, QVI THVS OBTVLISSENT, RASIPISCVNT.

c Greg. orat. 1 in Iulian.

XXXV. *Ierunt, quos olim eorum, qui ad hoc nefas errore atque ignorantia prolapsi fuerant; postquam eo admisso, domum se recepissent, sodales conuictoresque suos mensæ participes habuisse: deinde commixto ad consuetam frigidæ potationem progresso, non secus ac si nihil grauius ipsis accidisset, ad aquæ poculum sublatis oculis, Christum cum crucis signo appellasse.* & cætera supra relata, quæ breuitatis causa hic omittimus.

Hanc ipsam historiam describens Theodoretus *d* hæc præterea addit, quæ in Sozomeno desiderantur: *Cum eiusmodi querela & clamore contendunt ad Regiam: contra tyranni fallacias vociferantur: postulant in ignem conjici, vti igne iniquitati, igne denuo expientur. Hæc & alia his similia locuti, scelerati tyranni animum ad insaniam adegerunt. Itaque primum capita cerucibus abscindi iubet. Quos ad supplicium subeundum extra vrbem adductos permagna populi multitudo secuta est: quæ*

d Theo. l. 3. c. 16.

quidem

quidem & magnitudinem animorum, & loquendi in tuenda pietate libertatem, quæ in illis elucebat, suspexit atque admirata est. Vbi autem ventum est ad locum, in quo malefici puniri solent: qui erat inter eos natu maximus orat carnificem, vt primum minimum natu secuti percuteret, ne ille aliorum eadem intuens, præ timiditate succumberet. Romanorum vero legibus a (quod alias dictum est) sicut in quæstionibus inchoandum à minimo, sic in supplicio inferendo, à maiori incipiendum esse, cautum est. Verum quid post hæc contigerit, subdit Theodoretus: *At simul vt ille humi posuerat genua, & carnifex enses vaginæ condiderat, nuncius quidam accurrit, illis veniam indicaturus: qui cum longo interuallo à loco abesset, clamare vetuit eadem scituros. Tum ille natu minimum moleste ferens se cæde liberatum: Romanus, inquit, sic enim vocabatur, prior quam dignus erat, qui Martyr Christi appellaretur. At qui malitiosus ille tyrannus tamen is cædem athletis illis inferri iussit, propterquod, quod invidia inflammatus illos voluit martyrij gloria priuare, tamen non fuit eos suas ipsorum incolere ciuitates, sed ad extremas Imperij Romani oras relegauit.* hæc Theodoretus.

a l. minor. ff. de pœn.

XXXVI.

De militibus itidem Christianis sub Iuliano militantibus agens S. Augustinus b hæc ait: *Iulianus extitit infidelis Imperator: nonne extitit apostata, iniquus, idololatra? Milites Christiani seruiebant Imperatori infideli. Vbi veneabatur ad cautam Christi, non agnoscebant nisi illum, qui in cœlo erat. Quando volebat, vt idola colerent, vt thurificarent: præponebant illi Deum. Quando autem dicebat: Producite aciem, ite contra illam gentem: statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum à domino temporali: & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali.* hæc ipse de militibus Christianis in castris militantibus: quorum qui dicebantur Prætoriani, quibus salus ipsa Imperatoris potissimum concredita erat, hos omnes voluit Iulianus deorum esse cultores: id quidem sic testatur Socrates c: *Porro ab Imperatore Iuliano mandatum est, vt qui nollent Christianam religionem deserere, in Palatio militum Prætorianorum munere minime fungerentur, itemque vt omnes simulacris sacrificare properarent. Christianis in prouinciis nullos magistratus gerere: Nam lex illorum inquit, vetat gladio vtendum contra eos, qui scelera digna morte admiserunt: & propterea non sunt ad regendum idonei. Nonnullos autem assentatione & muneribus ad immolandum allexit. Exemplo igitur tum qui erant vere Christiani, tum qui speciem Christianorum præferebant, tanquam in theatro locati, sepalam omnibus patefecerunt. Nam qui recta voluntate Christianam fidem profitebantur, propenso animo baltheum pro fidei defensione deponere, omnia pro cruciamentorum genera subire maluerunt, quam Christum Saluatorem denegare: in quorum numero fuere Iouianus, Valentinianus, & Valens, qui postea sunt Imperij gubernaculo potiti. Alij, qui animo parum sincero Christianam amplexabantur religionem, quique diuitias & honores veræ beatitudini anteferebant, abiecta confessione, ad immolandum se dederunt.* Subdit postea de Ecebolio (de quo nos superius) qui Christo nuncium remittens, Ethnicorum superstitioni adhæsit.

PRÆTORIANI A IVLIANO PROBANTVR.

b Aug. de ciu. D. l. 18. c. 53. to. 8.

c Socr. lib. 3. c. 11.

At qualis fuerit Valentiniani gloriosa confessio, à Theodoreto d in hæc verba describitur: *Valentinianus, qui post obtinuit Imperium, ad temporis militum hastatorum in Palatio merentium Tribunus* (nempe, vt ait Sozomenus e, Ioviniorum, & Herculianorum, his nominibus dictæ cohortes, quæ Imperatorem stipare consueuerunt) *singulare studium, quo erga pietatis defensionem flagrabat, manifeste declarauit. Nam cum amens ille & stupidus tyrannus Iulianus in fanum Fortunæ chorea ducens ingrederetur, & Aditus vtrinque ad templum consisterent, vti introeuntes aqua lustrali (vt ipse opinabatur) expiarent: Tribunus Valentinianus Imperatorem præcedens, qui huius rei gratia verrumque Imperium cōsecutus est, vbi videt guttam aquæ sue lana aspersam, pugnis cædit. Adituum seque inde non expiatum, sed turpi labe pollutum ait,* Sozomenus f hanc ipsam recensens historiam, hæc addit: *Dicunt præterea, Valentinianum, Imperatore Iuliano inspectante, tantum vestis suæ cum ipsa gutta excussisse, abeunteque quantum gutta madefecerat.* pergit Theodoretus: *Quod factum execrabilis tyrannus conspicatus, eum ad castellum in solitudine situm relegauit, ibique vitam degere iussit. At Valentinianus, anno & paucis mensibus intercedentibus, Imperium tanquam mercedem suæ confessionis obtinet. Nam Deus iustus iudex pietatis studiosos non in illa vita beata solum honore & gloria affecit; verum etiam spem de præclaris illis præclarorum laborum remunerationibus, quæ in cœlo expectantur, concepit.* eam etiam donis in hac vita suppeditatis, plane confirmat: hactenus Theodoretus de Valentiniani confessione.

XXXVII. d l. 1. c. 1. e 10. 11. 6. c. 6. VALENTINIANI, VALENTIS, ET IOVIANI CONFESSIO.

f Soz. lib. 6. c. 6.

Hæc autem Constantinopoli gesta esse videntur, vbi in ipsa Regia Imperator aram Fortunæ statuerat, vt Socrates g tradit, qui de Valentiniani confessione pluribus agit h, necnon de Valente eius germano, qui Imperatori adhærebat domesticus Comes, meminit & Iouiani: quos omnes licet fidei Christianæ professionis amore baltrea deposuisse tradat; nequaquam tamen militiæ gradu priuatos esse affirmat, cum de iisdem addit: *Valentinianum atque Valentem minime Imperatores Iulianus, quoniam eos tales esse homines intelligeret, quales Reipub. plurimum possent conuenire, de militaris honoris gradu deiecit, quemadmodum neque Iouianum, qui illi successit in Imperio.* hæc Socrates; cui potius assentimur, de Iouiano præsertim, quem constat vna cum ipso Iuliano in expeditione adiuc fuis Perfis militaffe: quod vero spectat ad Valentinianum atque Valentem, secus; vtpote quos Sozomen. etiam tradat rexulasse ea de causa Melitinæ Armeniæ ciuitatis; solutos autem ab exitio ab ipso Iouiano Imperatore, atque ipso extincto assumpsisse Imperium, Niceam antea reuocatos. Hallucinatus tamen in eo videtur esse Sozomenus, cum ait hæc contigisse in Gallia: nam ibi dum fuit Iulianus, semper Christianum præ se tulisse, superius satis perspicue demonstratum est: verum hæc omnia Constantinopoli ad ædem Fortunæ facta esse, reliqui æque consentiunt.

g Socr. lib. 6. c. 6.

XXXIX. k Soz. l. 5. c. 4. MARES RTICVS PVS QVID IN IVLIANVM.

Quid autem in Iulianum Fortunæ sacrificantem dixerit Episcopus Chalcedonensis, idem auctor docet k his verbis: *Ferunt, Marin Chalcedonis Episcopum eidem Iuliano Constantinopoli Fortunæ sacrificanti accessisse palam, vt impium, contumeliis affecisse: ὦ δεσπότα, ideſt, anne sum à Deo, & desertorem fidei appellasse: Iulianum autem ei solam cæcitatem probri loco obiecisse: venerat enim, vtpote senex, & suffusione oculorum laborans, alterius manu ductus. Sed vbi irridere etiam, & in Christum, vt solet, blasphemiam loqui cœpit, dixeroque Iuliano: Non te Galilæus tuus seruabit: Marin respondisse: At ego gratias Deo meo habeo, quod cæcus sum, ne te, qui à pietate excideris, oculis aspiciam.* Imperatorem vero, nullo dato responso, cum præteriisse: putasse enim eo pacto religionem Gentium multo magis roboraturum si se populo Christiano, præter omnium expectationem, patientem & mansuetum ostenderet. hæc Sozomenus. At egregium sensis facinus obscurat tur Ariana ipsius professione: etenim licet ipse recantarit cum Arian's cæteris in Nicæno Concilio palinodiam; tamen vna cum iisdem postea factus est (vt suis locis tertio Annalium tomo sæpius diximus) illius hæresis defensor acertimus, inhærens Arianorum parti illi deterrimæ, cuius princeps erat Acacius: id quidem etiam ex eodem Sozomeno l atque Socrate m constat.

l Soz. lib. 4. c. 21. m Socrat. lib. 2. c. 31.

Quod vero spectat ad patientiam ac mansuetudinem Iuliani, quam ait Sozomenus ad illecebram impietatis plurimum affectasse: in eandem sententiam Ammianus plura adducit, quæ suo loco relaturi sumus. Verum adulatum cum esse principi potius, quam (quod decebat sincerum historicum) puræ consuluisse veritati, satis perspicuum reddit, quod de hoc scribit Gregorius Nazianzenus n, qui hominem Athenis probe cognitum habuit; & quæ à fratre suo Cesario aliisque accepit, summa fide cōscripsit, apponam hic eius verba: *Quem admodum, inquit, Actuarium ignem narrant Ætnæ reductum abscondi, inferne exundantem, violenterque retentum atque compressum, sine hoc aliud quidpiam est, sine ambelum excruciati gigantis?* (vtitur enim ea de gigante fabula Gregorius, quod comparationi, quam texit de Iuliano, probe conueniat) *de more quidem horrendum quendam somnum ex ima parte edere, fumumque propinquis malis indicem vertice suo euomere: quod si forte exuberantior fuerit, nec tam vi villa retineri queat, tum vero finibus suis æstu vehementi extrusum, sursumque tendentem, ac supra foramina sua se effundentem, nonnullos quoque subiacentia terræ partes incredibili illo & horribili fluxu peruastare: Eodem quoque modo ollum, Iulianum scilicet, reperire licet, aliqui antisser quidem filij ipsi exarantem, ac sophisticis edictis imposturas res nostras grauibus incommodis afficientem: cæterum si quando ira impotentia exuberantior esset, tū ne animi*

n Gr. Naz. orat. 1. cont. Iul.

IVLIANI PRÆCEPTVROR.

quidem peruersitatem premere, tectamque habere posse, verum aduersus pium diuinumque ordinem nostrum nuda & aperta persecutione grassari. Vt enim edicta aduersus aedes sacras tum publice proposita, tum priuatim expleta, & donariorum ac pecuniarum depraedationem, non magis ab impietate, quam ab auaritia manarunt. & supellectilis sacrae direptionem profanis manib. indigne contumelioseque tractata praeteream: vt etiam fileam & praesules & subditos, qui pro his rebus extrahebantur, grauissimeq; torquebantur: vt praeteream columnas cruoris plenas, horum manibus atque complexu, dum virgis concideren tur, per orbes cinctas: vt etiam sagittarios per regiones & vrbes discurrentes, atque ipso etiam edictorum auctore acriores & immaniores (quo nos videlicet pro Persis, & Scythis, aliisque barbaris, subiugaret) vt haec omnia praetermittam: Eccui ignota est Alexandrinorum crudelitas, qui praeter multa alia, quae aduersus nos designarunt licentia temporis immodice vsi, plebs etiam aliunde turbulenta & furiosa, hoc quoque impietatibus suis adiecisse feruntur, vt sacrosanctum templum nostrum duplici cruore implerent, victimarum, & hominum, idque Imperatorij cuiusdam Philosophi ductu atq; auspicio perpetrasse (Pithiodorus is erat) ab hac tantum facinoribus nominis famam consecuti? Eccui seditiosa Heliopolitarum coitio incognita est? eccui Gazaeorum immanis audacia? qui apud eum in admiratione & honore erant, siquidem ipsius magnificentiam luculenter experti sunt. Eccui Arethusiorum furor, prius quidem obscurorum, caeterum ab eo tempore admodum etiam clarorum atque insignium occultus latet? &c. At haec singula ab ipso Gregorio adeo breuiter tacta potius, quam recensita, vt fusius, pro vt gesta sunt, enarrentur, iure exigitur: agemus de singulis inferius, secundam ordinem temporum. Verum quid mirsum post multa superaddat de Iuliani praecipiti iracundia atq; insano furore, ad sugillandam affectatam interdum ab eo philosophicā patientiam, hic in medium adducamus.

XLI. Gregorius igitur haec de eo per ironiam *a*: *Illud vero an non in philosopho huius doctrina laudabile, quod adeo ab ira alienus, animique perturbationibus superior erat; Principumque eorum similis, qui constantia tranquillitateq; laude aliquando floruerunt, nec etiam si quid molestiae ipsis accidisset, vultum tamen quicquam immutarunt, atq; vllum commoti animi signum dederunt? vt quod Iudicis munere fungens, aulam clamoribus ac pedum strepitibus impleret, non aliter ac si ipse iniuria & damno affectus esset, ac non aliis potius haec patientibus succurreret, ne ratione quidem complecti velimus. Hoc autem eccui ex omnibus ignotum est, quod multos etiam e rusticioribus, qui ad eum accedebant, vt eorum, quae homines ab Imperatore petere, precibusque postulare ac contendere solent, aliquid consequerentur, ita mulcebat palam pugno feriens, calcibusque petens, vt praeclare secum actum putarent, qui atrocius aliquid non pertulissent?* haec Gregorius ad sugillationem ostentatae & praedicatae ab Ethnicis patientiae Iuliani, quod soleat omne fucatum nequaquam diutius perdurare, & affectatum atque ad fallendum compositum minime fieri diuturnum. Praeter haec enim, quae obiter à Gregorio Nazianzeno de Iuliani furore & immanitate dicta sunt; Nectarius *b* quoque Episcopus Constantinopolitanus, ea oratione, quam habuit in exordio Quadragesimalis ieiunii, detestatus tyranni saeuitiam, recenset illata eius voluntate in Christianos cruciamenta, & crudelissimas neces, nempe ventris & viscerum sectiones, virginum publicas verberationes, oculorum effossiones, dentium eiectiones, linguarum & manuum praecisiones, tibiarum confractiones, excogitatas & adhibitas craticulas, lebetes, subulas, sartagines, & alia genera cruciamentorum recenti vsu iterum innouata. ita tamen (quod saepius diximus) huiusmodi in Christianos supplicia adhibebātur, vt alia quauis potius, quam pietatis causa, ab eodem & eius Praesidibus ingeri fingerentur.

XLII. Porro qui adeo immaniter in Christianos, aliis praetensis causis, clanculum seuiebat: artes praeterea varias excogitauit, quibus posset in iis, quae foris essent, populum inuitum licet, absque publicis quaestionibus, Idololatriae reddere obsequētem. Nam cum primum (vt dictum est) in erogatione publici donatiui, thuris oblatione fidem totius exercitus explorasset, noua quadam excogitata nequitia, vniuersae Constantinopolitanae vrbis populum aggreditur pertentare. quidnā hoc fuerit idem qui supra Nectarius *c* egregie literis commendauit; licet eius orationem ab aliquo ex Gr æcorum recentioribus depraua tam esse, facile existimarim, quod Episcopus Constantinopolitanus, Patriarcha dictus habeatur, eidemque pervisum apparuisse dicatur Theodorus martyr, cōmonuisseque eum de insidiis Iuliani: quam quidem apparitionē co piam alii potius, quam Episcopo factam esse putamus, quod Eudoxius tunc praeesset Ecclesiae Constantinopolitanae, haereticorum omnium sceleratissimus. Res autem sic se habuit. Auspicantibus Christianis consueto animi ardore solemne ieiunium Quadragesimae, auersan tibusq; magis ac magis Iuliani impietatem, contrariisque sti; liis exhibere se in omnibus Christianos elaborantibus: exacerbatus ipse nonnihil propensioribus ipsorum officiis, doloſum huiusce modi consilium init, conscio & administro vrbis Praefecto Themistio.

Cuncta cibaria, quę venum publice in foris exponi solerent, sacrificiis diis immolatis infecta ac polluit, vt sicilli omnes cibis cogerentur vesci immolatitiis, nisi fame confici penitus vellent. Cum oraculo Theodori martyris, quonam modo consulendum esset fidelibus fame periclitantibus, fuit diuinitus demonstratū, nempe vt tunc loco panis, cocto omnes frumento vterentur in cibum. Tunc enituit Christianorum, qui ditiores essent, charitas erga egenos; qui, ne pauperib. pateret occasio idolothytis illis publice expositis necessitate vescēdi, coctum frumentum sunt omnibus largiter impertiti: quod illi tanquam à martyre Theodoro collatum religiose sumpsere; idque per totam hebdomatam illam. Quando Iulianus desperans penitus perficere posse, quę tot diebus frustra tentasset: cibos puros absq; aliqua labe contactos in foris, vt antea, apponi iussit, iam Christianorum cōtinentia victus atque constantia. Placuit vero fidelibus, vt tam gloriosa de Apostatae impietate parta victoria perpetuis monumentis consignata dimanaret ad posteros, nimirum? vt in honorem martyris Theodori, anniuersaria die, cives Constantinopolitani coctum frumentum etogarent in pauperes. Quod autem haec ipsa describens incertus auctor addiderit, eadem Antiochiae facta esse, certo certius errasse constat: nam cum ista de loco Nectarii testimonio fulciantur; ea item potissimum ratione mendacii auctor redarguitur; quod cum haec Quadragesimae tempore contigisse ipse æque consentiat, Constantinopoli potius, quam Antiochiae id actum constat. Nam cum Zosimus *d* auctor sit, Iulianum decem integros menses Constantinopoli commoratum esse, certumq; pariter habeatur ex Ammiano *e* (quod dictum est anno superiori) tertio Idus Decembris ipsum ingressum esse Constantinopolim: affirmare necesse est, ibidem eum egisse vsque ad tertium Idus Octobris: quod & confirmant data Constantinopoli nonnulla eiusdem Imp. rescripta. Addit Suidas *f*, à Iuliano terra obrutum sanctissimum Crucis signū, quod Cōstantinus felicitas vrbis illius significandae causa in capite eiusdem vrbis simulacri exculpserat: sic namque impius, ne scilicet Christi virtuti tribueretur gloria amplissimae ciuitatis.

Caeterum quod Constantinopoli natus esset, erga cōcives suos vniuersos voluit videri munificus, adeo vt à priuilegiis illis concessis excludi noluerit Christianos: quod & rescriptum ab eo ad cives datum plane significat: est vero eius titulus: *Iulianus Byzantiis*. sic enim, quod maluit in odium Constantini ciuitatem illam veteri nomine, quam Constantinopolim nominari. Rescriptum autem sic se habet *g*:

Senatores omnes vobis reddimus, & Patroclos, siue in Galileorum religionem se dederint, siue aliud quidvis egerint, vt curiam effugiant; extra eos, qui in vrbe primaria publico munere praefuerunt. haec ipse.

Commoratus Iulianus Constantinopoli ad decem (vt dictum est) menses, Antiochiam profecturus, *transgressus fretum* (inquit Ammianus *h*) *Chalcedonem ex aduerso littore positam venit.* Vbi nactus Legatos à Rege Persarum missos, quid in eos contra ius gentium Iulianus egerit, Nicephorus *i* paucis his narrat: *Afflixit quoque Oratores Persas,*

a Greg. Nazian. orat. 2. in Iul.

QVALIS IVLIANVS IN AVDIENDO ET IVDICANDO.

b Nectar. orat. apud Leon. to. 3.

c Extat apud Lipp. to. 1. ex Metaphr. die 17. Febr.

IVLIANVS DOLO AGIT CVM CONSTANTINOPOLITANIS.

XLIII.

d Zosi. li. 3.

e Ammia. lib. 22.

f Suidas Verbo Μακρὸν

XLIV.

g Iulian. epist. ad Byzant. 11.

h Ammia. lib. 22.

QVID IVLIANVS CHALCEDONE.

i Niceph. li. 10. c. 11.

qui ad eum Chalcedonem venerant, Manuel, Sabel, & Ismael, protestata quod Christianam colerent religionem: neq; in eu legatorum ius, contra receptum omnium gentium morem, violare ei fas esset. hæc ipse.

Porro hos ignominia ab eo affectos, atq; neci traditos esse, eorum martyrii Acta a significant: sed quod ab Alemundaro Rege missos perperam habent, cum constet hoc tesapore Persis præfuisse Saporem, plane à veritate dissentiunt. Dum vero capitali supplicio eos affecisse Iulianus dicitur, ea causa affertur, quod inuitati ad sacrificium, magnis animis renuerunt: in eos enim tanquam impios & contemptores Persarum numinum, nempe Solis, Lunæ, & Ignis, quasi vindex legũ Persarum, iussit animaduerti. Horum autẽ memoriam in publicos indices relata, decimaseptima Iunii, qualibet anni periodo, tam apud Græcos, quam Latinos in Ecclesia celebratur. Sed quod dictum est, vsq; ad tertium Idus Octobris Iulianũ mansisse Constantinopoli: dicendum est, non vltimæ inde migrationis tempore hos Chalcedone esse passos, sed ante, cum contingit, Iulianum illuc tam propinquum locum animi causa esse profectum, vt omnes consueuerunt Imperatores, & alii Constantinopoli commorantes. Cæterum quod ad tempus spectat migrationis Iuliani Constantinopoli, ex Ammiano Zosimus mendacii redarguitur, dum ait, decem illic menses mansisse, ac proinde non ante tertium Idus Octobris Iulianum Constantinopoli recessisse, quem iam ante illud tempus Antiochiam peruenisse idem Ammianus ostendit, deinde postquã illic Iulianus aliquandiu commoratus esset, Daphniticum templum istud famosissimum conflagrasse testatur vigesimasecunda mensis Octobris. Cæterum eundem Iulianum recedentem Constantinopoli venturum Antiochiam in ipso itinere plurib⁹ in locis aliquanti⁹per substitisse dum ostendit, æque demonstrat longe impossibile, quod ex Zosimo infertur, vt non recesserit Constantinopoli ante tertium Idus Octobris, dum vult illic mensibus decem mansisse.

XLV. *Post hæc vero Iulianus cum Chalcedone recessisset* (inquit Ammianus *b*) *Nicomediam venit, vrbem ante hac inclytam, ita magnis retro Principum amplificatam impensis, vt adnum multitudine priuatarum & publicarum recte nosc entibus regia * quædam vrbis æstimaretur æterna; cuius mœnia cum vidisset, in fauillas miserabiles concidisse, angorem animi tacitis fletibus indicat, pigriori gradu pergebat ad Regiam: hoc maxime erumnis eius illacrymans, quod ordo squallens occurrit populi nimium quantum ante hac florentissimus. Et agnoscebat quosdam ibidem ab Eusebio educatos Episcopo, quem genere longius contingebat,* nempe materno. At diuinæ plane vindictæ (quod tertio diximus tomo) de impietate ibi coalita hæresis Arianæ, exemplum extitit Nicomedia, in qua & nunc Zeno martyrio coronatur. Prosequitur Ammianus Iuliani iter per Nicæam in Galatiam. Sed antequam eos ibi ab illo gestas recenseamus; quid his temporibus ab eo actum sit Cæsareæ in Cappadocia, narrare aggrediamur. id enim his verbis posteris tradidit Sozomenus *c*:

XLVI. *Sub idem tempus Imperator iste Cæsaream ad montem Argeum sitam vrbem amplam, locupletem, regionis Cappadociæ primariam ex numero ciuitatum deleuit, & Cæsaris priuauit nomine, quod quidem nomen, regnante Claudio, ei Mazaca iam ante appellata fuisset, obtinuerat. Nam contra ciues eius ciuitatis dudum grauissimum odium conceperat, tum quod omnes fidem Christianam profiterentur, tum quod olim fama Iouis vrbis patroni, & patris Apollinis diuinissent: quin etiam vniuersa ciuitas grauiter succensuit, iratusque est, quod templum Fortunæ, quod sollo regnante superarat, à Christianis euersum esset: atq; Gentiles, qui in ea vrbe pauci numero erãt, valde incusauit, quod non illud facinus vlti fuissent; & si forte calamitatis aliquid ideo subeundum esset, quod non libentibus animis pro Fortuna subissent. Omnes præterea opes, omnem pecuniam ecclesiarum tum in Cæsarea, tum in confinibus eius positarum, diligenter vestigari, atq; in medium asserri, atque statim trecentas libras auri ærario publico solui, & clericos omnes in numerum militum, qui Præfecto illius regionis parebant, adscribi iussit: quæ res & plurimum sibi pius requirit, & in exercitibus Romanis magno probro ducitur. Item q; multitudinem Christianorum vna cum vxoribus & liberis conferi, & non aliter atq; in pagis fieri solet, tributa pensitare mandauit. Atq; cum ureuntando minatus esset, neq; ab ira se, neq; ab affligenda ciuitate temperaturum, neq; permissurum Galilæi (sic enim per contumeliam Christianos appellare solebat) capita à sinceris cibis retinere, nisi delubra idolorum quam primum de integro extruerent. Cuius minæ fortasse re ipsa impletæ fuissent, nisi celerius ipse è vita migrasset,* hæc Sozomenus.

XLVII. Laudatur à Gregorio Nazianzeno Cæsariensium animi magnitudo, quod eo tempore, quo Gentilium res florerent, & templa vbique aperirentur & instaurarentur collapsa; ipsi tunc impetu facto, quod reliquum fuerat Fortunæ delubrum fuerint demoliti; etenim Iulianum irridens, hæc ait *d*: *Nam quæ in Cæsarienses nostros admisit, hos, inquam, animi magnitudine, flagrantique erga pietatem studio præstantes, ita ab eo iactatos contumelioseque vexatos, fortasse ne obscicere quidem aquum fuerit. Etenim iusta indignatione succensus ob Fortunam melioris fortunæ tempore infortunatam, calamitateque oppressam, ad hanc vltionem progressus esse videbatur; quandoquidem iniustitiæ dominanti nonnihil concedendum est. At vero quis est nescius, cum promiscua plebs furenter in Christianos impetum fecisset, multaque cædes perpetrata, plura etiam comminaretur: gentis Præfectum, quoniam media via inter temporis tyrannidem & leges incedens (vt enim tempori seruiendum putabat, ita etiam legi quoque mediocriter verebatur) multis Christianorum abductis, de nonnullis etiam Gentilibus supplicium sumpsisset, orta postea occasione, ad Imperatorem ductum esse, ac præfecturæ ignominiose abdicatum, huius rei iudicium subisse. cumque se legibus, iuxta quas iudicandi sibi prouincia commissa fuerat, tueretur, nihil proprius factum esse, quam vt ad mortem raperetur: ad extremum autem Imperatoris clementia exilio dumtaxat multatum esse? Porro quam præclara & humana sententia! Quid enim graue (inquit iustus iudex, minimeque Christianos persequens) si decem Galilæos manu vna Gracanica sustulit? Hæc vero an non perfricta crudelitate an non persecutionis edictum, & quidem iis, quæ publice proponuntur, multo expressius & formidolosius? Quid enim interest, periculum Christianis edictas atque promulges, an præferas te Christianorum persecutoribus delectari, magnique criminis loco ducas, moderatione quadam vti? Velle enim Imperatoris, lex est non scripta, imperij & potentiæ patrocinio subnixa, & quidem scriptis legibus, quæ potentia non fulciuntur longe firmior atque valentior.* hæc Gregorius, pluribus redarguens eos, qui à persecutoris nomine vindicare Iulianum niterentur, eo quod persecutionis aduersus Christianos minime promulgasse edicta; ostendens exemplis pluribus & rationibus, tũ ex his, quæ tunc per suos ageret, tum quæ meditaretur perficere, si per vitam licuisset, eam omnium acerbissimã dicendam fore persecutionem. Cæterum quod spectat ad leges ab ipso Iuliano sancitas, quibus Christiana religio maxima esset detrimenta passura, aliasque, si datum fuisset, proxime sanciendas, paulo post dicturi sumus. Prosequamur modo iustitutam semel de rebus Cæsariensium orationem.

XLVIII. Qui incensi fortunæ templi à Cæsariensibus Christianis exæstuabat ira Iulianus, in ecclesias illas Christianorum, quæ erant in Cappadocia, furorem conuertit, sagittariis militibus in eas immissis: quibus inuadentibus eam quæ nobilissime Nazianzi nuper erecta erat; illius Episcopus, Gregorius nominatus, Gregorii cognomento Theologi pater, magna animi constantia infracto robore, quantumlibet summa senectute confectus, fortiter restitit. Hæc autem quo modo se habuerint, ab ipso eius filio Gregorio *e*, qui præsens fuit, accipiamus: luculenta enim oratione est omnia prosecutus, nonnullaque præloc utus de impia eiusmodi Iuliani persecutione sic ait: *Hunc porro,* nempe Imperatorem Apostatam, *qui magis aut contempserit, aut oppresserit, ecquis tandem reperietur? At contemptionis quidem cum multa alia signa proferri queunt, tum argumento etiam esse possunt sagittarij illi, eorumque Præfectus, quos in ecclesias nostras immiserat, vt eas vel voluntate sibi adiungeret, vel armis subigeret. Nam cum plerisque aliis oppugnatis, huc quoque cum eadem animi ferocia venisset, ac pro imperio & potestate templum sibi dedi iussisset: tantum abfuit, vt quidpiam eorum, quæ cupiebat, perficeret, vt nisi patris meo vel suopte consilio, vel cuiusdam admonitu protinus cessisset, calculus etiam casus discessurus fuisset,*

ita

a *Metaph. die 17. Iun.*

IVLIANVS QVANDO CONSTANTINOPOLI DISCESSERIT.

b *Ammia. lib. 22.* ADVENTVS IVLIANI NICOMEDIAM. * Regio.

c *Soz. li. 5. c. 4.*

QVID IVLIANVS IN CÆSARIENSES.

d *Greg. Naz. orat. 1. in Iul.*

QVID IVLIANVS IN NAZIANZENOS.

e *Gregor. Naz. orat. in funere patris.*

XLIX.

Ira in illum templi sacerdos furore & zelo æstuabat.

Pestem autem & exitium qua tandem ratione quisquam illis magis conflasse videri queat, quam & publice conuentis totius populi votis & orationibus impium fundens ac profligens, ac ne temporis quidem turbinem reformidans, & priuatim aduersus eum nocturnam aciem opponens, hoc est, humili cubitatione seniles & roscidas carnes conficiens, & lachrymarum fonte pauimentum proluens, in animum etiam ferme integrum; idque eo solum, cui res occulta perspectæ sunt, arbitro faciens; ac propter pietatem ab ostentatione, sicut tam diximus, alienam, sedulo abstinens, vt nos ea res lateret; atque omnino latuisset, nisi ipse aliquando ex improuiso cubiculum ingressus, humilisque decubitus signa conspicatus, atque ex quodam ipsius famulo, quidnam hoc esset, percontatus, noctis arcanum intellexissem. pergit deinceps Gregorius agere de electione Episcopi Cæsariensis tunc facta, cum Iulianus Cæsareæ esset; temque gestam in hunc modum aggreditur enarrare.

L.

Alter am eiusdem temporis, eiusdemque fortitudinis narrationem accipite. Cæsareæ ciues de Archiepiscopi creatione inter se contendebant: nam alter clanculum se abduxerat, alter requirebatur (qui se subduxerat. Basilius fuit; qui requirebatur, Eusebius) acrisque seditio erat, compressuque atque sublatu nequaquam facilis. Prater id enim, quod in hac præsertim ob fidei feruorem natura sua ad tumultus excitandos proclivis est ea ciuitas: cathedræ insuper illius splendor & gloria contentionis acrioris causam afferebat. Atque hoc statu res erat; ac nonnulli Episcopi aderant, Archiepiscopum electuri. Sed cum in plures sententias popularis multitudo distraheretur, aliique alium proponerent, quemadmodum in huiusmodi negotiis fieri consueuit, prout quisque vel cuiusquam beneuolentia, vel Dei pietate mouebatur: tandem plebs tota, vno consensu, primatu ordinis virum vnum, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen diuino Baptismo consignatum, inuitum & repugnantem corripientes, simulque militaribus copiis, quæ tum in vrbem venerant, opem afferentibus, in sublimi sede collocarunt, Episcopisque obtulerunt, ab iisque petere instituerunt, vt eum salutari aqua tingerent, atque Archiepiscopum nominarent: suasioni interim vim admiscentes, non id quidem admodum grauiter & molestè, admodum tamen pie atq; ardenter, nec enim cuiusquam virtus aut pietas, oblata occasione, clarius emicuit. Sed quid tum factum est, quo progressum est tumultus? Coacti sunt, rore purifico hominem perfuderunt, Antistitem pronunciarunt, in throno collocarunt, manibus tamen potius quam voluntate sincereque animi affectu. sicut postea declaratum est.

ELECTIO EVSEBII VIOLENTA.

LI.

Vt enim volentes lubentesque discesserunt, ac quæ vellent, libere decernere potuerunt: consilium inter se ineunt, haud scio an spirituale, sed ineunt tamen, atque omnia, quæ gesta fuerant, abrogare statuunt: eamque institutionem, vt minus legitime factam, pro irrita habere: vim ei, cui non minor vis illata fuerat obuicientes, ac sermones quosdam petulanter magis, quam sapienter eo tempore iactatos, vrgentes. At magnus Episcopus noster, æquus rerum æstimator, nec cum iis, qui huiusmodi consilium inibant, abductus est, nec eorum sententiam comprobauit, sed constans atq; inuictus permansit, haud minus, quam si nullam omnino vim perpessus fuisset. Nam cum vtrique vis allata fuisset; vel vicissim accusandos eos esse dicebat, seipsum accusarent; vel culpa soluendos, seipsum culpa soluerent; vel, quod iustius erat, nec absolutos quidem, tametsi ipse crimine solueretur. Si enim ipsi venia deberetur, vtique & illis sine illa vllo modo parcendum esset, multo minus iis delicti veniam esse sperandam. Longe enim ipsi boni sui tum futurum fuisse periculum subire, atque omni ratione obsistere, quam insidias postea moliri, eo præsertim tempore, quo veteres inimicitiæ potius essent deponendæ, quam nouæ excogitandæ: sic enim se res habet. Aderat quippe imperator aduersus Christianos fremens, atque hanc electionem tristo infestoque animo ferens, grauesque in eum, qui Archiepiscopus institutus fuerat, minas iactabantur; atque in nonacula acie sita res ciuitatis erant, ab eo nedie in rerum natura esse desineret, an seruaretur, atque clementia humanitasque nonnihil impetraret. Ad eum enim dolorem, quem ob Fortunam secundioris fortunæ tempore solutam, euersamque, capiebat, noua hæc atque insolens Præsulis electio accedebat, quam publici iuris consultissimum atque euersionem interpretabatur.

GREGORII EPISCOPI SENTENTIA DE ELECTIONE EVSEBII.

LII.

Quin ipse quoque prouinciæ Præfectus rationes conquirebat, quibus temporis atrocitati obsequi, & eum malo aliquo posset mulcare, ne erga eum quidem alioqui amice & beneuole affectus, sed quia aduersas in Republ. partes tuebatur, inimice atque infense. Quocirca eos, à quibus electus fuerat, velut accusatores illius futuros, per literas accersebat, non iam leniter & remisse, sed minis etiam quibusdam additis, tanquam hoc Imperator flagitaret. Cum igitur pater de ea reripistolam accepisset, sine vllo metu ac cunctatione vlla, responsum huiusmodi dedit, ex quo animaduertere licet, qua in eo libertas animi fuerit, quone spiritu acta. Nos, inquit, optime Præfecte, rerum omnium, quæ geruntur, censorem vnum, ac Regem habemus, qui nunc armis propugnatur. Is & præsentem electionem expendet, quam nos rite ac legitime, atque ex ipsius voluntate fecimus. Vobis autem tametsi vim afferre, si ita vellet animus, in promptu sit: id tamen numquam extorquebitis quin ea, quæ facta sunt, vt recte iusteque facta patrocinio nostro defendamus. Nisi hanc vobis legem promulgare libeat, quibus ne limis quidem oculis res nostras aspicere fas est. Hanc epistolam Præfectus ipse admiratus est, tametsi ad breue aliquod tempus stomachatus, mirifice suspexit, quemadmodum ex multis intellectum est, qui res illius perspectissimas habebant. Atque hac & Imperatoris repressit inceptum, & ciuitatem periculo, atque adeo nos dedecore atque infamia liberauit, hoc ciuitatis exigua, cathedræque summissioris Episcopus præstitit.

GREGORIVS SENIOR OBSTITIT PRÆFECTO.

hæc Gregorius Nazianzenus de rebus Cæsareæ gestis, cum ibi Iulianus adesset.

LIII.

Cæterum has omnes contumelias, quibus à Cæsariensibus affectus est Iulianus, cum supplicio aliorum, tum nece nobilissimi ciuis Eupsychij nomen reddentis antiquioris martyris Eupsychii, qui sub Hadriano ibidem fuerat passis, vlciscivoluit, de quo Sozomenus a: Fertur item, Basilium presbyterum Ecclesiæ Ancyræ, & Eupsychium ex patria sua Cæsarea Cappadocia oriundum, qui nuper duxerat vxorem, & etiamnum velut sponsus nouus erat, eodem tempore per martyrium è vita migrasse. Eupsychius quidem, quantum coniectura assequi possum, propter fanum Fortunæ, quo id temporis diruto, Cæsarei ciues (vt supra demonstrauimus) ad vnum omnes in Imperatoris odium incurrerant. Qui autem ad illud demoliendum manus ipsi admouebant pœnas dederunt partim mulctati morte, partim exilio condemnati. hæc Sozomenus: eadem quoq; Nicephorus b, & alii. Quod vero, cum non vnus Eupsychius, sed alii complures ea de causa subierint mortis supplicium, ipse tamen solus tam à Græcis quam à Latinis publicis tabulis reperiatur inter martyres recensitus; aliqua alia fortasse accessit ad Eupsychii martyrium causa, quæ desiderati videretur in reliquis: nisi & illorum, & complurium aliorum martyrum memoria excidit. Cæterum, quod ad Eupsychium pertinet, quem Ethnici inclamauerint incendiarium: iustissimam interceßisse causam martyrii, diximus in nostris ad Romanũ Martyrologium Notis. Quod autem tam eius Martyris, quam aliorum, de quibus agetur inferius, natales dies consignati in tabulis Græcorum vel Latinorum, consentire minime repetiantur temporibus illis, quibus Iulianus iisdem in locis mansisse legitur: plane dicendum est (quod & in Notis est sæpius demonstratum) non semper in Menologiis, seu Martyrologiis, poni diem, quo sancti Martyres passi sunt, sed interdum eum notari, quo inuenta, vel translata sunt eorundem veneranda corpora, vel in eorum memoriam basilica dedicata, adeo vt ex notata die in Ecclesiasticis monumentis haud semper possit certa temporis eorum martyrii ratio definiri. Profecturo post hæc in Syriam Iuliano Celsus Prouinciæ Præfectus occurrit, eumque est Tarsum vsque comitatus, de eo enim hæc Ammianus d. Itineribus itaque emensis cum Iulianus ad Pylas venisset (qui locus Cappadocas discernit, & Cilicas*) osculo susceptum Rectorem prouinciæ, nomine Celsum, tam inde à studiis cognitum Atticis, adsitumque in consessum vehiculi, Tarsum secum eduxit. hæc ipse. Hunc autem Celsum ab eodem Iuliano in exilium pulsum fuisse, Sozomenus tradit, quæ vero à Iuliano gesta sunt, post quam è Cappadocia recedens, Syriam versus direxit iter, inferius enarrabimus.

a Sozo. lib. 5. c. 10.

b Niceph. li. 10. c. 19.

c Menologium, & Rom. Martyrolog. die 9. Aprilis.

d Ammia. lib. 22. * Ciliciæ.

LIV.

Nunc autem in rebus Cæsariensibus versetur oratio, & pertæsa iam prolixioris Iuliani rerum in Christianos gestarum narrationis; tanquã otium captatura, ad res Basilii Cæsariensis, & amantissimi eius sodalis Gregorii Nazianzeni hoc anno transactas haud iniuita opportune se conferat, ad ea, quæ reliqua sunt de Iuliano postea reuer-

BASILII ET GREGORII VITÆ INSTITVTVM.

fuit. Accidit in hisce turbis Cæsareæ occasione violentæ creationis Eusebii Episcopi excitatis, vt licet iidem Episcopi persuasi à Gregorio seniore (vt dictum est) ratam eam electionem habuerint; monachi tamen illi, quibus præerat S. Basilius, ea occasione sese ab Eusebii communicatione diuellerent; atque ea & aliis de causis idem nouus Episcopus parum æquo in ipsum Basilium animo esset. Quibus obortis simultatibus, paci consulturus idem Basilius in Ponticas solitudines secessit: præsentia enim conflabat aduersariorum inuidiam. At audiamus hæc ab ipso eius collega Gregorio, qui à reditu Athenis in patriá hunc ea tempestate orationem habuit:

a Greg. Naz. in orat. in laudem Basilii.

Domum, inquit, reuersi cum mundo ac scena nonnihil inseruissemus, hactenus scilicet, vt plerorumq; hominum desiderio vtcumq; satisfaceremus (nam ipsi quidem ab ambitione & theatrali quadam ingenij ostentatione procul abhorrebamus) ad nos ipsos quam primum rediimus, atq; ex imberbibus inter viros profiteri cœpimus, virilibus iam ad philosophiam progredientes; non tam corpore (haud enim permittebat liuor) sed desiderio & amore coniuncti. Quod autem hic Gregorius dicat, post suum ipsorum reditum ex imberbibus profiteri cœpisse inter viros, metaphorice potius (vt ipsius eius est sæpius loqui) sunt hæc accipienda. nam grandioris eos fuisse ætatis, ex iis, quæ superius dicta sunt, facile potest intelligi.

LV. BASILII PEREGRINATIONES.

Sed pergit de Basilio dicere: *Ille à Cæsariensi ciuitate, vt alter quispiam conditor & conseruator retinetur: ac deinde quoniam me non perfruebatur, necessarias quasdam peregrinationes, minimique à proposito sibi philosophiæ scopo alienas iuit.* putat interpres, in Seleuciam ad S. Theclæ eiusdem Basilii peregrinationem contigisse, quo pietatis ergo frequens erat accessus: sed mea quidem sententia fallitur: nam cum non peregrinationem, sed peregrinationes Gregorius dicat, manifeste significasse visus est peregrinationes illas, quas ad visendos monachos Ægypti, Palæstinæ, Syriæ, & Mesopotamiæ, instituit: cum eorum inflammatus exemplo, reuersus in patriam, idem viuendi genus cõsectatus est, vt declarat ipse met scribens ad Eustachium, quæ hic paulo post reddituri sumus. Prosequitur deinde de seipso Gregorius: *At me & parentum pietas, & senilis ætatis curatio, & incursantes calamitates ab illius cõsortio abstractum tenuerunt, haud recte quidem ac iuste fortasse, sed tenuerunt tamen, atq; haud scio, an mihi hinc quoq; omnis vita difficultas asperitasq; fluxerit, quodque incommodum ac salebrosum ad philosophiæ iter habuerim, & nec cupiditati arduæ animum, propositi satis dignum. Sed rerum quidem nostrarum status, quo Dei voluntas tulerit, feratur:* hæc de se Gregorius, quod haud licuerit tam cito (vt exoptauerat) in solitudine, quam diutius fuerat meditatus, vitam monasticam exercere. De Basilio autem subdit:

LVI. BASILIVS INITIATVR PRESBYTERATV.

Hunc vero multiplex Dei erga genus humanum beneficentia & prouidentia in multis animi muneribus exploratum, ac quotidie clariorem illustriorem; compertum in sacrum presbyterorum ordinem adscribit, luculentaq; Ecclesiæ facem memorabilemq; proponit, ac per vnicam Cæsariensem ciuitatem vbiuerso terrarum orbi præluceat. In quo etiam hanc rationem tenuit, vt minime repente eum ad huiusmodi gradum subueheret, nec eodem temporis momento salutaris aqua tingeret, ac sapientia instrueret, quem admodum plerisque eorum accidit, qui nunc ad præfecturas inflammati cupiditate rapiuntur, verum ordine ac spirituali progressionis lege hoc cum honore afficeret. & inferius in prauum illum morem pluribus inuectus, quo non virtute meritisq; in sacerdotium prosilitur, quo dignioti deferendum esset, addit: *Nunc autem, inquit, periculum est, ne ordo in toto Christianismo sanctissimus, in toto Christianismo maxime sit ridiculus. Non enim virtute magis, quam malitia & fraude sacerdotij dignitas paratur, nec meliores ac dignores, sed potentiores thronis insident.* & paulo post: *Cumque nec medici, nec pictoris nomen quispiam obtineat, nisi prius morborum naturas expenderit, aut multos colores miscuerit, variasque formas penicillo expresserit: Antistes contra facile inuenitur non elaboratus, sed recens, quantum ad dignitatem, simul satus ac prouectus, quem admodum gigantes poeta finxerunt. Vno die sanctos singimus, bosque sapientes & eruditos esse iubemus, qui nihil didicerunt, nec ad sacerdotium quicquam antea contulerant, præterquam velle. ac is quidem inferiori sede quiescat, humilisque stat, qui sublimem promeretur,* &c. Alludens nimirum ad Eutie-

biam, de quo mox, & ad Nectarium, qui idem ex catechumeno ad Episcoparum sedis Constantinopolitanæ postea euectus est. Deplorata hæc à patribus deliniunt aliqua ex parte bonorum dolore, cum his similia, vel forte deteriora aliquando peragi videant in Ecclesia Dei, dum faces Christianorum (sic illos dixerim, qui honoribus inhiant atq; diuitiis ex sanguine Christi captandis) absque vlla probitatis & scientiæ facultate in sublimes Ecclesiæ thronos ptouehi contemplantur, & miscent cum sanctis crebra ex intimo cordis dolore hausta suspiria. At non (mox subdit Gregorius) eadem Magni egregiique Basilii ratio fuit: quin potius vt aliarum omnium virtutum, sic etiam moderationis in his rebus tenendæ aliis exemplar se præbuit. Nam cum prius sacrosanctos libros populo lectitasset, qui & eorum explanator erat, factus est presbyter ab Hermogene Episcopo Cæsariensi, qui præcessit Eusebium, de cuius ordinatione hoc anno habita egimus: de quo & hæc habet Gregorius:

LVII. EVSEBII CVM BASILIO SIMVLTATES.

Cum Basilio simultatum quandam ii, qui proximus ante eum Ecclesiæ præerat, exercebat: quibus autem de causis, aut quomodo, silentio præterire satius est; cæterum exercebat vir in reliquo quidem non ingeneroſus, atque eximia pietate præditus, vt persecutio tum temporis exorta, & actis aduersus eum susceptæ contentio perspicue declarauit; sed tamen in Basilio humani aliquid passus. Neque enim viles tantum & plebeios, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus attingit: vt solus Dei sit, omni peccato atque animi perturbatione vacare. Ergo aduersus eum concitatur Ecclesiæ pars selectior, & sapientior: si modo sapientiores ii habendi sunt, quam reliquum mortalium vulgus, qui seipsos à mundi consortio segregarunt, ac vitam suam Deo consecrarunt: Nazaræos nostrates dico, atque in huiusmodi res præsertim maximas animi intentione incumbentes: qui turpe & indignum esse arbitrati, principis sui contumeliam, repulsaque iniuriam dissimulanter ferre, periculosum facinus aggrediuntur. Intelligit more suo Gregorius per Nazaræos, monachos: quorum cum dicit principem fuisse Basilium, plane significat iam ante hoc tempus, cum adhuc Cæsariensis Ecclesiæ presbyter esset, arripuisse vitæ monasticæ institutum, quod postea (vt dicemus) perfecit in Ponticis solitudinibus.

LVIII. QVÆ MONACHIIN EVSEBIVM.

Quid autem iidem monachi in Eusebium infensi moliti sint, mox subdit: *A magno & seditionis experte Ecclesiæ corpore desciere, seque abrumpere constituunt: non exiguam quoque multitudinis eius partem amputantes, tam eorum, qui plebeio ordine censebantur, quam eorum, qui magistratus gerebant. Id autem ob tres causas, eas q; firmissimas, per facile erat. Primum enim Basilius tanta apud omnes veneratione erat, quanta haud scio an quispiam nostra ætate philosophorum; eamq; vim habebat, vt cohors sua, si voluisset, animos ac fiduciam afferre posset. Deinde qui negotium illis facessebat propter tumultum in ipsius electione coortum, ciuitati suspectus erat, vt non magis rite ac legitime, qui tyrannice præfecturam consecutus. Postremo aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebãt.* Intelligit Gregorius de Eusebio Vercellensi Episcopo, & Lucifero Calaritano; qui cum tunc essent in Oriente exules, Iuliani indulgentia in Constantii odium liberati, Apostolica functione eos, qui in Arianam hæresim lapsi essent, ad Ecclesiam Catholicam reuocare, prouincias circumeuntes satagebant. Quid autem in tanta rerum perturbatione præstiterit Basilius, idem Gregorius institutam prosequés orationem docet his verbis:

LIX. BASILIVS ET GREGORIVS PROFICISCVNTVR IN REMVM.

Quid igitur præclarum ille & Pacifici discipulus? Nec enim iis, qui contumeliam ipsi inferebant, aut qui ipsius partibus studebant, obluctari poterat: nec illum erat dimicare, aut Ecclesiæ corpus lacerare, alioqui etiam bello vexatæ, atq; ab hæreticis penes quos tum summa rerum erat, in periculum adductæ: simul etiam consultoribus nobis sincere q; monitoribus ea in re vsus, nobiscum hinc profugus in Pontum secedit, pietatis q; gymnasia, quæ in illis locis erant, moderatur, atq; cum Helia & Ioanne summis philosophis solitudinem amplectitur. Hactenus Gregorius de transmigratione sua atq; Basilii in Ponticas solitudines; de quorum vitæ instituto agemus anno sequenti. Cum igitur ex his liquido cõstet; nonnisi post creationem Eusebii Episcopi Cæsariensis Basilium & Gregorium petiisse Ponticas solitudines; erroris arguitur Gregorius presbyter in vita Gregorii Nazãzeni,

dum

dum ait, id Conſtantij Auguſti temporib. contigiſſe. Interea vero cum Euſebius Baſilio infenſus Gregorium demulcere ſtuderet: haud his acquieſcens Gregorius, quæ eſſet ea in re animi ſui ſententia, hiſce datis ad eum literis a libera fronte ſignificauit:

a Greg. epiſt. 20.

LX. GREGOR. EPISTOLA AD EVSEBIVM.

Quoniam mihi cum eo viro ſermo eſt, qui nec mentiri amet, & in altero mendacium omnium acutiſſime deprehendat, quantumuis caldum multiplicibuſq; labyrinthis obuoluatur. Atque inſuper ne mihi quidem fucus & ſimulatio placet (dicam enim, etſi moleſtius ſit) tum à natura ita comparato, tum à Scriptura inſtituto atque informato. Idcirco quæ animo occurrunt, ſcribo. Actum meam dicendi libertatem in bonam partem accipias, velim: aut certe parum æquus in me eris, libertatem mihi adimens, cogenſque conceptum marorem velut morbum quendam malignum & ſuppurtridum in me ipſo me continere. Ornari quidem me abs te, lator (ſiquidem homo ſum, vt prius dixi, quiſpiam) atq; & ad Concilium & ad conuentus ſpirituales vocari. Verum contumeliam chariſſimo fratri Baſilio à tua pietate illatam eſſe, atq; etiamnum inferri, moleſte fero, vtpote quem & vita & ſtudiorum, excellentiſſima æq; philoſophiæ ſocium etiam elegi, & nunc habeo, nec quicquam ob iudicium de eo meum ſuccenſeo: ſic enim parcius loqui præſtat, ne alioqui illius virtutes prædicans, me ipſum laudare videar. Tu vero, dum eo contempto, nos honore proſequeris, perinde mihi facere videris, ac ſi quis vnius viri caput altera manu demoliretur, altera malam ſeriat; aut etiam communis domus fundamenta parietes depingat, atque externas partes exornet. Proinde ſi quid mihi obſequendum putabis, hoc facies: vt autem obſequaris, abs te peto atq; contendo: æquum eſt enim. Si illum, vt par eſt, coluerit, ipſe quoq; ab eo vicißim obſeruaberis, nos autem ſequemur, quem admodum vmbræ corpora, vtpote parui & ad pacem proclines. Non enim ita miſero ſtatu res noſtræ ſunt, vt cetera quidem philoſophari, partiq; excellentiori adiungi velimus: ceterum dilectionem, quæ totius doctrinæ noſtræ caput eſt, contemnamus, ac pro nihilo ducamus: idq; erga virum ſacerdotio inſignem, tantaq; virtute præditum, quem & vita & doctrina & ætate, omnium, quos nouimus, præſtantiſſimum eſſe cenſemus, neq; enim marorem, quo affecti ſumus veritati tenebras offundet. Hactenus Gregorius ad Euſebium: & quidem Chriſtiani philoſophi libertate hæc ſunt digna: quæ tamen in deteriorem partem ab illo accepta eſſe, poſteriores eiuſdem Gregorij daræ literæ b ſignificant.

GREGORIVS REDARGVIT EVSEBIVM.

b Greg. Nazianz. epiſt. 169. edit. nouæ Pariſien.

LXI. Quod vero ad Baſilium ſpectat, haud inuitus oblatam arripuit occaſionem ſecedendi in ſolitudinem, quâ diutius exoptaſſet: de ſuo enim mœtis propoſito. & quo modo veluti quibuſdam paſſibus atq; viæ greſſibus, ad ſummum hoc Chriſtianæ vitæ culmen peruenerit, ipſe in epiſtola ad Euſtachium ſcripta declarat his c verbis, totius vitæ ſuæ vſq; ad illud tempus veluti epitomen rexens: *Ego inquit, poſtquam multum temporis vanitati impendiſſem, & omnem prope iuuentutem inani ſtudio attriuiſſem, quo tenebar, cum apprehendendis infatuatæ à Deo ſapientiæ diſciplinis immorabar: tandem aliquando, vbi velut ex graui ſomnio expergefactus, ad Euangelicæ veritatis admirabile lumen reſpexi, agnouiq; inutilitatem ſapientiæ principum huius ſeculi, qui abolentur, deploraæ plurimum miſerabilis vita mea, ductorem mihi dari optabam, qui ad pietatis me dogmata introduceret: & cum primis hoc mihi cura, vt morum correctionem aliquam inſtitueremus, quos per diuturnam conſuetudinem cum improbis contractam peruerteram. Lecto itaque Euangelio, animaduerſoque illic, quod plurimum occaſionis & momenti afferat ad perfectionis ſtudium, ſi quis bona ſua vendat, deq; illo egenis fratribus communicet, & prorſus nulla teneatur huius vitæ cura, nec patiatur mentem ſuam aliqua rerum præſentium aſſectione turbari: optabam dari aliquem ex fratribus, cui iſtud vitæ genus arrideret, quo cum vna profundum vitæ huius pelagus ſuperare liceret. Inueni ſane multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum: deinde & alios in Paleſtina, & in Cœloſyria, & Meſopotamia, quorum admiratus ſum, tum ip ſeruandæ dietæ temperantiam, tum in obeundis laboribus tolerantiam: ad quorum obſtupui precandi vigorem & conſtantiam: cum obſeruarem, quo pacto nec ſomno victi, nec aliquia alia natura neceſſitate deflexi, ſublimem ſemper & inuictum animi ſenſum in fauce & ſitι, in frigore & meditate ſeruarent, nec corporis rationem habentes ipſi, nec ab aliis aliquid illi curæ impendi ſuſtinentes, ſed quaſi in aliena carne degerent, ipſo opere oſtendentes, quid ſit in rebus vita peregrinum eſſe, & conuerſationem in cælo habere. Cum illa admiraret, vitamq; virorum illorum ob id beatam iudicaret, quod ipſo opere ſe mortificationem teſu circumferre declarauerint: cupiebam & ipſe, quantum mihi poſſibile eſſet, illos æmulari.*

c Baſil. epiſt. 79.

BASILII VITÆ MONASTICÆ INEVNDÆ RATIO.

LXII. *Huius itaque gratia vbi videbam quoſdam in patria mea illorum inſtitutionem ſectari cepiſſe: commoditatem aliquam reperiſſe me ratus, inuiſibilium animi affectuũ in his, quæ videri poſſunt, experimentum cepi. Quoniam igitur qua in vnoquoque noſtrum occulta ſunt, dignoſci nequeunt, ſatis indicij ad declarandam animi humilitatem eſſe putaui, ſi humili veſte induerer, ſufficiret eq; mihi ad faciendam eius rei fidem, craſſum ac rudepallium, & zonam, & è ſudi corio calceamenta, &c.* Porro tunc credimus Baſilium luſtraſſe Aegypti ſolitudinem, cum poſtquam Athenis reuerſus eſt in patriam, conuentorus Euſtachium Chriſtianum philoſophum, Alexandriam venit, vt ipſe in epiſtola ad eum ſcripta teſtatur d.

d Baſil. ep. 160.

LXIII. BASILII ÆVOÆ RATIO.

Qui igitur cum quæreretur ad Epiſcopatum Cæſarienſem, improuiſa fuga ſibi conſuluit, & creato Euſebio Epiſcopo ſibi parum æquo, vna cum Gregorio Nazianz. petiit Ponti filias, à ſuis Cæſarienſibus magnis ſtudiis, re comperta, literis reuocatur: cum ipſe apologeticũm, ad illos dedit de ſua diſceſſione epiſtolam, in qua hæc in primis ad eos e: *Sæpenumero admiratus ſum, quidnam animos veſtros erga nos affecerit, & vnde ſit, quod tantopere à noſtra mediocritate tam modica & exili, nullaque in re amabili, ſuperamini, vt ſcriptis nos per amicitiæ & patriæ commemorationem adhortemini, & vt profugos filios aſſolent parentes, paternis ad vos viſceribus reuocare concupiſcitis. Ego quidem nos profugos eſſe factos fatetor, neque negauerim, cauſam autem fugæ tam veſtri noſtri ſiquidem cupiuit. Ea vero potiſſima eſt, quod tum cum eſſem apud vos ex improuiſo perculſus, quemadmodum ſi quiſpiam repentino terræ motibus conſterneretur, animi conſiderationes haud ſolubes, ſed procul aufugi, multumque temporis manſi ſeparatus à vobis. Poſtea vero ſubiit animum meum deſiderium quoddam diuinorum dogmatum & quæ circa illa verſatur philoſophiæ. Quo enim aliquo pacto poſſem: quo, inquam, aliquo pacto poſſem ego vna nobiſcum inhabitantem ſomare malitiam: O ſi mihi detur Laban quiſquam, qui me liberet ab Eſau, ducatque ad cæleſtis vitæ philoſophiam, &c.* hæc Baſilius de fugæ ſuæ & receſſionis in eremum ratione: cũ alioquin iam diu ante, Cæſareæ cum eſſet, vt diximus, vitam monaſticam excoluiſſet: quod & ex iis patet, quæ ad eum ſcripſit Libanius ſophiſta, qui (vt dictum eſt) ſummapollebat apud Iulianum æſtimatione: cuius pariter literis ſignificatur, præſtantem virtutibus etiam in adoleſcentia ſemper viguiſſe Baſilium, ſecundum ea, quæ de ipſo teſtatus eſt quoq; Gregorius Nazianz. Vt intelligas, quæ ab ipſo ad Euſtachium ſcripta modo retulimus, magna animi ſummiſſione eſſe locutum: vt qui putauerit, omnem ſuperioris vitæ ſuæ inſtitutionem, comparatam ſublimiori illi Angelorum vitæ haud impari in æterno viuendi genere, fuiſſe penitus ſolutiſſimam.

c Baſil. epiſt. 79.

LIBANIVS LAVDAT BASILIVM.

LXIV. Sed reddamus hic verba Libanii ad Baſilium hæc poſt alia ſcribentis: *Ego namque, quem tu putas oblitum, tam olim te, cum adhuc adoleſcens eſſes, dilexi, propterea quod te viderem temperantia ita præditum, vt cum ſenibus quoque decertares: adque ita ea ciuitate, quæ voluptatibus ſcatet: deinde & diſciplinarum iam magnam eſſe partem conſecutum. Quoniam vero opere pretium eſſe putas, vt & Athenas videres, atque & Celſo perſuaſeras: gratulabar Celſo, quod amicitiæ tuæ eſſet communitus.* hunc illum puto intelligendum eſſe Celſum, cuius nuper ex Ammiano meminimus, qui Athenis Iuliano probe notus, ab eodem inſignitus fuerat amplißima præfectura prouinciæ Cappadociæ. Sed proſequitur Libanius: *Poſteaquam vero reuerſus eſſes & in patria conſtitutus: ad meipſum, Quid nunc, aiebam, moliuntur vobis Baſilius, & ad quod vitæ genus ſeſe contulit? An in forenſibus actionibus verſatur, veteres illos rhetores æmulatus? vel diuitum liberos in rhetorica inſtruit? Cum vero venirent quidam nunciantes multo te potiorem viam ingreſſum eſſe, hocque ſpectare magis, quomodo Deo reddaris amicus, quam quomodo diuitias colligas: & te ſelicem eſſe dicebam, & Cappadoces: te quidem, quod malueris talis eſſe: illos vero, qui talem potuerint exhibere ciuem.* hæc Libanius, licet Ethnicus, laudatur tamen arrepti vitæ propoſiti à Baſilio: quem quanti fecerit atque coluerit, dicturi ſumus infe-

e Extat apud Baſil. epiſt. 141.

EPISTOLA LIBANII AD BASIL.

rius. Iam puto, ex his quoq; intelligas, quanto deteriores

sint Ethnicis hæretici nostri temporis, vitæ monachæ detrahentes.

LXV. GREGORIVS NAZ. REQVITVR BASILIVM.

Quod vero adeius fodalem, & in eremo collegam Gregorium spectat: ipse quoque, qui hoc diutius meditatus erat, sed tamen parentibus cum assideret senibus (vt ipse testatur) fuerat detentus & impeditus: mox liber, illis relictis, Basilium est consectatus: nam inde ei per opportuna manauit occasio, quod germanus eius Cæsarius, relicta præfectura, qua fuerat à Iuliano donatus, recedens ab aula (vt supra explicauimus) nobiliori purpura, nempe confessione decorus, in patriam remeauerat: in quem Gregorius mox rei familiaris parentumq; curam retecit. Seu & nec passus est teneri se Gregorius vinculo spirituali, quo pater eum deuinxerat, nempe facto ordine presbyterii, cuius ipse meminit illis versibus *a*:

Nam me pater, quamuis nollet plane meam
Sententiam (qua causa motus, nescio:
Paterna amoris forsan benevolentia:
Vehemens potestati unctus est amor)
Vt vinculo me spiritu alibus consti ingeret,
Bonis, me participem facret, maximis &c.
Vi permouens solo secundo collocat &c.

narrat deinde suum accessum post hæc in solitudinem. Contigisse plane videtur eiusmodi initiatio Gregorii eodem tempore cum ordinatione Basilii: nam ad eum tunc scribens hæc ait *b*: *At tu quoque captus es, quemadmodum nos quoque qui hæc scribimus: quandoquidem in presbyterorum ordinem inuiti adscripti sumus: nec enim à nobis exigebatur: nam vterque alterè, si aliquis quam, locupletes esse testis possumus, quam nobis cordi esset pedestris philosophia, humique depressa. Verum hoc non fiori, fortasse quidem præstitisset (quonam alio verbo vtar, incertus sum, quo adusque Spiritus sancti consilium dispositionemque perspectam habuero) quoniam autem factum est, ferendum mihi videtur, ac præsertim propter hanc tempestatem multos nobis hæreticorum linguas inuehentem: nec eorum, qui nobis fidem habuerunt, spes fallendæ, nec superior vita nostra dedecorandæ* hæc Gregorius.

a Greg. Naz. in carm. de vita sua.

b Gregor. Naz. ep. 11. CAVSA SVSCEPTI PRESBYTERATVS.

LXVI.

At licet hisce spiritualibus compedibus teneri videretur adstrictus: haud tamen valuit retardari, quin Basilium sequeretur: e quod ipsemet his versibus indicat:

Verum hanc molestè adh. tuli tyrannidem
(Nequeo enim ea re appellare alio nomine,
Sanctus quidem velim mihi ignoscat Spiritus)
Vt mox amicis derelictis omnibus,
Parentibus, cognatis, atque patria,
Instar bouis flagello forte perciti,
In pontum abirem, quæsturus remedium
Dolorii ex amici consuetudine
Plane viri diuini, qui istic cum Deo
Sub nube agebat, vt alter Moyses:
Hic erat Basilius, viuens cum Angelis modo.

c Greg. in carm. de vita sua. GREGORII DE BASILIO DESIDERIVM.

hæc Gregorius: quibus etiam significatur, præcessisse Basilium, ipsum vero Gregorium pœnea subsecutum, detentum nimium matris Nonnæ periculosa ægritudine, ex qua tandem (vt ipse pluribus tradit *d*) miraculo planè cõualuit. Cum vero à Basilio vt aduentum suum maturaret in Pontum, solicitaretur, sic ei ad illum rescripsit.

d Gregor. orat. in sanct. patr.
e Greg. epist. 4.

LXVII. EPISTOLA GREGOR. AD BASIL.

Vt expleatur quod iubes, partim in nobis situm est, partim autem, & quidē potissimum, vt opinor, in tua potestate: in nobis quidem cupiditas, animique promptitudo: nam nec aliàs vnquam congressum tuum, societatemque fugimus, sed semper consectati summus, & nunc eam ardentius expetimus: in tua autem sanctitate, vt res nostræ melius constituantur. Assidemus enim domine matri, grauiter quidem morbo laboranti. Quod nisi eam accepimus vita statu desertura fuisset, tua præsentia, mihi crede, diutius non carebamus. Tantum precibus tuis, partim illius valetudini, partim nostro succurrere. hæc ad Basilium Gregorius. Exigebat id ille importunius, & quidem ex pactis conuentis esse, cum ambo simul essent Athenis. At ex his omnibus, aliisq; eorundem epistolis in primis redarguitur error is Rufinus *f*. cum ait, per Gregorium Basilium è cathedra publice præsidentem abstractum atque perductum in solitudinem: cum exploratissimum habeatur, primo Basilium, inde Gregorium sæpe ab eo vocatum, Ponticam solitudinem petisse.

f Ruffi. li. 2. c. 9.

Cæterum vt migrationis vtriusque certior ratio habeatur: quantum ex epistolis inter se vltro citroque datis colligere licet, illud in primis repetimus, Gregorium primo secessisse in rus paternum, nomine Arianzum, locum sui natalitii: qui quidem locus, vt auctor est Nicetas *g* eiusdem Gregorii interpres, situs erat in ea regione prouinciæ Cappadociæ, nomine Tiberina. Quo tempore Basilius ob tumultus occasione Eusebij Episcopi Cæsariensis obortos, Cæsarea recedens, Neocæsaream in Ponto ciuitatem quæ ad portum confugit, inde in proximã commigraturus erat. Erat namque ciuitas paternum solum, vbi à cunabulis assueuerat. testatur id ipse ea epistola, quam ad ciues Neocæsareæ scripsit, vbi inter alia *h*: *Ego cum propter loci huius consuetudinem, qua illi à puero assueui (hic enim à nutrice mea educatus sum) tum propterea, quod postea quoque sæpenumero hoc in loco versatus sum; quem, cum vrbanos tumultus fugerem, & propter solitudinis silentium ad philosophiæ studium commodum illum esse scirem, complures continuos annos incolui; & propter tam inhabitantium fecunditatem, breuem aliquam in negotiis, quibus distinebamur, respirationem adeptus, cum gaudio solitudinem hanc accessi, non vt alius hinc quicquam negotij facesserem, sed vt desiderio meo morem gererem.* huc usque Basilius.

g Greg. Naz. orat. in Plag. grand.

h Basil. ep. 64.

LXIX. QVID GREGOR. AD BASIL. LVDENS.

Gregorius igitur cum ageret in Tiberina, Basilium solicitabat, vt ad se veniret, locoq; quã condixerat vitam Christianæ philosophiæ conciliatricem ibi vna simul agerent. Basilius contra ioco agens, laudatam à Gregorio Tiberinam salsis iocis est insectatus: lutosam namque esse, & velut in barathro constitutam, scriptis ad eum literis infamabat: idque eo plane consilio, vt è patrio solo Gregorium diuellere posset, atque ad Ponti deserta loca pelliceret. Desiderantur illæ quidem eo argumento à Basilio scriptæ literæ: verum ex iis, quas ad ipsum Gregorius reddidit, quales fuerint, facile assequi possumus: quæ cum perbreues sint, eas hic in gratiam lectoris reddere, dignũ duximus. sunt autem huiusmodi:

i Greg. ep. 6. recentioris editionis.

Non fero mihi Tiberinam obici, atque huius loci glaciem & hyemes (ô vir luti admodum expers, summisque pedibus incedens, & tabulas calcans, ac pennate & pendule, simulque cum Abaridis sagitta delate) vt cum Cappadociam patriam habeas, Cappadociam fugias. An vero iniuriam vobis facimus, quod cum ipse palleatis, atque angustum quiddam spiretis, Solemque ad certum modum accipiatis: nos contra pingues & nitidi seamus, & satiramur, nec vllius loci angustiis circumscribimur? At vero hæc vestra sunt. Deliciis enim indulgetis, & opibus polletis, & in foro versamini. Hoc minime probo. Quocirca vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim tu vrbem condidisti, nec nos hyemem) vel nos tibi pro luto caupones offeremus, & quic quid turpe & improbum vrbes ferunt: hactenus ad Basilium Gregorius.

LXX. BASILIVS AD EREMO PONTICA VOCAT GREGORIVM.

Cum vero è Neocæsariensi in Ponto ciuitate, in ipsam Ponti montium solitudinem se Basilius contulisset: vt Gregorium adhuc in Tiberina regione commorantem inde euelleret, & ad se alliceret, illam tunc ad eum dedit epistolam *k*, qua locum ipsum ad commorandum delectum cum describit, ac veluti in tabula pingit, plurib. laudibus celebrat, adeoq; ad institutum accommodatum, vt nihil sit, quod possit Tiberina cum illo aliqua saltem ex parte conferri; vnde & illud habet in fine. *An non igitur animaduertis, quo periculo ego stultus venerim, cum huiusmodi sedem cum Tiberina, hoc est, orbis barathro, commutare studerem?* hæc idcirco Basilius, quod illi iam pene Gregorius suasisset, vna secum in Tiberina vitam ducere solitariam. Sed Basilius ei, vt Tiberinam relinqueret, persuadet, & in eremum Ponticã cõmigraret. Gregorius vero hisce iocis aspersam cum Basilii epistolam accepisset, refertas iocis itidem ad eum literas reddidit *l*, quibus veluti Pausonii conuersa tabula, eundem à Basilio descriptum Ponticæ eremi locum delectum, horridũ, asperum, sterilem, ac feratum potius quam hominũ, vel damnatis præscriptam sedem ad habitandum, esse demonstrat. Extant quidem ambæ ipsorũ eædem tum scriptæ literæ, quas licet sæpe perlectas tantum legens magnam ex iis capio animi voluptatem. Cæterum de loco à se ad monasticæ vitæ institutum delecto, haud falsa videri potest iactasse Basilius. vbinam autem in

k Apud Greg. ep. 6.

l Greg. ep. 7.

LOCVS BREVI S. BASILII.

Ponti

Ponti regione locus ille sit situs, cum diu peruestigarim, reperi tandem fuisse ad ripam Iris fluminis haud ignobilis: nam ipse Basilius ad Eustathium scribens, hæc habet: *Sæpenumero nos, vbi ad fluuiū Iridem degebamus, inuisisti, cum mecum esset Deo dilectissimus frater Gregorius, & ad eundem mecum vitæ scopum contenderet.* locus autem ille, vbi consedit Basilius, Mataza nomine dicebatur, de quo ipsemet *b* meminit ad eundem Gregorium scribens.

a Basil. epist. 79.

b Apud Basil. ep. 120.

LXXI. c Strab. lib. 12.

Porro quales esse solerent regiones, quas Iris amnis interluit, satis erit vno teste *c* Strabone, hic referre: qui cum fluminis ortum in Pontica regione, & ad mare Euxinum exitum accurate describit, hæc de ipsis, quas allabitur, regionibus: *Hæc de causa, inquit, planicies hæc semper roscida est, & herbū viret, sufficitq; alendis bouis & equorum armentis, sementem plurimā excipit elymi atq; milij, atq; adeo nusquam frugibus destituitur: nam aquarum copia quanta ficitate est valentur. Itaq; fames nunquam adistos homines pertingit, cum montana etiam tantam abundantiam præbeant sponte sua nascentium & siluestrium fructuum vitis, pyri, mali, & eorum, quæ sunt de genere nucum: ita vt toto anni tempore largiter decerpere fructus possint, qui in siluas eunt: cum alij etiamnum de arboribus pendeant: alij in solorum, quæ defluxerunt, strue copiosa & densa, tacentia inueniantur, omnis etiam generis venationes in frequentissimo sunt vsu ob fertilitatem soli.* hactenus Strabo: ex quibus apparet, potiora fuisse iura Basilij, quam Gregorij. Cæterum erant hæc omnia amantium cauilli, dulcedine magna cōpositi, iocique festiui perjucundo lepore conditi: cum nihil penes Gregorium antiquius esset, quam ipsum Basilium conuenire, atque vna cum illo (quod in optatis diu fuit) reliquum vitæ tempus insolubili nexu transigere, & disciplinam monasticam profiteri, nec amplius aliquo casu ab illo diuelli. quod & incunctanter præstitit, vt diximus, ipsum ene stigio consecutus. Nam vt in oratione in laudem Basilij scripta testatur, adeo modico temporis interuallo post ipsum Basilium eandem Ponti eremum petiit, vt vna cum ipso eo se profectum esse testetur, cum ait: *Consultoribus nobis, sincerisq; monitoribus ea in re vsus, nobiscum hunc profugus in Pontum secedit, pietatisq; gymnasia, quæ in illu locis erant, moderatur.* hæc ipse: ex quibus illud intelligas, etiam ante Basilij illuc aduentum, apud Ponti solitudines iam quædam esse cœpisse habitacula monachorum: quod & Basilius ipse testatur ea Epistola, quam scripsit ad Eustathium *d*. Sed de his postea dicturi sumus.

d Basil. epi. 79.

LXXII.

Rursum vero, quod etiam ad tempus spectat horum profectionis in Pontum: & illos quidem errare certū est, qui dixerunt eam contigisse viuente adhuc Constantio Imp. nam cum nonnisi post Eusebij electionem id factū sit, liquido constat non ante Iulianum Imperatorem extitisse, cuius tempore certū est, Eusebium ad Episcopalem præfecturam fuisse euectum. Quæ autem attinent ad ipsorum vitæ institutum, inferius explicabimus. Nunc ad res gestas Iuliani in diuersas Ecclesias debacchantis redeamus, denuo opportunioni tempore Gregorium & Basilium inuisuri.

IVLIANI PERSECVTIO IN GALATIA. e Sozo. l. 5. c. 10.

Quid interim in vicina Cappadociæ prouincia Galatiæ actum sit aduersus Basilium Ancyræ presbyterum, operæpretium est enarrare: refert sic Sozomenus *e*: *Basilius, inquit, religionis Christianæ perstudiosus, quamdiu regnauit Constantius, tamdiu Arianis duntaxat impugnandis operam nauauit; & eam ob causam sententia & decreto Eudoxianorum conuentus agere, prohibitus est. Sed vbi Iulianus solus administrabat Imperium, varia circuiuit loca, quo sedulo hortaretur Christianos, vt sua religioni mordicus adhærescerent, & ne Gentilium victimis se & lubamentis polluerent, proque nihilo ducerent honores ab Imperatore sibi delatos: eos enim ad tempus solum durare, & ad extremum mercede sempiterni exitij remuneratum iri. Dum ista sedulo molitur, non in suspicionem solum à Gentilibus, sed etiam in odium vocatur. Stansq; in loco publico, & videns eos hostias immolantes, grauiter ingemiscit: orat Deum, vt nullus Christianus illo errare capiatur. Ob quam causam illuc comprehensus traditur Præsidi prouinciæ: atq; in singulis certaminib. multa perpessus tormenta, constanti animo ac verili martyrium sustinuit. Atq; tametsi sta quidem hoc modo præter Imperatoris Iuliani sententiam acciderunt (haud enim patiebatur gloria martyrij adeo celebrū decorari Fideles) tamen constat, alios non paucos, eosq; generosos viros, eo regnante, atque adeo volente, martyrio occubuisse. De quibus omnibus, licet variis temporibus martyrium subierint, vno tamen loco, quo planior fieret historia, pariter disseremus.* hucusq; Sozomenus.

BASILII ANCYRANI MARTYRIVM.

LXXIII. DVO BASILII ANCYRANI.

Porro Basilij presbyteri Ancyrani, tam Græcis, penes quos passus est, quā Latinis anniuersaria diei natalis, vndecimo Kalendas Aprilis, publicis scripta tabulis in Ecclesia memoria perseuerat. Et ne quempiam vel leuis suspicio tangat de eius gentili; Basilio item dicto, eiusdem Ancyræ ciuitatis Episcopo, quem Arianæ blasphemiæ fuisse acerrimum defensorem, tertio Annalium tomo sæpius demonstratū est: meminisse debes, lector, eiusmodi scrupulum nos dimouisse in Notationibus ad Romanū Martyrologiū, vbi Sozomeni f auctoritate demonstrauimus: post obitum Iuliani, tempore Iouiani Imperatoris ipsum Basilium Episcopum fuisse superstitem, atque recantasse palinodiam vna cum aliis, oblato Iouiano Imperatori libello, quo professus est se Nicænæ fidei assertorē. ex quo periculum redditur, hunc Basilium presbyterum longe alium esse ab illo Arianorum Episcopo Ancyrano. Passi quoq; eodem Iuliani tempore Ancyræ Melasippus, Antonius, & Carina leguntur: quorum dies Natalis septimo Idus Nouembr. tam Græcis, quam Latinis est nota g.

f Sozo. l. 6. c. 4.

g Mensol. & Martyr. Rom. ea die.

LXXIV. h Pallad. in Lausia. c. 31 PHILOROMI CERTAMEN.

Nobile etiam in eadem Galatiæ prouincia certamen exegit Philoromus presbyter, de quo hæc Palladius *h*: *Hic eo tempore, quo Iulianus infelix tenebat Imperium, secularibus renunciauit rebus: magnaq; idem interrogatus ab eo cum auctoritate respondit. Quem tunc ille, cauitie eidem prius facta, insistē te verberari. Qui supplicium plagarum patientissime ferens, maximas ei gratias egit, sicut postea à nobis & ipse referebat.* ita de eius cōfessione Palladius: plura autem addit de vita monastica ab eo suscepta, mira ciborum abstinentia, fuoq; umque animi motuum moderatione: quem adhuc, cum ea ipse scriberet, fuisse superstitem annos natum octoginta, tradit, cum iam obiisset religionis causa longum satis peregrinationem: de qua sic ait: *Pedestre iter omne conficiens, Romam vsque peruenit, atque in Ecclesia S. Petri Pauliq; orationibus factis, rursum ad Alexandriam pedestris remeauit, vbi iterum preces fudit in basilica martyris Marci. Hierosolyma vero secundo fuit pro honore sanctorum locorum; propriusq; semper tumpeibus & pedibus martyres sanctos in omnibus sufficienter honorauit. qui & ad nostram adificationem sæpe dicebat, bou se meminisse, quod vnquam sensibus suis à Deo fuerit separatus.* hæc Palladius.

LXXV.

At Iulianus, qui absque vllo Catholicorum aut hæreticorum delectu Christianum nomen vbique insectaretur in omnibus; omnes cuiusvis sectæ Christianos in se prouocauit: atq; adeo, vt hæretici quoque eo obniti magnis animis sæpe studuerint. Nam præter Marin Chalcedonensem Episcopum, de quo dictum est (ne digrediamur à Galatia, de cuius rebus tum gestis agimus) præclara admodum extitit Basilis hæretici Encratitæ confessio: de quo hæc Sozomenus *i*: *Aiunt præterea Basilem Ancyræ, quæ est vrbs Galatiæ, nobile ac strenuum pro fide confessione certamen confeciſſe: quem tum quidem hæresis Encratitæ vocatum sanctorem, Præses prouincia illius, quod inueniuliter inritus Gentilium insultaueraf, comprehendat, cedeoque verberibus constituit: atque in publicum locum ad equuleum deducens, sublimem suspendi iubet. Tunc Basilis manibus ad caput sublatis, sua nudauit latera, & ad Præsidem dixit: non esse opus, vt lictores ipso tum in equuleum tollendo, tum inde rursus deponendo, laborent frustra suscoperent: se enim absque eorum opera, quo ille vellet modo, latera sua præbere tortoribus, paratum esse. Quam eius pollicitationem licet Præses admiraretur, tamen in experiendo multo magis obstupuit. Nam cum latera eius vnguibus tantisper lacerarentur, dum visum esset Præsidi; manibus ad cœlum sublatis, patienter admodum toleranit. Ac plagas libenti animo excipiens, in vincula postea conjectus est. Non diu autem post, cum nunciatum esset, Iulianum interfectum esse, inde dimissus est, & ad Imperium vsque Theodosij vitam propagauit, condemnata quæ sua prius hæresi, se ad Ecclesiam Catholicam recepit.* hæc Sozomenus.

i Sozo. l. 5. c. 10. BVSIRIS PROFESSIO.

LXXVI.

Venerat Iulianus in Galatiam hoc anno circa mensem Septembrem, indeq; Pessinunta in Phrygę ciuitatem, memoria Mattis deum apud Ethnicos celebrem: *Vbi* (inquit Ammianus *a*) *venerato numine, hostiisq; litato & votis, Amyrin redijit. Enimq; exinde progredientem vlterius multitudo inquietabat, pars violenter abrepta sibi reddi poscentium, alij querentes consortium se curiarij addictos iniuste*, &c. Iustile has querelas Christianorum constat ex ijs, quæ dicentur inferius, cum de promulgatis ab eo in Christianos legibus agemus. Quid autem in famosum idolum per Iulianum restitutum contumelioſe quidem, sed pie egerit Christianus adolescens, quæue tum ipse, tum alter passi fuerint, & specimen inuictæ constantiæ ediderint, Gregorius Nazianzenus narrat his verbis *b*: *Nec hi quidem iuuenibus summa abiectiores, qui te imperante floruerunt. Ex quibus alter cum ob deorum tuorum Matrem contumelioſe vexatam, aramq; diruta, in iudicium quasi caput reus adductus fuisset, vt vicl oq ingressus est, purpuramque tuam & sermones tuos vt inanes & futiles effusio risu prosecutus, cum maiori libertate & fiducia egressus est, non secus ac si à cœna & luculento conuiuio rediisset. Alter eò in vngulis toto corpore altissime impactis lacer atus esset, vulneribusq; oppressus ac pene cœ fectus, ab eo tamen tantum abfuit, vt tormentis frangeretur, aut præsentium dolorum quicquam graue & acerbum existimaret, vt postea quam partem aliquam corporis à vulneribus intactam illæsamq; perspexisset, carnifices etiam ipsos accusaret vt contumelioſos, nec totum corpus decorantes, sed aliquod non conciſum profanumq; relinquentes: simul etiam tibiam ostenderet velut solam vngularum expertem; eosq;, vt ne hanc quidem parcerent, hortaretur.* huiusque Gregorius. Existimauit interpres posteriorem hunc fuisse Theodorum, de quo, cum agemus de rebus Antiochenis, dicturi sumus. Sed quod plures sub Iuliano inuictæ animi constantiæ specimen ediderint, nec in Theodoro quicquam huiusmodi legatur: vt hæc illi potius, quam reliquis adscribantur, nulla quidem specialis ratio suppetit.

LXXVII.

Quod rursum spectat ad Pessinuntis Mattis deorum sacra: cum primum illa restituit Iulianus, creauit in eis Sacerdotem Calixenem, antea Cereris Sacerdotio insignitam, summe laudatam inter Ethnicas mulieres; ad quam extat hac de re eiusdem Iuliani *c* Epistola, in cuius fine post alias laudes hæc habet: *Tu, inquit, noli paruas has laudes ducere, pro quibus & dij omnes tibi merita gratias relaturi sunt, & nos pro parte nostra te duplici Sacerdotio ornauimus, atque ad illud, quod antea habebas cum Cereris sanctissima, tum magna Matris Phrygiæ deæ in sacra Pessunte Sacerdotium adiungimus.* hæc ad eam Iulianus.

Sed quid eodem ferme tempore in Phrygia itidem gestum sit, sic refert *d* Socrates: *Erat quidam Meri verbis Phrygiæ provinciæ Præfectus, nomine * Amachius: qui delubrum in ea ciuitate extinctum aperiri, sordesq; in eo tam longo tempore coacernatas expurgari mandauit, simulacraque in eo cultu & observantia prosecutus est. Quod illius factum Christianorum animis acerbum iniecit dolorem. Idcirco Macedonius, Theodulus, Tatianus, zelo pietatis Christiana inflammati, istam agritudinem ferre non poterant; sed flagranti erga virtutem studio præditi, noctu in delubrum irruunt, simulacra confringunt. Quo quidem facinore cum Præses grauiter animo esset commotus, & propterea complures in ciuitate, qui criminis omnino erant expertes, neci dare contenderet: auctores sanioris vltro se illis obtulere, proque veritate ipsi mortem multo maluerunt oppetere, quam serre, vt alij ipsorum causa vitam amitterent. Quibus comprehensis, Præses mandatum dat, vt pro facinore ab ipsis admisso, se, simulacris immolando, purgarent: minatusque, se illos, si istud facere recusarent, acerbo multaturum supplicio. Illi, vpote excelso & magno animo præditi, neglectui eius minis, ad omnem cruciatum sufferendum se parato ostenderunt: malueruntque multo magis vitam deserere, quam se sacrificiorum labe ipsos pollinere. Præses igitur, vbi aliis omnibus tormentorum generibus eos exercuerat, ad extremum craticulis imponit, igneque subdi iubet: quo quidem cruciatu oppressi, è vita migrarunt. Et quo rebus tam fortiter pro veritate abs se gestis insigne quasi fastigium imponeret; hoc sunt verba ad Præfidem elocuti: Si capitale at decretis, Amachie *, carnes assas deglutiendi, vertemus in altera latera, ne in ipso gustu tibi semiassa videamur. Hunc isti vitæ habuere exitum,* hactenus Socrates: eadem plane Sozomenus *e* & alij. Quorum memoria annua natali die perpetuo conſecrata, pridie Id. Sept. tamb. qualibet anni periodo Græcis & Latinis *f* publicè in Ecclesia agenda recurrit.

Antequam autem Iuliani profectionem Antiochiam persequamur (nequid retro relinquamus intactum) de reliquis rebus tum in Propontide, tum in Thracia gestis prosequamur orationem. Cyzicus in Propontide ciuitas commixta erat Christianis atque Gentilibus: *His* (inquit Sozomenus *g*) *de rebus suis & de perficiendis deorum delubris Legatos ad Imperatorem mittunt: quorum coram ea studium in rebus sacris positum laudat ille quidem, & sua ipsis postulata concedit omnia. Elensium autem illum vrbis Episcopum* (quem inter Semiarianos profitentem diximus) *in carcerem conclusit, vtpote qui illorum fana vastasset, delubra affixisset contumelia, parasset ædes ad viduas alendas, monasteria sacris virginibus extruxisset, & Gentiles ad ritus patrios contemnendos induxisset. Interdixit præterea Iulianus Christianis peregrinis, qui cum eo erant, vrbi Cyzici introitu: causamque attulit, quod esset verisimile, eos religionis ergo seditionem concitaturos: quippe cum Christiani, qui in ciuitate habitabant, quique idem de Deo sentiebant, subsidio essent illis futuri; quorum nonnulli lanificio publico operam dabant, alij cudenda monetæ artem exercebant. Qui cum essent quamplurimi, in duas naues vastas classi diuisi erant & ex veterum Imperatorum mandato sua cum liberis & vxoribus domicilia sua Cyzici collocabant, atque certum tributum quotannis ærario publico pendebant alij chlamydes militares, nonnulli recentes, monetam alij.*

Quamquam autem omnino secum statuerat Iulianus religionem Gentilium stabilire; tamen vsitata putauit esse, populum, qui victimas immolare nollet, vel cogere vi, vel supplicio afficere. Tanta enim erat eorum multitudo, vt magistratus cuiusque ciuitatis agere illorum numerum subducere, & in tabulas referre potuerint. Porro eos negne in vnum conuenire, neque pro arbitrio preces facere vetuit. Certo enim nouerat, res, in quibus conficiendis libera voluntate opus esset, per vim minimam posse recte geri. At vero clericos & Ecclesiarum Antistites vrbibus exigere maturauit: quorum ab Ecclesijs absentia (dicam equidem quod verum est) molichabatur populi conuentus diuimere: ita vt neque conuenirent in vnum, neque doctores haberent, neque sancta percuperent mysteria, denique vt temporis diuturnitate in suæ ipsorum religionis oblitionem venirent. Illudq; simul considerabat, quod clerici populum ad dissidium inter se inducere poterant. Itaq; cum in hunc modum perfecisset, vt nec, seditio facta esset, neq; vlla fieri expectaretur; Elensium, & eos, qui cum ipso erant, Cyzico exire iussit. hæc Sozomenus.

In Thraciæ autem ciuitate Hadrianopoli passi sunt Philippus Episcopus, Severus presbyter, Eusebius, atque Hermes, qui post carceres & flagella incendio cremati sunt: quo gloriæ titulo natalis dies ipsorum penes Latinos ac Græcos in publicas Ecclesiæ tabulas relatus est, vndecimo Kalendas Nouembris *h*. His iungimus Æmilianum, de quo Theodoretus *i*: *Præterea Dorostoli, quæ est insignis vrbs Thraciæ, Æmilianus, inuictus Christi athleta, à Capitolino totius Thraciæ præsecto in rogum conjectus est.* Meminit eiusdem Æmiliani Sanct. Hieronymus in Chronico, aitque: *Æmilianus ob ararum subuersionem Dorostoli à Vicario excruciatur.* sed paulo fulius Græci in Menologio his verbis: *Hic fuit seruus cuiusdam Græci temporibus Iuliani Apostatæ, & Capitolini Præsidis: Cum vero Christum coleret, & idola insectaretur, rictus opportunum tempus, arrepto malleo, ingressus in templum, idolorum simulacra omnia contriuit, & sacrificia dispersit; adeoq; Præsidem, scipsum denunciauit. quocirca verberatus, & in fornacem iniectus, spiritum Deo commendauit.* hactenus ibi. Ad hunc plane alludisse videtur S. Ambrosius *k*, cum scribens ad Theodosium ait: *Quot se offerre habent tali optioni, cum meminerint, tempore Iuliani Augusti, qui aram dedecit, & turbauit sacrificium, damnatum à iudice fecisse martyrium? hæcipse,* Quod enim impudentia Iuliani in restituendo deorum cultu, erigendis simulacris, instaurandisq; sacris, vbique feruesceret; Spiritus Domini ad tam grandia peragenda, procacitatem qi Apostatæ retundendam, compulerit Ieroboales l effecit, & ad alias destruendas armauit.

a *Ammian. lib. 22.*

ADOLESCENS CHRISTIANVS CONTEMPTOR IDOLI.

b *Greg. Naz. orat. in Iul.*

c *Iul. ep. 2.*

d *Socr. lib. 3. c. 13.*

* Amachius.

MARTYRES PHRYGIÆ.

* Almachio

e *Soz. l. 5. c. 10. Sozom. & alij. Fabiol & Martyr. Rom. ad 1. c.*

LXXVIII.

f *Soz. l. 5. c. 14.*

QVID IN CYZICENOS IVLIANVS.

LXXIX.

CONATVS IVLIANI IN CHRISTIANOS.

LXXX.

MARTYRES THRACIÆ.

h *Martyrol. & Menol. 10 die.* i *Theod. l. 3. c. 6.*

k *Ambros. ep. 29.*

l *Iud. 6.*

LXXXI.

Atram adres Antiochenas transeamus, quæ hoc pacto anno gestæ esse noscuntur. Iulianus igitur cum mensibus decem Constantinopoli (vt testatur Zosimus *a*) commoratus esset, iam cogitans bellum Persicũ, hyemare statuens Antiochiæ cum exercitu, illuc iter tendens, recedit Constantinopoli: *quam* (inquit Ammianus *b*) *reliquit incrementis maximis fultam: natus enim illic, diligebat eam, vt genitalem patriam, & colebat. Potestatem enim* (ait Zosimus *c*) *vbi fecit habendi Senatus, vt in vrbe Roma. Simul portum ei maximum struxit, qui naues ab Austro periclitantes ab iniurijs defenderet; vna cum porticu, quæ Sigma litteram totius, quã directam formam refert, & ad portum deducit. Itidem adificata in regia porticu Bibliotheca, & in ea repositis libris, quotquot habebat; ad gerendum Persicum bellum sese parabat. Vbi decem totos menses Byzantij commoratus esset, Hormisdam & Victorem Duces constituit, eiq; cohortium Præfectis & exercitibus traditis, Antiochiam profectus est. Quanta quidem cum tranquillitate ac religione totum hoc iter confecerint milites, non est necesse dicere.* redigit ipsum iter Ammianus *d*. Zosimus autem hæc addit: *Antiochiam ingressum benigne populus excepit: sed quod idem natura spectandorum ludorum cupidus esset, magnisq; voluptatibus, quam seruis negotijs deditus: non ab re prudentiam & modestiam Imperatoris in rebus omnibus agre ferebat, qui & de theatris se subduceret, & raro ludos, nec toto die spectaret. Itaq; portentosis quibusdam vocib. tactatus, eum pungebant. Imperator semet vlcisci voluit non facto, pœna eis vlla irrogata, sed oratione quadam vrbanissima tam in ipsos, quam vrbem compositã; qua tantam in se cum verisimile continet acerbitatem, vt vbiq; terrarum derulendis Antiochenorum probris sufficerit.* hæc Zosimus.

LXXXII.

Hanc quidem orationem idem Iulianus (vt auctor est Gregorius Nazi. *f*) Misopogonẽ, & Antiochicam appellauit: in hoc vltimo titulo Dionem imitatus, qui ex locis, vbi dictæ essent, nomen apposuit orationibus: ꝙ factitarunt & alij: *Quæ* (inquit ipse Gregorius) *quid apud Christianos abiectius & contemptius? cui tum quidem purpura magnitudinem asserebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in cælum ferebant. Nunc autem barba corrupta est & raptata. simulq; cum ijs, à quibus elaborata est, irrisa.* intelligit, puto Libanium Rectorem Antiochenum, cuius scripta Iulianus (vt dictum est) adeo admirari consueuit: cum tamen & ipse Libanius eodem argumento duas scripserit orationes, de quib. hæc Socrates *g*: *Ex qua re Libanius sophista* (*hoc enim quoque nomine rhetores dicebantur*) *ansam ad scribendum arripiens, tum orationem illam, quæ πρὸς Βοτλικὸς inscribitur, id est, qua Imperatorem pro Antiochenis exorauit; tum eam, quæ, Oratio ad Antiochenos de ira Imperatoris aduersus illos, dicitur, composuit. Fertur sophistam illum has quidem confecisse orationes, in vulgus tamen minime protulisse: Imperatorem autem non re ipsa in eos, qui contumelijs ipsum afficerant, vindicando, sed dicteria solum retorquendo, iram suam posuisse: Nam oratione illa, quæ, Antiochica, siue Misopogon, id est, Odium barbæ, inscribitur, ab ipso compositã, ciuitati Antiochenæ contumelia notas impressisse ad perpetuitatem.* hæc Socrates. At secus accidit: nam summam inde Antiocheni laudem sunt consecuti. Sed quod eadem oratione Iulianus nihil aliud conatus sit, quam Philosophum ostentare: idcirco hæc mox Gregorius affirmat his verbis: *In qua*, inquit, *oratione tu quidem nomine valde intumescis, ac velut admirandum quiddam profers, quod in corporis cultu frugalitatem coluerit, nec vllam vmquam ex inglunie cruditatem contraxerit. quod autem Christianos adeo acerbe insectatus sis, tantamq; gentem, tamque sacram oppresserit, atque consecerit, consulto praeterit.* hæc Gregorius de Misopogone.

LXXXIII. DICTERIA IN IVLIANVM.

Cur autem id fuerit ab eo nomen inditum orationi, &, quibus ipse ad eiusmodi conficiendam scriptionẽ impulsus fuerit, dicendum est. Cum enim Antiochena ciuitas Christianis referta esset, atq; in Iulianum ob impietatem infensissima: vt primũ illum cum exercitu venientem excepit: quod aliter cõtemptum diuinum numen vindicare ciues non possent: deridere eum scommatibus, dicteriisq; proscindere aggressi sunt: atque in primis ab ipsius vultus specie, nempe à Philosophica promissa barba aucupati sunt ludibrij argumentum: vt eam ob causam illum nominarent hircum, vtpote præferentem barbam hircinam, ex qua funis intorquendus esset: his addentes pleraque alia, quibus eius impietas falsis derideretur dictis ac iocis. De quibus omnibus Ammianus *h*: *Post quæ*, inquit, *multa facete in se dicta comperiens, coactas dissimulare pro tempore, ira sufflabatur interius. Rubebatur enim, vt Cecrops, homo breuis, humeros ostentans angustos, & barbam præferens hircinam, grandiaq; incedens tamquam Otis frater & Ephialtis, quorum proceritatem Homerus in immensum tollit; itidemque vicennarius pro Socricola ducebatur, ad crebritatem hostiarum alludentibus multis: & culpabatur hic * opportune, cum ostentationis gratia vehens licenter pro Sacerdotibus sacra, stipatusq; mulierculis lætabatur. & quãuis his, parabus, de causis indignaretur, tacens tamen, motumq; in animi retinens potestate, solemnia celebrabat.* sic ipse: atque hæc de barba & alia quædam, iam cum Iunior esset, & in Galliis militaret, ab aulicis Constantij obiectari illi solita erant. vnde idem auctor superius *i*: *In Palatio adulandi professores iam docti, recte consulta prospereq; completa vertebant in deridiculum, talia sine modo strepentes insusse: Iudum venit cum victoriis suis capella, non homo: vt hirsutum, Iulianum carpentes, appellantesq; loquacem talpam, & purpuratam simiam, & literionem Græcum, & his congruentia plurima atque vernacula.*

LXXXIV.

Addit præterea Gregorius Nazianz. *k*. *Quid*, inquit, *prohiberet, quo minus nos quoque Romanorum, atq; adeo Orbis vniuersi (quemadmodum ipse dæmonum fraude circumuentus existimabat) Imperatorem, eodem ludo vlciscentes, Idolianum vocemus, & Pisæum, & Adoneum, & Tauricremum, vt iam nonnulli quoque nostrum lepidi & festiui homines appellarunt (quandoquidem mira est huius rei facilitas) alijsq; omnibus nominibus, quæ vel inflectenda & commutanda, vel creanda, ac vero ipsi obijcienda nobis historia porrigit?* hæc ipse. Porro dictum esse Iulianum Pisæum à Ioue Pisæo, qui colebatur in Elidis, & Adonæũ ob Adonidis festa, quæ ipse cum mulierculis Antiochiæ celebrabat; omnes facile intelligere existimamus. Tauricremum vero appellatum esse ob tauros plurimos ab eo immolari solitos nemo non intelligit: *Imperatorem enim* (inquit Socrates *l*) *vtpote superstitione admodum obligatum, tauros ad simulacrorum aras crebrrime ex sacrificasse constat: & ob eam causam insisse, vt ara & Taurus in ipsius numismate inciderentur.* Quin etiam aliud eiusdem numisma taurum cõtinuisse, ibidem Socrates tradit, qui mundum cornibus expugnaret. Sed huiusmodi numismata videre minime licuit: quod vero repertimus tauro sigillatum, hic tibi formis reddendum curauimus.

m



At hæc omnia & alia his similia, publica voluisse oratione refellere, & contra vulgi blaterationes disserta, vt sibi videbatur, oratione differere, nec Philosophi quidẽ, nec Imperatoris fuit officij: quorũ alterius id fuisse muneris contemnere, & deridere; alterius vero dissimulare, & alia occasione populum ad seria quæque alia cogitanda necessitate compellere. At quid hic luculenta illa præstitit oratione? nihil prorsus, nisi (quod Ammianus ait *n*) vt eos ad hæc crebrius inculcãda & alia his addenda prouocarit: cum ea sit natura vulgi, vt in altercando minime patiatur verborũ iaculis superari. effecit & illud egregiè, vt quæ iactata in auras inanes, si non aliter, temporis saltem spatio oblitione delenda forent: ex ea ab ipso conscripta oratione remanserint monumẽtis perpetuis consignata.

Quibus enim verbis se putauit abluere, illis se ipsum deformius infecisse, quis dubitat? vt cum peregregie in eodẽ Misopogone de barba ait ironice *o*: *Me vero sim maxime laudare vellem non possem; at vituperare infinitis modis potero: & primum à persona ordiar. Huic enim, quod, vt arbitror, natura*

non

a *Zos. li. 3. IVLIAN. VENIT ANTIOCHIAM.*
b *Ammian. lib. 22. c Zos. lib. 3.*
d *Ammian. lib. 22. e Zos. li. 3.*
f *Greg. Naz. orat. 2. in lul. MISOPOGONIVLIANI.*
g *Socr. li. 3. c. 3.*
h *Ammian. li. 22.*
* hinc
i *Ammian. li. 17.*
k *Greg. Naz. in lu. or. 1. NOMINA IVLIANO IMPOSITA.*
l *Socr. li. 3. c. 25.*
m *Accepti numisma ab Angelo Bruciano Rajensi.*
n *Ammian. li. 22.*
o *Iulian. in Misopog.*

INANE STVDIVM IVLIANI.

QVID DE SVA BARBA IVLIANVS.

non vultum pulchritudinis ac venustatis deiisset, ipse mercitatis qualiam & acerbitate animi longè istam barbam addidit, quasi pœnas ab ea exigens nulla quidè alia de causa, nisi quod natura elegantior non fuisset. Ideo discurrentes in ea pediculos perfero, tanquam feras aliquas in silua: neque lauare cœundi & bibendi mihi potestas est: cauendum enim esse arbitror, ne imprudens pilos una cum pane deuorem. Nam de accipiendo dando, ossiculi nihil labore: tametsi ad exercendum illud cõmodi habere videtur barba, quod non sinit labra puris coq; suauioribus (vt opinor) labris admungere quod olim etiam quidã vsurpauit, qui Pane & Calliope propitios in Daphnem fecit poemata. At vos etiam funes ex ea nectis oportere dicitis. Equidem id vellis perlibenti animo concedã, modo pilos positis extrahere, neque eorum asperitas vestras molles & delicatas manus offendat. Ipsa ipse, qui & pluribus inuehitur post hæc in glabros ac tonsos. Et inferius: *Cum ad vrbem liberam veniremus, quæ capillorum squallorem ferre non potest, veni ad eam cum longissima barba & intonsus, quasi copia tonsorum deesset. iudicasses profecto te Smirnæum videre, aut Thrasyleontea, &c.*

LI. XXVI. At illud magis tetigit Iulianũ, cum ijdem Antiocheni subobscuris quibusdam dictis ipsum execrari, Christi vero nomen & memoriam celebrare, & Constantinum ipsi Iuliani impietatis vltionem expetere declarare: vnde idem inferius *a*: *Deinde ex barba mea funes nectitopportere: postremo me, X, Chi, bellum indixisse, & K, Cappa, desideratis (per X. Christum, per K Constantium intelligentes) vt tuam dij custodes huius vrbis id vobis duplex largiantur (nempe, X, & K.) quoniam ciuitates finitimas, quæ & dijs mecũ seruiunt, & sanctæ sunt, calumnia vexastis, quasi quæ in me compositæ sint, ab illo profecta essent, quem scio, & agis amant, quam suos liberos qui deorum templa quæ primum restituerunt; sepulchra vero eorum omnia, signo à me nuper dato, euerterunt, ita elati & erecti animi, vt scelera eorum, qui deos violarunt, acrius etiam quam mea ferebat voluntas, vindicarint. Quod vero ad vos attinet, plerique vestrum erecta olim aras euerterunt, quos mea lenitas vix adhuc potuit ad sanitatem & quietem addocere.* Ac rursum superius eandem ingerit ænigmaticam in se Antiochenorum querelam his verbis *b*: *At enim*, inquit, X, Chi, &, K, Cappa, *nihil ciuitati nocuerunt. Hoc sapientia vestra ænigma quale sit difficile est intelligere. Nos tamen quosdam vestrum interpretes nacti, didicimus his litteris nominum quorundam initia significari, altera litera Christum, altera Constantium declarari. Sinite igitur me libere quod sentio dicere. Vna in re tantum inquiam vobis fecit Constantius, quod me cum Cæsarem feciſſet, non vita priuauit. Nam quod ad reliqua attinet, vtinam vobis solis ex omnibus Romanis dens dij multos Constantios, vel potius amicorum eius rapinas experiri.* & paulo post de Christo: *At*, inquit, *Christum amatis, & quasi numen tutelare colitis pro Ioue, & Daphnæo, & Calliope, qua vestram captionem explicant. An vero Emeseni Christum amabant, qui Galilæorum sepulchra incenderunt? &c.* sed de Emesenis inferius.

LXXXVII. Fuit & illa exposulatio Iuliani, q̃ Christiani Antiocheni ad sepulchra martyrum preces ad Deum frequentarẽt, rogantes eripi à tyrannide Iuliani: meminit horũ ipse in eadẽ oratione, cum ex illorum persona sic ait *c*: *Odiosam istã seueritatem septimum iam mensem perpessi, vota quidẽ & preces, quo tantũ malo eriperemur, ad vetulas diuinissimus, qua circa sepulchra mortuorũ assidue versantur.* Subinfert clamores in se Christianorũ, cum ipse templa adiret, & alios secũ duceret. Cæterum & illud accessit, quo Iulianus magnopere cõmotum se fuisse, eadem oratione testatur: q̃ scilicet Antiochenorum culpa Apollo Daphniticum templũ deseruisset, & motus protsus reddirus esset. testatur id ipse, cũ eadem oratione hæcait: *At mihi quidẽ videtur Deus multo ante conflagrationẽ templo excessisse. etenim primo statim introitu statua ipsa id umbi indicauit: atq; huius rei teste appello magnũ Solem aduersus eos, qui nolint credere.* id vero ipsorum ciuium culpa accidisse, mox subdit: *Enim vero*, inquit, *alia mihi deinceps erga vos offensio commemoranda est: deinde ne (q̃ adhuc feci) conuicijs onerabo, deq; ea meipsum criminabor & vituperabo. Decimo fere mense, vt vos nouistis (is, opinor, Loos à vobis non innatur) patrium festũ est huius Dei, nempe Apollinis Daphnæi, & magno studio ad Daphnem cõcurritur. Ego igitur ab Ioue Casio illuc aduolaui, existimans me ibi maxime vestras opes & magnificentiã spectaturum: at q; iam tacitus apud me magnificã aliquã pompã fingebã & quasi solemnia victimas libationes thoreas in Deũ, thura pueros in templo tum animis dignissime Deo compositos, tum veste candida elegantiq; illustres intuebar. Ingressus autem in templum, neq; thura, neque placentam, neque victimam vllam vidi: itaq; continuo miratus sum, vos q; extra templum esse sacrificabant; sed bonoris causa signum à me, tanquam Pontifice, expectare. Percontatus autem de Sacerdote, quod esset ciuitas in solemnibus illis ferijs Deo sacrificatura: Ego, inquit ille, domo aduexerem ipsum Deo affero: ciuitas enim nihil hoc tempore apparauit.* hæc ibi.

Verum antequã vlterius progrediatur oratio, hic admonẽdum lectorem putamus, q̃ epostero ordine rem ab Ammiano narrari, ex verbis Iuliani cõijci; dum ille primo accessũ Imperatoris in Daphnem templiq; exustionẽ contigisse narrat *d*, postea vero profectionẽ ad Casiũ Iouẽ (est mons Casius in Arabia, putaturq; idem cũ Sina) cũ tamen ea oratione Iulianus ipse testetur, è Ioue Casio reuertentem ad Daphnis sacra illa se contulisse. Cum vero apud Iouem Casium esset, illuc ad eum profecto ait Ammianus rhetores Ægypti, atq; de inuenie do Api spem Iuliano iniecisse. Sed ad Iulianum redeamus, qui cum Dapl.nitica sacra adeo frigida inuenisset: *Hic*, inquit *ego (ô me pacis & gratiæ inimicum) cum Senatu grauibus verbis expostulauit: quæ non sit fortasse in commodum hoc tempore referre.*

Graue profecto (inquam ego) videtur, tantam ciuitatem sic deos contemnere, vt ne in extremis quidem Ponti finibus vicus vllus faceret: & cum agrum infinitum possideat, insfantib. patrij Dei solemnib. ferijs, dissipata à dijs impietatis nebula, autem pro se minime attulisse, cum decreuit eam in primis boues trebutim immolare. Quod si vni difficile erat; at certe vniuersa ciuitas debuit & potuit Deo taurum offerre. Vnusquisq; vestrum priuatim in comitijs & ferijs Matronæ pecuniam effundit: pro vobis autem ipsis & communi salute, neque priuatim, neque publice sacrificatis: solus Sacerdos, qui ex multitudine vestrarum victimarum debuit auctus parte aliqua domum redire, sacrificauit. At dij sacerdotibus tantum honestã ac virtuti consentaneã vitam pro omni cultu imperarunt, itemq; vt sacra munera, vt decet, obirent. vestrum aũt erat, vt opinor, publice priuatimq; sacrificare. Nunc vero vnusquisq; vestrum mandat vxori, vt omnia Galilæis largiatur: qua vbi pauperes facultatibus vestris aluerunt, egregium impietatis miraculum egentibus, quorũ plena sunt omnia, ostentant. Vos aũt primum cum Dei cultum, honoremq; contemnitis, nihil offendere arbitramini. Nemo autem affert res ad sacra necessarias: q̃, credo, non sit ei, vnde afatur. Cum quisquam vestrum dat natalia, magnificum apparat conuiuium, & amicos lautissimis mensis accipit: & tamen in ferijs deorum solemnib. nemo oleũ in Dei lampada, nemo libamentum, non thus, non victimam attulit. Ego vero, quemadmodum hæc à bonis viris istic accipiantur, nescio: illud credo, dijs ea minime placere. hucusq; de his ad Senatum Antiochenum oratio Iuliani. Sed quid accidit?

Restiterũt tunc & Iuliano inter alios Christianos duo presbyteri Antiocheni, spectatæ virtutis homines, eum corã arguentes: fuerunt hi Eugenius & Macarius, quorũ res gestæ & initum aduersus Iulianum certamen expressa habentur in actis Artemij martyris, qui hoc quoq; tempore Antiochiæ martyrium cõsummauit; licet Ethnicus auctor Ammianus f eum obscurare nitatur (vt Gentiles assolent) criminum obiectorum calumnijs: nam ait: *Tunc & Artemius ex Duce Ægypti, Alexandrinis vrgentibus, atrocium criminum mole supplicio capitali mulctatus est.* hæc Ammianus. Passus quidem ille, cũ à Iuliano accersitus Antiochiã venisset, vt martyr Jcius g Acta testantur. At quænam fuerint Artemio obiecta scelera, quorum causa Julianus in eũ animaduerti iussit, Theodoretus paucis his explicat *h*: *Idem porro tyrannum Artemium nolitũ in Ægypto mercatum Ducem, propterea q̃ illum magistratum Constantij temporibus nactus plurima simulacra confregerat, non solum exuit honis, verum etiam obtruncauit. hæc sunt mansuetissimi illius & ira temperantissimi, nempe Iuliani (ab impijs his nominibus appellatur (egregia facinora.* hæc Theodoretus. Hisce igitur criminibus, quod aduersus simulacra deorum Artemius bellum acre gessisset, tanquam impius defertur ad Julianum.

Erat Artemius vnus ex militibus iis, qui sub Cõstantino Magno in bello aduersus Maxentium tyrannum gesto meruerãt, præfuisq; tunc fuit, oculisq; spectauit vna cum alijs, qui aderant in exercitu, Crucis signum, quod

tunc

LXXXVIII. *d Ammian. lib. 22.*

e Iulian. in Misopog.

LXXXIX. IVLIANI ORATIO AD SENATVM ANTIOCHENVM.

XC. EVGENIVS ET MACARIVS IVLIANO RESTITERVNT. *f Ammian. lib. 22.*

g Apud Metaph. die 20. Oct. h Theodor. li. 3. c. 17.

XCI. ARTEMII CERTAMEN PRO FIDE.

a Iulianus in Misopo. QVERELÆ IVLIANI IN ANTIOCHENOS.

b Iulia. ibi

c Iulian. in Misopog. STVDIA ANTIOCHENORVM IN IVLIANVM.

tunc in expeditione posito cidē apparuit Constantino: id n. ipse cora Iuliano magna animi alacritate professus est, cum illi suam ipsius exprobaret atq; obiectaret impietatem. Defuncto aūt Constantio, Constantius emeritæ militiæ virum, ætate senem, nobilissimis præfecturis honestauit, misitq; nouissime in Ægyptum cum amplissimo magistratu, quem sciret Imperio Romano fidum, & aduersus idola Gentium summo ardore animi æstuantem. Hunc ergo cum exercitu agentem in Ægypto, sub prætextu expeditionis belli Persici Iulianus, datis ad eum litteris, Antiochiam ad se venire iussit. Sed opportune accidit, vt cum Antiochiam peruenisset, reperierit Imperatorem de duobus illis presbyteris Antiochenis Eugenio atque Macario quæstionem habere. Hæc ipse spectans Artemius, magna animi libertate Iulianū impietatis arguit, multaq; in eū de falsitate deorū cultus, & Christianæ religionis veritate testatus voce libera inculcauit, eoq; adegit ipsum Imperatorem verborum & consilij inopem, vt post alios exhibitos cruciatus, eum capite trūcari iusserit, non quidē vt Christianum sed, q̄ diximus ex Ammiano, tanquā immaniū scelerum cōuictum reum: q̄ accidit, vt eius Acta significant, vigesima mensis Octobris; quæ dies tam apud Græcos, quam Latinos a natalis eius annua celebritate notatur. Quæ aūt post auditā Artemij necem secuta est Alexandriæ cædes Georgij Episcopi Ariani, dicemus inferius, cum de rebus Alexandrinis agemus. Cæterum Eugenium & Macarium, q̄ magnis animis aduersus Iulianum pro Christiana religione stetissent, ipse, ne eos palam occidendo illustraret corona martyrij, in Oasim Ægypti solitudinem omniū famosissimam relegari mandauit; secreto tamē ministris iubens, vt cum eos illuc perduxissent, gladij animaduersione necarent, quod & præstiterunt hoc eodem anno vigesima mensis Decembris, qua eorum anniuersaria memoria tabulis Ecclesiasticis cōmendata, annis singulis, tum Græcis, tum Latinis b ex maiorum instituto recurrit: in Arabia autem otundem cultus celebrior extitit.

ARTEMII, EVGENII, ET MACARII MARTYRIVM.

a Menolog. & Martyr. Ro. ea die.

b Menolog. & Martyr. Ro. ea die.

XCII. CONFLAGRATIO TEMPLI APOLLINIS.

Cum vero quæstio de Artemio haberetur, deportarenturq; confessores presbyterii in solitudinem Oasenam, exustum esse Apollinis templum in Daphne, eadem acta significant. Cæterum quod Amianus ait, conflagrasse templum Apollinis vndecimo Kalend. Nouemb. biduo post Artemij martyrium accidisse oportuit: nam eius Acta habent, passum illum esse decimotertio Kal. Nouem. adeo vt vel in Ammiano, vel in illis Artemij Actis errorem inesse oporteat, in quibus non ante incendium templi, sed biduo post Artemius martyrio coronatus habetur. Porro ante incendium obmutuisse idolum, ipsemet Iulianus in Misopogone testatur: qui tamen causam dissimulandam, immo penitus contegendam esse putauit, aliam afferens, nempe iratum Apollinem in Antiochenos contemptores deorum. de his enim agens hæc habet: *Talia me tum dixisse commentus: meamque orationem Deus testimonio suo confirmauit. Quod vtinam numquam fecisset, neque præsidium tam multis annis seruatum deseruisset, ac potius in illa tempestate ac procella mentes potentiorum auertisset, manusque cohibuisset.* hæc tunc ipsa ea oratione. Cæterum quod satis perspectum haberet, ex propinquitate reliquiarum San. Babylæ martyris, Episcopi olim Antiocheni, idolum obmutuisse: iussisse ipsum inde eas transferri, eadem superius indicat oratione, cum ait: *Postquam vero Daphnes mortuum remisimus, quidam è vobis paulo verecundiores erga deos, vjs, qui demortui reliquijs irati fuerant, templum Daphnes Dei attribuerunt: alij vero siue imprudentia, siue non, templum inflammarunt, horrendum, exteris spectaculum, populo autem vestro periucundum. Senatui vsque in hanc diem neglectum præbuerunt. At mihi quidem videtur Deus multo ante conflagrationem templo excessisse. Etenim primo statim introitu statua ipsa id mihi indicauit: atque huius rei testem appello magnum Solem aduersus eos, qui nolint credere.* hæc Iulianus de translatione facta eius iussu reliquiarum S. Babylæ martyris, deque templi Daphnæi conflagratione. Quæ quidem nunc tanquam scientibus, vt qui eam spectassent, summatim ab eo enarrata, latiori nunc indigent oratione.

CAVSA IRARVM IVLIANI.

Audiamus hæc in primis ab Ammiano scriptore patiter Ethnico erga gentilem suum ptoꝛ ētiore, indeq; narrationem auspicemur, qua ipse demonstrat, Iulianum, vt contempti Dei sui iacturā resarciret, innumeram hostiarum multitudinem immolasse, ait enim: *Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos & innumeros varij pecoris greges, onustasque undas terra quæsitas & mari: adeo vt in dies pene singulos milites carnis distentiore sagina vitiantes inscitum potus q̄ auiditate corrupti, humeris impositi transeuntium per plateas ex publicis ædibus vbi vindicandis potius, quam cedendis comminus indulgebant, ad sua diuersoria portarentur, petulantes ante omnes & Celtæ, quorum ea tempestate confidentia creuerat vltra modum.* Augebant autē ceremoniarum ritus immodice cum impensarum amplitudine antehac inusitata & grauī. Et quisq; (cum impraepedite liceret) scientiam vaticinandi professus, iuxta imperatus & docilis sine fine vel præstitutis ordinibus oraculorum permittebatur sciscitari responsa, & extispicia nonnunquam futura paudentia: ostentumq; & auguriorum & omniū fides si reperiri vsquam posset, affectata varietate, quærebatur. hæc Ammianus.

c Ammian. lib. 22. IVLIANI IMMENSA SVPERSTITIO.

XCIII.

XCIV. IVLIANVS CREBER IN SACRIS

Quam autem crebet in templis & sacris esse soleret Iulianus, ipsemet in Misopogone docet his verbis: *Sacrificauit semel Cæsar in templo Iouis, deinde in Fortunæ, deinceps ter iuit ad Cereris: neq; enim quoties ad Daphnes templum ierit, memoria teneo, prodituin quidem illud custodum negligentia, deletum autem impiorum hominum audacia. Veniunt Syrorum Kalendæ? Cæsar rursum ad Iouis Philij. Venit publicum festum? Cæsar continuo ad templum Fortunæ: intermisso vero die nefasto, rursus in adē Iouis Philij more maiorum vota suscipit. Et quis scirat Cæsarem tam sæpe ad templa vertentem, cum liceat semel atq; iterum dijs molestiam exhibere?* hæc & alia Iulianus ex persona Antiochenorum in se ipsum insultantium, seq; decidentium. Subdit præterea Ammianus: *Hacq; dum ita procedit more pacis, multorum curiosior Iulianus, nouam consilij viam ingressus est, venas fatidicas Castalij recludere cogitans fontis: quē obstruxisse Cæsar dicitur Hadrianus mole saxorum ingenti; veritus, ne vt ipse, præcinētibus aquis, capessenda Remp. comperit, etiā alij similia docerentur. Ac statim circumbuuata corpora statuit exinde transferri, eo ritu, quo Atheniensis insulam purgauerant Delon.* Eodem tempore die 11. Kalend. Nouemb. amplissimum Daphnæi Apollinis fanum, quod *Epiphanes Antiochus Rex ille condidit iracundus & sauus, & simulacrum in eo Iouis Olympici imitamenti aspiparans magnitudinē, subita vi flammarum exustum est. Quo tam atroci casu repente cōsumpto, id ad vsque Imperatorem ira prouexit, vt quæstiones agitari iuberet solito acriores, & maiorem Ecclesiam Antiochiæ claudi: suspicabatur enim id Christianos egisse. Simul atos iuuidia, quod idem templum inuiti videbant ambitioso circumdari peristylio.*

TEMPLI DAPHNÆI CONFLAGRATIO.

XCV. ALIA CAVSA CONFLAGRATIONIS TEMPLI.

Ferebatur autem, licet rumore leuissimo, hac ex causa conflagrasse delubrum, quod Asclepiades Philosophus, cuius in Actis Magnentij meminimus, cum vsendi gratia Iuliani ad id suburbanum venisset, dea Cælestis argenteum breue figmentum quocumque ibat secum solitus efferre, ante pedes statuit simulacri sublimes, accensisq; cereis exuisset: vnde mediate noctis emensa, cum nō adesse quisquam potuit, nec iuuare, volitantes scintillæ adhesere materiis vetustis, vnis: ignesq; aridis nutrimentis excitati, omne quicquid contingi potuit, licet discretum celsitudine, concremarunt. hucusque Ammianus post Iulianum. Ex quibus licet rem gestam narratam habeamus, quam Orienti & Occidenti notam dissimulare minime potuissent: tamen instar furum, qui cum furto deprehensi, vbi nullus sit amplius negandi locus, rem esse alienam non inficias eunt, sed aliquo excogitato titulo sibi rem vendicant, vel alia se excusatione à facinore reddunt immunes: haud secus ijdem quoque auctores, ad defensionem Holi virtute martyris superati, incensi Apollinis, templique diuinitus è cœlo igne demisso combusti, vera causa obuoluta silentio, alias ad excusationem afferre maluerunt.

XCVI.

At cum multi sint veteres historici, qui eodem sæculo res gestas Iuliani scripserc, vnus nobis pro cunctis in testimonium adducendus est S. Ioannes Chrysostomus, qui fide certa cæteros antecellens, vtpote patria Antiochenus, tunc sub Libanio sophista discipulus, cuncta præsens inspexit, atque luculenta oratione in Gentiles conscripta, publica fide, testibus cōplurib⁹ eorum, quæ scripsit,

adhuc

adhuc viuentibus, cõsignauit: quos & prouocat ad redarguendum, quod minus certum exploratumq; illis videri posset: vt nefas sit vel leuiter suspicari, latum quidem vnguem ipsum à recto veritatis tramite deflexisse: cuius sinceræ fidei, tanquam factæ anchoræ, vt reliqui omnes scriptores illorum temporum tuto ac firmiter inhæreſcant, necesse est. Habuit eam orationem Chrysostomus post annos viginti (vt ipse testatur) ex quo facta fuere. quæ enim adolescens spectauit, iam vir Ecclesiastica tractãs aduersus Gentiles edidit: confirmat autem ea, quæ dicit, huiusmodi adiecta contestatione a: Ex ijs, inquit, quæ vidimus, superſunt adhuc & senes & iuuenes; quos omnes obsecro & obtestor, si quid à me historia adiectum fuerit, in medium prodant, meq; redarguant, &c. ita Chrysostomus: ex cuius verbis plane dignoscitur, omni fide dignã esse, quæ ab ipso referuntur. At quod primum spectat ad loquacis idoli silentiũ; quænam causa præcesserit, libenter eam ipse dæmon latens in statua professus est, quam Iulianus vel Ammianus rem silentio obuoluerũt: licet quod verbis Iulianus erubuit profiteri, facto egregie demonstrarit; dum vt idolo muto loquendi tribueret facultatem, ossa Babylæ martyris proxime posita, quasi ipsa obstruxisset os Dei fui, inde asportari præcepit. Sed isthæc primo narrante Ioannem Chrysostomum audiamus; qui agens de translatione Babylæ corporis per Gallum Cæsarem, de qua nos tertio tomo Annal. egimus, hæc b habet:

Verum antequam ad exactionis modum veniam, quonam modo scilicet è delubro illo expulsus sit dæmon, illud vos admonere postulo: Babylam non stationi, vbi aduenit, dæmonem eiecisse, sed manentem cum otiosum, inertem, agendiq; rebus ineptum reddidisse. Illi enim os ita obstruxit, vt vel lapidibus ipsis magis mutus redderetur. Et quidem manentem ibi dæmonem superauisse, non minus fuit, quam si eundem de loco exegisset: cum qui loci illius accolis omnibus fucum priùs faceret, ne extincti quidem Babyle cineres contueri sustineret. Ea est enim sanctorum potestas, vt illorum superstitum dæmones ne vmbras quidem ferre, vita autem sanctorum & loculos quoque reformident. Itaq; si quis ea, quæ ab Apostolis facta fuisse prædicatur, fidem non habet, is tandem memoria horum miracula intuitus, ab impudentia sua desistat: nam qui de omnibus olim Gentilibus victoriã reportabat, à martyre tanquam ab hero incepitus, suppressa voce latrare desijt. hæc ipse.

XCVII. MAGNA VIRTVS RELIQVIARVM SANCTORVM.

At hic opportune cõiungimus, quod Greg. Nazianzenus c in eandem Iulianum actilla inuectiua vehementer exaggerat, cum ageret de ingenti vi sanctorum martyrum ita loquitur: *Non victimas pro Christo cæsas reueritus es? nec magnos pugiles extinxisti, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanũ, Lucam, Andream, Thecl am, ac eos, qui & post illos & ante illos capitis sui periculo veritatem protexerunt? qui cum igne & ferro & belluis & tyrannis & præsentibus malis & denunciatis alacri animo velut in alienis corporibus, imo quasi corporum expertes dimicarunt: cur? ne pietatem, rectamq; doctrinam etiam verbo tenus proderent: quibus præclari honores & festa constituta: à quibus dæmones propelluntur, & morbi curantur: quorum sunt apparitiones & prædictiones: quorum vel sola corpora idem possent, qp animæ sanctæ, siue manibus contrectentur seue honorentur: aliorum vel sola sanguinis gutta, atq; exigua passionis signa idẽ possunt, quod corpora: hæc non colis, sed contemnis & aspernaris?* &c. hucusq; verba Nazianzeni. reuertamur ad Chrysostomum, qui de idolo dicere ita pergit:

XCVIII. CVR SILVIT ORACVLVM DAPHNES.

At primum quidem videbatur mutus esse (dæmon scilicet ille, qui celebratur vt Deus) quod sacrificiorum & aliorum id genus cultuum particeps minime fieret. Dæmonum enim mores ij sunt, vt dum mortales nidore, fumo, sanguine eos inuitant & allectant, tanquam canes cruore auidi & helluones, bibendi, absorbendiq; eius causa præsto adsint: rursus vero dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadam pereant. & post nonnulla eodem argumento perscripta, hæc addit: *Primum igitur videbatur hic dæmon hac, quam diximus, ratione obmutescere: postea autem comitẽ fuit violenta necessitate prepeditus id facere: metus enim, quo quasi indito in ẽ freno cogebatur, impedimento fuit illi, quo minus solita contra homines impostura abuteretur. Vnde hoc liquet? Sed ne tumultuemini: id enim demonstrabo, atque ita commonstrabo, vt ne illi quidem, quibus maxima cura semper fuit impudenter omnia asseuerare, in posterum ea impudentia abuti liceat, quotiescumq; incideri vel de veterum illorum dæmonii, vel de istius dæmonis infirmitate. Neque enim mihi coniectura opus est: neque id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus: sed ipsum dæmonis hac de re testimonium adhibebimus. Ipse enim vobis lethalem plagam inflixit (Gentiles enim allo quitur) vestram, omnem fiduciam in libertatem concidit. At vos ne illi succenseatis: neque enim prudens, sed à maiori quadam potestate coactus tyrannidem ipse suam deleuit.* Quomodo autem id accide it eodẽ imperante Iuliano & plurimis hostibus falsum illum Deum vocalem facere ipse conatus sit, sic enarrat d:

XCIX. EXCVSAT SILENTIVM DÆMON.

Daphnem itaq, hic idem imperator, grauitatem ore præseferens conscendit, multing, cum donarijs & sacrificijs, manante etiam sanguinis torrente, quem mactatarum pecudum cades effecerat. Tum à dæmone magna instantia Oraculum poposcit, postulans sibi ille ijs de rebus responsum vt daret, quæs animo agitabat. Ibi strenuus ille scilicet, qui pelagi motum, & qui arcana numerum nouit, qui mutum caput & surdum, qui intelligit idem, vt de seipso profitetur, belle admodum cauit, ne in eum sermonem deueniret, vt aperte testaretur, per S. Babylam & vicinorũ virtutem obstructum sibi esse os, ac propterea loqui nequaquam posse: nimirum veritus, ne cultoribus suis ridiculo fieret. Caterum cum idem adumbrare vellet virũ suarum à Babyla deuictarum conditionem, eum tacuernitatis titulum aperuit, per quem ridiculus magis reddebatur, quam si prorsus tacuisset: tacens enim imbecillitatem tantummodo suam detexisset; nunc vero & imbecillitatem & turpitudinem & impudentiam declarauit, studens ea adumbrare, quæ adumbrari minime queunt. Quis n. color hic esse potest? Daphnes, inquit, locus cadaueribus scatet: id quod oraculum arcet. Et quanto præstabat, pessime dæmon, martyrij virtutem non dissimulare, quam tetulum tam impudentem prætexere? Et hæc quidem dæmon.

C.

Imperator, autem mente alienata cum esset, perinde vt in scena ludens, fabulamq; agens, euestigio ad beatum Babylam fertur. Quamquam, ô nequam ac nequissime, nisi vobis ipsis mutuo verba daretis, ing, aliorum exitium colluderetis: quam tandem ob causam tu quidem suopresis manibus atque in genere de cadaueribus loquero? tu vero quasi certi alicuius cadaueris nomen exaudisses, alys intactis, Babylæ vnius cadauer mouendum tibi sumis? oportebat enim inexta dæmonis sententiam, conditoria ea omnia, quæ in Daphne essent, effodere, & terriculum à deorum aspectu quam longissime abducere. At non de omnibus inquis, mortuum dæmon verba fecit. Cur igitur id non aperte professus est? nempe tibi impostura fabulam agenti enigma istud reliquit. Equidem cadauera (inquit) tibi dico, vt ne palam fiat, me victum esse: nam & alioquin reformido Babylam nominatim designare: at tu intelligito quod à me dictum est, atque vnum pro omnibus martyrem amouento: ille enim est, per quem muti efficimur. Tanta certe dementia dæmon cultores suos à se damnatos esse volunt, vt tam apertam impostura capere nequirent. Nam vt mente alienata atque insana omnes essent, tamen nec sic quidem ignorare debebant, ip victum sese dæmon fateretur: tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominum cadauera inquinatum quiddam (quod ita esse vis) & execrabile sunt; multo magis brutorum cadauera; & tanto certe magis, quanto brutorum genus humano genere cõtemptibilius est. multorum enim canum, simiarum, asinorum ossa proxime templum defossa sunt, qua potius mouenda fuerant: nisi forte censes homines simijs viliores. Vbi nunc sunt, qui Solem pulchrum (quem dicunt Apollinem esse, cuius illic templum erat in Daphne) Dei opificium, & ad nostrum ministerium creatum, contumelia afficiunt, & dæmoni astrum attribuunt, & hunc illum esse affirmant? Sol n. in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia per vniuersum orbem diffunditur, nec vllo loco neque radios, neque radiorum efficaciam propter ipsas locorum inquinationes contrahit. hæc & alia Chrysostomus, ad insinuandum dæmonis illius ex reliquiis Babylæ confractam potentiam. ac de Iuliano rursum sic in infra:

CI. * auctor RELIQVIAE BABYLAE ASPORTARI IVSSIT.

*Hæc igitur vbi audiuit fabula ipsius actor * Imperator, iubet statim capsulam deturbari, quo omnibus dæmonem victum esse innotesceret. Etenim si dixisset ille: Per S. Babylam loqui impedior: sed hunc tamen ne loco suo moueatis, neue illius capsulam vlterius conturbetis: nimirum ea res dæmonis modo cultorium simotuisset: illos enim puduisset falsum id ad alios deferre. Nunc vero quasi ipsius infirmitatem tradiscere adlaborarit Imperator, sic nihil non fieri coegit, quo ne volenti quidem falsum adumbrare licebat: neque n. iam simulatio salua atque integra esse potest propterea quod non*

a *Chry. orat. cont. Gent. tom. 5.*

CAVSA OBMVTESCENTIS IDOLI.

b *Chry. ea. oratione contra Gent. ac. 5.* DE RELIQVIIS BABYLÆ.

c *Greg Naz. orat 1 in Iulian.*

d *Chry hb. cont. Gent. tom. 5.*

alius mortuus sed solus Babylas illinc translatus est. Nec solum qui vrbem & suburbium & agros tem incolebant, sed qui remotissime etiam habitabant, in rem præsentem cum venirent, capsulamq; non amplius illic esse viderent, quæsita causa statim edocebantur, dæmonem ab Imperatore rogatum vaticinari, respondisse, id se præstare non posse, nisi beato Babyla à se procul amoto. hæc & alia ipse.

CII. TRANSLATIO RELIQVIARVM BABYLÆ.

Sed & de translatione facta in ciuitatem cum pompa sic idem inferius a: Trahebatur enim capsula per totam viam: reuertebatur autem martyr, athleta alicuius exemplo, coronam alteram in suam vrbem ferens, in qua & priorem coronam reportarat. Quamobrem si quis est forte, qui mortuorum resurrectionem neget; cum videat martyris nostri facta illustriora post obitū esse, in posterū erubescat: qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis trophæa contexit, magnis maiora & mirabilibus mirabiliora. Tum enim, cum scilicet accepit coronam martyrij, certamen illi cum Imperatore solo fuerat; nunc cum Imperatore pariter & dæmone. Tunc Imperatorē à sacro templi ambitu exegerat: nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimum humani generis hostem expulit; non manū admouens, quemadmodum & prius fecerat. sed virtute inuisibili inuisibilem virtutem debellans. hactenus de his Chrysostomus, aliaq; plura adiungit.

a Chrysost. orat. contr. Gent. to. 5.

CIII.

De hac eadem translatione agens Sozomenus b hæc ait:

b Sozom. li. 5. c. 18. 19.

Itaq; Christiani in vnum congregati, loculum circiter quadraginta stadia in vrbem trahunt: vbi iam martyr in loco, qui ab eo nomen accepit, repositus iacet. Ferunt eo tempore, viros & mulieres, iuuenes & virgines, senes & pueros mutua ipsorum cohortatione incitatos, per totum iter Psalmos cantasse. Qui quamuis simularent, se quo labores itineris leuarent, cecinisse: tamen canebant re vera ardenti studio, & propensa erga pietatem voluntate incensi, propterea quod Imperator aliter omnino atque ipsi de DEO sentiebat. Psalmos autem ordiebabantur hi, qui eos canere accurate nōrunt: multitudo autem simul voces fudit cum concentu, hunc q; versum addidit: c Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Ob hanc causam Imperator, perinde quasi contumelia affectus fuisset, ira exardescere cœpit, & propterea constituit supplicia Christianis irrogare. Verum Salutius eius præfectus, licet professione Gentilis, illud quidem consilium non probauit: sed tamen cum resistere non posset, mandatum Imperatoris re ipsa exequitur: & postridie multos comprehendit Christianos, & in vincula conjcit. Ac primum omnium adolescentem quendam, cui nomen erat Theodorus, in medium productum, ad equuleum applicat. Ille diu acutis testis suffossus, neque tormentis succubuit, neque Præfecto supplicem se præbuit; sed ita se gessit, vt nihil videretur sentire doloris: quin etiam velut spectator cruciamentorum sibi inflictorum, toleranter & placide plagas excepit, Psalmumq; cecinit rursus eundem, quem pridie cecinerat, nempe: Confundantur, qui adorant sculptilia, &c. atque ita ostendit, quam non curarit ea, pro quibus in iudicium adductus fuisset. Præfectus autem constantiam adolescentis admiratus, cum venisset ad Imperatorem, res ab eo gestas illi exposuit: dixitque, nisi celerius ab instituto desisteret, fore vt & ipsi omnib. haberentur ludibrio & Christiani plus inde laudis & gloriæ colligerent, quod consilium cum magis approbaretur, qui erant comprehensi, vinculis liberantur. Dicitur porro, Theodorum, cum à quibusdam rogatus esset, num dolorem sensisset tormentorum? respondisse, se non omnino sensu doloris caruisse. verum adolescentem sibi adstitisse, qui doloris morsus sedasset, tenuissimo linteo absterfisse sudores, aqua frigidissima corpus perfudisse, qua & ardores restinxit, & ærumnas sublenauit. Videtur quidem certe mihi hoc non solius esse hominis quantumuis generosi, vt corporis afflictionem adeo contemnat, nisi qui forte robore & vi diuina adiutus fuerit. hæc Sozomenus. Porro Ruffinus eandē scribens historiam testatur d se Antiochiæ eundem Theodorum vidisse, & quæ dicta sunt, audire ab eo, ipsum rogasse. Eadem habet Socrates e, & alij. Eiusdem quoq; ante eos visus est meminisse S. Gregorius Nazianzenus f, & S. Augustinus g.

c Psal. 96.

THEODORICI CERTAMEN.

d Ruffin. li. 2. c. 36. e Socr. li. 3. c. 20. f Greg. Naz. orat. 2. in Iul. g Aug. de ciu. Dei. lib. 18. c. 52.

Quod vero Iulianus infensus in Babylæ ossa, non ea disiici, longeq; dissipari, comburi, aliterue consumi, & in nihilum redigi iusserit, sed cum honore in ciuitatem à Christianis reduci permiserit; facta quæ præcesserunt terribilia aduersus ipsius auunculum, Iulianum item nomine, necnon in Felicem Præfectum ærarij, eum exterruerant, admonuerantque cum Christianis mitius agendum. Quo modo hæc autem se habuerint, Chrysostomus

CIV. CVR IVLIANVS CVM HONORE PATITVR TRANSFERRI RELIQVIAS.

h recensет, qui sic rem ab eadē obiectione exorditur: Cur inquit, capsulam in mare demergi neque dæmon iussit, neque posterior hic Imperator voluit? cur non attrinit & excussit? cur non in vastam aliquam solitudinem desertæam amandauit? Nam si ea piaculum & scelus fuisset, si eam abominans ac potius reformidans illinc dæmonisset; non intra vrbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam vel saltus transferre oportuit. Sed scilicet perdito huic Imperatori, æque atque Apollini, Babylæ virtus, & quam cum Deo haberet fiducia cognita erat: ob id formidabat, si hoc feciſſet, ne fulmen diuinum, neue aliquem alium mysbum in se ipse pronocaret: multa enim habebat Christi virtutis tum in ijs, qui ante se imperauerant, tum in ijs, qui vna secum Imperium administrauerant; spectata argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus ij, qui similia attentauerunt, multis, ijsq; intolerabilib. calamitatibus acceptis, fœda & miserabili morte interierunt: ita vt cuiusdam, dum adhuc viueret, sponte ex oculis pupillæ exciderint, Maximinus hic fuit: alius autem furore, nempe Diocletianus: alius alia id genus calamitate vexatus, mortem cum vita commutauit.

h Chrysost. cont. Gent.

CV. PRODIGIA IN CONTEMPTORES CHRISTIANÆ RELIGIONIS.

Cæterum ex ijs, qui tum cum ipso erant, auunculus (Iulianus pariter nostine) cum licentiosius insaniam suam contra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra vasa contingere: hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia vlterius progressus (vasis enim ijs inuersis, & super pauimentum collocatis, atque extensis, ita super ea desedit) euestigio illegitima huiusce sessionis pœnas luit. Illius enim verenda corrupta vermiculos genera runt; ita vt morbum diuinitus illatum conflaret: ad quem curandum medici aues pingues, easque peregrinas interficiebant; quibus ad putrefacta membra admotis, vermiculos euocabant: illi vero loco cum non mouerentur, putridis partibus mordicus inhærebant, atque illum ita demum multis diebus absumptum perdiderunt. Alius porro regij ærarij Præfectus (Felix nomine) antequam aulæ regiæ limen transcenderet, derepente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas luens. Hæc sane & his plura; neque enim omnia enumerare, temporis huius est. sed quæ alibi idem i auctor attingit: his enim enarratis, quæ Iuliano auunculo, & Felici ærarij Præfecto contigerunt, mox subdit. Tunc etiam, inquit, regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundante vincebant, subito in se resilientes fugerunt: numquam hoc ante perspectis, nisi postquam loca illa sacrificijs & victimis Iulianus inquinauit. Quid vero memorem famem toto prorsus orbe terrarum cum impio Rege dominatam? &c. Eadem ipsa idem habet Chrysostomus homilia quarta in Matthæi Euangelium.

i Chrysost. in laud. Pauli hom. 4. to. 3.

CVI.

Fuit autem hic Iulianus Præfectus Orientis, frater matris Iuliani, antea Christianus, sed in gratiam nepotis Imperatoris Apostatæ & ipse est factus apostata, prout Artemij Acta testantur. At quæ hic obiter Ioan. Chrysostom. de eodem Iuliano auunculo, atq; Felice Præfecto ærarij, cursimque perstringit, paulo latiore indigent oratione; vt quæ ipse præmisit, nobis hic intexantur, ac primū quæ à Sozomeno k his verbis scripta legantur:

k Soz. l. 5. c. 7. THEODORITI CERTAMEN.

Memoria proditum est, cum id temporis serio moliretur Iulianus auunculus Imperatoris, pretiosissima monumenta Ecclesiæ Antiochenæ in Syria positæ, quæ quidem plurima erunt numero, in Imperatoris ærarium transferre, & Ecclesias quoque occludere: omnes illius clericos fugę se mandasse. simulque Theodoritum presbyterum minime ab vrbe secessisse: quem, quoniam thesaurum ipsum (vtpote eius custos) indicare poterat, Iulianus primum apprehendit, deinde verberibus grauiter cædit: postremo cum, quæstione de illo omni tormenti genere habita, forti animo & virili respondisset, seque in confessione fidei præclarum virum ostendisset, fecari feriri mandauit. hæc de nece Theoditi Sozomenus. Porro hunc cum tam Græci, quam Latini inter martyres recensuerint: fateri necesse est, eum fuisse Catholicæ communionis presbyterum; aliasque cum Ecclesia illa Catholicis vsui esset, eum illo manere functū esse, vel (quod de multis accidit) in ipso martyrio detestatū esse hæresim Arianam. Constat enim, Dominicum illud Aureum, ita nominatā Ecclesiam Antiochenam, fuisse sub ditione Arianorum. Porro Beda hęc amplius habet de Theodorito in Martyrologio l: Post equuleī pœnam & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampades circa eius latera appositæ sunt: sed his diuina virtute restinctis, cum milites, qui eas tenebant, Angelorum aspectu territi ruissent in fa-

l Die 23. Octob.

ciem, & credentes in Christum, impium ministerium recusarent; iussit Iulianus pelago immergi. quibus beatus Theodoretus* ait: Precedite fratres: ego vero superans minitium, sequar Dominum, sicq; occisione gladij martyrium consummant. hæc ipse ex eius Actis. ad quorum finem hæc scripta erant: Nos, qui Antiochiæ in Palatio eramus, & cum eo, nempe Iuliano, in perfidia fuimus: legit peccatores, sergi Dei, hæc quæ gesta sunt circa Dei famulum Theodoritum X. Kal. Novemb. vera conscripsimus. Sed error in dierum numero reperitur: nam ex Ioan. Chrysostomo atq; Sozomeno constituitur ante eiusdem templi incendium Hebdoritii martyrium contigisse.

*Theodoretus.

CVII. a Theod. lib. 3 c. 11. 12. IVLIANI COMITIS, FELICIS, ET ELPIDII SACRILEGIVM.

Quæ autem post direpta atq; ignominia affecta sacra vasa, secuta sunt, à Theodoreto a fide narrantur: Tyrannus item sacra vasa in erarium regium inferri, & portas Ecclesiæ, quam Constantinus ædificauerat, obseari mandat, quo nullus aditus illis, qui in ea conuentus agere solerent, omnino pateret. Hanc Ecclesiam ad tempora occupabant Ariani. In sacrosanctum autem templum, ad vasa sacra auferenda, simul ingrediuntur Iulianus Præfectus Orientis, Felix regij thesauri Quæstor, & Elpidius priuatæ pecuniæ & facultatum Imperatoris Procurator, quem Romani Comitem rerum priuatarum appellare consueuerunt. Felicem vero & Elpidium, cum essent Christiani, quo impio Imperatori gratificarentur, à vera religione ac pietate defecisse ferunt. Iulianus aüt cum esset in templo, adversus sacram mensam mingere dicitur, atq; Eusebio eum prohibere conanti, calaphum infregisse, dixisseq; ita Christianorum diuina cura & prouidentia prorsus destitutas esse. Felix sacrorum vasorum magnificentiam conspicatus (Constantinus enim & Constantius splendide & ample eas conficienda curauerant) Ecce, inquit, quam sumptuosis vasis filio Mariæ ministratur. sed quinam pœna Iulianus ob numinis cõtemptum multatus diuinitus fuerit, idem narrat, atque addit quod à Ioann. Chrysostomo prætermittitur, dum ait:

CVIII. IN IVLIANVM SVPPLICIVM DIVINITVS ILLATVM.

Sed isti tyranni pro his impijs & insanis facinorib. non diu post pœnas persoluerunt. Nam Iulianus animulus confestim in grauem morbum dilapsus, vlceribus putredine exesis, interijt: atq; stercus vñ amplius per partes illas corporis per quas naturaliter egeri solet, emittit; sed sceleratum eius os, instrumentum blasphemiæ, partis illum ad stercus ejiciendum natæ locum obtinuit. Ferunt eius vxorem, mulcere ob fidei constantiam egregiè nobilitatã, hæc ad martyrum decisse: Debes merito, mi vir, Christum saluatorem laude prædicare, quod tibi hac castigatione suam potentiam ostenderit. Nam quem oppugnasses, plane te præterisset, nisi contracta sua lenitate, tam hæc plagas tibi diuinitus inflixisset. Miser igitur partim contagiosa oratione, partim cruciatu sibi imposito morbo causam perspiciens, orat Imperatorem, vt Ecclesiam 95, quibus erat ablata, redderet. Sed neque hoc ei persuasit: & ipse extemplo migrauit e vita. hucusq; de vindicta diuinitus in Iulianum immissa Theodoretus. De Felice autem hæc adiungit:

CIX. FELIX A DEO PVNITVS.

Felix vero dece conte flagello etiam cœlitus impacto oppressus, sanguinem dies noctesq; ex ore fudit. Quippe sanguis ex omnibus viuidi, corporis (vt ita dicam) vasis, quibus continebatur, ad eam partem confluxit. Itaq; vniuerso eius sanguine in hunc modum exhausto, statim extinctus est, & æternæ morti traditus. De eodem rursus Felice, quem Comitem sacrarum largitionum Ammianus appellat, rem ita narrante ex sanguinis profluuio, necnon de Iuliano Comite Orientis & ipso morte absumpto hæc habet Ammianus b: Felice, inquit, largitionum Comite profluuio sanguinis repente extincto, eumq; Comite Iuliano secuto, vulgus publicos contemnens titulos Felicem, Iulianum, Augustumque pronunciabat. at hæc non repugnant ijs, quæ dicta sunt ex Chrysostomo de Felicis interitu, quod crepuerit medius: imo maximè consentientia sunt: nam quod diruptis visceribus, ore vomens sanguinem, continuo expirauit, visus est medius crepuisse: corrigendus tamen videtur tum ex Ammiano, tum ex Ioanne Chrysostomo Theodoretus, dum ait, dies noctesque sanguinem euomuisse; cum repentino exitu, Dei vindicta esse sublatum, cõstet. Porro ad hunc ipsum Felicem Comitem sacrarum largitionum extat eiusdé Iuliani aduersus (vt puto) Christianos ê hoc anno ijsdemque Consulibus huiusmodi datum rescriptum:

b Ammian. lib. 23.

c l. 5. de bonis proscript. C. Theo.

Imp. Iulianus A. ad Felicem Com. S. L. Quidam sceleratæ proscriptorum facultates occultant. Hos præcipimus, si locupletes sint, proscriptione puniri: si pereges tarem abiecti sunt, in facem vitæ temq; plebeiam, damnatione capitali debita luere detrimenta. PP. Rom. VII. Id. Mart. Mamertino & Nevitta Coss. peculiare nãque erat Iuliano (vt superius vidimus) bona Christianorum auferre: ad quod faciendum si quando aliqua non posset causa legitima fingi, illam ex Euangelio captabat, quod in ipsis Fidelibus abdicatio rerum temporalium commendetur.

CX. DE ELPIDIO DESERTORE. d Nicephor. lib. 10. c. 29.

Elpidium quoq; Comitem rerũ priuatarum ex Christiano factum desertorem infelicissimè diem extremum claussisse, Nicephorus auctor est. Ac terribs, inquit d, Elpidius, qui blasphemias quoque in Christum fecerat, tardius ille quidẽ quam alij, pœnas iuit: sed tamen inter eos, qui tyrannidem assecutarunt, deprehensus, bonis omnibus exutus, graues erumnas alias in carcere perpessus, turpiter vitam finijt, execrandus & detestandus ab omnib. iudicatus. hæc Nicephorus. Quid præterea alijs tũc acciderit, qui fidem Christianam deseruissent, ita recenset: Sed & Heronem illum Thebæum Ægyptijs ortum, qui Episcopus creatus, casu quodam ad Græcam superstitionem defecerat, subita putrida inuasit ægritudo, qua totum illius corpus depasta, abominationem cum omnib. reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est proiectus, nullam prorsus à quoquam miserationem consecutus. Christiani namq; perinde atque pecudem, omnib. modis eum auersati sunt: Græci autem hactenus tantum eum, quod se errori & fraudi eorum subiecisset, agnouerunt. Et Heron quidem acerbissime & miserrime ita e vita excessit. Alius autem, Theotecnus scilicet quidam, & ipse à nostra in Græcam religionem prolapsus, carne eius omni putrida carie consumpta, vermium materia factus est; & oculi illorum morsibus auulsi, moriens, per infamiam, qua cum corripuit, sua sibi dentibus conscissa & deuorata lingua, è grauibus tormentis ad longe deteriores materias, cruciatus migrauit. Sed & alij insuper talia quoque ausi, condigna sceleribus sua tulere supplicia. Etsi enim multa eo tempore diuinum numen exhibuit miracula, commentas tamen impietates, ab eis, qui impudenter & aperte veram pietatem oppugnarunt, pœnas exigens. hactenus Nicephorus. Porro ad hæc allusisse Chrysostomus visus est, dum enarratis, quæ accidissent Iuliano & Felici Præfectis, mox illa subdit verba e: Hæc sane, & his item plura, nequeunt omnia enumerare, temporis huius est, animo lustrans impius Imperator, reprehendatur tenuitatem suam vlterius promouere.

THEOTECNI SVPPLICIVM.

e Chrys. adu. Gent. to. 5.

CXI.

Cæterum quod spectat ad tempus suppliciorum Iuliani Comitis Orientis, & Felicis Comitis sacratum largitionum, diuinitus irrogatorum: eum ex sententia Iohannis Chrysostomi ea spectantis Antiochiæ, consteterit ante translationem Babylæ sacrorum ossium, & templi Daphnitici conflagrationem, contigisse: perperam ab Ammiano & aliis ordine præpostero recensentur: his enim admonitũ Iulianum, atq; exterre factum suorum Præfectorum suppliciis, testatur ipse Chrysostomus, pepercisse reliquijs Babylæ, ne eas in cineres redigeret, in ventum spargeret, vel in mare demergeret: aut in desertum & inaccessum locum penitus ablegaret: sed fuerit è Daphne Antiochiam cum honore deductas, atq; loco honestissimo collocari, & intra templum, vt ait, recondi, intra quod prius erant, antequã Daphnem translatæ fuissent. Quid verò mox acciderit, vt capsula Babylæ Antioch. delata est, licet superius attigerimus: tamen ex Chrysostomo est fusius enarrandum, qui rem gestam recenset his verbis f:

f Chrys. vbi supra.

At malignus dæmon statim edoctus est, frustra sibi fraudi sua artificia consicta, sed non tamen certamen habere cum mortuo, sed cum eo, qui viueret, qui efficax esset, quinq; non se modo, sed omnes quoque dæmones fortitudine superaret. Is enim, nempe Babylas, DEVM deprecatus ignem in templum vt celatus dimitteret, totum illius tectum exussit, ipsoque idolo ad extremos vsque pedes deleto, eodemque in cinerem ac pulverem redacto, ab omnibus partibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. At si quis nunc illo accesserit, nunquam vtiq; dixerit factum id ignis opus esse. Neq; n. antea dimisit id non ex composito factum, neque ex materia inanimi natum, sed tanquam manu quadam ignem circumagente, atque indicante à quibus abstinere, quæ porro absumere oporteret: tanta certe concinnitate, tanto artificio ipsum templum detectum est, nec similia quidem 95, quæ casu ac temeritate incendio conflagrasse videmus; verum 95, quæ parietum ambitum integrum cum habent, tecto tamen carent, cæteræ enim omnia, & columnæ item omnes, tam eæ, quæ templi culmen, quam quæ vestibulum sustinebant, adhuc exstat, praeter

ter vnam, quæ ad posteriorem templi partem stabat: & hac tamen non temere perfracta est, sed ea de causa, quam posteà dicturi sumus. hæc ipse: quæ euenisse tradit, simulac Babylæ ossa Antiochiam perlata sunt. Qualem autem de incēso templo Iulianus adhibuerit quæstionem aduersus Ædituum, idem auctor, ita prosequitur:

CXII. SACERDOS ORIENCENDIVM TEMPLI, TORQVETVR.

Hoc incendium vbi accidit, statim damonis Sacerdos in carcerem rapitur (hunc illū puto, qui solus gratas Deo suo ex omnibus Antiochenis, dictus est ex oratione Iuliani, anserem immolasse) *sioconiectus in vincula, incendij auctorem indicare coactus: qui vbi non habuit, quem accusaret, intortis cubitis, multis flagris vapulauit, in sublime raptus, ac altera vndiq; casus: quanquam nec sic quidem ex eo quicquam didicerit, Reig; huius euentus similis erat illi, qui in Christi resurrectione accidit: tum enim dispositi fuere milites, qui corpus* IESV *custodirent, neque possent eius discipuli furto illud auferre. Cæterum is fuit rei ipsius euentus? vt nulla vel impudens species ijs relicta fuerit, qui resurrectionis eius fidem eleuare ac calumniari vellent. Atque hic distrahebatur miser Sacerdos, quo testificaretur factum id non diuina ira, sed humano maleficio accidisse. Is autem contortus ac fœde laceratus, cum nemmem haberet, quem proderet, ignem de cælo delapsum testatus est, vt maleuolis atq; impudentibus nullus iam calumniæ locus relictus fuerit. Sed quod nos paulo ante dicere volentes in alium locum reiecimus, id ipsi hic tempestiue dicemus.*

CXIII.

Quidnam vero id esse potest? Certe martyr noster Babylas eo vsque Imperatorem terruit, vt furori ille suo superfederet. Neq; enim ipsum quidem Sacerdotem, eumq; quem tanto honore prosequebatur, tot malis tecti exusti causa affecit, & immanius quam fera crudelis dilaniauit: à cuius etiam vorandis carnibus fortasse non temperasset, nisi res ea detestanda, omnibusq; abominatio visa fuisset. Babylam autem, per quem damonos suum obstruxerat, rursum in vrbem ea de causa transtulit, vt maior honos ab omnibus haberetur. Etenim idem Imperator si minus prius, hoc est, quo tempore victum se esse damon fassus est: at certe post ipsum incendium omnia subuertisset ac perdidisset, capsulam exussisset, vtrumq; item monumentum, tum quod Daphnæum quod in vrbe erat, nisi metus in eo maior, quā ira fuisset, ac nisi eius mœstitiā timor imperasset. Solemne permultis esse videmus, cum eos ira ac dolor corripuerit, etiamsi affectuum eorum auctores non nanciscantur, in obuios quosq; ac suspectos iram effundere. Non procul autem ab hac suspitione Babylas erat: nam simul vt in vrbem peruenit, statim ignis in templum insiuit. hæc Chrysostomus.

INCENDIVM CHRISTIANIS ADSCRIPTVM.

Cæterum Iuliani furor simul cum malitia grassabatur: nam ne verum esse ab alijs crederetur, quod Sacerdos vi tormentorum confessus esset, templum cœlitus igne immisso conflagrasse, quasi à Christianis id facinoris perpetratum fuisset, eosdem in crimen adducens, diritissimam quæstionē in eos exercuit. Par est quidē credere, qui nec sibi carissimo sacerdoti pepercisset, sed sæuissime cruciasset, in Christianos conuersum, in eos acerbius desæuisse: seq; tunc Philosophum esse oblitum quem tantopere affectabat. At licet id fecerit; à nullo tamen, quod optabat, potuit tale mēdacium extorquere, ac tantæ falsitatis astipulatorem habere: cum nihilominus ipse in vulgus, facinus à Christianis esse patratum diffamarit, quod & apud Gentilium nonnullos fidem inuenit. Cæterum Artemius martyr, de quo dicturi sumus, qui tum erat Antiochiæ, coram Iuliano exprobrauit *a*, non ab hominib. fuisse tēplum incensum, sed igne cælitus missō. Quin etiam & de rusticis proxime habitantibus atq; testantibus fulmen è cœlo se vidisse super templum delatum, Theodoretus affirmat *b*.

a Acta Art. martyr. die 20. Octob. Metaphr. & Sur.

b Theod. li. 3. c. 10.

CXIV.

Atqui virtutem exhorruit Babylæ martyris, in cuius reliquias nequicquā vel leuiter peccare ausus est: in martyres longe positos vindictam de templi conflagratione & incensi Apollinis conuertisse, sic Sozomenus tradit *c*: *His rebus in Daphne propter Babylam martyrem à Deo confectis, Imperator: credo, cum certior factus esset Ecclesias quasdam in honorem martyrum esse prope Apollonis Didymei fanum, quod est pro Mileto situm, ædificatas) scripsit ad Præsidem Cariæ, vt si tecta iam & mensam sacram haberent, eas incenderet: sin earum ædificia ex dimidia parte dumtaxat perfecta essent fundamentis disturbatis, solo æquaret.* At nō inultam suam reliquere iniuriam martyres, quorum precibus paucos post menses, impius qui tam præcepisset, miserando exitu è vita sublatus est. sed de his pluribus suo loco.

c Sozo. li. 5. c. 19. IVLIANVS INSANIT IN TEMPLA MARTYRVM.

CXV.

Cur autem non ipsum integrum Daphnes templum combuit, sed partem eius Deus intactam permanere permiserit: idem Chrysostomus inferius tradit *d* id accidisse, vt parietes, qui remanserant, atq; columnæ, tanquam vocalia monimenta, dæmonis impostoram, deorumque Gentium imbecillitatem, & veri Dei summā potentiam posteris inclamarent. nam & post multa de his philosophatus, hæc addit: *Ecce iam vicesimus ex eo annus agitur: nec tamen ædificij ab igne relicti pars vlla delecta est: sed quæ partes flammas euaserunt, eæ solide ac firmiter stant, suntque etiam mœnia sic valida, vt vel ad centenos, ducentenosque & multo item plures annos durare possint. Id vero qui mirum videri debet, si ex columnis nulla prorsus ab altera auulsa ad solum decidit? Columnarum enim earum, quæ ad posteriorem templi partem erant, vna tantum tum pertacta, nec ea quidem corruit, sed à sua sede mota, ad murum dum caderet inclinata sic mansit: cuius quidem columnæ partes sunt duæ, quarum altera à basi ad sectionem oblique muro incubuit, altera à sectione eadem ad capitulum supina constitit, & ea ab inferiori parte suffulta. Quanquam autem & venti loco illi sæpe incubuere, & terræmotibus crebris terra fuit concussa, ignis tamen reliquia inconcussa manserunt, quæ ipsa firmiter stant, propemodum clamitantes, sese ad posterorum emendationem seruatas esse. Et quidem quod templum ipsum totum non conflagrauit, hanc dicere possumus causam esse.*

d Chrysc. cōtra Gent. tom 5.

CVR PARS DAPHNÆI TEMPLI INTEGRA REMANSIT

CXVI.

Quod autem Imperator fulmine percussus non fuerit, aliam, si quæsieris, causam reperies ex eodem bonitatis & benignitatis Dei fonte manantem, Propterea enim Deus ignem ab Imperatorii capite amouit, eundemq; in templi tectum iaculatus est, vt alieno ille malo edoctus pœnam sibi reseruatam effugeret, pœnitentia compunctus, & errore liberatus. Illi enim neq; hoc solum, neq; primum virtutis suæ signum Christus dedit, sed & alia item multa hoc ipso non inferiora. Nam anunculus eius, & Quæstor ararius, sic, vt dixi, vterque vitam finientes, præterea & fames in vrbem statim vna cum ipso inuadens, & aquarum penuria nunquam antea visa, quam ab eo sacrificia in ipsis fontibus facta fuissent, & multa præterea alia, tum ea, quæ in ipsius castris, tum quæ in vrbibus euenerunt, huiusmodi certe fuere, vt vel saxeam animam flectere possent, non ob id quidem, quod permulta essent, neque id, quod omnia pariter ederentur, ac deinceps & post ipsa statim scelera perpetrata, vt quondam Aegyptiorum Regis tempore: sed quod quæ adebantur miracula per sese talia erant vt ad eorum quæ ea cernebant, emendationem aliud alio non egeret, verum vnum illorum quodque hoc ipsum per se præstare posset, &c.

SÆPE SIGNIS ADMONITVS IVLIANVS.

CXVII. LIBANII LVCTVS DE INCENSO APOLLINIS TEMPLO.

At acerbissimum casum, incōparabile damnū, iacturam famosissimi templi, dispendium oraculi celebrimi, omnes æque luxere immenso luctu Gentiles, ac potissimum ipse restitutor deorum Iulianus Apostata, qui tantopere laborauit, vt Castalios latices expurgaret, & mutum deum suum vocalem redderet. Quamobrem Antiochenus sophista, ob cōsolationem mœrentium Ethnicorum, threnos, lugubremq; nætiā edidit, cuius aliquot à S. Ioan. Chrysostomo recitata fragmenta, hic in vnum compacta reddā animi causa, vt ex tam præclari auctoris luctu lector cōparet sibi risum. Sed licet Chrysostomus, quisnam iste fuerit; minime nomine referet: tamen ex patria, professione, titulo orationis ipsius, loco & tempore, non alium quidē fuisse, quam Libanium, certum est: eum enim patria extitisse ciuem Antiochenum, Eunapius tradit; quem & claruisse hoc tempore dictum est, & Antiochiæ apud Iulianum egisse, nullus dubitat: orationem vero de Daphne ipsum magna diligentia elucubrasse auctor est ipse Iulianus in epistola anno sequenti in procinctu belli Persici in itinere ad ipsum scripta: in ea enim hæc leguntur *e*: *Sed de Daphne scripta est à te oratio, qualem nemo alius eorum, qui nunc viuunt, hominum, quamuis maxime contenderet, posset perficere; veterum autem non multos perfecturos fuisse existimo. Quid igitur ego de ea nunc scribam, cū tua tam luculenta extet oratio?* hæc Iulianus *f*. At qualē illam iudicarit Chrysostomus, videamus: vt pariter vna cum ipso & hominē & superstitionem Ethnicorum derideamus. ait enim: *Ipsa hic ego lamenti & nenia eius, quam ciuitatis sophista in dæmonem conscripsit, verba apponam, sic enim habet nenia initium.*

e Iul. epist. 28.

f Chrys. cōtra Gent. tom. 5.

CXVIII. NÆNIAE LIBANII NOTHI-ÆÆ.

Viri, quarum oculis aspice ac meis oblige offusa est, in posteram neque pulchrā, neque amplam civitatem hanc vocarunt. Deinde etiam nauseabundā attigisset, dissertasset, de Daphnes fabula (neque omnē illius orationem huic vestræ inferre tempus patitur; ne longiores, quam par est, simus) Persarum inquit, Bacchi cultate hæc capta, templo pepercit. verba porro ipsa sunt hæc: Ille quidem dudū contra nos exercitu prosilare putauit, si templum integrum esse, sineret: ac cerlestatua decor barbaricæ iræ prædabit. Nunc autem ô Sol, ô Terra, quisnam & unde hostis hic? qui citra omne auxilium equitum, citra omne præsidium & grauis & leuis armaturæ militum tibius scintilla omnia absumpsit? sed rursus de Persarum Rege idem Sophista: Persarum Regem, eum, qui nunc vobiscum bellum gerit ex maceribus vnum, vrbem profectione capturum cum exposisset, & ad Daphnem concedere idem facturus, dæmon sic immutauit, vt face, quam manu teneret, abiecta, Apollinem adoraret: adeo eius animum deliuuit. sed his detritis, hæc vbi supra de Libanij oratione Chrysostomus: Postea vbi declarauit Babylam dæmone superiorem fuisse, tum cum Gentilium res victimis ac sacrificijs maxime florerent: Et nostrum, inquit, templum, ingens illud ædificium non disturbauit: in sudo autem, atque adeo cum nubes ipsa præterijsset, deiectum est: vimque nubem & diluuium appellans Imperatoris eius, nempe Constantij in idola infensissimi, qui præfuerat, tempus. Rursum oratione paululum prouectus ipsum amarulentius deplorat his verbis: Ad hæc cum aræ tuæ sanguinem sitirent, sedulas Daphnes custos, vel contemptus cum esses, permansisti, ô Apollo, aliquoties attam immota laceßitus, atque externo spoliatus ornatu, patienter tamen tulisti: nunc vero multis quibus, multis item bubus ad aram tuam macta-tis, postquam sacrosanctum Imperatoris os pede excepisti, intuitus quæ prædicebas, visus liberatus esse mortuo quodam, quem tu indicauerat malum tibi vicinum esse, ac tibi obstrepere: de medio statim cultu solum vertisti. Vnde nam hoc tempore gloriabimur apud eos, qui memores sunt sacrorū, statuarumq; tibi erectarum. post multa aduersus hæc deliramenta cum disseruisset lepide quidem Chrysostomus, ad nænias Libanij reuocat lectorem, hæc subdens:

CXIX. QVÆ CHRYSOSTOMVS IN LIBANIVM.

Sed enim sustinete hic à vobis orationē nostram, interim rursus exaudiamus Sophistæ huius lamenta: missis enim Apolline ad Ioueni his verbis quæstus suos conuertit: Quale, ô tupiter, laborantis animi lexamentum perdidimus? Quam Daphnes regio tumultibus vacua erat? quantū etiam templum ipsum magis vacuum, vtpote in quo natura ex sese quasi portum in portu fecerat, amborum quidem admodum tranquillis, altero tamen maiorem tranquillitatem præstante. Quis non ibi mortem, quis non ibi timorem, quis non ibi luctum deposuisset? Quis propter ea Fortunatas insulas mihi desiderasset? Ad hæc Libanij verba Chrysostomus multa loquutus de contagio prauorum motū & scelerum, quo illuc accedentes inficerētur; post multa rursum ad Sophistæ verba reuocat orationem, cum ille vecors in cōmendationem sui Apollinis sic rursus exclamat: *O dexteram malignam, ô inlequam ignem, quonam primum dilapsus es? quodnam nō huius exordium? Num Cæsello exortus, ad reliqua deinceps serpsit? ad illius caput, ad faciem, ad pbialam, ad cydarim, & talarem vestem? Vulcanus enim ignis arbiter non comminatus est igni huic detrimentum afferenti, cum beneficio dominus Apollinī deberet, ob indicium olim fibrab illo factum? Sed neque tupiter, qui imbrem habenas tenet, aquam in ignem dimisit, præsertim qui olim Lydorum Regi periclitanti pyram extinxerit, &c.* illa vero de Vulcano ex turpi fabula & obscœnis actibus Veneris cum Marte mutuatū Sophistam Chrysostomus ludibrio insectatur.

CXX. Atpost hæc rursus Sophista de idoli forma: *Viri, trahuntur mihi rursus ad dei Apollinis speciem, ac mihi ob oculos cogitatio ipsum ipsum vepræsentat: formæ lenitatem, colli mollitiem, idq; in lapide, cinquidem, quo aurea tunica circa pectus sic colligebatur, vt partim subsideret, partim subsurgeret. Breuiter, totius Dei habitus, tunc iram vel feruentem non fugasset, vt qui simulus esset cantilenam occinenti? & berenle audiunt hunc olim aliquis (vt aiunt) in meridie cithara ludentem: aures beatas! Cæterum cantus erat terra laudatio; cui quidem de aureo cyatho libare mihi videretur, quod puellam occulturie debiscens, ac sese deinde contrahens.* hactenus descriptio imaginis Daphnitici Apollinis ex Libanio à Ioanne Chrysostomo recitata: quā quidem eandem esse reperi cum illa, quam in antiquo numismate exscef-



Quod vero ex lapide effoßum ac formatum simulacrum illud fuisse, idem Sophista tradere videatur; erroris arguendus est auctor in Actis Artemij martyris, dum illud ex ligno vitis compactum fuisse docet, ipsam haud fideliter in omnibus ita describens: *Imago autem Apollinis erat hoc modo constructa. Ex vite erat corpus compactum admirabili quā laus arte ita compactum, vt præseferret speciem viuus adolescentis: auro autem illius totus, quo induebatur, amictus, nudatus & non auratis cæteris corporis partibus, ostendebat quandam, quæ dici non potest, pulchritudinem. stanti vero erat in manibus cithara, & cum videbatur pulsare: coma autem & lauri corona auro florebant permixto, vt magna effulgeret gratia spectatoribus: duos, magnos hyacinthi implebant ei figuram oculorum in memoriam Hyacinthi pueri Amyclei. Et genitarum pulchritudo & magnitudo imagini maximum asserebat ornatum, adeo vt quamplurimos in eo decipi cōtingeret, vt qui propter apparentis formæ pulchritudinem vosse arentur ad eum adorandum, quod quidem ipse quoq; Iuliano euenerat: maiorem certe ei cultum exhibebat, quam alijs omnibus imaginibus, ex singulis generibus ei sacrificans, & ab eo expectans responsa.* hæc ibi auctor; qui vt Christianus homo, haud eum inspexisse putatur; sed ab alio relata, sic vt se habent, hand in omnibus fideliter memoriæ commendauit. Sed iam cætera prosequamur. CXXI.

Posthæc (inquit Chrysostomus ad) *panca admodum ad incendium pertinentia questus, Clamabat vitiator, flamma erumpente: turbabatur per lucum Daphnes inquilina Sacerdos dei: planctus autem pectorum, & vlulatus ingens per locum arboribus densum percurrens, ad vrbem vsque vehemens atque horrificus pertulit. Imperatoris oculus vix somnum capere incipiens, amaro illo nuncio audito, è lecto surrexit. Ipse furore percitus, Mercurij talaria pertussigens, ad malı ipsius originem indagandam pergebat: aquè intra se flagrans ac templum ipsum. Trabes forebantur deorsum ignem ferentes, id omne, quod ignis comprehendisset, absumentes, ipsum scilicet flatum Apollinem, tanquam à tello non admodum distantem, mox & alia Musarum ornamenta, signa mihi exstantia, lapillorum fulgura, columnarum pulchritudinem. Vulgus autem circumstans lugebat, auxilium tamen ferre minimè valens; id quod vsu venire solet ij, qui de terra manifestum spectāt, quorum vt cum hoc superest auxilium, casum ipsum lachrymis prosequi. Nympha certè è fontibus suis egressa ingentem luctum exsuscitauit; iungentem item & lupiter; haud procul consistens cinisola illum, verisimile est, lubefactatis filij honoribus comis esse: ingentem autem sexcentorum dæmonum in loco argentium turbam; neq; sane immorito: è media vrbe Calliope, vbi extabat templum eius, præsidis Musarum Apollinis ignis inuitam sentiente.* CXXII. Ackryi contra Iuli. DELIRAMENTA LIBANII SOPHISTÆ.

Postea vero idem deliramentis Libanius sic finis facit: *Præstate mihi talem Apollo, qualem te reddidit Chrysis, dum Græcis imprecaretur, ira plenum, & noctis adsimilem: quandoquidem tibi ornamenta cum redderemus, & quicquid olim de templo tuo ablatum fuerat restitueremus: præceptum est, quod colamus simulacrum haud aliter, quam si sponsus aliquis, interim dum corolla contexuntur, moriatur.* hucusque ille. Subdit Chrysostomus: CXXIII.

Et so-

Et sophista quidem nostri lamentatio hæc fuit, seu potius parua quædam lamentationis partes hæ. Mihi vera succurrit admirari, qui factum est, vt ob quæ illum præ pudore se auertere oportebat, ob ea ipse placere sibi putet, vt qui Apollinem eundem intemperati atque obscœni iuuenis ritu per meridiem citharæ personantem inducat, dicatq; illi cantilenæ argumentum amasiam esse; aures autem eas beatas vocet, quibus obscœnum id carmen exaudire contigerit. hæc ipse & alia refert plane ridicula. Tantum valuit adulatio, vt nobilis ingenij sui vires ad hæc laudanda, quæ obruenda potius erant silentio, Libanius sophista penitus exhauriret. Sed hæc omnia Christianæ religionis cessere triumpho, quæ de idolo famoso combusto templo incenso Orbisq; totius Imperatoris studiis superatis, & dæmonis potentia Babylæ vnius ossium virtute prostrata, dicta sunt.

Ad hæc ipsa credimus spectare oraculũ, quod ex Oribasio, Iuliani medico, de quo dictum est superius, recitatur in Actis Artemij martyris his versibus *a*.

Dicite vos Regi: Pulcherrima cornit aula,
Non tectum pulcher, non laurum vatibus aptam
Phœbus habet, fontisq; extincta est lympha loquentis. hæc ab oraculo Delphico.

CXXIV. Sed ad hæc insuper, quæ spectant ad Apollinis Daphnitici cultum, addimus corollarium de filio Sacerdotis eius templi, inuito parente ad Christianam fidem perducto. Rei gestæ series diligentissime à Theodoreto describitur in hunc modum *b*: *Per id temporis*, inquit, *adolescens quidam filius Sacerdotis, in impia educatur religione, se in numerum piorũ aggregauit. Nam mulier quædam illustris ob pietatem & diaconatus munere dignata, matri huius adolescentis perfamiliaris, eum cum matre aduentantem (adhuc quidem valde adolescens erat) forte salutans, magnopere est ad veram pietatem cohortata. Mortua vero matre, venit ad eam adolescens, & consuetam ab ea disciplinam perdidicit: atque firme desigens in animo eius consilia, percontatur magistram, qua via posit superstitionem patris deuitare, & veritatis, quam illa prædicabat, cõpotem fieri. Cui illa, Oportet, inquit, patrem deserere, & illi tuum & illius fabricatorem præponere, & alteram petere ciuitatem, in qua potes latitare, & impij tyranni manus effugere, pollicitabatur q, se ei rei prospecturam. Tum adolescens, At, inquit, deinceps veniam ad te, & tibi meam animam committam. Paucis interpositis diebus, Iulianus Daphnem contendit, publicum epulum celebraturus: cumq; eo vna proficisceretur Sacerdos adolescentis pater, qui Imperatorem comitari consueuerat.*

CXXV. *Adolescens erat cum patre, & frater vna: isti namq; in cibo Imperatoris aqua lustrali expiando, Ædituorum munere fungebantur. Septem dies festum Daphnes agi solet. Primo die adolescens, vbi toro astans Imperatoris, op omnia aqua lustrali expiauerat, consuetoque scelere polluerat, curriculo currit Antiochiam: & ad eximiam illam mulierem recta profectus. Ego, inquit, venio ad te, vti à me promissum est. Tu ergo salutis tam corporis, quam animæ consulito, promissumq; præstato. Quamobrem illa consurgens extemplo adolescentem deducit ad Meletium (hic erat partis Catholicorum Christianorum, qui Antiochiæ erant, Episcopus) qui cum in superiori parte ædium, in quibus habitabat, conuersari iussit. Pater autem quærere adolescẽtem, perlustrare q, vndiq; Daphnem, atq; ad vrbem contendens, circuire plateas & angiportus, circumferre in omnes partes oculos non cessat: quod quidem fecit magno illius inueniendi desiderio incensus. Vbi ventum est ad eum locum, in quo erant ædes Meletij, oculis sublatis videt eum ex tabulato descendentem ad quem accurrens, inde abstraxit, abduxitq;. Atq; ei domum reducto, primo permulta inflixit verbera; deinde verucula candentia manibus, pedibus, & dorso impegit: postremo conclusit in cubiculo, ostio foris obserato; ipseq; Daphnem reuertitur. Ista ille ipse, cum ætate iam admodũ exacta erat, mihi narrauit: addiditq; etiã, se numine afflatum, & diuina repletum gratia, omnia patris simulacra confregisse, eorumq; irrisisse imbecillitatem.*

Postea vero complexum animo facinus, quod conscinerat, cœpit patris aduentum pertimescere, oraſſeq; Christum Dominum, vt ipse ferret auxilium, seras perrumperet, & ostia patefaceret: Nam tua causa inquit, hæc & perpessus sum & admisi. Quæ cum dixisset; excidisse seras, & ostia aperta esse. Inde igitur recurrisse ad magistram: quæ cum veste induit mulebri: & postquam in cameram collocasset, iterum ad Meletium deduxit: Meletium vero Cyrillo, qui tum Hierosolymorum fuit Episcopus, ipsum commisisse. & ita noctu iussse Palæstinam. Post mortem autem Iuliani iste adolescens patrem ad veram traduxit religionem. Etenim cum istud, tum alia nonnulla ipse nobis narrauit. Quare isti hoc modo ad Dei cognitionem adducti, veram salutem consecuti sunt.

Iulianus c vero liberius, immo vero impudentius aduersus verum Dei cultum arma ferre: & quamquam personam induebat mansuetis; tamen retia parare, & tendere plagas cœpit, quæ homines errore deceptos in impietatis perniciem inducerent. Nam primum fontes, tum qui in vrbe erant, tum qui Daphne, sceleratis victimis contaminare, quo singuli, qui aquam gustarent, tetra nequitiæ labe inficerentur. Deinde quæ in foro exponebantur, eadem sceleris macula inquinare: nam panes, carnes, fructus, olera, & alia omnia esculenta, aqua lustrali aspergebantur. Quæ cum viderent Christiani, etsi non poterant non gemere, lamentari, & scelera illa impense detestari: tamen eisdem vescuntur legi Apostoli d obsecuti, ita iubenti: Quicquid in macello venditur, comedite; nihil interrogantes, propter conscientiam. hæc Theodoretus. Porro fontes istos, sic sorde sacrificiorum pollutos diuino miraculo exsiccatos esse, superius assertione Chrysostomi dictum est, quod & alij confirmant historici. Cæterum quod ad cibos pertinet: etsi vidimus Constantinopolitanos Christianos his laudabiliter abstinuisse esculentis Gentilitia superstitione pollutis: haud tamen damnandos esse Antiochenos, Theodoretus Apostoli auctoritate confirmat, iuxta illud eiusdem Apostoli *e*: *Vt quid iudicatur ab aliena cõscientia: si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago?* & illud *f*: *Qui non manducat, manducantem non spernat.* & rursum: *Qui manducat, Domino manducat, & gratias agit Deo.*

Tunc quoq; accidit, vt Eusignius miles emeritus annum agens ætatis centesimum decimũ, cum in Iulianum exprobraret Magni Constantini fidem, sub quo militauerat, atque præterea patriæ pietatis desertorem nuncuparet, virilij; animo redargueret: vt maiestatis reus ab eodem Apostata gladio amputari capite sit iussus: cuius triumphus præclaro notatus g est titulo in tabulis Ecclesiasticis tam Græcis, quam Latinis, memoria anniuersaria repetendus.

Quo etiam tempore martyrium subisse duos illos Christianos milites, Iuuentinum atque Maximum, idem post hæc Theodoretus affirmat. Nos autem rem gestam, ex S. Ioan. Chrysostomo, qui tunc temporis aderat Antiochiæ, petamus, quam his verbis describit *h*: *Accidit, vt milites quoddam conuiuium haberent* (hoc puto epulum illud publicum à Iuliano paratum, cuius superius mentio facta est) *in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Cæterum, vt cõuiuiorum mos est, cum varij sermones hinc inde diceremtur, aliique alia tractarent, martyres nostri mala sui sæculi inter se deplorabant, longè potiora fuisse superiora tempora asserentes: dicebantq;, & inter se, & ad sodales: Quem iuuãret vltra viuere, vel spirare, vel Solem intueri, sacris legibus ita cõculcatis, pietate ita violatã, creaturarum omnium Domino ita contempto? Omnia idolorum plena sunt & fumo, omnia sacrificijs immunda referta. Proh neque patrum more spirare possumus. Dicta hæc ne per iunctorie transeas: & considera, quando ea locuti sunt, & quanta pietate. Nam si in militari symposio, vbi regnant ebrietas & intemperantia, vbi certatur de prodigalitate, vbi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erant domi, cum soli inter se agerent? quales erãt in precib. ac ieiunijs, qui deliciarum tempore tã humiliati & tã Apostolica præferebãt pectora? Gaudebant alij, hi vero lugebant: impiè agebant alij, hi vero zelo vrebantur. Sane ipsi ob fratrum valetudinem, suã sanitatem non sentiebant. Sic docebant, & lacrymabantur in malis, quæ tunc fiebant, quasi vniuerso mundo tutores dati essent. Neq; clandestinum fuit talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & conuiuis adulator & irrisor quidam obsequium Regi facturus, omnia vt dicta erant, detulit. Rex, accepta occasione dux quæsita, causatus est ex verbis illis affectatam tyrannidem, vt ita martyrij coronam priuaret: & iussit, confiscatis facultatibus eorum omnibus, nudos eos in carcerem conjici. Illi autem gaudebant, & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitijs, pretiosaq;, vestisq; opus? Si & indusium intimum, nempe caro propter Christum exuendum est, non obstabimur, sed sponte concedemus. Et ocyus dicto, scripti sunt libelli inducs confiscatarq; omnia. Porro vt hominem in patriam migraturi, substantiam omnem in pecuniam commutatam præmit-*

a *Apud Metaphr. die 28. Octob. habet Surius. tom. 5.*

b *Theodor. li. 3. c. 13.*

FILII SACERDOTIS CONVERSIO AD CHRISTVM

c *Theod. li. c. 14.*

CIBARIA OMNIA LARIDOLOLATRIÆ FŒDATA.

d *1. Cor. 10.*

e *1. Cor. 10.*

f *Rom. 14.*

EVSIGNII MARTYRIVM.

g *Menolog. & Martyr. Rom. die 5. Augusti.*

CXXVII.

h *Chrysost. orat. 10. in 25. Martyres Iuuen. & Max. to. 3.*

CERTAMEN IVVENTINI ET MAXIMI MARTYRVM.

tunt; ita & illis accidit. Quotiens erant in cultos transituri, mouebat ipsi negotium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. a Nouerant enim ille tantum opes, quas elemosyna nomine dispendimus, transferuntur in cœlum; sed etiã quæ cunq; nobis hostes fidei puerunq; persecutores rapiunt, alibi thesauri erunt: est enim hoc non minus, quam illud. De hoc audi, quid Apostolus dicat: Et rapinam, inquit, facultatum vestrarum cum gaudio tulistis, scientes vos habere meliorem substantiam & manentem in cœlis.

a Heb. 10.

CXXVIII. Vt autẽ ingressi sunt carcerem, constrixit ad eos omnis cruciatus tametsi multis terroribus minis & periculis interdictum erat, ne quis ad eos accederet, vel eis loqueretur, vel quouis modo communicaret. Memor timor Dei efficiebat, vt non curarentur ea Principis mandata. Vnde multi ob consuetudinem, quam cum martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi enim, contempta præsenti vita, frequenter eos visitando, sacras apud eos vigilias continuis Psalmis perficiebant. Erant familiaritates illa spirituales eruditionis & consolationis plenæ. Et clausa quidem tunc erat Ecclesia: carcer autẽ Ecclesia facta est. Neq; hi solum, qui eos visebant, sed & qui intus cum eis tenebantur, verã patientiam & virtutem à patientia & fide eorum discebãt. Rex vt hæc audiuit, valde stomachatus est: cupiens tamen eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, amaros quosdam homines & impostores subornauit, qui simulãdo priuatum colloquium sese offerret eis accederet, non vt à Rege missi, sed quasi singulari compassione & proprio consilio id agentes, & adhortarẽtur, vt a religione desisterent, & ad impietatẽ transirent. Dicebãt enim: Sic non solum imminens periculũ effugietis, sed maiori dignitate honestati, maiori & quoq; principatum adepturi estis. Regem ira & seruitor placata. Nonne vidistis & alios vestri ordinis id ipsum fecisse? Quibus illi respondebant: Atqui nos hãc potissimum ratione viriliter stabimus, & prorũ illorum ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus: benignus & misericors nobis Dominus est. solet etiam vno accepto sacrificio, toti urbi conciliari. At sicut olim b tres pueri dixerunt: Non est in tempore hoc princeps & Propheta & dux, neque sacrificium, neque incensum, neq; holocaustũ, neq; locus primitiarũ coram te, vt possimus inuenire misericordiã: sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur, quasi in holocaustis arietum & taurorũ, & sicut in millibus agnorũ pinguiũ. Ita & illi videntes altaria subuersa, clausas Ecclesias, Sacerdotes fugatos, Fideles eẽs in exilium actos: studebant, vt pro omnib. offerrentur Domino, relictiq; militaribus signis, angelicis se chorus adiungerent. Quocirca & dicebant: Quidẽ etiã si nunc non moriamur, moriendũ tamen omnino est non multo posthac. Satius igitur fuerit mori pro Regis Angelorum, quam pro Rege tam impio. Bis. ẽsset moriatur pro Rege quis, nihil accipiet à Rege iusta dignum seruitudine. Et quid posset defuncto præstare vel si maxime vellet? atqui eis sæpenumero ne sepultura quidem contingit, & non tam à canibus deuorantur. Quod si pro Rege Angelorum mortui fuerimus, certa summa, non acceptores corpus multo gloriosius, maiori gloria cõspicui erimus, longe nobis maiora erunt laborũ præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non opus iaculo & sagitta: sufficit pro omnib. lingua: sunt enim & sanctorum orationes arma, è quibus diabolico capiti continuò & crebrò ictus inferuntur.

b Dani. 3.

CXXIX. Nuntiata sunt hæc atq; similia Regi: qui nec destitit, sed illecebras oculis iterum atq; iterum illos tentauit. Ita aiũ mandauit, quasi cederent victi, sub omnium oculos producerentur: sin fortes perseuerarent, vti per duellionis ei educerentur & occiderentur, neque vlla Christiana professionis, ob quã tenebantur, mentio fieret. At qui reuelat profunda & abdita, non permisit, vt machinationes illæ occultæ manerent, ignota insidiæ. Nam quemadmodum olim mulier Ægyptia c Ioseph um in lecto apprehendens, licet speraret factum suum clam fore omnib. hominibus; non sint tamen occulta vel oculo illi soporis nescio, vel posteritati: quippe q; absque arbitro illa Ioseph dixit, id toto vbiq; mundo canitur: Ita & ea, quæ per subornatos illos consultatores dolosus Rex agebat, sperans occulta fore, nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantium victorias. Denique cum multo tempore exacto alacritatem eorum non solum non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatores, q; multos sacret: iussit tandẽ media nocte in barathrum eos abdoci. Ducebantur itaque in densas tenebras luminaria, & decollabantur. Ceterũ capit. detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quã cum adhuc vocem darent: sicut & caput Ioannis non tantum terrebat, cum loqueretur, quantum cum disco à mutum asseretur: Habet enim & sanctorum sanguis vocem suam, quæ non per aures auditur, sed occultorum conscientiam inuadit & perstringit. Polit beatam autem illam cædem, quidam etiam cum salutis periculo athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipsi vivi martyres, vt eorum reliquias curarent decenter: nam quamuis non occidebantur, optabãt tamen mori potius, quam vt corpora illa relinquerent inhumata: ita ad venationem eorum festinabant.

c Gen. 39.

CXXX. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre datum fuit, quod accentibus simul illis in sepulchro, talis quædã ex eorum oculis & vultu gratia resplenduerit qualem in Stephano Iudæi responsuro fuisse Lucas dicit: neque vllus est qui non pio quodam horrore illis adstiterit: adeo affectus ille afficiebat omnes. quin & omnes clamabant in laudem eorum id, quod à Davide f dictum: In vita sua non sunt seperati, & in morte non sunt diuisi. pariter enim confessi sunt: pariter carcerem inhabitarunt: pariter in barathrum abducti sunt: pariter capite mulctati: & vnus vtriusque corpora tumulus tenet: & vnum quoque tabernaculum in eaque corpora tumulus tenet: & vnum quoque tabernaculum in eaque corpora tumulus tenet: & vnum quoque tabernaculum in ea

vt solebat, spiritualibus cantilenis perstringit, non aliter, quam ipse psalmorum scriptor & magister Dauid, qui malignum spiritū, quo Saul agitabatur, compressit. Etenim iste tyrannus, vbi sceleratos dæmones sibi familiares reddiderat, Corybantum more facere, & contra verum Dei cultum rabiem exercere non destitit. hactenus de confessione Publiæ Theodoretus.

CXXXIII. PVBLIA CVIVS IOANNIS MATER.

Cum autem hanc fuisse Ioannis matrem, idem auctor affirmet: ea apud Græcos sententia inualuit, vt hæc fuerit parens Ioannis Chrysostomi: id quidem ipsi profitentur publicis monumentis, cum de Publia agunt in Menologio, die decima mensis Octobris. Quod quidem haud ita exploratum habetur, vt firmiter affirmari possit: cū multa sint, quæ repugnent: atq; in primis quod ipse ait Theodoretus, hominem illum Publiæ filium nunquam adigi potuisse, vt sedem Episcopalem capesseret: cum tamen Ioannem Chrysostomum fuisse constet Episcopū Constantinopolitanum. Sed & cum Theodoretus eam nomine Publiam dictam ferat: Chrysostomi quidem matrem Anthusam appellatam tradunt. Rursum vero, quod me magis ab ea sententia distrahit, illud est: quod idem Theodoretus tradit, Publiam hanc anum fuisse iam ingrauescentis ætatis: cum tamen constet matrem Ioannis Chrysostomi fuisse hoc Iuliani tempore iuniorem: ipsum vero Ioannem eius filium, puerum. ita profecto inuenitur, si ætas tum filii, tum matris reducatur ad calculum.

ÆTAS CHRYSOSTOMI.

Quem enim vixisse annis quinquaginta duobus & mensibus octo Ioannem Chrysostomum tradunt Leo Imp. Zonaras, Georgius & alii, obiisseq; diem, Honorio septimum & Theodosio secundum Coss. anno Domini quadringentesimo septimo; natum eum esse oportuit anno Dom. trecentesimo quinquagesimo quarto, Constantio septimum & Gallo tertium Coss. sicque hoc eodem anno ipsum Ioannem fuisse annotum ætatis octo, quem liquet à matre genitum adolescentula, quæ anno suæ ætatis vigesimo orbata viro, magna cū laude in viduitate permansit. Id quidem testatur ipse Chrysostomus *a*, dum scribens ad Viduam iuniorem, hæc de Libanio, cum ipse ab eo adolescentior imbuebatur rhetoricis disciplinis: *Ego aliquando cum essem iunior doctori meo (erat autem ille omnium hominum maxime superstitiosus) animaduerti matrem meam pre multis magnam excitasse admirationem. Nam cum eos, qui sibi assidebant, more suo interrogasset, cuius ego essem, ac responsum esset, me viduæ mulieris esse filium: de me quæsiuit ætatem matris & viduitatis tempus. Cum primum vero audiret quadraginta annos natam esse, vigesimum vero iam annum agi, ex quo patrem meum amiserit, obstupuit valde, atque ad eos, qui aderant, conuersus, clara voce exclamauit: En quales mulieres apud Christianos sunt! Tanta non modo apud nos, sed etiam apud Gentiles vidualis status laus est & admiratio.* hæc ipse. Ex his igitur satis liquet, ea, quæ de Publia à Theodoreto scripta sunt, minime aptari posse matri Ioannis Chrysostomi: nisi dixerimus eum in ætate eiusdem errasse, eandemque duplici nomine *Publiam Anthusam* dictam esse. Hæc de matre Chrysostomi, cuius patrem tradunt dictum fuisse *Secundum* nomine. Porro non ab anu fœmina tantum Iulianus illusus est, sed & delusus insigniter à mimo, Porphyrio nomine: qui vt Christianam religionem risui exponeret, baptismo per iocum initiatus fetio exinde Christum confessus, summa constantia perstans in sententia bilem Principis mouit; adeo vt oblitus se esse philosophum, in eum continuo animaduerti iusserit: qui ex mimo martyr effectus, inter martyres relatus, anniuersario honore colitur decimoseptimo Kalendas Octobris.

a Chrysost. ad Vid. iunior. epist. tom. 5.

MATRIS IOANNIS CHRYSOST. SPECTATA VIRTVS ET ÆTAS.

CXXXIV.

Sed & senex centum & decem annorum, Eusignius nomine, viridi animi robore fregit Iuliani procacitatem, exprobrans illi desertam, in qua educatus fuerat, pietatem: Constantinum Magnum contra mirifice ex religione commendans. at sic fidenter insultantem sibi hominem minime passus est Iulianus; sed abductum delirantem (vt aiebat) senem, vt eum curaret delitio, capite plecti iussit, quasi maiestatis reum; vtpote qui licet imbellis viribus, lingua tamen potens iuuenturem in Imperatorem solicitaret. recensitus ergo & ipse inter martyres, anniuersaria commemoratione Ecclesiæ lætus redditur

Nonis Iunii, quibus reliquiarum ipsius translatio facta viderur.

His omnibus exagitatus Iulianus Apostata, grauibus Antiochenos affecit incommodis, atque in eo potissimum, quod exercitum ad bellum Persicum compaturum, ibidem in hybernis continuit: ad quem alendum, delegit ciues Antiochenos vili vendere annonam, quam ipsi caro ob penuriam pretio emissent: adeo vt ea ex re complures à mercatura destiterint, eamque ob causam magis magisq; caritas rerum omnium creuerit. Hæc quidem Socrates *b* tradit, additque, eundem ira perciium inde recedentem Tarsum concessisse, sed illinc, paratis, quæ opus erant, citius abiisse. Quid autem actum sit, cum Tarsi Iulianus esset, Zonaras *c* declarat his verbis: *Perfis bellum illaturus Iulianus Tarsi illustri vrbe Ciliciæ conuenit Artemium sacerdos Æsculapij, cuius templum Argu erat, celebri & ipsa eiusdem prouincia vrbe, ea lumnas ab eo petens, quas Christianorum primarius sacerdos ex ea ade abstulisset, atque suam eadem earum illis inadificasset, eodem restituit. Id dissertor fideiille statim sumptibus Episcopi fieri iubet. Pagani cum magnis sumptibus & laboribus vnam columnam demolitiessent, & vsque ad limen ianuæ ecclesiæ cum machinis pertraxissent, ac longo tempore vlterius promouere non possent, ea relicta, discesserunt: quam Episcopus posti Iuliani interitum facillime leuatam, in pristinum locum reposuit.* hæc Zonaras.

b *Socra. lib. 3. c. 13.*

c *Zonar. Ann. to. 3.*

QVID TARSI IVLIANVS.

IVLIANVS VEXAT ANTIOCHENOS.

Sed quia hic modico tempore Iulianum commoratū esse constat: nam vnde digressus fuerat, Antiochiam reuersus est; nos quoque ad res ab eo Antiochiæ gestas redeamus. vbi licet quæ palam egit, magno fuerint ciuibus detrimento, quæ tamen clanculum facta est ibi ab eo hominum cædes, magnopere ciuitatem afflixit: sed nonnisi eo mortuo iacturam, quam passa est, ciuitas sensit. hæc quidem Gregorius Nazianzenus his paucis perstringit *d*: *Quis mihi Herodoti & Thucydidis otium linguamq; suppeditabit, vt istius improbitatem etati future transmittam, atq; huius temporis historiam quasi in columna sculptam posteris relinquam? Tacebo Orontem (fluuius hic est, qui præterluit Antiochiam) & nocturnos mortuos, quos hic tum Imperator occultabat, & cadauerum acerus compressus, atq; obscure contrucidatus: hoc enim loco Poeta verbis vti commodius est) Tartarumtam etiam concauas, semotissimasq; & abditissimas aulæ partes, squalq; etiam in lacubus & puteis & fossis, maxime thesauris, mysteriisq; scatebant, non modo dissectorum puerorum & virginum ad animalium eudicationem & diuinationem, sacrificiaq; minime legitima, sed eorum etiam, qui pro pietatis ratione, doctrinæ defensione periclitabantur.* hæc Gregorius, eademque Ioannes Chrysostomus, dum ait *e*: *Iam vero quis enumerauerit necromantias? quis puerorum cades? Nam vilissimæ illæ, à quibus homines ante Christi aduentum non abstinebant, post eius apparitionem repressæ, de integro renouabantur, non iam quidem in propatulo: nam tametsi Imperator esset, ac licentiose omnia ageret, tamen tanta erat earum rerum impietas, vt ea Imperatoriam etiam scientiæ magnitudinem superaret: vt tamen illa de integro renouabantur.* hæc ipse: eadem quoque & Socrates *f*.

d *Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.*

e *Ioann. Chrysost. orat. contra Gent.*

f *Socra. lib. 3. c. 11.*

CXXXV. ANTIOCHENI DIRE VEXATI A IVLIANO.

CXXXVI. IVLIANVS SE ERGA ANTIOCHENOS BENIGNVM EXHIBET.

Cæterum licet tam dira & execranda, Antiochiæ cum esset, Imperator Apostata perpetraret: nihilominus quibusdam iisdem Antiochenis concessis, voluit videri erga illos animo esse propensiore. Testatur quidem Zosimus, post has cum Antiochenis altercationes Iulianum cum iisdem conciliatum esse, atque in signum initæ cum illis gratiæ, eisdem complura indulsisse, multosque ciues Decurionatus dignitate donasse, data insuper facultate eandem dignitatem in posteros propagandi. At hæc ipsa idem Iulianus in Misopogone iisdem Antiochenis visus est tanquam ingratis exprobrasse, cum ait *g*: *Quamam igitur causa vestra in nos offensionis atque inuidiæ? Ego enim scio, nihil à me in vos commissum esse dirius, aut grauius, nec; priuatim in singulos, nec; publice in vniuersos vllo genere maledicti; imo & laudes effeci, quantum visum est conuenire: ac de Christo quidem concessit tantum, quantum erat æquum ei, qui pro viribus cupit de multis bene mereri.* At quid visus est sibi Iulianus Christianis indulsisse de Christo? nihil profecto, nisi quod non cogeret (vt alii fecerant persecutores) eos palam ad Christum negandum; cum tamen dolo vim compensare

g *Iul. in Misopog.*

soleret. Sed & subdit de remissis eisdem aliqua ex parte tributis: Fieri, inquit, non potest, vt & iis, qui vectigalia pendunt, omnia condonentur, & qui accipere consueuerunt, dentur omnia. Cum igitur videat publicas largitiones, quas regius sumptus facere consueuit, nihil imminuisse, tributa autem vobis non pauca remisisse: nonne res admirabilis, atque enigmati similis videatur: Sed quæ fuerint nostra in omnes ciues merita, nihil attinet hoc tempore referre. & inferius: Multum vobis auri & argenti, multa vectigalia peculiari beneficio præter alias ciuitates remisi: præterea Senatorum numerum ad ducentos auxi, neque vlli rei peperci: id enim vobis gratificabar, vt ciuitatem vestram maiorem ac potentiorem redderem. hæc & alia in eos Iulianus, nec non de collato eis frumento tempore famis. At in his blanditiis hostis infensissimus Christianis se habuit tanquam scorpio, dum sic brachiis complecti ac demulcere videtur, vt tamen cauda pungat, & lethale venenum inferat: quod quidem in pluribus, cum oblata occasio fuit, exitus declarauit.

CXXXVII. Per id tempus cum Iulianus ageret Antiochiæ (inquit Socrates *a*) Persarum legati ad Imperatorem aduenerunt, postulatum, vt bellum palam indiceret, denunciaretque. Ille eos remisit, hæc solum locutus: *Me ipsum breui videbitis, & propterea Legatos hac de re ad vos mittere, non est opus.* At de rebus Antiochiæ hoc anno gestis iam satis. Age modo ad eiusdem Iuliani persecutionem in vtriusq; Syriæ ecclesias orationem conuertamus, indeque adres Alexandrinas recensendas stylum admoueamus. Atq; primum quid in ciues Constantiæ ciuitatis in littore Palæstino sitæ propè Gazam admiserit, ex Sozomeno recitandum est; ait enim *b*:

a Socra. lib 3. c. 16. LEGATI PERSARVM AD IVLIANVM.

b Sozom. l. 5. c. 3.

Porro ciuibus Constantiæ, quæ est vrbs Palæstinæ, non dissimilia obiectabat crimina (nempe quod cultum deorum deseruissent, & Christum colerent) eorumque ciuitatem ciuibus Gazæ tribuit. Ipsam namque vrbem Constantiam, sicut ex superiore sermone didicimus, cuius esset natalis Gazæ ciuitatis, & Maiuma vocaretur, Constantius simul vt intellexit eam religionem Christiana in primis esse dedit am, ciuitatis honore decorauit, filiique Constantij appellauit nomine (Eusebius autem, ab ipsius Constantini Imperatoris sorore fuisse denominatam, tradit *c*:) atque dedit mandatum, vt sui iuris esset, suisq; legibus ipsa se gubernaret: arbitratus sane iniquum esse, vt diuinis Gazæ vrbis superstitioni Gentilium supra modum addictæ parceret. Verum vt primum Iulianus ad Imperium reflendum aceesit, ciues Gazæ Constantiæ ciuibus litem intendebant. Atque Iulianus constituto Iudice, Constantiam, quæ Gaza abest circiter viginti stadia, Gaza admouit. Quæ ex tempore suo priore nomine orbata, pars vrbis Gazæ maritima nuncupatur. Magistratus autem ciuiles, belli duces, respublica vtriusque communis est: soloque ecclesiæ statu & gubernatione duæ videntur hoc tempore ciuitates distinctæ. Nam vtraque seorsum suum habet Episcopum, suum clerum, celebres quoque dies festos martyrum, memorias Episcoporum, qui in ipsis ecclesiam rexerint, distinctos denique agrorum vtrique tacentium fines, quibus etiam altaria ad vtrumque Episcopatum spectantia distinguuntur. Itaque quidam Episcopus Gazæ, qui hac nostra vixit ætate, Episcopo mortuo, qui ante Ecclesiam Maiumatensem administrauerat, laborauit, vt vtrique clerus sibi subiceretur; Non enim fas est, inquit, vt vnis vrbi duo præsideantur Episcopi. At cum Maiumatenses huic rei resisterentur: Concilium gentis illius in vnum locum coactum, causam cognouit alterumque creauit Episcopum. Nam iniquum omnino existimauit, vt qui ob pietatem priuilegia ciuitatis recepissent, ii tamen sub iudicio Gentilis Imperatoris statum sacerdotij mutatum haberent, ordine Ecclesiastico & honoribus sibi olim tributis penitus spoliarentur. hæc de Constantia ciuitate Sozomenus.

c Euseb. Vit. Constantini li. 4. c. 38. CONSTANTIA ADIVDICATA GAZENSIBVS.

CXXXVIII. Quid autem Gazenses in Christianos, qui apud se essent, admiserint, idem auctor post multa sic narrat *d*: *Sed quoniam hanc nostra procella oratio est, & de Georgij atque Theodoriti nece differendum: tempus iam videtur postulare, vt de Eusebio, Nestabo, & Zenone fratribus mentionem faciamus: quos populus Gazæ eodem tempore odio prosecutus domi occultatos comprehendit, ac primum conicit in carcerem, flagrisque cædit: deinde omnes ad theatrum conuenere, & contra eos grauiter propterea vociferari cœperunt: quod sacra ipsorum profanassent, eisdemque ad religionem Gentilium delendam, afficiendamque contumelia, superioribus temporibus abusi fuissent. Quo partim clamando, partim se inuicem incitando, ira succensi, in eorum necem aude feruntur. atque ipsi se mutuo instigantes (quod à populo in seditione fieri solet) ad carcerem concurrere: eosque inde deductos, modo pronos, modo supinos trahere, interdum ad terram allidere, iam cadere alij saxis, ligni alij, alij aliis rebus fortuito oblatis, sicque crudelissime interfecerunt. Accepi etiam, mulieres è textrinis egressas radiis illos confodisse: quin etiam coqui in foro, pueri lebetes aqua feruenti ebullientes è foci arripere, inque illos effundere, pueri verubus transfigere. Vt vero eos dilacerarant, & capita eorum confregerant, vt cerebrum in terram effluret: extra vrbem deducunt ad locum, in quo animalia expertia rationis mortua proici solent. Atque accenso rogo eorum corpora comburunt: reliquias autem ossa, quæ ignis neutiquam absumpserat, ossibus camelorum & asinorum, quæ ibi proiecta erant, admiscent, adeo vt perdifficile esset ea inter tot ossa reperire. Attamen non diu sic latuerunt. Siquidem mulier quædam Christiana, quæ non ex vrbe Gaza orta fuerat, sed vbi fuum domicilium collocauerat, iussu diuino ea noctu ex aliis ossibus seligit, atque in ollam iniecta Zenonis eorum consobrino seruanda dedit. nam ita Deus ei mandauerat in somnis, & virum etiam mulieri indicarat, quo in loco ea tutem degeret, & antequam ad eum veniret, ostendebat, quandoquidem ei ignotus erat, & propter persecutionem, quæ recens concitata fuerat, in occulto latitabat: nam parum aberat, quin ipse quoque à Gazæ ciuibus comprehensus trucidatus fuisset: qui dum populus in consobrinii eius necandi occupatus teneretur nactus tempus idoneum, profugit Anthedonem vrbem maritimam, quæ Gaza abest circiter viginti stadia, quæque id temporis similiter superstitioni Gentili dedita erat, & cultu ac veneratione statuarum cæcata.*

RELIQVIÆ MARTYRVM DIVINITVS INVENTÆ.

Vbi vero per Iudices ibi Christianus cognoscitur, grauiter virgis ab Anthedonis tergo cæsus, eiicitur vrbe, & ad natale Gaza profectus, ibi absconditus delituit. Quo in oppido mulier in illum forte incidens, reliquias dedit: quæ eas ad tempus domi seruauit. At vbi Episcopatum illum Ecclesiæ ad tempus forte cepit (quod quidem accidit regnante Theodosio) extra vrbem extruxit ecclesiam, & altare in ea erexit, martyrumque reliquias ibi reposuit propereliquias Nostoris confessoris, qui cum ipsis Zenonis consobrinis, dum viuerent, vna versatus fuerat, atque simul cum illis à populo comprehensus, vinculorum factus erat & plagarum socius. Quem cum inter trahendum, qui eum trahebant, pulchrum habere corpus viderent, eius misereti sunt, & antequam vrbis adhuc spiritum haberet quidem, expectantem tamen breui moriturum proiecerunt. Quem quidem, inde sublatum ad Zenonem deportabant: apud quem dum vlceribus eius & plagis adhibite sunt curationes, è vita migrauit. Ciues autem Gazæ, dum facinoris à se admissi considerant magnitudinem, supra modum extimescere incipiunt, ne Imperator ipsos inultos minime relinquat. Iam enim fama emanauerat, quod agre admodum ferebat, & decimum quemque è populo necare constituerat. Sed hoc perspicue falsum erat, & rumor solum (vt credibile est) popularis, qui multorum animos conscientia maleficiorum exterritos occupauerat. Nam Imperator hoc facinus à ciuibus Gaza perpetratum (quemadmodum pro scelere, quod contra Alexandrinos à Gentilibus in Georgium commissum esset, fecerat) ne literis quidem coarguit, sed solum eum, qui illius gentis tum Præfectus erat, magistratu abdicauit habuitque pro suspecto: & in iudicium adducens, humanitatis officium esse duxit, cum morte neutiquam condemnare. Eum tamen vehementer incusabat, quod quosdam ex ciuibus Gazæ, qui seditionis & cædis auctores dicebantur, in vinculis tenuerat, eo consilio, vt secundum leges pœnas persoluerent. Nam quid causæ erat, inquit, vt ad supplicium abducerentur hi, qui paucos Galilæos pro iniuriis, quas ipsis sæpe ac deis intulerant, probe vlti fuissent: hactenus de his Sozomenus.

NESTORIS MARTYRIVM.

IVLIANVS QVOMODO DIRE PERSEQVITVR CHRISTIANOS.

CXL. Peculiare namque hoc erat Iuliano dictitare atque ad Præfectos rescribere, quotiescunque acciderit Christianos à Gentilibus vi publica & grassatione necari. Nam quæ hic habet Sozomenus de Gazensibus, eadem refert Gregorius Nazianzenus de Cæsariensibus (de quibus superius egimus) cum Iulianus eadem Christianorum per Gentiles factam decideret: de quo illud ipsius Gregorii *e* hic repetendum: *Quam præclara, inquit, & humana sententia. Quid enim grave, inquit ipsius Iudex minime Christianos persequens, si decem Galilæos manus vna Græcanica sustulit? Hæc vero an non perspicua crudelitas? an non persecutionis edictum? &c.* Hæc Gregorius, iure existimans, huiusmodi licentiam

e Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

tiam & impunitatem occidendi Christianos, concessam à Iuliano, æquipollere cuiuis acerbissimo persecutionis edicto. Quidnam enim prætermisissent Gentiles in Christianos patrare sceleris, quod certo scirent non tantum à Principe inultum relinqui, sed & laudari?

CXLI. Quo modo insuper Gazenses quæ fecerint ad necem S. Hilarionem in suo ipsorum agro degentem, idem Sozomenus a narrat, sic scribens: *Per idem tempus Hilarion etiam monachus à populo Gazæ quæsitus, profugit in Siciliam. Ibi ligna in desertis montibus colligens, & humeris portans, quadam in urbe ea vendidit, eog; pacto quantum sat erat ad quotidianum victum sibi comparavit. Verum tandem à viro quodam damone agitato, quoipsum liberaverat, quisnam & qualis esset, indicatus confessus est in Dalmatiam. Qua in regione quoq; cum maxima miracula divina virtute edidisset, adeo vt mare eius precibus recessu prohibitum aridam undiq; inundatione obruisset, inde denuo secessit. Nam ei haud volupe erat, apud eos, qui ipsum laudarent, commorari, tradq; loca subinde commutando, obscurus esse, & celebrem famam de se pernagatam crebris migrationibus delere laboravit. Postremo Cyprum pretervectus, Paphum appulit: atq; rogatu illius, qui tum Cypri erat Episcopus, ibi commorari contentus est, ing; loco, qui Charbyes dicitur, monasticum vitæ genus excoluit. Quod autem martyrio iste non occubuerit, fuga in causa fuit. Atq; fugiebat, propterea quod sanctum Euangelij præceptum est, vt persequentes nos non expectemus. Quod si qui comprehensi fuerint, vt animo excelso sint & robusto, vtq; & violentiam à persecutoribus illatam strenue eximant.* hactenus Sozomenus.

CXLII. Quæ licet vera omnia sint, diverso tamen tempore contigisse fugam Hilarionis à profectione eiusdem in Siciliam, S. Hieronymus, qui eius res gestas exactissime est prosecutus, facile monstrat, dum hoc Iuliani tempore eum petisse Oasenam Ægypti solitudinem, atq; demum ipso defuncto reuersum, profectumque esse in Siciliam tradit: qui de fuga Hilarionis hæc habet *b: Verbi autem Gazæ, postquam profecto de Palæstina Hilarione, Iulianus in Imperium successerat, destructo monasterio eius precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis & Hesychij mortem impetraverat; amboque vt quærerentur, toto Orbe scriptum erat; Egressus ergo de Bruttio, per immanem solitudinem iter arripuit Oasam, ibi quoque anno plus minus exacto, quia illuc quoque sua fama pervenerat, quasi iam in Oriente latere non posset, vbi multi illum & opinione & vultu noverant, ad solas navigare insulas cogitabat, vt quem terra vulgaverat, saltem maria celarent. Eodem ferme tempore Hadrianus discipulus eius de Palæstina supervenit, dicens Iulianum occisum, &c.* hæc Hieronymus de fuga Hilarionis à Gazensibus eum ad necem quærentibus. Quod autem tanto studio iidem eius necem expetiissent, ea potissimum causa intercessit, nimirum quod idem S. Hilarion apud eos agens, insignia cum miracula edidisset, vno ex illis in theatro facto perspicuo, ab omnibus fuerat acclamatum, Marnam Gazensium deum esse superatum à Christo; quodnam vero hoc fuerit, prætermissis cæteris, hic ex eodem Hieronymo recitemus, qui rem gestam ita describit:

CXLIII. *Italicus eiusdem oppidi municeps Christianus, aduersus Gazenses Dominicum Marnæ idolo dedituin, Circenses equos nutriebat: hoc siquidem in Romanis vrbibus tam inde seruatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raptum, Conso, quasi consiliorum deo, quadriga septeno curratcircuitu, & equos partus aduersa fregisse victoria sit. Hicitaque annulo suo habente imaginem, qui demoniacis quibusdam imprecationibus, huius impediret equos, & illinc incitaret ad cursum: venit ad beatum Hilarionem, & non tam aduersarium laudi, quam se defendi, obsecravit: Deorum visum est venerando senis in huiusmodi negotio orationem perdere. Cumque subridet, & dicet: Cur enim non magis eorum precibus pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, simulationem esse publicam: & hoc non tam se velle, quam cogi: nec posse hoc modo Christianum viri magici arribus, sed à Deo Christi potius auxilium petere, maxime contra Gazenses & aduersarios Dei: & non tam sibi quam Ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo à suis arribus, qui aderant, scyphum sictilem, quo libere consueverat, aqua infusa impleri, atque tradi: Quem cum accepisset Italicus, & flabellum & equos & aurigas suos, rhedam, carcerumque repagula aspersit. Mira vulgi expectatio: nam & aduersarius hoc ipsum videndo diffamaverat: & fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato signo, hi aduolant, isti præpedimentur. Subiorum terra rota ferrea, alle præterualantium tenga vix cernunt. Clamor fit vulgi immanis, vta vt Ethnici quoque ipsi conciperent: MARNAS VICTVS A CHRISTO EST. Porro furentes aduersus Hilarionem maleficum Christianorum ad supplicium poscere. Indubitata ergo victoria & illis & multis retro Circensibus plurimum fidei occasio fuit.* hucusque de his S. Hieronymus: quibus Gazenses magna ita perciti, tanto studio Hilarionem, cum licuit per Iulianum, vt cum necarent, persequti sunt.

IN CIRCENSIBVS ACCLAMATVR VICTORIA CHRISTI.

Cæterum adeo furens fuit Gazensium in Christianos persecutio, vt non tantum Hilarion cogeretur capessare fugam, sed & alii omnes, qui degebant in eorundem Gazensium ditione, fuga pariter atque latebris sibi consulere sint coacti, nam de maioribus suis hæc Sozomenus c poste is commendauit: *Huius fuga cum alij complures meorum maiorum, tum auus meus particeps fuit: propterea quod cum patre Gentili natus esset, & ipse cū vniuersa familia, & hi, qui erant genere Alaphionis orti, primū à Bethalia pago, ditionis Gazensium subiecto, multis hominibus frequentato, & delubra habente, tum ob vetustatem, tum ob structuram magno ab habitatoribus in honore habita, & maxime omnium illud, quod Pantheon vocabatur, supra cliuium quendam hominum manu factum, velut sup̄a arcem positum, & toto pago vndique eminens, &, quantum coniectura assequor, locus inde nomen traxit, & ex Syriaca lingua in Græcam translatum. Domicilium deorum propter illud delubrum, Pantheon appellatum est. Ferunt autem illis, qui ex eorum familia sati sunt, Hilarionem monachum religionis Christianæ recipiendæ causam & auctorem extitisse. Nam cum Alaphion iste dæmone agitaretur, & quidam tum Gentiles, tum Iudæi incantationibus ad dæmonem eiiciendum, & alius quibusdam superstitiosis ineptiis crebro multumque vsi, nihil proficerent, Hilarionem, inuocato nomine Christi, dæmonium expulisse, & hominem ad fidem Christi adduxisse. Meus autem auus in sacris literis interpretandis magnam laudem est adeptus. Vir erat ingeniosus, & talis qualis non in obscuro latere debebat, humaniore etiam literatura non mediocriter institutus, ita vt arithmeticæ expers non esset. Quamobrem Christianis, qui Ascalonem, Gazam, & loca finitima incolebant, perquam carus erat, propterea quod ambiguas sacrarum literarum sententias & ad religionem apte & aperte facil ad omnium intelligentiam dissolvere poterat. Virtus autem eorum, qui ex altero genere orti sunt, vix à quoquam oratione explicari potest: nam primi hoc in loco & Ecclesias & monasteria fundarunt, tanquam tuta vitæ integritate tum benignitate in peregrinis & egenis excipiendis ipsi exornarunt.*

ALAPHIONIS CONVERSIO ET FVGA.

Sed quo tandem progressa sit eorundem Gazensium & Ascalonitarum in Christianos sæuitia, Theodoretus narrat, cum ait d: *Quo autem maleficia ij qui falso simulacrorum cultu tenebantur obstrictis, id temporis admiserint, quamquam permulta sunt, & opus separatum postulant; ego tamen ex multis pauca sumam mihi ad commemorandum. Ascalone & Gaza, quæ sunt vrbes Palæstinæ, primum virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt, deinde farciunt ordeo, ad extremum eos porcis deuorandos obiiciunt. Scbastæ in Palæstina item, quæ est vrbs decimo gentis, de qua supra dixi, subiecta, Ioannis Baptistæ tumulum aperiunt: ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres passim dispergunt.* hæc Theodoretus. At ex his plane ipsi videant, atque iudicent Nouatores hæretici, illæ sæpius perpetrantes, num sub Christi, an sub Iuliani Apostatæ recensendi sint disciplina. Hæc quidem iubente ipso Iuliano patrata esse, idem ipse in Misopogone haud obscure testari videtur, dum ait de Ethnicis ipsis Syris: *Deorum templa restituerunt, sepulchra vero atheorum omnia (sic nominat sacra conditoria martyrum) signo à me nuper dato, euerterunt, ttaelati & erecti animi, vt scelera eorum, qui deos violarunt, aerumetiam quam mea scribat voluntas, vindicarunt.* hæc Iulianus, ad ea plane alludens, quæ facta sunt in Palæstina. At non Ioannis Baptistæ tantum ossa, sed etiam Eliæi prophetæ eadem fuisse affecta contumelia, Nicephorus e & alii tradunt.

CXLV.

d *Theo. lib. 3. c. 6.* SÆVITIA GENTILIVM IN CHRISTIANOS.

e *Nicepb. li. 10. cap. 13. Metaph. li. 20. Oct. b. Act. Arim.*

CXLVI.

f *Ruffin. li. 2. c. 28.* RELIQVIÆ S. IOANNIS BAP. COLLECTÆ.

Ruffinus f de his agens, quo modo ex tali iactura lucrum facere monachi Hierosolymitani, quos diuina prouidentia tum direxit illuc, rem gestam narrat his verbis:

Iuliani

Iuliani temporibus, velut relaxatis frenis effœruit in omnem sanctiam scriptas Paganorum. Ex quo accidit, vt apud Sebastem Palæstinæ vrbem, sepulchrum Ioannis Baptistæ, mente rabida & funestis manibus invaderent, ossa dispergerent, atque ea rursus collecta, igne cremarent, sanctos cineres polueri immixtos, per agros & rura dispergerent. Sed Dei prouidentia factum est, quo dam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis Dei, orationis illius cuius sæpe idem tempus venisse. Qui cum tantum nefas, humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri viderent, mori gratius habentes, quam huiusmodi piaculo se maculari; inter eos, qui ossa ad exurendum cogebant, mixti, diligentius, in quantum res patiebatur, ac religiosius congregantes, furtim se vel stupentibus vel insanientibus subtraxere, & ad religiosum Patrem Philippum venerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens, tantum thesaurum propriis seruare vigiliis, ad Pontificem maximum tunc Athanasium hostia immaculata reliquias per Iulianum diaconum suum, post etiam Palæstinæ vrbis Episcopum, mittit. Quas ille susceptas, paucis arbitris, sed cauato sacrario pariete inclusas prophetico spiritu profuturas generationi posterę conseruauit. Quibus nunc, deiectis & prostratis idololatriæ vestigiis, in ædibus quondam profanis aurea tecta consurgerent, &c. illatas enim tradit in nouum illud super Serapidem erectum augustissimum templum eiusdem Sancti reliquias. Vt plane & in hoc demonstrata fuerit veritas verborum Christi dicentis *a*: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, post hoc autem non habent amplius quid faciant.

a Luc. 12.

CXLVII. RELIQVIÆ SANCTORVM MAGNO IN HONORE HABITÆ.

Nihil plane est, quantumlibet impietas vesana grassetur in reliquias sanctorum martyrum, quod imminuat gloriam, qua eosdem animæ potiuntur in cœlo; sed nec ob eam causam obscurate possit hondeem, quo perfruuntur in terris: vt plane de Ioannis reliquiis cernimus esse factum; nam & qui erat Sebastę eius tumulus, idem maiori auctus gloria in posterum perseuerauit: & licet inde eius reliquiæ ablatæ fuerint; tamen in earum memoriam dilectis deorum templis, præclaræ fuerunt erectæ basilicæ. Cæretum siue ex collectis ac repositis ibi cinctribus; siue ex carne ipsa, quæ temporis diuturnitate ossa deseruerat & in sepulchris remanserat, mortuo Iuliano, ipsa eorundem cum Ioannis tum Eliśæi monumenta, eadem qua prius, immo maiori celebritate & veneratione, ob miracula ibidē edi solita celeberrima clarueruntt: vt merito acciderit quod ex Gregorio Nazianzeno *b* dictum est superius: *Sanctorum vel solæ sanguinis guttæ, atque exiguæ passionis signa idem possunt, quod corpora.* Accedit his locuples testis S. Hieronymus, qui in epitaphio Paulæ *c* hæc habet ad Eustochium de ipsius martyrio in Palæstinam ad loca sancta peregrinante.

b Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.
c Hier. ep. 27. ad. 1.

CXLVIII. MIRACVLA AD SEPVLCHRA PROPHETARVM EDITA SOLITA.

Vidit (inquit) Sebasten, id est, Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode, Græco sermone, Augusta est nominata: ibi sita sunt Eliśæus & Abdias propheta, & quo maior inter natos mulierum non fuit, Ioannes Baptista. Vbi multis intremuit consternata miraculis: namq; cernas ut variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulchra sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terrā vertice tangere, sustensuq; pede faciniis vestes non desinere in facie, &c. hæc Hieronymus: qui & in Abdiam *d* ait: *Sepulchrum eius vsque hodie cum Mausoleo Eliśæi prophetæ, & Baptistæ Ioannis, Sebastę veneratione habetur, quæ olim Samaria dicebatur.* & in Michæam *e*, de Samaria: *Erat quippe in montibus sita, vbi nunc Sebaste est, in qua & S. Ioannis Baptistæ ossa sunt condita.* hæc S. Hieronymus, cum tamen illa alio translata fuisse, alii tradant.

d Hieron. in Abdiam c. 1. to. 5.
e Hiero. in Mich. c. 1. tom. 5.

CXLIX. f Theo. lib. 3. c. 6. QVID HELIOPOLITANI IN CHRISTIANOS.

Sed prosequamur, quæ in aliis Palæstinæ ciuitatibus à Gentilibus aduersus Christianos patrata sunt ex execranda facinora. Theodoretus enim hæc subdit *f*: *Scelus autem ab illis in Phœnicia patratum, quis est, quaso, qui sine lacrymis possit cōmemorare? Nam Heliopoli, quæ est vrbs Libano finitima, execrabiles isti Gentiles recordati facinoris Cyrilli diaconi, qui regnante Constantino, diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat: non modo eum interfecerunt, verum etiam, dissecto ventre, vesci eius degustare non sunt veriti. Verum hoc Deum omnia contemplantem celare non poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius scelcris labe imprimati sunt, primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant: deinde linguas perdiderunt, quæ putredine labefactata ex ore effluebant: postremo oculis orbati sunt: quorum calamitatibus vera pietatis vis clare prædicata est. Eumse item vrbs vicina Baccho Mulierosa ecclesiam nuper à Christianis ædificatam dedicauerunt: statuamq; planè ridiculam, sexum vtrumq; virilem sciscit & muliebrem, repræsentantem in ea collocarunt.* hæc pauca de Emesenis Theodoretus.

CL. g Soz. li. 5. c. 9. QVID ETIAM ARETHVSII IN CHRISTIANOS.

At res cum ab Heliopolitanis, tum etiam ab Arethusiis eodem tempore gestas Sozomenus *g* fusius describit: narrans eadem ab iis factitata, quæ ex Theodoreto ab Ascalonitis & Gazensibus aduersus virgines perpetrata fuisse diximus. Porro rem gestam refert his verbis: *Qui Heliopolim ad Libanum sitam, & Arethusam Syriæ incolunt, hos,* nempe Gazenses & Alexandrinos, *crudelitate longe superasse videntur. Nam isti virgines sacras (incredibile quidem dictu, nisi quidam eorum, qui eodem tempore vixerunt, idem ipsum narrassent) quæ à populo conspici minime solent, in loco publico veste nudatas, tum ad communem omnium, qui eas inuere volebant, spectaculum, tum ad ipsarum contumeliam consistere cogebant: atque vt primum eo quo libitum erat modo in eas insultarant, ad extremum illarum capillum tondebant. Quin etiam eas dissecabant bifariam, & ad illarum intestina deuoranda porcos prouocabant, viscerum extremitate consueto illis alimento operta, quo porci non tam facile ea internoscerent, sed consuetum alimentum necessario appetentes, carnes etiam humanas discerperent. Ad hanc quidem contra sacras virgines crudelitatem, vti conuicio, Heliopolitani adacti sunt ex eo, quod vetitum ipsis fuerat, ne virgines suas, sicut patrius mos ante tulerat, homini fortuito occurrenti prius stuprandas traderent, quam cum viro, quibus desponsatæ erant, congrederentur. Nam Constantinus, fano Veneris Heliopoli diruto, primus apud eos ecclesiam ædificauerat, legeque prohibuerat, ne consueta stupra admitterent.* hæc Sozomenus de Heliopolitanis. eadem habet Gregorius *h* Nazian. qui & addit, non porcis tantum carnes virginum exposuisse, sed etiam ipsos easdem depastos esse, & earum se hepatibus crudis ingurgitasse.

h Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

CLI. i Soz. lib. 5. c. 9. MARCI EPISCOPI ARETHVSII CERTAMEN.

Porro etiam Arethusi (subdit Sozomenus *i*) *Marcum suum Episcopum iam admodum senem, canicie & vita pie acta venerandum, miserabiliter occiderunt. Quippe contra eum tampridem odium conceperant: tum quod Gentiles eius impulsu multo alacrius, quam suasu Imperatoris Constantii se ad fidem Christi transtulerant: tum quod delubrum apud eos longe augustissimum, magnificentissimeque extructum, ab illo deturbatum fuerat. Vbi vero imperium Iuliano delatum est, videns populum in se concitatum, simulque Imperatoris edicto: vel vt pecunię summam, qua satis æstimaretur ad delubrum de integro extruendum, persolueret, vel ipse eidem demio ædificaret, condemnatum: animoque complexus neutrum à se posse fieri, atque præsertim posterius, quod ne Christiano quidem sas erat, pedum Episcopo: primo tempore fuga sue vitę consuluit. Verum vt intellexit, multos propter se in discrimen venire, tum distractionem membrorum, tum inducia, tum tormenta cum his connecta subeundi; rediit Arethusam, & sua sponte se populo tradidit, vt quod libitum erat, in ipsum ederent. Illi vero ob ipsum factum, quod vt homine vere pio & sapiente dignum laudare debuerant, ab eo se contemni arbitrati, omnes gregatim in eum irruere, per plateas trudere, vellere, singuli denig, membra promiscue ferire cœperunt.*

CLII.

In hos sacinus non viri solum, sed mulieres etiam, & alij omnes, cuiuscunque essent ætatis, studio alacri, & ira quoque incensi, acriter incumbebant: adeo vt etiam aures eius tenuibus quibusdam fumiculis anellerent. Pueri præterea, qui scholas frequentabant, factum hoc pro ludo habuerunt, quin etiam eum in sublime elatum, instar globi inter se volucre vltro citroque tum ab se proiecere, tum denuo excipere stylis, quibus eum acerbe & crudeliter pupugerunt. Vbi vero corpus vulneribus vbique deformatum erat, & ipso nihilominus adhuc spiritum ducebat: illum melle & liquamine vngunt; imponunt in sportulam, qua tota exiuncu contexta erat: in sublime denique suspendunt, quo quidem tempore cum vespę & apes ad eum aduolarent, carnemque eius exederent, ferunt eum Arethusios dixisse se in sublimi positum esse, videreque eos infra humi repentes: quare ea, qua tum sibi, tum eis post ventura essent, præsignificasse dicunt.

Traditur etiam præterea, eum, qui tum illius loci Præfectus erat, virum scilicet superstitioni Gentilium in primis deditum, moribus

tamen aliquot adeo præstabilem, vt etiam adhuc celebris fama de eo percrebuerit. Marci constantiam & patientiam admiratum libere Imperatorem tum admonuisse, cum vicus esset propterea quod ipse alterno sene, qui tot & tam grauibus tormentis adeo magnus & forti animo se opposuerat, deinceps, turpi merito nota inureretur dedecoris, & tum ipse omnibus ridiculo, tum illi, contra quos ciuiliter sæuire ediderant, illustres & gloriosi viderentur. Itaq; beatus ille Marcus tam generosa mente Arethusiorum furori & multiplicibus tormentis ab illis sibi inflictis restitit, vt etiam sit ab ipso Gentilibus magnam laudem consecutus. hucusque Sozomenus. Describit eadem plurib⁹ Gregorius Nazianzenus a: addit que Arethusios, quo se victores gloriari possent, extorquere conatos à sene etsi non integrum templi diruti pretium, perpaucam saltem pecuniæ summulam, quam persoluere facile potuisset, at nunquam voti compotes factos esse, propterea quod non pro pecunia, sed pro pietate certamen susceptum illud esset: sed ne passum quidem esse, eam ab aliis persolui, qui miserati senis discrimen, erogare parati erant.

a Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

CLIII.

Rursum vero idem Gregorius ad sugillandam Iuliani Imperatoris cum crudelitate ingratitudinem, hæc addit: *An vero hæc lenitatis & clementiæ, argumenta, an contra furoris & crudelitatis signa sint, nobis exponant, qui Philosophum Imperatorem suscipiunt*, & admirantur, ipse quidem neminem fore existimo, cui iusta sit & vera defutura responsio. Nec dum illud adiecit: hunc Marcum, Arethusi Episcopum scilicet, ex eis vnum fuisse, qui impiorum illum & nefarium, Iulianum videlicet, tum cum genus ipsum totum periclitaretur, seruarant, furtimq; subduxerant: quo etiam solo nomine merito fortasse hæc perpetiebatur, ac plura perpeti merebatur, quod tantum malum vniuerso terrarum orbi imprudens seruasset.* hæc Gregorius. Sed & illud magis inficit nomen Marci (nam istud humanitatis officium, erga puerulum exhibitum, laude dignum videri poterat) quod ex his, quæ sæpe ac plurib. de eo dicta sunt tertio Annalium tomo, probatur manifeste ipsum steriisse à partibus Arianis, etiam post Palinodiam recantatam in Niceno Concilio: nam & in Arianorum conuentu Sirmiensi reperitur esse subscriptus impie professioni tunc editæ, quâ Theodoretus b & alii recitant. Epiphanius autem Marcum Arethusium inter eos allegit hæreticos, qui Semiariani dicebantur, de quibus satis superq; superius actum est. Cæterum, quod omnes historici, cum eius egregiam in patiendo constantiam narrant, hominem pietate insignem prædicent; sed & (quod plus æstimari debet) ipse Gregorius Nazianzenus eum appellet virum eximium, ac sacrosanctum senem: par est credere, illum post tantâ dogmatum cõfi.ctationem sese ad castra Fidelium Orthodoxorum, ab hæreticis deficientem transtulisse.

* suspiciunt.

IVLIANI TAXATVR INGRATITVDO ET CRVDELITAS.

b Theo. l. 2. c. 24. 25. Socom. li. 4. c. 5

c Epiphan. hæres. 73.

CLIV.

Tunc temporis quoque Scythopoli in Palæstina, eadem ex causa, qui ibi erant Gentiles, in ossa Patrophili ibi diu perfuncti munere Episcopatus, & qui haud pridem ex hac vita decesserat, debacchati sunt: effodientes enim illa è sepulchro, dissiparunt, caput vero in subl me elatum omni contumeliæ genere affecerunt. Hæc quidem de eo Nicephorus d. At digne sane Patrophilus ista commeruit pati, licet pro pietate, in pœnam tamen impietatis, qui ad vltimum vsque spiritum nefariæ hæresis Arianæ patronus permanserit: cuius crudelitas aduersus Eusebium Episcopum Vercellensem apud ipsum exulem in primis innotuit. Bostreni quoque Christiani à Iuliano ad persecutionem aduersus Episcopum suum excitati sunt. est Bostra ciuitas Phœnices ad mare posita, cui tunc Titus præerat Episcopus, quem in primis ipse Iulianus exturbare conatus est. Nam (inquit Sozomenus e) *ciuibus Bostræ per præconem publicum mandauit, vt Titium tum illius Ecclesiæ Episcopum sua ciuitate pellerent. Ac postquam minatus fuerat, tum eum, tum clericos eius in crimen vocaturum, si à populo vlla conflaretur seditio. Titius libellum ad eum misit, estque testatus, quod quamuis Christiani Gentilibus aduersarij essent; tamen quiete & tranquille se gererent, & suis hortationibus inducti nihil omnino seditiosum concitarent. Quibus ex verbis cum Titum plebi inuisum & odiosum reddere pararet, scripsit Iulianus ad ciues Bostræ literas, quæ vt populi accusatorem apud illos insimulauit: nimirum quod dixerat populum non sua sponte, sed suis hortationibus se à seditione temperasse. Itaque populus incitatus, vt illum velut sibi infensum è ciuitate exturbaret.* hæc Sozomenus. Sed reddamus hic ipsam Iuliani epistolam tunc ea de causa ad Bostrenos data: f

PATROPHILI OSSA DISPERSA.

d Niceph. lib. 10. c. 13.

QVID BOSTRENI IN TITVM EPISC.

e Soz. li. 5. c. 14.

Iulianus Bostrenis. Opinabar quidem Galileorum Præsules maiorem mihi gratiam habituros, quam meis prædecessori. Contigit enim sub illo plerosque exulasse & vinculis detentos fuisse; plerosque etiam eorum, qui Laerturi dicuntur, interfectos fuisse, vt Nemesatu, Cyzici, & in Paphlagonia, Bithynia, Galatia, & alij plerique prouinciæ: vici passim depopulati, & euersi fuerunt. Nobis vero Imperatoribus, è contra: qui enim exulabant, redierunt, & qui, quorum bona fisco fuerant applicata, omnia reddita sunt. Hi autem ad tantam insaniam & rabiem deuenerunt, vt parum absit, quin tyrannidem exerceant, & quæ admiscem quondam faciebant, aduersus nos pios nunc faciant: nos territantes, omnem mouent lapidem, & populos concitare audent, ac seditiones moliri, aduersus deos impie se gerentes, nostrisque mandatis, quamuis ita humanis, non obtemperantes. Neminem enim ipsorum inuitum ad idolorum aras trahi permittimus: vomo palam ipsis significauimus, quod si quis sua sponte nobiscum sacrificiorum & libaminum particeps esse voluerit, quem prius expiationes dimittere oporteat, deosque rogare tutelares: ita procul absumus, vt aliquem impiorum velimus vel cogitemus nostrorum piorum sacrificiorum participem esse, antequam animam quidem precium ad deos, corpus vero expiationibus purget.

f Iulian. ad Bost. epist. ad fin. initia Greec.

CLV. IVLIANI EPISTOLA AD BOSTRENOS IN TITVM EPISC.

Populi itaq; ab his, qui clerici dicuntur, decepti, proculdubio ablata sibi illa priori licentia, seditiones concitant. Qui enim tantam antea exercebant tyrannidem, non solum non sinunt contenti, quod eorum, qua male egerunt, non solum pœnas, sed priorem desiderant principatum & Imperium, cum non illis liceat iniuste dicere testamenta condere, & alienas sibi adscribere hereditates: omniaq; sibi vt antea tribuere, omnem turpitudinis lapidem mouent, & (vt fertur) ignem igni addunt, & prioribus malis maiora adhibere audent; in diuidia populos adducentes. Visum itaque mihi fuit, omnibus populis indicare, & hoc mandato manifestum facere, ne cum clericis contendant, neque ab illis persuadeantur, vt lapides tollant, & Principibus non obediant: sed vt conueniant quocunque voluerint, & orationes, quas velint, per seipsos orent. Si vero cooperi suaserint, vt sua causa contendant, amplius ne conueniant, sed & seuas pœnas dabunt.

CLVI. DOLVS IVLIANI, VT POPVLVM ADVERSVS SVVM EPISCOPVM CONCITARET.

Hac autem præcipue Bostrenorum ciuitati significare volui, propter accusationes, quas Episcopus Titus & clerici aduersus vestrum populum exhibuerunt. . . . hortantes populum, ne seditiones excitarentur, dum in confessionem cum impetu mouentur. Verba vero, quæ Episcopum scribere ausus est hoc mandato inseri præcepi, quæ sunt huiusmodi: Quamquam Christianæ Ecclesiæ sint aduersarij: cum tamen vestrie monitu addicti flagitiose vinere abstineant, &c. rursum: Cum tamen memoria teneant nostra monita, nemini licere flagitiose viuere, &c. Habetis vestri Episcopi verba. Videte, quo modo vestram recte ordinatam vitam; non ex vestra proficisci sententia, asserat: cum inuiti, & (vt ipse dicit) per eius monita à malis abstineatis. Vos autem è contra non inuitem, vt vestrum accusatorem, ab Vrbe pellite: & vt populus innocens conueniat, curate: & nullus opponatur, neque inuriam faciat, neque hi, qui à vera religione errauerunt, ijs, qui recte ac iure Deum colunt, insultent; iuxta eas, quæ à sæculo traditæ sunt traditiones. neque deorum cultores contaminemini in domibus eorum, quæ per ignorantiam totum, quam ex consilio decepti sunt, ratione etiam adducti & instructi homines decet, non plagis vel iniurijs, neque corporis supplicio. Vos itaque iterum atque iterum moneo, qui veram pietatem estis amplexi, vt nullam inferatis populo Galileorum iniuriam, neque illis insidiemini, qui in maximis rebus male agunt. Maximum bonum est pietas, sicut è contra maximum malum est impietas. Contigit autem hoc delictum, qui mortuos & cadauera transmittant, vt hanc soluant impietatis pœnam. Quapropter compatiamur ijs, qui alicuius peccati sunt rei: ijs vero, qui liberi & absoluti sunt, in dies gratulamur. Data Kal. Augusti. Antiochiæ.* hactenus epistola Iuliani. Cæterum conuincitur mendum irrepsisse in mensem datæ epistolæ Antiochiæ, cum nonnisi mense Octobri illuc Iulianum se contulisse, Ammianus g affirmet, nisi potius ex data huius epistolæ idem auctor sit arguendus erroris. Accepimus hanc epistolam translatam à Federico Metio Græcas literas Romæ publice profitente; quæ desideratur inter Latine redditas Epistolas Iuliani, sicut

g Ammian. lib. 22.

& illa data ad Alexandrinos pro Athanasio rogantes. quã suo loco inferius describturi sumus.

CLVII. IVLIANI ARTES ADHIBITAE IN CHRISTIANOS.

Porro quod ad hanc ad Bostrenos conscriptam epistolam spectat, eius sane argumenti & artificii est, vt vix quidem satis rimari quisquam queat, quot vna epistola Julianus contexuerit dolos atq; fallacias: qua cum specimen edere videatur optimi Principis & de omnibus bene merentis, clarè tamen infigit aculeos; cum non alio tendat totius epistolæ argumentum, quam vt populum in clericos conciteret, ab ipsorumq; diuellat Episcopo. Sed & cum quos constat fuisse Catholicos, & dira sub Constantio passos, plerisque in locis hæreticos nominet; quo dammodo Arianorum in eos persecutionem instaurasse videri potuit. Tali quidem nomine Iulianum appellare consueuisse Catholicos, quæ ex eius verbis in epistola ad Alexandrinos dicentur inferius, manifestissime declarabunt. Dumque etiam collata à se in Episcopos beneficia ostentat, & se à Christianorum persecutione longe abhorrere significat: nomen persecutoris ea arte vitare voluit. Sed & cum Episcoporum incusset temeritatem, quasi in tyrannidem erumpentem; infensos eos reddere populis laborauit, vt eo pacto soluto inter pastores & greges vinculo charitatis, sic diuulsus abinuicem, eos inuadendi facilior pateret accessus: verum in eo potissimum insistere visus est, ne cum cleticis populus coiret; quod veluti edicto sancito prohibuit. Id genus plane & aliæ esse noscuntur eiusdem Iuliani epistolæ de Christianis eodem argumento conscriptæ, nempe vt extrinsecus summam præseferant optimi Principis humanitatem, intrinsecus autem laqueos & gladios contineant inuolutos.

CLVIII.

At iam memorabile illud in Syriæ prouincia Phœnicia gestum recolamus, quo tum summa Iuliani aduersus Christum temeritas & audacia declarata, tum diuina in vindicando potentia est facta perspicua: quod à Sozomeno his verbis describitur a: *Illud porro, inquit, dicetur à me quod etiam regnante Iuliano accidit. quod quidem vt Christi potentiam plane indicat, ita iram diuinam aduersus Imperatorem accensam euidenter ostendit. Cum certior factus esset Cæsarea Philippi (est ea quidem vrbs Phœnicia, quam Paneadem vocant,) præclaram esse Christi statuam, quam mulier, quæ sanguinis profluuio laborabat, cum esset morbo liberata, ibi collocauerat: eam deturbauit, statuamque in eo loco posuit. Quo facto ignis violentius de cælo delapsus statuam illam circiter pectus percussit, caputque vna cum collo in terram deiecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuulsa. Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem atra atque fulminis ictu ambusta manet. Id temporis igitur Gentiles statuam Christi tanta cum violentia trahebant, vt eam confringerent. At Christiani postea eius fragmenta, cum collegissent, in ecclesia posuerunt, vbi etiam adhuc seruantur. Ex basi, supra quam hæc statua locata erat, herba quædam (vti narrat Eusebius) quæ morbis cuiusque generis mederi solet, enascebatur. quæ quidem cum ex generis esset, nemo nostrorum medicorum, qui scientes valebant medendi, vel experientia, omnino nouit.* hæc Sozomenus: eademq; habent Artemii Acta b, Nicephorus, atq; alii. Sed quanto iustius, dicet aliquis, in ipsum Julianum fulmen illud cœlitus fuisset intortum! At recordetur, quod scriptum est: *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum.* Hanc autem voluit in Christi statuam Julianus exercuisse vindictam de compluribus deorum simulactis à Christianis tempore Constantini atque Constantii toto Orbe confractis: Sed malum conuersum est in caput ipsius, vlciscente quamprimum numine: nam tãtum prodigium fulminis, quod eius statuam mediam scidit atq; prostrauit, ex Arusipicum, quos colebat atq; obseruabat, sententia Romani Imperii cladem, atq; eiusdem Iuliani portendit interitum.

a Sozo. li. 5. c. 20. COMMINVITVR A IVLIANO CHRISTI STATVA.

b Apud Metaph. die 20. Oct. l. 6. c. 30. Nicephor. l. 10. c. Prou. 16.

CLIX. PERSECVTIO IVLIANI IN ÆGYPTO.

His de rebus gestis in Syria, Palæstina, atq; Phœnicia enarratis iam ad res Ægypti decurrat oratio, quæ hactenus complexa est complurium prouinciarum persecutionem sub Iuliano grassantem: quod enim quæ simulacta essent, non valuerit simul eadem narratione complecti, discretionem prouinciarum ipsam dicendi seriè partita est, ordinemq; distinxit, nimirum cum narrauit quid Constantinopoli cum primum Iulianus venit in Thraciã quidue in Bithynia, Cappadocia, Galatia, Phrygia, quid etiam in Syria, ac potissimum Antiochiæ, vbi diutius cõmoratus est, & in Palæstina, atque adiacente Phœnicia actum sit: qua ratione reliquum esse videatur, vt res in Ægypto gestas ordine prosequatur. Vexatam quidem fuisse Ægyptũ persecutione Iuliani, Apollinis sanctissimi monachi Acta fidem inter alia faciunt: in quibus cum multa de eo præclare gesta narrentur, quæ hoc potissimum tempore Iuliani ipsum pati contigerit, his verbis describta ab d Euagrio referuntur: *Hic cum audisset, Iuliani, vt supra diximus, temporibus, fratrem quendam ad militiam comprehensum detineri in carcere (cogebat impius clericos & monachos militare) in carcere venit ad eum consolandi gratia, vt moneret eum in necessitate tenere constantiã, atq; imminentia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim, ait, certaminis adest, in quo Fidelium mentes tentationibus probanda sint & noscenda. Cumque his & aliis verbis adhortaretur animum adolescentis, superuenit Centurio, & indignatus cur intro ire ausus esset, claues intrinsecu carceri impositi: ipsum quoque, & omnes, qui cum eo venerant, pariter conclusit, quo scilicet etiam ipse similiter ad militiæ detinerentur officium: constituens quoq; custodes quamplurimos, abscisit. Medio autem noctis astare visus est Angelus ingenti luce resplendens, & obstupefactis perterritisq; custodibus carceris claustra patefecit. Tunc vero ipse custodes adulati ad pedes sanctorum, rogabant eos discedere, dicentes, melius sibi esse mori pro his, quam diuinæ virtuti obsistere, qua eorum curã gerebat. Mane vero etiam ipse centurio cum principalibus viris festinus ad carcerem venit, rogans vt discederent omnes, qui tenari videbantur. Dicebat enim, domum suam terræmotu magno concidisse, & electos quosque famulorum suorum permisse. Sancti vero his auditis, hymnum Deo laudes, cecinerunt; & regressi ad eremum erant in vnum positi, secundum Apostolorum exemplum, habentes cor vnum & animam vnam.* hæc ibi.

d Euagr. in vit. patr. in Apollon. cap. 7.

APOLLONIVS MONACHVS ET SOCII AB ANGELO LIBERANTVR.

Rursum vero quid tunc temporis acciderit, cum daretur Gentilibus soluta licentia Orgia celebrandi & alia à Christianis Principibus vetita, libere factitandi, post nõnulla sic ibidem describitur: *Erant aliquando in circuitu S. Apollonij positi decem circiter Gentilium vici, apud quos dæmoniaca superstitio summo studio colebatur. Templum erat ibi amplissimum, atque in eo simulacrum, quod moris erat circumferri à sacerdotibus bacchantium ritu, cum reliqua multitudine circumeuntib. & quasi pro aquis impetrandis profana mysteria peragentibus. Contigit autem sub eo tempore, quo huiusmodi ab eis Orgia gerebantur, vter facere beatum Apollonium per ipsa loca cum aliquantis fratribus. Et cum vidisset infelicium turbas quasi dæmone quodam agi, debacchariq; per campos, miser atuq;, errorem eorum fixis genibus inuocabat Dominum & Saluatorem nostrum: & omnes eos, qui cæremoniis dæmoniacis agebantur, cum simulacro suo stare fecit immobiles, nec progredi omnino vsquam posse. Atq; ita per totam diem rapidissimis aduersis affectibus permanserunt, ignorantes, vnde eis hærere vno in loco immobiliter contigisset.*

CLX. GENTILES AEGYPT. ORGIA CELEBRANTES QVID PASSI.

Tunc sacerdotes eorum dicebant, quendam Christianum in regionibus vicinæ eremi commorantem, Apollonium nomine, præstitisse hæc sua opera: qui nisi esset exoratus, ei periculum permansurum. Vt autem ad rei tantæ miraculum conuenerunt vndique qui audierant, & percunctantes, quæ tanti causa extiterat monstri, ignorare se pœnitus fatebantur: suspicionem tamen dari sibi dicunt supradicti viri: quem & exorari pro se deposcunt. Tunc quidam ex ipsis, vere eos opinari ait: nam & vidisse eum illo itinere præteuntem confirmat. Attamen adhibere, quæ putabant prodesse auxilia, non morantur. Adducunt boues, quorum virtute videretur posse mouere simulacrum. Sed cum nec sic quidem aliquid profecissent: omni auxilio frustrati, legatos ad hominem Dei mittunt, pollicentes, si eos resoluat ac his vinculis, pariter quoque erroris vincula dissoluti. Hæc vbi nunciata sunt ei, sine mora descendit ad eos: & oratione sola ad Deum fusa, omnes resoluit. At illi sine dilatione vnanimiter omnes confugiunt ad eum, Saluatori Deo nostro credentes, & gratias referentes. Simulacrum vero, quod erat ligneum, continuo igni tradunt: ipsi autem secuti sunt hominem Dei, atque edocti ab eo fidem Christi, Ecclesiæ Dei sociati sunt: plurimi vero ex eis cum ipsis manserunt, & etiam nunc in monasteriis degunt. Facti tamen huius mirabilis fama vbique diffusa est: & multi per hoc ad fidem Domini conuertebantur, ita, vt in regionibus illis nullus iam pene Gentilis remaneret. hactenus de his Euagrius.

CLXI.

Satis

Satis quidem constitit, & pluribus sane exemplis, quod cum ab impio Apostata radicitus Christi fides conuelli penitus tentaretur, tunc fortior Dei virtus per adeo ingétia miracula & signa manifeste reddita est; eoque in loco potissimum, vbi sedes viguisset impietatis: vt plane satis aperte significaretur, frustra conari hominem demoliri, quod manu Dei intelligeretur erectum, eiusque semper auxilio maiori fulciri, cum vehementiori impietatis impetu quassatur. Sed iam ad res Alexandriæ gestas admoueamus stylum non quidem ad res martyrum recensendas, sed ad supplicium diuina sententia irrogatum in Georgium Episcopum Arianum. At quod imprimis ad tempus attinet, cum constet ex Ammiano *a*, non antea sublatum de medio esse Georgium, quam cum Artemius Dux Ægypti, à Iuliano accersitus, ab eodem supplicio capitis damnatus est: necesse quidem esse videtur asserere; Georgi necem hoc potius anno, quam superiori contigisse. De quo quidem acturi, in primis quid Ammianus Ethnicus auctor scriptis prodidit, hic reddemus. cuius hæc sunt verba *b*:

a Ammian. l. 22.

b Ammia. lib 22.

CLXII. ALEXANDRINI QVID IN GEORGIVM EPISC. ARIANVM.

Cum autem à morte Artemij tempus interceßisset exiguum: Alexandrini, Artemij interitu, quem verebantur, ne cum potestate reuersus (id enim minatus est) multos laderet vt offensus: iram in Georgium verterunt Episcopum, virperis (vt ita dixerim) morsibus ab eo sæpius appetitis. qui in Eullio natus (vt ferebatur) apud Epiphaniam Ciliciæ oppidum, auctusque in damna complurium, contra vitilitatem suam, reique communis, Episcopus Alexandriæ est ordinatus, in ciuitate, qua suopte motu, & vbi causa non suppetunt, seditionibus crebris agitatur & turbulentis, vt oraculorum quoque loquitur fides. Hos efferatis hominum mentibus Georgius quoque ipse graue accesserat incentiuum, apud patulas aures Constantij multos exinde causans, vt eius recalcitrantes imperio: professionisque suæ oblitus, quæ nihil nisi iustum suadet ac lene, ad delatorum ausa feralia desciscebat. Et inter cetera dicebatur id quoque maligne docuisse Constantium, quod in vrbe predicta ædificia curiosa solo coherentia à conditore Alexandro magnitudine impensarum publicarum extructa emolumentis ærarij proficere dicunt debent *ex ure. Ad hæc mala id quoque adderat (vnde paulo post ciectus est in exitium præceps) reuersus ex Comitatu Principis, cum transiret per speciosum Genij templum multitudine stipatus ex more, flexit ad eadem ipsam luminibus: Quamdiu, inquit, sepulchrum hoc stabit? Quo audito, velut fulmine sunt perculsi, metuentesque ne illud, quod tentaret, euerteret; quicquid poterant in eius perniciem clandestini concitabant.* hæc ipse de causa necis illatæ Georgio.

debent.

CLXIII. REFOSSA GENTILIVM ÆGYP. ARCANA SACRA

At non hæc vna tantum, sed plures aliæ extiterunt causæ, quibus Georgius Ethnicos Alexandrinos (vt taceamus de Catholicis Christianis) in se concitarit: quas adducit Iulianus in epistola ad ipsos scripta, quam paulo post hic referibemus: sed & alias recenset Epiphanius, hic pariter inserendas. Reddamus autem modo eam, quam Socrates *c* refert his verbis: *Locus, inquit, erat in ea ciuitate iam ab antiquis temporibus desertus & neglectus, multaque sordium colluuione redundans in quo ritibus & cæremoniis in honorem Mithræ celebratis, homines pro victimis, sacrificare Gentilibus mos erat. Illum, vtpote iam antea nulle vsui inseruientem, ecclesiæ Alexandrinæ addixit Constantius. Georgius autem habens in animo ecclesiam ibi ædificare, locum purgari iubet. Quo purgato, altum repertum est ingentis altitudinis, in quo Gentilium mysteria recondebantur: vbi erant multa hominum caluaria cum adolescentum, tum senum: quos fama est, olim cum Gentiles diuinationibus, quæ per exta inteßinaque fiebant, vtebantur, magicasque obirent victimas, quo hominibus aciem animorum perstringerent: mactatos fuisse. Quibus rebus in adytis Mithræ repertis, ab Christianis laboratum est, vt Gentilium mysteria palam haberentur ludibrio. Nudas igitur mortuorum caluarias quam mox in apertum proferunt, quo populo exhiberent ad intuendum. Quæ cum Gentiles, qui Alexandriæ habitabant, conspicarentur, facinorisque admissi contumeliam inique animo ferrent: graui iracundiæ æstu exardescere, & arma quæ fortuito illis obuenerebant, in manus arreptis, impetum in Christianos facere cœperunt, & complures ex illis nullo non mortis genere afficere: nam hos gladiis, illos fustibus, alios lapidibus vsque ad mortem cedere, alios funibus strangulare, quosdam cruci suffigere: hocque necis genus ad probrum Crucis illis inferre: plurimaque*

c Socr. li. 3. c. 2.

sauciare. Tandem sicut in eiusmodi tumultu euenire solet, ne ab amicissimis quidem manus abstinere: sed amicus amicum verberare, frater fratrem, parentes liberos: denique alter alteri ad eadem vim afferre. Proinde Christiani à Mithræo adyto purgando desistere. hæc Socrates: addens eosdem in Georgium ipsum esse grassatos, sed quando id contigerit, Ammianus prosequitur, dicens:

Ecce autem perlato lethali nuncio indicante extinctum Artemium: plebs omnis gaudet insperato, vocibus horrendis infrendens Georgium petit, raptumque diuersis mulctandi generibus, proterens & conculcans, denaricatis pedibus: eumque eo Draconitio vinctum Præfectus, & Diodorus quidam veluti Comes, iniectis per crura funibus, simul exanimati sunt; ille, quod arcam in Moneta, quam regebat, recens locatam euertit; alter, quod dum ædificanda præesset ecclesiæ, cæros puerorum licentius detondebat, ad quoque ad deorum cultum existimans pertinere.

CLXIV. GEORGIVS EPISCOPVS ARIANVS DIRE NECATVS.

Quod de attonsione puerorum Ammianus subobscure ingerit, tonsuram illam, qua prima clericatus initiatio peragi solet, significare voluisse videtur: licet Gentilis scriptor, Gentilitio more locutus, ad deorum cultum illud dicat pertinere putasse. Nam quo modo, quæso, ad cultum deorum id potuit attinere: cum teste Herodoto *d*, in Ægypto sacerdotes, non capillos tantum, sed pilos totius corporis tertio quoque die deraderent? Numquid hostis deorum (quod Iulianus exprobrat) in gratiam deorum potuit puerorum totondisse capillos? vel si fecisset, reprehendendus ob id à Gentilibus esset? Sed subdit Ammianus: *Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadauera peremptorum camelis imposita inuexit ad lacum; isdemque subito igne crematis, ancres protecit in mare: ad metuens, ne collectis supremis, adesse illis extruerentur cæ reliquiæ, qui deuiare à religione compulsi pertulere cruciabiles pœnas ad vsque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur. Poterantque miserandi homines ad crudele supplicium duci Christianorum adiumento defendi, nisi Georgij odio omnes indiscrete flagrassent.* huc usque Ammianus de exitu Georgii & sociorum, sub huius anni Consulibus.

d Herod. in Euterpe.

Eoque modo Dei vindicta, licet sero, respexit tandem in scelestissimum omnium hominum, & tortantumq; cladium aduersus Catholicos pluries immissarum auctorem. Qui enim Præfectorum (vt dictum est) amplissimo comitatu adeo gloriosa pompa Episcopus olim ingressus est Alexandriam: modo discerptus & extinctus, instar farcinæ funibus cum Præfecto & Comite complicatus, super camelum per mediam vrbem sublimis conspicuus omnibus est sublatus ad lacus. dignum plane ac sibi congruens fastigium accepit impietas, nempe cameli tergū: quod quidem animal alias haud proficuum, gestatione Georgii adeo contaminatum putatum est, & redditum execrandum, vt ipsum cum Georgio ac sociis, (vt habet Socrates *e*) iidem simul combusserint. Hæc eadem de nece Georgii Gregorius Nazianzenus *f*, Epiphanius *g*, Sozomenus *h*, & alii ferme omnes.

e Socr. li. 3. c. 2.
f Gr. Naz. ora. in laudem Athan.
g Epiphan. har. 76.
h Soz. lib. 5. c. 7.

Cæterum quod non defuerint Ariani Georgii sectatores, qui eum sic à Gentilibus cæsum vt martyrem coluerint; S. Epiphanius de eiusdem miserando exitu agens, eum minime dignum esse nomine martyris tradit; illaq; tantum nititur ratione, quam Petrus Apostolus docuit, excludendum nimirum esse è martyrum classe, qui licet Christianus sit, ob scelus tamen admissum dignas pœnas persoluit, cum ait *i*: *Nemo vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.* Epiphanius itaq; enarrata crudeli cæde Georgii, subdit: *Dixerit autem fortasse aliquis de eo, qui sic mortuus est: igitur martyr factus est, qui à Gracis, nempe Ethnicis, hæc passus est. Et si quidem pro veritate fuisset ipsi hoc certamen, & hæc accidissent ei à Gracis propter inuidiam, & ob confessionem in Christum: re vera inter martyres, eosque non parvos locatus esset. Non erat autem causa propter confessionem in Christum, sed propter multam violentiam, quam in suo appellato Episcopatu in ciuitatem & populum exercuerat; aliquando hereditates hominibus à parentibus relictas diripiens. Et vt ne calumnienmur virum, multa enim sunt, quæ ab illo Alexandrinis sunt facta: Quo modo nitrū omne exceptū? Quo modo paludes papyri;*

CLXV.

i 1. Pet. 2.

k Epiphan. har. 76. GEORGIVS MINIME DICENDVS MARTYR.

& calami, & stagna satis gubernare & ad se ipsum asserre excogitauit? Nam omnis turpitudo vitæ quæstus gratia permultas artes, vsque ad vilissimas res ab ipso non negligebatur. Etenim & lecticas excogitauit corporibus eorum qui efferuntur, ad numerum centum faceres, & sine his, quæ ab eo ordinata fuerant, non efferebatur corpus mortuum, maxime peregrinorum; non propter hospitalitatem, sed (vt dixi) quæstus gratia. Si quis enim sæculisset per se ipsum corpus, periculum subibat: sic autem à singulis qui efferebantur lucri aliquid ipsi accedebat. At omitto de hu dicere, quæ vir ille in delictis & credulitate & aliis accipiebat. Propter hæc igitur omnia Alexandrini in eum ira perciti, & maxime Græci, hæc ipsum vsque mulctarunt. hæc Epiphanius: qui cum subdat, id ab Alexandrinis perpetratum statim audita morte Constantii: hoc portus anno accidisse, enarrans ab Ammiano res gestæ per Consules persistudent. Cæterum etsi non criminum causa, qui criminosissimus erat, sed propter Christi confessium nomen Georgius necatus esset: haud tamè dignus martyrii titulo videri potetat, qui extra Catholicam communionem fidemque ob hæresim, & inuasionem alienæ sedis, foris ab hæreticorum partibus staret: cum (quod pluribus dictum est secundo Annalium tomo) extra Catholicam Ecclesiam atque fidem non sit reperiri martyrium.

CLXVI. IVLIANI SOLITA SIMVLATIO

Iulianus autem ad omnem simulationem & improbitatem probe compositus, audita dira morte Georgii & sociorum, li. et (quod de cunctis Christianis Episcopis contigisse optasset) summo gestiret gaudio: tamen qui extrinsecus agebat tanquam in scena philosophum, se facinus ægre accepisse animo, simulauit & scelus vlciscivelle monstrauit; sed ab amicis placari, paulus libenter est. Vnde Ammianus de eo a: *Hoc comperto, Imperator ad vindicandam facinus erectus, iamq; expetiturus pœnas à noxiis vltimas mitigatus est, lenientibus proximis: missisq; edicto acri oratione scelus detestabatur admissum, minatus extrema, si deinde tentatum fuerit aliquid, quod iustitia vetet & leges.* hæc Ammianus. Porro ipsas Iuliani tum ea de re scriptas litteras ad Alexandrinos recenset Socrates his verbis b:

a *Amm. a. lib. 22.*

b *Socr. li. 3. c. 1.* IVLIANI LITERÆ AD ALEXANDRINOS.

Imp. Cæs. Iulianus Max. Aug. Populo Alexandrino S. Quod si ita sit, vt nulla reuerentia vel erga Alexandrum vestræ vrbis conditorem, vel (quod natiuus est) erga Deum illum magnum sanctissimum Serapidem in vestra vrbe fuerit: tamen vestros vos nullam rationem habuisse communis naturæ humanitatis, decoris, addo etiam nostræ persolæ, cui cum aliq; omnes diligitum magnus ille Serapis in primis orbis terrarum Imperium Largiri dignatus est. Ad quæ quidem vestrarum partium fuisse, iniuriarum, quibus impraui vos afficiscent, cognitionem ad iudicium reseruasse. At iracundia fortasse, & feruor mentis, rationis cæcauit oculos: qui quidem cum animum de statu suo demouerit, crudelia facinora edere solet. Et quamuis perturbationis impetus, qui subito perpetrauit libitum erat, paululum repressus fuerit: postea tamen in legum contemptum erupit. Vos igitur cum in numero populi habeamini, nullus pudor reprimere potuerat quo minus ea tentaretis, de quibus iustum odium contra illos animis concepissetis.

CLXVII.

Verum dicite mihi per Serapidem, quenam fuerunt illæ iniuriæ quæ vos contra Georgium ad iracundiam prouocarunt. Dixeritis fortasse, quod Constantium beatissimum Imperatorem aduersus vos concitauerat: quod exercitum ad sacram vestram vrbem deducendum curauerat: quod Præfectum Aegypti sanctissimum dei delubrum occupauerat: quod imagines, ornamenta, & ornatum ad sacra spectantem inde abripuerat: quodque cum vos istud facinus ægre ferretis, deumque vestrum propugnare, immo dei ornamenta custodire, non sine causa niteremini, idem Præfectus iniuste, iniquo, impieque armatos in vos immiserat: quæ sane Georgium magis quam Constantium veritus, eo pacto se ipsum conseruare volebat: nam tam olim non tyrannico, sed modesto admodum & facili animo erga vos se gesserat. Quibus de causis in Georgium deorum inimicum iracundia incendio inflammati vestram sacram ciuitatem scelere contaminastis: id adeo, cum liceret illum ad iudicium adducere. nam ea ratione facimus neque ad cædem, neque ad iniquitatem prorupisset, sed fuisset sola transactum æquitate, quæ vos plane insontes seruasset. quæ cum, qui scelera intolerandanequiter conscinuisset, multasset supplicio: quæ denique repressisset alios omnes, qui non solum deos contemnunt, verum etiam eiusmodi ciuitates & populos tam florentes in nullo numero ducunt, sed crudelitatem aduersus illos vsurpatam quasi accessionem suæ potestati adiungunt.

CLXVIII.

Conferte igitur hanc meam epistolam cum illa, quam ad vos remeandum misi, & quantum inter eas interfit, diligenter considerate. in illa enim priore plurimum laudis vobis tribui: in hac autem per deos immortales cum vos laudare (vti debeo) aggredior, scelus admissum multi plane est impedimento. Audetne populus vestar cauum, bouinum discerpere? An non eum pudet tam indigni facinoris? Estne hoc manus adeo paratas & integras seruare, vt eas nulla cruoris labe pollutas ad deos supplices tendatis? At Georgius ista pati commeruerat. Ipse etiam fortasse diceretis, eum istis longe graviora acerbioraque subire debuisse. At etiam propter vos, dixerim: & illud vobis obijcitur. Sed si dicatur, quod à vobis pœnas luere debuisset, hoc nullo modo possum concedere. Sunt enim vobis leges, quæ sancte coli, & ab omnibus tum prius atim, tum publice amari debent. Verum enim vero quamquam vsu venit, vt nonnulli sigillatim delinquant: tamen communem Reipublicæ statum vite temperare, legibus morem gerere, & ea, quæ ab initio præclare sancita fuerint, minime violare, consentaneum est. Illud putatote, ô Alexandrini, prospere & feliciter cessisse, quod me regnante tale facinus à vobis admissum sit: quoppe qui tum ob reuerentiam erga deum, tum ob pietatem erga autem meum & gentilem, qui Aegypto vestræque ciuitati præsunt, vos fraterna quadam benevolentia complecti non desino. Nam Princeps, qui se contemni non vult, & magistratus etiam seuerus accuratusque non debet hujusmodi facinus à populo admissum negligere, ne tanquam morbum grauem difficiliori acerbiorique medicina curare opus fuerit. Verum ego ob eas causas, quas modo citaui, curationem facilliman, mitissimamque, nempe admonitionem verbaq; benigna vobis seruanda adhibeo: quibus certe equidem scio, si modo sitis (vti audio) ex vetere Græcorum stirpe oriundi, & adhuc eximia illa atque egregia nobilitatis nota in vestris mentibus (in vestris, inquam, qui estis Alexandrini cives mei) inque omnibus vita officiis impressa appareat perfacile estis obtemperaturi. hactenus Iulianus ad Alexandrinos.

CLXIX.

Ex quibus illud in primis obseruatione dignum, Iulianum adeo adductum fuisse Ægyptiorum idololatriæ, vt cum tot coleret deos patrios, vna tamen Serapidi (vt ait) ipsum Imperium acceptum ferret. Hinc quoque accidisse potuit, vt ipse vel vna cum vultu Serapidis in numismatibus voluerit effigiari, vel solus nomine eiusdem Serapidis inscripto, tanquam ille ipse esset, vt superius expressis eo modo demonstratum est, quas iterum spectandas hic tibi subiicimus.

c



d



c *Accepti à Philippo Vignio Lotharingo.*

d *Accepti ab eodem.*

Extant eiusdem Iuliani duæ aliæ epistolæ datæ post extinctum Georgium ad magistratus Ægypti de libris eiusdem Georgii magna diligentia perquirendis: quarum prior ad Ecdicium Præfectum Ægypti his verbis conscripta habetur e:

e *Iul. ep. 9.*

CLXX. IVLIANI EPISTOLÆ DE LIBRIS GEORGII REQVIRENDIS.

Quidam equis, alijs bubus, nonnulli feris delectantur: ego vero inde vsque à pueritia librorum cupiditate arsi. Quare absurdum est, hac opes in reliquere, quorum auaritia nequit auro expleri, præsertim cum facile videar eas illis posse detrahere. Quocirca mihi primatim beneficium dabis, vt Georgij scripta omnia reperienda cures. Multa enim apud illum philosophica, multa rhetorica, multa de Galilæorum doctrina, quæ velim penitus extincta esse: sed ne cum

hiril-

his illa quoque percant, omnia diligenter exquiri volo. Dux autem tibi esto ad inquirendum librarius ipsius Georgij: qui si fideliter in eam curam incubuerit, præmium sibi libertatem esse sciat: sin autem malitiose & astute rem gesserit, quæstionem de se habitum iri. Mihi enim cum in Cappadocia essem, quædam describenda dedit, quæ ad eum postea remisi. hæc ad Ecdicium. Ad Porphyrium autem Catholicum (erat huius nominis magistratus, cuius superius tomo tertio alias facta est mentio) in hæc scripsit a verba:

a tom. ep. 30.

Georgij magna sane & copiosa bibliotheca fuit, & philosophorum & historicorum omni genere referta; sed de Galilæorum maxime doctrina permulti & varij commentarij extabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, & Antiochiam mitte. Scito autem, te quoque grauissimas pœnas esse daturum, nisi omnem diligentiam in inquirendo adhibueris. Et quos suspicio erit quacunque ratione libros aliquos intermisisse, tum argumentis omnibus, tum ireinrando multiplici, tum multo magis seruorum quæstione, nisi quæas commiserit, saltem vi cogas eos in medium proferre. hactenus ad Porphyrium: quam etiam epistolam Suidas descriptam habet.

CLXXI. ATHANASII REDITVS ALEXANDRIAM.

Post sublatum dira morte Georgium, Magnus Athanasius emersus è latebris, & è sepulchro, in quo sicut mortuus viuens diu permanserat, veluti è mortuis resurgens, perspicuus cunctis Alexandriam venit, vbi magna susceptus est gloria. Sed quod ad tempus spectat, æquius videretur eius reditus collocandus anno superiori, quo Iuliani edicto Episcopi ab exilio relaxati, omnes ad propria remearunt: quia tamen constans est assertio Nazianzeni affirmantis b, nonnisi post extinctum Georgium, Athanasium Alexandriam rediisse: hic ea de re agere per opportunum videtur. De cuius reditu hæc in primis S. Hieronymus c: *Dominus excitatur, imperat tempestati, bestia moritur*, nempe Constantius: *tranquillitas redit: manifestius dicam: Omnes Episcopi, qui de propriis sedibus fuerant exterminati, per indulgentiam nouæ Principis ad Ecclesias redeunt. Tum triumphat gregem suum Athanasium Aegyptus excepit, &c.* hæc Hieronymus. Sed quali triumpho ab Alexandrinis Catholicis Christianis idem fuerit honoratus, præstat hæc audire à Gregorio Nazianzeno d, qui in primis eius reditus tempus describens, nonnisi post extinctum Georgium ipsum Alexandriam rediisse testatur, cum ait: *Licentiam itaque recursus doctrina veritatis accepit, atque ij, qui vexati & oppressi fuerant, solutam libertatem, zelo nempe iracundiam acuente. Quod etiam ipsum Alexandrinis accidit, qui vt in eos, à quibus contumelias affecti sunt, acerbissimi esse solent, importunam hominis audaciam indignissimis animis ferentes, tum nouo mortis genere perueritatem, tum noua contumelia mortem notandam atque infamandam duxerunt. Notus est vobis cantelus ille, atque insueta sarcina, & noua magnitudo, primaque illa, ac nisi me opinio fallit, sola circumductio, qua etiammum contumeliosis hominibus minaciter denunciatur.*

b Gr. Naz. or. in laud. Athan.

c Hier. aduers. Lucif. tom. 2.

d Gr. Naz. or. in laud. Athan.

CLXXII.

Posteaquam autem illa iniustitiæ tempestas illa pietatis labes & corruptela, ille mali spiritus præcursor huiusmodi supplicio mulctatus est, meo quidem iudicio haud laudando (nec enim quid eum pati, sed quid nos facere decebat spectandum fuit) sed mulctatus est tamen, totusque populi impetum atque iracundiam subijt: Tum vero athleta ille nobilis ex præclara peregrinatione (sic enim ejusmodi fugam pro Trinitate & cum Trinitate conceptam appello) in vrbem redit, atque ita latos & alacres omnes offendit, imo etiam vnimersam prope Aegyptum vndiquaque in vnum concurrentem atque ab omnibus editis locis, vt alij sola Athanasij voce, alij forma & aspectu ad satietatem fruerentur, alij (quod de Apostolis prædicatur e) ex vmbra saltem ipsa, non aliter quam corporis figura, sanctitate imbuerentur: vt cum multis iam sæpenumero ex omni hominum memoria honores habiti sint, multis etiam obuiam prodierint, idque non Præfectis tantum publicis, & Episcopis, sed necessarium quoque suorum amplissimis quibusque & clarissimis: nullius tamen occursionis maior frequentia & splendor memoretur: vnum duntaxat Athanasium, eumque honorem, quo ad priorem vrbis ingressum ornatus fuerat, cum ex eadem fuga & ob easdem causas inita Alexandriam repeteret, cum ea comparari posse. Quin & de honore illo huiusmodi quispiam sermo circumfertur: dicã enim (superuacaneum licet videri possit) accelat condimentum, aduentitiumque florem oratioñ adiungam.

e Actor. 5.

Post illius aduentum vehebatur in vrbem quidam, alteram iam præfecturam gerens (noster hic erat, quippe Cappadox, vir clarus & illustris: nec dubium est, quin Philagrium illum à me nominari sentiatis.) Ea porro cuium erga illum amoris flamma, vt nec vlla alia similis, nec erga alium: honor autem (vt rem totam paucis verbis ob oculos ponam) amoris magnitudini respondens; cui etiam vrbis administratio, tum cuium deprecatione, tum Imperatoris calculo & sententia, rursus demandata fuerat.

CLXXIII. FREQVENS OCCVRSVS POPVLI ATHANASIO.

Tum igitur è vulgo quispiam, cui infinita multitudo videbatur ac velut pelagus quoddam nequaquam oculis circumscriptum, ad amicum quendam & familiarem (vt in huiusmodi rebus accidere solet) ita locutus esse fertur: Dic mihi, vir optime, tantam ne vnquam populi multitudinem vidisti, tamq; concordibus animis ad vnum hominem ornandum effusam? Minime, inquit iuuenis, ac ne Constantium quidem ipsum pari honorificentia exceptum fuisse opinor: tantquam videlicet per Imperatoris nomen summus honoris vertex figuificaretur. Tum ille perquam suauiter arridens: Quid ais, inquit, quasi magnum aliquid & admirandum dicens? Imo Magnum quoque Athanasium pari honore introductum fuisse, vix adduci possum, vt credam. Simulq; iusiurandum quoddam ad id, quod dixerat, confirmandum adiunxit. Eo autem hic sermone spectabat, quem admodum etiam vobis perspicuum esse arbitror, vt Imperatori quoque ipsi Athanasium anteferret. Tanta erat viri huius apud omnes veneratio: tanto stupore ingressus eius memoria hominum mentes etiamnum defixas tenet. Nam secundum genera, ætates, artes q; diuisi erant: solet enim maxime ciuitas illa ad hunc modum instrui, cum publico honore afficiendum aliquem suscipit.

CLXXIV. ATHANASII TRIVMPHALIS INGRESSVS.

Quinam vero meo spectaculi huius magnitudinem oratione referre queam? Fluuius vnus omnes erant: Nilus etiam poeta quispiam diceret, illum vere aurifluum & spicis vberem ab vrbe ad Charum retracto cursu fluentem dies vnius itinere atque amplius. Iaceat mihi per vos quæso, paululum adhuc in hac narratione lasciuire: illic enim animus versatur, nec sermonem ab ea solemnitate reuocare facile possum. Pullus ipsum vehebat (ne peto à vobis, ne me amentiæ accusetis) non secus fere ac Iesum f meum pullus ille, siue Gergilis populus, quem ignorantiæ vinculis solutum per opportune conscendit, siue quid aliud nobis hoc sermone designetur. Caterum hoc vnum inter vtramque pompam inter fuit quod Christum rami susceperunt, & varia indumenta, multiplicig florum genere constrata ante ipsum proiecta & subiecta sunt: exalto autem & magnifico Athanasio nihil tale factum est, iu eoque vno impares honoris partes habuit. Iam hic quoq; aduentus Christi expressam imaginem videre licet, quod erant etiam, qui ante ipsum clamarent, pompamque agerent, nisi quod non poterit ille duntaxat turba fausta illum acclamationibus excipiebat, verum etiam omnis lingua, concors, & aduersatrix, hominum sese eum tuo superare contendentium. Nam quid publicos plausus commemorem, & vngentorum profusiones & totam vrbem lumine coruscantem, publicam item & priuatam conuiuia cetera q; quibus argumenta lætitiæ ciuitates edunt, quæ tum illi abunde & supra quam par erat, conferebantur? Sic vir eximius & cum tali pompa & celebritate ciuitatem suam ingreditur. hæc & alia Gregorius.

f Matt. 21. cap. 12.

CLXXV. MIRACVLVM DE TRIVMPHO ATHANASII.

Et fane quidam ex hoc ipso vetus illud de Aman & Mardochæo repræsentatum in Georgio & Athanasio spectaculum vides: cum alter è summo fastigio honoris & dignitatis ad infame turpissimumq; supplicium repentiæ addictus; alter vero è functibus mortis ereptus, ad regium triumphum conspiciatur euectus: apparuitque quam facile sit in conspectu Domini subito honestare g pauperem, patefactumque est, quo honore affectus sit, quem summus omnium Rex statuerit honorare. & profecto plane habendum, digito Dei in Ægypto inhouante iterum signa, vt in ciuitate Gentilibus & Arianis cõferta, omnibus his aduersatiis Athanasij, & sub Pharaone, nempe Iuliano tyranno, eiusque Ægypti Præfectis odio habentib. Pastores ouium, Athanasius ipse adeo præclarum, ac ne ipsis quidem Imperatoribus aliquando impertitum triumphum egerit: cum præsertim constet ex Socrate h atque Sozomeno i, Arianos Alexandrinos nequaquam ob necem Georgij sui Episcopi demissos animos, sed mox in locum eius Lucium suffeciisse, & de Gentilib⁹ liqueat, eos Imperatoris gratia elatos, in Christianos eorumque Episcopos insolentius debacchatos. Porro Gregorij Nazianzeni temporis sui res scribentis

g Eccl. 11.

h Socr. lib. 3. c. 4.

i Soz. lib. 5. c. 7.

auctoritate Sozomenus tedarguitur, qui ignorauit hæc à Gregorio scripta, dum ait a, Athanasium, mox nunciata morte Constantii, noctu in Alexandrina ecclesia compatuisse.

a 807. lib. 3. c. 6.

CLXXVI. Athanasius igitur Alexandriam ingressus, ecclesiam adiens, primum omnium cunctis eam Arianæ hæreseos expurgat inquinamentis, ac sordibus diluit: non tamen vtitur flagello: sed (quod ait Gregorius Nazianzenus) veritatis argumentis ad persuadendum maxime comparatis; tum inter eos, qui dissiderẽt, pacem conciliat, oppressosque tyrannide liberat: & quo nihil antiquius habuit, populus (inquit b) fidei doctrinam exigit, ac libere rursus Trinitatis prædicatur super candelabrum posita, splendidog, vnius diuinitatis lumine animas omnes collustrans. Leges etiam rursus orbi terrarum præscribit, atque omnium mentes ad se conuertit, alias epistolas mittens, alios accersens, nonnullos etiam vltro accedentes erudiẽs &c. hæc scribens Gregorius, plane alluisse videtur ad Cõciliam tunc temporis Alexandriæ congregatum, cum eius iussu ad Ecclesiæ statum collapsum restituendum, aliarum Ægypti Ecclesiarum Episcopi, qui sub Constantio in exilium (vt vidimus) acti sunt, iidem ad proprias restituti sedes, statim necessitati Ecclesiæ Catholicæ consulturi, sese ad antesignanum & propugnatorem fidei Athanasium Alexandriam contulerunt, quorum nonnullorum nomina conscripta habentur in Synodali epistola eiusdem Alexandrini Concilii ab iisdem tunc celebrati. Contulit etiam sese tunc Alexandriam ad Athanasium S. Eusebius Episcopus Vercellensis, qui in Palæstina primum, deinde in variis locis Arianorum opera exulauit, tunc vero in Ægypto exulem ipsum morari contigit: in superiores namque Thebas vltimo exilio amandatos fuisse Eusebium & Luciferum Calaritanum Episcopos, auctor est Socrates c, inde q; solutos, libertatem consecutos esse. Porro non inuisendi tantum modo Athanasii, omnes illos Episcopos accidit Alexandri im proficisci, sed & (quod dictum est) Synodi habendæ causa; quarebus Catholicæ Ecclesiæ tot annis dira persecutione exagitatæ, communi inito consilio, consulere possent.

b Gr. Naz. ora. in laudem Athanasius. ATHANASIVS CONCILIVM CONVOCAT.

c Socr. li. 3. c. 4.

CLXXVII. Porro horum omnium primum auctorem & architectum fuisse Liberium Romanum Pontificem, paulo inferius hoc eodem anno ostendetur. Ipse enim primus Ariminense naufragium reparate sollicitus, indulgentiæ vexillum extulit, ne qui decepti, & Arianorum fraudibus circumuenti fuerant, & timore perterriti, minis cesserant Imperatoris, Niceæ confessionem visi fuerant deseruisse, in magnum Ecclesiæ detrimentum, extra Ecclesiam diutius vagarentur, fierentque interea lupis præda, si quæ inuiti fecissent, volentes iam obstinate defenderent. His, inquam, bene consulturus Liberius Pontifex, primum omnium iis, qui in Italia lapsi erant, Episcopis errotis pœnitentibus, tribuendum putauit, & in Orientem respiciens, bene vsus occasione illos ipsos, qui erant illic fidei causa exules Occidentales Episcopi magni nominis, Eusebium Vercellensem Episcopum, & Luciferum Calaritanum Episcopum, in Sardinia Legatos Apostolicæ sedis creat, quorum alteri, nempe Lucifero, Ecclesiæ Antiochenæ, ab Arianis diu possessæ curam delegat. Dicturi de his singulis, primum omnium hic eiusdem Liberii litteras recitemus, quas eodem argumento dedit ad Italiæ Episcopos, nactiq; sumus eas ex Petri Pithoei antiquitatum promptuario, easdemque nuper à viro sinceriss. fidei Nicolao Fabro editas accipe, vt se habent iam nimia vetustate corrosas d.

c Socr. li. 3. c. 4.

CLXXVII.

d Hil. frag. li. 3. p. 37. 38.

Liberius Episcopis Catholicis in Italia consistentibus, in Domino æternam S.

CLXXVIII. LITTERÆ LIBERII PAPÆ AD ITALIÆ EPIS.

*Imperitiæ culpam obliterat resipiscens. Hoc autem & de Scripturis sanctis aduertere est. Pietatem ad omnia vtilem esse legimus, cui cedit corporalis exercitatio, quamuis & ipsa vtilitatis retineat fructus, quam sectandam nobis etiam ratio temporis præsentis exposcit. Non enim si aliqui forte, qui hoc studio gerunt, ratione prouisam destruere imprudenter sanctorum censura hoc æstimauerint, & non à re, quod iam ex Apostolicæ auctoritate mumitum est * de pietate cum dictum est, non esse parcendum his, qui apud Arianum ignorãtes egerunt, quibus nescire inlicitum sunt captum errore incidere*, sicarco veritas repudianda est. Sed mihi, cui conuenit, omnia moderate perpendere, maxime cum & Aegyptij omnes & Achaici accusati sententiam receperunt, multis parcendum quidem his, de quibus supra tractauimus: auctores vero esse damnandos, qui obliqua & maligna subtilitate & caligine offenderunt innocentium sensus, per quæ velamen obduerent veritati, tenebras incem, & lucem tenebras venditantes.*

* CLXXIX. *

*Igitur si qui inuorationis captum * respiscens sermonis nostra aduocat, quia breuissima, illud virum in se pestiferum Ariani dogmatis subolem ac tenebrosum fuerat experius, reparatus exhauriat, condemnet, vellementissime in auctores eius insæuiat, quos in se violentos expertus est, totumque se fidei Apostolicæ & Catholicæ vsque ad Nicenæ Synodi contentum de integro mancipet. Per quam professionem, etiamsi quibusdam lene & remissum videtur, recuperet id, quod per affutiam reclitatis amisserat. Verum si aliquis tam stolida mentis (quod haud credo) fuerit inuentus, qui non solum nolit conuerti, antidotum recipiens sanitatis, venenum virus, noxius se-se * vendicare crediderat, & ratione vincetur, & auctori perfidiæ perdite deputatus, Ecclesia Catholica spiritali vigore repletetur.* hactenus Liberii ad Italiæ Episcopos litteræ, qui dicto obaudiens Saluatoris, cum Petro dixit: *Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* non tam præsentes in Italia existentes, sed etiam in Oriente longe positos colligere studuit, curans de his vna cum Athanasio haberi Synodum Alexandriæ: quod feliciter per Eusebium Vercellensem Episcopum Apostolicæ sedis legatum, & Athanasium præstitum est. Quid vero ab eis gestum sit, paulo inferius dicturi sumus.

* CLXXX. LVCIFER PROFICISCITVR ANTIOCHIAM.

Inter hæc autem Lucifer Episcopus Calaritanus, & ipse exul fidei causa (vt tomo tertio fusius dictum est) qui acerbissimis in Constantium scriptionibus eum in se piæ cæteris concitauerat; simul ac exilio solutus est, suppetias laturus Catholicis Antiochiæ commorantibus, iam ab exilii Eustathii tempore ab Arianis longa persecutione concussis, illuc festinus accessit; missis interim Alexandriam ad futuram Synodum duobus suis diaconis, Hetennio & Agapeto. Quid porro ipse Antiochiæ egerit, Ruffinus e docet, tem ab exordio auspicatus, in hũc modum: *Lucifer autem cum exoraretur ab Eusebio, quia vterq, in partibus vicinis Aegypto fuerat relegatus) vt ad videndum Athanasium Alexandriam pergerent communig, tractatu cum his, qui super fuerant, sacerdotibus, de statu Ecclesiæ deceruerent: præsentiam sui abnegans Legatum pro se diaconum suum mittit.* imo duos Legatos diaconos, quos recensuimus, qui Alexandrini Concilii Synodali epistolæ repertuntur esse subscripti: *Atque ipse Lucifer* (subdit Ruffinus) *intento animo Antiochiam pergit: ibique dissidentibus adhuc partibus, sed in vnum tamen reuocari posse sperantibus, si sibi talis eligeretur Episcopus, erga quem non vna plebs, sed vtraq, gauderet: properatur Catholicum quidem & sanctum virum ac per omnia dignum sacerdotio Paulinum Episcopum collocant; sed tamen in quem acquiescere plebs vtraq, non posset:* hæc Ruffinus de electione Paulini, à quo statim ad Synodum Alexandrinam duo Legati diaconi missi sunt, Maximus, & Calimerus, qui subscripti habentur Synodali. eiusdem Concilii litteris, quas recitat Athanasius. Cæterum ante electionem Paulini, non inter Catholicos tantum & Arianos dissidium agitabatur, sed etiam inter ipsosmet Catholicos: quando quidem qui dicebantur Eustathiani, quiq; perpetuo fidem Catholicam defendissent nequaquam Meletio & eius sectatoribus (vt ait Socrat. f) communicare voluerunt; tum quod Meletius ab Arianis fuisset electus; tum etiam quod qui eum sectarentur, ab Arianis baptizati essent.

e Ruff. li. 1. c. 27.

ORDINATIO PAVLINI EPISCOPI ANTIOCHIÆ

f Socr. li. 2. c. 24.

Eiusmodi tunc erat status Ecclesiæ Antiochenæ, vt iam tres essent Episcopi in vna ciuitate; nempe Euzoius, qui Arianis præerat, Meletius, qui Orthodoxis, quo cum haud omnes communicarẽt Catholici, quod aliquando Arianis consensisset, licet ab iisdem recedens egregium pro fide Catholica specimen edidisset (vt tertio tomo superius diximus) Paulinus vero tertius haberetur, à Lucifero sic (vt vidimus) institutus; quod nulla vnquam vel tenui suspicione pollutæ fidei Catholicæ laborasset, sed

CLXXXI. TRES EPISCOPI ANTIOCHIÆ.

eam magna laude inter tot tantaque discrimina propugnasset. At subdit post hæc Ruffinus *a* de Eusebii Alexandriam profectione his verbis:

a Ruffi. l. 1. c. 32.

CLXXXII. CONCILIVM ALEXANDRINVM HABETVR.

Pergit interea Eusebius Alexandriam, ibique confessorum Concilio congregato, pauci numero, sed fidei integritate & meritis multi, quo pacto post hæreticorum procellas & persidia turbines, tranquillitas renovaretur Ecclesiæ, omni cura & deliberatione discutiunt. Alys videbatur fidei calore feruentibus, nullam debere vltra in sacerdotum recipi, qui se verum que hæreticæ communionis contagione maculasset. Sed qui imitantes Apostolum, meerebant nõ quod sibi videretur, sed quod pluribus, vel qui imitarentur Christum, qui cum esset omnium vita, pro salute cunctorum humiliauit se descendit in mortem, quo scilicet inueniretur & immortuis vitæ: dicebant, melius esse humiliari paululum propter electos, & inclinari propter elsos, vt eos rursum erigerent: nec sibi solis puritatis merito cœlorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum pluribus illuc mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, vt tante perfidiæ auctoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint abiurato errore perfidiæ, ad fidem Patrum, statuta q, converti: nec negare aditum redeuntibus, quam potius de eorum conuersione gaudere: quia & ille Euangelicus iunior filius, paterna depopulator substantiæ, sed in semet ipsum reuersus, non solum suscepit meruit, sed & dignus paterno complexibus deputatur & annulum fidei recipit, & stola circumdatur per quam quid aliud, quam sacerdotij declarantur insignia? nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quod inuidit recepto: nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum noxæ contraxit non indulgendo germano. hæc de primo Synodi decreto Ruffinus.

CLXXXIII. QVÆSTIO DE EPISCOPIS LAPSIS.

Magni momenti quæstio inter Patres agitata fuit: num scilicet lapsi in hæresim Episcopi, vel quomodolibet hæreticorum communicatione fœdati, sic ad Ecclesiam Catholicam recipiendi essent, vt in Episcopatu, quem gesserant, agere sinerentur. Seuerior in his illa olim præcesserat Patrum disciplina, vt lapsi tempore persecutionum Episcopi recipererentur, vt laica tantum cõmunione impertirentur: id enim sæpius Cyprianus (vt vidimus) suis inculcat epistolis.

Cæterum Patres, iidemque magni nominis viri, qui priori Concilio Antiocheno interfuerunt, in quo damnata est hæresis Pauli Samosateni Antiochenæ ciuitatis Episcopi, eundem Paulum licet nefandissimæ hæresis hęsiarcham sic receperunt pœnitentem, vt etiam in eadem sede Episcopum permanere cõsenserint. Sed & liquet, Melchiadem Romanum Pontificem eadem sententia allicere conatum esse schismaticos Donatistas ad Catholicam vnitatem: quæ omnia suo loco superius pluribus dicta id aperte declarant. Verum & sacrosanctum Nicæni Concilium *b* ita cum Nouatianis Episcopis transegisse constat, vt qui inter eos essent Episcopi, ad Ecclesiam redeuntes, in eadem quoque dignitate & munere permanerent, nisi in ea ciuitate alium contingeret fuisse Catholicum ordinatum Episcopum: tunc enim ille, ne duo Episcopi essent vnius Ecclesiæ (quod haberetur pro monstro, duo inesse corpori vni capita) iubetur à Synodo Corepiscopus in eadem Ecclesia ordinari, vel salutem presbyter perseuerare. His, puto, exemplis magna maturitate consilii in hoc conuentum fuit à Patribus, vt Episcopi in hæresim lapsi, cum ad Catholicam reuerterentur Ecclesiam in eodem honoris gradu, quo insigniti fuissent, reciperentur. Suberat & magna ratio, quod multiplex illo sũ numerus esset, qui in Occidente interfuerant Concilio Ariminensi, nescienteque damnasse visi erant, abdicatione nominis consubstantialis, Nicænum Concilium: de quibus inferius pluribus dicturi sumus. Porro ita his indulsere Patres, vt tamen vigorem Ecclesiasticæ disciplinæ nequaquam inflecti sint passiin illis, qui fuissent hæresim inuentores.

b Con. Nic. can. 8.

CLXXXIV. *c* Hie. adu. Lucif. t. 2. CANON DE RECIPIENDIS LAPSIS EPISCOPIS.

Huius quidem canonis S. Hieronymus *c* meminisse videtur, cum post longam de his disputationem habitam, hæc demum verba subdit: *Vt diuere cæperamus post reditum confessorum in Alexandrina postea Synodo constitutum est, vt exceptis auctoribus hæreseos, quos error excusare non poterat, pœnitentes Ecclesiæ sociarentur: non quod Episcopi possint esse, qui hæretici fuerant, sed quod constaret, eos, qui recuperentur, hæreticos non fuisse. Assensus est huic sententiæ Occidens, & per tam necessarium Concilium è Satanæ faucibus ereptus est mundus.* hæc Hieronymus; cuius verborum ille sensus videtur esse germanus, vt sancta Synodus nequaquam absque delectu generatim statuerit, vt omnes Episcopi lapsi in hæresim, absque vlla discretione, cum honoribus, quibus fungebantur, in Ecclesiam reciperentur; sed ii tantum, qui vel ignorantes visi esse. At, vel vi adhibita, Arianis consensisse. Id enim ita se habere, declarat S. Athanasius in epistola ad Ruffinianum, quam suo loco inferius recitabimus. Hæc quidem ipse Hieronymus ad defensionem restitutionis eorum, qui in Synodo Ariminensi lapsi esse videri poterãt, quod tacuissent nomen *consubstantialitatis*, retentis aliis vocibus, quæ satis videri poterant ad insinuandam Christi diuinitatem; & eo modo Arianis consensérant: qui tamen (vt idem ait sanctus Hieronymus, & nos pluribus suo loco diximus) nequaquam vere dici possent hæretici; sed quod illa cum Arianis communicatione & consensione fœdati essent, ab aliis iure reiiciendi viderentur: quos sancta Synodus Alexandrina, cum his humaniter agens, in Ecclesiam recipiendos esse, & ante adepto dignitatis honore potiri debere, concessit. Quid præterea in eodem Patrum conuentu statutum fuerit, videamus.

Agens Socrates *d* de eiusmodi Alexandrino Concilio, aduersus Eunomium, Macedonium, & alios Semiarianos negantes diuinitatem Spiritus sancti, nec non tunc recens emergentem hæresim, quæ postea dicta est Apollinaris, perfectam Christi incarnationem diminuentem, nempe animam, ab homine detrahentem; noua Patres tradit tanxisse decreta. nam ait: *Spiritus sancti diuinitatem stabilire, eumque in Trinitate consubstantiali comprehendere: & filium hominem factum, non tamen solum carnem, sed etiam animam sumpsisse, affirmare sicut antiquus virtus Ecclesiasticis visum fuit, &c.*

CLXXXV. *d* Socr. l. 3. c. 4 5.

Consensionem ea de re sanctorum Patrum, qui præfuerunt, fuisse, pluribus citatis testibus docet: & post hæc de controuersia in Synodo agit de substantia & subsistentia; vndeque ea emerserit, ita declarat:

CLXXXVI. DE HYPOSTASIBVS ET PERSONIS QVÆSTIO.

Porro autem Episcopi qui in Concilio Alexandrino aderant, hãc de οὐσίᾳ & ὑποστάσει, substantia & subsistentia, seu persona, controuersiam excussérunt. Nam Osius Episcopus Cordubæ ciuitatis Hispaniæ, cuius antea sæpius mentionem, ab Imperatore ad tumultum ab Ario concitatum sedandum missus, dum Sabellij Afri dogma explodere cogitauit, de οὐσίᾳ, id est, essentia, & ὑποστάσει, id est, substantia, seu persona, disceptauit: vnde materia alteri contentioni suppeditata est. Verum id temporis in Concilio Nicæno de controuersia illa ne verbum quidem factum est. At postquam cœpere de ea nonnulli disceptare, ob eam causam in hoc Concilio de οὐσίᾳ, id est essentia & ὑποστάσει, id est, substantia seu persona, ista decisorum, hæc Socrates. At quo modo occasione Nicænæ fidei eiusmodi iam olim obortæ sit controuersia, S. Basilius *e* docet, cum sic ait:

e Basil ep. 78

CLXXXVII. HYPOSTASIS PRO SVBSTANTIA.

Nonnulli ex illis qui impietatem Sabellij Libyes sectantur, hypostasim & vsiam idem esse arbitrati, illinc argumenta ad tuendam blasphemiam suam trahunt, quod in ea fide (nempe Nicæna, quam paulo post recitat) ita scriptum est: Si quis vero ex alia essentia, vel hypostasi, id est, subsistentia, Filium Dei esse dixerit, hunc anathemate reijcit Catholica & Apostolica Ecclesia. Non enim idem esse dixerunt Patres: illa essentiam, & hypostasim, hoc est, substantiam: si enim vocis ipsa vnam eandemque significationem haberent, quid alterutram ponere opus fuisset? Sed liquet, ideo positas, quod alij quidem filium esse ex Patris essentia negabant: alij vero & ipsi non esse ex Patris essentia filium dicebant: adijciebant autem, ex alia quoque esse subsistentia quadam. Atque ita vtramque opinionem, tanquam alienam à sensu Ecclesiastico, à sanctis Patribus reiectam esse. Aliquis vbi mentem suam simpliciter declararunt, ex Patris essentia filium esse dixerunt; nec adiecerunt, & ex illius hypostasi. Itaque illud quidem ad reprobandum malum sensum positum est: hoc vero declarationem habet salutaris dogmatis. hæc Basilius. At non miretur, sanctissimos Patres in definienda illa Dei vna cum Patre substantia, vsos esse pro substantia, verbo illo, hypostasis: nam cum tam vsia, quam hypostasis, significarent ambæ hæ voces, substantiam, tamen penes

Græcos vsitatius vsurpari solitam hypostasim, quam vsiã, pro substantia, maiores tradunt. Vnde Marius Victorinus in libello de homousio recipiendo, sic ait: *Græci* οὐσίαν, vel ὑπόστασιν *dicunt, nos vno nomine Latine substantiam dicimus: &* οὐσίαν *Græci pauci & raro,* ὑπόστασιν *omnes: Scriptura diuina Græce* ὑπόστασιν *sæpe dixit, & Latine substantiam.* hæc ipse.

CLXXXVIII. a *Hier. ep.* 57. CONTROVERSIA INTER CATHOLICOS

Cæterum quod ad hypostasis vocem spectat: inter Catholicos, non autem hæreticos (quod testatur S. Hiero.) a scribens ad Damasium) de eius proprietate, cum in re idem sentirent, non leuis oborta est controuersia: cum tamen sic contendentes inter se contrariæ partes, altera alteram hæresis insimularet: impingens hæc illi Arianismũ, huic vero illa Sabellianismum: cum alioqui re vera ambę Catholicæ essent, idemq; sentirent. Quas quidem adeo deformes altercationes S. Synodus, auctore Athanasio, conata est consopire atq; penitus tollere. de quo sic Gregor. Nazianz. b: *Quod vero in ipso Athanasio mihi maxime mirari subit, quodque non citra damnum silentio præteriri potest, hoc præsertim tempestate, qua multa contentiones, dissidiaque gignuntur hoc superioribus adiicam. nam his quoque, qui nunc vrunt, documento esse queat hæc actio, ipsum nobis imitandum proponamus.* & paulo post: *Cum essentia vna, & tres hypostases à nobis pie dicerentur, quod alterum diuinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates declaret; ac similiter quidem modo apud Romanos intelligerentur, cæterum ob linguæ illius angustiam, verborumq; inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent; eamq; ob causam in illius locum, Personarum induxissent nomen, vt tres substantias admittere viderentur & inferius.*

b *Gr. Naz. or. in laud. Athan.*

CLXXXIX. ATHAN. CONCILIAT INTER SE CATHOLICOS.

Quid postea? Cum parua quædam, vt in contentione fieri solet, molestiæ causa semper accederet, eo tandem res adducta est, vt periculum esset, ne orbis terrarum fines vna cum syllabis à se inuicem distractarentur & abrumperentur. Quæ cum beatus ille vir, & vere homo Dei, magnusq; animarum œconomus, oculis animoque perciperet; tam stultam & absurdam Orthodoxæ fidei sectionem dissimulandam ac negligendam sibi non putauit; verum medicinam morbo quam primum infert. Quonam autem modo id facit? Vtraq; parte leniter & humaniter accersita, verborumq; sententia diligenter & accurate perpensa, postea quam concordes comperit, neque quo ad doctrinam quicquam inter se dissidentes, ita negotium transegit, vt nominum vsum ipsis concedens, rebus eos constringeret. hæc Gregorius, plane alludens ad hanc, de qua agimus, Synodum vbi de emptæ discordiæ, & de nominum proprietate fuit inter patres digne iusteque transactum, prout ex epistola Synodali tunc scripta demonstratur; quam fusius infertius reddituri.

CXC. QVID PER HYPOSTASIN GRÆCI ET LATINI.

At licet inuentæ sint ambæ partes in vnam eandemq; conuenire sententiam, relictumq; tum Latinorum, tum etiam Græcorum arbitrio, suo quosque id ornate vti, nec curandum esse de syllabis (vt dictum est) dummodo nulla esset in re ipsa discrepantia: tamen nequaquam videtur placuisse posteris Latinis vox, hypostasis, vsurpari loco personæ, quæ videretur significare subsistantiam. Vnde S. Augustinus hæc ait: *Essentiam huc venit, Græce dicitur, quam vsitatius substantiam vocamus. Dicunt quidem & illi hypostasim; sed nescio quid volum interesse inter vsiam, & hypostasim: ita vt plerique nostri, qui hæc Græce tractant eloquio, dicere consueuerunt, μίαν οὐσίαν, τρεῖς ὑποστάσεις, quod est Latine, vnam essentiam, tres substantias. Sed quia nostra loquendi consuetudo tam obtinuit, vt hoc intelligatur, cum dicimus essentiam, quod intelligitur cum dicimus substantiam, non audemus dicere vnam essentiam, tres substantias; sed vnam essentiam, vel substantiam, tres autem personas: quemadmodum multi Latini ista tractantes & digni auctoritate dixerunt, cum modum alium aptiorem non inuenirent, quo enunciarent verbis, quod sine verbis intelligebant.* hæc Augst. qui tamen nequaquam eam ob causam illos damnandos putat d, q se. differentiam constituerent inter essentiam & subsistantiã, quam discriminationem Latini penitus ignorarent.

c *Aug. de Trin. l. 5. c. 8. 9. 10. 9.*

d *Aug. de Trin l. 7. c. 4.*

CXCI. e *Bosil. ad Terent. in addit.* DIFFERENTIA INTER ESSENTIAM ET SVBSISTENTIAM.

Quænam autem hæc esset differentia à Græcis allata inter substantiam & essentiam: S. Basilius e ad Terentium scribens, rem exacte declarat paucis his, quibus ait: *Quam habet rationem id, quod commune est ad id, quod proprium, hanc habet essentia ad hypostasim, hoc est, substantiam, siue subsistentiã,* sed pluribus de his agit in epistola seu potius commentario (sic n. ipse appellat) eo argumento conscripto ad ipsius fratrem Gregorium Nyssenum, vbi pluribus docet, sicut species ab individuo, & commune à proprio, differre substantiam à subsistentia: adeo vt hac sententia iidem pie dicerent, tres personas in Trinitate, esse; proprias substantias, vel subsistentias.

CXCII. f *Theod. in immut. dialog. 1. to. 2.*

Sed & apud Theodoretum frogat Eranistes: *Est ne, inquit, aliqua differentia inter substantiam & hypostasim?* Orthodox. *Sic externa quidem spectetur sapientia, nulla est. Nam & subsistentia, seu essentia, idẽ significat; & id quod subsistit, est hypostasis. Sed si Patrum doctrina attendatur; quam habet differentiam commune & proprium, vel genus & species ac individuum, eandem habet substantia & hypostasis.* hæc Theodoretus, qui eadẽ pluribus explicat, ad quem reiicimus lectorem vbertiora quærentem. At licet hæc ita à Græcis recte propriequę dici viderentur: horrebant tamen Latinorum aures (vt vidimꝰ) cum tres in diuinis audirent dici subsistantias. Vel si & ipsi dicerent: tunc ad euitandum Arianismum, non tres personas, tres esse subsistantias; sed (vt idem Basilius vbi supra testatur) tunc more Græcorum dicerent & voce Græca, vsiam vnam, & hypostases tres, siue subsistentias: nec è contrario ponerent vnam subsistantiam, absq; trium addito nomine personarum, ne eadem cum Sabellio sentire viderentur; quod Græci acciperent (vt dictum est) vocem hypostasis, nempe subsistentia, pro substantia. Cæterum quantumlibet hæc recte definita essent in Synodo Alexandrina, de qua agimus; rursus tamen eadem controuersia temporibus S. Hieronymi refricata est, qui huius quoque Concilii decreti meminit, cum ait g: *Nunc igitur (proh dolor) post Nicænam fidem, post Alexandrinum iunctio pariter Occidentæ decretum, trium hypostaseon ab Arianorum præsule & Capensibus nouellum à me homine Romano nomen exigitur, &c.* At de his suo loco dicendum.

g *Hier. ep. 57. to. 2.*

CXCIII.

Actum præterea est in eadem Synodo Alexandrina, vt professio illa fidei ab Arianis titulo Concilii Sardicensis promulgata, esse spuria, publica testificatione demonstraretur; atque pariter declararetur, in eodem Sardicensi Concilio nihil fuisse additum ad Nicænum confessionem. De quibus omnibus scripta est epistola Synodalis, quæ apud Athanasium reperitur esse descripta his verbis h ad Antiochenos; cum iam, vt dictum est, Paulini ordinatio facta esset:

h *Apud Athanas. ad Antioch.* SYNODALIS EPISTOLA CONCIL. ALEXANDRINI.

Carissimis & optatissimis sacrorum comministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio, & Anatolio, Athanasius, cæterig, Episcopi, qui Alexandriæ ex Italia, Arabia, Ægypto, & Libya, hic adsunt Eusebius, Asterius, Gaius, Agathus, Ammonius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphus, Hermeon, Marcus, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mysteis Georgius, Lucius, Macarius, reliquis deinceps in Christo salutem plurimam. Quod autem ad huiusmodi inscriptionem spectat: licet & in ipsius contextu epistolæ, nec non in subscriptione, menda illa irrepsisse noscuntur, cũ modo ad Eusebium & Asterium & al os Episcopos eadem epistola scripta dicatur, modo autem ab ipsis potius vna cum Athanasio data ad alios Antistites appareat: hęc non aliter restituenda putamus, quam vt ex sententia antiquorum fere omnium historicorum affirmemus, Eusebium Episcopum Vercellensem huic Synodo præsentem fuisse, eandemque epistolam, sicut ab Athanasio atque aliis collegis, ita etiam ab eodem Eusebio fuisse conscriptam. Reddemus nos eam, vti apud Athanasium legitur, in hæc verba:

CXCIV.

Persuasum habemus, vos, cum sitis ministri Dei, ac Domini dispensatores, idoneos aptosque esse ad Ecclesiæ negotia temperanda. Cæterum quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore per contentionem disgregatos à vobis, pacem tam optare, plurimos item à vecordi Arianorum secta deficientes, vobiscum communionem asciscare; necessarium visum est, ea quæ à nobis, nostrisque delectis scripta essent Eusebio & Asterio, vestræ bonitati insinuare, qui & ipsi ellis delecti, & vere nobis desideratissimi sacrorum comministri: nimirum latos quidem nos esse de hac fama; sed tamen magnopere cupere, vt eos, qui adhuc in schismate hærent, segregari à vobis, quique cum Arianis cœtus faciunt, vestræ curetis ab istiusmodi insania, vt omnibus omnes in locis prædicent vnum Dominum, vnam fidem. Quid enim est tam pulchrum, prout Psalmographus i inquit, aut quid ita delectabile, quam habitare fratres in vnum?

i *Psal. 132.*

Nam

Nam ita quoque fieri arbitror, vt Deus nobiscum habitet, cuius hæc verba sunt a: Habitabo in eis, & versabor inter eos, & illic habitabor, quoniam elegi eam. ita quoque quodammodo sit, vbi vna fides & religio prædicatur.

a Ezech. 43.

CXCV. *Vellemus equidem nos Aegyptij vna cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio multis de causis istuc venire, & in primis eius rei gratia, vt vestrus affectus complecteremur, frueremurque in communione istius modi pace & concordia. Verum quia, vt in alia epistola indicauimus, & ex comministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus, idque non sine dolore nostro: ideo volumus comministres nostros in rebus sacris Asterium & Eusebium in vicem nostri istuc pergere, ac vos inuisere. Gratias igitur ago eorum pietati, quod cum ipsis liceret properare ad suos diœceses, istam tamen profectionem ad vos omnibus rebus suis antetulerunt, atque in vsum vrgentis Ecclesiastici negotij. Cum igitur illud inter vos decretum esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis istic præsentibus; ego quoque vna istic præsens interessem.*

CXCVI. DE RECIPIENDIS REDEVNTIBVS AD ECCLESIAM. *Omnes igitur, qui vobiscum pacifice agere volunt, in primis autem illos, qui in veteris Ecclesiæ communione fuerunt: deinde qui ab Arianis reducrunt, allicite ad vos, eosque vt patres assumite, & vt magistri & tutores recipite, coaptantes vos interim dilecto nostro Paulino, eiusque socijs: nihilque amplius ab illis exigatis, quam vt execrentur Arianorum hæresin, confiteanturque S. Patrum in Nicæa fidem.*

Execrentur item eos, qui dicunt Spiritum S esse creaturam, & diuisum ex substantia Christi. Id enim vere est resilire à scelerata factione Arianorum, si non diuidas S. Trinitatem, nec dicas aliquid esse creatum. Nam qui simulanter sese iactitant de confessione Nicæna fidei, atq; interim audent blasphemias dicere contra Spiritum S. nihil aliud præstant, quam quod Arianam hæresim verbis inficiantes, animo sensuq; retineant. Anathemate quoq; inuratur Sabellius & Pauli Samosateni impietas, Valentini item & Basilidis insania, & Manichæorum stoliditas, quod si fit, omnis apud omnes suspicio delebitur & sola Catholicæ Ecclesiæ fides pura apparebit.

CXCVII. *Quod autem hanc fidem teneamus nos, & qui perpetuo nobiscum communionem vsurparunt; nec vos, vel alium quemquam latere arbitramur. Cæterum quia cum volentibus volupe est communi, & quidem libenter cum omnibus, ita vero in primis vt, qui in veteri Ecclesia conuentui agebant; & quia potissimum Dominum glorificamus, cum de omnibus tum præcipue de hoc eximio proposito: visum est nobis, vos cohortari, vt sub istis conditionibus ineatur concordia; ita vt nihil vlterius, quam dictum est, vel illi, qui ex veteri Ecclesia sunt, à vobis flagitent; vel illi, qui cum Paulino sunt, aliud præterquam quod inter Nicæni Concilij decreta reperitur, adijciant: & tabellas, quas nonnulli iactant, quasi ex Sardicensi Synodo de fide conscriptas, ne legi quidem semel aut proferri sinatis. Nihil enim tale Concilium definiit. Quamuis enim certi homines nonnulla, quasi quæ deessent, Nicæno Concilio adscribere vellent, idque acriter contenderent: sancta tamen Synodus, quæ Sardicæ conuenit, indigne id tulit, decretoque sanxit, ne quid vlterius de fide scriberetur, & sese contentos esse Nicæna fide, declarauerunt, vt cui nihil deesset, & in qua integra & solida fides contineretur: neque eo demum esse aliam professionem fidei, ne illa, quæ Nicææ scripta est, suos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido est semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, vt iterum atque iterum de fide desinant. Quapropter si quis hac aut aliud quippiam cauillabitur, compescite illum, & ad studium pacis inducite: nihil enim est quod in his agnoscere possumus, nisi solem contentionem.*

REIICITVR FIDEI CONFESSIO NOMINE SARD. CONC. EDITA.

CXCVIII. QVID PER NOMEN PERSONÆ CATHOLICI INTELLIGERINT *Illis enim, qui nonnullos incusabant, vt trium hypostaseon affirmatores, cum hi huiusmodi voces in Scriptura non reperirentur, ac proinde suspecti via reprehenderent; auctores fuimus, ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob pernicianam rixandæ quæstionis habita: interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia alienæ peregrinaque, ac diuersæ à se inuicem substantiæ personæ esse vel. vt, & vnamquamque hypostasin per se ac seorsum diuisam esse, pro vtique cæterarum creaturarum, corumque, qui ex hominibus nascuntur, existiment? An sic intelligant diuersas res, quale est aurum, argentum, æs? An, vt alij hæretici, sub istis vocibus tria principia & tres maximos deos constituant? Cæterum illi affirmabant se ita nec dixisse, nec sensisse. Percunctantibus autem nobis, quaratione ista diuersi nt, aut cur omnino istiusmodi vocabula vtcrentur? Responsum dederunt, se in Trinitatem credere, non quæ nomine tenus Trinitas, sed quæ vere Trinitas esset, & subsisteret: & Patrem, vt qui vere esset & subsisteret: & filium, vt existentem & subsistentem: & Spiritum S. vt subsistentem & existentem agnoscere. Non tamen se dixisse tres deos, aut tria principia: imo ne toleraturos quidem, si quis tale quidpiam aut dicat, aut sentiat: Sed se scire esse S. Trinitatem, vt tamen vna sit Deitas, & vnum principium: & filium se agnoscere esse consentialem suo Patri, vt dixerint Patres: & Spiritum S. non creaturam, neq; alienum, sed proprium & indiscretum ab essentia Patris & filij.*

Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinauimus, qui absentiam culpam denocabantur, quasi dicerent, esse vnam hypostasim: scicitantes ab illis, num pro Sabelliana dogmate ea mente loquerentur, vt sublato Valentini Trinitate filium & Spiritum S. quasi filius essentia careat, aut Spiritus S. non subsisteret? Qui & ipsi quoque affirmarunt, neq; ita se dicere, neq; se ita sensisse vnquam, sed interdum eos intelligere idem esse cum dicunt vnam autem ideo esse hypostasim intelligere, partim quia filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: vnam enim esse Deitatem & vnam naturam credere, neq; aliam Patris, aliam filij, aliam Spiritus S. esse naturam. Quamobrem illi, qui eo crimine postulati erant, quod tres hypostases inducerent, cur isti in eandem sententiam conuenerunt: vicissimq; illi, qui vnam hypostasim asseuerarent, istorum interpretationi acquieuerunt: & amba factiones pariter Arium execrata sunt, vt Christi hostem: Sabellium q, & Paulum Samosatensem, vt impios, Valentinum item & Basilidem, vt alienos à veritate, Manichæum quoque vt malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post huiusmodi verborum interpretationem optimam & exactissimam, quæ Nicæa Patres instituissent, fidei esse approbarunt, eiusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in vsum esse reducenda, constituerunt.

QVID PER HYPOSTASIM INTELLIGENDVM SIT.

CXCIX.

CC.

Quamobrem de negotio, dispensationeq; carnis nostri Saluatoris, cum super ea quoque re nonnulli cum aliis contentionem mouerent: & hos & illos examinauimus, subiecimus & quod isti profitebantur, hoc & illi quoque suffragio assensuque prosecuti sunt: nempe non ex ratione, qua ad propositas factum est verbum Domini factum esse Verbum & admixtum Christum sub finem seculorum; sed ipsum Verbum carnem esse factum; & cum esset in forma Dei, formam serui assumpsisse: & ex Maria (quantum ad carnem attinet) hominem esse genitum, hominum gratia: eoque modo solide & integre humanum genus liberatum à peccatis in ipso, & vinificatum à morte, introduci in regnum cælorum. Et hoc quoque inidem confitebantur, quod non corpus inanimatum, aut cogitatione, aut mentis expers Saluator habuerit. Nec enim possibile erat, vt Dominus propter nos homine facto, corpus eius sine mente existeret: non enim corpori duntaxat sed & animæ quoque nostræ per ipsum Verbum salus est conciliata. Idemque cum vere esset filius Dei, filius hominis factus est. & cum esset vnigenitus Dei filius factus est primogenitus in multis fratribus b. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abraham, neque alius dum Lazarum excitaret, neque alius cum interrogaret de eo, vbi situs esset: sed idem ille ipse erat: corpore aliter quidem vt homo experiens: diuinitus vero vt Dei filius oculos aperiens cæco, qui à natiuitate cæcus fuerat: & carne quidem patiens (vt Petrus dixit? diuinitus tamen monumenta aperiens & mortuos excitans. Ex quibus omnia, quæ in Euangelio sunt, intelligentes, affirmauerunt, se idem sentire de incarnatione & humana natura à Dei verbo assumpta.

DE VERBI INCARNATIONE RECTA FIDES.

b Rom 8.

c 1. Pet 4.

CCI. *Cum igitur huiusmodi illorum facrit confessio, adhortamur vos, ne eos, qui ita confitentur, talemq; interpretationem sua confessioni accommodant, temere damnare, aut reuocare velitis, sed potius admissa illorum excusatione, recipiendos putetis. Eos e contra, qui talem confessionem non edunt, neq; tali interpretatione in istis verbis vtuntur, arcere vos vellemus, & aduersari vt suspecta mentis homines. Cæterum cum istos tolerandos non cesebitis, consuletis illis qui recte interpretantur, & recte sentiunt, ne vlterior vlla inter vos adhibeatur disquisitio, neve verborum pugnis studeatis ad nullam prorsus vtilitatem, sed sensum cogitationesq; pietatis exhibete. Nam qui ita affecti non sunt, sed tantum modo super istiusmodi vocibus contentiose rixantur, & aliud quidpiam, præterquam quod Nicæa scripta est, requirunt, hi profecto nihil aliud agunt, quam quod proximis suis turbulenta subuersione propinent, vt inimici, & discordiarum schismatumq; æmulatores. Sed vos, o boni & fideles serui & dispensatores Domini, eos qui scandala & peregrina inferunt, compescite & arcete, & pro omnibus anteponite istiusmodi pacem, quæ sane fidei est. Forsitan Dominus misertus nostri coaptabit*

AD PACEM EXHORTATIO.

CCII. *quæ sunt inuisa & diuisa, atque vnum ouile reformabit, quo vnum habeamus docem Dominum nostrum Iesum Christum.*

Hæc quidem nos, tum quia nefas est quicquam vltra Nicænum Concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere, tum vt ob pacem solum, & ne qui recte sentiunt, pro reiectis habeantur, ad istũmodum censuimus; & eorum confessionem, qualis fuerit, nos quoque velis summo Alexandriæ pauci inde animo; idque in commune vna cum cæteris comministris sacrorum Asterio & Eusebio: nam reliqui ex nostris quoq; ad suas prouincias abierunt. Vos rursus in commune, vbi soletis conuentus agere ista rebebitis permulgari, eosq; omnes euocate. Æquum est enim, vt in eo loco primum epistola recitetur, ubi demũq; omnes qui pacem amant, inter se concludentur, ac deinde vbi cæteris innotuerit, vbicunq; populus videbitur, præsente quoque vestra humanitate, Synaxis celebretur, & Dominus publice ab omnibus glorificetur. Salutant vos fratres illi, qui mecum hic agunt. Bene valete, & nostri memoriam in Domino facite. hactenus epistola Synodalis ad Antiochenos primum, inde ad alias Orientis Ecclesias perferenda: cui inhæret subscriptio aliquot Episcoporum, atque in primis ipsius Athanasii, his verbis:

CCIII. SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM. *Ego Athanasius, cæteriq; Episcopi in hoc conuentu præsentes, epistolæ subscripsimus: idemq; ab aliis factum est, qui hinc legati venerant: inter quos à Lucifero Sardiniæ insulæ Episcopo diaconi duo Herennius & Apaietus, à Paulino vero Maximus & Calimerus, qui & ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi Episcopi Apollinarii in hoc ipsum missi. Episcoporum nomina, ad quos epistola scripta est, sunt hi: Eusebius Vercellarum ciuitatis Galliæ, Lucifer Sardiniæ insulæ, Asterius Petræ Arabiæ, Cymatius Palæstinæ, Cælosyriæ, Anatolius Euboiæ. Cæterum qui in epistolam scripserunt, sunt isti: Papa Athanasius, & qui cum illo Alexandriæ fuerunt: ipse quoque Eusebius inter eos est, Asterius item, reliqui Gaius ex Parætonio proximæ Libyæ Phragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti, Ammonius, Patremunenus, & ex reliqua Elearchia Ægypti, Agathodæmon Schediæ & Merculatis Episcopus, Dracontius Parvæ Hermopolis, Adelphius Nupheos, quæ est in Lychnorum, Hermæon Tanitæ, Marcus Zygrorum proximæ ad Lissam, Theodorus Athribeos, Andreas Arseniotæ, Paphnutius Seos, Marcus Pylorum, Zoilus Andromenæ Antipyrgi.*

EVSEBII CONFESSIO ET SVBSCRIPTIO. *Hic etiam Eusebius Latine subscripsit, quorum hæc interpretatio, ex Græco iterum Latine reddita: Ego Eusebius Episcopus secundum exactam vestram virtutis, partis confessionem, qua in eandem sententiam mihi cum conuenistis quantum attinet ad hypostases, fateor me quoq; idem statuere: neq; in id solum calculum meum addo, sed etiam incarnationem Saluatoris nostri consentio, eum videlicet, qui filius Dei esset, hominem esse factum, & excepto peccato, omnia, quæ veteris erant nostræ humanitatis assumpsisse. id quæ prout habet epistola argumentum, meis suffragiis confirmo. Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardicensi Concilij, ne ea vltra Nicænam fidem decreta esse putetur, meo suffragio denuncio, quo nihil huiusmodi aut noxæ Nicænæ fidei inde oboriatur, neq; eam ea de causa proferendam censeo. Valere vos omnes in Christo exopto. Ego Asterius superioribus scriptis adsubscripsi, & vos in Christo bene valere precor.*

CCIV. PAVLINI CONFESSIO ET SVBSCRIPTIO. *Postea quoque & ipsi subscripserunt absentes, sic dicet: Ego Paulinus Episcopus Antiochiæ hæc ita sentio, quemadmodum accepi à Patribus, filium esse, & subsistere perfectum: subsistere quæ Spiritum sanctum. eumq; perfectum esse. Quapropter approbo superiorem interpretationem de tribus hypostasibus, & vna hypostasi siue essentia: & eos qui ita censent, veros habeo, cum vnum sit sentire & confiteri, Trinitatem in vna Deitate consistere. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta, ita decerno, quemadmodum scriptum est secundum Ioannem, Verbum carnem esse factum: non autem secundum impossibiles homines, mutationem sui Verbum passum esse. sed nostri gratia hominem esse factum, & ex Maria Virgine Spiritu sancto genitum: & neq; quam inanimatum, aut absque sensu, aut sine mente corpus Saluatoris in nostrum habuisse: quippe cum impossibile sit, Dominum propter nos hominem factum, corpus habere sine mente. Idemque anathemate prosequor eos, qui confessionem fidei Nicænæ vituperandunt, & qui negant filium ex substantia Patris, & consentialem Patri existere. Execror item eos qui dicunt, Spiritum sanctum propter filium, creaturam esse factum. Præterea Sabellij Photini, omnemque hæresim anathematizo, incedens secundum Nicænam fidem, & secundum omnia superius scripta. Valere vos opto ego Carterius.* hactenus subscriptiones.

CCV. Quod autem in damnatione hæresis Apollinaris nulla de eodem Apollinari ea sententia condemnato mentio habeatur: alterum de duobus cõtigisse oportuit, vel eam hæresim vulgatam nondum fuisse nomine Apollinaris, sed incerto auctore prodiisse, vel ipsum Apollinarem iam ante Synodum visum esse eandem abdicasse sententiam per monachos, qui Synodo interfuisse dicuntur. Nullam plane factam esse in hac Synodo Apollinaris mẽtionem, ex eo quoque potest intelligi, quod S. Basilius, etiam Valentis Imp. tempore, iure se potuisse dicat, cum Apollinare communicare potuisse, quem nescisset errasse, vt suo loco inferius dicturi sumus.

CCVII. LIBERIVS PAPA, AVCTOR (REDITVR SYNODI ET LEGATIONVM. At quod de rebus haud parui momenti actum videretur in Synodo de his omnibus, vt par erat, S. Athanasius reddidit certiorem Liberium Romanum Pontificem: quarum quidem literarum illud tantum fragmentum superest, quod spectat ad incarnationis mysterium, & perfectam Filii Deitatem; cætera autem, quæ in Synodo gesta sunt, desiderantur. Cuius quidem scripti cum ille sit titulus: *Athanasii rescriptum ad Liberium Episcopum Romanum*: liane declaratur, ipsum Liberium Alexandriæ cogendæ Synodi fuisse auctorem, deque ea re ad Athanasium dedisse literas; atque eius auctoritate illuc conuenisse Eusebium Episcopum Vercellensem & Luciferum Calaritanum Legatos: cuius pariter iussu tanta iidem sibi sumpserint; nempe vt Lucifer, cæteris explosis, ei caret Paulinum Episcopum Antiochenum (non nisi negotium erat vnius ciuitatis Sardiniæ insulæ Episcopi, sed Præsidis summa potestate fungentis) vtque Eusebius functus sit legatione ad restituendas collapsas totius Orientis Ecclesias: nequaquam n. hæc ipsos iura accepisse à Concilio illo Alexandrino, quis dicere iure potest: nam quid iuris iisdem Occidentis Episcopis in res Ecclesiæ Antiochenæ, & in Syriam, Asiam & Cappadociam, aliasque regiones, ad quas Eusebius tantæ restitutor cladis Legatus profectus est? Extat & ipsius Liberii Papæ epistolæ ad Athanas. fragmẽtum, quo idem Pontifex Rom. præmissa fidei suæ Catholicæ confessione, eandem ab ipso Athanasio exigit. Id n. à Liberio exposci videbatur ob suspectam redditam olim fidem ipsius ex inita (vt dictum est) cum Arianis communione. Quam & ipse exigit ab Athanasio post tot anno ũ latebras: ab eo namq; tempore vsque ad Constantii mortem nulla potuit inter eos esse ex litterarum consuetudine communicatio, nisi sub Iuliano, cum ipse Liberius ad eundem Athanasium scripsit epistolam, cuius eiusmodi tantum apud eum fragmẽtum reperitur, quo sic se habet a:

a *Apud Athan. extat.*

CCVII. FRAGMENTVM FIDEI LIBERII PAPÆ. *Est igitur nostra confessio, optatissime Athanasi: Verbum Dei filium, secundum naturam ex Deo eodemque Patre suo genitum esse, non creatum, semper in Imperio collegam Deo & Patri, & indesinenter regnum obtinere in infinita secula: Amen. Spiritum quoq; S. vere ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem à Deo secundum diuinas scripturas: vt sit vere Pater, vere filius, & vere Spiritus S. neque transferi debere vnum quodque nomen à suo significato, cui assignatum est, quod vera sit Trinitas sub vna Deitate sub vna potestate & vna substantia. Non enim dissentitur filium aut Spiritus S. à Patris substantia, qua implet cœlum & terram. Est igitur vt dixi, Trinitas vna substantia, non diuisa, sed per essentiam vna. Deitate vna, potẽtia vna, & regno vna, vna quoq; gloria, vna item imagine, vna denique spiritu: spiritus enim non dividitur. Anathema igitur dices Sabellij & Arij dogmata, & supra annotatas hæreses ad æternam pœnam secundum Saluatoris vocem. Hanc igitur confessionis, frater Athanasi, quæ vera fides in Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram iudice Deo & Christo, quasso subscribas: quo certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragii sis, eadem que statuas de vera fide: vt & ego securior efficiar, tua q; mandata indefinenter obeam. Id tibi quoq; cognitum velim, carissime, filios veritatis consteri impatibilem esse Deitatem: & de aduentu Verbi & Dei in carne ita sentire: Verbum scilicet genitum ex Patre Deo, hominem perfectum absq; peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Euangelia in Christo Iesu, Amen.* Hactenus q; extat fragmentum ex epistola Liberii ad Athanasium. Porro multa in ea desiderari, nemo non affirmauerit: nam nulla in his mentio fit de personis & hypostasibus in Trinitate, quarum occasione inter Latinos & Græcos cõcitatas esse controuersias, dictum est. Sed & alia plura deesse videtur,

quæ spe-

quæ spectabant ad Synodum celebrandam, & restituendum statum Ecclesiæ Orientalis.

CCVIII. FRAGMENTVM EPISTOLÆ ATHANASII AD LIBERIVM.

Eius autem, quam diximus, redditæ epistolę Athanasii ad Liberium, carentis salutatione atque exordio, eiusmodi tantum supereſt fragmentum, quo summa Catholica fidei habetur expressa in hæc verba:

Vnum Deum immortalis, inuisibilis, impalpabilis. eo quod Deus sit spiritus, idemq; loco incomprehensibilus: neq; vsquam est regio, vbi non existat. Huius Verbum immortalis Sapientia est incorruptibilis, inuisibilis, idemque filius primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullum ætatis aut initium, aut finis: per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Hic est, qui finxit hominem: hic est, qui rationem fabricandæ Arcam ostendit: hic est, qui pollicitationes Abrahæ fecit: hic est, qui descendit, vt populum saluaret; qui Mosi legem dedit: hic est Deus Abrahæ, Isaac, & Iacob, qui in Prophetis locutus est: hic est, qui composuit nouum & vetus testamentum. Qui in vltimis diebus carnem ex Virgine mortalem assumpsit, cum ipse interim immortalis esset, eamdemq; imbecillem ipse minime imbecillis obnoxiam morti ipse nulli obnoxius, visibilem ipse inuisibilis. Illa inquam, caro suspensa est in Cruce, non ipse. in illa omnes humanas passiones vt homo sustinuit, non ipse. Ipse est n. Dei virtus, hoc est, Deus, qui infirmum expugnauit, & imperium diaboli demolitus est: qui Deus in descendendo, Deus in ascendendo, corpus suum, à morte excitatum Patri representauit, ac vindicauit à morte, sub cuius imperio tenebatur. In filio Patrem intelligimus, cum vnus cum eo sit Deitate, potentia, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione. Et in Patre filium quoque cognoscimus. Hic est, qui, vbi assumpserat carnem, Iesus vocatus est, quatenus homo fuit: hoc est, assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo Diuinitatis habitat corporaliter. Hunc existi- mamus non segregatum à Patre aut S. Spiritu, neque tamen ita, vt dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita vnus Deus Pater omnipotens à nobis creditur. Ideoque fides nostra est in vnum Deum Patrem omnipotentem, & eius filium Dominum nostrum, & in Spiritum S. eorq; in vnitate vna, potentia vna, substantia vna, essentia vna, gloria vna, dominatione vna, regno vno, imagine Trinitatis vna, consubstantiales esse credimus : Per quem facta sunt omnia. Ita quoque in carnis resurrectionem credimus: hoc est, corpus nostrum (secundum S. scripturas) ex corruptibili mortali, que in incorruptibilitatem & immortalitatem à Deo mutandum esse. Amen.* Hactenus quod extat epistolæ Athanasii ad Liberium Papam fragmentum. Scripsisse quidem Athanasium, atq; collegas Episcopos, qui interfuerũt Cõcilio Alexandrino, ad eundem Liberium de cunctis rebus gestis in Synodo, idem ipse Athanas. disertis plane verbis testatur ea epistola, quam postea scripsit ad Ruffinianum: qua pariter declarat, quæcunq; in eadẽ Synodo acta sunt, fuisse confirmata ab ipsa Rom. Ecclesia: qua item epistola decretum de recipiendis lapsis in hæresim, plenius explicatur: & ne de fide eius dubites, scias eam fuisse perlectam atq; recognitam, probatamq; in Nicæno Concilio secũdo, ex quo quidem loco (q̃ desideretur hactenus inter eiusdem Athan. opera) hic eam describendam putauimus: sic enim se habet eius *editio in œcumenica tunc Synodo facta:

CONFIRMATA SYNODVS A ROMANO PONTIF.

* Conc. Nican. act. 1.

CCIX. EPISTOLA ATHANASII AD RVFFINIANVM.

Monachi dixerunt: si iusserit S. Synodus, afferatur ad Ruffinianũ B. Patris nostri Athanasii epistola, & legatur. S. Synodus dixit: Notũfiat petitioni religiosorum monachorum. Stephanus præfatus monachus surgens in manibus librum legere cœpit: S. Athanasii ad Ruffinianum, Domino dilecto & desideratissimo comministro Ruffiniano Athanasius in Domino salutem: Cæpisti alia: Quandoquidem studioſe & Ecclesiastice (hoc n. tua pietati iterum conuenit) de his qui necessario redacti sunt, nec per improbam fidem sunt corrupti, inquisisti, eaq; de re ad Synodos & alios scribere voluisti, vt animi tui tenentiam de his explicares: vellim, mi domine desideratissime, sic habeas. In primis cum à vi cessatum esset, Synodus, præsentium & eorum, qui longinquas regiones incolebant, Episcoporũ haberetur, nec modo comministrũ, qui per Græciã passim habitant, verum etiam in Gallia & Hispania. Intelligit per nos Athanas. Eusebiũ Vercellẽsem, & Lucifer. Calaritani Episc. legatos, sed subdit:

CCX. *Communi decreto placuit, vt hic, & vbique gentium quicunque lapsi fuissent proprio arbitrio, & antesignani fuissent ingressi, si resipiscerent, ignoscendum quidem illis, verum non restituendos in clerum fuisse. Qui vero non auctores, sed necessitate & violentia compulsi fuissent, veniam eis illis quidem ignoscendam, & in cleri locũ restituendos: maxime cum probabilem defensionem & excusationem dederint. Atq; hoc quoque œconomice & rationabiliter factum videtur. Nam ipsi quidem animo statuerant, non velle ad impietatem delabi. Verum quoniam impiissimi quidem eorum causa statum Ecclesiæ ad seditionem trahebant; duxerunt longe satius esse, vt compulsos se concurrere, & omnia gestare, quam populum perdere. Hæc cum afferrent, visi sunt nobis non absurda respondisse, quando & in occasionem facti exemplo Aaron fratris Mosen se defendi rent, qui in eremo populi transgressionibus acquiuerit, defensionem habens ne populus in Aegyptum reuersus, idolorum cultui iterum se manciparet. Videbat enim, si in eremi vastitate subsistisset futurum, vt paulatim ab impietate regrederetur. in Aegypto autem nullam esse ad pietatem regressus viam. Hac de causa clero per ea tempora ignotum est. Qui vero in errorem seducti erant, & violentia huc compulsi, data quoque ea in communi est. Quemadmodum hæc & Romam scripta sunt, Romanorum quæ Ecclesiam omnia comprobasse constat. Hæc quoque tua pietati considenter scribo & significo, quo tua pietas; ea, quæ decreta sunt hoc modo, amplectatur.* Hucusque lectum ex ea Synodo, in qua hæc ad declarationem eiusdem decreti subiecta leguntur.

CCXI. DECRETVM DE RECIPIENDIS LAPSIS ELVCIDATVM.

Sabas & qui cum eo aderant monachi, dixerunt: Non hæc solummodo S. Athanasii vox est, verum etiam Synodorum propter ea quod inquit idem Pater. ipsos quoq; Romanos totamq; Graciam idem cõprobasse. Desinit a. eos, qui ex hæresi priſtinam mentem redeũt, suscipiendos ad pœnitentiam, verum sacerdotij dignitatem minime illis restituendam. Tharasius beatissimus Patriarcha dixit: Non de quouis hæretico ad mentem redeunte recipiendo B. Pater hæc statuit, sed de eorum principibus, antesignanis, quiq; in sua hæresi veluti deliciantur, & se oblectant, verbisq; artificiosis veritatem ipsam fucare student, haud aliter ac Ortholoxi cum libertate solent, ipsi autem sententiam Scripturæ peruerse explicant. Verum iterũ recitetur eadẽ epistola ad Ruffinianũ. Epistola eiusdem Patris. Lecto a. loco, in quo B. Pater lapsu veniam dat impietatis: sed qui præcipui hæreticorum fuerunt, nec ad restituendos in ordinem sacerdotalem. Qui v. antesignani non fuissent, sed vi & necessitate ad impietatem coacti; ignoscendum quidem illis, & in cleri locum restituendos, quod iustam excusationẽ afferrent. Venerabiles monachi dixerunt: Eu quemadmodum in principio diximus, sic est: si quidẽ B. Pater eos, qui ex hæresi reuertuntur, in sacerdotij dignitate non recipit. Tharasius sanctissimus Patriarcha dixit: Videmini mihi mentem Patris non intelligere, quandoquidem eos, qui non fuerunt auctores hæreseos, vt autem compulsi sunt, recipit ad priſtinam dignitatem: sed si modo vero præsumptuosi atq; adeo pertinaces, siue auctores hæreseq; à dignitate sacerdotali recipienda excludit: recte profecto instituit, id pronũciam, &c. hæc ex Synodo secunda Nicæna ad præfectam elucidationem huiusce modi decreti exscripsisse voluimus, necnon ad assequendum germanum sensum verborum S. Hieronymi, quæ superius citata sunt.

CCXII. Quod autem in eadem Synodo auctoritate (vt dictum est) Romani Pontificis decretæ sunt legationes ad restituendas collapsas à fide Catholica Ecclesias, earumque ministros: retorsi in primis arguendus est Ruffinus *b*, dum ait procurationem Orientis iniũctam fuisse Asterio, Eusebio vero Occidentis. Nam constat eundem Eusebium rei causa suscepisse in Orientem peregrinationem, Antiochiamq; (vt dicemus) profectum esse, indeque etiam in Cappadociam permeasse, q̃ quidem sententia illa S. Greg. Nazianz. superius recitata redditur manifestum, cum ipse agens de turbis illis, Iuliani tempore, in Cappadocia electionis Eusebii Episc. Cæsariẽsis occasione excitatis, hæc addit *c*: Postremo inquit, aderant Episcopi quidam ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad suas partes pertrahebant: quæ quidem nomĩi de Eusebio Episc. Vercellensi & aliis, qui cum eo erant, possunt intelligi. nam Asterius (vt sæpe diximus) in Arabia erat Episc. Affirmat idipsum Socrates, dum ait *d*: Eusebius partes Orientis peragrans, infirmos fide, instar præstantis medici, ad integram valetudinẽ restituit, doctrina Ecclesiastica instruxit, erudiuitq;. Addit aũt post hæc omnia Socrates: Eodem tempore Athanasius orationem apologeticam, quã in sua ipsius fugæ defensionem tampridem confecerat, coram illis, qui aderãt perlegit. ea quidem ratione, q̃ liuore tabescẽtes Ariani adhuc carperent ipsum velut ignauum, q̃ non posuisset ex Domini sententia animam pro ouibus, sed perinde ac mercenarius, cuestigio solũ vertisset. Recitat idem e Socrates

LEGATIO EVSEBII IN ORIENTEM.

b Ruffin. lib. 1. c. 29.

c Greg. Naz. or. in laud. Basil.

d Socr. lib. 3. c. 7.

e Idem c. 6.

ex ca

ex ea nonnulla, sed nos lectorem reiicimus in ipsum integrum, qui adhuc extat, commentarium. At de Alexandrina Synodo hactenus.

CCXIII. DISCORDIÆ INTER LVCIFERVM ET EVSEBIVM.

Quæ porro Synodum mox subsecuta sint, a Socrates ita recenset: *Eusebius vero Vercellarum Episcopus, statim post Concilium Alexandrinum decedens, Antiochiam contendit: At cum Paulinum à Lucifero Episcopum designatum, populumque in duas factiones partitum offenderet (nam Meletij sautores separatim conuentus fecere) vehementer propterea animo conturbatus fuit, quod electionem Paulini minime ab omnibus esset assensum. Nam intra suam ipsius cognitionem factum illud damnauit ille quidem, sed præ reuerentia erga Luciferum rem tacitam habuit, & vt primum profiteratur se Episcoporum Concilio connocato, illis rebus recte prospecturum, inde recessit, postea vero quamquam admodum labor, abat, vt partes dissentientes ad concordiam adduceret, tamen nullo modo illud poterat efficere.*

a Socr. li. 3. c. 7.

CCXIV. LVCIFER SEGREGATVS A COMMVNIONE EVSEBII ET ECCLESIÆ.

Nam Meletium ab exilio reuersum, vbi eos, qui cum illo consentiebant, conuentus seorsum agere reperiebat, scillin ipse præfecit. Quin omnibus fere Ecclesiis, quæ ubi erant, Eunomius Arianæ sectæ patronus præfuit: Paulinum autem vnam tantum obtinuit Ecclesiam parua, quæ erant intra vrbem; ex qua quidem ipsum Euzoius, propter reuerentiam, quam versus illum habuit, non eiecerat. Meletium autem extra portas ciuitatis conuentus celebrauit.

Id temporis ad hunc modum Antiochiæ discidit Eusebium Lucifer vero vbi acceperat suam electionem ab Eusebio improbari, contumelia loco duxit inquouque admodum animo passus est. Proinde recusauit cum Eusebio communicare, studioque contentionis inductus, Concilij decreta reiecit. Ista quidem tristissima & afflictis Ecclesiæ temporibus obuenientia multos ad deficiendum ab Ecclesia impulere: vnde noua secta, qua Luciferiana dicebatur, nata est. Caterum Lucifer suam iracundiam propterea saturare non poterat, quia suis ipsius responsis, quibus per diaconum missis pollicitus fuerat se decretis Concilij contentum fore, omnino tenebatur adstrictus. Quapropter fidei & sententiæ Ecclesiæ assentiens, in Sardiniam ad propriam sedem se recepit. Quorum autem animi non minus, quam illius erant exulcerati, & adhuc etiam ab Ecclesia segregati manent. Hucusque de schismate Luciferi Socrates. Porro Antiochenam Ecclesiam schismate diuisam octoginta quinque annos ita perdurasse, nimirum vsque ad Alexandrum Episcopum, Theodoretus affirmat b: Quod quidem non sic intelligendum est, vt ab hoc tempore, quo creatus est Paulinus, & schisma cōflatum inter Catholicos, vsque ad Alexandrum annorum octoginta quinque curricula interceserint: nam creatio Alexandri contigit (vt suo loco patebit) anno Domini quadringentesimo octauo: sed oportuit Theodoretum intellexisse ab eo tempore, quo electo Eustathio, & subrogato in locum eius Euphronio Episcopo Ariano, scilla est in duas partes Ecclesia Antiochena: de cuius diuisionis origine suo loco superius actū est. Sed nec sic liberatur Theodoretus, quin arguatur erroris: nam ab eo tempore non anni octoginta quinque, vt ait, intercederant vsque ad Alexandri electionem, sed tantum sexaginta octo, adeo vt dicendum sit, errorem in Theodoretum irrepisse. Eadem quoque Sozomenus c de Luciferi & Eusebij dissensione.

b Theod. li 3. c. 5.

c Soz. lib. 3. c. 12.

CCXV. CAVSA DISSIDII VNDE MANAVIT.

Cæterum asserta causa schismatis & dissensionis illius primæ inter Eusebium & Luciferum, quæ à Socrate, Sozomeno, & aliis eos secutis affertur, nullatenus probari potest: si quidem nullo pacto potuit accidisse, vt Paulini electionem Eusebius improbarit, quam tum ipse, tum etiam Athanasius, ac denique vniuersa Synodus Alexandrina antea recepissent, dum legatos ab eo ad Synodum missos susceperē, & eiusdem Paulini chirographo ipsam subscribi Synodum voluerunt. Non potuit igitur damnasse Eusebius, quod ante probasset, & Athanasius cum aliis in Synodo cōfirmasset. Qua quidem ratione & Rufinus videtur hallucinatus; qui id ipsum affirmat d, cum ait: *Interim Lucifer iniuriam dolens, quod Episcopum à se ordinatum apud Antiochiam non recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta Concilij: sed constringebatur Legati sui vinculo, qui in Concilio ipsius auctoritate subscripserat. Abjicere namque cum non poterat, qui auctoritatem eius tenebat: si vero recepisset, omne suum frustrandum videbat inceptum: Diu ergo de hoc multum deliberans, cum ex vtraq; parte concluderetur, elegit, vt Legato suo excepto, erga ceteros sententiam dissimularem, sed sibi paratā custodiret.* hæcipse, quæ ex nuper dictis facile refelluntur. Certe quidem nisi Paulini electio ab Alexandrino Concilio probata fuisse, nequaquam eam postea Rom. Pontifex ratam habuisset. Quis n. existimare potest, gestas res à Lucifero schismatico fictas potuisse consistere, nisi eas Synodus & Rom. Pontifex recepissent? Cæterum Luciferi cum Eusebio simultas & altercatio non aliunde simplissē exordiū videt, nisi quod ipse austerioris, i. ius cū esset, indigne omnino ferret ex Synodi decreto iamdā patere Episcopis omnibus lapsis, qui pe inde ac nihil deliquissent. in suis sedes cum eodem Episcopatus honore redirent: ideoq; in eundem Eusebium, quem aduenientem Antiochiam, iturum in Cappadociam, primū est nactus, veluti in eius decreti auctorem inuectus est, eoque magis in eum exacerbatus, quod ex suscepto munere legationis id ipsum passim præstaret, vt Episcopos, qui cum Arianis communicassent, ad suas ipsorum Ecclesias, impertita illis communicatione Catholica reuocaret.

d R. Fin. li. 1. c. 30.

CCXVI.

Sed dicet aliquis: Quomodo præter missō Meletio, Synodus probauit ordinationē Paulini? Nam si qui aliquādo fuissent hæretici, & ad Ecclesiā reuersi essent, recipiendos quoq; ad Episcoparū eadem Synodus statuit: vtique Meletio debebatur Ecclesia Antiochena ex ipsius decreto Synodi: atq; eam ob causam Paulinus reiiciendus videbatur, tanquam sedis alteri debitæ occupator. Ad hæc dicimus, vitiosam ab initio fuisse Meletii sedem, vtpote quod tunc ipse Arianus ab Arianis eam fuerit cōsecutus: sicq; ab illo tempore cathedra vacasse videri poterat, ad quam suffragio populi Meletio minime recepto, iure ordinatus Paulinus fuisse censendus erat.

CCXVII. MELETII CAVSA QVALIS.

Non ergo cur Meletius nō receptus esset, Eusebius cōquestus est, cuius nulla fuisse ordinationē sciebat, vtpote quod ab Acacianis & Eudoxianis creatus fuisset Episcop⁹ Antiochiæ: verum si q̄ dissensio ea de causa inter Eusebiū & Luciferum oborta est: credimus Eusebium cū Lucifero familiariter conquestum esse, quod ꝓpropere nimis Paulinum ordinasset, non tamen ꝙ eam electionem improbaret, q̄ ipsemet vna cum aliis in Synodo recepisset: sed ꝙ Paulini ordinationis causa tantū abesset, vt Ecclesia Antiochena (ꝙ in optatis erat) Catholicæ communionis fœdere iungeretur, vt maior ob eam causam altercatio fieret post reuersum Meletium, qui iam viuente Constantio ab Acacianis & fidei Catholicæ tuendæ causa exiliū passus, & minas eiusdem Constantii expertus esset, qui n. ei aduersabantur, ea ratione sedem illi negabant, quod ipse Melerius olim conniuisset cū Acacianis & Eudoxianis Arianorū deterrimis, à quibus & à Sebaste Armeniæ translatus fuisset in sedem (vt habet Socrates e) Berœensem, & inde in Antiochenam: cui etsi ex Synodi decreto indulgendum esset, vt pristinam sedem reciperet; non in aliam, quā in Sebastenſem seu Berœensem restituendus fuisset. nā cum & illi exulanti suffectus Euzoius Antiochiæ fuisset: quid agendum, si ipse Euzoius reuerti ad Eccl. Cath. voluisset? Vertebātur hæc iurgia inter vtriusq; partis fautores: *cum*, inquit f Sozom. *Meletius ab exilio Antiochiā rediit, & seorsum cum suis extra vrbem conuentus agere aggressus est.* Cæterum ob spectatam sub Constantio aduersus eum & Arianos oēs Meletii confessionem, Orientalium studia erga ipsum videbantur esse propensiora; Occidentalium v. ipsiusq; in primis Romanæ Ecclesiæ Episcopi erga Paulinum, vt quæ sæpe dicentur inferius, declarabunt: ꝙ enim spectatissima hui⁹ fides toto illo ab expulsione Eustathii tempore extitisset, quod q; ab ei⁹ (vt dictū est) sedis Legato ordinatus esset, atq; ab Athan. & aliis in Alexandr. Synodo receptus fuisset, iure recipiēdus ab omnib. videbat.

e Socr. l. 2. c. 34.

f Soz. lib. 5. c. 12.

CCXVIII. TEMPVS REDITVS MELETII ANTIOCHIAM.

Quod vero ad tempus reditus Meletius Antiochiam spectat: Sozomenus g illud in primis affirmat, eo tēpore, quo Lucifer Antiochiam petiit, & Paulinum Episc. ordinauit, Meletium nōdum ab exilio fuisse reuersum Antiochiā. Rursumq; h inferius de eiusdē reditu agens, tum eū redisse tradit, cum iam absoluta Synodo Alexandrina, Euseb. conciliandæ in eo populo discordiæ causa, Antiochiam perrexisset. Cæterum Ioan. Chrysost. cui potius

g Soz. lib. 5. c. 12.

h Idem lib. 5. c. 12.

assentien-

assentiendum, putamus, quippe qui Meletii temporibus vixit, & citiis Antiochenus fuit, atque eiusdem Ecclesiæ presbyter, in ea oratione *a*, quam habuit in die natali eiusdem Meletii, anno quinto (vt ait) post obitum eius; cum testetur, post reditum ab exilio non licuisse ipsi amplius triginta diebus agere Antiochiæ; sed impellentibus Valentem Imperatorem hæreticis, iterum solum vertere coactum esse; cui nec ante obitum Valentis reuerti posse concessum fuisse, à quo, teste Sozomeno, *b* expulsus est: neque postea defuncto Valente, amplius pulsus fuerit: affirmare necesse est, iam ante Valentis imperium, eum Antiochiam redisse, à quo inde pulsus est, cum imperare cepisset, sicque sub Iouiano Imperatore reuersum, sub quo anno sequenti liquet Synodum Antiochiæ celebrasse, vt suo loco dicetur.

a Extat apud Lupum. 5. & Surium 21. Febr.

b Soz. lib. 6. c. 7.

CCXIX. LUCIFERI REDITVS IN OCCIDENTEM.

Sed iam Luciferum Antiochia recedentem, & in Italiam redeuntem assectemur. Ex his autem, quæ de eo scribit Marcellinus presbyter & ipse schismaticus, secta Luciferianus, plane intelligitur, eum venisse Romam, execratumq; esse communionem eorum, qui aliquando cõiuncti fuissent Arianis, vt, cum Neapoli fuit, facto declarauit, vitans communionem Maximi, qui in Zosimi locũ fuerat suffectus. Sed & reliquisse tradit suæ sententiæ in Oriente paucos quosdam asseclas, & inter alios Heraclidam Episcopum Oxirinchi in Ægypto, in Palæstina Hermionem virginem magni nominis, quæ eum Eleutheropoli sub Constantio exulantem fouerat: additq; eandem Hermionem, eius rei causa, quod reuertentes ad Ecclesiã Arianos auersaretur, multa ab Eleutheropolitano Episc. Turbone nomine, passam esse. Sed & de eo Seuerus *c* ait: *Cæterum Lucifer tum Antiochiæ agens longe diuersa sententiæ fuit: nam non tantum eos, qui Arimini fuerant, condemnauit, sed etiam se ab eorum communione separarat, qui eos sub satisfactione & pœnitentia recepissent.*

c Seuer. l. 2.

CCXX. LVCIFERI MISERA NDVS EXITVS.

At de exitu Luciferi hæc Ruffinus *d*: *Regressus ad Sardiniæ partes, siue quia ita morte preuentus, tempus sententiæ mutandæ non habuit (etenim temere cæpta spatio corrigi solent) siue hoc animo immobiliter fœderat parum firmauerim. Ex ipso interim Luciferianorum schismata, quod, licet per paucos, adhuc volutur, sumpsit exordium.* hæc Ruffinus. Addit quoque Theodoretus *e*, eũ post reditum nouam quandam excogitasse doctrinam, quam sectari sint, qui ab eo nomen sunt consecuti. At nihil ad doctrinam Catholicam addidisse Luciferum, testatur S. Ambros. cum hæc de eo habet *f*: *Lucifer n. fe à nostra tunc temporis communione diuiserat: & quanquam profude* exulasset, & fidei sua reliquisset heredes: non putauit tamen* (Satyrus fratet scilicet) *fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenement, cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi & membra lacerari. Et enim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesia sit; non videtur ab his exhiberi Christo fides, à quibus euacuatur eius passio, corpusq; diffinditur,* hæc Ambrosius.

d Ruffin. l. 1. c. 30.

e Theod. li. 3. c. 3.

f Ambr. or. in funere fratris. * proinde.

CCXXI.

Sed & S. Hieronymus multum abest, vt Lucifero falsam doctrinam impingat, quin potius eũ aliqua ex parte excusare nitatur, cum ita ait *g*: *Ventum est ad asperrimum locũ, in quo aduersus voluntatem & propositum meum cogor de B. Lucifero, secus quicquam, quam & illum meritum & mea humanitas poscit, existimare. Sed quid faciam? Veritas offerat, & inuitam linguam conscium ad loquendum pectus impellit. In tali articulo Ecclesiæ, in tanta rabie luporum, segregatis paucis ouibus, reliquum gregem deseruit: bonus quidem ipse pastor, sed multam prædam bestiis relinquens. Præterea illa, quæ quidem ex maledicis quasi satis firma defendunt: hoc illum amore gloriæ & nominis in posteros transmittendi fecisse, nec non & pro simultate, quam aduersus Eusebium propter Antiochenam dissensionem susceperat.* nihil istorum de tali viro credo. *Vnum est, quod etiam in præsenti constanter loquor: verbis eum à vobis dissentire, non rebus, si quidem eos recipiat, qui ab Arianis baptismata consecuti sunt.* hæc Hieronymus.

g Hier. adu. Lucif. tom. 2. LVCIFER ET LVCIFERIANI PROCVL AB HARESI.

CCXXII.

Equidem tam de Lucifero, quam de Luciferianis ab eo ita dictis, illud asseritur etiam à S. Augustino, q. baptismũ minime iterarint: nam de Agone Christiano sic habet *h*: *Nec eos audeamus, qui quamuis neminem rebaptizent, præcidere se tamen ab vnitate, & Luciferiani magis dici, quam Catholici maluerunt. In eo enim, quod intelligunt baptismum Christi non esse repetendum, recte faciunt: sentiunt n. sacramentũ sancti lauacri nusquam esse, nisi ex Catholica Ecclesia: sed eam formam secum habere sacramenta præcisa, quam in ipsa vnitate, antequam præciderentur, acceperant.* Et paulo post: *Quod cum Luciferiani intelligunt, & non repabtizant, non improbamus; sed quod etiam ipsi præcidi à radice voluerunt, quis non detestandum esse cognoscat? & ideo maxime, quia hoc eis displicuit in Ecclesia Catholica, quod vere Catholice sanctitatis est. Nusquam n. tam vigere debent viscera misericordiæ, quam in Catholica Ecclesia, vt tanquam vera mater nec peccantibus filiis superbe insultet, nec correctu difficile ignoscat. Non enim sine causa inter omnes Apostolos huius Ecclesiæ Catholicæ personam sustinet Petrus: huic enim Ecclesiæ claues regni cælorum datæ sunt, cum Petro datæ sunt, & cunctis dicitur, ad omnes dicitur: Amas me? pasce oues meas. Debet ergo Ecclesia Catholica correctis & pœnitentia firmatis filiis libenter ignoscere cum ipsi Petro personam eius gestãti, & cum in mare turbasset, & cum Dominum carnaliter à passione reuocasset, & cum aurem serui gladio præcidisset, & cũ ipsum Dominum ter negasset, & cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esset, videamus ventũ esse concessam, eumq; correctum atque firmatum vsque ad Dominicæ passionis gloriam peruenisse. Itaque post persecutionem, quæ per Arianos hæreticos facta est: postea quam pax, quam quidem Catholica in Domino tenet, etiam à Principibus sæculi reddita est: Episcopi, qui perfidiæ Arianorum in illa persecutione consenserãt, multi correcti redire in Catholicam delegerunt, damnantes siue quod crediderant, siue quod credidisse simulauerant. Hos Ecclesia Catholica materno recipit sinu, tanquam Petrum post fletũ negationis per galli cantum admonitum, aut tanquam eundem post pravam simulationem Pauli voce correctum. Hanc illi matris claritatem superbe accipientes, & impie reprehendentes, quia à Petro post galli cantum surgenti non gratulati sunt, cũ Lucifero, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.* hucusq; Aug. Ex quibus plane constat, Luciferũ & priores illos ab eo dictos Luciferianos schismatis tantũ labe esse pollutos, non noua doctrina nouã hæresim excogitasse, vel vererem sectatos esse: vnde & accidisse putamus, vt neq; ab Epiphanio horum temporum scriptore, neq; à Philastrio hoc ipse proximo, qui catalogum contexuerunt hæreticorum, Luciferiani inter hæreticos numerati sint, prout S. Aug. *m* ad Quoduultdeum scribens animaduertit. Verum de iisdem alicubi se legisse testatur, dixisse animam ex traduce generari, eamque ex carne, & carnis esse substantiam: quod tamen verum ne esset, haud satis sibi fuisse compertum tradit.

h Aug. de Agon. Christ. an. c. 30. circ. 3.

i Matt. 16. & Ioan. 17. Matt. 14. 1. c. 20. Gal. 2.

SCHISMATICI CVRACTI LVCIFERIANI.

l Matt. 26.

m Aug. de hæres. c. 81.

Cæterum adeo pertinaci animo sententiæ suæ non recipiendis cum dignitate lapsis Episcopis insistebant, vt (q. testatur de his S. Hieronymus *n*) inter eos Helladius quidam in Ecclesiam eo cõtumeliæ & blasphemiæ prolapsus sit, vt cum videret tot Episcopos lapsos in hæresim, vel communionem hæreticorum, restitutos, diceret mundum esse diaboli, & ecclesiam in lupanar esse conuersam; in quem idem S. Hieronymus scribens aduersus Luciferianos, spiculum orationis intorquet.

CCXXIII.

n Hier. aduers. Lucif.

Sed cunctis procacior habitus est Hilarius Ecclesiæ Romanæ diaconus, qui non tantum cum Lucifero schismate se ob eam causam ab Ecclesia Catholica segregauit, sed & addidit etiam hæresim, cum diceret nullatenus baptismum hæreticorum recipiendũ esse: ad quam astruendam sententiam commentarios scripsit. Hunc fuisse iunctũ Lucifero collegam in legatione ad Cõstantiũ Imp. à Liberio Rom. Pontifice, superius dictũ est: ipse n. nunc & verbera expertus & vincula & carceres, eadem randem sententia, qua Lucifer, ab eodem Imperatore damnatus atque proscriptus, in exilium missus est; sed infelix gloria nobilis confessionis elatus, spernens eos, qui ceciderant, non solum vna cum Lucifero schismate se ab Ecclesia separauit, sed plusquam ille præsumẽs, hæresim ad schisma superaddidit: quem & S. Hieronymus *o* ob rebaptizationem, Deucalionem Orbis appellat: qui quidem nec ex schismaticis ipsis aliquem habere potuit sectatorem, adeo vt cum homine interierit pariter & secta.

CCXXIV. DE HILARIO DIACONO.

o Hier. aduers. Lucif.

Lucifer vero, qui hoc Iuliani Imperatoris tempore (vt idem quoq; tradit S. Hieronym. *p*) in Sardiniam rediit sub Valentiniano, qui post sequentem annum Imperator creatus est, ex hac vita decessit, absque pace Ecclesiæ, in schismate perseuerans; quod Catholicis magnum intulit

CCXXV.

p Hier. de script. Eccl. in Lucif.

LVCTVS DE CASV LVCIFERI.

luctum,

luctum, & timorem incussit. Luxerunt fideles & pii acerbissimum tanti viri casum, cum videret hominem honestissimis magna gloria pro Ecclesia Catholica perfunctũ legationibus, tot confessionibus insigniter nobilitatum, quot apices in Constantium scripserat pro Athanasio & fide Catholica, totque martyria pro eodem exantlatum, quot annis exul in diuersa loca fuerat deportatus, honorificentissimum coryphæum & antesignanum Catholicorum in tam diuturno, & difficillimo prælio Arianorum, positum instar Hieremiæ in columnam ferream & murum æreum, pro domo Dei, Ecclesia Christi: hunc ipsum, inquã (proh dolor!) post tot victorias & erecta de perfidia debellata trophæa, sub ipsor. triumpho tam infeliciter à dissensionum auctore diabolo superatum, & seperatum ab Ecclesia esse, ac plane prostratum. Quem tunc optimis quibusq; timorem casus incussit? vt illud Zachariæ merito vsurparent *a: Vlula abies, quia cecidit cedrus.* Quanta vero eius esset æstimatio & laus in Ecclesia Dei, vel ab vno Hieronymo discę; qui licet post eius obitum, & pro defensione Catholicæ veritatis de ipso agens, reueritus tamen ante actæ vitæ merita viri, & percelebre nomen, vim vix sibi satis inferre valuit, vt in eum exerat stylum: sed quem veritas acuit, reuerentia mox obtudit, vt pro maledictione benedictionem inferat, cum beatum appeller, atque vt licuit, tandem excuset. Vtinam ipse Lucifer, qui zelo æstuabat Heliæ, & Heliæ dictum *b* audisset: *Non in spiritu vehementi Dominus, non in commotione Dominus, nec in igne Dominus sed in sibilo aurę tenuis.* nempe in mansuetudine, benignitate, & misericordia vere inerat Dominus. Sed de Lucifero hactenus: de Luciferianis vero sæpe suis locis inferius.

a Zach. 11.

b 3. Reg. 19.

CCXXVI. At reliquum est, vt qui Luciferi vsque ad eius obitum profecuti sumus historiam, Eusebii quoq; Episcopi Vercellensis, ipsius olim collegæ, postea autem aduersarii vestigia consectemur. Quid autem suscepta ad Orientales legatione pro reconciliatione lapsorum apud eos egerit, nihil præterea, quam quæ ex Gregorio Nazianzeno atq; aliis superius dicta sunt, reperimus memoriæ commendatum, bene autem gessisse negotium, omnium sententia est. Sed quando in Occidentem reuersus sit, num in huius anni fine, an sequenti anno; haud compertum habetur. Quanta vero, vir sanctissimus, confessionibus adeo clarus, & legatione nuper obita celebris, fuerit ab Italis alacritate susceptus, quamq; lapsis proficuus fuerit eius reditus, S. Hieronymus narrat. Sed de illo non omittendũ, affirmare S. Basilium, quod redeuntem in Italiam Eusebium comitatus fuit Euagrius senior, parens scilicet Euagrii iunioris, qui postea fuit Episcopus Antiochiæ; nam ait *c*: *Senior Euagrius filius Pamphani Antiochensis, qui quondam migrauit versus Occasum cum S. Eusebio, rediit nunc Romæ, &c.* S. Hieronymus igitur agens simul de reditu SS. Hilarii atq; Eusebii, licet illius ante Constantii mortem contigerit, huius vero postea, hæc ait *d*: *Tunc Hilarium deprælio reuertentem Gallicanum Ecclesia complexa est. Tunc ad reditum Eusebij nubes vestes Italia mutauit. Concurrebant Episcopi, qui Ariminensium dolu irretiti sine conscientia hæretici ferebantur, concrepantes corpus Domini, & quicquid in Ecclesia sanctum est, se nihil mali in sua fide suspicato. Putauimus, aiebant, sensum congruere cũ verbis: nec in Ecclesia Dei, vbi simplicitas, vbi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labijs proferri timuimus. Decepit nos bona de malo existimatio: non sumus arbitrati sacerdotes Christi aduersum Christum pugnare. Multaq; alia, quæ breuitatis studio prætereo, flentes asserebant parati & subscriptionem pristinam & omnes Arianorum blasphemias condemnare.*

EVSEBII VERCELLENSIS REDITVS IN ITALIAM.

c Bas. ep. 8.

d Hier. aduers. Lucif. 20. 4.

CCXXVII. *Hoc loco interrogo istos nimium religiosos, quid de confessoribus agendum putauerint? Depositis inquiunt, veteribus Episcopis, nouos ordinassent. Tentatum est. Sed quotus quisq; bene sibi conscius patitur se deponi? præsertim cum omnes populi sacerdotes suos diligentes, pene ad lapides & ad interemptionem deponentium eos conuolauerint? Manssissent, aiunt, intra suam communionem. Hoc est dicere: Irrationabili crudelitate Orbem totum diabolo condonassent. Cur damnassent eos, qui Arianis nonerant? Cur Ecclesiam scinderent in concordia fidei permanentem? Cur denig, credentes bene, obstinatione sua facerent Arianos? Nam cum in Synodo Nicæna, quæ propter Arianam perfidiam congregata est, Episcopos Arianos susceptos sciamus, & Episcopum iam in mundo nullus sit, nisi quos Synodus illa ordinauit: quo modo potuerũt aduersus eam facere, propter quam exilium sustinuerunt?* hæc S. Hieronymus, pro defensione Hilarii atque Eusebii de receptis ab eis lapsis Episcopis, aduersus Luciferi mos tem bene gestam adeo improbantes.

Quid autem de Hilario separatim tradat Seuerus e, hic describemus. Hilarius namque primus ad restitutionem lapsorum, qui prior rediit in Occidentem, viam aperuit, dum coactis Conciliis, in isdemq; conuenientibus Episcopis Gallicanis, ibi qui olim lapsi perseuerabẽt in errore impietatis, depositi sede sunt; qui vero pœnitentes veram fidem confessi sunt, receperunt pristinam sedem, hæc enim his verbis Seuerus: *Verum vbi permensus est orbem pene terrarum malo perfidiæ infectum, dubius animi & magna curarũ mole æstuans, cum plerisq; videretur non incundam cum his communionem, qui Ariminensem Synodum recepissent: optimum factu arbitratus, reuocare cunctos ad emendationem & pœnitentiam: frequentibus intra Gallias Concilijs atque omnibus fere Episcopis de errore professis, & apud Ariminum gesta condemnant, & in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformant. Resistebant sanis consilijs Saturninus Arelatensium Episcopus, vir sane pessimus, & inuicto malo prauoq; verum etiam præter hæresis infamiam multis atque insandis crudelitatibus conuictus, ecclesiæ exitio est. Itaq; parium vires amisso duce infractæ. Paternus etiam à* Petrocoris *atque vecors, nec detrectans perfidiam profitens, sacerdotio pulsus, cæteris venia data. Illud apud omnes constabat vnius Hilarij beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas.* hæc Seuerus: quæ quidem haud potuerunt perfici, viuente Constantio Arianorum patrono: sed post eius obitum, nudatis illis patrocinio Imperatoris, in hũc ipsum annum sunt protensa ac pariter absoluta. Quod a. vnus Hilarius, confessionibus cæteris Episcopis vita functis, tanta præstiterit, mox idem Seuerus subdit de iisdem SS. Episcopis Paulino Treuerensi, & Rodanio Tolosano (de quibus satis superius tomo tertio actum est) clarissimis ob defensionem Catholicæ fidei confessoribus, eosq; in Phrygia tradit non sine corona martyrii exules diem extremum clausisse.

e Seuerus hist. lib. 2.

HILARII EPISCOPI RES GESTÆ POST REDITVM.

*Pettogoticis.

CCXXIX. Quod igitur tum Fortunati testificatione (vt superius dictum est) tum Seueri, vt modo audisti, opera S. Hilarii plura sunt in Galliis Concilia congregata, quibus Orientalium error aduersus Nicænam fidei professionem in diuersis Synodis comprobatus penitus damnaretur, vna cum suis auctoribus, qui prosciripserunt nomen consubstantialitatis in filio Dei: Quid in vno ex iis Conciliis in Gallia congregatis factum sit, vt & quæ in reliquis pariter acta sunt, possimus intelligere, reddimus hic eam, quę nunc extat, Synodalem epistolam missam ex Parisiensi tunc celebrato Concilio ad Orientales, cum illi litteris suis conarentur Gallicanos Episcopos reddere in omnibus, suæ ipsorum perfidiæ professores, habetur in Pithoei Ecclesiasticarum antiquitatum officina, edita vero nuper diligentia doctissimi viri Nicolai Fabri, eius autem sic se habet inscriptio *f*:

f H. Iar. frag. lib. 2. pag. 1. 2. 1.

CCXXX. EPIST. SYNODI PARISIEN. AD ORIENTALES.

Incipit fides Catholica exposita apud Fariseam ciuitatem ab Episcopis Gallicanis ad Orientales Episcopos. pro Farisea autem restituendam in mendoso Codice Parisiam, probe admonuit idem Faber.

Dilectissimis, & beatissimis consacerdotibus Episcopis Orientalibus omnibus, per diuersas prouincias in Christo manentibus, Gallicani Episcopi salutem.

Omni quidem vitæ nostræ fideiq; sensu gratias Deo Patri, per Dominum nostrum Iesum Christum confitemur, quod nos in lumine scientiæ confessionis suæ, doctrinis & propheticis & Apostolicis collocauit, ne secularis imperitia tenebris detecti iudicio sæculi teneremur: Cum sola spes sit plenissima ad salutem, Deum Patrem omnipotentem per vnigenitum eius Dominum Iesum Christum in S. Spiritu confiteri. Sed plane non minor quotidie gratulationis nostræ causa cumulatur, quod liberamus nos ab errore mundi, nunc etiam inexpiabili hæreticorum admisceri non patitur societati.

CCXXXI. *Ex litteris enim vestris, quas dilecto fratri & consacerdoti nostro Hilario direxistis, fraudem diabuli, & conspirantia aduersus Ecclesiam Domini hæreticorum ingenia cognouimus, vt dum se in partibus Orientis, atque in Occidentis, diuersis inuicem opinionibus fallerentur. Nam plures numero, qui aut Arimini, aut Niczę*

adfue-

adfuerunt, sub auctoritate vestri nominis ad Vsie silentium sunt coacti: Quod verbum à vobis quondam contra Arianam tarum hæresim inuentum, nobis semper sanctæ, fideliterq; susceptum est. Nam Homousij sermonem ad veram & legitimam ex Deo Patre vnigeniti DEI natiuitatem sumus amplexi, detestantes secundum Sabellij blasphemias ipsam vnionem, neque aliquam partem Patris esse Filium intelligentes, sed ex toto atque perfecto innascibili Deo, totum atque perfectum vnigenitum Deum natum, vnum à nobis idcirco, vel Vsie, vel substantiæ cum Deo Patre confessum, ne creatura potius, aut adoptio, aut adpellatio videretur. Et quia ex ipso esset, vt ex Patre Filius, vt ex Deo Deus, vt ex virtute virtus, vt ex spiritu spiritus, vt lumen ex lumine, similitudinem quoque eius ad Deum Patrem non inuiti audientes, quippe cum imago inuisibilis Dei sit, sed eam solam similitudinem dignam ad Patrem intelligentes, quæ veri Dei sit ad Deum verum, ita vt non vnio diuinitatis, sed vnitas intelligatur: quia vnio sit singularis, vnitas vero secundum natiuitatis veritatem plenitudo nascentis sit, maxime cum Dominus ipse IESVS Christus ad discipulos suos sit professus, dicens: Ego & Pater vnum sumus, quo non solum charitatem, quæ ad Patrem est, sed & diuinitatem, quæ Dei ex Deo est, significat, secundum illud: Qui me vidit, vidit & Patrem: & Si mihi non vultis credere, vel operibus meis credite, quia Pater in me est, & ego in Patre.

CCXXXII. Hanc igitur fidem semper tenentes, & tenebimus, detestantes quoque eos, qui dicunt: Non erat, antequam nasceretur, non quod vnigenitum Deum innascibilem prædicemus, sed quod impium sit, maximè Deo temporum, tempus aliquod anteferre, cum ipsum illud, antequam nasceretur, non fuerit, sit temporis. Sed & obedientem quoque Patri Filium etiam vsque ad mortem Crucis, secundum infirmitatem assumpti hominis, non negamus: cum ipse de ascensu suo ad cœlos locutus sit: Si diligeretis me, gauderetis, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est, per cuius carnis susceptionem nos sibi fratres communicare dignatus est, cum in forma Dei manens, forma serui esse voluit.

CCXXXIII. Itaque, carissimi, cum ex literis vestris in Vsie silentio fraudem se passam simplicitas nostra cognosceret, etiam pietatem eorum, qui Arimino Constantinopolim venerterunt, * conuentos sicut Epistola nostra contenta testatur, neque eos ad tantam rem blasphemiarum damnationem potuisse compellere; fidelis Dominici nominis prædicator frater noster Hilarius nunciauerit. Nos quoque ab his omnibus, quæ per ignorantiam perperam gesta sunt, referimus, Auxentium & Vrsatium ac Valentem, Gaium, Megasium, & Iustinum excommunicatos habemus secundum literas vestras, & certe, vt diximus, iuxta fratris nostri Hilarij professionem, qui separatum cum his, qui horum sectarentur errores, habiturum negauit, blasphemiasque omnes, quas literis vestris subiecistis, damnamus, maximeque eorum Sacerdotes apostatas respuentes, qui in loca fratrum indignissimè exultantium quorundam, aut impietate sunt substituti; pollicentes hoc coram Deo, atque etiam confitentes, vt quisquis his, quæ statuimus, intra Gallias putauerit reuertendum, à communione ac fede sit Sacerdotij abscedendus. Neque enim vt alias, aut occasionem prædicandi non damnando permittens, aut contra Deum & Christi vnigeni Dei maiestatem aliter, quam nos de Homousij significatione sentimus, obtinens, dignus erit sanctitate Sacerdotij nominis iudicandus: à quo etiam Saturninum, qui statutis salubribus impiissime contradixit, secundum fratrum nostrorum geminas iam literas excommunicatum ab omnibus Gallicanis Episcopis, charitas vestra cognoscat: quem & veteri dissimulata, iam diu licet, crimina, & catera edita Epistolis suis, noua temeritatis irreligiositas indignum Episcopi nomine esse fecerunt.

Explicit fides Catholica exposita apud Ariminum ciuitatem ab Episcopis Gallicanis, ad Orientales Episcopos. hactenus ibi. Ex his plane commendatur sincera fides atq; constantia Ecclesiæ Gallicanæ, cum in tanto numero Episcoporum vnus duntaxat sit repertus Saturninus, qui inhæserit Arianis, reliquis omnibus sequentibus sanctum Hilarium, ex cuius literis omnes tãquam leunculi post leonem aduersus lupos ingruentes insilierint: Gloria hæc est S. Hilarij, qui scriptis suis eosdem Galliarum Episcopos in Arianos commouerit, & iugiter aduersus eos in officio continuerit.

CCXXXIV. At quid Ruffinus commentus sit Hilario contigisse, cum vni ex his Synodis post Ariminense Concilium interfuit, S. Hieronymus eius figmentum explodens, sic refutat his verbis a: Nouis sufficit Græcos & antiquos calumniari, de quibus pro vetustate temporum, & longinquitate regionum, habet licentiam quicquid voluerit mentiendi: venit ad Latinos, & primum ponit Hilarium confessorem, quod post Arimin ensem Synodum liber illius falsatus ab hæreticis sit. & ob hanc causam, cum in Concilio Episcoporum ei quæstio moueretur, proferri librum de domo sua tulerit, qui nesciente se in scriptis suis hæreticus temperaturecumq; prolatus fuisset, & ab omnibus hæreticis iudicatus, auctor libri excommunicatus de Concily consentione discesserit. hæc Hieronymus ex Russino de Hilario. Sed tantæ (subdit idem Hieronymus) Ruffinus auctoritatis se putat, vt cum hoc familiaribus suis narrat somnium, nemo ei contra confessorem ista simulantem audeat contradicere. Respondeo quæso: Synodus, in qua excommunicatus est, in qua vrbe fuit? Duæ Episcoporum vocabula: proferentias subscribentium, vel diuersitatem, vel consonantiam. Dice, qui eo anno Consules fuerint, qui Imperator hanc Synodum tulerit & congregari: Gallia ne tantum Episcopi fuerint, an & Italiæ & Hispaniæ: vel certe quam ob causam Synodus congregata sit. Nihil horum nominas: sed virum eloquentissimum, & contra Arianos Latini sermonis tubam, vt Origenem defendas, excommunicatum a Synodo criminaris. Sed confessorum calumnia vtcunq; toleranda est: transit ad inclytum martyrem Cyprianum, &c.

a Hieron. apolog. ad lib. 3. Ruffi. l. 10. RVFFINI COMMENTVM REFICITVR.

At præter hæc, quæ obiter S. Hieronymus attigit ad refellendam de Hilario imposituram: dixerim nimis insulsum atque frigidam videri hanc de excommunicato a Catholicis Hilario anilem recitatam à Ruffino fabellã, ab omni prorsus veri simili ratione procul abhorrentem. Nam esto falsatus fuerit eiusdem Hilarij commentarius, & ita hæreticè scriptus coram Patribus editus: potuit ne Hilarius tacuisse, in proditorem non reclamasse, proditionem non arguisse, ex aliisq; ab ipso editis commentariis fraudem hæreticorum, suam vero innocentiam non demonstrasse? sed & quid ipse crederet, licet scripta deessent, nonne vel exilia ipsius pro Catholica fide pericula aliorum spatiis tolerata clamarent? vel ipsi his omnib. cautisset, an non liberum esse, vel tunc saltem quid de fide sentiret coram Patribus aperire? verum potius quasi factireus, criminis conscius, nulla defensione præposita, vel excusatione opposita è Synodo excommunicatus mutus abscesserit? Sed faceſſant prorsus deliramenta Russini, à S. Hieronymo iure meritoque derisa: quibus perſimilis fabula, quam recentior auctor recitauit de Hilario in Synodo pariter controuersia cum Leone quodam imaginariè excogitato Romano Pontifice, qui instar Arij crepuerit medius, & sic obierit. CCXXV.

Sed & prouocandus Russinus est ad ea, quæ idem ipse de Hilario, cum liberior esset affectibus, & rem serio ageret, scriptis restata reliquit, necnõ de Eusebio, cum ambo ab exilio in Occidentem reuersi sunt: atq; primũ de Eusebio his verbis b: Eusebius vero circumiens Orientem atq; Italiam, medicis pariter & Sacerdotis fungebatur officio: singulas quasque Ecclesias, abusata infidelitate, ad sanitatem rectæ fidei reuocabat. Maximè quod Hilarium, quem dudum cum cæteris Episcopis in exilium trusum esse memorauimus, regressum iam, & in Italia positum, hæc eadem erga instaurandas Ecclesias, fidemque Patrum reparandam, reperit molientem. Nosti quod Hilarius vir natura lenis & placidus, simulq; eruditus, & ad persuadendum commodissimus, rem diligentius & aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos edidit, quibus & hæreticorum versutias, & nostrorum deceptiones, & male credulam simplicitatem, ita diligenter exposuit, vt & præsentes & longe positos, quibus ipse differre vna voce non poterat, perfectissima institutione corrigeret. Ita duo isti viri, velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasq, suo splendore radiarunt, vt omnes etiam de abditis angulis & abstrusis hæreticorum tenebris fugarentur. hactenus ipse: at de Hilarij laboribus contra Auxentium Mediolanensem Ecclesiam occupantem exantlaris, suo loco infetius pluribus, itemque de rebus Eusebij. CCXXVI.

b Ruffin. l. 1 c. 30. 31. EVSEBII ET HILARII RES GESTÆ POST REDITVM.

Sed & de Hilario illam prætermittimus calumniam refutare, quam calumniantiũ insciti a ipsa redarguit, qui rerum gestarum prorsus ignari, nominum occasione errore labuntur, dum putantes eundem esse Hilarium CCXXVII.

c Anast. Auctor impugnat. cauturiatores.

CALVMNIA CENTVRIATORVM.

Episcopum Pictauiensem cum Hilario illo diacono, cuius est mentio apud S. Hieronymum in commentario aduersus Luciferianos, impingunt sanctissimo viro pergraues Hilarij illius errores, nempe cum schismate anabaptismum: in meridiana luce adeo turpiter calligantes, cum eum idem Hieronymus disertis verbis apertisque notis sæpe diaconum nominet, & ex rebus gestis accurate describat: vt ex his lector intelligas furentium hæreticorum rabiem, quouis prætextu sanctos vitos carpere quæritantium.

CCXXXVIII

Cæterum sicut summa industria vidimus collaborasse S. Episcopos confessores, vt quem disperserat Constantij persecutio, Catholicum gregem in sinceræ fidei ouile cogerent: ita & qui contradicētes Acacianis & Eudoxianis Semiarianis dicebantur hæretici, persecutione non leui à Constantio exagitati, quod ijsdem, quibus ille patrocinabatur hæreticis, minimè consensissent; eius morte excusso iugo, quo detinebātur oppressi, & ipsi edicto Iuliani ad proprias, ex quibus exularūt, Ecclesias restituti, aduersus eosdem Eudoxianos & Acacianos magnopere incitati, conuentus agebant. Quinam autem isti fuerint, quidve molliti sint, Sozomenus docet *a*, dum post Hilarij atque Eusebij reditum ita ait: *Dum hæc geruntur, Macedonij sectatores, quorum è numero fuit Eleusius, Eustathius, & Sophronius, iam tum palam Macedoniā appellari cœpti, & velut in separatum cœtum segregati, atque morte Constantij impunitatem nacti, conuocant in vnum Seleuciæ suæ opinionis fautores, & Concilia quædam habent, in quibus & condicant Acacianos, & fidem Arimini stabilitam reijciunt, formulasq; fidei Antiochia edita & post à Concilio Seleuciæ congregato confirmata suffragantur. Ac cum criminis loco illis esset obiectum, quod cum Acacianis dissiderent, quippe cum ante cum ijsdem tanquam eiusdem communionis communicassent: per Sophronium Paphlagonem respondebant: quod, quoniam Episcopi Occidentis Filium Patri consubstantialem asseruerant, Arrius autem eum substantia Patri dissimilem docuerat; & illi separatas Patrem & Filij substantias vocabulo, consubstantialis, in vnam confuse colligauerant, hic autem proprietatem naturæ Filij à Patris natura admodum disiunxerat: idcirco ipsi pie fecissent, quod Filium Patri substantia similem dixerant: & mediam hanc viam, quoniam vtrique illi ad contraria extrema deflexissent, sibi delegerant ad insistendum. Atque hi quidem illis, à quibus erant accusati, hoc modo se purgare conabantur.* at improbè quidem, neque adeo medium posset inueniri inter asserentes Christum verè Deum, & non Deum. Nam cum nonnisi vnus sit Deus, vnaq; Diuina substantia: si affirmandum erat, Christum Deum vere esse, plane Patri consubstantialem dicere necesse fuisset. Eadem, quæ Sozomenus, ex Sabino Socrates *b*. At hæc hactenus, reliqua autem de ipsis inferius suo tempore.

a Soz. li. 5. c. 13. MACEDONIANI QVID MACHINATI SINT.

b Socra. li. 2. c. 8.

CCXXXIX. ARIANI MOVENT GENTILES IN ATHANASIVM.

Rursum vero qui erant Alexandriæ Ariani, indigno ferentes animo, Athanasium sedem Alexandrinam, ex qua sæpe eiectus fuerat, recepisse, eiusq; reditu redditam Ecclesiam Catholicā florentissimam, fœdus ineunt cum Gentilibus, quos & in eundem Athanasium concitāt, ea arrepta occasione, quod ille nobilissimas quasdam matronas Gentilium superstitioni addictas, ad Christianam fidem conuersas, magno dedecore Imperij Iuliani, & Christianæ religionis summa gloria baptizasset: simulq; in Athanasium communicato consilio, ad Iulianum aduersus eum literas dant, quinetiam addit Ruffinus *c*, hostes Athanasij veluti tetros serpentes, cauernis egressos vna secum duxisse magos, aruspices, & augures, qui omnes simul contestarentur, nihil prosperum successurum, nisi Athanasius expelleretur. quibus ille acceptis, de expellēdo ab ea vrbe Athanasio, cum ad Alexandrinos, tum ad Ecdicium Ægypti Præfectum rescriptum dedit.

c Ruffin. li. 1. c. 33.

CCXL. ATHANASIVS ALEXANDRIA RECEDIT. d Soz. li. 5. c. 14.

Hoc igitur anno ante Kalendas Decembris, S. Athanasius, cum Arianorum, tum etiam Gentilium inuidia à Iuliano exagitatus, Alexādria cogitur profiscisi. Cur autem in eum adeo commotus fuerit Iulianus, Sozomenus d huiusmodi causas affert, dum ait: *Imperator cum accepisset, ipsum conuentus in Ecclesia Alexandrina agere, libere populum docere, & multos Gentiles eius suasu ad Christi fidem traduci; dat mandatum, vt excat Alexandria: quod si vbi maneret, grauissima ei supplicia arrogata fore. Causam autem ad eum incusandum simulauerat, quod cum ab Imperatoribus, qui ipsum antegressi fuerant, esset exilio condemnatus, potestate à nullo accepta ipse suopte motu sedem Episcopalem denuo occupasset. Nam se non fecisse potestatem his, quos Constantius in exilium miserat, ad Ecclesias suas regendas, sed in patriam solum reuertendi dicebat.* hæc Sozomenus, & quidem ex literis eiusdem Iuliani ad Alexandrinos scriptis, quæ sic se habent *e*;

Æquum erat, eum, qui regiis & Imperatoriis edictis compluribus electus fuerat, vnum saltem edictum regium expectare, at tum denique domum suam redire, non autem singulari audacia atque amentia fretum, legibus tanquam omnino extinctis ac perditis illudere. Etenim nunc quoque hos Galilæi à Constantio electi, non redutum ad suas Ecclesias, sed in patriam cuique suam concessimus. Audio, Athanasium hominem audacissimum, solita audacia elatum, Episcopatus sedem (vt ipsi appellant) iterum vsurpare, id vero non mediocriter Alexandrino populo displicere. Quare eum iubemus vrbe excedere eo ipso die, quo humanitatis nostræ literas acceperit. Quod si in vrbe manserit, longe ei maiores grauioresq; pœnas denunciamus. hæc Iulianus ad Alexandrinos. Ad Ecdicium autem Præfectum Ægypti eodem argumento sic scripsit, vbi veram causam, cur in eum infensus esset, patefacit *f*:

e Iul. epist. 57.

CCXLII. LITERÆ IVLIANI CONTRA ATHANASIVM.

Iulianus Ecdicio Præfecto Ægyptiorum. Et si nihil de cæteris scribis, attamen de illo deorum hoste Athanasio scribere certe debuisti; præsertim cum præclara nostra decreta multo ante audiuisses. Testor magnum Serapin, nisi ante Kal. Decemb. inimicus deorum Athanasius ex ea vrbe, vel potius ex vniuersa Ægypto discesserit, cautum auri pondo coborsem, quæ tibi pareat, mulctaturum iri. Scio autem, quam sim lentus ad condemnandum, & quanto lentior, post quam condemnauero, ad ignoscendum. Per mihi molestum est, eius operā deos omnes contemni. Equidem ex tuis factis nullum libentius video, imo audiuero, quam Athanasium illum scelestum ex omnibus Ægypti locis pulsum esse, qui ausus est in meo regno fanum Græcorum illustres ad baptismum impellere. hactenus ad Ecdicium Iulianus.

f Iul. ep. 6. CCXLIII. IVLIANI EPISTOLA AD ECDICIVM.

His omnibus Imperatoriis rescriptis coactus est Magnus Athanasius solum vertere: de cuius Alexandria discessu hæc habet Sozomenus *g*: *Cum vero*, inquit, *propter hoc imperatoris edictum esset fugam facturus, videretque multitudinem Christianorum circa se lachrymas profundentem: Bono animo, inquit, estote: nebula enim est, & breui euanescet. Quæ cum dixisset, ad iter se parat; & Ecclesia amicis, quibus cum arctiore amoris vinculo colligatus erat, commendata, ex vrbe egreditur.* hæc Sozomenus de Athanasij ab vrbe discessione. Addit vero Theodoretus *h*, literis Iuliani secretioribus non Alexandria solum expelli iussum esse Athanasium, verum etiam occidi; nam inquit: *Vbi intellexit Athanasius, quosdam ad se comprehendendum missos, se clam inde subduxit, & reperto ad ripam fluminis nauigio, recta in Thebaidem trauecit. Qui autem iussu erat, vt eum occideret, factus de eius fuga certior, quantumpotest, persequitur. At cum quidam ex familiaribus Athanasij auertissent, dicereteq; hominem eum propere persequi, nonnulli, qui comitabantur Athanasium, orabant, vt de via in solitudinem declineret. At ipse dat mandatum gubernatori, vt nauigium verso Alexandriam dirigat. Sic igitur illis ei, qui persequebatur, obuiam factus; venit bono ille, qui mandatum de interficiendo Athanasium acceperat, sciscitaturq; quantum inde abesset Athanasius: Vbi Athanasium respondet, eum non longe abesse: sic, dimittit: ipse autem redit Alexandriam; atque reliquo tempore, quo vixit Iulianus, ibi delituit.* hæc Theodoretus: ante ipsum eadem habent Ruffinus *i* & Socrates *k*. Quod autem ciuitas Alexandrina referta esset Christianis Catholicis, ex quibus & Senatus amplissimus magna ex parte æquè constaret, factum est, vt ijdem indigno ferentes animo Athanasium ab vrbe Alexandrina coactum esse discedere, pro eius reditu ad eundem Iulianum literas supplices darent: quibus ille acceptis, infenso tum in eos, tum in Athanasium animo, ita rescripsit:

g Theo. li. 3. c. 8.

CCXLIII. RECEDIT ATHANASIVS ALEXANDRIA. g Soz. li. 5. c. 14.

Iulianus Alexandrinis. Si quis eorum, qui vestram incolunt vrbem, contemptis vestris scribis, à vobis defuerit; quas deceret præmia vitæ suæ pœnas vos ipsi ab eo vtique acciperetis. At si quis nouam religionem & nouam introduxerit doctrinam; congruum

i Ruffi. lib. 1. c. 34. k Socra. li. 3. c. 12.

CCXLIV. EPISTOLA IVLIANI AD ALEXANDRINOS

esset, vt nostram etiam operam in eum implorare tis, nec segniter ita vos haberetis, vt in Athanasium fecistis. Vos vero contra. Nam cum huius vrbis fundator fuerit Alexander, & eius custos Rex Serapis, vna cum Regina totius Ægypti Iside, non solum eos qui bene valent, hoc est, qui nobiscum rite sentiunt, non imitamini, sed potius ea vrbis pars, quæ ægrotat, id est, non bene sentit de diis, cognomen dedit ciuitati, scilicet vt Christiani dicamini. Me vero, per deos, pudet si quis Alexandrinorum se Galilæum esse profiteur. Hebræi siquidem horum patres Ægyptijs olim seruierunt: vos vero nunc contra, viri Alexandrini, Ægyptiorum Domini (vester enim fundator Ægyptijs imperauit) ijs, qui vestræ patriæ æterna dogmata contempserunt, voluntariam quoq; pro veteribus legibus vestris seruitutem seruire sustinetis: neq; in memoriam reuocatis veterem illam felicitatẽ, cum ijsdem essent vobis dq; qui & toti Ægypto, quod fruebamini bonis. At qui nouam hanc religionem introduxerunt, eiusnam boni causa fuerunt, dicite mihi quæso vos?

CCXLV *Fundator vobis fuit Alexander Macedo, vir pius, neque per Iouem, secundum hos fuit, neque quales sunt Hebræi, quamquam illi hi longe erant meliores: & illis quidem Ptolomeus Lagi fuit auctor. Alexander vero, si cum Romanis bellum gessisset ..... Quid igitur post fundatorem Alexandrum? Ptolomæus cum vrbem vestram, vt suam filiam educássent; non verbis quidem IESV auxerunt, neq; doctrina inimicissimorum Galilæorum hoc regimen illi summo cum artificio instituerunt, quo nunc feliciter gubernatur. Tertij post quam nos Romani huius vrbis potiti summo imperio, electu Ptolomæi, qui eam, non vt deerebat, gubernabant; & ad vos Augustus accessit, vestrosq; allocutus est cines, & dixit: Alexandrini, condono vrbi vestræ omnia, magni dei Serapidis veneratione commotus, necnon ipsius populi & vrbis magnitudinis: Tertia præterea causa est mea erga vos benevolentiæ amicus noster Arius.* IVLIANVS STVDIOSVS ARII.

Erat autem Arius ciuis quidem vester, Cæsaris Augusti familiaris a, *& Philosophus. Quæ itaque priuatim à cælestibus diis erga vestram vrbem extitere (vt breuiter dicam) talia sunt: omitto autem breuitatis studio alia multa. Quæ vero communiter indies vna cum alijs hominibus non paucis quidem, vel cum vno genere, vel vna vrbe, sed cum vniuerso simul Orbe ab illis diis sunt vobis concessa, quo modo vos illa nescitis? Soli ne vos splendorem à Sole proficiscentem sensu non percipitis? Soli ne æstatem ignoratis, & hyemem ab ipso fieri, & ab ipso singula produci, & viuificari? Non agnoscitis Lunam, qua ex ipsa & ab ipso est omnium procreatrix, quot bonorum vrbi sunt, causa? Et horum deorum neminem colere audetis: sed potius Iesum, quem neq; vos, neque parentes vestri crediderunt, Deum Verbum necessario esse opinamini? Quem vero à seculo vniuersum genus humanum & videt & audit, & qui dum colitur, nos felices reddit, magnum, inquam, Solem, viuam imaginem intelligibilis Patris, & animatam, & intelligentem, & benefactorem parum pendetis?*

a Hæc ex Plutarcho ex Antonio & Dione lib. Rom. lib. 51.

CCXLVI. *Si mihi obedieritis admonenti; vosq; ad veritatem vocanti, dum eum auscultaueritis, Iulianum scilicet, qui illa Christianorum, videlicet religionem, viginti iam secutus fuit annos; nunc vero, deorum ope, duodenarius agitur annus, hanc graditur viam: si igitur obedere placitum fuerit, magis lætabimini. Sin autem in insania & catechesi prauorum virorum perstitere velitis; inuicem saltẽ consentite, nec Athanasium optate: sunt enim alij multi eius discipuli, qui vestras prurientes aures, & quæ verborum indigent impiorum, consolari poterunt. Vtinam enim in Athanasio solo impiæ eius schola occluderetur impietas, & in illo terminaretur: nunc vero complures ex vobis non ignobiles sunt, vt nihil eo sit opus: quemcunque enim ex plebe sumpseritis, quod ad Scripturarum doctrinam attinet, non est inferior Athanasio illo, quem exoptatis. Qui si delogentiam ac discursum videntes Athanasij (aulico enim astutum & prauum hominem esse) vt domum illis redire liceat, petitis: scitote hac de causa ab vrbe pulsum: inutilis est enim Reipubl. & nobis, vt vir, qui populo præsit, vbiq; se ingerat, sed minus dicendus vir, sed homuncio humilis. Qualis iste Magnus, de cuius vita discrimen esse videtur, & perturbati ordinu instrum præbet? Quapropter ne quid tale sit inter vos, ab vrbe discedere præcipimus olim: nunc vero ab vniuersa Ægypto expellere, integrum sit vestris ciuibus Alexandrinis de hoc sententiam dicere.* IVLIANI IN ATHANASIVM. ODIVM.

hactenus Iulianus ad Catholicos Alexandrinos, in quos conuersus est furor Gentilium, Arianorum pariter, & Iudæorum: nam subdit Socrates b:

b Socra. lib. 3. c. 11. CCXLVII. *Eiusmodi tempestates post crebras Christianorum persecutiones, post ærumnas à Gentilibus illis inflictas, sic in caput Alexandrini Episcopi redundarunt. Porro prouinciarum Præsides rati ex Imperatoris religione sibi tempus opportunum oblatum, quo quæstum facerent, vltra quam Imperatoris edicta postulabant, Christianos vexare; maiorem pecuniæ summam, quam oportebat, exigere, interdum eorum corporibus supplicia infligere cœperunt. Quæ cum intellexisset Imperator, neglexit, & Christianis, qui de ipsis iniurijs Epistulaturi ad eum venissent, ita (ex more videlicet) respondit: Vestrum est, cum estis animo afflicti, æquo animo tolerare: quippe istud à Deo vestro præceptum accepistis.* sed hoc commune cum aliis. Cæterum tunc accidisse putãdum, quod S. Ambrosius c scribit ad Theodosium Imperatorem: nimirum sub Iuliano Iudæos vna cum Gentilibus incendisse basilicam Alexandrinam.

PERSECVTIO IN ECCLESIAM ALEXANDRINAM.

c Ambros. epist. 29.

At ex his omnibus maiora fuerunt Athanasio trophæa victoriæ comparata, vt post alios Imperatores Iulianum quoque aduersarium expetiretur, eumque Christi virtute prosterneret. Ad hæc omnia quidem alludit Gregorius Nazianzenus, dum ait: *Sic igitur* d *Athanasium egregium virum triplici certamine vincere oportebat, vt pleno atque perfecto laudis præconio celebraretur.* nempe cum primo sub Constantino Magno, deinde sub filio eius Constantio, demum sub Iuliano certasset: quibus præliis non solum postremos ipsos duos Principes impios superasset, sed & sub illis militantes Ethnicos idolorum cultores, Iudæos, & Arianos. Non multum vero temporis intercessit (idem addit Gregorius) Deus vltus est ignominiam Athanasij, tradens hostibus impium persecutorem. Sed de his suo loco.

CCXLVIII.

d Greg. Naz. orat. de S. Athanasio.

Iam vero enarratis rebus gestis à Iuliano Imperatore in Oriente; à nobis ratio téporis exigit, vt quod in Occidente, atq; potissimũ Romæ per eius Præfectos, ipso pariter conniuente, actum sit, recenseamus. Quod enim ibi magis Christiana religio & numero & firmitate aucta videretur ac stabilita; rursumq; Gentilitia superstitio magna ex parte collapsa esset, atq; prostrata: haud mediocri studio & contentione illam deprimere, hanc vero excitare Iulianus conatus est; pertigerat magnopere ipsius animum post alias innumerabiles plane clades à Constantino atq; Constantio diis Romanorum illatas, quod nobilem apud eos in capitolio sitam Victoriæ aram Constans Augustus (vt suo loco dictum est) iussit auferri; sed sub Magnentio tyranno restitutam, Constantius iterum inde abstulit: quod & testatur Symachus pro eadem ara Victoriæ certans, scribens ad Valentinianum. Qui item in Senatu Gentiles erant, & in populo partiis diis addicti, sub Constantino olim ea de causa tumultuati; idemque sub eius successoribus vix in officio contenti, & Imperatoria potestate cohibiti; iam defunctis Christianis Augustis, sub Iuliano diis addicto, compressam diu ceruicem erigere, & in Christianam religionem caput extollere, vindictam de contemptis atque ignominia affectis diis expetere, in Fideles insurgere, conceptum retentumque diu in stomacho odium euomere cœpisse, furoribq; vi cohibitum impetu relaxasse, quis dubitat? Ex his enim, quæ in alia ciuitatibus facta recensuimus; quid Romæ, vbi maiora iacta essent & iam coaluissent semina contentionum atq; tixarum, gestum sit, potest quisq; perfacile intelligere: cum præsertim de Præfectorum ex Gentilibus ascitorum animis in Christianos exacerbatis nemo iure possit dubitare: quos liquet pariter Iulianum clanculum in eorundem necem armasse. Quod enim idem Augustus nollet à Christianis palam protecutor haberi, inuidertetque illis itidem coronam martyrij; quodque etiam illi adeo creuissent numero, vt periculosam dubiamque aleam iacere videri posset, si exerto publicè gladio in eos publice desæuiret: more suo dolo in eos agere, alias diuersasque prætexendo causas, easdemque remotas excogitando, ipsos per suos aggressus est persequi magistratus.

IVLIANI PERSECVTIO CONVERSA IN ROM. ECCLESIAM.

CCL. At quoniam non omnium, quæ aduersus Christianos hoc tempore per Iuliani nouos Præfectos sunt actitata, memoria est: ex paucis, quæ extant vtcumque tradita posteris, reliqua obliuione sepulta contemplari licebit. Res quidem lento gradu agi cœpta est, cum in eorum bona

primum hicis insurgeret, qui in aula Christianorum Imperatorum militassent, causa illa communi obtenta (ne mo[re] prædonum in patrimonia locupletum grassari videretur) quod ex templorum diuitiis expilatis olim fortunas auxisset. Quod si adeo hæc causa deesset, vt nec locus videretur esse fictioni atq; calumniæ; illa in promptu aderat, quam etiam (vt vidimus) in rescriptis inferre minimè cunctabatur: nimirũ Christianos ex Euangelij præscripto nequaquam affluere debere diuitiis, sed eas pertribus impendere & superaddere; imo & perfectionis adipiscendæ gratia omnia penitus erogare debere: quod quibus manet regnum in cœlo, libenti animo patiantur dispendium terrenæ substantiæ. Hisce plane colotibus rapax fiscus iniecit auidas manus in Gallicani viri Consularis, olim generi Constantini, opulentissimum patrimonium. Sed quid accidit memoria dignum? Ipse Christus, in cuius pauperes Gallicani diuitiæ erogabantur, tutatus est reditus egenorum pauendis plane prodigis: nam quicunq; accedebat, vt prædiis vel domibus fiscales affigeret titulos, vel exigeret pensiones; arripiebatur à dæmone; vel percussus lepra, euestigio recedebat. Sed nequam illi spiritus experentes de Gallicano vindictam, ab obsessis corpotibus se minimè egredi posse iactabant, nisi idem ipse diis sacra ageret Gallicanus. Qui ex de re conuentus, cum facere renuisset, Iuliani rescripto ex Italiæ finibus abire iussus, se contulit Alexandriam; vbi à Ranciano Comite truncatus capite, martyrium feliciter consecutus est. Quo eodem tempore Rom[æ] Hilarius Gallicani perneccessarius, hic non Donatus Episcopus Aretinus, spectatæ vir sanctitudinis, obtruncatione capitis martyrium cõsummarunt. Hæc autem tum ipsorum Acta, tum etiam tabulæ Ecclesiasticæ, quib. singulorum natales dies à cõscripti habentur, anniuersariæ memoriæ celebratione testantur.

GALLICANI MARTYRIVM.

a *Die 17. Iunij 10. Iulij 7. Augusti*

CCLI. Sed post hæc Ioannem & Paulum in aula Constantini Magni inter primos olim educatos, & honoribus auctos, negantes se velle deinceps inter Iuliani familiares adnumerari, Terentianus Prætorianorũ Præfectus domi conuentos, & ad Iouis cultum inuitatos, renuentes, abscissis eorum capitibus, secreto sepeliendos curauit, rumorem illum de ipsis in vulgus dissipans, eos exilij sententia condemnatos solus vertisse. Sed dæmones martyrum gloria atque virtute cognoscere cruciati, scelus perpetratum aperuerunt, dum ex obsessis corpotibus inclamarent, Paulum & Ioannem gladio Terentiani esse necatos: quorum vnus, idemque eiusdem Terentiani filius arreptitius ad sepulchrum martyrum, quod ipsi dæmones inuiti manifestarant, adductus, continuo liberatus est. Quo tam mirifico signo ipse Terentianus admonitus, missum fecit prorsus patriorum deorum cultum; Christoque credens, initiari voluit sacro baptismo; ipsumque certamen martyrum, cuius auctor extiterat, scriptorum monumentis perpetuæ memoriæ commendauit: quæ tamen haud ea esse prorsus contendimus, quæ præ manibus hodie habentur, sed ex illis nonnulla accepta, additaq; alia, quæ veritati haud videntur posse congruere, vt dum res gestæ ita ponitur Romæ, cum ibi Iulianus Imperator adesset; quem constat his persecutionis temporibus, quibus solus regnauit, nunquam recessisse ab Oriente. Clara est horum martyrum memoria, publicis consignata monumentis, diei natalis dedicatione solenni *b*: qua anniuersaria recurrente die, nempe sexto Kal. Iulij, Iulianus occisus in Perside dedit meritas de effuso sanguine martyrum pœnas.

PAVLI ET IOANNIS CERTAMEN.

b *Die 26. Iunij.*

CCLII. Hoc tempore Pigmenius Romanæ Eccesiæ presbyter tituli Pastoris, nihil sub impio Imperatore remittens vigoris animi in detestandis Gentium diis, ac sub Christianis Imperatoribus fecerat, violenta Gentilium manu præcipitatus in Tyberim, quam diu optauerat, martyrij coronam cõsecutus est nono Kal. Aprilis, qua die eius memoria in Ecclesiasticis indicibus adscripta integra permanet: Acta vero martyrij illius nonnihil apparent esse corrupta.

PIGMENII MARTYRIVM.

CCLIII. Ex clero item Romano gladio martyrium cõsummasse Priscum presbyterum, & Priscillianum inferioris ordinis clericum, indicant partier tabulæ Ecclesiasticæ pridie Nonas Ianuarij; qua etiam die sub eodem Iuliano subijisse pro fide Christiana certamen Benedictũ religiosam fœminam, in ijsdem notatum habetur, nec non natalis Dafrosæ clarissimæ fœminæ vxoris Flauiani Expræfecti, quæ post damnationem viri exilium passa, religionis causa occidi iubetur: quorum filia Babiana virgo tamdiu plumbatis cæsa est, quousq; spiritum efflaret: cuius corpus insepultum cum biduo iacuisset, tandem apud matrẽ atque sororem Demetriam à Ioanne presbytero tumulatum est quarto Nonas Decembris iuxta Palatium Licinianum. Ipsa vero Demetria eadem ex causa vndecimo Kalend. Iulij nobile certamen exegerat, & ex victoria coronam martyrij fuerat consecuta. Pater vero, quem diximus, Flauianus (eum alij Fabianum dicunt, nonnulli Faustum) post præfecturam laudabiliter functam, proscriptione & inscriptione instar sicuilis personę damnatus ad Aquas Taurinas, apud Centumcellas exilio deportatus, ibi spiritum Deo reddens, inter martyres meruit adnumerari. Extant horum martyrij Acta, sed depranata nonnihil: vt tutius sit pauca ex eorum titulis adscriptis in antiquis Ecclesiasticis tabulis certa sumere, quam ex incertis plura deducere. Tu consule de his omnibus nostras ad Martyrologium Notas. Nobilitata tunc quoq; fuit Romana Ecclesia corona Ioannis presbyteri nono Kalend. Iunij, quo die natalis eius anniuersaria celebritate recurrit: hic enim ante simulacrum Solis via Salaria veteri decollatus est, corpusq; eius sepultum à Concordio presbytero ad Concilia martyrum.

ROMANI CLERICI ET ALII MARTYRES.

Sed præstitit Deus in his martyrum Romæ exhibitis certaminibus, vt per Magistratum illum, vicariã præfecturam gerentem, per quem sic sæuierat in Christianos, Gordianum vidisset, Iuliani impietas argueretur, retunderetur q; temeritas; dum quem ad necem Fidelium ille delegerat, CHRISTI nominis egregium confessorem ac martyrem factum Ecclesia lucrata est. Hæc autem quo modo se habuerint, ex antiquis monumentis Actorum eius, atque tabulis Ecclesiasticis, rem paucis complexam in medium adducemus. Accidit namque, vt Ianuarius presbyter coram Gordiano Vicario religionis causa sisteretur, sub titulo tamen maleficij: Qui, afflante eum diuino spiritu, sic cum eo locutus est, vt eundem apud se custoditum postea Gordianus noctu vna cum Marina coniuge conueniret; ac pœnitens dolensque de fuso Christiano sanguine, spe veniæ consequendæ, baptismum æterni supplicij euitandi causa petierit: Qui & ab eodem piis monitis confirmatus, vna cum coniuge & ex familia quinquaginta tribus, baptizatus est, cõflato Iouis simulacro quasi fidei obside tradito Ianuario. Re tandem per Clementianum Tribunum comperta, nunciataque Iuliano: totoq; negotio, quod tanquam portentum habitum est, magicis incantationibus adscripto, in Gordianum ira Imperatoris exarsit; quem in primis magistratu depositum, suffecitque in locum eius Clementianum, cuius & iudicio illũ subiecit, qui habita de viro sæuissima quæstione, sacrificare renuentẽ plumbatis cæsum, gladio subiecit capite amputandum ante templum Telluris. Expositum vero canibus corpus, sed diuina virtute custoditum illæsum, quinta die à Fidelibus sublatum, via Latina ad Cryptas defertur, conditurq; iuxta Epimachum martyrem: vnde & accidit, vt vna eademq; die ab Ecclesia vtriusq; natalis agatur. Vxor autem Gordiani Marina damnata est præ ignominia ad Aquas Saluias, seu potius (vt habet alia lectio antiquorum codicum) ad Aquas Salinas, ad seruitium rusticorum. Ianuarius vero presbyter inscriptione notatus est. Quodnam autem huiusmodi supplicium esset, in Notis diximus. Hæc omnia ex ipsorum Actis, atq; tabulis Ecclesiasticis.

CCLIV. GORDIANI CERTAMEN.

Porro illud in Actis displicet (vt de aliis dictum est) quod quæ tempore Iuliani, & per eiusdem Imperatoris magistratus gesta sunt, & fortasse etiam eiusdem Iuliani rescriptis, eadem coram ipso facta esse dicuntur, atq; Romæ: cum ex Ammiano & aliis satis liqueat, eundẽ toto Im-

CCLV.

petij sui tempore versatum esse in Oriente. Cæterum (vt vidimus) qui ab ipso Romæ rebus publicis magistratus præfecti erant, ex ipsius sententia negotium facere Christianis, vt licuerat, non destiterunt, eo potissimum ad supplicia inferenda vsi titulo, quod magi Fideles essent, in quos vt magiæ reos constitutos iuberent animaduerti: prout etiam Ammianus de Aproniano Vrbis præfecto testatur: de ipso dicemus anno sequenti, quo eam præfecturam eum esse contecutum, idem auctor affirmat. Passus est item Romæ Leopardus domesticus Iuliani pridie Kalend. Octobris: qua die publico titulo eius memoria in tabulis Ecclesiasticis notata habetur.

CCLVI. Cæterum quod in Oriente frequenter ac Romæ aduersus Christianos actum nouimus; id etiam in alijs prouinciis Orbis Occidētalis Romano subiectis Imperio factitatum, non ambigimus: cum nihil antiquius esset apud Apostatam Principem, quam prostratum erigere deorum cultum, & excrescentem nimium (vt ubi videbatur) Christianam religionem comprimere. Hæc quidem absque nece piorum, rerumque ipsorum graui iactura confici, haud facile concessum erat: sed quod (vt frequenter inculcatum est) absque titulo Christianitatis, sed aliis confictis criminib. eiusmodi de illis iudicia exercerentur; inde, puto, obscurè remanserunt res gestæ plurimorum martyrum. In Galliis namque, vbi præfecturam gessit (vt dicemus) Sallustius Iuliano omnium carissimus, ob idque Christianorum acerbissimus hostis, passos reperimus quatuor germanos, Eliphium Tullensem virum, eius fratrem Eucharium Episcopum, & sorores Libariam, atque Saſannam, vt eorundem martyrum Acta *a* significant: At perperam, mea sententia, dicuntur consummasse martyrium, dum Iulianus adhuc cum exercitu in Galliis moraretur: nam eo tempore ipsum se Christianum ficte saltem exhibuisse, & de rebus Christianorum bene meritum esse, superius dictum est.

MARTYRES PASSI IN GALLIIS a *Ex scripsit Rupert. Abb. Tuit. Recitat Sur. tom. die 16. Octobr.*

CCLVII Sed quodnam pugnās pro fidei confessione specimen Christianæ constantiæ ediderit in castris tunc militans sub Tribuno Victricius, qui postea creatus fuit Episcopus Rhotomagensis; nobilem scriptam historiam à nobilissimo, atque sanctissimo viro hic opportune recenseamus. certamen quidē eius sub Iuliano Apostata contigisse produnt Ecclesiastica monumenta, Martyrologiū, inquam, Romanum die natali ipsius: sed cum nec alius post Iulianum fuerit Ethnicus Imperator, in cuius castris Christianus miles absq; dispēdio pietatis militare valeret; certamen Victricij ad istud ipsum tempus referendum esse, necessitas exigit argumenti. Paulinus igitur post multa egregia de viro hoc narrata, hæc subdit *b* de eius agone, sic ipsum alloquens:

b *Paulinus epist 26.*

CCLVIII. *Cum primo Christi amore succensus, ordinante ipso Domino quandam operis sui pompam, per insignem consilio militari diem progressus in campum es, toto illo, quem iam mente respexeras, munimentum bellicorum præcinctus ornatu, cunctuq; mirantibus accuratissimos in te habitus ac terribiles apparatus, repente obstupefacto conuersu exercitu ante pedes sacrilegi Tribuni militiæ Sacramenta permutans, arma sanguinis abiecisti, vt arma pacis indueres, contemnens armari ferro, quia armabaris Christo. Et illico antiqui serpentis inuidia concitato in furias Tribuno, districtus in verbera & vastis fustibus fractus; nec tamen victus est, quia Crucis ligno innitebaris, geminatam, mox corpori pœna, acuto testarum fragmine, laniata inmanibus plagis membra, * subtritus es, tunc mollius fulciente Christo, cuius tibi gremium lectulus erat, & dextra pulmur: Vnde ad maiorem hostem, necdum vulneribus obductis, incenso potius eorum dolore, quam fracta virtute, reparatus, fortior prosiluisti; oblatusq; Comiti, de potentiore inimico gloriosius triumphasti, nec ausis vltra diabolis satellitibus superata ingerere tormenta, capitalemque sententiam meditantibus, vt vel sine carnalis tuæ vitæ vinci desinerent: Dominus noster, fortis & potens & inuictus in prælio, conspicuis mirabilibus, pectora quamlibet obdurata confudit. Nam carnifex, qui in itinere, quo percussorem tuum sacra victima sequebaris, cerucem tuam insultans minaciter attingendi temeritate violauerat, quasi ictus sui locorum præcurrente gladium manu palpans, excussis illico oculis cæcitate percussus est.*

* subtritus

CCLIX. *O Christi ineffabilis bonitas, quantum in suos ostendit affectum! Iniuriam confessoris sui non tulit impunitam, qui suis crucifixoribus rogauit c ignosci: contumeliam martyris statim vltus est, qui passionem suam noluit vindicari. Sed ea ipsa ira pietas est. Idcirco n. vnus cæcatus est, vt plures illuminarentur; & ipse forsitan, qui oculos carnis amiserat, lumina mentis acciperet. Statim deinceps maiore documento qui feralis custodia ministerium triste curabant, quas ipsi arctius innodatas & ad ossa depressas, vel exiguo, rogantib. vobis, beneficio relaxare noluerant catenas, concersa in conspectu ipsorum prece vestra ad Deum Christum, fontes de manibus absolutis fluere viderunt: nec ausi renectere, quod Deus soluerat. Ad Comitem pauidi cucurrerunt, veritatem Dei pro confessorib. confitentes: quod auditū religiose & creditum Comes Principi suo cum testimonio militum retulit. Et vt ipsius quoq; repentina ad clementiam de furore conuersio inter mirabilia Dei numeretur: factus est in te prædicator Christi, in quo esse desinerat persecutor.*

c *Luc. 23.*

CCLX. *Puto & ipsum, tanquam Saulem aliquando Spiritu sancto Dominus implenerat; quia & te sicut Dauid suum diligebat: vt sicut ille Rex quondam, dum ad Prophetas persequendos proficiscitur, affectus est; ita & Comes ille respersus gratia Domini, quæ de fidei tuæ abundantia redundabat, qui ad puniendum confessorem venerat, & ipse confessor abscederet: credidit enim; & quos seuiens prædamnarat vt reos, laudans emisit vt sanctos: & testimonium perhibuit veritati, qui testes fidei punire cupiebat.*

CCLXI. hæc Paulinus. At de Gallicanis martyribus hactenus: hi enim tantum sub Iuliano passi reperiuntur in Galliis, & si qui alij nobis incomperti: cum tamen dire exagitatas esse eas prouincias sub præfectura Sallustij, illud etiam admoneat, quod aduersus eundem, siue Diosc orum vicem eius gerentem, scripsisse commentarium S. Hilarium Episcopum Pictauiensem, & Hieronymus *d* auctor est: cuius cum idem meminit in Epistola ad Magnum, sic ait: *Breuiq; libello, quid in litteris posset, ostendit.* De Sallustio autē sequenti anno, quo gessit ordinarium Consulatum, agēdum est. Vtinam extaret liber ille, cuius iactura non res gestæ tantum aduersus Ecclesiam Gallicanam, sed & aliæ complures ad alias Occidentis Ecclesias pertinentes, perpetua oblitione sepultæ, remanserunt obscurè.

d *Hiero. de script. Eccl. in Hilario.*

DONATISTARVM LEGATIO AD IVLIANVM. Sed quinam fuerit sub Iuliano status Ecclesiæ Africanæ, iam oratio prosequatur. Donatistæ enim, qui grauissime hactenus pertulissent Christianos Imperatores fauentes Catholicis, Constantinum Magnum, Constantem atque Constantium filios; quorum rescriptis, qui cæteris ad schisma duces esse videbantur, exilio condemnati fuerant: nouo adueniente Imperatore à fide apostata, quem & scirent detestari prædecessorum Christianorum Principum acta, atque relegatos à Constantio exilio soluisse: legationem ad ipsum mittunt, ab exilio irrogato liberari petentes, ablatasq; sibi basilicas reddi. Fuerunt nomina Legatorum, vt ex Sanct. Augustino *e* didicimus, Rogatianus, Pōtius & Cassianus: *Antiquiores*, inquit, *sunt Ecclesiæ preces ad Dominum pro vnitate Christi, quam Rogatiani, Pontij, & Cassiani ad Iulianum pro parte Donati.*

e *Augustin. cont. liter. Petil. lib. 2. c. 79.*

CCLXII. Magno plane malo Catholicæ Africanæ Ecclesiæ accidit Imperium Iuliani: nam consopitum ac pene extinctum schisma tot annis, tantoque studio in hoc insudantibus, qui antecesserant, Christianis Imperatoribus; mox aspirante illis gratia Iuliani, denuo excitatum maioribus flammarum globis erupit. Testatur id quidem in primis Optatus, cum ait *f*: *Hoc eodem tempore duces & principes vestros merita relegauerant sua: In Ecclesia nulla fuerant schismata, nec Paganis licebat exercere sacra sacrilegia: pax Deo placita apud omnes Christianos populos habitabat: diabolus mœrebat in templis, vos in regionibus altenis.* Deinde alter (vt omnibus notum est) secutus Imperator, vobis cum vota sinistra concipiens, ex famulo Dei factus est minister inimici, apostatam se ab his suis testatus est. *Quem precibus rogâstis, vt reuerti posset. Quas preces si vos negatis mississe, nos legimus.*

f *Opt. lib. 2.*

CCLXIII. Erant eiusmodi Donatistarum preces adulationis plenæ: de quibus Augustinus ad Donatistas *g*: *Hæc*, inquit,

g *August. ad Donat. epist. 160.*

erat eius praedicanda iustitia, quam supplicantes Rogatianus & Pontius laudauerunt, dicentes hominem apostatam, quod apud eum sola iustitia haberet locum. & aduersus litteras Petiliani a sic: Imperatori Pagano & apostatae dixistis, quod apud eum sola iustitia locum haberet: quibus precibus & rescripto, sicut ibi scriptum est (sicut allegationis gesta testantur) pars Donati vniuersaliter vsa est. Quanti autem ponderis haec essent verba, ibi scribens ad Vincentium, ita declarat b: Iuliano Imperatori dixerunt, quod apud eum iustitia solalocum haberet, quem certe apostatam nouerant, & idolatrae delitum sic videbant vt aut iustitiam esse idolatriam fatererentur, aut se scelerate mentitos negare non possent, vt apud eum dicerent solum locum habere iustitiam apud quem magnum locum cernerent habere idolatriam. Sed fuerit error in verbo: de facto quid dicis? &c.

a *Aug. cr. l. 2. Petil. l. 2. c. 97.*

b *Aug. epist. 48.*

CCLXIV. IVLIANVS FAVET DONATISTIS.

Quam vero facile his annuerit Iulianus, sic subdit Optatus: Nec difficultatem praebuit quem rogastis. Ire praecipit pro voto suo, quos intellexerat ad disturbandam pacem cum furore esse venturos. Erubescite, si vllus est pudor. Eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce idolorum patefieri iussa sunt templa: Eisdem pene momentis vester furor in Africam reuertitur, quibus diabolus de suis carceribus relaxatur. Et non erubescitis, qui vno tempore cum inimico communia gaudia possidetis? Quid autem Iulianus tunc rescripserit pro Donatistis, ex eius fragmento, quod supereſt, & recitat Sanctus Augustinus, licet accipere: nam ait c: Eas enim, nempe Basilicas, iubente inimico Christi accepistis, in quibus iussa Christi contemneretis, dum validum & verum vobis redditur, quod Iulianus constituit, dicens c: Hoc quoque supplicantibus Rogatiano, Pontio, Cassiano, & ceteris Episcopis, sed & clericis, accedit ad cumulum, vt abolitis, quae aduersus eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta renocentur. hactenus recitata abeo pauca verba rescripti. & inferius aduersus ipsos, post multa in eos inuectus, haec addit: Cur in basilicis possidendis Iuliani rescriptum tenetis, & in Ecclesia pace amplectenda Christi Euangelium non tenetis? Clamamus & nos: Quae perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta renocentur: antiquius est Euangelium Christi, quam rescriptum Iuliani, &c.

c *Aug. ibi. liter. Petil. lib. 2. c. 97.* IVLIANI RESCRIPTVM PRO DONATISTIS.

CCLXV HONORIVS IMP. PVBLICE EXPONIT EDICTVM IVLIANI. d *l. 37. de haeret. C. Theod.*

Porro eiusdem Donatistarum à Iuliano impetratum rescriptum, in ipsorum ignominiam Honorius Imperator postea publicis locis affigendum curauit, huiusmodi ad Hadrianum praefectum Praetorio dato edicto d: Rescriptum, quod Donatista à Iuliano tunc Principe impetrasse dicuntur, proposito programmate, celeberrimis in locis volumus asseruari, & gesta, quibus eius modi allegatio inserta, subnecti: Quo omnibus innotescat & Catholicae confidentiae stabilita constantia, & Donatistarum desperatio fucata perfidia. Datum quinto Kalend. Martias, Rauenna, Stilichone & Aureliano Coss. Ex his quidem pensare licet, quale fuerit eiusmodi pro Donatistis datum à Iuliano rescriptum, quod post tot annos ipse Imperator Honorius publico voluit exponi ludibrio, quo illorum temeritas atque protacitas omnibus ostentui esset. Quid autem indulgendo Donatistis, relaxandoque eos ab exilio obtenderit Iulianus, sanctus Ioannes Chrysostomus alia occasione docet his verbis e: Vafer ille & callidus, quos intelligebat ob peccatum aliquod Christianorum conuentuum principibus panas dedisse, & à praefectura, quam gerebant, amotos, omnes liberos esse iussit: hoc modo pessimis quibusq; licentiam largiens, Ecclesiae leges subuertens, denig; omnes inter se committens: fore enim sperabat, vt postea minori negotio debellarentur, si prius bello inter se conflictati fuissent. Quin etiam quendam (huic Stephano nomen erat) tum ob doctrinae peruersitatem, tum ob vitae improbitatem, ab Ecclesiastico principatu amotum, iubet de integro magisterij sedem occupare. haec Chrysostomus.

e *Chrys. li. cont. Gent.* CONSILIVM IVLIANI.

CCLXVI. Ex sententia plane illi res accidit, vt eius rescripto relaxati ab exilio Donatistarum Episcopi factiosissimi duces schismatis, maximo ferentur impetu in Catholicos, grassatoriam instar atq; praedonum. Quae autem perduelles Christianae concordiae, Apostatae Imperatoris innixi praesidio, egerint, & qualia quamque funesta ac deplorata patrauerint, Optatus satis accurate f recesset, cum ait: Venistis rabidi: venistis irati, membra laniantes Ecclesiae: subtilem in seductionibus, in caedibus immanes, filios pacis ad bella prouocantes. De sedibus suis multos secistis extorres; cum conducta manu venientes, basilicas inuasistis: multi ex numero vestro per loca plurima, quae sub nominibus dicere longum est, cruentas operati sunt caedes, & tam atroces, vt de talibus factis ab illius temporis iudicibus relatio mitteretur. Sed interuenit & occurrit iudicium Dei, vt ille, qui vos iamdudum redire iusserat, Imperator profanus & sacrilegus moreretur: qui persecutione, vobis prouocantibus, tam miserat, aut mittere disponebat. Operata est apud loca supradicta in Catholicos trucidatio. Memoramini per loca singula, qui fuerint vestri discursus. Nonne de numero vestro fuerunt Felix Diabensis, Ianuarius Flauen Pistensis, & ceteri, qui tota celeritate cucurrerunt ad castellum Lemellense? vbi cum contra importunitatem suam viderent basilicam clausam praesentes iussernut comites suos, vt ascenderent culmina, nudarent tecta, tacti arent tegulas. Imperia eorum sine mora completa sunt. & cum alteare defenderent diaconi Catholici, tegulis plurimi cruentati sunt, duo occisi sunt. Primus filius Lunarij, & Donatus filius Nini, vrgentibus & praesentib. Coepiscopis vestris supra memoratis: vt sine dubio de vobis dictum sit: V eloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. De qua re Primosus Episcopus Catholicus loci supra memorati in Concilio vestro apud Thaenestinam ciuitatem questus est, & querelas eius dissimulanter audistis. Ecce à vobis factum est, quod dixistis, Ecclesiam non esse, quae cruentis morsibus pascitur: & aliud sunt milites missi, aliud Episcopi ordinati. & paulo post:

f *Opt. li. 1.*

DONATISTARVM ERROR ADVERSVS CATHOLICOS.

Similiter & apud Carpos non tibi videntur inexpiabiles sordes? In Mauritaniae ciuitatibus, vobis instantibus, quaestio populi facta est: mortui sunt in vtero matrum, qui fuerant nascituri. & rursus: Quid commemorem Thopasam Caesariensis Mauritaniae ciuitatem? ad quam de Numidia Vrbanus Formensis, & Felix Idicrensis, duae facula incensa luminibus cucurrerunt: qui & eorum in pace positorum animos perturbantes, nonnullorum officialium & fauore & furore iuuante & Athenio Praeside praesente cum signo, Catholica frequentia exturbata & cruentata, de sedibus suis expulsa est, lacerati sunt viri, tracta sunt matronae, infantes necati, abacti sunt partus. Ecce Ecclesia vestra, Episcopis ducibus, cruentis morsibus pasta est. & post pauca: Et quod, inquit, vobis leue videtur, facinus immane commissum est. Vt omnia sacrosancta supra memorati vestri Episcopi violarent, insserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo diuinitudicij: nam idem canes accensi rabie ipsos Dominos suos quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos laniauerunt. Ampullam quoque Chrismatis per fenestram, vt frangerent, iactauerunt: & cum casum aduersaret abiectio, non desinit manus Angelica, quae ampullam spiritualis subuectione deduceret: proiecta casum sentire non potuit, Deo nutente, illasa inter saxa consedit. En probe vides, lector, inter quos recedendi sint, qui nostro hoc infelicissimo saeculo, vel his paria, vel certe magis horrenda, in sacrosancta Ecclesiae Catholicae Sacramenta, eodem, quo Donatistae, satanico agitati spiritu perpetrarunt. Sed & puto intelligis, eos rabidiores canibus, & filicibus duriores redditos esse, qui diuinorum Sacramentorum veritatem adeo caecutientes impugnant, hisce eam certis atque adeo manifestis miraculis contestantibus. Sed necdesunt iltis sceleca illa, quae de isdem Donatistis Optatus mox subdit his verbis:

CCLXVII.

QVID IN SS. EVCHARISTIAM DONATISTAE.

CCLXVIII

Inde reuertentes Vrbanus Formensis, & Felix Idicrensis, inuenerunt Matres, quas de castimonialibus fecerunt mulieres. Ecce quales, frater Parmeniane, Episcopos celas: & cum protuis erubescere debueras, Catholicos innocentes accusas. Interea supra memoratus Felix, inter sua crimina & facinora nefanda, ab eo compressam puellam, cui mitram ipse imposuerat, à qua paulo ante Pater vocabatur, nefarie incestare minime dubitauit: & quasi de peccato sanctior fieret, inde velocius properauit. Sic Donatum amorum septuagintа Episcopum, hominem innocentem, spoliare ausus est Episcopali nomine & officio & honore. Venit schismaticus ad Catholicum, ad innocentem reus, ad DEI Sacerdotem sacrilegus, incestus ad castum, ad Episcopum tam non Episcopus; sed deplacito & de coniuratione vestra securus, vestris legibus & decretis armatus: manus, quae paulo ante peccata grauauerant, capiti innocentis intecit: & illa lingua ausus est ferre sententiam, qua tam nec ad poenitentiam agendam vel idonea videbatur. Post haec autem ab eodem Optato pluribus, vt par erat, exaggerata; quid tandem per expulsionem Catholicorum

VIM INFERVNT SACRIS VIRGINIBVS DONATISTAE.

licorum Episcoporum molirentur, subdit, sic dicens a.

a Opt. lib. 2. CCLXIX.

IMPIVS DONATISTARVM CONATVS.

Nunc quoniam erubescenda gaudia vestra probauimus, & furor vester tot locis ostensus est: restat de profunda impietate vestra aliquid dicere. Nam omnia, quæ à vobis aut facta sunt, aut dicta, quis poterit explicare? Sic cuncta malignitate quadam ordinasse vos constat, vt in vna specie operis, species alias impleretis: vt dum presbyter, aut Episcopus deicitur, sic populus caperetur. Quo modo posset turba hominum stare, quæ rectorem suum elisum esse conspiceret? Non aliter, quam quocunque casu pastore occiso, lupi grassantur. Exorcizastis & lauistis sine causa parietes, vt hoc nequitiæ genere subrueretis simplicissimorum hominum mentes. Talibus consilijs vestris nonnullorum animi iugulati sunt: & sub nube simplicitatis, obcæcato lumine, vt miseros sterneretis, sagittas de pharetra pectoris vestri seductionibus præmisistis: vt de vobis spiritus S. per Dauid Prophetam in psalmo decimo prædixerit: Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas in pharetra, ad sagittandum in obscuro rectos corde. Quid à vobis minus factum est? Vestris consilijs sagittati sunt innocentes, exarmati Fideles, honore nominis sui spoliati sunt sacerdotes. O impietas inaudita! quem iugulauerit, inter pœnitentiam & tormenta seruare! In comparatione operis vestri, latronum leuior videtur immanitas. Vos vnum facitis homicidium: latro iugulans, dat de morte compendium. Paupertate sensus sui circumuenti sunt, quos decipere potuistis. Perfecti enim fuerant illi, opere scilicet Dei, qui in eius nomine fuerant ordinati: at vos contra opus Dei hostiliter militatis, diuinum opus malitiæ vestibus destruentes. Apparet ergo de vobis dictum esse in decimo psalmo: Quoniam quæ tu perfecisti, ipsi destruxerunt. Fecit vos superbos impietas vestra: sed accusat vos prospiciens de cælo iustitia: & iniqua vos gerentes error hominum laudat: vt de vobis in nono psalmo dixerit Spiritus sanctus: Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua egerit, benedicitur. Quid iniquius, quam exorcizare Spiritum sanctum, altaria frangere, Eucharistiam animalibus proijcere? Et vt in errorem vos vester populus mittat, laudando felices appellant, & bene nominant, & per vos iurant, & personas vestras iam pro Deo habere noscuntur. Ac rursus de eorum sacrilegijs:

CCLXX.

b Opt. l. 6. DONATISTARVM IMMANIA SACRILEGIA.

Indubitanter, inquit b, & liquido demonstratum est, in diuinis sacramentis quid nefarie fecerit is. Iam illa ostendenda sunt, quæ crudeliter ac stulte vos fecisse negare minime poteritis. Quid enim est tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus vos aliquando obtulistis frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt: quo Deus omnipotens inuocatus sit: quo postulatus descendit Spiritus sanctus: vnde à multis pignus salutis æternæ, & tutela fidei, & spes resurrectionis acceperit? Altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera non iussit Saluator poni, nisi qua essent de pace condita: Depone, inquit, munus tuum ante altare, & prius concorda cum fratre tuo, vt possit pro te sacerdos offerre. Quid est enim altare, nisi sedes & corporis & sanguinis Christi? Hæc omnia furor vester aut rasit, aut fregit, aut remouit. Hoc igitur inexpiabile nefas, si de aliqua ratione descendit, vno modo fieri debuit. Sed, vt æstimo, alio loco copia lignorum frangi iussit, alio, vt altaria raderentur, lignorum inopia imperauit, vt remouerentur, ex parte verecundia iussit: vbique tamen nefas est, dum tanta rei manus sacrilegas & impias intulistis. Quid perditorum conductam retrorsum multitudinem, & venum in mercedem sceleris datum? quod vt immundo ore sacrilego haustibus biberetur, calida de fragmentis altarium facta est. Si luoris iudicio nos vobis sordidi videbamur, quid vobis fecerat Deus, qui illic * inuocari consueuerat? Quid vos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat? Quid vos offendistis etiam vos ipsi, vt illa altaria frangeretis, in quibus ante nos per longa temporum spatia sanctè (vt arbitramini) obtulistis? Dum impie persequimini manus nostras illic, vbi corpus Christi habitabat, feristis & vestras. & post alia plura id genus inculcata, sic de fractione sacrorum calieum c:

* illuc.

c Opt. lib. 6. CCLXXI.

CONFLATI CALICES A DONATISTIS.

Hoc tamen inuman facinus geminatum est, dum fregistis etiam calices, Christi sanguinis portatores: quorum species reuocastis in massas, mercem nefariis nundinis procurantes, ad quam nec emptores eligere voluistis, sacrilegi, dum inconsiderate vendidistis. Passeris etiam comburi manus vestras, quibus ante nos eosdem calices tractabatis: eam rem tamen pæsim vendi iussistis. Emere forsitan vsus suos sordidæ mulieres: emerunt Pagani, sacturi vasa, in quibus incenderent idolis suis. O scelus nefarium! ô facinus inauditum! auferre Deo, quod idolis præstes: subducere Christo, quod proficiat sacrilegio! rursum vero, quid in sacratas à Catholicis Deo virgines admiserint, dum & signũ dedicationis impositum illis abstulerint, & aliud denuo ipsis imposuerint, idem declarat his verbis d:

d Idem l. 6. CCLXXII.

SACRATÆ VIRGINES AD SEQVNDAM PROFESSIONEM COGVNTVR.

Iam illud quam stultum, quam vanum, quod ad voluntatem & quasi ad dignitatem vestram reuocare voluistis, vt virgines Dei agerent pœnitentiam? vt tam diudum professa signa voluntatis capitibus, postea vobis iubentibus immutarent? vt mitrellæ aliæ proicerent, aliæ acciperent? erant mitrellæ in Africana Ecclesia ornamenti capitis genus, quod sacrandis virginibus ab Episcopis soleret imponi, sicut Romæ & aliis in locis simplex sacrum velum. Quod enim virgines sic Deo dicatæ, sponsæ Christi ex more dicerentur, eo insigni illarum capita tegere, quo à nubendis discriminarentur virginibus, consueuerunt Antistites. erat enim capitis tegumentum ex lana, purpura tamen pictum potius, quam tinctum. fortasse Christi nomen, vel Crucis signum in eo purpureo colore erat expressum: per quod omnibus indicaretur, virginem illud gestantem iam professam esse perpetuam virginitatem, & Christi desponsatione Deo dicatam. Nam idem Optatus e inferius, dum ait virginitatem seruare, esse voluntatis, non necessitatis, hæc de mitrella: Nec vlla sunt præcepta coniuncta, vel de qua lana mitrella fieret, aut de qua purpura pingeretur: non enim panno poteit virginitas adiuuari: non enim inde compescuntur æstus animi quos interdum ætas accendit. & paulo post.

c Opt. li. 6.

Res inuenta est ad signum capitis, non ad remedium castitatis. CCLXXIII.

Denig, talis pannus & leuibari, & rodi, & perire potest: & tamen virginitas si illæsa sit, sine mitrella tuta esse potest. Spiritale nubendi hoc genus est, in nuptias sponsi tam venerant voluntate & professione sua: & vt sæcularibus nuptijs se renunciasse monstrarent, spiritali sponso soluerant crinem, tam cœlestes celebrauerant nuptias. Quid est quod eas iterum crines soluere coegistis? Quid, inquam, quod ab ipsis per vos exacta est professio secunda? Quis est alter spiritalis sponsus, cui iterum nuberent? Quando mortuus est, cui nupserant, vt iterum nubant? Nudastis denuo capita iam velata: de quibus prosiluunis detraxistis indicia, quæ contra raptores aut petitores viderentur inuenta. In mitrella indicium est voluntatis, non castitatis auxilium, vt rem iam Deo deuotam, ne qui sponsabat, perseueret petere, aut ne raptor audeat violare, signum est ergo, non sacramentum. Inuenistis igitur huiusmodi virgines, quas tam spiritualiter nupserant: quasi secundas coegistis ad nuptias: vt crines iterum soluerent, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt: ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non reperitur illa temporalis festinitas; non in altum tollitur, non populi frequentia procuratur. nẽpe quod nubentib. viduis festiua gaudia nuptiarum minime ab Ecclesia concedi solerent.

CVR MITRELLA VIRGINIBVS IMPONERETVR.

Quonam autem profano ritu sacratas à Catholicis sacerdotibus Deo virgines, illi, vt suæ eas facerent communionis, purgare solerent, idem Optatus subdit his verbis: Iam consecratas Deo aspersistis immundis cineribus: crines tusistis etiam salsa aliqua perfundi. Et vt unam vel id, quod tulistis, velociter reuocare velletis. Interposuistis moras, vt retractæ in pristinum habitu aliquã diutius remanerent, retractis signis, quibus se tamdudum contra petitores & raptores munierant. Qui cum vidarent, præscriptionem sibi iamdudum oppositam à vobis esse sublatam, de sponsis raptores effecti sunt: nec visus est sibi vnusquisque peccasse, dum talem rapit, qualem viderat, quando vt vxorem acciperet, postulabat. In hoc genere tanta damna fecistis Deo, quanta lucra Diabolo procurastis. Conflastis impie calices, crudeliter fregistis, & inconsulte rasistis altaria. Puellas miseras non sine opprobrio, vt secundas mitrellas acciperent, coegistis. ac de his hactenus Optatus.

CCLXXIV.

VIRGINES SACRÆ REDDITÆ PROFANÆ

Quidnam vero significaretur per mitrellas seu mitellas, quæ vt virginitatis signa, sacratis Deo virginibus imponi solerent, est accuratius inuestigandum. Haud enim quis putet fuisse mitrellas capitis ornamẽtum pretiosum ac splendidũ, instar illius Iudith f, de quo diuina scriptura ait: Colligauit cincinnos suos mitra: sed potius simplex tegumentum, de quo Vlpianus ad Sabinum, cum agit de stola, palliis, tunicis, capitijs, zonis, ac mitris: Quæ, inquit, magis tegendi capitis, quam ornandi causa sunt comparata. De eodẽ capitis tegumento Apuleius h. Mitella, inquit, textili cõtecto capite. Erat autẽ & aliud genus mitræ, seu mitellæ, quod à

CCLXXV.

QVID MITRELLA.

f Iudith. 16.

g l. 23. ff. de aur. & arg. legat.

h Apul. de asin. l. 7.

a l. 26. ff. eod. b Hieron. epist. 23.

Paulo iureconsulto a inter ornamenta recensentur mitrebria. de eiusmodi mitellis meminit S. Hieronymus b ad Marcellam, cum agit de S. Blesilla: Tunc, inquit, crines ancillulæ dissonabant, & mitellis crispantibus vertex arctabatur innoxius: nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere, quod velatur. hæc ipse. Cæterum ad primum genus mitellæ, nõ ad secundum referendæ sunt mitellæ, quibus erant solitæ in Ecclesia Africana sacræ velari virgines; licet purpura illæ pictæ essent; cum tamen eiusmodi veli genus nigri coloris in Romana Ecclesia ad velandas Deo deuotas virgines olim vsui consueuerit. De quarum velo hęc S. Ambrosius aduersus Symmachum: Non vitta capiti decus, sed ignobile velamen vsui nobile castitatis. sed de sacratum velamine virginum diximus tomo primo Annalium.

CCLXXVI. ABLATI CODICES, PALLÆ, ET VELA A DONATISTIS.

Addiderunt ad hæc & alia scelera, Donatistæ, nempe vt adhibita potentia magistratuum, sacros codices & pallas & vela, ab iis, qui Catholicæ partis erant, violenter auferrent: vnde eiusdé Optati hæc etiã addita est iusta querela: *Et illud*, inquit, *prætermittere nequeo, quod nec Deo est placitum, nec à vestris cultoribus excusari, nec ab aliquo homine defendi potest. Per iudicia secularia, & leges publicas, diuinæ legis instrumenta exactione efficiorum, à plurimis eripiendi esse dixistis; volentes soli habere, quod pax in communione possederat. Non vereor Christianos dicere, quod vobis postulantibus, Gentilis executio non potuit ignorare. Velamina & instrumenta dominica extorsistis, quæ indudum fuerant in communione possessa. Extorsistis cum codicibus pallas: indicio superbiæ vestræ, vt ag. asserat eosdem esse pollutæ. Ni fallor, hæc purificare properastis: illustris procul dubio pallas. Indicate quid de codicibus feceritis: in omnibus iudicium prouidentiæ vestræ debet esse æquale: Aut vtrumque laica, aut vtrumque dimitte, quod si aliter facis, corrupisti delogentiam tuam; pallam lauas, codicem non lauas. Si vna parte bonum, in altera malum est: non potes negare offendere in vna, si in altera promereris. Et si gaudes, quod in vna videaris religiosus; debes & plangere, quia teneris in altera parte sacrilegus. Iam illud quale est, quod in multis locis etiam parietes lauare voluistis, & inclusa spatia, salsa aqua & * spargi præcepistis?* &c. Magna plane arte schismatici, quo rudem populum execratione & odio imbuerent in Catholicos, quantum eos detestari deberent, his signis insinuare solebant, validioribus quauis alia comparata ad persuadendum oratione: quod ipsum alij quoque factitare schismatici consueuerunt, ac nouissime Græci dicuntur eadem miserime operari.

* aspergi.

CCLXXVII. c Optat l. 6. COEMETERIA SIBI VENDICANT DONATISTÆ.

Quid rursum Donatistæ in Catholicos egerint, Imperatoris sibi arrogantes auctoritatem, idem Optatus c docet, hæc addens: *Quid referam etiam illam impietatem de vestra coniuratione venientem? quia ad hoc basilicas inuadere voluistis, vt vobis solis cœmeteria vendicetis, non permittentes sepelri corpora Catholicæ: vt terrentis vinos, male tractatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter vincentes fuerat certamen: odia vestra vel mors aliena compescat. Iam tacet, cùm quo paulo ante litigabas. Quid insultas funeri? Quid impetis sepulturam? Quid cum mortuis litigas? Perdidisti malitiæ fructum. Et si corpora non vis in vnum quiescere, animas tamen in vno apud Deum positas non poteris separare*, &c. hæc & alia plura Optatus. His igitur Donatistæ Iuliani Imperatoris fulti præsidijs, qui pene videbantur extincti, adeo inualuerunt aduersus Catholicos, vt omnes, qui successerunt Catholici Imperatores, licet aduersus eos plurimum laborauerint, vt ipsos ad cõmunionem Catholicam restituerent, vel alio aliquo modo tollerent & abolerent, nunquam tamen id efficere valuerint. Quæ autem post Iuliani tempora ab eisdem gesta sint, suis locis dicturi sumus. modo reliquas à Iuliano sancitas leges recenseamus.

CCLXXVIII.

Quod igitur de rescripto aduersus Orthodoxos pro Donatistis à Iuliano dato pluribus actum est: iam de alijs ab eodem promulgatis aduersus Christianos edictis, sanctisq; legibus, & scriptis Epistolis, hic vltimo loco anni huius paulo fusior (quod id exigat rerum copia) oratio instituenda est. Atq; in primis illud aduertendum, non consueuisse ipsum Iulianum tantum ignominiæ causa (vt sæpe vidimus) nominare Christianos, Galilæos; sed vt eodem nomine ab omnibus ijdem dicerentur, scripto edicto sanxisse. Sic enim de ipso Gregorius Nazianzenus d: *Atque illud sane per quam puerile, stultæq; leuitatis, ac ne vllo quidem alio homine vel mediocri animi gravitate prædito, nedum Imperatore dignum, quod simul cum nominis commutatione, animorum quoque nostrorum commutationem secuturam esse arbitratus, aut certe nobis id pudori fore, quasi turpissimi cuiusdam criminis accusatis, nouandum nobis cognomentum censuit, Galilæos pro Christianis nominans, atque ita vocari, publica lege decernens. Ex quo perspicue ostendit, Christi appellationem honorificentissimam esse, maximique ad gloriam ponderis: quoniam eam nobis extorquere cogitauit, Nisi fortasse alia ratione fecit, quod humane nominis vim & potestatem instar dæmonum reformidaret, ac proinde ad aliud nomen minus notum & vulgare transferat.* hæc Nazianzenus. Meminit & huius quoque latæ legis Chrysostomus e, dicens: *Adeo Christianum nomen tunc vt extingueretur, quoad eius fieri poterat, elaborabat. Galilæos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans; tum Principes, vt id factitarent, adhortans.* adeo enim infenso animo Christianam religionem insectatus est, vt ne ipsum quidem nomen voluerit superesse. Sed de tisa eius impietas est, frustratusque conatus omnis.

d Gregor. Naz. orat. 1. in iul. EXERVIATI, VT CHRISTIANI GALILÆI DICERENTVR.

e Chry. lib. Gentil.

CCLXXIX.

Rursum vero ignominiæ causa, cultum Crucis Christianis obiectare, ob idque eos deridere consueuit; nec id quidem verbis tantum, sed scriptis; vt cum illis sic exprobraret f: *O miseri homines, cum seruentur arma, qua magnus demisit Iuppiter*, nempe ancilla, *hoc est, pater Martis, pignore dato, non verbo, sed re, quod ciuitatem nostram perpetuo protecturus sit, cessatis adorare & colere? & interim Crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte & ante domos pingentes. Igitur dignę quis vestros prudentiores odio habebit, vel misericordia dignabitur imprudentiores, qui vos sequentes, in eam peruenient calamitatem, vt etiam relictis eternis diis, ad mortuum Iudæum transeant.* hæc ipse in Christianos. An non ex his intelligis, lector, vna cum Apostata Iuliano & ipsos à fide Catholica refugas fœdus iniisse recentiores hæreticos deridentes Catholicos Crucis Christi lignum venerantes, & signum vel manu deducentes, aut coloribus effigiantes? Atque in eo etiam hos cum illo contraxisse vides affinitatem, execrantes sanctorum cultum, & veneration em sacrarum reliquiarum: nam hæc etiam exprobrabat ita Iulianus g: *Addentes ad antiquum illum mortuum multos recens mortuos, quis pro dignitate abominaretur? Omnia monumenta implestis: quamquam vobiscum nunquam dictum sit adulos sepulchris, & ea amplecti debere. In hanc autem vemistis malitiam, vt super hæc nec neque Iesu Nazareni verba audienda esse putetis. Audite igitur, quæ ille de monumentis dicit h: Scribæ & Pharisæi & hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis*, &c. En quam insulse è Christi Euangelio aduersus Christianos colentes sepulchra sanctorum enthymema deducit! At plurib us cum verbis S. Cyrillus redarguit: quem te ipsa Babylæ martyris ossa, vt vidimus, confutarunt. Sed ad alias leges ipsius redeamus.

f Apud Cyril. Alexan. l. 10. in iul. CRVCIS CVLTVM ATQVE SANCTORVM IVLIANVS CHRISTIANIS EXPROBRAT.

g Apud Cyrill. in Iul. lib. 10.

h Mat. 23.

Concessa à Constantino Magno atque Constantio priuilegia Decurionibus Christianis, quibus à curiæ munere essent immunes dato huius anni Coss. ad Sallustium Præfectum Prætorio rescripto i, penitus abstulit. Quin etiam impertita ab iisdem Christianis Imperatoribus, clericis & miserabilibus personis dona, & immunitates, atque diuersi generis priuilegia cassa reddidit, nam de his agens Sozomenus k sic ait: *At clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipsis à Constantio * donata ademit, leges, eorum causa conditas abrogauit, & eos denuo suis curiis addixit. Porro à virginibus & viduis, quæ in clero erant propter egestatem descriptæ, ea exigi mandauit, quæ ante ab ærario publico accepérant. Nam cum Constantinus res Ecclesia rite disposuisset, ex vectigalibus cuiusq; ciuitatis ea, quæ erant satis ad res comparandas necessarias, clero cuiusque Ecclesia erogauit: illudq; lege stabiluit: Quæ lex ex eo tempore, quo moriebatur Iulianus, hactenus diligenter obseruata fuit. Hanc exactionem multo crudelissimam fuisse & acerbissimam prædicant, atq; tabula à Patribus confecta ad eum finem, vt res, quas ex lege Constantini acceperant, ita demonstrata restituerentur, de his, quæ erant à Iuliano exacta, plane testificari possint. Verum Imperator odium aduersus religionem Christianam conceptum non his rebus exsaturauit, sed flamma ine contra fidem*

i l. 30. de Decur. & l. 4. de iudicial. eod. k Theod. Sozo. l. 5. c. 5. * al. Constantino.

nullis perditi conatus genus praetermisit, quo Ecclesiam Dei everteret, &c. Haec Sozomenus.

CCLX-XXI. *a Metaphr. in Alt. S. Alberti Ep. Hierapolis die 2. Octobr.* IVLIANVS TRIBVTA CHRISTIANIS INDICIT. *b Socr. lib. 3. c. 11.*

At non satis illi fuit, quae à Christianis Imperatoribus donata essent, auferre, sed & quae à Gentilibus aliquando ex certa causa collata fuissent, abripuit: nam ter mille modios tritici perpetua largitione collatos à Marco Aurelio Imperatore erogandos in pauperes Ecclesiae Hierapolitanae, petitione Abercii *a* eius ciuitatis Episcopi, in hanc vsque diem etiã à caeteris persecutoribus persolutos, prorsus abstulit. Verum vtcunque toleranda haec faissent; nisi postquam spoliauit Fideles bonis omnibus munificentia Christianorum Imperatorum olim acceptis, illud etiam aduersus eos promulgasset edictum, quo ad expeditionem belli Persici ingens pecuniae vis à Christianis exigeretur, immunes tantummodo à dura tributi exactione sanciens futuros esse, qui Christiana religione relicta, sese ad deorum cultum transferrent. nam Socrates *b*: *Cum exploratum*, inquit, *haberet, quot mala secum bellum apportare soleat, quam ingenti pecunia vi ad istud administrandum opus esset, & absque ea non posse recte geri, pecuniam à Christianis veteratorie extorquere cogitauit. Nam illis, qui sacrificare renuebant, mulctam imposuit pecuniariam: ipsaque exacta in vere Christianos saeuera & exquisita fuit. Nam quisque pro facultatum proportione tributa pensitauit; & Imperator ex iniusta iniuste exacta pecuniae collectione breui admodum locupletatus est. Ista quidem vtebatur lege non solum in locis, quae ipse peragrauit, sed in illis etiam, ad qua minime accesserat.* haec ipse: vt plane intelligas, eiusmodi tributi indictionem contigisse post scriptam orationem illam, Misopogonem dictam, in Antiochenos; qua declarat nulla eos vexasse hactenus tributi exactione.

CCLX-XXII. *c Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.*

Aduersus sane Ecclesias, ad expilanda earum bona, promulgata fuisse ab eodem Iuliano edicta, praeter illa, quae superius narrata sunt, Gregorius Nazianzenus *c* testatur his verbis: *Edicta aduersus aedes sacras tum publice proposita, tum priuatim expleta, & donariorum ac pecuniarum deprædationes non magis ab impietate quam ab auaritia manantem, & supellectilis sacrae direptionem profanis manibus indigne & contumelioſe tractatae praeteream: vt etiam & Praesules & subditos, qui pro his rebus abstrahebantur, grauissimeq; torquebantur,* &c. at de his superius alias. Rursum vero de aliis, quae impius meditatus est in Christianos, inferius subdit his verbis *d*: *Constituebat*, inquit, *Christianos omni libertate & fiducia spoliare, eosq; ab omnibus rebus arcere, concilijs, foro, publicis coetibus, ipsisq; adeo tribunalibus: Neque enim sai esse quemquam his vti, qui aris antepositis thura non adoleuerit, tantamq; tanto rei mercedem pependerit. O leges, & legislatores, & Principes: qui quemadmodum coeli pulchritudo, & Solis lumen, & aeris perfusio communis & perennis beneficentia omnib. patent, sic legum quoque vsum & perceptionem liberis omnibus hominibus ex aequo proposuistis! quam tamen ille Christianis extorquere, in animo habebat; vt nec per vim oppressis iniurias suas iudicio persequi liceret, nec pecuniario detrimento affectis, aut quoquo modo praeter ius fasque lasis quicquam opis leges afferrent, sed pellerentur, & trucidarentur, respirationesque etiam ipsa pene interdicerentur. Qua vt ijs, qui patiebantur, maiorem cupiditatem animiq; contentionem fiduciamq; apud Deum & libertatem addebant, ita ijs, qui faciebant, iniustitia maiori atq; ignominiae erant.*

d Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

CCLX-XXIII. INIVSTISSIMAS IVLIANVS LEGES IN CHRISTIANOS EX REGESTIS ROMANVM VSVRPAT. *e Matth. 5. Rom. 12. 1. Cor. 6. Matt. 10. Marc. 6. Luc. 9. 10. & Luc. 6.*

Quo autem ad haec decernenda praetextu iustitiae vteretur Iulianus, idem Gregorius mox addit, haec dicens: *Porro quam secta & acuta ratio carnificis illius & patroni, legum violatoris & legislatoris, aut (vt aptioribus verbis vtar) inimici & vltoris: Quemadmodum ait Scriptura! Legem enim nostram praescribere e, ne iniuriam acceptam vlciscamur: Ne lutem intendamus: Ne quicquam omnino possideamus, proprium que existimemus: verum alibi viuamus; ac praesentia, vt vana & inania, contemnamus, & pro nihilo putemus: Hoc etiam vetare, ne malum pro malo referamus: Aut si quis nobis colaphum f in genam vnam impegerit, ne alteri porrigamus, verum eam quoq; percutienti offeramus: ac praeter pallium tunicam etiam exuamus. Adijcit fortasse eam quoque hoc ferre, vt pro iis, à quibus iniuriam accepimus, preces fundamus, ac persequentibus optima quaque exoptemus. Quid ni autem hac apprime cognosceret, qui diuina oracula quondam pro lectore recitauerat, atque inter magni sacrarij ministros adscriptus fuerat, martyresque templis & delubris ornauerat? Cuius hoc primum demiror, quomodo in his libris accurate versatus, illud non legerit, aut consulto praeterierit: Malos male perdet,* &c. Refellit deinde pluribus ipse Gregorius Iuliani ex legibus Christianorũ in Christianos insultandi licentiam: docetque eos ad omnem mansuetudinem ex diuina lege sic esse compositos animo, vt omnia ferant atq; contemnant potius, quã virtutis dispendium patiantur: caeterum si affectos minime prohiberi vti virtute, & exhibito ex virtute remedio, nempe iustitia. Rursumq; demonstrat, alia ex diuina lege praescripta, nempe praecepta necessario omnibus adimplenda; alia vero aliis suaderi, & verticem perfectissimae vitae attingere cupientibus inculcari. Haec plane ipse Gregorius, pluribus Iulianum exagitans. Sed & Sozomenus *g* de iisdem sic habet: *Ius Reipublicae Christianis denegauit; & neq; in communes hominum congressus, neq; in forum venire, neque iudicium exercere, neq; gerere magistratum, neq; vllum dignitatis gradum obtinere permisit.* haec ipse.

e Matth. 5. Rom. 12. 1. Cor. 6. Matt. 10. Marc. 6. Luc. 9. 10. & Luc. 6.

g Sozo. li. 5. c. 17.

CCLX-XXIV. LEGES ADVERSVS SACRILEGOS EDITAE IN CHRISTIANOS CONVERSAE. *h Chry. ora. de inuent. & Max. marty.*

Atlicet Iulianus nullum (vt dictum est) manifestum patensque promulgasset edictum, quo (vt ab aliis Imperatoribus factum erat) in Christianos persecutio indiceretur: tamen in eos sancita olim aduersus sacrilegos templorum expilatores iura torquebat. vnde Sanct. Ioannes Chrysostomus *h*: *Si quis*, inquit, *superioribus annis, cum adhuc pij Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa fuffodisset, vel oblationes diripuisset, vel aliud tale quid egisset: rapiebatur ad tribunal, & occidebatur etiam insons & diuinaxat delatus.* haec Chrysostomus. Tulisse insuper eam legem Iulianum, vt Galilaei à militia pellerentur, auctores sunt Theodoretus *i* & Ruffinus *k*, dum aiunt, ab eo statutum esse, militiae cingulum nonnisi immolantibus dari, neque quemquam administrare posse prouincias, nisi cultores deorum. Sed de his quoque superius actum est.

i Theo. li. 3. c. 7 k Ruffi li. 1. c. 12.

CCLX-XXV. *l. Ammia. lib. 22.* IVLIANVS CHRISTIANOS DOCERE PROHIBET. *m Ammia. lib. 25.*

Verum & lex illa ab eodem Iuliano Imperatore promulgata, vt iniustissima, ab ipsis etiam scriptoribus Ethnicis improbatur: de qua sic Ammianus *l*: *Post multa enim etiam iura quadam correxit in melius ambagibus circumcisis, inditantia liquide quid inberent fieri, vel vetarent. Illud autem erat inclemens obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos & grammaticos ritus Christiani, altores.* & inferius *m* eadem ferme verba repetens ait: *Erat inclemens, quod docere vetuit magistros rhetoricos & grammaticos Christianos, ne transirent à numinum cultu.* hoc est, ne per eos cultores deorum ac eorum cultu desciscerent: docendo quippe illi humaniores litteras, pariter elucidabãt, quaecunq; de diis Gentium scripta erant, fuisse omnino figmenta. ita quidem de Iuliani sententia animi Ammianus. At astutus Apostata id sane erubuit palam priori edicto manifesto sanciendo fateri: sed aliis fucatis colorib. id ipsum praestans, mense Iunii eiusmodi edidit sanctionem *n*.

CCLX-XXVI. *n lib. 3. de professor. C. Theod.*

*Magistros studiorum, & doctores, excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse non possum: Iubeo, quisq; docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio Ordinis probatus decretum Curialium meretur, optimorum consentiente consensu. Hoc enim decretum ad me tractandum referetur, vt altiore quodam honore nostro iudicio studijs ciuitatum accedant. Dat. XV. Kal. Iulij accepta quarto Kalend. Augusti, Spoletio *: Mamertino & Nevitta Coss.* Cum igitur eiusmodi decretum ad se deferendũ, quo à se probaretur, edixerit: quis non intelligit, suo voluisse arbitrio reseruatum, quos vellent scientiarum praefici scholis? Hac primum, inquam, more suo, arte putauit, se Christianos omnes à docendo posse repellere. Sed haud diu post, nempe hoc ipso anno (vt ex Ammiano res gestas cuiuslibet anni Consulum limitibus conscribente constat) manifestum edictum protulit, vulgauitq; sanctionem, qua hoc ipsum manifestius prohiberet: eamque quantumlicet iudicio quoq; suorum turpissimam legem; tamen sic compositis quibusdam de industria pigmentis delinitam, tanquam philosophica imposita larua decoram in medium protulit, his scilicet fucatam sermonibus *o*:

o Extat inter epistol. eiusdē Iul. epist. 42.

CCLX-XXVII.

Doctrinam rectam esse arbitramur, non verborũ linguaeue magnificum & exquisitum sonum, sed mentis bene constitutae sanã affe-

ctionem,

SANCTIO IVLIANI ADVERSVS DOCTORES CHRISTIANOS.

tionem, & veras certasque de bono & malo, honestis & turpibus sententias. Quare quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos docet, is tantum videtur à scientia, quantum à probitate abesse. Ac si ille paruae sit linguae animique dissensio: in hoc ipso etiam est improbus, tametsi modum non excedat sceleris magnitudo. Sin vero in maximis rebus aliud sentit, contraque ac sentit, docet: nonne hic cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum vitae est? quippe cum ita maxime nocendi, quod maxime malum existimant, fallentes atque imescantes eos laudibus, quibus cum sua, vt arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes, qui quidquid docere profitentur, bonis moribus esse debent, neque opiniones nouas & à sensu posse clari adhorrentes asserre: sed in primis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis instituunt, siue sint rhetores, siue grammatici, & praecipue sophistae, qui non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, & ad se philosophiam de administrandis rebus publicis pertinere contendunt: hoc verum sit, nec ne, in praesentia omitto.

CCLXXVIII. QVO DILEMMATE VSVS IVLIANVS.

Laudo eos, qui doctrinam tam praestantem expetant; plus certe Lauda turus, si non mentirentur, neque se ipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid? Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Herodotus, Thucydides, Isocrates, Lysias, deos habent doctrinae suae duces & auctores. Nonne eorum alij Mercurio, alij Musis sacros se esse arbitrantur? Quare absurdum est, qui horum libros exponunt, deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen quia id absurdum puto; idcirco eos discipulorum causa sententiam mutare iubeo: Verum do optionem, vt ne doceant, quae non bona esse censent. Sin docere malunt, doceant re ipsa primum, & persuadeant discipulis, neque Homerum, neq; Hesiodum, neq; quenquam eorum, quos interpretati sunt, quos impietatis, amentiae & erroris erga deos condemnarunt, talem esse. Nam alioqui cum ex eorum scriptis alantur, mercedemq; capiant; an arrisimos plane & sordidissimos se fateantur, si paucis drachmis id facere sustineant. Atque hactenus quidem multa erant, quae eos templorum aditu prohiberent; & timor vndiq; impendens excusabat, quo minus de diis verissima sententia explicarentur. Nunc autem cum deorum munere atq; concessione, libertate potiamur, absurdum mihi videtur, ea homines docere, quae non bona esse arbitrentur. Quod si in iis, quae docent, & quorum quasi interpretes sedent, sapientiam esse vllam arbitrantur: studeant primum illorum erga deos pietatem imitari. Sin in deos sanctissimos putant ab illis auctoribus peccatum esse: eant in Galilaeorum ecclesias, ibiq; Matthaeum & Lucam interpretentur, quibus vos obtemperantes, à sacris abstinere iubetis.

CCLXXIX. CONSILIVM IVLIANI IN DOCTRINIS DECERNENDIS.

Cupio ego & vos, & linguam vestram (sicut vos loquereminī) renasci in his rebus, quarum vtinam & ego sim semper particeps, & omnes, qui me diligunt. Doctoribus quidem & praeceptoribus communis haec lex statuatur: adolescentes enim, qui ire volent, minime prohibentur. Iniquum siquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo se vertant, ab optima via retinere, ac metu coactos ad patria instituta deducere. Quanquam autem verum erat, istos tanquam impotentes & insanos etiam inuitos ac repugnantes curare: attamen licebat omnibus per nos istos morbo detineri: docere enim amentes, non punire opus est. hactenus Iuliani Imperatoris edictum; quo etsi Christianos omnes à docendo reuocat; non tamen adolescentes prohibet à discendo: haeque omnia eo consilio, quod Christiani docentes, ex Gentilibus auctoribus deorum inanem prorsus esse cultum, argumentis pluribus demonstrabant; adeo vt eos sic interpretati nihil aliud essent, quam adolescentes vera religione imbuere, & à Gentilitia superstitione penitus dimouere: quos sic semel imbutos perfacile erat ad Christianam fidem amplexendam adducere: Quibus si iidem illi caterent magistris, & Gentiles auctores à Gentilibus doctoribus magno deorum praeconio explicatos acciperent, fieret, vt eorum cultui addicerentur, retinerentque firmiter quod pueri didicissent.

CCXC.

Sed miramur, Ruffinum & alios dixisse, non tam à docendo, quam à discendo, Iuliani edicto, reiectos fuisse homines Christianos: id enim ipse Ruffinus verbis illis significare videtur, quibus ait a: *Studia auctorum Gentilium. Christianos adire prohibens, ludos litterarum illis solis, qui deos deasque venerarentur, patere decernit.* sed & Socrates b: *Lege sanciit, ne Christiani litteris humanioribus instituerentur: Nam cum sint, inquit, lingua ad dicendum exercitata, facile dialecticorum, qui sunt apud Gentiles, argut is occurrere poterunt.* Theodoretus etiam c: *Vetuit, inquit, ne Galilaei poeticam, rhetoricam, aut philosophiam discerent: Nam nostris ipsorum, inquit, pennis (vt est in prouerbio) percellimur: siquidem nostrorum scriptorum praesidiis munit i, contra nos bellum suscipiunt.* Sozomenus in eandem sententiam affirmat, id ob inuidiam in Apollinarem & alios celebres Christianos vitos, qui eo tempore florebant poeticis facultatibus, atq; apprime Gentilium callebant litteras, fuisse à Iuliano statutum: de his enim sic habet d: *Porro vetuit, ne Christianorum liberi poetas & alios scriptores Gentiles perdiscerent, neq; horum doctores audirent. Nam non mediocriter eius animum offendebat non solum Apollinaris Syrus, vir omni doctrina genere & orationis formis instructus, verum Basilius & Gregorius Cappadoces, qui omnibus illius aetatis rhetoribus laudem praripiebant, atq; alij eodem tempore quamplurimi diserti viri, quorum alij sunt Nicaeni Concilij decreta, alij haereseis Arianam amplexati. Hinc igitur solum quoniam magnam ad persuadendum facultatem posse parari censebat, vetuit, ne Christiani Gentilium disciplinis instruerentur.*

a *Ruffi. l. 1. c. 30.*
b *Socr. li. 3. c. 10.*

CCXCI. APOLLINARIS CARMEN HEROICVM.

Quo quidem tempore Apollinaris, quem dixi, quo sua multiplici doctrina & bonitate ingenij opportune multis prodesset, ad exemplar poematis Homeri, veterem Hebraeorum historiam vsque ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit, & totum opus in viginti quatuor libros distribuit, singulisq; singularum litterarum Graecarum nomen imposuit, numero eorundem & ordine omnino seruato. Comoedias quoque composuit, fabulis Menandri similes, itemque tragoedias Euripidis, & lyricos Pindari versus imitatione adumbrauit. Ad summam argumentis è S. litteris depromptis, de illis ad similitudinem earum disciplinarum, quae ἐγκύκλια appellantur, scripsit, breuique temporis spatio opera dedit, qua numero, dicendi vi, ipso orationis habitu, sermonis proprietate, forma denique & dispositione, scripta Gentilium, qui in his rebus inprimis excellebant, exaequarunt: adeo vt nisi antiquitatem admirarentur homines, & quibus assueti fuerint, ea cara haberent; lucubrationes Apollinaris non minoris, quam veterum auctorum aestimarent, easque ipsi dem docerent; eiusque ingenium eo magis susciperent, quod veterum singuli in vno genere separatim elaborarunt: ipse autem ad omne genus scripti animum applicans, vim & virtutem cuiusq; cum visus postularet, accurate expressit. Non obscurus est ille quidem liber, quem aduersus Imperatorem Iulianum, siue aduersus philosophos Gentiles pro veritate inscripsit: in quo sine vllis sacrarum litterarum testimonijs plane ostendit, eos in illo, quod de Deo sentiendum est, per errorem vehementer lapsos esse. Qua irridens Imperator, Episcopis eius temporis facile praestantissimis scripsit haec: Legi, intellexi, improbaui. Ad quae rescripsere Episcopi: Legisti quidem, sed non intellexisti: nam si intellexisses, non improbasses. Sunt, qui hanc epistolam Basilio Ecclesiae Cappadociae Antistiti attribuunt: neque id sane immerito. Sed sine eius sit, siue alterius, qui eum scripserit, quisquis fuerit, iure tum propter magnitudinem animi, tum propter eruditionem debet laudari plurimum. hactenus Sozomenus.

c *Thac. li. 3. c. 8.*

IVLIANVS A DISCENDO GRAECORVM LITERAS VETVISSE CHRISTIANOS FALSO CREDITVM.

d *Soz. l. 5. c. 17.*

CCXCII. CONCILIVM ILLIBERITANVM.

In actis autem Artemii martyris e (de quo plura superius) expressum habetur alia ex causa Iulianum eiusmodi promulgasse edictum, quo arcebat Christianos à Gentilium disciplinis: nimirum cum experiretur Antiochiae vim magnam Eugenii presbyteri in dicendo ac cōfutando falsam deorum religionem, ira percitum sic iurasse: Per Solem mihi clarissimum non amplius feram Graecis disciplinis institui maximeque impium genus Christianorum. hac ibi Sanct. Augustinus fetiam in eo cum iisdem consentit, vt edicto Iuliani non tantum à docendo, sed à discendo quoq; Gentilium litteras Christiani vetiti fuerint, cum ait: *An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit?* Sed & alios reperies eodem errore lapsos: cum tamen ex ipso recitato naper Iuliani edicto perspicue sit demonstratum, à docendo tantummodo Gentilium litteras Christianos doctores fuisse reiectos: à discendo nequaquam, sic intellexit illud S. Hieronymus in Chronico, cui cognitum fuisse putamus: sic etiam S. Ambrosius scribens ad Valentinianum Imperatorem g, cum ait: *Petunt etiam, vt illis prauilogia deferas, qui loquendi & docendi nostris communem vsum Iuliani lege proxima denegarunt, &c.*

e *Ioa. Abb. Irenici martyrio apud Metaph. die 19. Octobr.*

CAVSA, CVR IVLIANVS VETVIT CHRISTIANOS DOCERE ET DISCERE RES GENTILIVM.

f *Augu. de Ciuit. Dei l. 18. c. 52.*
g *Ambros. epist. 30.*

CCXCIII. QVID IN

Gregorius Nazianz. de eiusmodi edicto adeo iniquo agens, grauissima eundē legislatorem exagitat inuectiua;

IVLIANVM GREGORIVS NAZIAN. OB VETITAS CHRISTIANIS GRÆCAS LITERAS.

a Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

atque in ipso propemodum orationis exordio a, inde dicendi sibi comparans argumentum, hæc ait: *Sed isti,* (nempe Iuliano) *quoque hæc pœna pulchre conuenit, vt sermone crucietur pro eo scelere, quod in sermones admisit: qui cum omnium nationi præditorum communes sint, ita tamen, tanquam proprie ad se pertinerent, Christianis per inuidiam interdixit: stultissime sane de sermonibus cogitans homo omnium, vt sibi videbatur, facundissimus. primum quia subdole & veteratorie nomen ad opinionem traduxit: quasi sermo Græcus non lingua, sed religionis sit: atque ob eam causam, velut alieni boni surreptores, à sermonibus eos arcere instituit: perinde vero ac si nos quoque artibus illis, quæ apud Græcos inuenta sunt, vti prohibuisset, eaque propter eiusdem nominis appellationem suas esse dixisset ac vendicasset. Tum quia nobis obscurum esse putauit, id se nequaquam eo consilio facere, vt insigne quoddam & primario bono nos spoliaret, quippe qui hos sermones admodum etiam aspernemur: Verum quia impietatis confutationes extimescebat, velut in dictionis elegantia verborumque lenocinio robur habentes, ac non in veritatis cognitione & argumentis: à quibus minus compesci ac reprimi possumus, quam inhiberi, ne Deum confiteamur, cum linguam habeamus: quandoquidem vt alia, ita sermonem etiam pro sacrificio offerimus, quemadmodum & corpora, quando res ita nata fuerint, vt his quoque pro veritatis defensione concertare necesse sit. Quare qui hoc edictum promulgauit, Attice quidem ac concinne loqui nos prohibuit.*

CCXCIV. QVOMODO IVLIANVS ATTICE LOQVI PROMISIT.

Quod autem hic ait Gregorius, vetitos esse Christianos Attice loqui, non sic quidem rude accipias, vt Orientalibus præsertim, penes quos nonnisi Græcus sermo vigebat, ne Græce loquerentur, lege cauisse Iulianum existimes: nam cum de his nec verbum quidem in recitato ipsius contineatur edicto, id quoque impossibile penitus videbatur: sed per sermonem Græcum, Atticamque locutionem, illud accepit, quod Græcorum scientias docere Christiani fuissent inhibiti: vnde & inferius: *Atq; hæc sapiens noster Imperator & legislator, qui vt ne tyrannidis suæ quicquam expers esset, verum amentia vecordiaq; edictum proponeret, in imperii sui primordio ante res omnes alias, sermones, liberales q; disciplinas tyrannide oppressit.* At quod rursum ait, istæc ab eo esse statuta Imperii ipsius primordio sita accipias, vt primo eius regni anno illud ab eo edictum fuerit promulgatum: qui quidem anno superiore à mense Nouembris (vt diximus) inchoatus, in præsentem vsque ad eundem mensem diemque protenditur, vnde & secundus cœptus est numerari. Sed quod addit, ante omnia id ab eo fuisse sanctum; hyperbolice ab eo dictum esse ipsiusmet testificatione, atq; aliorum omnium, vt modo patebit, perfacile potest intelligi: cum plurima ab illo ante editam eam legem fuisse statuta, æque omnes affirment.

CCXCV. b Gregor. Naz. orat. 1. in Iul. INVECTIVA GREGORII IN IVLIANVM DERIDENTEM FIDEM CHRISTIANORVM.

Rursus vero eadem oratione idem Gregorius b hæc ipsa refricans, sic in eum inuehitur acerbissime: *Vnde igitur hoc tibi in mentem venit, homo omnium lenissime, & maxime inexplebilis, vt sermones & doctrinam humaniorem studia Christianis auferres? Hoc enim ex eorum numero erat, quæ non in minis posita, sed etiam decreta & promulgata erant. Vnde, & qua ex causa? Quis Mercurius Logius (vt ipse dixeris) hoc tibi in mentem induxit, qui Corybantes peruersi & inuidi dæmones? Quod si ita placet, huius quoque rei causam in medium afferemus. Te enim oportebat, cum multa & nefaria flagitia tentasses, huc tandem impelli, atque in te ipsum perspicue incurrere ac deuolui: vt qua re tibi in maxime gloriandum existimabas, in eadem imprudens maxime inuitares, stoliditatisque & vecordiæ notam subires. Quæro enim ex te, quid tibi hoc dogmate velis, quaque te ratio moueat, vt litterarum & eloquentiæ studiis nullo exemplo nobis interdicas? Quod si iustam aliquam causam proferre visus fueris; dolebimus quidem, cæterum non conqueremur. Quemadmodum enim cum, oratione vincere, sic etiam recte vinci ac cedere didicimus.* hæc ipse eum compellans.

CCXCVI. IVLIANVS QVID IN CHRISTIANOS IACTARE SOLEBAT.

At quid hisce in rebus soleret Iulianus in Christianos deridendo iactare, subdit his verbis: *Nostri sunt sermones, inquit, & nostrum Græcari, quippe qui deos quoque colamus: vestra est autem infantia & barbaries: nec quicquam aliud, quam, Crede, sapientia vestra est.* at hæc Gregorius insigniter refellit, quæ à Pythagoricis quoque ridenda fuisse demonstrat, quorum erat illa præcipua de præceptore sententia: *Ipse dixit, nihil præterea quærendum.* Cæterum altioris esse præstantiæ Christianorum, *Crede*, egregie probat; vtpote non homini, sed Deo & sic hominibus assentiis diuino spiritu fidem habentium: siquidem illi ipsi, totum istud quod credendum proposuerunt, virtutibus declararunt & signis atque miraculis veritatem plane testati sunt. Sed & pluribus docet, non fuisse à Græcis inuentas scientias, verum eas à barbaris, nempe Ægyptiis didicisse, qui consuetudine Iudæorum facti sunt eruditi. Versati quoque sunt pluribus in eo argumento antiqui Christiani Theologi, Iustinus martyr, Anthenagoras, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Origenes agens contra Celsum, Tertullianus, Arnobius, Lactantius, & qui post hæc eadem est prosecutus S. Augustinus de Ciuitate Dei, atq; alii plures, qui aduersus Gentes texuerunt apologias, quorum superius mentio facta est; Græcosque puerorum loco habitos tradunt (quod Soloni exprobatum fuit) facta cũ Hebræis & Ægyptiis, quos barbaros illi dicebant, collatione.

CCIIIC.

Sic igitur à Iuliano promulgato edicto, quo à docendo Christianos doctores arcerentur, nisi diis sese vellent addicere: scholas deseruere, qui publice hactenus professi in ciuitatibus essent. De Musonio quidem testatur Eunapius, cum ait c: *Idem Iuliano imperante excluſus à docendi munere, quod Christianus haberetur, cernens Hierophantam tanquam Delphicum tripodem omnibus futura præscire optantibus esse expositum, mira quadam & noua arte cognitionem eiusce rei fraudulenter intercepit.* hæc ipse. Sed & S. Hieronymus de Proæresio magni nominis philosopho (de quo superius) testatur ipsum occasione eiusdem edicti Athenis publice docere cessasse: nam sic de eo in Chronico: *Proæresius sophista Athenienſis, lege data, ne Christiani liberalium artium doctores essent: cum sibi specialiter Iulianus concederet, vt Christianos doceret, scholam sponte deseruit.* hæc cum dicat ipse; eundem Proæresium fuisse Christianum, significare videtur: nam quorsum illum scholas ea ex lege deseruisse oportuit, si Ethnicus erat? vel ad quid specialem docendi licentiam eidem à Iuliano opportuit impartiri, nisi Christianus fuisset? tamen quicquam tale de illo nec Eunapius res eius fusius prosecutus, nec alii, quos viderim, scriptorum memoria prodidere. Rursum vero de Mario Victorino nobilissimo oratore, iam Christiano homine, Romæ rhetoricam publice summa cum laude profitente, San. Augustinus tradit, deserere cathedram potius delegisse, quam à Christiana fide deficere, quam prompto animo suscepisset: de ipso enim hæc habet d: *Sed vbi mihi homo tuus Simplicianus de Victorino ista narrauit, excarsi ad imitandum: ad hoc enim & ille narrauerat. Posteaquam vero & illud addidit, quod Imperatoris Iuliani temporibus lege data prohibiti sint Christiani docere litteraturam & oratoriam, quam legem ille amplexus, loquacem scholam deserere maluit, quam verbum tuum, quo linguas infantium e fiscis diserlas: non mihi fortior, quam felicior visus est, quia inuenit occasionem vacandi tibi.* hæc Augustinus Christum alloquens de Victorino haud pridem ad fidem conuerso.

c Eur. Sar. in Vita Philosoph. MVSONIVS PROÆRESIVS, ET MARIVS VICTORINVS SCHOLAS DESERVNT

d Aug. Confess. lib. 8. c. 5.

e Sap. 10.

Sed quonam modo sublimem ille ceruicem humili Christi iugo subiecerit, præstat eodem auctore San. Augustino audire narrante, tantique viri ex deorum cultu, cui addictissimus fuerat, hic recensere conuersionis historiam, quam accipiens ipse à S. Simpliciano magnum inde consecutus est ad Christianam fidem capessendam emolumentum. res quidem dignissima, quæ intexatur Annalibus: haud enim diu ante Iuliani Imp. tempus id contigisse videtur; quod idem S. Augustinus recenset his verbis f: *Deinde, inquit, vt me Simplicianus exhortaretur ad humilitatem Christi sapientibus absconditam, & reuelatam paruulis; Victorinum ipsum recordatus est, quem Romæ cum esset familiarissime nouerat; deq; illo mihi narrauit quod non silebo. Habet enim magnam laudem gratiæ tuæ confitendam tibi, quem admodum ille doctissimus senex: & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quiq; philosophorum tam multa legerat & diiudicauerat, & dilucidauerat, doctor tot nobilium Senatorum, qui etiam ob insigne præclari magisterii, quod ciues huius mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat & acceperat, vsq; ad illam ætatem*

f Aug. Confess. li. 8. c. 2. CONVERSIO MARII VICTORINI.

venerator idolorum, sacrorumq; sacrilegorum particeps, quib. tunc tota fere Romana nobilitas inflata spirabat, populusq; etiam omnigenum deum monstra, & Anubem latratorem, qua aliquando contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam tela tenuerat, & à se victa iam Roma supplicabat, quæ ipse senex Victorinus tot annos ore terricrepo desonisauerat, non erubuerit esse puer Christi tui, & infantis fontis tui, subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium. O Domine, a Domine, qui inclinasti cœlos, & descendisti, tetigisti montes & fumigauerunt, quibus modis te insinuasti illi pectori? Legebat (sicut ait Simplicianus) S. Scripturas omnesque Christianas litteras inuestigabat studiosissime & perscrutabatur. Et dicebat Simpliciano, non palam, sed secretius, & familiarius: noueris me iam esse Christianum. Et respondebat ille: Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videro. Ille autem irridebat eum dicens: Ergo ne parietes faciunt Christianos? Et hoc sæpe dicebat, iam se esse Christianum. Et Simplicianus illud sæpe respondebat: & sæpe ab illo parietum irrisio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offendere super hos dæmonicolas, quorum ex culmine Babylonica dignitatis, quasi ex cedris Libani, b quas nondum contriuerat Dominus, grauiter ruiturus in se inimicitias arbitrabatur.

a *Psal.* 143.

b *Psal.* 118.

CCIC.

Sed postea quam legendo & inhiando hausit firmitatem, timuitque negari à Christo coram Angelis sanctis, si tum timeret coram hominib. confiteri, cœpit, sibi magnæ criminis apparuit, erubescendo de sacramento humilitatis verbi Dei, & non erubescendo de sacris sacrilegis superborum dæmoniorum, quæ imitator superbus accepérat depuduit vanitati, & erubuit veritati: subitoq; & crimen inopinatus ait Simpliciano (vt ipse narrabat) Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri. Qui ille non capiens præ lætitia perrexit cum eo. Vbi autem imbutus est primis institutionib. sacramentis, non multo post etiam nomen dedit vt per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia, Superbi d videbant & irascebantur, dentibus suis stridebant & tabescebant: Seruo autem suo Dominus Deus erat spes eius, & non respiciebat in vanitates e & insanias mendaces. Denique, vt ventum est ad horam profitenda fidei, quæ verbis certis conceptis retentisq; memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet ab eis, qui accessuri sunt ad gratiam tuam: oblatum esse dicebat Victorino à presbyteris, vt secretius redderet; sicut nonnullis, qui verecundia trepidaturi videbantur, efferri mos erat. Illum autem maluisse saluti suæ in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Non enim erat salus, quam docebat, in rhetorica, & tamen eam publice professus erat. Quanto minus ergo vereri debuit mansuetum gregem tuum pronuncians verbum tuum, qui non verebatur in verbis suis turbas insanorum? Itaque vbi ascendit, vt redderet, omnes sibimet inuicem, quisque vt eum nouerat, instrepuerunt nomen eius strepitu congratulationis. quis autem ibi non eum nouerat? Et fremuit presso fremitu per ora cunctorum collætantium, Victorinus, Victorinus. Cito fremuerunt exultatione, quia videbant eum: & cito siluerunt intentione, vt audirent eum. Pronunciauit ille fidem veracem præclara fiducia: & volebant eum omnes rapere intra cor suum: & rapiebant amando & gaudendo: ha rapientium manus erant. hactenus de Victorini confessione Augustinus: cuius exemplo, vt ipse de se fatetur, exarsit ardore fidei consequendæ.

c *Mat.* 10.

d *Psal.* 111.

e *Psal.* 39.

VICTORINI NOBILIS FIDEI CONFESSIO.

CCC.

Sic igitur Victorinus, tanta animi magnitudine, reclamante licet magna Senatus populiq. Romani parte Christianam religionem semel amplexus, eam vehementioribus in dies studiis coluit & illustrauit, atque adeo, vt maluerit (vt dictum est) se abdicando, à docentium cathedris cum professoribus Christianis, Iuliani edicto promulgato, è sublimiq; loco descendere, & inter humiles profiteri, quam ad Imperatoris & Præfectorum gratiam sibi cõciliandam, inter Gentiles adnumerari. Posthæc autem quamdiu ipse vixerit, incertum est; cum vero decrepitæ iam senectutis hoc tempore esset, haud multum temporis post hæc potuit esse superstes: nam in extrema eum senectute factum esse Christianum, S. Hieronymus tradit, cum eius lucubrationes recenset his verbis: *f Victorinus natione Afer Romæ sub Constantino Principe rhetoricam docuit: & in extrema senectute Christi se tradens fidei, scripsit aduersus Arianos, libros more dialectico valde obscuros, qui ab eruditis modo intelliguntur & commentarios in Apostolum.* hæc Hieronymus, qui & de eius commentariis in Epistolas Pauli cum meminit, haud adeo feliciter id eum affectum tradit: quippe qui literis philosophicis atq; aliis humanioribus affluetus in eisdemque semper ad senectutem vtq; detentus, res Christianæ religionis prouecta nimis ætate attigit. de quo hæcidem auctor g:

f *Hieron. de Scri. Eccl. in Victori.*

VICTORINI LVCVBRATIONES.

Non quia ignorem, Caium Marium Victorinum, qui Romæ pueros rhetoricam docuit, edidisse commentarios in Apostolum: sed quod occupatus ille eruditione secularium litterarum, scripturas omnino sanctas ignorauerit: & nemo possit quamuis eloquens, de eo bene disputare, quod nescit. hæc ipse: qui in Chronico de eodem testatur, tanta floruisse claritudine, vt ex Senatusconsulto (quod dictum est) donari meruerit statua, in foro Traiani honoris causa collocata. Meminit eiusdem idem sanctus Hieronymus, cum fugillat Iouinianum hæresiarcham, dicentem, virginem idem esse, quod nuptam: *Sed ipsum (inquit) virgo putatur & nupta, cur piaculum vocis huius Roma Victorinus audire non potuit? Virgo à viro, non vir à virgine generatur,* scripsisse autem ipsum libros illos quatuor de Trinitate, viuente Constantio, certum ex iisdem deducitur argumentum, dum agens de Nicæno Concilio h ait: *Probatis illud ab Imperatore Imperatoris nostri patre.* Quin idem superius cum item agit de eodem Nicæno Concilio, celebratum ait *i* ante quadragesimũ annum: quem annorum numerum si quis velit ad exactum referre calculum; dicendum esset, ipsum nonnisi post duos sequentes annos, nempe Domini anno sexagesimo quinto post trecentesimum eos scripsisse, quo expletur numerus ille quadragenarius à dicto Nicæno Concilio. Quamobrem sic ipse expressisse numerum illum intelligi posse videtur, non vt ea obiter tractans certum voluerit annorum numerum consignasse, sed quod post tertium annorum denarium quartus iam volueretur. Extant eius viri hymni tres, & de Homoulio recipiendo lucubratiuncula, necnon hexametrum carmen de Machabæis, eadem omnia summa cum eruditione pietatem redolentia. Nec præterimus quando de eius scriptis est sermo) testari sanctum Augustinum, eundem Victorinum complures Platonicorum libros Latinitate donasse, quos se legisse tradit *k*. Sed reuertamur ad Iulianum, vnde occasione promulgati aduersus Christianos litterarum professores edicti, ad Victorinum digressi sumus.

g *Hier. in præfat. 18. mart. in ep. Pauli ad Galat.*

h *Victorin. de Trinit. l. b. 2.*

i *Idem de Trina. l. 1.*

k *Aug. Confes. li. 8. c. 2.*

CCCII.

IVLIANVS IMITARI CONATVR RES CHRISTIANORVM.

Mira quidem impii hominis procacia fuit, quæ Imperatorii coniuncta vitibus nihil intentatum voluit reliquisse: quippe enim temerario ausu à scientiarum professione Christianos eiecit; idem impudenter, qui optima ratione à maioribus instituti & posteris traditi essent ritus Christianæ religionis & mores, in Ethnicismum transferre conatus est: nec erubuit imitatrix ipsa, quos probris & ignominia affectos, vt infames, exagitabat. Quænam autem fuerint, in quibus Christianos voluit sequi, Gregorius Nazianzenus in primis docet his verbis *l*: *Cum doctrinam nostram dogmatibus quidem & supernis testimoniis magnam esse perspiceret, eandemq; veterem & nouam, veterem vaticiniis ac sublucentibus Diuinitatis notionibus, nouam posteriori Dei aduentu ac præsentia iisq; miraculis, quæ tum ex ea, tum circa eam designata sunt: cæterum maiorem atq; insigniorem ob eas Ecclesia fœcundas, quas traditione acceptas in hanc vsque diem seruauimus. Vt ne hoc quidem ipsum malitia expers maneret, quid cõmiscitur? quid facit? Rapsacem illum Assirium imitatur*: m qui ad reducendum in seruitutem Hebræos Hebræo voluit vti sermone, non Syro paucis illorum noto: *Idem igitur (inquit) hic quoq; cogitans, scholas in omnibus ciuitatibus extruere parabat, & sacraria, sedesq; partim altiores, partim depressiores: profanorum etiam dogmatum lectiones & explicationes instituere, tam quæ mores componerent, quam quæ in rerum abstrusiorum tractatione versarentur: tum precationum alternatim canendarum formam, & rationis, qua in eos, qui peccarent, pro delicti modo animaduerteretur, atq; omnia, quæ nostra plaue disciplina sunt. Constituebat etiam diuersoria adificare, ac domos excipiendis hospitibus dicatas, necnon monasteria, & virginum cœnobia: simulque humanitatem erga pauperes, beneficentiamque adiungere cum cæteram, tum eam, qua in epistolaribus tesseris confisitur, quibus eos, qui inopia premuntur, ex gente ad gentem transmittimus: quæ videlicet in nostris rebus, vel in primis suscexerat.* Atq; hæc quidem in animo habebat nouus iste dogmatum auctor & sophista.

l *Gregor. Naz. orat. 1. in iul.*

m *3. Reg. 18. Isaiæ. 36.*

CCCIII. Perficere tamen Iulianus ea omnia haud valuit, licet summo studio pertentarit: vt eius litteræ ad Arsacem Pontificem scriptæ testantur, quas paulo post ex Sozomeno describemus. Cur autem diu animo reuoluta, magnoque consilio agitata, minime ad optatum perduxerit exitum: non tam quidem accidit, quia citius ex hac vita abreptus est, & ob eã causam illa sicut alia, quæ in Christianos excogitauerat, prosequi minime valuit: sed potius id euenisse, quod ceremoniæ, ritus, mores, traditionesque Christianæ religionis, eiusmodi sint, quæ Deum auctorem habeant, & sine Dei ope haud valeant consummari, idem Gregorius pluribus disserit: *Quippe qui* (inquit) *huiusmodi ritus, prescriptiones & ceremonia Christiani bellissime congruant, talesq; sint, vt nullus eorum, qui vestigiis nostris insistere cupiunt, eas emulari possit, quandoquidem non tam humanis ingeniis atq; inuentionibus, quam vi diuina, temporiq; firmitate vigorem obtinuerunt.* quamobrem idem existimatum est, Iulianum res nostras imitari, ac simiam hominem agere, quippe quæ careat ratione, optima hominis parte: sic plane visus est nostra reddendo, ac tanquam in scena repræsentando, interiori illa carens sapientia, qua res nostræ diuinitus, non autem humana industria institutæ subsistunt. Hæc & alia Gregorius de his pluribus agens.

RES CHRISTIANORVM SVPERANT INVMANVM CAPTVM.

CCCIV. Vnde autem eiusmodi cupido animum incesserit Iuliani, vt quos odisset, imitari instituerit Christianos, Sozomenus sic aperit a: *Imperator cum iampridem studeret, vt religio Gentilis per vniuersum Imperium perduraret; iniquo animo tulit, cum videret eam religionem Christiana laude & hominum approbatione superiorem esse. Nam etsi delubra patefacta fuere, & sacrificia atque dies festi patrij Gentilium in singulis vrbibus sibi ex sententia procedere videbantur: tamen discruciabatur animo, cum secum cogitaret, si eius conatus nudarentur, fore, vt ista omnia breui commutarentur. Maxime autem omnium eum angebat, quod audiret, vxores etiam, liberos & seruos multorum sacerdotum fidem Christi profiteri. At vero cum existimaret, relligionem Christianam maximam ex vita & moribus eorum, qui eam sequebantur, commendationem consecutam; instituit animo, delubra Gentilium tum apparatu, tum ordine Christiana religionis adornare.* hæc Sozomenus, quæ ante descripta, modo ex Gregorio Nazianzeno retulimus: idemque ipse inferius sic ait de eiusdem in his componendis inani studio Iuliani b:

a Sozo. lib. 5. c. 10.

CCCV. IEVSTRA IVLIANVS IMITARI TENTAT RES CHRISTIANORVM.

b Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

Sit igitur theatrum paratum (nam quo alio nomine templum sanctum vocari iubeant, nescio) præcones clament, populus consluat, sublimioribus locis sedeant, vel qui ætate & canicie eximi eaque functionis dignitate præcellunt, vel qui generis splendore & gloria conspicui sunt, ac sapientia humi texta, plusq; voluptatis habent, quam veræ pietatis (hoc enim propter eos faciemus) quid deinde agent? Ipsi suos Antistites describant: purpura eos ornabit, & vitte & florida atque egregia corona, quandoquidem plerisque in rebus grauitatem splendoremque ab eis affectari sensi, adque studiose curari, vt supra priuatos emineant: tanquam videlicet id quod commune & plebeium est, facile in contemptum veniat: quod autem elatum est, fastuosque plenum, atque assecutu difficile, fidem & auctoritatem habeat. An hic quoque ad nos vsque se deiicient, sublimitatemque non tam in gestu ac rerum specie, quam in moribus sibi conuenire, nostri instar existimabunt? Nos enim quid externe appareat ac depingatur, parum nostra referre arbitramur; verum circa internum hominem enixius laboramus; spectateremque ad ea, quæ animo & intellectu percipiuntur, retrahere conamur, ex eoque vulgus magis eruditimus. hæc Gregorius, plane significans licuisse Iuliano exteriorem Christianorum in templo cultum atq; splendorem imitari; mores vero, quibus interiora exterioribus egregie respondebant, nequaquam assequi valuisse: atq; perinde ac sine anima corpus non hominis, sed cadaueris dignum est nomine; ita reptæsentata ab illo nostra, visa fuisse cadauer exanime.

CCCVI. Quanto autem studio in his Iulianus inuigilarit, epistola ab ipso scripta ad Arsacium in Galatia Gentilicia superstitionis Pontificem locuples testis est: quam Sozomenus cum Græce conscriptam recitet c, eadem sic Latine edita extat:

c Soz. li. 5. c. 15.

Quod quidem nondum religio Gentilium ex nostra procedat sententia, impedimento sunt hi, qui eam profitentur. Quæ autem à diu nobis donata sunt, ea splendida sunt, magna sunt, excellentiora sunt, quam quæ omnino vel optari, vel sperari poterant. Nam in tam exiguo temporis spatio (sit quidem Nemesis nostris votis propitia) tantam ac talem rerum mutationem paulo ante ne optare quidem quisquam audebat. Sed quid est causæ, cur in his perinde ac similibus amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius conuertamus oculos ad ea, quibus impia Christianorum religio creuerit, id est, ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illa in mortuis sepeliendis positam, & ad sanctimoniam vitæ, quam simulant? quorum singula à nobis vere excequenda esse censeo. Neque satis est istud solum institutum sancte obseruari: sed velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt, vel minis impellas, vel precibus persuadeas, vt sint honesti: vel sacerdotali ministerio abdices, si non vna cum vxoribus, liberis & famulis, diis colendis sedulo animo attendant: & ne patiantur, seruos aut filios, aut conjuges Gallilæorum impie de deos se gerere, & impietatem pietati præponere. Deinde sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad spectacula, neue in taberna bibat, neu artem aliquam aut opificium turpe infameue exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tribuito: qui autem resistunt, expellito. Porro xenodochia millia in singulis ciuitatibus extruito, vt peregrini nostra benignitate fruantur, neque solum hi, qui nostram colunt religionem, sed & alij quoque, si pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tibi ad hoc institutum necessarie abunde suppetant, à me interim excogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in tota Galatia, & sexaginta millia sextariorum vini in singulos annos dari iussi: Quorum quintam partem in pauperes, qui sacerdotibus inseruiunt, insumendam esse mando: quod reliquum est, peregrinis & mendicantibus subleuandis distribuendum. Nam turpe profecto est, cum nemo ex Iudæis mendicet, & impij Gallilæi non suos modo, sed nostros quoq; alant: vt nostri auxilio, quod à nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur.

IVLIANI EPIST. AD ARSACIVM PONTIFICEM GALATIÆ.

EXHORTATIO IVLIANI AD BONOS MORES.

Quare doceto Gentiles in huiusmodi ministeria pecunias conferre, & pagos Gentilium ex fructibus dijs offerre primitias: & eiusmodi beneficentiæ officia assuescito: planumque illi facito, hoc nostrum olim munus fuisse. Nam Homerus Eumæum, sic loquentem facit.

REPVSÆ ELEEMOSYNÆ CHRISTIANORVM.

Hospes si nostris succederet aduena tectis
Vilior: accepta placide. Sunt dura regentis,

A Ioue. Paruæ meæ est (fateor) sed grata facultas, ne hæc Christianis accepta ferret Iulianus ex Homero sibi vendicat. sed subdit:

Nequeigitur permittamus, alios nostrorum imitatione bonorum nobis laudem præripere, vt ipsi propter socordiam turpitudine & infamia afficiamur: imo potius ne pietatem erga deos penitus prodere videamur. Quod si te ista sedulo obire accepero, maxima sane lætitia gestiam. Præsides domi raro inuisas; sed scribas ad eos litteras sapissime. Ingredientibus illis in vrbem, nemo sacerdos obuiam prodeat, nisi quando ad templa deorum accedunt, solum intra vestibula. Eos intrantes nullus miles precedat: sequatur autem qui vult. Nam simul vt ingredietur lumen delubri, priuati personam induit: siquidem ipse, vt nosti, his, qui intus sunt, præes, propterea, quod diuina hæc istud postulat. Et qui tibi parent, sunt re vera pij: qui autem præarrogantia resistunt, ostentatores sunt, & manus gloriæ appetentes. Pessimum opem ferre paratus sum, dummodo matrem deorum sibi propriam reddant. At si eam contemnant, non modo culpæ affines erunt, verum etiam (quod dictu acerbius est) in grauissimam apud nos offensionem incurrent:

CCCVII.

Nam scelus infandum est, dextram præstare benignam
Illis, qui superis indicunt bella beatis.

Persuade igitur illis, vt si à me curam de se suscipi cupiant; omnes vna se deorum Matri supplices præbeant. hactenus Iuliani epistola ad Arsacem. Sed considera ex his demum accurate lector, quam deteriores Iuliano Apostata exhibeant se ipsos recentiores apostatæ, antiquorum ecclesiæ morum contemptores; dum & despiciunt atque subsannant, quæ inuidi hostis oculis sunt visa pulchetrima, atq; omni acceptatione dignissima.

Ad postremum post alias recensitas ineptias insulsi legislatoris, vani Philosophi & impij Imperatoris à Gentilibus scriptoribus etiam condemnati, addamus his vanitatem illam, quam etiam lege sancire non puduit, cum statuit, vt liberum esset vxoribus maritos dimittere. Est de

CCCVIII.

his mentio apud S. Augustinum, vbi auctor ait a: *Ante iussit edictum, mulieres viros suos dimittere nequibant; accepta autem potestate aperuit facere, quod prius facere non poterant: ceperunt enim viros suos libenter dimittere.* & inferius: *Hic enim in vrbe Roma & similibus eius (quæ sacratissima appellatur) licet mulierium viros suos dimittere, cum cautum sit lege diuina, vt ne viri quidem hac potestate vterentur, excepta fornicationis causa.* Ecce hæc in re quidem viros sunt Barbari, &c. Hæc auctor: etsi non Augustinus, certe Iuliani æqualis, vt qui ibi numeret annos trecentos & circiter (vt ait) à tempore cladis Hierosolymitanæ in illam diem. Audisti portentum, quo vna illa lege insanus homo, ea indulgens malierum lenitati vniuersos homines sub Romano imperio constitutos illis subiecit.

a *Apud Augustin. in quæst. ex vtroque mixt. q. 115. & 144.*

CCCIX. Hoc insuper anno (vt tandem finem eidem imponamus) mense Decembri, quæ superauerant Nicomediæ priori terræmotus clade, eodem reciprocante impulsu terræ prostrata sunt: quo & Niceam haud mediocriter fuisse concussam, Ammianus b affirmat: tristiaque hæc ait auspicia præcessisse Persicam, in quam incumbebat Iulianus, expeditionem. Vix credi potest quot calamitatibus hoc anno fuerit Oriens afflictatus, cum Iulianus instaret conciliare sibi numina hecatombis. Nicomediam vero ab eo valde amatam, Themistius tradit in sua oratione.

b *Ammian. lib. 22.*

IESV CHRISTI
Annus 363.

LIBERII PAP. Annus 12. — IVLIANI IMP. Annus 2.

I. SEQVENS Domini annus trecentesimus sexagesimus tertius, quo Iuliani annus secundus cœptus mense Nouembris anni superioris, pariter perseuerans, ipsius morte interceptus, haud valuit consummari. Consulatu eiusdem quarto, atque Sallustii, Fastis adscribitur. *Videbatur nouum* (inquit Ammianus c) *adunctum esse in Consulatu Augusto priuatum hominem, quod post Diocletianum & Aristobulum nullum memineram gestum.* Cæterum quantæ æstimationis Sallustius ille apud eum esset, non tantum collata Eli Galliarum præfectura declarat, sed & ipsiusmet Iuliani testificatione in epistola ad Oribasium satis perspectum habetur, cum ait d: *Vinam diu Sallustium virum probum nobis concedant: ac si propterea successor nobis dabitur, nihil erit, vt spero, molestum.* hæc ipse. Porro creatus est Consul ipse & Sallustius hoc anno cum ageret Præfectum in Galliis, vnde & scripsit ad Iulianum proficiscentem in Persas, eumque per literas obtestatus est, ne expeditionem illam maturaret, nondum pace numinum exorata: quod & Ammianus testatur e:

c *Ammia. lib. 23.* CONSVL. SALVSTIVS QVANTÆ ÆSTIMATIONIS.

d *Iulia. ep. ad Oribas.*

e *Ammian. lib. 25.*

II. *Eidem ibi.* OMINA DIFFVTVRO INITIVM IVLIANI.

Qui autem hoc anno Sallustium creauit Consulem Iulianus (idem inquit auctor f) *Aproniannm Romæ decreuit oc.: Præfectum, Octauianum Proconsulem Africæ, Venustum Vicarium comitis Hispaniæ, & Rufinum Aradium Comitem Orientis in locum antecessit Iuliani recens defuncti pronexit. Quibus, vt conuenerat, ordinatis, terrebatur omine quodam, vt docuit exitus, præsentissimo. Felicem enim largitionum Comite profligato sanguinis repente extincto, cumque Comite Iuliano secuto, vulgus publicos contentus titulos, Felicem Iulianum Augustum, pronunciabat. Præsserat illud fatum. Namque Kalendis ipsis Ianuarii, ascendente eo gradile Genij templi, sacer datum consortio quidam ceteris diuturnior, nullo pulsante, repente concidit, animamq; insperato casu efflauit: quod astantes (incertum per imperitiam, an adulandi cupiditate) memorabant Consulum seniori portendi, nihil rum Sallustio: & vt apparuit, non ætati, sed potestati maiori interitum propinquare monstrabatur.* his territamentis exagitatus Iulianus præsentem auspicatus, est annum, cruciatus mitum in modum iis, quibus intentus erat, auspiciis.

f *Idem ibi.*

Super his (idem subdit Ammianus) *alia quoque minora signa subinde, quod accideret, ostendebant. Inter ipsa enim exordia procinctus Parthici disponendi, nunciatum est, Constantinopolim terræ motu vibratam, quod horum pericli minus latum esse pronunciabant alienæ perniciei studiosi. Ideoque intempestiuo cœptu desistere suadebant: ita demum hæc & similia contemni oportere firmantes, cum irruentibus armis externis, lex vna sit & perpetua, salutem omni ratione defendere, nihil remittere vi mortis.*

III. CONFLAGRATIO APOLLINIS PALATINI.

Sed quid his funestum est additum? *Iisdem diebus*, inquit nunciatum est ei per literas, *Romæ super hos libros Sibyllæ consultos (vt iusserat) Imperatorem eo anno discedere à limitibus suis, aperto prohibuisse responso.* Sed ex quibus foliis Iuliano malũ prænunciatum est; Apollinis ipsius, ex quo omnis diuinatio hauriri solita, clades atq; ruina, & oraculorum Sybillinorum futura, nisi mox fuisset occursum, conflagratio minime prænosci valuit & antecaueri. Nam vt idem Ammianus affirmat, *quartodecimo Kalendas Aprilis, noctu Palatini Apollinis templum, præfecturam regente Aproniano, in vrbe conflagrauit æterna: vbi ni multiplex inuisset auxilium, etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammarum.* Porro asseruari potuerunt ipsa oracula Sybillina vsq; ad Honorii Augusti Imperium, quando (vt suo loco dicturi sumus) auctore Stilicone, igni tradita sunt.

IV. APRONIANI PRÆFECTI RES GESTÆ ROMÆ.

Sed quæ ab Aproniano Vrbis Præfecto his temporibus ibidem gesta sint, idem Ammianus sic narrat g: *Dum hæc in Oriente volubiles fatorum explicant sortes; Apronianus regens vrbem æternam, Iudex integer & seuerus, inter curarum præcipua, quibus hæc præfectura sæpe sollicitatur, id primum opera curabat enixa, vt venefici, qui tunc * crescebant, captos, postque agitatas quæstiones, nouisse quibusdam, apertissime confutatos, indicatu conscij morte multaret, atque ita paucorum discrimine, velquos, si qui laterent, formidine parium exterreret. Hæc egisse ideo efficaciter, fertur, quod Iuliani promotus arbitrio agentis etiam tum per Syrias, in itinere vnum amiserat oculum: suspicatusque artibus se nefarijs apertum, iusto quidem, sed inusitato dolore, hæc & alia magna quærit abat industria: vnde quibusdam atrox visus est: in amphitheatrali curriculo vindictam cocunte aliquoties plebe, causas discutiens criminum maximorum. Deinde post huiusmodi vindicata complura, Hilarium aurigam conuictum atque confessum, vix dum pubescentem filium suum venefico tradidisse docendum secretiora quædam legibus interdicta, vt nullo conscio admiculo insinuaretur internis, capitali animaduersione damnauit. Qui laxiu retinente carnificæ subito elapsus, confugit ad ritus Christiani sacrarium: extractusque deinde illico, abscissa cervice consumptus est. Verum hæc similiaque tum etiam vt coercenda mox canebantur: & nulli vel admodum pauci in his versati flagitijs vigori publico insultarunt: sed tempore secuto longe alia imponitas naturæ immania, vsque eo grassante licentia, vt imitatus Hilarium quidam Senator, seruumque suum modo non per syngraphã arcanis piacularibus imbuendum commisisse doctori malarum artium confutatus, supplicium redimeret opum mercede, vt crebriori fama vulgatur, &c.* hæc Ammianus de Aproniano in magos seuiente: quo titulo Præfectos agere in Christianos confueuisse ob inuidiam decori nominis martyrii, satis superius dictum est: vt dubium minime sit, ea inquisitione magorum, accusatis, eo nomine Christianos ex more Gentilibus, ex eis quamplurimos causam dicere iussos esse atq; diuersis pœnis affectos.

g *Ammia. lib 26.*

* *tacescebant.*

V. Huius quoq; anni primordiis immensum Iuliani conatum de restituendo Hierosolymorum templo, à Tito diruto, idem Ammianus describit his verbis h: *Licet accidentium varietatem sollicita mente præcipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flagranti studio perurgeret: diligentia tamen vbique diffidens, Imperiique sui memoriam magnitudine operum gestiens propagare; ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa & internecina certamina obsidente Vespasiano, postea Tito, agre eit oppugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis; negotiumque maturandum Alipio dederat Antiochensi, qui olim Britannias curauerat pro Præfecto.* hæc quidem de causa iterum excitandi templi cum Ammianus recenseat, haud veritatis scopum collimasse penitus visus est. Nec sane studium erga Iudæos ad hoc ipsum Apostatam impulit, quorum doctrinam, patriamq; religionem, æque ac Christianorum cultum editis (vt dicemus) commentariis exagitauit: Verum illa causa potissima interfuit, vt sic aduersus Christianam religionem veluti mu-

h *Ammia. lib. 23.* IVLIANVS RESTITVENDVM CVRAT TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM.

nitio-

nitionem ædificans, ac Iudæos ſuperexaltans, eam penitus ſternneret.

VI. IVLIANVS IN CHRISTIANOS IMMITTIT IVDÆOS.

Quanti enim eſſet momenti tales in Chriſtianos hoſtes immittere, qui illi ſponte egerant, relaxatis tantum ab ipſo Iuliano licentiæ habenis, ſatis perſpicuum ſpecimen nuper dederant, cum actius quam Gentiles ipſi ſæviſſent in Chriſtianos: quorum quidem immanium ſcelerum exciderint licet Acta; quæ tamen San. Ambroſius paucis perſtringit verbis ad Theodoſium ſcribens *a*, haud obſcure ſignificant, cum ait: *At certe ſi iure gentium ageremus, dicerem quantas Eccleſiæ baſilicas Iudaïs tempore Imperij Iuliani incenderint: duas Damaſci, quarum vna vix reparata eſt, ſed Eccleſiæ, non Synagogæ impendiis; altera baſilica informibus horret ruinis. Incenſæ ſunt baſilica Gazis, Aſcalone, Berythi, & illis fere locis omnibus; & vindictam nemo quæſiuit. Incenſa eſt baſilica & Alexandriæ à Gentilibus, & à Iudæis, quæ ſola præſtabat cæteris.* hæc Ambroſius. Porro Berythi eccleſiam incenſam fuiſſe à Magno Comite, Petrus Alexandrinus tradit *b*:

a Ambr. ep. 23.

b Apud Theod. li. 4. c. 20.

VII. *c Chryſoſt. hom. 44. in Matth.*

S. Ioannes Chryſoſtomus hæc eadem tempora reuocat in mentem, dum de Iudæis agens ſic ait *c*: *Nemo veſtrum ignorat memoria noſtra, quando Iulianus, qui omnes homines impietate ſuperauit, contra Chriſtianos ſæuiret, quo modo plerique ex Iudæis Gentibus adhærebant, & cultui idolorum præferebant. Quare ſi aliquo modo modeſtius nunc degere videntur, formidine Principum id ſimulant: quæ ſi nulla eſſet, crudeliora quam antea vnquam facerent, auderent, cum omni prauitate atq; malitia priſcos nimirum antecedant: maleficas artes atq; magicas, petulantiam, audaciam, cæteraq; vitia ſupra modum colentes. & quamuis tanto freno coerceantur, ſæpenumero tamen in Principes conſpirarunt, & in extremas inde calamitates incidernnt.* hæc Chryſoſtomus: qui & in deſtructione templorum prodigia quædam magna accidiſſe teſtatur *d*, licet ea (quod obiter illa tractaret) quænam fuerint, minime recenſuerit. Hac igitur vna ex cauſa Iulianus erga Iudæos, quos vt diis Gentium aduerſatios odetat, viſus eſt aut videri voluit eſſe propẽſior. Ad quos officii plenam eiuſmodi tunc dedit epiſtolam *e*, quam Græce ſcriptam, Latine redditam hic deſcribemus. meminit namque huius epiſtolę Sozomenus *f*, dum ait: *Scripſit ad populum Iudaicum, vt pro ſe ſuoq; regno preces funderent.* epiſtola autem ſic ſe habet:

d Chryſoſt. in Act. ho. 4.

e Extat inter ep. Iul. ep. 25. f Sozom. li. 5. c. 22.

VIII. LITTERÆ IVLIANI AD IVDÆOS.

*Iulianus Iudæorum Reipub. Superiora tempora non tam vobis ob ſeruitutem moleſta fuere, quam quod tabulis in iuſſu Principis emiſſis obnoxij eſſetis, immenſumque aurum in ærarium inferretis. Quam rem ego magna ex parte meis vidi oculis, tum multo magis ex ipſis tabellis, qua contra vos aſſeruabãtur, perſpexi: quin & paratum iam iterum contra vos vectigal prohibui, & impietatem hanc deteſtabilem compreſi, tabulaſque incendi, quæ in meis ſcrinijs ad vos opprimendos cuſtodiebantur: vt nemini liceat deinceps tanta impietatis rumorem in vos ſpargere. Neque ſane harum iniuriarum cauſa Conſtantio fratri, viro memorabili, potius tribuenda videatur, quam nonnullis omnino barbaris, & mente impijs, qui eius mensa vtebantur: quos ego manibus meis arreptos, atque in voueam coniectos perdidi, vt ne memoria quidem vlla de eorum interitu apud nos ſuperſit. Ego vere cum longe maioribus beneficijs vos ornare vellem, fratrem * Iulum Patriarcham omni obſeruantia dignum hortatus ſum, vt & tributum, quod vobis imperatum dicebatur, prohibeat, & vectigalia eiuſmodi à vobis exigere: quo ſemma vobis ſecuritas & otium ſit in meo regno, & maiori ſtudio pro meo regno vota faciatis Deo optimo & opifici, qui mihi dignatus eſt ſuis purißimis manibus coronam imponere.*

* Illum

IX. PALLAX LACTANTIA IVLIANI.

Solent namque qui ſolicitudine aliqua premuntur, mente conſtringi, neque tam conſidenter manum ad Deum orandum tollere. At qui cura penitus vacui ſunt, tota mente gaudent, & pro regno ſupplices manus ad Deum maximum porrigunt, in quo ſitum eſt, vt regnum noſtrum in optimo ſtatu verſetur, ſicut optamus. Id vos in primis curare atque contendere debetis: quo & ipſe, bello Perſico ex animi ſententia geſto, ſanctam vrbem Hieruſalem, quam multos iam annos habitatam videre deſideratis, meis laboribus reſtitutam incolam, & vna vobiſcum in ea optimo Deo gratias agam. hactenus epiſtola Iuliani, in qua videas hominem tanquam nouum Proteum nouam induere formam: Nam qui in omnibus fere litteris ſuis non vnum Deum, ſed plures inuocat, prædicat, & extollit; nunc quod ſciat ſe cum Iudæis rem agere, quorum in vnius numinis cultu verſetur religio, vnius tantum Dei optimi maximi habuit mentionem, vt pene videatur Iudæis factus eſſe Iudæus. Sed ad conſtructionem templi reuocemus orationem, atq; ex Ammiano primum petamus auctoritatem; non quidem quod Ethnici auctoris fides noſtrorum teſtificationi ſit præferenda, illorum potiſſimum, qui his vigentes temporibus ſpectata ſanctitate erant; ſed vt etiam ex hoſtib teſtatis his redditis, nulla vel hoſtibus poſſit dubitatio exoriri. Subdit igitur nuper recitatis hæc Ammianus *g*: *Cum itaq; idem fortiter inſtaret Alipius, iuuaretq; prouincia Rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris aſſultibus erumpentes, fecere locum, exuſtis aliquoties operantibus, inacceſſum. Hocq; modo, elemento deſtinatius repellente, ceſſauit incepturn.* hæc de his ſummatim Ammianus.

g Ammian. li. 23. DE ÆDIFICATIONE TEMPLI CONATVS IVLIANI IANIS.

X.

Sed videamus quæ his conſentientia pluribus in locis ſcribit Ioannes Chryſoſtomus: quod enim ipſo puero hæc geſta ſint, altioribus fixa radicibus eius memoriæ tenacius inhæſerant: factuſque vir pro concione eadem crebrius, licet nota omnibus, in deteſtationem Iudæorum perfidiæ. Fidelium auribus inculcauit; nam inter alia aduerſus Iudæos agens, hæc ait *h*: *Cum Iulianus, qui Imperatores omnes ſuperauit impietate, vocaret Iudæos ad ſacrificandum idolis, & ad ſuam impietatem pertrahere conaretur: ac mox obiicerent illi priſcum cultura ritum, dicentes: A noſtris maioribus Deus hoc modo cultus eſt: etiam nolentes tum fatebantur hæc, quæ nos nunc demonſtramus, quod fas non eſſet extra ciuitatem immolare victimas. Sed totam inquiebant, religionem violant, quicunque ſacrificant in terra aliena. Proinde ſi vis nos videre ſacrificantes, redde nobis ciuitatem, reſtitue templum, exhibe nobis ſancta ſanctorum, colloca aram; & ſacrificabimus nunc, quemadmodum olim. Nec puduit ſceleratos & effrontes hæc poſcere à viro impio, Paganoque & impuras manus vocare ad extructionem ſanctorum: nec intelligebant ſe conari impoſſibilia: neque perpendebant, quod ſi homo illa demolitus eſſet, potuiſſet homo illis ea reſtituere: verum cum Deus eſſet, qui ciuitatem illorum ſubuerterat; fieri nequaquam poſſe, vt quæ Deus decreuerat, vnquam verteret humana potentia. Nam quæ Deus ſanctus, inquit, ſtatuit, quis diſſipabit? ac manum illius excelſam quis auertet? Sicut enim quacunque ille ſtabiluerit, voluerit, mancre nullus homo poterit demoliri; ita quacunque deſtruxerit, voluerit que manere diruta, nemo poterit inſtaurare.* &c paulo poſt.

h *Io. Chry. adu. Iud. orat. 5.*

Nihilominus ad omnia obcæcati, obſecrabant, ac ſupplicabant, vt cum ipſis ſuſciperet & aggrederetur inſtaurationem templi. At ille, qui & pecunias impendit, & Præfectis dedit negocium; viros primates artifices vndiquaque accerſiuiſſet, nihil non fecit, nihil non tentauit: paulatim ac ſenſim hoc agens, ſperansque futurum, vt ſi poſſet iſtos ad ſacrificandum inducere, facile illos reuocaret ad cultus ſimulacrorum. ſimul & illud fore ſperabat inſanus ille ac vecors, vt Chriſti ſententiam fruſtraretur, qua non patitur templum illud inſtaurari. Verum is, qui comprehendit ſapientes in ipſorum aſtutia, protinus ij, & factis declarauit illi, quod Dei decretum omnibus eſt potentius, quod ipſe valida ſunt opera ſermonum Dei. Nam ſimulatque tentaſſent huiuſmodi impium conatum, capiſſentque nudare fundamenta, multamque terram exhauſiſſent, reſtareque vt iam ſtructuram aggrederentur, protinus ignis exiliens è fundamentis exuſſit multos, & intempeſtiuam pertinaciam interrupit. XI. IGNIS E TERRA EGRESSVS ÆDIFICANTES PERTERRET.

Hac vbi reſciuit Imperator, quamquam tanta veſania deditus erat illi negotio; veritus tamen, ne vltra progreſſus, in ſuum ipſius caput ignem accerſeret, deſtitit, extinctus cum tota gente. Et nunc ſi videas Hieroſolymam, conſpicies nuda fundamenta. Quod ſi cauſam quæras, haud aliam, quam hanc, audies. Huius rei nos omnes teſtes ſumus. Noſtra enim ætate hæc non ita pridem acciderunt. Iam conſidera victoriam inſignem. Non hoc accidit ſub pijs Cæſaribus: ne quid dicere poſſint, quod Chriſtianis ſuperuenientes opus perfici vetuerunt: ſed tum cum res noſtra afflicta, cum omnes de vita periclitaremur, cum omnis libertas eſſet ſublata, cum floreret Paganiſmus; cum Fideles alij quidem in ædibus ſuis latitabant, alij vero in ſolitudines demigrarant, foraque fugerent, tum demum hæc acciderunt: ne qua iſtis vel impudens reliqua fieret occaſio tergiuerſandi. Etiam ne adhuc dubitas, Iudæe, cum perſpicias & ex Chriſti prædicatione, & ex prophetarum vaticinijs, & ex ipſarum rerum demonſtratione, teſtimonium aduerſus te confirmatum? XII.

& c. hæc ibi Chrysostomus: eadem quoque habet in oratione aduersus Gentiles: quippe prodigium illud adeo patens ingensq; fuit, vt nisi obstinata pertinacia obstitisset, potentissimum censeretur non ad Iudæos tantum, quorum causa præcipue ea diuinitus agi videbantur, sed & Gentiles ad Christianam fidem pertrahendos. Porro ea oratione aduersus Gentiles, se hæc scripsisse testatur, non amplius quam anno vigesimo ab his temporibus. Iuliani. Inculcat eadem ipse in commentariis in Matthæum a, necnon & homiliis in Acta Apostolorum.

a Chrysost. in Matth. hom. 4. b Chrysost. in act. Apost. hom. 41.

XIII. c Gregor. Naz. orat. 2. in Iul.

At multa alia tunc contigere portenta, quæ hoc ipso anno, quo acciderunt, S. Gregorius Nazianzenus hoc elenta illa profecturus est oratione, quam, mox vt Iulianus numine vlciscente extinctus est, scripsit, eaque posteris in hæc verba tradidit c: *Cum autem per omnia alia grassatus, atque omne genus tyrannidis in nos & crudelitatis vt leue & abiectum aspernatus esset (neque enim vlla vnquam natura ad malorum inuentionem excogitationemque illius naturæ vberior ingeniosiorq; extitit) ad extremum Iudæorum quoque nationem in nos immisit, tum veteri eorum leuitate, tum antiquo nostri odio (eorum pectoribus inflo; ad id, quod moliebatur, perficiendum adiutoribus vsus. fatale nimirum ipsis ex eorum libris & arcanis esse affirmans, in patriam redire, ac templum instaurare, patriorumq; rituum vigorem reintegrare, ac benevolentiæ specie consilium celans. Postquam autem hac in animum induxit, ipsisque persuasit facile eum impostura facit, quod delectat) tum vero illi ad templi extructionem se comparare, atque in id opus & manus multa, & animi alacritate, laboreque incumbere. Illud & iidem narrant, qui eorum facta laudi' us & admiratione prosequuntur: vxores quoque ipsorum non modo matronalem omnem mundum, corporisq; ornatum prompto animo detraxisse, atq; in operis structuram, laborantiumque opem contulisse; verum eo quoq; animo fuisse, vt terram sinu efferentes, ac ne vestibus pro clari & sumptuosis, nec teneru membris parcentes, pietatis officio sese fungi existimarent, omniaq; hoc conatu inferior a ducerent.*

XIV. PRODIGIA IMMENSA IN ÆDIFICATIONE TEMPLI.

Vt vero à sæ o turbine ac repentino æstuante terra tremor compulsi, ad propinquum quoddam templum perrexerunt, partim orationis causa, partim (vt in eiusmodi rebus accidere solet) eo, quod efferebatur, ac periculi propulsationem vtentes, partim cum tumultu abrepti, atque incitato cursu sese mutuo protruderentes: sunt, qui ne à templo quidem eos admissos fuisse, commemorent; sed cum ad apertas fores accessissent, repente easdem clausas, pessuloque obdu os offendisse, potentia quadam obscura & inuisibili, quæ ad impiorum terrorem, piorumque confirmationem, huiusmodi prodigia designat. Hoc vero vno iam ore omnes referunt, ac pro certo habent, quod eos per vim obnixamque contentionem ingressum sibi aperire conantes, ignis è templo occurrens inhibuit, eosque partim exussit & absumpsit (vt simile quiddam ipsis accidit quod Sodomitis d, aut etiam Nadab e & Abiud nefa atque alieno more thura adolentibus ac periclitantibus) partim insignioribus corporis partibus detruncatos, viuam columnam diuinæ aduersus scelerates communicationis ingnationibusque testem, reliquit. Atq; hoc quidem in hunc modum se habuit: nec fidem deroget quisquam, nisi qui eadem ratione alia quoq; Dei mirabilia nullam fidem habenda am putet.

d Genes. 19. e Num. 16.

XV. CRVCIS SIGNVM IN COLLO ET IN VESTIBVS.

Quod autem hoc etiam mirabilius clariusque fuit: lux in cælo fletur, Crucem in orbem describens, ac nomen illud & figura, qua in terra prius impiis contemptui fuerat, in cælo nunc omnibus atque ostendatur. Deoque victoria de impiis relata trophæum efficitur trophæo omnia sublimius & præclarius. Ad hæc porro quid dicturi sunt huius sæculi sapientes, sua quæ magnifice producentes, qui profundas promissasque barbas ferunt: & elegans illud pallium circumferunt? at post alia in eos dicta, hæc subdidit: At cæli quidem & terra hæc ostenta fuerunt: cæterum homo huiusmodi tempore nihil protendit, nec passionis Christi signis sanctificatus est? Proferant nunc quoque vestes suas, qui huius miraculi spectatores & discipuli extiterunt; illas, inquam, Crucis notis tunc consignatas: simul enim atque quispiam hæc commemorabat (siue nostra doctrinæ esset, siue à religione nostra abhorreret) aut commemorantes audiebat; statim hoc miraculum in se ipso experiebatur, velut proximo fieri perficiebat, stellatus nimirum ipse, notisque distinctus, vel illum talem in vestimentis intuens, omnem textoris artificis egregiam am, ambitiosæque elaboratam picturam varietate superantem. Quæres spectantium animis tantum terrorem iniecit, vt omnes fere quasi ex signo vno atq; vna voce Christianorum Deum inuocarent, eumq; multis laudibus precibusq; placare studerent: multi etiam non in longum tem extrahentes; sed eodem ipso tempore, quo hæc acciderunt, ad sacerdotes nostros accurentes, multumque obsecrantes, & obtestantes in Ecclesiam admitterentur, sublimioribusq; mysteriis imbuerentur, sacro baptismate purificati, ac tinueris beneficio admixti, velut atemq; consecuti. Ac de his quidem rebus hactenus. hucusque Gregorius.

Ruffinus vero, qui & hoc sæculo vixit, & Hierosolymis diu versatus eadem ab accolis nouisse potuit, hæc f addit: *Porticus quoque publicæ, in quibus Iudæorum multitudo, quæ opera videbatur insistere, commanebat, ad solum deiectæ, nempe ex ingruente terræmotu, omnes Iudæos, qui reperti sunt, oppressere. Luce vero orta, cum se mala crederent effugisse, ad requirendos eos, qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrit. Ædes erat quædam in inferioribus templi demersa, habens aditum inter duas porticus, quæ fuerant complanatæ, in qua ferramenta aliaque operis necessaria seruabantur: è qua subito globus quidam ignis emicuit, & per medium platea percurrens, adoptio & examinatis, qui aderant, Iudæis vltro citroque ferebatur. Hoc iterum sæpiusque & frequentissime per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatem flammis vltricibus coercebat. Cum interim patere ingenti & trepidatione, omnes, qui aderant, deterriti, solum verum Deum Iesum Christum confiteri cogebantur inviti. Et ne hæc casu fieri crederentur; sequenti nocte in vestimentis omnium signaculum Crucis ita eudens apparuit, vt etiam qui diuere pro sui infidelitate voluissent, nullo genere valeret abolere. Sic deterrito Iudæo, atque Gentiles, locum simul & manitet cæpta relinquere.* hæc Ruffinus.

f Ruff. l. 1. c. 18. 19. PORTICVS DIRVIÆ EXTERRAMOTV.

Quod autem spectat ad ferramenta, de illis Theodoretus hic ait g: *Ferunt autem, Iudæos ligones ex materia argentea, palas etiam & sportas confecisse.* quæ omnia quo modo conflagrarint, ficaddit Socrates h: *Itaque cum adessent plurimi, aliud prodigium contigit. Ignis suum que cælitus demissus omnia copiosum instrumenta absumpsit. Etenim licebat videre malleos, scalpra, serras, secures, ascias, denique omnia, quæ opifices habebant ad opus perficiendum idonea, flamma incendio vastata: totum diem ignis ista depastus est. Iudæi igitur grauissimo timore perculsi, etiam inuiti Christum Deum confessi sunt, non tamen eius voluntati gesserunt morem, sed opinione Iudaissini mentibus antecepta omnino tenebantur astricti.* hæc ipse: qui & subdit, quæ dicta sunt de notatis signo Crucis inuisibili Dei virtute vestimentis. At non tantū terræmotu & igne extur batum diuinitus fuisse opus, sed vehementi ventorum vi obortam materiam præparatam esse disiectam, Theodoretus affirmat, dum addit: *Verum postquam insontes calcis & gypsi modios in vnum congessa am; ex improuiso ventos vehementes cæpisse spirare, turbines ingruere, tempestates ac procellæ oriri, quæ totam illam materiam penitus dissipauerunt.*

g Theo l. 3. c. 17. h Socr. l. 3. c. 17. IVDÆI TANDEM RESIPISCVNT.

Addunt his Ruffinus ac Socrates, dum hæc agere cum Iulianus, tum Iudæi aggrederentur, Cyrillum Hierosolymorum Episcopum, qui ab exilio in patriam remeauerat, diuinæ prædictionis illius firmitate confisum, quæ apud Danielem legitur i: *Vsque ad consummationem & in finem perseuerabit desolatio.* sed & verborum Christi roboratum constantia, quibus dixerat k, non manserum in templo lapidem super lapidem, spe erectum rem tacitum spectasse, finemque magna fiducia præstolatum esse: quem, qualis futurus esset, ex vtrisque optime perspectis diuinis oraculis intellexerat: dum tot prodigiis ingruentib. cœptum opus fuit penitus destitutum: sed & quod desiderari posse videbatur in Christi vaticinio, non relinquendū lapidem super lapidem; istud ipsum in fundamentis eti spectauit impletum; muris iam, qui super terram fuerant, subuersis à Tito; consp exit, inquam impletum, cum admurandi quadam terræ concussione & excussione reuulsa sunt & foras emissa templi vetera fundamenta; vt nec in fundamentis relictus esset lapis super lapidē. hæc Ruffinus l. & Socrates m. Tradit quoq; S. Hieronymus, aliquos esse interpretatos alium Danielis locum, quo dicitur n: *Cum q, corruerint, fabricabuntur auxilio parvulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter:* esse intelligendum de statu Iudæorum sub Iuliano, quo visi sunt Iudæi subleuari auxilio pārulo, fauente eis mirum in modū eodem Im-

i Dan. 9. k Mat. 24. SACRA ORACVLA MANERE INCONCVSSA.

l Ruff. l. 1. c. 38. 39. m Socr. l. 3. c. 17. n Dan. 11.

perato-

peratore: cum scilicet (quod subditur) applicati sunt eis plurimi fraudulenter; cum nimirum Gentiles visi sunt, iubente Iuliano, causam agere Iudæorum; sed fraudulenter profecto, cum haud esset in Imperatoris animo exaltatio Iudæorum, sed per eos procurata depressio Christianorum. Hæc quidem mirifice respondere videntur Prophetæ sententiæ; licet (vt idem S. Hieronymus ait *a*) diuersi habeantur verborum illorum sensus & interpretationes.

a Hieron. in Daniel. lib. 2. c. 11.

XIX. IVDÆORVM PLVRES AD FIDEM CONVERSI.

At licet perfidia Iudæorum tot conuicta prodigiis, minime (vt par erat) penitus cederet: complures tamen, quorum mens obstinationis prauitate haud omnino erat infecta, dedere manus, Christique gloriam confessi, eiusdem fidem sunt auide consectati: de quibus Sozomenus *b*, rem egregie testatam relinquês eorum testificatione, qui tam horrendo spectaculo præsentes fuerunt: *Quo factum est*, inquit, *vt alij eorum Christum Deum esse existimarent, iniquoque animo tulerint, quod templum de integro ædificare constituerant: alij paulo post ad Ecclesiam se transferrent, initiarentur mysteriis, hymnis & precibus Christum pro suis improbe factis placarent. Istis rebus si quis fidem minime adhibendam putaret, si persuasus saltem ab iis, qui eas ab eorum spectatoribus acceperunt, quique adhuc in hac vita manent: sit etiam persuasus cum à Iudæis ipsis, tum à Gentilibus, qui opus inchoatum reliquerunt, immo vero ne inchoare quidem potuerunt.* hactenus Sozomenus. At tandem vt his apponamus coronidem, quæ tradit *c* Orosius superioribus adnectamus, qui ait, Iulianum ex cõgesta ad extruendum augustissimum templum materia (postquã impossibile visum est niti aduersus Deum velle) præcepisse ædificari theatrum, in quo reuersus è Persida, Episcopos, monachos, cæteroscque eius loci accolas Christianos, traderet bestiis laniandos. Quod autem Nicephorus *d* his omnibus addit, sacrosanctum Dei Euangelium secundum Ioannem repertum esse in specu deorsum, cum fundamentum templi iaceretur: quoniam recentioris auctoris rei tantæ assertio nulla fulcitur antiquorum fide; reiicimus totum id lectoris arbitrio, accipiendum putet, nec ne: habet locum in margine notatum, quem consulat, atq; diiudicet: nos vero omittimus hic referre, ne certa veraque, omnique fide testata, his iuncta, quæ haud adeo firma atq; sincera videntur, in discrimen adduci possint. Ad postremum, ne quid de rebus sub Iuliano Hierosolymis gestis relinquamus intactum: ibidem hoc tempore passus legitur in tabulis Ecclesiasticis Cyriacus Episcopus (cuius autem ciuitatis Præsul fuerit, ignoratur) qui ex more sancta inuisens loca vrgente persecutione peremptus est: cuius natalem diem quarto Nonas Maii reddunt annis singulis rediuiuum Ecclesiasticæ tabulæ.

c Oros. l. 7. c. 30.

d Nic. lib. 10. c. 33.

XX.

Sed reliquum iam est, vt quæ ad Persicam expeditionem, quamdiu Iulianus meditatus fuerat, pertinent, prosequamur. Verum prius meminisse oportet eiusdem rescripti *e*, quod mense Februario hoc anno ad populum dedit, de non violandis sepulchris, neq; efferendis interdiu, quod Christiani facere solerent, cadaueribus defunctorum: ideo enim Christianos ab his cohibuisse voluit, quod illi (vt diximus) haud paterentur in suis ipsorum agris permanere amplius loca religiosa diis manibus consecrata, lapidesue maiorum suorum eadem Gentilitia inscriptione notatos, sed reuellerent illos, locaque ipsa refodiendo atq; culturæ reddendo facerent fructuosa. Sic autem illud se habet.

e l. 3. de sepulch. viol. C. Theod. LEX IVLIANI DE SEPVLCHRIS ET FVNERIBVS.

XXI. PROHIBET IVLIANVS, NE CHRISTIANORVM EXEQVIÆ INTERDIV AGANTVR.

Pergit audacia ad busta diem functorum & aggeres consecratos: cum & lapidem hinc mouere, terram solicitare, & cespitem vellere proximum, sacrilegio maiores semper habuerint. Sed ornamenta quidem tricliniis aut porticibus auferunt de sepulchris. Quibus primis consulentes, ne in piaculum incidant, contaminata religione bustorum, hoc fieri prohibemus, pœna manium vindice cohibentes. Secundum illud est, quod efferri cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam: & per maximam insistentium densitatem; quod quidem oculos hominum infaustis incessat aspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus à funere? aut quo modo ad deos & templa venietur? Ideoque quoniam & dolor in exequiis secretum amat: & diem functis nihil interest, vtrum per nefastos, an dies efferantur: liberari conuenit populi totius aspectus: vt dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur. Dat. prid. Id. Februarij, Antiochiæ, Iuliano quartum & Sallustio Cos. hæc quidem ipse. Quod autem spectat ad primum caput rescripti; lege sane duodecim tabularum id ita cautum erat *f*: *Deorum manium iura sancta sunto.* Sed de efferendo mortuo die tempore, nequaquam vetitum legimus iure antiquo, neque prohiberi adire templa, qui mortuos esset intuitus: immo, quod ex Fabio Pictore Gellius *g* tradit, mortuum quidem attingere vetitum esse Flamini Diali, funus autem prosequi nequaquam. Sed hæc idcirco Iulianus, quod malum omen haberetur proficiscenti ad bellum, in cadauer incidere; vt de Constantio superius Ammianus tradit *h*, aliique de aliis: cum alioqui ipse Iulianus expeditionem parans, compluribus aduersis omnibus fuerit perterrefactus, vt paulo post dicemus.

f Cic. de legib. lib. 2.

g Gell. l. 10. c. 15.

h Ammia. lib. 21.

Acturi igitur de expeditione Persica, ea primum hic describamus, quæ sic tradit Gregorius Nazianzenus *i*: *Vt enim Christianorum res ex animi sui sententia se habere existimauit, atque ex hâ, quæ iam confecerat, in eam spem adductus est, nihil esse, quod, modo vellet, superare & expugnare non posset: ac præterea prosperi cuiusdam aduersus Occiduos barbaros belli successus occasionem rapiens, hoc vnum consilium capit prudentissimum simul & humanissimum: duplicem enim inde exercitum monit, alterum militum, alterum dæmonum, à quibus duceba tur, & in quibus maxime ipsi fiducia sita erat.* hæc Gregorius. At quod spectat ad exercitum militum, sexaginta quinque millia armatorum delectu habito esse numerata, Zosimus tradit *k*. Sed quod ad exercitum dæmonum pertinet, illud plane Gregorius significasse videtur, quod à Theodoreto sic describitur *l*: *Antequam arma sumeret, misit nuncios ad Delphos, ad Delum, ac Dodonem* (famosissima hæc idola erant) *ad alia denique oraculorum loca, scisciturus vates, vtrum ei bellum gerendum sit. Illi autem bellum suscipere iubent, pollicenturque victoriam. Vnum vero ex oraculis, quo eorum mendacia perspicue coarguantur, hoc loco citabo, quod ita se habet:*

i Greg. Naz. orat. 2. in Iul.

k Zos. li. 3.

l Theo. li. 3. c. 18.

ORACVLA FALSA IVLIANO RESPONDENT.

Ibimus in Therem, superi, victoria certa est.
Mars ego ductor ero, diuum inuictissimus armis.

Quemadmodum his, qui Apollinem deum dicunt, & Musarum principem vocant, ridiculos istorum carminum numeros lepide vt irrideant licet: sic ego, comperto huius dei mendacio, vicem Iuliani in errorem inducti merito deplorare possim. Iste deus Tigrim, Therem fluuium nuncupauit, propterea quod est θηρίον, id est, bestia eo nomine appellata. Hic fluuius è montibus Armeniæ erumpens, labitur in Assyriam, & tandem in sinum Persicum influit. His igitur oraculis deceptus miser somniabat victoriam, & post Persicum bellum Galilæos aggredi cogitabat. His accedebant (quod ait Socrates *m*) promissiones Maximi philosophi, pollicentis victoriam non minorem, quam Alexander olim obtinuisset. Iusto plane Dei iudicio deceptus est Iulianus ab eo, qui illum à Christiana religione in Ethnicismum impietatem abduxerat, vt qui ipsi fuerat tanti sceleris auctor, idem esset & ad supplicium, quod merebatur, impulsor.

m Socr. l. 3. c. 18.

XXII. IVLIANVS ALTER CREDI VOLVIT ALEXANDER.

Sed & falsis hisce vaticiniis eo amentiæ progressus est, vt putaret ex Pythagorea animarum transmigratione, Alexandri Magni animam in se transmigrasse, seque in altero corpore eundem Alexandrum existere. At vero quibus aliis in via deceptus oraculis fuerit, suo loco dicemus. Sic igitur Iulianus (quod quæ cupit homo, ea magis vera esse putat) his oraculis plenissimam fidem præstans, contempsit alia, quæ ab his diuersa aliunde efferebantur; nempe (vt dictum est) Roma ex inspectione librorum Sibyllinorũ, & ex Galliis missa epistola à Sallustio Galliarum Præfecto, huius anni Consule ordinario. Ex quibus plane Iulianus, si ipse sibi constans fuisset, falsitatem pariter suorum deorum intelligere potuisset: iam eum nõnisi vna veritas esse possit, eaque ex Deo; quæ huic aduersa pronunciarentur, ex prauo dæmone mendaciorum concinnatore manasse, asserere necesse fuit. Sic igitur lymphata mente, neque (quod quisque prudens superstitionis cultor considerare debuisset) insanus homo ani-

maduertit, quib. ab ea expeditione auocaretur prodigiis, quæ Ammianus recenſet. At quoſnam ſecum ducendos delegit ſibi, parans expeditionem, ſocios? Audi, ex Aſia Maximum, & Priſcum è Græcia, accerſitos magorum præſtantiſſimos: quos alii ſunt ſubſecuti, quorum ſocietate plutimum confidebat; de quibus ſic Eunapius Sardianus *a*: *Ipſe interim Iulianus ad Perſicum bellum copias comparabat: quem ſequentibus Priſco, Maximoq;, alij nonnulli comites expeditionis ſe adiunxerunt, numerum explentes, turba videlicet hominum, qui ſuas virtutes ſtulte prædicabant, & valde ſuperbiebant ob dictum Imperatoris gloriantis ſe tales viros eſſe nactum.* putabat ipſe felix horum magis diuinum numen ad ſua vota propitium reddendum fore, & quantumlibet renitens inflectendum.

a *Eunap. in vit. Philoſ.*

XXIV. IVLIANVS QVID VOVERIT PRO VICTORIA CONSEQVENDA.

Sed & inde etiam ſummam ſibi fiduciam comparauit, nempe ex votis, quæ nemo vnquam antea, ipſe vero tunc diis nuncupauit: quorum erat illud primum, ſe Chriſtianos homines diis immolaturum, cum de Perſis victor rediiſſet. id quidem S. Hieronymus teſtatur in Chronico. Hoc namque eſt, quod de eo S. Ioannes Chryſoſtomus ait his verbis *b*: *Contra Perſas bellum ſuſceperunt, tanto cum faſtu cum diſceſſiſſet, ac ſi omnem barbarorum gentem deleturus eſſet: idcirco nobis comminabatur, cum dicet, omnes ſe poſt ſuum à Perſis reditum funditus perditurum: Hoc enim bellum ſibi eſſe Perſico grauius: atq; adeo oportere, minore illa confecto, tunc demum ad id, quod maius foret, deſcendere. Et hæc quidem nobis annunciabant qui illi à conſiliis erant.* At de eiuſmodi votis; adeo ſcelerata & impia voti nuncupatione hæc San. Gregorius Nazianzenus *c*: *Porro victima, quam magna, quamq; eximia? O Chriſte, & Verbum, & paſſionis impaſſibilis totiusq; Orbis myſterium! Vniuerſam Chriſtianorum gentem dæmonibus ſiſtere, ſi propoſiti compos exiſteret* hæc ipſe: Iam vero (vt ex Oroſio diximus) ad Chriſtianorum cædem theatrum Hieroſolymis ædificari iuſſerat, vt ibi eſſet ipſorum carnificina, vnde religio eiuſmodi videretur eſſe progreſſa. Ad hæc in ſuper Theodoretus *d*: *Oraculorum commentis fidem adhibens minabatur ſe in eccleſijs Chriſtianorum laſciua dea ſimulacrum collocaturum.* Hæc ſcientes Chriſtiani (vt ait Gregorius Nazianzenus *e*) omnibus humanis auxilijs deſtituti, Deum, in quem tantum vnica ſpes collocata erat, aſſiduis precibus interpellabant, vigilijs atq; ieiunijs aliiſq; pietatis officijs vrgebant, imprimis, vt deſtinato nec omni populo Chriſtiano Chriſtianæque religioni funditus eruendæ, quam citiſſime ſuppetias ferret: nec deſtiterunt, quouſq; Deus eos audiuit. quo autem modo id factum ſit, dicemus ſuo loco.

b *Chry. ad nou. Gent.*

c *Gregor. Naz. orat. 2. in Iul.*

d *Theo. l. 3. c. 18.*

e *Gregor. Naz. orat. 2. in Iul.*

XXV.

Sed & præter vota à Iuliano priuatim emiſſa, alia quoque publica acceſſere: quib. Gentiles cum deos pro Iuliano ſolicitarent, diis in primis Ægyptiis, qui ab eodem Imperatore impenſius colerentur, vota publica nuncupaſſe, antiqua numiſmata ſuperius excuſa ſuiſque imaginibus expreſſa declarant, notata publicorum inſcriptione votorum. Quibus addimus formas antiqui numiſmatis, hic, vt vides, expreſſas, denuncupatis Iſidi nutricj votis, ne exercitui deforet annona.

f *Exſtabat Romæ apud Horatium Tigrium de Mariis.*



Quam intueris fœminam, infantem in ſinu tenentem, Iſidem eſſe ſcito, quæ ab antiquis appellata reperitur Ἰσθλών, id eſt, nutrix, itemque τιτθήνη, hoceſt, ſuſceptrix, quod (vtex Platone Plutarchus in Iſide recitat) eadē dea totius humani generis videretur eſſe ſuſceptrix & nutrix; quippe quod pro Iſide terram ab Ægyptiis accipi, idem Plutarchus affirmet. Sed & ex diademate capitis, Iſidem eſſe, Ægyptiacarum rerum periti ſatis intelligent. Hæc idcirco ingerimus, quod ſciamus quendam rei antiquariæ viſum ſibi peritum, ex effigierum ſimilitudine fabulam concinnaſſe, iactaſſeque illam ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ eſſe imaginem, cui pro Iuliani ſalute, cum in Occidente ſe fingeret Chriſtianum, fuerint à Fidelibus vota publica nuncupata. Sed totum hoc ſic compoſitum euaneſcet commentum, dum exhibemus hic tibi Hadriani Imp. numiſma eandem à tergo imaginem præſeferens: cum nihil prorſus ſit, quod vel leue ſaltem Chriſtianitatis ſignum in eodem Imperatore efformatum poſſit intelligi, abſit enim, vt Chriſtianam religionem velimus mendaciorum pigmentis illuſtrari.

g



g *Extat apud Lal. Paſqual. Rom. num. anr.*

Sed ad Iulianum redeamus: qui hiſce tum publicis, tum priuatis votis propenſius nuncupatis, eo fiduciæ elatus eſt & ſpe erectus, vt certam ſibi à diis victoriam affore fitmiter credens, hominum ſpreuerit adiuuamen: ſiquidem auxiliares copias, quas ſociorum Legati Antiochiam venientes pollicebantur, ipſe ſibi ex diis ſatis ſuperque virium eſſe putans, contemſit. id quidem Ammianus teſtatur, cum ait *h*:

h *Ammia. lib. 23.*

XXVI. TEMERITAS IVLIANI IN AVSPICANDO BELLO PERSICO.

Inter has tamen, cum ſcilicet Antiochiæ pararetur expeditio, *legationes gentium plurimarum, auxilia pollicentium, liberaliter ſuſceptas remittebantur: ſpecioſa fiducia Principe reſpondente, nequaquam decere adscentitijs adiumentis rem vindicari Romanam, cuius opibus fouere conueniret amicos & ſocios. ſi auxilium eos adegerit neceſſitas implorare. Solum Arſacem monuerat Armeniæ Regem, vt collectis copijs valido, iubenda operiretur.* at de litteris ad Arſacem, paulo poſt. Hinc iure Gregorius Nazianzenus in auſpicando bello Perſico Iuliam ſugillat temeritatem his verbis: *i: Aduerſus Perſas expeditionem ſuſcepit præcipiti temeritate potius, quam virium firmitate certitudineque ſubnixus: at ne illud quidem perſpiciens vir ſapientiſſimus, præſumptionem & audaciam, licet nominum ſono coharerant, potentia tamen plurimum inter ſe diſtinctas eſſe. Etenim in his rebus, quas audacter aggredi conuenit, præſidentem* animum præſtare, magnanimitatis eſt: quemadmodum contra, languere, ac periculum detrectare, ſeruilis ignauiæ. At vbi plus periculi imminet; tum vero pedem conferre, ſeque in diſcrimen obtrudere, non autem retinere, temeritati ducendum eſt: quemadmodum è contrario, cedere cautioni & prudentiæ. Nec eodem loco & numero ponenda ſunt ea, quæ adſunt, tueri & conſeruare; & eorum, quæ non habeas, aliquid adipiſci. Illius enim præcipua & primaria ratio cordatis viris habenda eſt: hoc vero, ſiquidem tute & facile liceat, ampletendum: ſin autem in contrarium cedat, contemnendum.*

i *Gregor. Naz. orat. 2. in Iul.*

* perſidentem.

Qui vero vt aliquid ſpe atque animo conceptum aſſequatur, fortunarum ſuarum periculo dimicat; in magna ſtultitia verſatur, nihilque malo pugili non diſſimilis eſſe videtur, artem ſuam, priuſquam gradum recte fecerit, proferenti; aut gubernatori, eſtractu nauc ſua, nec ad nauigandum commode inſtructa nauem hoſtilem deprimenti, aut certe deprimere conanti. Quorum ille nihil (vt mihi videtur) reputans, inconſulte ea, quæ animo decreuerat, aggreditur, rebus Romanis adhuc exulceratis, maleque præſertim ob excitatam perſecutionem affectis, alienam regionem cogitans, ac Salmoneum quendam nobis referens è corio obtonantem, Traianoſque illos & Hadrianos ſibi proponens, quorum non minus cautio, quam animi magnitudo admirationi eſſe ſolebat. At ei nec Cari illius in mentem veniebat, nec Valeriani, quem impetus inconſulti pœnas dedere (ne, quemadmodum tragicus ait, fortunas exprobrem) in Perſarum finibus, in medio felicitatis curſu oppreſſi atque extincti. Verum hoc ipſius animo inſidebant, totuſque in eam expeditionem ferebatur, omnem diuinationis & præſtigiarum, dicendorumque & tacendorum ſacrificiorum impoſturam inuehens, vt tota breui deleretur. hactenus

XXVII.

Gregorius, egregiè sane de eius in suscipiendo bello Persico temeritate philosophatus.

XXIIX. Quales aũt fuerint Iuliani literæ illæ ad Arsacem Armeniæ Regem, Christianũ quidem hominem, quib. eum monuisse Amianus ait: licet ipsæ non extent; Sozomenus a tamen de illis agens, sic memi\u0304uit: *Porro literas ad Arsacem Regem Armeniæ & Romanorum socium scripsit, vt in hac expeditione subsidio sibi veniret; quibus quidem in literis de se extra modum gloriose prædicare, sed vt valde ad imperium gerendum idoneum insolenter extollere, & vt amicum illius, quos ipse pro diu habuit, arroganter efferre: Constantium autem, cui successerat, velut ignauum & impium lacerare. Ipsi denique Arsaci verbis admodum contumelios\u0304is minitari non veritus est. Et quoniam eum Christianum esse acceperat: quo suam in eum augeret contumeliam, etiã nefandas in Christum blasphemias loqui (istud enim nusquam non audacter facere consueuerat) cum superba quadã iactatione contendit. Cui etiam significauit, Deum, quem coleret, nequaquam eum defensurum, si imperata negligeret.* hæc Sozomenus de Iuliani literis ad Arsacem.

a Soz. li. 6. c. 1. IVLIANVS QVID IN ARSACEM REGEM ARMENIÆ.

XXIX. Quod vero ad tempus profectionis pertinet: qui temeritatis agebatur impetu, adhuc hyberno tempore, vere non expectato, Antiochia recessisse, Socrates *b* tradit, quod diceret hyemis frigoris impatientissimos Persas esse. Cæterum Ammianus *c* auctor est, ipsum Iulianum tertio Nonas Martias (hæc enim est verior lectio) Antiochia digressum, Hierapolim solitis itineribus peruenisse. Et Zosimus *d*: *Hyeme, inquit, exacta, collecto exercitu, cog\u0303, decenti ordine præmisso, egressus est Antiochia, cum ne pertitare quidem potuisset. id autem quo pacto acciderit, quamuis cognitum habeam, silentio præterire malo.* hæc ipse. Sed quænam (rogo eum) vel vnde eiusmodi causa silentij? Num quia cœlitus exustum fuerat templum Daphnes, & Apollinis simulacrum combustum, vbi ipse hecatombas consueuerat immolare? sed hoc siluit, ne causam conflagrationis pariter promere cogeretur. Quamobrem ipse plurimum (vt dictum est) infensus Antiochenis, durum illis & immanem reliquit Præsidem, qui eos regeret; de quo Ammianus *e*: *Ipse autem Antiochia egressus, Heliopolitem quendam Alexandrum Syriacæ iurisdictionem præfecit turbulentum & sæuum: dicebatque non illum meruisse, sed Antiochensibus amaris & contumeliosis huiusmodi iudicem commire. Cumq\u0303 eum profectum deduceret multitudo promiscua, itum feliciter, redituma\u0303que gloriosum exoptans, orans\u0303q\u0303 vt deinde placabilis esset & lenior (nondum ira quam ex compellationibus & probris cõceperat, emolita) loquebatur asperius, se eos asserens postea non visurum. Disposuisse enim aiebat, hyemandi gratia, per compendiariam viam, consummato procinctu, Tarsum Ciliciæ reuersurum. scripsisseq\u0303, ad Mamorium Præsidem, vt in eadem vrbe cuncta sibi congrua pararentur. Et hoc haud diu postea contigit. Corpus nam\u0303q\u0303 eius illuc relatum exequiarum humili pompa in suburbano sepultum est, vt ipsum mandauerat.*

b Socr. li. 3. c. 18. c Ammia. li. 23. d Zos. li. 3. e Ammian. lib. 23.

XXX. Profectus igitur Antiochia quinque dierum spacio (vt ait Zosimus *f*) Hierapolim peruenit; vbi triduo tantum commoratus est: vnde postea Batnas versus oppidulum quoddam Osdroenæ, progressus est. Eadem Ammianus *g* qui addit: *Ibi\u0303q\u0303 * illetabile portentum offendit. Cum n. calonum frequens multitudo ad suscipiendum consuete pabulum prope acerrum palearum steriisset impendio celsum (hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur) rapientibus multis, quassata congeries inclinata est, pariq\u0303 exitio quinquaginta obruit homines mole maximâ ruinarum. Mœstus inde digressus, venit cursu propero Charras,* &c. sed præstat ex eius Epistola ad Libanium sophistam tunc scripta, qua breui compendio iter suum relegit, res in itinere gestas hic describere: hæc enim habet *h*:

f Zos. lib. 3. g Ammian. lib. 23. * incuitabile h Iulian. epist. 28.

Ad Litarbos veni, quod est oppidum in Chalcide. & post alia: Litarbis deinde ad Beræam veni, & Iuppiter clarissimo ostento lata omnia denunciauit. *Commoratus autem ibi diem vnum, arcem intrasse, & Iouis, regio more, taurũ candidum sacrificasse. Cum Senatu autem pauca de religione disseruisse. Et laudârunt quidem omnes orationem meam: pauci vero admodum assensere, atque isti ipsi erant, quos ante meam orationem sanos esse arbitrabar. Postea tamen quasi licentia arrepta, omnem pudorem excussisse ac deposuisse. Erubescunt enim homines vehementer, ô dij immortales, in rebus honestis, vt fortitudine animi ac pietate: in turpissimis exultant, vt in sacrilegio & corporis animiq\u0303 ignauia. Inde vbi Batnæ excipiunt, locus, qualem nullum vidi vsquã extra Daphnem.* & post multa in descriptionem & laudem loci insumpta, addit: *Quid tum illic? Sacrificatum vesperi & postridie summo mane, quod studiose singuli diebus facere consueui, cumq\u0303 læta ac præclara essent sacra, ad vrbem contendimus: ibi nobis a tribus itum est obuiam,* &c.

IVLIANI MIRA GESTA.

Sed de Beræensi mansione, quid ibi etiam ipsi contigerit, quod silentio obuolatum Iulianus præterijt, Theodoretus i recensetur his verbis. *Etsi cum his minus proficisceretur, tamen Berææ ab vno viro deuictus est. Is tametsi ob alias res illustris fuit, quippe qui in Beræensi Repub. gerenda principem locum obtinuit; tamen singularis pietatis amor, quo flagrabat, multo reddidit illustriorem. Nam cum ad impietatem ab imperij regnantem delapsum filium cerneret, expulit domo, & palam abdicauit. Qui ad Imperatorem in diuersorio vrbi vicino commorantem accedens, ei tum quid ipse sentiret, tum quo pacto pater ipsum abdicasset, exponit. Tyrannum autem iubet adolescentem animo esse tranquillo, pollicitus se eum in gratiam cum patre reducturum. Itaque vbi venit Beræam, principes viros ciuitatis vocat ad conuiuium, in quorum numero erat adolescentis pater: quem cum filio suæ accumbere mensæ imperat: atque circiter medium epulum sic patrem adolescentis alloquitur: Est iniquum plane, mea quidem sententia, alicuius animum, qui ad alteram religionem deflexit, vi cogere, & inuitum ad contrariam traducere. Quapropter ne cogas filium etiam nolentem tua assentiri opinioni: quandoquidem neq\u0303 ego tibi vim facio, licet perfacile te possim compellere, vti mea sententiæ obsequaris.*

i Theo. li. 3. c. 18. BEROENSIS ADOLESCENTIS APOSTASYÆ PATER QVID IN IVLIANVM.

XXXI.

Tum pater adolescentis, fide in Deum animum exacuens: De istoccine, inquit, scelerato, Imperator, verba facis, qui & Deo odiosus es, & mendacium veritati anteponis? Rursum Iulianus personam induens mansuetudinis: Heus tu, inquit, desine maledicere. Atq\u0303 ore ad adolescentem conuerso: Mihi, inquit, tua rescitu erunt; quandoquidem patri, vt istud agat, persuaderi\u0303 quo. Ista quidem narratio (subdit Theodoretus) *non est frustra à me instituta: quippe ex ea plane ostendere volui, non modo admirabilem diuini hominis in loquendo libertatem; verum etiam quod erant quidem plurimi, qui tyranni vim potentiam penitus contemnerent. Etenim Antiochiæ itidem vir quid vn facto optimus, qui adolescentibus doctrinã instituendis operam dabat, magnam familiaritatem, vtpote multo litteratior, quam reliqui præceptorum solet, constauit cum eo, qui id temporis inter doctores primas tenebat; Libanium, dico, tam crebris sermonibus apud Sophistas celebratum. Qui cum impius esset, expectaret\u0303q\u0303 victoriam, & minas Iuliani ante mentis oculos flaccret, à diuinagistro, quo nostra religione quasi per iocum irrideret, scisciatur: Quid rerum gerat fabri filius? Qui diuinã completus gratia prædixit, quod erat paulo post euenturum: Nam huius, inquit, vniuersitatis opifex Deus, quem tu per risum fabri filium nominas, Iuliano loculum fabricatur. Neque certè multi dies præterierunt, cum nuncius allatus est de scelerati illius mortes, qui in loculo reconditus & ad sepulchrum elatus, se frustrà minas iactâsse declarauit. Ex qua vtique Dei gloria fuit magnopere illustrata.* hactenus Theodoretus: sed de nece Iuliani suo loco plurib\u0303. Verum quod dicit, hominem illum Christianum præfectum fuisse doctorem adolescentibus erudiendis; non sic intelligendũ, vt tunc Antiochiæ publicè profiteretur: nam Iuliani edicto vetiti erant Christiani præceptores à literarum gymnasiis: sed quod ille ante paucos menses his vacare (dum sibi liceret) solebat, qui ob egregiam eruditionem optime notus, imo & familiaris Libanio erat.

XXXII.

QVID VATICINATVS CHRISTIANVS DE IVLIANO.

Demum vt ad Epistolam ad ipsum Libanium scriptam redeamus, hæc idem Iulianus ad finem habet: *Quam vero multis & litteris & libris mandârim ea, quæ mihi tanquam læta auspicia eueniunt (circumferuntur autem nobiscum) quid opus est fastidiose ac molestè recensere?* hæc ipse, fidens deorum patrocinio cuncta prospere obuentura. Quonam autem pacto quæ eius interitus præsagia erant, ipse multe admodum in victoriæ omen conuertere soleret, vnum hic ab Ammiano *k* narratum adducam exemplum: *Quieta* (inquit) *nocte emensa, manè iumentum, quo veheretur, ex vsu poposcit: oblatusq\u0303 ei equus, Babylonius nomine, ictu torminis conflictatus, dum dolorum impatiens volutur, auro lapillisq\u0303 ornamenta*

XXXIII.

k Ammian. lib. 25. FALSIS AVGVRIIS IVLIANVS DECEPTVS.

menta distincta compressit. Quo ostento lætior clamauit, plaudentibus proximis, Babyloniam humi procidisse, ornamentis omnibus spoliatam: & paulisper detentus, vt omen per hostias litando firmaret, Danuam venit, &c. eiusmodi autem multa erant, quæ Iulianus in suam inflectens sententiam literis commendabat, tanquam victoriæ certa præsagia. Adulabantur enim aruspices, & quæ illi grata esse persentirent, propinabant cupienti: de quibus S. Ambrosius a ad Valentinianū Imperatorem: *De Iuliano*, inquit, *quid loquar, qui cum responsi aruspicum male credulus esset, ademit sibi subsidia reuerendi?* Sed plane aruspicibus se deteriores exhibuerunt Iuliano magi, qui Philosophorum titulo eum comitabātur, Maximus, atque Priscus. Simile accidit illud de leone iaculis confosso militum. *Quo velut victoriæ certo signo* (inquit Ammianus) *Iulianus exultantius incedebat*: quo tamen, vt ait, Regis obitus portendebatur: *Erant enim*, inquit, *omnia oracula dubia & ambigua, quæ nonnisi casu aperuere postremi, iuxta illud vulgatum: Aio te Æacida Romanos vincere posse.* Addit his Ammianus, tum aruspices Etruscos, quos secum ductabat Iulianus, eadem ex libris ostensa prodigiorum significatione, eum à cœptis reprimere conatos esse: *Sed calcabantur*, inquit, *Philosophis refragantibus, quorum reuerenda tunc erat auctoritas.* horum præcipui fuerunt, quos diximus, Maximus, atque Priscus; quorum seductus consiliis, ad interitum pariter perductus est. In eadem insuper expeditione (quod summis ducibus gloriæ datum est) idem Iulianus ipsas noctes pernigil in commentariis scribendis suis, instar Cæsaris insumebat; vt non litteras tantum diuersas ad diuersos daret, sed & libros componeret, eos præsertim, quos contra Christianam religionem elaborauit, de quibus hæc S. Hieronymus b ad Magnum:

XXXIV. IVLIANVS CONTRA CHRISTVM SCRIBIT.

Iulianus Augustus septem libros in expeditione Parthica aduersum Christum euomuit: & iuxta fabulas poetarum suo se esse lacerauit. Si contra hunc scribere tentauero, puto interdices mihi, ne rabidum canem, Philosophorum & Stoicorum doctrinis, id est, Herculis clana repercutiam. Quanquam Nazarenum nostrum, & (vt ipse solebat dicere) Galilæum statim in prælio senserit, & meredem linguæ putidissimæ, tanto in ilia persossus acceperit. hæc Hieronymus. Porro de ijsdem contra Christum scriptis libris hęc ipse Libanius c: *Hyeme*, inquit, *cum noctes sunt paulo longiores, Imperator libros scribit, qui homine à Palæstina oriundū, Deum & Dei filium esse confirmant, diligenter euoluens, longa disputatione & firmis argumentis conuincebat esse ridiculos: religionemq, ab illis excultam, & magno in honore habitam, magis redundare: & se in illis Tyrio illo sene sapientiorem ostendit. Igitur Tyrius ille sit animo placato; & dicendi facultate superatus, æquo ferat animo, quod sit in eum dictum à filio.* hæc Libanius, præstantiora dicens scripta Iuliani aduersus Christianā religionem fuisse, quam quæ antea elucubrasset Tyrius ille senex, nempe Porphyrius.

XXXV. IVLIANI LIBRI ADVERSVS CHRISTIANAM RELIGIONEM DAMNOSI.

At de compositis ab eodem Iuliano libris hæc etiam Cyrillus Alexandrinus d: *Cum igitur potentissimus Iulianus linguam sortitus esset disertam, acuit eam contra nostri omnium Dominum Saluatorem Christum, & tres scripsit libros aduersus Sancta Euangelia, & contra piam Christianorum religionem, quibus multos commouit & haud mediocriter offendit. Etenim leues facileq, mobiles in eius laqueos cito cadunt, fruntque demoniis dulcis esca. Turbantur autem interim nonnihil etiam ij, qui in fide profecerunt: credunt enim ipsam sanctas diuinas litteras nosse; quandoquidem ex ipsis varia testimonia in suis libris accumulat, quamuis ignoret, quæ dicat. Quoniam autem plurimi superstitiosi conuenientes eos, qui Christum sapiunt, sueq, deq, præstexunt, nobis exprobrantes illius contra nos scripta, & dicunt tanta grauitate edita, vt carpi nusquam valeant; nullumque adhuc inuentum esse ex nostris doctoribus, qui vel contradicere, vel subuertere dicta illius queat. Adhortantibus itaque multis, atque ipsius Christo dicente e: Et tuque vade, & ego aperiam os tuum: accommodaui me, vt decuriam quidem Græcanicum superciliosum aduersus Dominum Christum sese extollens; adiuuem autem, quantum licet, deceptos; demonstrando deceptum esse, & ignorasse sacras scripturas eum, qui nostri omnium Saluatorem Christum incusat.* hæc Cyrillus ad Theodosium Imperatorem. Quam vero egregiè id præstiterit; ex ipsis, qui extant, commentariis, quibus & libri illi intexti sunt Iuliani, cuilibet vtrumq; textum legēti satis perspicuum esse potest. Quod autem S. Hieronymus dicat septem à Iuliano contra Christianam religionem libros fuisse conscriptos, Cyrillus autem tres: ex diuersa partitione operis id accidisse putatur. Porro decem extant Cyrilli libri, quibus Iuliani comentarios validissime oppugnauit.

XXXVI. IVLIANI SCRIPTA.

Sed quod hæc nouissima esse credatur lucubratio Iuliani, quam tamen primam omnium mente conceperat: agedum reliqua ab eo scripta recenseamus. Eorum, quæ extant, præter illa, quæ superius recensuimus, est hymnus in Solem, ad Sallustium illum suum inscriptus, cui (vt ipse fatetur in fine) anteà *Saturnalia* nuncuparat, in cuius scriptione trium tantum noctium spatium insumpsisse gloriatur. Sed illud magis mirandum, quod toto illo tractatu nihil contra Christianam ex more religionem obtaret, cum alioqui se Ethnicissimū in primis ostendat. Multa in eo de Sole mutuatus ex Platone in Timæo atq; Cratilo, ex Aristotele Physicorum secundo & alibi, ex suo Iamblico, à quo & se omnia edoctum profitetur, accepitque nonnulla ex Hesiodo in Theogonia, atq; ex omnium vetustissimo Homero tum in Iliade & Odyssea, tum etiā in hymnis. Solem vero laudaturus, à suis laudibus exorditur, significās se ab ineunte ætate Solis fuisse cultorem. Inde & vanus homo titulum & nomen æmulatus est Solis, dum suam effigiem titulo & signis Serapidis, qui idem est, quod Sol apud Ægyptios, vna cum Iride, quæ Luna ab ijsdem creditur, in nummis effingi voluit, quorum exempla superius habes formis expressa. Enumerans Suidas eiusdem Iuliani lucubrationes, præter illas, quarū à nobis mentio facta est, recenset commentarium ad Canem, seu Cynicum Heraclitum, itemq; de tribus figuris, & de Saturnalibus, Epistolas itidem omnis generis multas, & alia. At de eius scriptis hactenus: cœptum iam ab eo iter prosequamur in Persidem, in quo suum Edessenis negauit aspectum. ait enim Sozomenus f:

XXXVII. QVID IVLIANVS CHARRIS EGERIT.

Prætergressus Edessam propter odium fortasse incolarum (quippe ciuitas illa iam vsque ab Apostolorum temporibus vniuersa Christianam religionem professa fuerat) ad Charras venit: quo in loco cum deliberaret Iouis offendisset, hostias immolauit, & sno more precatus est. Fuisse quidem Iulianum infensissimū Edessenis, eius litteræ ad Ecebolium superius recitatæ, quibus omnes Edessæ Ecclesias diuitiis expoliari mandauit, satis significant. Cæterum Edessæ sub Iuliano passum esse Dorotheum presbyterum Tyrium decrepitæ admodum senectutis hominem, in Notis ad Romanum Martyrologium dixisse meminimus. Charris autem cum esset Iulianus, decimo quarto Kalendas Aprilis, territum fuisse insomniis, quod ea die Romæ (vt dictum est) conflagrasse templum Apollinis significaretur, Ammianus g tradit. Quid præterea Charris idem scelestus fuerit operatus, Cedrenus sic tradit: *Ibi quandam spelunca subijt, ibiq, execranda sacra operatus, fores serio occlusit ac consignauit, apposita custodia. Quibus foribus eo interfecto apertis, inuenta est muliercula capillis suspensa, extentis manibus: cuius crudelis ille ventre dissecto, victoriam scilicet de Persis suam ex incunore didicerat.* hæc ipse.

XXXIIX. IVLIAN. QVID NI SIBI.

Cum autem Nisibin apud Tigrin peruenisset: *Ibi* (inquit Zosimus h) *octies mille grauis armaturæ milites ad loci munitionem reliquit, quorum duces essent Procopius & Sebastianus.* De Procopio ait Ammianus i, fuisse Iuliano propinquū; eumque cum Charris Iulianus commoraretur, & Lunæ sacra ageret, admissum absque ai bitro ante aras, induisse purpureo paludamento, mandasseque attripere fidenter principatum, si se interijsse disceret apud Parthos. Sebastianum autem, quem ait ex Duce Ægypti pari præfectura cum Procopio honestasse, haud alium puto ab illo, qui (vt tertio tomo Annalium dictū est) fauit Alexandrię aduersus Athanasiū Arianis. Sed quod ad Iuliani res Nisibi gestas pertinet: cum locum illum Romanorum aduersus Persas propugnaculum præ cæteris munire statuisset, omnemque operam atq; studium ad id quam diligentissime præstādum impendisset: quamuis omnibus, quæ bellicus vsus exposcerer, eundē inexpugnabilem pe-

nitus

a *Ambros. epist. 31.*

b *Hier. epist. 84.*

c *Apud Socrat. lib. 3. c. 19.*

d *Cyrill. in præfat. lib. contra Iulianum.*

e *Ezech. 3.*

f *Sozo. li. 6. cap. 1.*

g *Ammian. li. 23.*

h *Zosi li. 3.*

i *Ammian. lib. 23.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nitus reddidisse; debilem tamen esse existimauit, quod deorum videretur esse destitutus auxilio: nam accolæ ciuitatis impij visi sunt ipsi, quod abdicatis diis, non modo Christum colerent, sed & memoriam celebrarent hominis mortui, nempe S. Iacobi eius ciuitatis Episcopi, cuius & reliquiis assisterent vigilando, & frequentando magnum honorem impenderet. Quamobrem eas extra Nisibim efferri præcepit, cum quibus pariter ipsam ciuitatē omni prorsus præsidio nesciens spoliauit: quippe quod quamdiu venerandum sanctissimi viri corpus illic mansit, ab omni Persarum aggressione, tanquam firmissimo roborata munimento, perseuerauit incolumis: eo vero amoto, necesse fuit hostibus dedi. quod quidem Gennadius attestatur his verbis: *Moritur hic vir Constantij temporibus: iuxta præceptum patris eius Constantini intra muros vrbis Nisibenæ sepelitur, ob custodiam videlicet ciuitatis: quod secundum fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus vrbem, & vel gloriæ sepulti inuidens, vel fidei Constantini, cuius ob id dominum persequebatur; iussit efferri de ciuitate sancti corporis reliquias. Et post paucos menses (Iuliano nimirum occiso, & toto in discrimen posito Romano Imperio) consulenda scilicet Reipublicæ causa, Iouianus Imperator, qui Iuliano successerat, tradidit (secundum videlicet suscepta iniquas pacis conditiones) barbaris ciuitatem, quæ vsque hodie Persarum ditioni cum finibus suis subiecta seruit.* hæc Gennadius, eademque alij post eum. Accidit autem, vt cum Iulianus Nisibi esset, Dometius sanctissimus monachus Christianus, natione Persa, in ipsam magna constantia insurrexerit, exprobrans apostatam, qua desertor pietatis factus, pro dæmonibus bellum gereret aduersus sanctos: quod indigno ille perferens animo, mox ipsum cum duobus eius discipulis lapidibus iussit occidi, victoriam putans auspicatā de Persis nece hominis Persæ: sed contrarium plane accidit, cum victus potius à Persis monachis, eorum sanguinem pro Persis pugnantem senserit aduersarium; vincique cœperit, cū se vincere in feriendo illis necem existimauit. Porro memoria horum martyrum viget in monumentis Ecclesiasticis *b*.

a IACOBVS PROPVGNACVLVM MISERIS.

a *Gennad. de script. Eccl. c. 11. in Iacobo.*

b *Martyrol. Rom. 7. Aug.*

XXXIX. DÆMON NVNCIVS IVLIANI DETINETVR.

Sed & cōtigit quidem, cum Iulianus apud Persas cum exercitu ageret, dignum memoria facinus: nam cum ex more ad discendas res absentes dæmone nuncio vteretur; quā imbecilles eius vires essent, vt ab homine vno Christiano idem detineri potuerit, fuit certo demonstratum experimento. Res enim sic se habuit *c*: *Cum ascenderet Iulianus in Persidē, ab eo missus est dæmon, vt velocius vadens in Occidentem, inde responsum aliquod de rebus, quæ illis agerentur in locis, afferret. Cum autem peruenisset dæmon ad locum quendam, vbi monachus nomine Publius habitabat: stetit ibidem per dies decem immobilis, & non poterat vltra progredi, quia monachus ille die noctuq; oraret. Sicq; re infecta, dæmon reuersus est ad Iulianum, qui eum miserat. Qui ei dixit: Quare tardasti? Respondit ei dæmon, dicens: Et moram feci, & sine actione reuersus sum: fustibus decem dies monachum nomine Publium, si forte cessaret ab oratione, vt transirem, & non cessauit, sicq; prohibitus sum transire, & redq; nihil agens. Tunc impius Iulianus dixit: Cum regressus fuero, vindictam in eum exercebo: & intra paucos dies interemptus est diuina prouidentia.* hæc apud Vitas Patrum, eadē habent Cedrenus *d*, Glicas *e*, & alij: vt de ea re à nemine reperiatur esse dubitatum.

c *Pet. SS. Patrū par. 2. c. 19.*

d *Cedren. in Compend. in Iulian.*

e *Glicas Annal. par. 4.*

XL. De Publio autem monacho, qui hoc sæculo claruit in Zeugmatensibus solitariis locis, mentio est apud Nicephorum *f*. Addit vero ad hæc Cedrenus ex iisdem Vitis SS. Patrum: *Hoc cum quidam procerum eius audiuisset de legatione dæmonis reddita irrita, admiratione ductus, post reditum omnia sua pauperib. distribuit, atq; ad senem ipsum Publium profectus, præclarus monachus euasit, omnibus prædicans monachorum vim, qua aduersus tenebrosos dæmones sunt præditi.* Equidem prædixit Apostolus *g*: *Non esse nobis colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*, quos posse detineri spirituali virtute, quæ scripta sunt à Daniele *h* non obscure nos admonent verbis illis: *Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus*, &c. Porro virtute CHRISTI aduersus apostatas angelos magnam cōsecutos esse vim & potestatem sanctissimos viros, quis dubitat? *Ecce enim* (dicebant *i* Christi discipuli) *etiam dæmonia subijciuntur nobis.* & Fideles iudicaturos esse angelos, Apostolus contestatur *k*.

f *Niceph. li. 11. c. 41.* DE PVBLIO MONACHO VIRTVTIS INSIGNI.

g *Ephes. 6.*

h *Dan. 10.*

i *Luc. 10.*

k *1. Cor. 10.*

XLI. Inter hæc autem Iulianus cum peruenisset Cercusium munitionem positam ad ripam Euphratis fluminis, per naualem pontem exercitum in hostium ditionem, ac per eam regionem transmisit: *vbi triste* (vt Ammianus ait) *omen occurrit, examine cadauer apparitoru extincti manu carnificis, quem Præfectus Sallustius præsens damnauerat.* Sed hæc & alia his similia Philosophi illi eum comitantes, qui certam victoriam polliciti erant Imperatori, vel negligenda dicebant, vel in contrarium sensum interpretabantur. Tunc etiam accidit è cœlo prodigium, de cuius interpretatione aruspices & Philosophi mutuo altercātes, ab inuicem dissentiebant: sed in malum suum Philosophis magis Iulianus inhærens, illos vt bos ad victimam sequebatur. Rem gestam sic Ammianus describit *l*: *Sexto itaque die, qui erat septimus Idus Aprilis, Sole vergente iam in occasum, & parua nubecula subito aere crassato, visus amittitur lucis: & post mucronem tonitruum crebrum autem & fulgurum, Iouianus nomine, miles velo tactus cum duobus equis concidit, quos potu satiatos à flumine reducebat. Eos, viso harum rerum interpretes accersiti, interrogatiq; etiam id vetare procinctum, fidentius affirmabant: fulmen consiliarium esse monstrantes (ita eorum appellantur, qua dissuadent aliquid fieri, vel suadent) ideoq; hoc nimis cauendum, quod militē celsi nominis cum bellatoris iumenti extinxit: & hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere, fulgurales prouocantes libri. Contra Philosophi, candorem ignis sacri repente conspecti nihil significare autabant, sed esse acrioris spiritus cursum ex æthere aliqua via ad inferiora detrusum, aut si exinde præsoniret aliquid, incrementa claritudinis Imperatori portendi gloriosa capessendi: cū constet, flammas suapte natura, nullo operante, ad sublimia consolare.* hæc facta sunt, cum, parato ponte, Iulianus Euphratem vna cum exercitu trānsmisisset.

l *Ammian. li. 23.* TRISTIA OMINA IVLIANVM EXAGITANT.

XLII. Quæ autem prospere Iuliano vsque ad vrbem Ctesiphontem euenerunt, Ammianus exactissime prosecutus est: quem legat, qui præter res ad Ecclesiasticam narrationem spectantes, aliquid amplius cupit. Nos vero ea tantum hic reddemus, quæ Gregorius Nazianzenus *m* summatim complexus est, cum ait: *Suscepte quidem expeditionis principia illi admodum generosa, ex gloriosque eorum qui eius partibus studebant, muris clamor bus clara, hoc modo se habent. Nam cum totam eam Assyria partem, quam perluens Euphrates, ac Persidem præterlabens illic cum Tygride miscetur, captam peruastasset; nonnullaq; castella, nemine prohibente, diruisset, siue quia Persas incursionis celeritate fefellisset, siue quia ab iis consulto ita duceretur, sensimque ad vlteriora progrediendum alliceretur (vtrumque enim dicitur) ita demum iter faciens, atque exercitu à latere profisciente, nauibusque frumentum & vasa per fluminum conuehentibus, pauci intercedu diebus, Ctesiphonti castra admouet? cuius vrbis tanto desiderio tenebatur, vt vel ad eam propius accessisse, victoria partem existimaret.* hæc de Iuliani aduentu Ctesiphontem vsque Gregorius.

m *Gregor. Naz. orat. 2. in Iul.* IVLIANI RES PROSPERE GESTÆ.

XLIII. Cum igitur victor Iulianus illuc vsque celeriter peruenisset; tum illhid prodium est oraculum, siue adolescentium magorum Philosophorum arte confictum, siue deludentium dæmonum astu compositum, quod his verbis sequentibus Suidas recitat *n*:

Turrigenarum quendam genus deleuit consilio pollens Iuppiter
Inimicissimum beatis Olympias ædes tenentibus.
Romanorum Imperator Iulianus Deo similis
Pugnans Persarum vrbes & mœnia longa
Cominus pugnantium denasauit igne, validoq; ferro,
Assidueq; domuit & vrbes & gentes multas:
Quin & Occidentalium virorum, Alemanicorum solo
Prælus crebris capto, vastauit arua. exstant eadem apud Nicephorum *o*.

n *Suid. verbo Iulianus Parabata.* ORACVLVM MENDAX ET ADVLATORIVM.

o *Nicephor. in fin. lib. 10.*

Hæc tunc occinebantur: sed plane ante victoriam præna cantatum. Nam triste paulo post omen cunctis mœrorem incussit, ipsumque Iulianum in numinis detestationem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XLIV. IVLIANVS IMMOLAT MARTI.

tionem induxit, qualenam id fuerit, Ammianus a his verbis significat:

Abunderatus post hæc prosperitates adiuentare complures, hostias Martis parabat Victori: & ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nondum aris admoti voluntate sua nouem procubuere tristissimi; decimus vero, qui disfractis vinculis egre redditus est, mactatus ominosa signa monstrauit. Obseruation est & sacrificantibus (inquit Macrobius b) *vt si hostia, quæ ad aras ducebatur, fuisset vehementius rebullata, ostendisse eis, se inuitam altaribus admoueri, admoueretur, quia inuito deo offerri eam putabant: quæ vero stetisset oblata, hanc volenti numini dari existimabant.* Et Suetonius c, vt Iulium Cæsarem ne religione quidem vlla à quoquam incœpto vnquam absterritum vel retardatum ostenderet; exempli causa subijcit, quod licet immolanti ipso aufugisset hostia, profectionem tamen aduersus Scipionem & Iubam non distulit: addit que tristis portenti loco habitum, si aut hostia ab ara profugisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, cecidisset, sed superstitiosior Iulio Iulianus, & longe ille patientior iisto, de quo Ammianus hæc subdit d: *Quibus visis, exclamauit indigestus acriter Iulianus; Iouemq; testatus est, nulla Martis iam sacra facturum: nec reseruauit, celeri morte præreptus.* Sed ô virinconstans, vbi illa olim tua de Marte prædicatio gloriosa, recensita superius? Iam ipse fateris, nihil posse deos, quos non curas indignantes iteratis victimis tibi propitios reddere. Sed desperatio (excusso te) has à te voces, inuito licet, extorsit, cum esses fortasse memor, quod ante necem Galbæ accidisse Suetonius e tradit, & de Vitellio Tacitus f & Lampridius de Alexandro affirmant, nimiũ ante ipsorum interitum tauros fractis vinculis ab ara fecessisse.

a *Ammia. li.24.*

b *Macrob. Satur. lib 3. c.5.*

c *Suet. in C. Iulio. c.59.*

d *Ammia. lib. 24.*

e *Sueton. in Galba, c.18*
f *Tacit. lib 19.*

XLV. g *Gregor. Naz. orat. 2 in Iul.* CTESIPHON FIRMA MVNITIO.

At quid postquam Ctesiphontem Iulianus peruenerit, Gregorius Nazianzenus g de eo? *Hinc vero iam, inquit, velut arena pedibus subtracta, aut tempestate in nauem illisa, res ipsi retro fluunt. Ctesiphon enim arx firma est, expugnatu, difficilis, muris cocto latere conditis, & alta fossa, palustrique ac limoso amne communita. eam porro arx quoque altera firmiorem reddit (Cochen appellant) pari tam natura, quam artis præsidio constructa, altera arci ita connecta, vt vnius tantum ciuitatis speciem amba præbeant, interuedio amne inter se disiuncta. Quas cum nec sine incendio atque impetu euertere, nec obsidione capere & in potestatem redigere posset, nec vero vlterius cum exercitu ac præsertim cum naualibus copijs pergere (periculum enim esset, ne è loco superiori telis vtrinque peterentur, transituque prohiberetur) hoc demum modo eas à tergo reliquit: Euphratis enim fluminis omnium maximi partem haud minimã perrumpit, & circumducit; vt ex fossa, cuius vetera etiam vestigia extare aiunt, nauibus permeabilis esset, atque ita per eam ad Tigrin aliquanto vlterius confluens, naues saluas & incolumes tueatur, è fluuio ad fluuium tuto peruectas, ita castellorum horum periculum effugit.* id de fossa ex Euphrate in Tigridem ducta Gregorius: *Quam* (inquit Ammianus) *antehac Nauarum, posteaq; Semeram, ceteris solo fodi in medium canalis amplissimus, studio curauerunt summo, vt aquis vbique ab Euphrate transfusis, naues ad Tigridem commigrarent: tutissimumque ad omnia visum est eadem loca purgari, quæ quondam simulia Persa timentes, mole saxorum obruere multorum: hac, valle purgata, ingentis cataractis vndarum magnitudine, classis secura stadijs triginta depulsa, in alueum inuecta est Tigridis.* hæc Ammianus; qui admissas inter eos velitationes quasdam & leuia prælia recenset: quibus in prælijs quodnam Persarum consilium fuerit, Gregorius Nazianzenus ita declarat: *Vt autem progredienti Persica copia in conspectu venientes, quotidieq; increscentes, tam gerendi belli rationem tenere cæperunt, vt aduersa quidem acie nequaquam sibi standum; nec, cum nullo periculo vincere liceret, nisi magna necessitate vrgente, tentandam sibi belli aleam indicarent: cæterum è tumulis & locorum angustijs, vbi occasio offerretur, hostes sagittis impeterent, atque opportunissimis viæ transitibus occupatis, eos facillime, ne porro progrederentur, inhiberent: tum vero in magna animi perplexitate & inopia Iulianus versabatur, quoque se verteret non habens. perniciosum tandem consultationis suæ exitum reperit.* at quodnam eiusmodi consilium fuerit, & eius captandi proditoris persuasio quænam præcesserit, idem subdit his verbis:

EVPHRATES IN TIGRIN IOSA DIDVCTVS.

Vir enim quidam inter Persas non ignobilis, Zapyri h illius erga Cyrum in Babylonis obsidione facinus imitatus, quasi ob grauissimas quasdam causas in grauissimam offensionem Persarum Regi venisset, eaq; de causa in eum pestime animatus, contraque erga Romanos optime affectus esset; cum hoc commento & simulatione fidem apud eos inuenisset: Quid, inquit, Imperator? Quid tam ignauum atque imbecillum de re tanti momenti consilium initis? Quis hic naualis commeatus, omnisque superuacaneus ignauæ magistrum? Nihil enim ad expugnandum difficilius, nihil q; pernitiosius est, quam venter, sitanque in manibus habere spem salutis. Quocirca, si quid me audies, nauticum hunc apparatum valere iubebis, languoremque ex eo ad fortissimum hunc exercitum reuocandum: tu autem via alia faciliori & tutiori, cuius tibi me ducem fore profiteor (nam Persica regionis tam peritus sum, quam quisquis alius) in hostium terram impressionem facies: robusq; ex animi sententia confectis, ad reditum te accinges. Me autem tunc demum beneficio afficies, cum re ipsa atque experimento benevolentia erga te mea consiliique mei documentum ceperis. Hac ratione cum Iuliano, id quod proponebat, persuasisset (credula enim est leuitas) præcipueque etiam DEO impium exagitante, omnibus simul incommodis premi cæpit exercitus. Naues ignis conflagrabant: frumentum nullum erat: ac risus insuper accedebat (idem enim fermè erat, ac si manus sibi ipsi, necem q; attulisset) spes omnes euanide.: duces, ministeria cum promissis suis abscessit. In orbem porro hostes instabant, bellum circumfluebat, progressio non facilis, victus egre parabilis: languebat exercitus, animiq; concidebat: itaque Imperatorem ita prosequebatur: nihil bonæ spei reliquum erat, hæc vna, vt in præsenti rerum statu, salutis ratio patere videbatur, nimirum scelerato Imperio ac militari præfectura defuncti. At qua ratione, gesta sunt, ita se habent. Sed & Ioannes Chrysostomus fugillat pariter cum impietate imprudẽtiam Iuliani, cum ait i: *Qui n. plures militum myriadas secum duxerat, quã vllus vnquam ante ipsum Imperator, quisq; Persidem omnem per incursionem ac sine patiente (quod aiunt) capturum se sperauerat: hunc sic infeliciter ac miserabiliter res succesit, vt fœminarum potius ac puerulorum, quam virorum exercitum illum secũ habuisse dicas. Primum n. imprudentia sua in tantam illos necessitatem adegit, vt equinis carnibus vescerentur, atque partim fame, partim siti absumpti perirent. Quasi n. in Persarum gratiam copias ageret, sic q; illos caperet, quin potius suos illis prodere studeret; sic eos in locorum difficultates quasdam conclusit, ac tamtum non vinctos hostis tradidit. Enim vero calamitatum earum genus omne nullus possit, nec his quidem qui illas viderunt, expertiq; sunt, recensere: ita omnem modum superarunt.* hæc & Chrysostomus, cuius tempore hæc gesta sunt, & à multis, qui interfuerunt, facile audiri potuit.

XLVI. h *Iustin. li.1. Herodot. lib. 3. Plut. Apophth. imp.* PERSA PRODITOR DECIPIT IVLIANVM.

i *Chrysost. orat. contra Gent.* ROM. EXERCITVS ANGVSTIIS PREMITVR.

Qui igitur deorum promissionibus animatus eam susceperat magnæ molis prouinciam, maioti desperatione Iulianus vrgetur, cum adeo manifestis signis à diis suis sibi visus est esse penitus derelictus: nam in tot tantisque constitutus angustijs, ab eis responsa quæreris, litatis victimis, haud valuit extorquere: vt merito in eum ac cæteros eiusdem superstitionis cultores illud ex Moysi cantico k exprobrandum fuerit: *Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.* nam de ipsis hæc Ammianus l: *Et cum nihil humani proficerent sensus, diu fluctuantes & dubij, extructis aris, cæsis, hostiis, consulta numinum scisitabamur, vtrum nos per Assyriam reuerti censerent, an prater radices montium leuius gradientes, Chiliocomum prope Corducnam silam ex improuiso vastare: quorum neutrum, exitu infelicis, comfore dicebatur: fleuit tamen sententia, vt omni spe meliorum succisa, Corduenam arriperemus.* hæc ipse. sed ad XVI. Kal. Iulij arripientes iter ab aduentantibus hostibus repressi sunt. postea vero fame enecti, conglobato agmine, dato ad decertandum solemniter signo, confertas hostium frontes nisu protulerunt acerrimo; maiorq; facta est hostium strages, Romanorum pauciorib. cæsis, & cum eis * Veteranione, qui Tribatiorum legionem regebat, sed inter hæc trium dierum induciarum ad vulnera curanda spacia intercesserunt: cum iam fame haud toleranda afflictatus Romanus exercitus esset, ac profunda desperatione penitus mersus. At quid sequenti nocte Iuliano per visum videre contigerit, Ammianus sic narrat m:

XLVII.

k *Deut. 32.*

l *Ammian. li.24.*

* Veteranione

m *Ammia. li.25.*

XLIIX. EVENTVS TRISTIA OMINA.

Ipse autem ad solicitam sustensamque quietem paulisper protractus, cum somno (vt solebat) depulso, ad amulationem Cæsaris Iuly quadam sub pellibus scribentis, obscura noctis altitudine sententijs cuiusdam Philosophi teneretur: vidit squalidius, vt confessus est proximis, speciem illam Genij publici, quam cum ad Augustum surgeret culmen, conspexit in Gallijs, velata cum cornucopia per aulæa tristius discedentem. Et quanquam ad momentum hesit stupore defixus; omni tamen superior metu ventura decretis cœlestibus commendabat. Reiectoque humi strato cubili, adulta iam exeitus nocte, numinibus per sacra depulsoria supplicans, flagrantissimam facem cadenti similem visam aeris parte fulcata euanuisse existimauit: horroreque perfusus est, ne ita aperte minax Martius apparuerit fidus. erat autem nitor igneus iste, quem δαιμόνιον nos appellamus, nec cadens vnquam, nec terram contingens. & paulo post: *Consistam itaque ante lucis primitias Etrusci aruspices accersiti, consulti, quid astri species portenderet noua: Vitandum esse cautissimè responderunt, ne quid tunc tentaretur: ex Tranquinianis libris in titulo De rebus diuinis id relatum esse demonstrantes: quod facie in cœlo visa, committi prælium, vel simile quicquam non oportebat. Quo etiam id inter multa alia sperneute, orabant aruspices, saltem aliquot horis profectionem differri: & ne hoc quidem sunt adepti. Imperatore omni vaticinandi sententia reluctante: sed extorto iam die promota sunt castra.* hactenus Ammianus.

XLIX. EXPROBRATIO IN IVLIANVM.

Ad hæc infelix adactus est Iulianus, vt qui ex sententia aruspicum cuncta aggredi solitus esset, & de victoria secutus tantæ molis belli auspicatus fuisset, iam sibi cuncta prospera fore (vt ipse suis ad Libanium literis testatus est) antea pollicentibus diis; modo cum & ab his se deceptum, & ab illis delusum, licet seio conspiceret, contemptor factus sit numinum, & refragator aruspicum: à quibus sic, eos cõsulens, responsa quærebat, quasi quod à diis promissum erat, exigeret: sed tamen quæ illi dicerent, cõtemnebat, quod promissionib. deorum esse aduersa sentiret. Sicq; miser his contrarijs fluctibus agitatus, quoq; hostium vallatus cuneis, & fame acrius exercitum perurgente, nullum esse conspiceret humanis viribus è tot malis effugium; sed cœlestium tãtum numinum esse, deploratis ac desperatis rebus succurrere; eadem iteratis sacrificiis exigebat. Rursum vero ipsa numina implorata, sacrisque placata, nec opem ferentia, sed deteriora minantia, veluti infida respuebat, ac denouebat ingrata: execrans deos, quorũ cultum prostratũ penitus tanto labore & industria frustra restituere conatus esset, ornasset templis, atque ditasset, tot sacerdotia erexisset, immolasset sacrificia, hecatombas multiplicasset, humano quoque eo sdem cruore pausset, quibus & de Christianorum cede nuncupasset vota solemnia. Totigitur tantisq; facinoribus promeritos deos experiri iam sibi contrarios, patienter ferre nequibat. Martem, Pallademq; à parte hostium stare, Victoriam illos sequi; Altricem Isidem, ipsamq; Ceretem pascentem omnes, à Romano exercitu longius recessisse; ipsumq; publicum Genium abscessisse, quam indigne ferebat animo! Et quam succensebat, cum nullum deorum, nisi Pallorem, & Pauorem, Timorem, Moitem, Pœnam, Necessitatem, Violentiam, Paupertatem, Inuidiam, & alios his similes antitheos, quibus vt diis Gentes a exigebant templa, hisq; coniunctas funestas Eeymnas cum aliis aduersatis & infaustis sibi numinibus in castris versari cognouit, quæ procul abigere sacris depulsoriis frustra tentasset! Sed nullum infensius visum est superbo homini numen, quam quod appellant ipsi Ridiculum, à quo se instar Annibalis Vrbem frustra tentantis, deuideri cõspiceret: eidemq; inhærentes Momum exhorruit atque Selenum: quem omnes carpentem, ac nẽ optimis quidem parcẽtem Imperatoribus, ipsemet in Cæsaribus secutate descripserat; quem & scitet se apud Iouem habiturum pugnacem accusatorem, subsannatoremq; egregium experturum. His igitur animo æstuans, velut æstro percitus, & diris exagitatus, cõtemptis aruspicibus sero sapientibus, in sui interitum, clademque suorum præceps fertur in hostes.

a *Consule de his Gerald. de Deis Gent. Syntag. 1.*

L. GENTILES

Sed antequam extremum Iuliani exitum oratione prosequamur: illud monẽdum putamus: Ammianum & Zosimum Gentiles historicos, suæ ipsorum superstitionis Imperatorem, licet exitium Romano exercitui afferentem, ob eamq; causam detestatione dignissimum, nihilominus omni laudum genere exornasse; eundemq; vt strenuum ducem, insignemque Philosophum celebrasse. Sed quid Ammianus de extrema clade eiusq; nece testatum literis memoriæ commendarit, ne quid detraxisse iniuria videamur, hic in primis reddamus: *Exeto iam*, inquit *b*, *die, permota sunt castra. Hinc nos egressos Persæ cum sæpe afflicti pedatum stabiles pugnas horrerent, structis insidijs occulte comitabantur, altrinsecus viantes catervas à celsis collibus explorando: vt id suspicans miles adeo, perpetuum diem nec vallum erigeret, nec subsidijs se communiret. Dumq; tegunt firmiter latera, & exercitus pro locorum situ quadratis quidem, sed laxis incedit agminibus: inuasa subito terga pone versus arma cogentium Principi indicantur, etiam tum inermi ad speculanda anteriora progresso. Quæ concitus clade, oblitus loricæ, scuto inter tumultum arrepto, properans vltimis ferre suppetias, reuocatur alio motu, qui etiam antesignanos, vnde discesserat, paria perpeti nunciabat. Quæ dum sine respectu periculi sui redintegrare festinat, ex alia parte cataphractorũ Parthicus globus centurias adoritur medias; ac sinistro cornu inclinato acriter superfusus, fatorem stridoremq; Elephantorum impatienter tolerantib. nostris, contu & multiplicatis missilibus decernebat. Verũ Principe volitante inter prima discrimina in præliorũ excitu nostra succinctior armatura, euersarumq; Persarum & bellatorum suffragines concidebat & dorsa.*

b *Ammian. lib. 25.*

LI. PVGNA EXTREMA IVLIANI CVM PERSIS.

* sublata *pieçsti ct.

Quos cum Iulianus cauendi immemor diffluxisse trepidos, elatis vociferando manibus apertè demonstrans, tra:que sequentium excitans audenter effunderet semet in pugnam; cõsumabant hunc inde candidati, quo dificerat terror, vt fugientium molem tanquam ruinam malè compositi culminis declinaret, & incertum subita equestris hasta, cute brachij eius perstricta *, costis perfossis, hæsit in ima iecoris fibra: quam dum auellere dextra manu conatur, acuto vtrinque ferro digitorum nernos sensit excisos: & pronolutus suæ cento, præsentiumq; veloci concursu relatus in castra, medicina ministerio fouebatur. Moxq; vbi lenito paulisper dolore, timere desijt, magno spiritu contra exitum certans, arma poscebat & equum: vt reuiso prælio, suorum fiduciam reparauet, ac videretur sui securus, aliena salutis solicitudine vehementer astringi, eo vigore (licet in negotio dissari) quo Epaminõdas ille dux inclytus, lethaliter apud Mantineam sauciatus, & reuersus ex acie conquirebat solicite scitum: quod cum vidisset propius lætior, vi vulneris, interijt: & qui animum intrepide amiserat, cassuram clypei formidauit. Sed cum vires parum sufficerent voluntati, sanguinisq; profluuio vexaretur, manfit immobilis: ideo spe deinceps viuendi absumpta, quod per contando, Phrygiam appellari locum illum, vbi cecidérat, comperit; hic enim obitarum se prascripta audierat sorte.* hocamplius debuit diis suis Iulianus, quod de loco sui exitus, siceum responso ambiguo & voce æquivoca fefellissent. Pergit deinde Ammianus referre militum post vulneratum Imperatorem in eo bello insuperabilem fortitudinem, donec facietate vulnerum ambabus partibus fessis, nox (vt ait) diremit certamina tenebrosa.

LII. IVLIANVS INIRELIO VVLNERATVS QVID AD SVOS.

Sed ádem rursus hæc de Iuliano, quem in extremo vitæ articulo ficorasse componit: *Hæc dum ita aguntur, Iulianus in tabernaculo sacens, circumstantes allocutus est demissos & tristes: Aduenit, ô socij, nunc abeundi tempus è vita, impendio tempestiuum: quam reposcenti natura, vt debitor bonæ fidei, reddituru exulto: non, vt quidam opinantur, afflictu & mœrens: Philosophorum sententia generali perdoctus, quamdiu corpore ſi beatior animus: & contemplans, quoties conditio melior a deteriore secernitur, lætandum esse potius, quam dolendum. illud quoque aduertens, quod etiam dij cælestes quibusdam piis mis mortem tanquam summum præmium persoluerunt. Munus autem id mihi delatum optimè scio, ne difficultatibus succumberem arduis, neve me proijciam vnquam, aut prosternam: expertus, quod dolores omnes, vt insultant ignauis, ita persistentibus cedunt. Nec me gestorum pœnitet aut grauis flagitij recordatio stringit, vel cum in vmbra & angulis emendarer, vel post Principatum susceptum; sed tanquam à cognatione cœlitũm defluentem, immaculatum (vt existimo) conseruaui, & cunctis moderatus regens, & examinatis rationibus bella gerens, & repellens: tametsi prosperitas simul, vtilitasque consultorum non vbique concordent: quoniam*

captorum euentus superet sibi vendicant potestatem. Reputans autem iusti esse finem Imperij obedientium commodum & salutem; ad tranquillora semper, vt nostis, propensior fui, licentiam omnem actibus meis exterminans, rerum corruptricem & inuictu: gaudensque me rum scies, vbicunque velut imperiosa parens consideracis periculis obiecit Respubl. fletis fundatis, turbines calcare fortitudinis assuefactus. Nec fateri pudebit. Interituram me ferro dudum didici, fide satidica precinente. Ideoq; semper non venerari nomen, quod non clandestinis insidijs, nec longa morborum asperitate, vel delicatorum sine decedo, sed in medio cursu florentium gloriæ cum hunc meruit clarum è medio progressum. Æquo enim iudicio iuxta timendus est & ignauus, non cum non oportet, mori desiderat, & qui refugiat, cum sit opportunum. Hactenus loquit, vigore virium labente, sufficiat. Super Imperatore vero creando cautè reticeo, ne per imprudentiam dignem præteream: aut nominatum quem habilem reor, antepositio forsan alio, in discrimen vltimum trudam, vt alumnus autem Reipub. frugi, opto bonum post me reperiri rectorem. hactenus Iuliani, seu potius Ammiani Liuium imitantis oratio, atq; subdit:

LIII. IVLIANI INTERITVS.

Post hæc placide dicta, familiares opes iunctioribus vbique supremo distribuens studio, Anatolium quæsiuit officiorum Magistrum. Quem cum beatum fuisse, Sallustius respondisset Præfectus: intellexit occisum; acriterq; amici casum ingemuit, qui elate ante contempserat suum. Et flentes inter hæc omnes, qui aderant, anhortatur ac etiam tum integra, increpabat: humile esse, cælo sidera, bus, conciliatum lugeri Principem dicens. Quibus ideo iam silentibus, ipse cum Maximo & Prisco Philosophis super animorum sublimitate perplexius disputans, hiante latus suffossi latere vulnere, & spiritum amore cohibente venarum, epota gelida aqua, quam petijt, medio noctis horrore, vita facilius est absolutus, anno ætatis altero & trigesimo. hactenus de eius obitu Ammianus, testis planè domesticus: cui adiungimus comparem, nempe Libanium Sophistam, qui Iulianum sic extinctum luculenta scripta oratione laudauit: in qua de interfectione Iuliani cum agit, Christianos eius necis in crimen vocat, dum hæc ait *a*: *Quis igitur eum interemerit, facere quisquam cupit? Nomen eius nescio. Non hostem autem percussorem eum fuisse, apertum indicium est, quod ex hostibus nemo vulneris eius nomine honorem & præmium accepit: eum quidem Persarum Rex per præconem percussorem eius euocauerit, & ingentia qui se indicasset, præmia percepturum fuerit: sed ne eorum quidem cupiditate quisquam est adductus, vt facinus sibi tantum per tacitantiam [illegible]t. Et multa profecto hostibus debetur gratia, quod cuius facti auctores non fuerunt, eiusdem sibi gloriam non vendicarunt. Sed vobis, vt interfectorem requireremus, permiserunt, quibus illum diutius viuere, bono non fuit. Sunt autem isti, qui nullis viuunt legibus: qui quidem quod dudum sunt conati, tunc demum cum possent, peregerunt; iniquitate reliqua eos cogente, cui sub eius Imperio locus non fuit, & maxime deorum cultu, cui ipsi maxime sunt aduersati.* hactenus Libanius, non obscure Christianos Iuliani necis auctores fugillans. hæc quidem ille, quod hostium cõparet assertione, non ipsorum armis, sed telo Romano fuisse Iulianum extinctum. nam Ammianus *b* sic de Persis inferius ait: *Hocque viso, è saltibus nos hostes diuersi ac telorum, ac verbis turbulus incessebant, vt perfidos & lectissimos Principis peremptores. Audierant enim, ipsis quoque referentibus transfugis, rumore iactato incerto, Iulianum telo cecidisse Romano.* Verum (inquit Socrates *c*) Callistus satelles Imperatoris, qui eius res gestas carmine heroico conscribit, bellumque id temporis confectum narrat; illum à dæmone transfixum interisse, commemorat. quæ quidem opinio magis increbuisse vita est. sed qua occasione id à dæmone, nempe à superiori numine admissum Ethnici existimarint, paulo post dicendum erit.

LIV. DE PERCVSSORE IVLIANI VARIÆ SENTENTIÆ.

Certe quidem à quonam Iulianus percussus interierit, haud satis fuisse exploratum scriptoribus illius temporis, imo nec ijs cognitum, qui certamini interfuerunt, S. Gregorius Nazianzenus *d* declarat his verbis: *Quæ autem sequuntur, non vno modo ab omnibus referuntur, sed alij alij sermoni assentiuntur calculumque non minus eorum, quibus certamini interesse quam quibus abesse contigit. Noctuisse enim à Persis eius tabernaculum confixum fuisse affirmant, temere in hostes excursantem, atque hoc & illuc vesane prosultantem; idemq; ipsi, quod Cyro Parysatidis filio, accidisse: quicum aduersus Artaxerxem fratrem cum decem hominum millibus ascendisset, egregieque pugnaret, temeritate tandem sua victoriam amisit. Alij hausisse quendam deco sermonem commemorant: Cum in sublimem quendam tumulum ascendisset, vt velut è specula exercitum lustraret, quantumq; bello superfuisset, cognosceret; magnaq; cepisset, sicque sua copiosiores perspexisset: Quam graue & indignum fuerit, dixisse, si hos homines ad Romanorum terras reduxerimus! quasi videlicet ipse salutem inuidentem. Quibus verbis inflammatum militem quendam, vt aque præcipitem actum, multa salutis suæ habita ratione, viscera ipsius gladio transfixisse.* At hæc commenti sunt Gentiles in odium Christianorum, quibus refertus erat exercitus; quasi Iulianus illos viuere ægro animo ferret: in quem indignatum dixerunt exeruisse gladium militem Christianum. Sed hæc ab ipsis scriptoribus Ethnicis sententia prorsus explodituꝛ, qui pariter hastæ cuspide percussum Iulianum fuisse testantur. Sed subdit his, omnia vndique allata referens, Gregorius: *Alij rursus facetum & ridiculum quendam barbarum (quales in exercitu comitatu, tum ad leniendas animorum molestias, tum ad exhilarandæ communia esse solent) hoc facinus perpetrasse ferunt. Nec desunt qui Saraceno cuipiam egregiam hanc laudem arrogent.* hæc Gregorius de his, quæ à diuersis ferrentur, casum incertum pro arbitrio confingentibus.

I.V. IVLIANVS DIVINITVS PERCVSSVS

At quid ipse ea de re sentirer, superius prioris orationis exordio satis aperit, cum id ministerio Angelorum factum affirmat his plane verbis: *Atque vt mihi latius præconium patet: omnis cælestium virtus, omnes Angeli, quorum opera tyrannus extinctus atque oppressus est: non Seon ille Rex Amorrhæorum, neque Og Rex Basan, principes exigui, atque Israelem, hoc est, paruam Orbis partem vexantes, verum draco ille, Apostata ille, magna illa mens, Assyrius ille, ille communis omnium inimicus & hostis cum multo furore in terra debacchatus, & commatus, tum multam iniquitatem in excelsum locutus, atque meditatus,* &c. Rursus alibi *e*, vi numinis totum illud confectum esse negotium, tradit. At quid de his Basilij Magni successor Helladius scriptorum monumẽtis reliquerit consignatum, Sanct. Ioannes Damascenus *f* docet his verbis: *Quod autem imaginum institutio non noua, sed prisca sit, & apud sanctos & eximios Patres nota & vsitata, disce ex his, quæ in Vita beati Basilij ab Helladio eius discipulo, in Pontificatuque successore, conscripta sunt. Pius enim vir (vt ipse narrat) Dominæ nostræ adstabat imagini, in qua Mercurij etiam celebris martyris figura descripta erat: adstabat autem supplicans, vt impius Iulianus Apostata tolleretur. Ex qua quidem imagine didicit, quid esset euenturum. Vidit enim martyrem ad exiguum tempus obscurum, non multo autem post hastam cruentam tenentem.* hæc ex Helladio Damascenus. qui sane commentarius de rebus gestis Basilij scriptus desideratur: nam qui extat nomine Amphilochij scatens mendaciis, hæc de Magno Basilio atque Mercurio martyre longe diuerse narrat: ne quis existimet, quæ de Basilio scripta essent ab Helladio, eadem esse cum his, quæ feruntur pulchro nomine Amphilochij. Sensit impostura in primis Glicas *g*, qui eo vno argumento totum illud Amphilochij nomine scriptum commentum dissoluit, cum ait: *Quanquam enim perscriptum reperiamus in libro de Sancti Basilij miraculis, quæ magnus ille vir Amphilochius litteris commendasse perhibetur, iuandato perpetuæ Virginis Deiparæ per sanctum Mercurium, Magni Basilij precibus, desertorem hunc trascelum fuisse; non tamen hæc narratio meretur, vt ei continuo fidem adhibeas. Quam ob rem illud? quoniam in eodem scripto legimus, Magnum Basilium Cæsareæ Pontificem id tempora fuisse, cum eas regiones imperator improbissimus contra Persas expeditione suscepta peragraret. At Nyro alter eximius ille Gregorius cognomento Theologus memoriæ prodidit. Nam si Basilius, hoc ita narrante, in Ponto degebat sub mirum Imperij Valentis, qui aliquanto post tempore regnauit, cum Cæsareæ Pontifex esset Eusebius; multo minus Iuliano imperante Basilius Antistitis munere fungebatur. De quo satis euidenter apparet, Iulianum iter per Cappadociam facientem, neque Basilium istic Pontificem reperisse, neque ipsum Ecclesiæ minatum esse. Consimili modo nec precatus est hoc nomine DEVM Basilius Pontifex, nec ad tollendum è medio desertorem Mercurius ille*

Christi

a *Apud Nicephor. lib. 10. c. 34.* PERCVSSOR IVLIANI QVIS CREDITVS.

b *Ammian. li. 25.*

c *Socr. Lib. 3 c. 21.*

d *Greger. Naz. orat. 2. in inl.*

e *Greger. Naz. orat. in laudem Athanasij.* f *Io. Damascen. de Imaginibus orat. 1.* S. MERCVRIVS MARTYR PERCVSSOR IVLIANI.

g *Gilc. 4. par. Annal.*

Christi testis fuit adhibegatus, quippe si hoc pacto res gesta fuisset, obscurum non esset, tm hodiernum vsque diem, à quo Iulianus tela conjurationis fuerit. Nam iaculo trajectum constat, auctore sacti prorsus incognito.

LVI. At ipse tamen Glicas haud in eo nobis probari potest, cum eam causam, quod ea commentitia Amphilochii nomine scripta haberentur, derogat penitus fidem historiæ, quæ auctoritate Helladii citata Damasceno, quem ipse non vidit, alitertamen rem gestam recitantis, egregie testata redditur. Sed non Basilio tantum hæc pervisum offensa fuere, verum & eundem alias ad castra progredienti eadem diuinitus innotuisse, Sozomenus auctor est, qui rem ita describit, cum in primis hæcait: *Equidem quisnam huius cædis administer fuerit, nihil certi possum dicere, præter ea, quæ modo dicta sunt. Sed tamen vti hi, qui de ea re consentientibus sententiis differunt, affirmant; vera sane ea est opinio, quæ est ad nos perlata, quæ tradit, eum vltione diuina è medio sublatum esse. Cuius rei certissimum argumentum est diuina visio, quam cuidam ex necessariis eius oblatam accepi. Nam dicitur, cum ad Iulianum, quietat in Versidæ, re maturaret; in loco quodam, qui erat in via publica situ, diuersatum, & adium penuria coactum, in ecclesia, quæ ibi erat, dormisse: & secundum quietem vel rem gestam vidisse vel saltem somniasse: Complures ex Apostolis & Prophetis in vnum coactos, grauiter de imperatoris contumelia aduersus Ecclesias facta conquestos esse; inuisseque consilium, quid de hac causa faciendum esset.*

At cum diu de ea re esset deliberatum, & adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur, duos è medio surgentes exhortatos reliquos, vt bono animo essent, propereque tanquam ad delendum Iuliani Imperium, è concilio egressos. Hominem illum, qui has res tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cætero neglexisse. Atq; dum metu perculsus hæsitaret, quis huius visionis exitus futurus esset, secundo eodem in loco somnum cepisse, vidisseque eundem Apostolorum & Prophetarum conuentum; atque ex improuiso velut è via in concilium ingressos illos, qui superiori nocte ad Iulianum expugnandum abierant; caterùq; nunciasse, eum occisum esse. hæc Sozomenus. At Nicephorus b addit nomina illorum duorum, qui perrexerunt festinati ad necem inferendam Iuliano; nempe alterum ipsorum dictum esse Mercurium martyrem, alterum verò item martyrem Artemium Ducem, ambos olim egregios milites Christianos

Vtcunq; res se habeat (inquit Greg. c) *lethale certe, Orbi, vniuerso salutare vulnus accepit, vno q; facinore multorum perniciose vitiorum pœna Iulianus exsoluit. Quod & ipsum miror, quo modo vanus homo, qui omnia hunc se fecisse existimabat, hoc vnum ignorauit, nonnunq; vulnus proscribus suis inflgendum.* hæc quidem de percussore & vulnere accepto iam satis.

LVII. Quæ autem ipsi hæc secuta sint, Theodoretus d narrat his verbis: *Deinde, inquit, cum milites quererentur & ingemiscerent, ex improuiso eum vulneratum offendunt, rabie contra ciuitatorem suum furentem: Martem bellatorem ipsi, vti promiserat, auxilium minime tulisse, Apollinem falsa vaticinatum esse, Iouem denique fulminantem non in suum interfectorem fulmen torsisse. Itaque qui ante minas insolenter tactauerat, tam miserè humi prostratus iacuit.* & paulo post: *Ferunt parro, ipsum tyrannum, simul ac plagam acceperat, in manum protinus sanguine impleuisse, illumque proiecisse in aerem, ac dixisse: Vicisti Galilæe: & simul tum confessum esse victoriam & blasphemiam (adeo eum à mente ab alienatus erat) in Deum impudenter locutum.* hæc Theodoretus, & alii plerique. Sozomenus f vero hæc habet, cum de his agit: *Alij autem memorant, eum ex sanguinem manu ostendisse, illum in aerem iecisse, perinde atque Solis ratum, quod Persis venisset subsidio, & se non seruasset incolumem; præfatum sum S. enatum tatus sicut astronomorum scientia indicabat) velut dominus esset & moderator.* hæcille. Ac probe sane diuino coactus est numine in Solem blasphemiam intorquere; vt quem potissimum coluisset, atque in laudem eius hymnum celebrem conscripsisset, ad postremum ita perditionis eundem accuiret, sed subdit Sozomenus: *At cum esse re vera moriturus, verum Christum viderit nec ne (vti solet accidere, quando anima è corporis custodia egreditur, & res diuinores, quam quæ ab homine conspici possint, videt) haud equidem habeo dicere: nequeunt illud adeo à multis dicitur: verumtamen vt plane falsum reijcere non audeo: quippe cum credibile sit, alia etiam his multo admirabiliora contigisse, non alia de causa quam vt confirmaretur religionem Christianam non hominum studio & industria constitutam stabilitamque esse.* hæc Sozomenus. cum tamen alii eam rem haud dubiam confirment, nempe de eius blasphemia in deos, & exprobratione in Christum, proiectione illa sanguinis in altum facta, qua & exclamauit (quod tradit Nicephorus g) *Satiaras Nazarene.*

a Soz. li. 6. c. 2.

b Nicepb. l. 10. c. 31.

c Gr. Naz. orat. 2. in Iulian.

d Theod. li. 3. c. 20.

f Soz. lib. 6. c. 2.

g Nicepb. l. 10. c. 24.

At quomodo ipse moriturus Iulianus ad discessum sibi conatus sit diuinos honores, Gregorius Nazianz. h narrat, ficdicens: *Sed ne hoc quidem prætereundum est, quod præter alia multa maximum perditæ illius amentiæ argumentum habet. In fluminis ripa iacebat, grauiter ex vulnere ægrotans. Cum autem permultos eorum, qui ante ipsum et atem gloria floruerant, vt humana conditione maiores censerentur, artibus quibusdam ex hominum oculis se subduxisse, eamque ob causam prodiis habitos fuisse scirret: eiusdem gloriæ cupiditate captus, simul que talis mortis genere interiret propter temeritatis ignominiam erubescens, quid moliatur? quid facit? (neque enim simul cum vita improbitas extinguitur.) In profluentem corpus projicere conatur; ad eamq; rem nonnullorum, quos maxime fidos arcanorumque conscios habuerat, opera vtebatur. Quod nisi quispiam ex eunuchis Imperatoris hanc rem persentiens, sceleriisque odio & execratione alios prodens, huic conatus obstitisset, nouus vtique alius ex calamitate deus vecordibus hominibus extitisset.* hæc Gregorius de Iuliano, non ignato, Romulum in primis eadem plane arte compassile sibi diuinos honores.

h Greg. Naz. orat. 2. in Iul. IVLIANVS APPETAT DIVINOS HONORES.

Quoniam verò id assequi Iuliano minime licuit: ne tamen tantoq; fraudaretur honore domestici ipsius iactura alia excogitata arte cumularius compensarunt, dum eum ad superos curru leuatum finxerunt, idq; testificatione diuina probari conati. continetur autem eiusmodi commentitium oraculum his verbis: i tanquam ab Apolline illi vsuenti redditum:

LIX.

i Extant apud Nicephor. lib. 10. cit.

Atq; vbi Romanis Persas deuicteris armis,
Vsque Seleuceam bello progressus ad vrbem,
Cœlestium te sublatum turbine curras
Euehet ignotum, magnoq; reponet Olympo
Defunctum curis hominum durisq; labore:
Et patriam ætheream lucis remeabis ad aulam,
Vnde caduca hominis progressu membra petisti.

Fuit quidem eiusmodi Iuliani casus eodem ferme temporis momento cognitus sanctis viris, quo contigerat: imo (sicut diximus) & præcognitus, cum Athanasius de eo fuerat vaticinatus, nubeculam illam inani tonitruo perstrepentem quam citissime dissolutedam, & de fabro iam parante loculum Iuliano faridia illa fuerat dicta sententia. At quid ea hora, qua diuina vltione tyrannus occisus est, diuinitus ostensum fuerit magno illi anachoretæ IulianoSabbæ, Theodoretus k sic narrat: *Porro autem Iulianus cognomento Sabba (sic nam q; Syriaca lingua vocabatur) cuius vitam in historia nostra, qua Philotheus inscribitur, literis mandauimus, eorum vtendi genus, qui sunt expertes corporis, in corpore imitatus, cum esset de Iuliani mina certior factus, longe attentius precatus Deo omnium moderatori adhibuit: atq; eodem ipso die, quo Iulianus interfectus est, quamquam iter viginti dierum & amplius abesset ab exercitu eodem eius inter precandum agnouit. Nam ferunt, cum diu Dominum clementem & benignum supplex oraret, derepente fletum repressisse, & effusum in lætitiam exultasse gaudio, hilarique vultu cæpisse intueri, quare voluptas, quam capiebat animo, manifeste declarata est. Quem familiares eius cum ita mutatum cernerent, orasse, vt causam lætitiæ suæ ipsis indicaret. Eum autem respondisse: Aprum siluestrem, hostem vineæ Domini, debitas scelerum in Christum admissorum pependisse pœnas, & mortuum iacere, ne amplius Christianis insidias struat. Quibus cognitis, omnes triumphare gaudio, & hymnum, quo Deo gratias agerent cantare cœperunt. Possea autem facti sunt certiores ab illis, qua mortem eius nunciabant, sceleratum illum tyrannum extinctum eadem die & hora, qua diuinus ille senex Iulianus eum cecidisse cognouerat & prædixerat.* hæc Theodoretus.

LX. VISIONES DE INTERITV IVLIANI.

k Theod. li. 4. c. 19.

De Didymo autem ita Sozom. l *Eodem die Didymus, vir Ecclesiasticus, & diuinæ sapientiæ ac pietatis studiosissimus, Alexandriæ ætatem degens, supra modum dolebat, non modo ob Imperatoris scelera contra Christianam religionem admissa, sed etiam quod eo errore vagaretur, & Ecclesias contemneret. Itaque ieiu-*

l Soz. lib. 6. c. 2.

LXI. DIDYMO QVID OBTIGERIT.

DE IVLIANO.

narare. & Dium hac de re supplex orare cœpit. Qui cum ob hanc causam animo adeo solicito ac mœsto esset, vti sequenti nocte vix dormiret: forte in solio adsidens, somno oppressus est; ac velut extra se positus, videbatur sibi videre equos albos in aere currere. & qui ea videbantur, eos ita prædicare: Nunciare Didymo hostis Iulianum hac ipsa hora interfectum esse: ipsoque idem illud Athanasio Episcopo significet; latebat enim, vt dictum est, Alexandria Athanasium. conscio hoc tyranno. Didymus vbi primum illico somno solutus surrexit, celeriq; cepit, hæc Sozomenus. eadem quoque de Didymo Palladius narrat a.

a Pallad. in Lausiac.

LXII.

Hic sitæ gradum, lector, cum iam ad exitum, extoq; que infensissimi omnium hostis Christianæ religionis peruenerit, atq; memoria repete, mente cogita, expendeque animo, quot quantaque adeo breui temporis spatio, nondum quidem duorum annorum curriculis euolutis, diuinitus edita opera fuerint; quibus tanquam manifestissimis signis atq; impressis notis intelliges, diuino numini res Christianorum curæ esse, ineffeque in Ecclesia Catholica Deum; qui totam hanc agitet molē, regat, gubernet, tueatur, atq; conseruet; neq; humanarum esse virium tanta præstare. Cum alioqui singulis ferme annis eadem, vel his similia, pluraq; eiusmodi signa spectare liceat, dummodo simplices tibi sint oculi atq; puri. sed apud nos ista tu transiens intueberis. Cæterum si ad opus considere libeat: thesauros locupletissimos habes, duos iniquā tomos à P. Thomo Bozio Collegii nostri Rectore nuper editos: in quo quidem argumento, quanto ordine, rerum copia, atq; dicendi facundia versatus sit, tu ipse melius ex eis intelliges, quam ego ingeram: parco enim, qo inops sit illa probatio, quę domestico perficitur teste. Sed erit plane, vt illa cuncta per legēs, intelligas, quam fortis & inexpugnabilis sit Christiana religio, in qua fideles omnes sub centum illis militant signis: ita vt de Ecclesia Catholica digne occinas illud Iacob b: *Vere Dominus est in loco isto*: meritoq; & illud eiusdem adiicias c: *Castra Dei sunt hæc*; atque adeo, vt licet sis hostis, & ab aduersariorum partibus stes, si quid tamen veri studiu m in te reliquum sit, mox de eadem Catholica Ecclesia coactis instar Balaam exclamare cogaris d: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, & porti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Dominus, &c.* Sed iam celiqua, quæ ad Iulianum pertinent, prosequamur.

DESIONIS ECCLESIAE LIBRI THOMAE BOZII.

b Gen. 28.
c Gen. 25.
d Num. 24.

LXIII.

Atquo[illegible] is quod ad diem ipsum, quo, sic diuino vlcisccnte numine, extinctus est, spectat, eum 6. Kal. Iulii diem clausisse extremum, ex Ammiano e colligitur: Socrates q, fide expresse testatur, cum ait: *Occubuit 6. Kal. Iulij, tertio anno sui Imperij, septimo autem postquam à Constantio renunciatus fuisset, ætatis suæ trigesimoprimo.* Sed & ex die eius occubitus. Dei licet æstimare vindictam: cum ea die, qua ipsius reser ipto passi sunt Romæ nobilissimi atq; innocētissimi aulici Constantini Imperatoris Ioannes & Paulus (de quibus superius fusius egimus: nempe 6. Kalen. Iulii, qua die natalis dictorum Martyrum in Ecclesiasticis tabulis adnotatus habetur, Iulianus diuinitus missu telo necatus habeatur.

c Ammian. lib. 25. f Socr. lib. 3. c 18.

TEMPVS INTERIECTVM ÆTATE IVLIANI.

LXIV.

Quod vero ad eius Imperij tempus attinet: dum Socrates dicit; Iulianum anno tertio sui Imperij viuendi finem imposuisse, plane hallucinatur: siquidem apertissime constat, cum nec quidem in Imperio post obitū Constantij expleſſe biennium. Cum enim Constantius Imp. ex hac vita decesserit (vt auctore Ammiano dictum est) tertio Nonas Octob. Tauro & Florentio Coss. anno Domini trecentesimo sexagesimo primo, cum statim Iulianus solus imperare cœpit: certumque sit eundem hoc anno sexto Kal. Iulii morte abreptum imperare desisse, dicere necesse est, eum minus habuisse in Imperio ab expleto biennio menses tres, & dies nouem. Sed inde Socratis errandi manauit occasio, quod sub Imperio Iuliani à morte Constantij tres ponuntur Consulatus, Tauri & Florentij, quo imperare cœpit; Neuitæ & Mamertini, quem annū regnauit integrum; ac denique eiusdem Iuliani Consulatus quartus cum Sallustio, quo pariter occisus est. sed primi Consulatus menses tres; postremi sex haud absolutos imperauit.

Audito igitur de interitu Iuliani vbique terrarum Imperii certo perlato nuncio: qui deuotiab eo erant diuersi (Christiani (secundum illud Dauidicum g: *Lætabitur iustus cum viderit vindictam*) excusso statim pauore atq; mœrore, quo sub gladio tenebantur oppressi, exultātes, Deo canticum cecinere, instar Israelitici populi h, cum insequentem cernerent Pharaonem, vna cum exercitu eius extinctum. *Sed robustos Moabitarum tremor, obriguerum habitatores Canaan.* Amplissimi, inquam, magistratus illi, & Senatitiæ superstitionis Pontifices, quos ad restituendam propagandamque idololatriam Iulianus elegerat, simulque Ethnici omnes, Christiani nominis hostes, cum suas ipsorum res magis magisque efflorescentes conspicerent, atque longe maiora sperarent; eas omnes improuiso turbine abreptas, spesq; meliores excisas penitus esse cernētes, consternati sunt animo, oppressi dolore, ac pariter timore concussi, male consi is, quanta licentia atq; procacia toto hoc Iuliani regnantis temporis spatio in Christianam religionem insultassent.

LXV.

g Psal. 57.

CHRISTIANORVM GAVDIVM ET GENTILIVM MOROR.

h Exod. 15.

Qui autem rem tunc aliius attentiusq; considerabāt, Iulianum non tam contra Persas, quā aduersus Christianorum Deū, antiquius, diuturnius, acri isq; bellum agentem, extinctū considerantes, magnam Christi potentiam in Iulianum adeo perspicue demonstratam admirabantur: deorumq; contra imbecillitatem attendebāt in protegendo prouehendoq; in ampliorem gloriam, quē scirent maiore studio, quam quiuis alius ante solertissimus numinum cultor, die noctuq; pro eorū cultu fuisse solicitum: sed & clarissime tunc perspexerunt, esse illos penitus impotētes, nimirum priuatū fulminibus louem, Martem armis, Mercurīū talaribus & caduceo, Herculem clauā; Vulcani fingisse ignes, Victoriam factā improbe trāfugam, Castorem atq; Pollucem castrorum custodes; iam factos eorundem turpiter desertores; Isidemq; nutricem, egentem. Erubescebant adhæc Gentiles, ac pariter vlcīscentis Dei Christianorum vim ac fortitudinem admirabantur; vt ex his, quæ S. Hieron. scriptorum monumentis memoriæ tradidit, intelligere facile possumus: nam in Commentariis in Habacuc i Propheram hęc habet:

LXVI.

DEORVM DERISA IMPOTENTIA.

i Hier. in Hab. c. 1.

Dum adhuc essem puer, & in Grammatica ludo exercerer, innumeræque vrbes victimarum sanguine polluerentur, ac subito in ipso persecutionis ardore, Iuliani nunciatus esset interitus: eleganter vnus de Ethnicis; Quo modo, inquit, Christiani dicunt, Deum suum esse patientem & ἀνεξίκακον nihil iracundum, nihil hoc furore præsentius: ne modico quidem spatio indignationem suam differre potuit. Hoc ille tudens dixerit. Cæterum Ecclesia Christi cum exultatione cantauit: Diuisisti in furore capita potentium. est sententia Habacuc k, iuxta septuaginta. Erudiebatur ipse hoc tempore sub Donato grammatico, quem sæpe suum magistrum appellat; non autem sub Victorino, qui excultiori literatura insigniior habitus, desiuit tunc publice profiteri, cum aduersus Christianos professores idem Imp. apostata (vt diximus) promulgauit edictum. Quotennis autem hoc Iuliani obitus tempore Hieronymus fuerit qui se puerū fuisse tradit: quoniam res perdifficilis est, & plurima indiget inspectione, de hoc agemus inferius anno Domini trecentesimo septuagesimo secundo, cum de ætate, quam vixit, erit prolixior disputatio. Modo autem in rebus ad Iulianum spectantibus versetur oratio.

ETHNICI DE CHRISTO QVERELA.

k Hab. 3.

LXVII.

At in quod discrimē ex hoc tentato & male gesto Persico bello addactum sit Romanum Imperium: cum omnes luctu immenso eadem prosequantur historici: quid de his Pātres scripserint, in medium adducamus; & in primis quod sic ait Hieronymus l: *Iulianus proditor patriæ sui, & Christiani exercitus impugnator, Christum sensit in Media, quem primum in Gallia denegarat: dumque Romanos propagare vult fines, perdidit propagatos.* & S. Augustinus m de eodem apostata Iuliano: *Cuius, inquit, egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega & detestanda curiositas, cum vanis dedatum oraculis erat: quando fretus securitate victoriæ, naues, quibus victus necessario impor tabatur, incendit. Deinde feroide flans immodicis anfibus, & mox merito temerit atis occisus, in locis hostilibus egenum reliquit exercitum: vt aliter inde non posset euadi, nisi contra illud auspicium dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romanus Im-*

LXVIII.

l Hier. ep. 3.

IVLIANVS IMPERII ROMANI.

m Aug. de ciu. Dei. lib. 5. c. 21.

periri termini moueretur. Cessat autem Terminus deus necessitati, quæ non cesserat Ioui. hæc Augustinus. Sed & ex Græcis Gregorius Nazianzenus *a* eoidem threnos ingeminat de clade illata Romano Imperio, necnon Ioannes Chrysost. *b* eam est pluribus prosecutus: quæ talis tantaque fuit, vt nullam huic æqualem subierit Romana Respublica; licet contigisset, ipsum Imperatorem captiuum sub iugo tenere Persarum: adeo vt nec postea vllum aduenerit tempus quo talis iactura potuerit resarciri, vel tantæ ignominiæ nota deleri. Quod si quis dixerit, maximo omnium Romani Imperii damno Iulianum esse natum; veritatis scopum collimasse, omnes recte iudicantes æque sint cõsensuri. Ve plane habuerint, vnde plurimum erubescerent Liban. & alii illi similes, qui Iuliano viuenti adulati turpiter fuerant, dicentes, eum magno Romani Imperii bono à diis esse concessum; nec non illi, qui hæc tam excelsa præconia incisa etiam silicibus posterorum memoriæ commendarunt, quorum hic tria vetera monumenta *c* describenda curauimus: est enim eiusmodi prima inscriptio:

IMP. CÆS. FL. CL. IVLIANO. P. F. VICTORI AC TRIVMPHATORI, SEMPER AVG. P. M. IMP. VII. CONS. III. BONO REIP. NATO. PRO. CONS.

Secunda vero inscriptio sic se habet:

ÆTERNO. PRINCIPI. D. N. FLAVIO CLAVDIO IVLIANO. VBIQVE VENERANDO. SEMPER. AVG. BONO REIP. NATO. ORDO. POSSESSORESQVE.

Tertia vero talis est:

IMP. CÆS. D. N. FL. CL. IVLIANO SEMP. AVG. P. M. IMP. V I. COSS. III. BONO. R. P. NATO. PATRIÆ. PRO. CONS.

Talia igitur tantaque Ethnici de Iuliano concepere, vt vbique locorum eiusmodi titulo BONO REIP. NATO, signa illi dicarent: sed euentu contrario obscurata penitus remansere, oblita cœno, exposita cuiuscunque ludibrio: vt lapides, licet elingues iisdem decoris notis clamarent tamen ignominiam Iuliani.

LXIX. FVNESTVS IVLIANI.

Iam vero agendum de funere ignobili, & infami Apostatæ sepulturæ, de quibus pauca hæc Ammianus *d* *Corpus eius curatum pro copia rerum ac temporis, & vbi olim ipse statuerat, conditum fuit*, nempe Tarsi in Cilicia. hæc tantum ipse cætera reticet, nempe à Perside in eum vsque locum, vbi cadauer condendum erat, solemnis processio, & quo honore, quibusve laudibus à lingulis acceptum sit ciuitatibus, cum quem triumphantem expectarent Imperatore, in feretro supinum susceperunt. Sed Greg. Nazianz. nolens tanta gloria tantum Imperatorem priuatum sepulturæ donari, sic eum, vt est gesta, prosequitur, iam ante locutus magnifice de funere Constantii Imp. cum subdit: *e* Huic, Iuliano scilicet, *contra, cum turpis & flagitiosa exercitus, tum turpior atque ignominiosior redeunti comitat. Exagitabatur n. à populo & vrbibus publicisque atque scurrilibus vocibus, quarum nunc quo pacto memini meminerunt. Quæ vero hæc ignominia erat? Mimi & histriones cum agebant omnique scena turpitudine lacessebant, alios canentes & saltitantes, ei que fides abstinentiæ & clementiæ, vitæq; finem exprobrantes; nihil dent q, ex iis non facientes ac dicentes, quibus huiusmodi homines, qui pro arte procacitatem & contumeliam habent, insolentius vtuntur: quo ad eum tandem Tarsenses ciuitas excepit, haud scio quo modo & ob quam causam hac iniuria nullo modo dignata. hic illi templum insane, tumultuq; impurus & execrandus, ac ne spectabilis quidem piorum oculis.* huiusq; Gregorius: qui tamen alibi, cum Athanasii celebrat laudes, hæc etiam habet de eiusdem Iuliani corpore tradito sepulturæ. *Quem magnificum & honoris cupiditate flagrantem transiuisset, eundem mortuum reduxit, nec miseratione quidem quemquam permouentem; imo (vt mihi quidam narrauit) nec ad sepulturam assumptum, sed à terra, qua propter ipsius scelus tremore affecta fuerat, excussum, æstuq; vehementi proiectum, insequentis (vt opinor) supplicij primordium.* hæc Gregorius.

LXX. MAGIST PHILOSOPHI IVLIANI

Atticit toto illo reuectionis cadaueris è Persia in Cilicium tempore æque fuit de Iuliano omnium deriso ac subsannatio: ita isdem pariter probris affecti sunt Philosophi illi, magi, atq; augures, quos carissimos amicos, certæq; victoriæ desponsores secum in Persidem duxerat Iulianus. hos infelices dicteriis, sannis, scommatibus, ac denique sibilis vulgus insectabatur; idque Antiocheni præsertim, vbi diutius cum Iuliano fuerant commorati, & magno in honore habiti. Fuisse n. eiusmodi voces Antiochenorum in Maximum philosophum vna simul clamatium, Theodoretus testatur, qui ait: *Vrbs vero Antiochia, vt primum tyrannum trucidatum intellexit epulas publicas, crebrosq; conuentus celebrare, & non in Ecclesiis solum & martyrum monumentis triuidiare, verum etiam in theatris Crucis prædicare victoriam, & tyranni vaticinia irrisioni & ludibrio habere cœpit. Voces autem Antiochenorum contra eum emissas, ponam equidem hoc loco quo earum memoria posit ad posteritatem remanere. Nam vno ore clamabant omnes: Vbi tua, ô Maxime, ô stolide, vaticinia? Vicit Deus & Christus eius.* Per id enim tempus erat vir quidam nomine Maximus, qui tametsi Philosophum se esse profitebatur, erat tamen re vera magus futura q, se posse prædicere iactabat. hæc Theodoretus.

LXXI. EX DETECTIS IMPOSTVRIS MAGIS DERISVS IVLIANVS.

Sed eo magis tam in Iulianum, quam in eius consiliarios & sacrificos est conclamatum, cum post obitum eius, custodibus è regiis palatiis amotis, reseratis penetralibus, & abditis recessibus peruestigatis, inuenta sunt humana corpora extincta, iam putredine exesa, q̃ ipse cum suis adeo execranda sacra immolauerat diis: quorum & ad futurarum rerum scientiam consequendam, apertis ferro viscetibus, exta solebat inspicere; vnde infelix de vincendis Persis, eorumq; potiendo regno, & nobili de barbaris debellatis adipiscẽdo triumpho certus (vt sibi videbatur) ex signis spem haud dubiam conceperat; adeo vt ante victoriam cecinisset pæana, seq; ipsum Alexandrum Magnum esse iactasset; sibiq; dixisset, æque ac illi olim, vsque ad Indos, omnibus debellatis hostibus, patere aditum, assectantibus Romanum exercitum deorum phalangibus. Probrosa hæc de humanis hostiis immolatis (vt dictũ est superius) tum Charris in Mesopotamia, tum vero abundantius Antiochiæ sunt reperta, & in lucem prodita, publiceque exposita, velut egregia trophæa de hostibus debellatis erecta: cum in illum, loco triumphalium acclamationum, ab vniuerso populo sunt iactata conuicia, repetita probra, ac iteratæ etiam contumeliæ: Deoq; simul immensæ actæ gratiæ, quod à tali immanissimo Scytha Romanorum liberaliset imperium.

LXXII. LIBANIVS LAVDATOR IVLIANI.

Discruciabantur hæc audientes Gentiles & erubescebant, cum nulla satis idonea ad excusandam deorum imbecillita em, imo & proditionem, qui falsis promissionibus à limitibus Romani Imperii exercitum abduxissent, & in manus hostium coniecissent, verba suppeterent. Vnus tantum repertus est Libanius sophista Antiochenus, Iulianoq; (vt vidimus) magno amicitiæ vinculo adstrictus, qui hunc breui in ipsius Imp. laudem scripserit orationem qua eum pro arbitrio laudibus in cœlum euexit, & inter numina collocauit. Sed quid in ea homo vanus somniis effutierit; Socrates *h*, qui eam legit, his verbis significat, cum in eundem Christianam religionem subsannantem inuehitur: *Porro autem cum Libanius sophista Christianos falsè irrideat his verbis: Hominum ex Palæstina orundam, Deum, Deoque filium facium: Mihi videtur paulum oblitus, se in extrema oratione sua, Iulianum in deos retulisse, in hunc modum: Primum, mi rat, mortuo illius mucronem parum aberat quin lapidibus obruissent, tanquam contra deum mentitum.* quod scilicet Iulianus deus fictus mori non posset. Sed subdit: *Deinde paulo longius progressus: O damonum, inquit, alumne, damonum discipule, damonum denique assessor. Quanquam ille aliter ista intelligebat: tamen cum nomen ambiguum, quo etiam diabolus significatur, non vitaret, eadem visus est dicere, qua Christianis probris obiectando dicere consueuerunt. Quare si ad quem quam laudibus ornandum omnis studio incubuisset, nomen ambiguum vitare eo modo debuisset, quo aliam vitauit vocem, quam quidem, cum esset ob eam reprehensus, à suis libris prorsus deleuit.* hæc Socrates: idemque testatur, eadem de laudibus Iuliani oratione Libanium recensuisse libros ab eo compositos; cum superius *i* de ipsa item oratione tunc ab eo scripta mentionem faciens, sic ait:

a Gr. Naz. or. 2. in Iul. *b* Chrysost. contr. Gen. *c* Extant in vtroq; inscript. apud Sirm. pag. 156 num. 13. 14. 16. *d* Ammian. lib. 23. *e* Gr. Naz. or. 2. in Iul. *f* Theod. lib. 3. c. 21. *g* Theo. lib. 3. c. 21. 22. *h* Socr. lib. 3. c. 19. *i* Socr. lib. 3. c. 9.

LXXIII. LIBANII FVNEBRIS ORATIO.

Eodem tempore Libanius sophista oratiunculam, qua mortem deflet Iuliani, composuit, eamque Iulianum, siue Funebrem inscripsit: in qua non modo omnes eius res gestas illo dicendi genere, quo hominum laudes celebrantur, persecutus est, sed librorum etiam, quos contra Christianos ediderat, & quod in illo Christianorum scripta ridicula, nugisq; referta monstrauerat, mentionem fecit. Ted de illis supe[r]ius latis. Addit auctor inferius, scriptum ab eodem Iuliano commentarium, quem Cynicismum inscripsit. Cynicorum quippe philosophorum fuisse studiosissimũ, epistola illa, quam adhuc cum Cæsar esset, scripsit ad Maximũ declarauit. Lucubrauit quo que librum illum, cui est titulus, *Cæsares*; non aliam puto ob causam, nisi vt ea occasione carperet Constantinum, quem veste induuit muliebri deæ delicatum coniungeret vna cum filius, se vero Solis filium, Mercurii sequentia comprobaret. vbi hæc in fine ridicula habet: *Dij vero, impietatis vindices, vt ipsum Constantinum, ita & eius filios erga habuerunt, sanguinis cognatorum suspitiones exigentes: Donec tuppiter in Claudij & Constantij gratiam a malis respirare concessit. Tibi autem (Mercurium ad me sermonem dirigens) inquit sicis, vt Solem patrem agnosceres. Tu vero eius præceptis obtemperato: illum tibi tutum portugo & perfugium, dum in vitis agis, compera: quando vero oportebit hinc excedere, cum bona spe tibi deum propitium ducem consitue.* hisque verbis imposuit finem oration. Sed ex impietate concepta spes eum vana fefellit: quippe tali parenti frustra consilius, cum se tum à Persis victum, tum vero à Christo (quod acerbius illi fuit) superatum cognosceret, plane desperans, ac numina blasphemans è vita excessit. Porro quod ad eius scripta pertinet, præter Misopogonem, alias quoque scripsit orationes. Sed de eius scriptis alibi pluribus ex Suida.

b *Ammian. lib. 22.*

LXXIV. REFELLVNTVR QVÆ DE LIBANIO FALSA NARRANTVR.

Quod vero ad illius laudatorem Libanium spectat: ex ea plane oratione, quam post obitum Iuliani in ipsius laudem conscripsit, qua & non leuiter Christianam religionem carpit, prorsus eluditur commẽtum illud, quod sub falso Amphilochii nomine narratur in vita Magni Basilii; quo fertur, Libanium persimilem de interitu Iuliani (quã Basilium vidisse diximus) visionem noctu per somnium conspexisse, cum esset in castris: quem tamen ex literis Iuliani constat Antiochiæ fuisse relictum. Sed & quod ibidem dicitur, ipsum Libanum septimo post obitum Iuliani die ab exercitu fugientem, ad eundem Basilium Cæsaream commeasse, atque eius nunciasse obitum, petisseq; siem Christianum, cõsecutumq; esse sacrum baptismum, atq; vna cum ipso Basilio cõmotarum esse: sunt hæc plane digna risu, quæ & fidem detrogent nonnullis, quæ ab aliis accepta, in eadem Vita vera esse probãtur. Talis profecto est opera impostorum, vt cum falsa ingerant, vera mendaciorum admixtione corrumpant. Repugnant his etiam, quæ post hæc ab eodem Libanio ad eandem Basilium epistolæ scriptæ sunt. Sed de Libanio Eunapius Sardianus hæc inter cætera: *Nã omnem, inquit, qui à Libanio allecti, & in familiaritatem recepti fuerant, abiit à morsu immanissimi eius qualisquisque erat ingenio, confestim non at, ipsumq; animum in vita, aut virtutes promior esset, perspectum habens: egregie artifex in exprimendis atq; ex vero configenda morum similitudine in viuamq; partem.* hæc & alia Eunapius. Tribuit & hoc illi vitio Socrates *a*, q̃ pro tempore instat Protei diuersos animi vultus mutare soleret: nã regnante Cõstantio, eum scriptis mirifice cõmendauit; cum v. defunctus est, criminosis eundem contumeliis detorquuit. Camisse autem vxore Libanium tradit Eunapius, vsui tamen habuisse mulierculam concubinam, obiisseque longa senectute confectũ. Cæterum licet in aliis lucubrationib. suis Libanius Gentilibus sapiens & eruditus videri potuerit; in duabus tamen illis ab ipsis Ethnicis pariter collaudatis, altera, quæ de Daphne inscripta erat, altera v. de laudibus Iuliani, quarum meminimus, apud vitos prudentes atq; diserros magnæ insipientiæ specimen edidit; visusq; isidem est flaccidus, mollis, languidus, eneruatus, ac scena dignus; cuius dictio leuis comœdi potius, quam quæ, cui[u]s personam ageret, grauissimi Oratoris referret exemplum.

a *Soer. lib 3. c. 19.*

LXXV. Cæterum in conscribendis Iuliani rebus gestis, celebrandisq; eius laudibus, æquios ẽ se præbuit Ammianus: qui est in his (vt sæpe demonstratum est) limen interdum veritatis trangressus est: tamen in memoriam reuocans, sibi non eo mo fastæ, sed historici fore numeros exsoluẽdos, post cõtexta præconia Iuliani virtutum, laudans eius iustitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, castitatemq; cum liberalitate coniunctam, nec non in militari disciplina solertiam; vitia tandem paucis, licet prolixiore ind guisset oratione, ita perstrinxit *b*: *Leuior* (nẽpe erat) *ingenij, verum hoc institutor rectissimo temperabat, emendari se, cum deuiaret à fruge bona, permittens.* sic plane restituenda lectio est, cum pro leuior is, aliqui codices legant, lentioris, alii leuioris: hæc enim exploditur penitus posteriori lectio, cum ab auctoris sententia discrepet; cuius institutum est, in his vitia, & quæ in homine corrigẽda fuissent, non virtutes describere. Verum nec q̃ prior habet, fuisse lentioris ingenii, auctoris sensui satisfacit. Quamobrem texrus emendatio illa placuit, quæ ab erudito viro Billio in suis obseruationibus adnotatur; vt loco lentioris ingenii, sit restituendum, leuioris ingenii: etenim leuitatis notam eidem Greg Nazianz. finuit. quæ quidem germana lectio ex eiusdem Ammiani verbis superius positis restituitur: siquidem alibi *d* idem leuitatis peccatum in cæsas, hæc in eandem prorsus sententiam verba habet: *Leuitatem agnoscens commentorio ingenij sui, Præfectu, proximisq; permittebat, vt fidenter impetus suos altiorsum tendentes, ad quæ decebat, monitu opportuno frenarent.* ira Ammianus: sed subdit de aliis Iuliani vitiis hæc insuper *e*:

b *Ammian. lib. 16.*

c *Gr. Naz. or. 1. in Iul. & Ammian. lib. 22.*

c *Ammian. lib. 25.* LXXVI.

Lingua erat fusoria & admodum raro silentio, præsagiorum scientissima deditus, vt aspiparare videretur in hac parte Principem Hadrianum superstitiosus magis, quam sacrorum legitimus observator: immemor eas sine patrimonio pecudes macilentas: vt æstimaretur, si reuerteret de Parthis, bones tam defuturos: Meâs illius similes Cæsaris, in quem id accepimus dictum, οἱ λοιποὶ βόες μακρῷ τῶν καισαρος ἀσθενέστεροι γεγόασι. vulgi plausibus lesus laudum etiam ex minimis rebus intemperans appetitor, popularitatis cupiditate cum indignis loqui sæpe affectãs. subdit his post alia de legibus ab eodem imiusse latis. At si cupis summatim scire hominis prauos mores, ac præsertim leuitatem, quam in eo omnes redarguunt, eamque certis signis repræsentaram, simulque eius exitum infelicem; accipe diuinum diuante pronunciatum atque posteris commendatum oraculum, inter diuina scriptorum monumenta reconditum, in quo miteris videre expressum in omnibus Iulianum; sic enim se habet *f*: *Homo apostata, vir inutilis, gradutur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Huic exemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* hæc in sacris Proverbiis Salomonis, Iuliano in omnibus congruentia, licet dicta sint de apostatis omnibus.

f *Prou. 6.*

LXXVII. ORATIONES IVLIANI GREG NAZIAN. IN IVLIAN.

Sed age iam hominis turpitudinum monumenta vetera referamus. Extant duæ ingentes celebres Iuliani sculptæ columnæ, duæ, inquam, illæ à Gregorio Nazianzeno orationes in Iulianum conscriptæ, quarum excellentiam haud satis digne laudari queant clarissimi Oratores; easque prudens quisque dixerit duo fulmina, magno cum tragore tonitrui, veritatis luce coruscа, in horrendum monstrum valido imperu cœlitus missa: ex quibus proinstitutu ratione satiserit hic pauca, quæ ad finem, nempe posteriori oratione, congruam homini panegyrim absoluturus, munus tanto dignum Imperatore, illi offert, hæcque habet *g*: *Hæ nostræ, hoc est, Galilæorum hæ contemptorum & abiectorum hominum narrationes: Hæ nos, qui Crucifixum adoramus: Hæc piscatorum, & (vt ipsi aiunt) imperitorum disciplulæ: Hæ nos, qui cum vetulis sedemus & psallimus: Hæ nos longa tenuq; confecti & exanimes: Hæ nos, qui frustra vigilamus, atque in nocturnis stationibus moramur, & tamen vos prosternimus. Vbi sunt grammatici? Vbi consiliarij? sibet enim ab indoctorum nostratium quodam, vt idem vobis videtur, triumphalẽ hymnum nonnulli h) Vbi sacrificia, & sacra & mysteria? Vbi victima tam aperta, quam occulta? Vbi aruspicinæ ars, quæ laude ac prædicatione effertur? Vbi præsentia vanitas, & ventriloquorũ signa? Vbi clara illa Babylon sermone celebrata, & Orbis vniuersus terrarum per exiguã & execrandã sanguinum coguationem, cruce, rua? Vbi Per-*

g *Gr. Naz. or. 2. in Iul.*

h *Isa 53.*

sa illi

scilli, & Mesi, qui manibus tenebantur? Vbi dixilli, qui ducebantur & deducebant, & propugnabant simulque pugnabant? Vbi illa adversus Christianos oracula & minæ, nostrique ad præstitutum diem etiam ad ipsum vsque nomen oppressio? Euanuerunt omnia. Falsa sunt, defluxerunt. Somno similes extiterunt impiorum tactationes. & paulo post, recitato Sennacherib exemplo in Iudæos temere insultantes, & Ezechiæ in Deum Israel spem habentis, hæc addit:

2 4 Reg. 18.

LXXVIII. CHRISTIANORVM INDEFESSA FIDVCIA.

Nos autem, quibus nulla alia arma, nec iuuti, nec præsidia, præter spem in Deum, reliqua erant, vtpote omni humano auxilio prorsus destituti ac truncati: quem tandem alium aut precum auditorem aut minarum depulsorem habituri eramus, quam Deum, qui iurat aduersus superbiam Iacob b? O incredibiles narrationes! ô rerum spe conceptarum temeritatem! Dæmonibus, instat cuiusdam victimæ, promissi fueramus: ac magna illa Dei hereditas gens illa sancta, regale sacerdotium, vnius spei præmium atque vnius belli palma facti eramus. Hæc tu scilicet Christianis ob salutem per eos male acceptam præmia retulisti? (cum scilicet à vindice Constantii Imper. gladio puer subductus esset.) *Hæc tu Domino Deo tuo rependisti? Ac primi quidem, cum Deus suam pro nobis iram adhuc sustineret atque differret, nec dum omnem zelum suum inflammasset, verum sublimes adhuc aduersus impium manus haberet atque arcum tametsi iam adductum atque paratum per vim retineret, tantisper, exspectaret, dum tota illius improbitas, quasi suppuridus & malignus quidam morbus erupisset (hic enim diuinus iudicij mos est, vel vt per pœnitentiam salutem afferat, vel iustus puniat) tum nos ea, quæ fiebant, ægre & acerbe ferentes, atque ad futurum animis fatiscentes (nec enim ipsius benignitatem satis absconditam ferebamus) hæc ad eum voces emittebamus, partim Dominum inuocantes, partim vel apud benignum & facilem patrem conquerentes, partim velut exprobrantes & cum eo expostulantes, vt solent qui in dolore versantur. Vt quid* c *Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? &c.* & paulo post: *Hæc quidem ipse primus & cogitabam & ad Deum clamabam. Nunc autem quam diuersas voces assumo! Impiorum exitium demens ingemiscque qui nos odio habent, benignum me præbeo, atque huiusmodi verbis vtor: Quomodo facti* d *sunt in desolationem! subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam: tanquam pulue, quam turbo abstraxit: tanquam lanugo, quæ à vento discutitur: tanquam ros matutinus, tanquam emissa sagitta feroci, tanquam tonitrui impetus, tanquam fulgur emicans.* & post nonnulla de Gentilium salute, quam cuperet, elocutus, in triumphales rursus voces erumpens, hæc addit:

c Psal. 73.

d Psal. 9.

LXXIX. Clim. 46. EXPROBRATIO IN IVLIANVM.

Mihi, in quit, rursum in triumphalem cantum secessio refecerat. Cecidit e *Bel: contritus est Dagon: palus factus est Saron: pudefactus est Libanus. Non iam saturum imperare iubebunt, hoc est idolorum agmen motus & sensus expers: nec muscam quærent deum Accaron, aut si quid ea magis est ridiculum: Non iam lucos & excelsa loca mente concipient, neque eum omnem frondosum & vmbrosum: Non iam filios suos & filias dæmoniis immolabunt, quod olim Israel à Propheta f obiiciebatur. Sed quid hæc colligo? Ad præsentia & nostra me conuertam. Non iam in sacras nostras ædes prauos oculos coniicient. Non iam aras, à purissimo & increato sacrificio nomen habentes, scelesto sanguine contaminabunt: Nec loca non adeunda per impia altaria probro ac dedecore afficient: Non iam sacrilega manu votiua dona diripient & profanabunt, impietatem auaritia cumulantes. Non iam presbyterorum canitiem, diaconorum sanctitatem, virginum pudorem contumelia perfundent. Non iam in sanctorum ineiforum viscera fœdos & impuros porcos immittent, vt simul & pabulo & visceribus satientur: Non iam martyrum sepulchris venum admouebunt, vt per eorum ignominiam alios à certamine deterreant: Non iam sanctorum reliquias cum vilissimis ossibus per contemptum permixtas flammis absumēt, aut in ventos spargent, vt eo honore, qui eiusmodi hominibus debetur, eos priuent. Non iam cathedram pestilentiæ construentes, maledicta & conuitia aduersus Episcopos & presbyteros, atque etiam Prophetas & Apostolos, Christumque adeo ipsum conicit a pro deliriis habebunt. Non iam aduersus nos dies festos ac lætos agent, legis interdictio ab adulterina doctrina nos excludentes, perinde atque eadem opera lenones quoque nostras obstructuri. Age, Imperatorias tuas & sophisticas orationes, atque ineuitabiles tuos syllogismos, & enthymemata depromе. Videamus qualia etiam piscatores & rustici apud nos loquuntur.* atque post multa de manifestis deorum potentia, cassisque virtute, eorumque vaticiniis tum di-

e Gr. Nat. 1. 2. in Iul.

LXXX. EXODVS X. APOSTROPHE IN IVLIANVM.

gnis, diserte locutus, hac demum apostrophe præmissa perorat g:

g

Hoc tibi pro pede sit munus, vir optime & prudentissime (libet enim tuis te verbis affari.) Hæc nos, qui præclara illa & admiranda lege tua à literarum studiis exclusi fuimus. Vides tandem, quod non in finem vsque tacituri, nec edictis tuis perpetuo silentio mulctandi eramus, sed liberam tandem vocem emissuri, tuaque stultitia indicem & confutatricem. Vt enim cataractæ à Nilo ab Æthiopia in Ægyptum cadentes, & Solis radij tametsi nube aliquantisper obducantur, nulla arte imbiberi queunt; sic nec Christianorum linguis compedes iniectæ portenta vestra profundentibus. Hæc à Basilio & Gregorio habes conatuum tuorum aduersarios atque hostibus, quos vidimodum & ipse arbitrabaris, & alios persuadebas, minus tuis nos vtilitatibus ornari, & celebrari, acrimque ad pietatem acuere: quos & vita & doctrina & mutua animorum concordia claros & nobiles tam mihi à Græcia cognoscens, honore elyclopea afficiebas, postremoque ad persecutionem reseruabas, & fortasse velut triumphale quoddam donum dæmonibus offerre proponebas, siue à Perside redeuntem excepissent; aut etiam ad barathrum tuum abripere sperabas, multum opinione falsus. Neque enim adolescentibus illis ignauiores fumus, qui in flagitiis vere perfusi sunt, & bellicas per fidem vicerunt, &c. ac rursum:

LXXXI.

Hanc orationem pro Porphyrij mendacijs & deliramentis habe, quibus vos tanquam diuinis vocibus gloriamini: aut etiam pro tuo Misopogone, seu Antiochica (nam vtrumque orationis istius inscribis) qua quid apud Christianos abiectius aut conceptius? cui tum quidem purpura magnitudinem asserebat, & palpones illi, qui tua omnia laudibus in cælum ferebant: nunc autem barba corrupta est & raptata, simulque cum iis, à quibus elaborata est, irrisa. In qua tu quidem eo homine valde intumescis, atque demum: Haue à nobis sempiterna ignominia columnam habes, Herculeu columnis sublimiorem atque insigniorem. Illa enim vno duntaxat loco fixæ sunt, illisque sunt, qui illas perrexerunt, conspicua, hæc autem, sicri non potest, quin vna & agnabilis omnibus innotescat: quam futurum quoque tempus (mihi crede) suscipiet, te tuaque sacra prosciendendum, cæteroque omnes eruditentem, ne eadem audacia aduersus Deum efferantur; ne alioqui eadem crimina perpetrantes, eisdem quoque pœnis mulctentur. at Gregorius hactenus. hisque iam loco funebrium panegyricorum perpetuæ ignominiæ titulo inscriptis sepulturæ committendum Apostatæ: cum & iusto Dei iudicio factum sit, vt quos alii eum laudantes commentarios conscripsere, omnino pereant; vtpote quod quæ mendaciis nituntur, stabilitatem quamque esse non possint: quæ verò à Gregorio scripta sunt, veritatis soliditate constantia, æternitati consecrata tanquam in adamantino vngue conscripta immortalia perseuerent. auctor est enim Zosimus h, complures historicos & poetas res Iuliani persecutos fuisse: sed & Eunapius testatur, se res ab eo gestas per annos singulos collegisse atq; scripsisse: at perierunt hæc omnia, simulque oratio panegyrica Libanij, necnon carmen Callisti, cuius superius mentio facta est.

h Zos. l. 3.

LXXXII.

Quod autem Basilio in primis nomine, suoque demum offerat Gregorius eiusmodi munus orationis: non sic quidem accidit, vt eadem vna simul elaborarint, quod in his conscribendis alter indigeret alterius ope: sed quod, cum ea fuerit oratio à Gregorio elucubrata, dum in solitudine Pontica vna simul cum Basilio versaretur; sicut vitæ instituti, ita & lucubrationum ac reliquorum laborum esset vna communicatio, atque indiscreta coniunctio. Sic enim ambos è frequentia populi & contubernio hominum subduxit diuinus Spiritus, atque in locum desertum impulit, & in Pontica solitudine velut in pharetra sua sagittas electas abscondit, vt opportuno tempore postea educeret *ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis*: quarum altera (vt vidimus) fulguris instar sic iaculatus est cœlitus turrim, mentem magnam, superbiam ipsam atque fastum Imperatoris apostatæ extollentem se aduersus scientiam Dei, vt vigno miniose ille prostratus, conuersus sit in fabulam & opprobrium, expositusque omnium derisionibus atque iubilis: alteram vero maiorem stragem idem diuinus spiritus aduersus hæreticos paratutus, exercuit. Sed iam cum ignominia sepulto tyranno, labore fessi, tædioque pro-

BASILIVS ET GREG. AC COLÆ REMI.

lixæ in eodem semper argumento versantis orationis affecti, consideamus ad breue saltem spatium temporis cũ iisdem Gregorio atque Basilio in Pontica solitudine simul agentibus, eorundemque susceptum adeo admirandum vitæ institutum perdiscamus.

LXXXIII.

Sed quid de his primo dicendum? Cum enim haud ignauj fuerint iam ab ineunte ætate virtutum cultores, & inter improbos agentes inuenti sint optimi: quales putandi sunt euasisse, cum in hoc vnum cæteris omissis curis, omne studium impenderent, ac solicitius laborarent? nam de se ipso Gregor. omnem laborem in eo se insumpsisse testatur, vt rerum omnium temporalium compendiosam iacturam faciens, animi affectus quoscunque siccationi subiiceret, ac spiritui redderet obsequentes, vt summum Christianæ philosophiæ vesticem pertingeret, cuius causa felicius quam Athenas, Pŏticas illas paucis peruias petierat solitudines ait enim in Apologetico a: *Quanquam ab ipsa iuuentute accitus sum (libet enim aliquid multis incognitum efferre) atq; ad Deum à vulua ipsa prouectus, & ex materna pollicitatione donatus, ac postea periculo confirmatus: sitire alq; cupiditas venit, & ratio concurrit omnia q; ei, qui me in sortem accepit & seruauit, dono dedi, opes, splendorem, valetudinem, firmonis ipsos, ex quibus hunc diu taxat fructum cepi. quod eas contempsi, & qualem habui, quibus Christum anteponerem: ac dulcia mihi facta sunt eloquia Dei, vt fauus mellis: ac prudentiam adiecerat & sapientiæ dedi vocem meam: alia que etiam hæc adiunxi, nempe ira moderari, linguam frenare, oculum coercere, ventrem regere, gloriam, bonis manentem calcare. Insipiens hoc quidem, sed tamen dicam: his rebus plerisq; fortasse haud deteriorem factus sum.* hæc ibi: idemque alibi alijs hæc addit occasione b:

GREGOR. EXIMIVS CVLTOR VIRTVTVM.

a Gre. Naz. apol. 1.

Fuit quondam illud tempus, cum inter iuuenes & æquales meos nullus mihi robore par erat: ac me Christus & fide adamante ipso duriore præditum & validissimis armis vndique septum atque munitum aduersus hostem in certamen educebat. Et quidem ego diuinis oraculis euoluendis mirum in modum puritatem colligi, ex sacris nimirum literis spiritum exprimens: quarum lectio hoc mihi præstitit, vt humanarum profanorum librorum, qui antea fucata, & nonnisi ficta coloribus inducta pulchritudine animum meum demulcebant, falsiginem experirem. Ad hæc carnem meam ætatis flore lasciuientem & æstuantem multis & crebris ieiunijs attrixi. Ventris satietatem, vicinamque rabiem fletibus, oculos temperantiæ admonimento palpebris infixi. tram abrupte, nempe ab diuinis, irasci deplorans. Omnia Christo cessisse, prius quam omnia concidissent, terra mihi lectus fuit. aspersa vmbra vestis membra contexit, perniciosas etiam & lachrymarum imbres adhibui: interdiu labori humeros subduxi, hymnis tota nocte concinendis corpus instar statuæ defixi, nullam omnino humanæ voluptatem neq; animum quidem & cogitationem admittens. Atque hoc quondam mihi vitæ institutum erat: caro quippe seruebat, cuius cura omnis in hoc versatur, vt hominem cœlesti assensu prohibeat. Quinetiam grauem diuitiarum molem abiecit, vt onere omni exonerato, leuis ad Deum ferar. hæc quidem Gregorius (vt ibi apparet) cum iuuentutis suæ item factus senex & morbo languens istâ recolit, imo alleuandi mœroris causa versu cecinit. Ac nec his minora Basilius præstitit, cuius comparatione se pedissequum ad Lydium curum Gregorius fuisse testatus est c.

b Gr. Naz. de silentio in tentatio. LXXXIV. GREGOR. NAZIANZ. VITÆ INSTITVTVM.

c Gr. Naz. or. in laud. Basil. LXXXV. BASILIVS ET GREG. IN EREMO SECRETVM AB INVICEM HABITANT.

Qualisnam vero esset amborũ in eremo vitę vsus, quęve studia, ex eiusdem Gregorii scriptis licet accipere. Quamuis autem ambo in eadem Pontica degerent solitudine, seorsum tamen ab inuicem habitabãt, instar monachorum Ægyptiorum, quos nominabant Anachoretas: quorum n. Basilius (vt superius dictum est) in Ægyptũ peregrinatus mansiunculas inspexisset, prope fuerat imitatus exemplum. Quod aũt separatas ab inuicem casas seu tuguria habitarent, certum deducitur argumẽtum ex breui illa d epistola eiusdem Gregorii ad Amphilochium in eadem eremo commorantem, quæ sic se habet:

d Gr. Naz. ep. 12. LXXXVI.

Panes à te non postulauimus, vt nec aquam ab iis, qui Ostracinam incolunt. Olera autem si à viro Oxizalense petiuimus, quorum apud vos summa copia, apud nos vero magna penuria est, nec mirum fuerit, nec à consuetudine alienum. Ne grauaris itaque ad nos olera mittere plurima & pulcherrima, aut quantum certe poteris: nam exigua quoque pauperibus magna sunt. Quandoquidem magnum quoque Basilium cœna accepimus, quem cane, ne quem admodum saturum philosophantem experti es, ita etiam ipso ieiunem & indignabundum experiaris. hæc ipse. Sed ex his quoq; detegitur arreptum ab ipso Gregorio auiterum vitæ propositum: quippe qui in regione frugifera, vt superius dictum est, adeo sterilem delegisset locum, vbi nec oliusculorum suppeteret abundantia: vt accideret iuxta illud diuinæ scripturæ e: *Dedit eis in solitudine domum, & tabernacula eorum in terra fertilissima.* Cæterum licet sedes illa solitudinis squallens ac inamœna esset; tamẽ qui potens est Dominus parare mensam in deserto, dedit illis, vt licet cum cumulatim abundantia non essent extrema rerum inopia, mœrore tamen vacuam atque in omnibus læram vitam hilaremque transigerent. q plane illa declarat epistola ad ipsum Basilium ab eodem Gregorio his verbis conscripta f:

e Iob 39.

f Greg. ep. 8. LXXXVII.

Quoniam quo ire, ando ad te scripsimus, eqno animo fers, age quæ sequuntur adiiciamus, ab Homero mitium discentes, nempe ex verbis Vlyssis in Odyssea Demodocum hortantis ad equi Troiani ornatum decantandum:

Nunc age progrediens interrum concine, quaso,
Ornatum——

egantium videlicet tecto & ianuis carens; focum ignis, & fumi, expertem, parietes igni exsiccatos, ne lotis guttis vi petamur. Tantalis similes, eademque pœna mulctati: nimirum in aquis sitientes: veruntamen illas & miseras epulas, ad quas è Cappadocia, non tanquam ad Lotophagorum inopiam, sed velut ad Alcinoi mensam noui & aruumosi naufragi enocati sumus. Meminimus enim panes illos & ouiculas (sic enim nominantur) semperque meminero, dentibus circa fragmenta collabescentibus, ac postea ossa: exigentibus, velut quæ è vno emergentibus. Quæ tu scilicet sublimius exagerabis, propriis nempe calamitatibus orationis magnitudinem rebus suppeditantibus. Quibus nisi magna illa, vereque pauperum studiosa mater Iuna nos quam celerrime liberasset, nobusq; tempestate iactatis velut portus extitisset; iam pridem apud viuos esse desissemus. fides Pontice nomine non maiorem laudem consequentes, quam miserationem mouentes. Quemam porro modo steriles illos hortos, olerumq; carentes prætereribus? augeas, simum è domo expurgatum, quo eos opplemus, cum montosum illud plaustrum, & ego vndemsinator. & tu facetus homo, hac cernice manibusq; hu, qua laborum vestigia etiam nunc ferunt, traheremus. ô terra & Sol ô vir & virtus! paululum quidem more tragico exclamabo) non vt Hellespontum iungeremus, sed vt præruptum & præcipitem locum exæquaremus. Harum rerum commemoratio si tibi molesta futura non est, vtiq; nec nobis: si autem molestiam allatura est, quanto molestiores nobis res ipsas fuisse credendũ est? Ac maiorem partem præter mittimus impediti enim timor, ne cõplura alia, quibus frui nobis contigit, exponamus. hæc Gregorius.

QVALIS EREMVS, VBI BASILIVS ET GREG. DEGERENT.

MATER BASILII SVPPEDITAT ANNONAM COLENTI BVS EREMVM.

Porro magnam illam, quam appellat, Basilii matrem, quæ isdem in eremo agentibus acq; fame prope modum enectis annonam suppeditauit. Emmelia dicebatur: quę olim vna cum viro suo, item Basilio nominato, tempore persecutionis Maximini Imperatoris, pro fidei cõfessione facta fuit extorris; & ad hæc vsq; tempora vitæ superstes, nihil vetita fexum aut ætatem filium Basilium in eremum proficiscentem secuta est; sed quod monasticæ observantiæ instituta non parcentur, vna cum filio ipsam degere, in villa trans fluminis ripam sita habitare delegit: cuius quidem loci idem Basilius meminit in epistola ad Eustachium h, post suæ habitationis loci cum Gregorio habitam mentionem, his verbis: *Aliquandiu in villa, quæ vltra fluuij ripam est, apud matrem meam, instar amicorum mutuo inter nos conuersati sumus, atq; noctes & dies colloquia miscuimus.* hæc ipse. At non Basilius tantũ, vt testatur, matrem trans amnem positam inuisebat; sed ipsa mater (vt dictum est) ferens annonam, ad ipsos Basilium, & Gregorium aliquãdo pergebat. Quando autem illam senectute iam valde confectam contigerit ex hac vita migrare, inferius dicturi sumus, sed ad Gregorium redeamus.

LXXXVIII. EMMELIA MATER BASILII LAVDATISSIMA.

g Gr. Naz. or. 1 in laud. Basil.

h Basil ep. 79.

Quid vero ipse Gregorius ad Basilium de his, in quibus versatentur, dum esset vna cum eo in eadem Pontica solitudine, exercitiis, curum post priores has recensitas literas scribat, audiamus i: *Quæ prius*, inquit, *de Pontica commoratione scribebam, seco, non serio scribebam: quæ autem nunc scribo, admodum serio scribo. Quis me secundum præstinorum illorum dierum statum constituet, in quibus ego tecum afflictionem pro delitiis habebam? quandoquidem molestia sponte suscepta voluptati*

LXXXIX. i Greg. ep. 9. CVLTVS VITÆ MONASTICÆ BASILII ET GREG.

minime voluntaria præstat. Quis psalmodias illas & vigilias dabit, atque ad Deum per orationem peregrinationes, illamque veluti materia vacantem & incorpoream vitam? quis fratrum eorum, qui diu à te efficiebantur, atque in altum euehebantur, concordiam, animorumque coniunctionem? quis virtutis certamen, & ad eam incitationem, quam scriptis legibus ac regulis obfirmauimus? sunt enim hæ Regulæ illæ monasticæ Basilii, quæ extant, ex quibus reliqui, qui postea vixerunt, sanctissimi Patres, monachorum institutores, disciplinam hauserunt. Sed subdit: Quis diuinorum oraculorum studium, lucemque in ipsis ductu atque auspicio Spiritus sancti inuentam? dabit scilicet. Aut, vt minora & leuiora dicamque, diuersas operum vices & labores? quis lignorum comparationes, & lapidum fractiones? quis arborum consitiones & irrigationes? quis platanum illam auream, & Xerxis platano præstantiorem, in qua non Rex, sed monachus affluctu luxu diffluens sedebat; quam ego plantaui, Apollo rigauit. hoc est, tua excellentia. Deus autem in bonorem nostri auxit, vt seduli laboris nostri & industriæ monumentum apud vos conseruetur: quemadmodum virga illa Aaronis, quæ floruerat, in Arca seruata esse dicitur & creditur? Sed hæc optare quidem facile, consequi autem non perinde facile. At tu mihi adesto; virtutemque conspiratione tua atque opera mihi foue: eamque vtilitatem, quam quondam collegimus, precibus tuis conserua: ne aliquis paulatim velut vmbra dilabamur, aduesperascente die. Equidem ipse te magis, quam aterem, spero; id quo solum viuo, quod tecum sum vel coram, vel absens per animi simulachrum.

hucusque Gregorius ad Basilium, dulcem iteficans memoriam beatissimi illi eremi incolatus: sicut & alias opportune facit, cum ægrotanti postea Basilio in memoriam reuocat, quid ipse dixerit aliquando, cum Gregorius coram illo Psalmos Dauidicos explanaret: ait enim ad ipsum scribens a:

a Apud Basil. ep. 110.

XC.

Recordor adhuc præsentia tua, qua vna conueneramus paulo ante in Matzaca mea, sic locus ille incolatus eremi dicebatur, (*mea enim si qua voco, tua intelligo*) *simul & philosophia, qua tu philosophabaris: quam etiamnũ ex recordatione stupeo. Ego quidem tibi Psalmum septuagesimum secundum exponebam* (*nam id iubebas, & mihi repugnare non licebat*) *in quo Dauid* b *primum æstuat & turbatur propter reprobrorum prosperitatem: post vero, conuersis ad futuri seculi iudicia & profectam exinde vitæ generi retributionem cogitationibus, ab animi perturbatione quiescit, mœrorque solatur. Expositionem autem, quantum fieri poterat, ad commendos affectus attemperabam; cum ex nostris, tum ex peregrinis eadem disputantes: cum sterem me viro docto ac tanto differere: simulq; sentirem ad hoc me differendi genus impulsu spiritus rapi, & ad doloris affectus exacui. Nihil enim ita ad exprimendos doloris affectus facundum reddit, atque ipsa animi passio. Fluebat quodammodo sermo noster: tu vero interea, dum loquebar, quasi stimulis quibusdam excitatus, manibus in cælum extensis, vultuq; quasi ad Orientem verso (Orientem enim aspicere poteras) exclamabas. Gratias ago tibi Pater, ô conditor hominum tuorum, quod nos etiam imitatos recte fingis, & per externum hominem internum purgas, & per aduersa ad beatum nos finem perducis. quæ verba ipse nostis ab te prolata. Et quid opus est omnia recensere, quæ tũ ante nos, tum vna nobiscum philosophabaris, veluti exultans ex morbo, ita vt discipulum habeas, quem volebas esse doctorem? At eorum gratia ista commemoro? Vt per te ad omnes illud vociferem ac pronunciem: quod ij nobis deplorandi magis sunt, qui interno animæ morbo laborant, quem illis nos, qui corpore ægrotamus, si quidem ad hunc modum affecti fuerimus: & quod potior sit morbus philosophans, quam terrenarum rerum successu indomitus.* hactenus Gregorius. Ex quibus plane intelligis, quanti Basilius Gregorium fecerit, dum ipsum diuinam scripturam explicantem audiret quam libentissime. Sed reliqua prosequamur.

b Psal. 72.

Gregor. priora in memoriam reuocat Basilio.

XCI.

c Rufin. li. 2. c. 9. Distincta officia Basilii atque Gregor.

Rufinus c agens de amborum in eremo consuetudine, partitisque inter eos officiis, hæc tradit: *Basilium Ponti vrbes & rura circumiens, desides gentis illius animos, & parum de spe futura solicitos stimulare verbis, & prædicatione succendere, callumque ab his longæ negligentiæ cæpit abolere: subegitque abiectis inanium rerum & secularium curis, sumet notitiam recipere, in vnum coire, monasteria construere: psalmis & hymnis & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eos, habitacula honesta, & quæ ad victum necessaria sunt, præbere; virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus pene desiderabilem facere. Ita breui permutata est totius prouinciæ facies, vt in arido & squallenti campo videretur seges fœcunda, ac læta vinea surrexisse. Gregorius vero bonum semen non patiebatur aut per spinas iacere: aut inter saxa dispergere: sed bonam terram cordis sui ingi cultu & exercitio indefesso excolebat. Et multo amplius hic in semetipso, quam ille in cæteris proficiebat. Suscipere ille quæ renunciantes sæculo defe rebant ad pedes suos, & diuidere, vt quisque egu isset, curam gerebat: ipse nihil habendi & omnia possidendi contentus sacramento, erga solas sapientiæ diuitias auarus & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in vnum, & sui inuicem in necessariis habere solicitudinem docebat: hic sui exemplo, quod erat absolutus & liber, cunctis sermone apostolico prædicabat* d: *Ego autem volo vos sine solicitudine esse: & Dominus in proximo est: nihil solicati sitis, sed tanquam serui Christi hoc solum estote solicite, quando videat Dominus de nuptiis. Ille delinquentes, hos misericorditer condolere & à delicto reuocare: hic per diuini eloqui gratiam delinquendi incitamenta præuenire, nec finere labi eum, qui difficulter erigeretur eli sum. Ille in side purus: hic in prædicatione liberior. Ille Deo humilior: hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in vtroque diuersa gratia vnam opus perfectionis explebat.* hactenus Rufinus de partis inter Basilium atque Gregorium pietatis officiis: sed quam vere, ipse videat. Nam quantum ex ipsorum epistolis scriptis colligitur, vno eodemque spiritu, parique studio, iisdem ambos occupatos detentosque exercitiis perspicere licet.

d 1. Cor. 7.

c Luc. 12.

XCII. Basilius quanti fecit Gregor.

Atsi, vt vidimus ipsiusmet Gregorii testificatione, arcto ac plane intolubili amoris vinculo ipse Basilio iunctus erat; certe haud impari dici potest fuisse Basilius obstrictus in amando Gregorium: cuius quidem rei idem quoque ipse ea epistola fidem facit, quam dedit ad suos, cum importunis precibus ex dignis quibusdam prætextibus comparatis tentaretur reuocari Cæsaream: vbi inter alia illud habetur de Gregorio præclarum elogium: *post quam enim sui recessus dignam attulit cationem, excusationem afferens, eam minime petitis assentiatur, hæc subdit* e:

e Basil. ep. 141.

Nunc quoniam per gratiam Dei voti nostri pro viribus facti sumus compotes, organum benedictum, puteumque profundum adepti Gregorium, os illud, dico, Christi: parumper nobis, obsecro, parumper hanc morulam indulgete: quam non ad hoc petimus, vt vrbium fectemur delicias, sed vt fruamur sanctorum conuictu, &c. pluribus insuper admonet amicos illos, vt cum Arianos, tum etiam Macedonianos vitent hæreticos, quorum errores disertis ex diuina scriptura petitis rationibus confutat.

XCIII. Libanivs quanti fecit Basilivm.

Quum sic Basilius vna cum Gregorio in eremo versaretur: Libanius sophista Antiochenus, de quo multa supereius, rursum cœpit Rhetoricam publice profiteri: ad quẽ cum parentes suos filios missuri essent, nobiles adolescentes Cappadoces cupierunt se Basilii literis commendandi: sicque cum ab eorum parentibus interpellatus Basilius esset, ad ipsum Libanium dedit eius argumenti perbrevem epistolam commendatitiam: quam cum ille accepisset, vbi Basilii esse cognouit, quem adolescentem Athenis probe nouisset (quod est in prouerbio) *ex linea cognoscens Apellem*, eidem coram astantibus in scribendi elegantia primas detulit: sed quibus hæc verbis, ipsum, quæso, Libanium audiamus g:

f Apud Basil. ep. 142.

XCIV.

Vt ergo, inquit, *epistolam reddiderunt qui illam attulerant, tacitoque inspectu omnibus, subridensque & gaudens: Victi sumus, inquam: Et quanam victoria, rogabam illi, victus es: & quamobrem si victus es, non dolet? In elegantiam, inquam, epistolarum certamine victus quidem sum. At Basilius est, qui vicit. Is autem amicus noster est, & ob eam rationem gaudeo. Cum hæc dicerem, ex ipsis volebant literis iudicare de victoria: legitque Alipius, audientibus reliquis, qui aderant. Lata vero sententia est, me nihil esse mentitum. Et quæ liter as habebat ac legerat, scenis illas asserebat, ostensurus puto & aliis, aggregue ablatas restituit. Scribe ergo similia, & vince: hoc enim est me vincere.* hæc Libanius de Basilii in scribendo excellentia, & quidem cum iam eloquentiæ nuncium remisisset, & in eremo constitutus diuinæ scripturæ potius delectaretur in dicendo simplicitate. Sed & ipse Basilius h de his rursus ad eundem affectantem Atticam eloquentiam: *Quid enim habemus, quod ad linguam tuam vehementer Attice loquentem respondeamus, nisi quod piscatorum*

h Basil. ep. 163.

discipulum me esse profiteor, & te complectentis ipse, qui & hæc ad aliam Libanii epistolam respondens a:

a *Basil. ep. 146.*

XCV.

Nos quidem, ô præclare vir, cum Mose & Helia similibusque beatis viris versamur, qui nobis barbarica vota doctrinam suam tradunt: & nos quæ abillis audiamus, loquimur, sensu quidem vera, verbis autem rudia: vt & hæc ipsa, quæ scribimus, indicent. Nam etiamsi aliquid consecuti fuerimus à vobis instructi, interea tamen ex imperitia per oblivionem excidit. hæc Basilius, quod olim in rhetoricis facultatibus Libanio visus fuerat præceptore, non quidem Antiochiæ docente (vt vult Sozomenus b) sed Athenis, vbi Libanium docuisse tradit Eunapius: quamobrem hunc ipsum, licet Gentilem hominem, nihilominus veneratione prosequi non prætermisit, nec at & illud viro commendatione dignum, ac propterea à Basilio iure diligebatur, quod non sicut alii professores illius temporis, prædivitum filios, è quibus magnam vim pecuniarum exigerent, docere soleret, sed & pauperes, quos videret bonæ indolis & optimi esse ingenii adolescentes. vnde de his hæc ipse iisdem quoque literis ad Basilium dixit: *Recte & illud iecisti, quod studia nostra pecunias non æstimentur, sed satis sit eum habere, quod det, si consulti sibi permittat. Etenim, si sentiro quemquam in rerum penuria constitutum amare literarum studia, is mihi divinitus præferendus habetur. Quanquam talis ne reperiri quidem, cum adolescentes essemus, non simus experti. At nihil prohibet, quosdam esse meliores. Nemo ergo pauper ad nos se recepit, cui constitutum sit hoc vnum dumtaxat possedisse, vt studiorum sciat, per sera labores.* hæc Libanius ad Basilium.

b *Soz. li. 6. c. 17.*

c *Eunap. in vit. Philos.* CYRA-SILIVS LIBANIVM OBSERVARIT.

d *Apud Basil. ep. 145.*

XCVI.

At quoniam ipse Ethnicus deorum (vt vidimus) superstitioni addictissimus erat; hoc illi de Basilio displicebat, quod Christianæ religionis studiosissimus cultor, diuinæ scripturæ lectioni intentus, abdicasse iam, quibus operam dederat, rhetoricas disciplinas, scriptis ad eum literis significasset, vnde hæc tunc ad illum subinfense Libani e: *Libros igitur, quorum pœnorum dictionem, meliorem vero mentem ac sententiam esse dicis, habeto; nemo prohibet: eorum vero, qui nostri sunt semper, tui iam olim radices adhuc in te manent, & vtinam bunt, donec in hac vita fueris; nec vllo tempore excidentur, etiam si illas quam minime rogauero ac tursum ſ: Si ista,* inquit *sunt lingua illaborata, qualis esses si illam acueret? Ors tuo quidem insunt eloquentiæ fontes, quorum riuis quosuis superant latices nobis vero, nisi quotidie irrigemus, silentium relinquitur.* hæc ipse.

e *Apud Basil. ep. 147.* MIRA BASILII ELOQVENTIA.

f *Apud Basil. 150.*

XCVII.

Sed ne illud excidat de æstimatione Basilii, quam ingenitem de illo Libanium concepisse, ipse ea plane declarat epistola, qua petitam ab eo orationem transmisit: est vero huiusmodi g: *Ecce missa ad te oratiunculam totam abunde sudore perfusus. Quomodo namq. non auxie sudarem, ei vivo orationem mea mitterem, cuius tanta est iudicandæ facultas, vt & Platonis sapientiam & Demosthenis in dicendo vehementiam in frustra facultatis esse commentæ queat? Sermo vero meus perinde est, atque si culicem conferas elephanti. Vnde & horreo & tremo dictu illum cogitans, in quo sermonem meum iudicaturus es, quem parum abfuit quin mentis sinu facultate destitutum.* hactenus Libanius ad Basilium. quæ quidem noluimus omissse, quo quanti fecerint etiam Christianæ religionis hostes & in dicendo facile principes sanct. Basilium, omnibus perspicue innotesceret. Sed iam reliqua de Basilio incolete eremū prosequamur.

g *Apud Basil ep. 139.* QVANTÆ ÆSTIMATIONIS BASILIVS APVD LIBANIVM.

XCVIII.

BASILIVS EXAGITATVR PROCELLIS.

Dum vero in eadem Pontica solitudine Basilius versaretur, licet è fluctibus maris videri posset ad tutum portū nactum esse confugium: haud tamē defuit iactari fluctibus, nec quidem leuibus, qui contemni & pro nihilo duci possent, sed illis sane immensis, vtpote à vehementiori flatu pertidie agitatis. At vnde eius rei origo prouenerit, iam in medium adducamus. Contigit his temporibus proximam sedē Neocæsariensis Ecclesiæ viduari pastore. cumque vniuersæ ciuitatis studia esserit in deligendo Basilium propensiora: qui se in eam Ecclesiam intrudere conabantur, idemque prauis imbuti doctrina hæretici Sabelliani, nullam in electione Pontificis sui ipsorum rationem haberi videntes, indigno id ferentes animo, conspirant in ipsum Basilium, eumq; hominem ambitiosum, nouorum dogmatum inuentorē, fideiq; sinceræ desertorem inclamantes, dictis scriptisq; hominem lacerare, atq; haud leue negotium illi facessere non cessantes, ciuitatem illam magnis diriſq; motibus exagitarunt. Vnde opus Basilio fuit apud eosdem Neocæsarienses, datis ad eos literis, suam agere causam, seque ab aduersariorum purgare calumnia. Hæc quidem omnia ex eiusdem Basilii epistolis perspicua magis fient, è quibus eiusmodi histo. iam contexemus.

XCIX.

MVSONIVS EPISC. NEOCÆS. LAVDATISSIMVS. *Basil. ep. 82.*

Sed primum, quæ ad Neocæsariensem Episcopū tunc defunctum pertinent, hic recolamus. Fuit iste Musonius, insignis pietatis ac sanctitatis Antistes: successerat vero Leontio nobilis spectarique nominis Episcopo, qui interfuit Nicæno Concilio, de quo plura superius dicta sunt. Porro Musonii laudes idem Basilius *h* pluribus prædicat, cum de eius obitu ad Neocæsarienses, eos consolās, scripsit epistolam, vbi hæc inter alia de ipso Musonio: *Viri horum virtutes, in quarum potissimum primatum me olere abnegare nos afficiat esse damnum reputamus, tanta sunt, vt epistola mensuram excedant. Et eloquii tempestiuum fuerat, de multitudine eorum quæ vir iste probe ac fortiter gessit, sermonem iam instituere: cum animus noster admodum sit ex mœrore deiectus. Quid enim illius tale est, quod vel memoriæ nostræ excidere, vel silentio obrepi mereatur? Laus animæ summatim ac semel dicere, impossibile fuerit: particulatim vero si voluero, vereor, ne sim vnquam futurus veritate. Mortuus est vir omnium clarissimus, charissimus eos, quos in vita se habebat, omnibus simul humanis bonis excellens: fulcimentum patriæ, Ecclesiarum decus, columna & firmamentum veritatis, robur eius, quæ in Christum est, fidei, suorum munimentum, aduersariis nullis prorsus expugnabile machema, custos virtutum, æternorum, inimicis nouandarum rerum studio: qui in se ipso vsendam præbuit priscam Ecclesiæ formam, velut ad sacrarii quandam veteris statuæ imaginem Ecclesiæ sibi commissæ faciem effingens; ita vt subdiri illius cum illis vixisse videantur, qui ante ducentos annos & vltra vitam luminarium resplenduerunt.*

h *Basil. ep. 82.*

C.

VETVS INSTITVTIO RETINENDA, NOVITAS EXPLODENDA.

Ita nihil de suo, nihil quod noua alicuius cogitationis inuentum respiceret, in medium attulit hic vir, sed iuxta beneditionem Moysi ex fidis arcanis cordis sui ac bonis thesaurīs vetera veterum, & quæ abinitio sacrum nouorum vetera essent proferre nouit. Hæc sane ratione & in ipsis consortium ac coæqualium consilia primo honore positus est, non propter ætatis prærogatiuam: sed quoniam omnes sapientiæ vetustate superabat, communi consensu & condonatione primas obtinuit. Quamum vero lucri dederit talis institutio, nemo queat scire, is modo ad vos respexerit: nam soli inter eos, quos nouimus, vix admodum tam pauci in tanta rerum tempestate ac turbine tranquillam per eius gubernationem vitam egestu. Non enim apprehendit vos hæreticorum spirituum procellæ, qua mentibus leuiusculis & seductioni facile exp. fitis subuersiones affert & naufragia. hæc in laudem Musonii Basilius. Ex quibus probe intelligis, lector, nullum in tam latissimo virtutum campo Basilium de ipso laudando argumentum dignius delegisse, quam deseruata in docendo antiquorum doctrina, & de explosa recentiorum nouitate efferre præconia. Ex his plane conspicias, qualis quantaque detestatione & execratione insectandi sint illi, qui noua quotidie pro animi sententia monstra parturiunt, inde sibi laudem maiorem aucupari certantes, si deformius cæteris portentum ediderint.

CI.

NEOCÆS. ECCLESIÆ STATVS FELIX.

Perseuerasse Ecclesiam illam ab omni hæresi incorruptam, omnisque nouitatis expertem à temporibus Magnilius fundatoris eius Gregorii Thaumaturgi ad obitum vsque Musonii, sanctissimis sibi inuicem succedentibus Episcopis, idem Basilius testatur his verbis *i*: *A tempore magni præsulis Ecclesiæ vestræ Gregorij vsque ad beatum istum,* Musonium scilicet, *alium post alium semper quasi ex quadam pretiosorum lapidum serie depromptos adiicions & adaptans, admirabilem Ecclesiæ vestræ pulchritudinem Dominus largitus est.* hæc Basilius, dum ad deligendum his haud imparem Episcopum pluribus eos hortatur: Neocæsariensis quippe Ecclesiæ amore, in qua fidei rudimenta prima perceperat, & vna cum lacte ebiberat pietatem, instillante Macrina sanctissima fœmina ipsius auia, sed in Christo nutrice se vinctam obstrictumque teneri, ingenue profitetur est *k*, quod & superius diximus.

i *Basil. ep. 82.*

k *Basil. ep. 164.*

Sed quid infaustum accidit? plane illud, de quo in Psalmo l: *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ; catuli leonum rugientes, vt rapiant & quærant à Deo escam sibi.* Extincto nempe, quod super candelabrum positum luminare maius in Ecclesia illa lucebat; è latibulis

l *Psal. 103.*

egresse,

egressæ sunt fœtæ siluarum, & è portis inferi hæretici prodiere, qui sedem illam inuadere atque polluere conati sunt: hi enim primo in Basilium, qui ex aduerso pro domo Israel stare videbatur, dentes exacuerunt calumniis, linguamque armauere mendacijs.

CII. Basilianos decipiunt Neocæsariensis. a Basil. ep. 63.

Erant ij Sabelliani dogmatis impij sectatores, qui mira quadam arte populum illum ad hæresin pellicere laborarunt; eo nimirum ad eos decipiendos artificio comparato, ap dicerẽt, Magnum illum Gregorium, primum Ecclesiæ illius Antistitem, suæ in ipsorum doctrinæ consentientia docuisse in is, quæ ad Ælianum scripta a reliquisset fidei suæ testimonia, de quibus à nobis secundo Annalium tomo plu ibus actum est. Neocæsarienses igitur Christiani, qui primogenitoris sui Gregorii erant studiosissimi, haud intelligentes aureo calice sibi propinati venenum, ignorantes hæresi Sabelliana infeliciter potati sunt. Vnde & in eam corruerunt erroris foueam, vt Basilium, quem ante studiose coluissent; experiissent q etiam Episcopum sibi dari, eundem veluti sanis sinceriſque dogmatibus aduersantem acerbissimo odio fuerint infectati: quib⁹ tenebris sic semel offusi eorum animi, quicquid in Basilium iidem hæretici Sabelliani calumniarum inferrent, nulla vel leui falsi recta consideratione adhibita, tanquam si certa essent, admitterent. Quamobrem hac semel sibi patefacta ad calumnias impetẽdum virum sanctissimum ianua; quæ non per eam illi inferrent plausta mendaciorum: Dixere enim de Basilio, hasque sparsere calumnias, nimirum virum esse gloriæ cupidum, inhiantem sedi Neocæsariensis Ecclesiæ, de fide haud pie sentientem, rerumque nouarum cupidum & inuentorem, nec recto pede incedentem in Euangelium.

CIII. b Basil. ep. 63. Basilivs ex pvrgata calvmnii; hæretcorvm.

Hæc igitur cum Basilius persensisset, magno de peteũte populo dolore confectus, ad eosdem Neocæsarienses apologeticam scripsit epistolam b, qua se ab illatis calumnijs penitus expurgauit. est vero eius exordium: *Quod tormentorũ nos odio persequimini, & ad vsque omnes, &c.* cũ primum enim Catholicæ fidei sectatorem se esse declarãsset, eosdem Neocæsarienses deceptos à Sabellianis magnopere doler. Sed & de institutione monastica, cuius rei gratia ab hæreticis grauem patiebatur calumniam, quasi rei ũ nouarum exitiosæ inuentor, plenissimam affert rõnem, dum nequaquã id genus vitæ & disciplinæ à se tradit excogitatum, quod in vniuersa Ecclesia Catholica esset altis iam ante radicibus fixum, ac latissime propagatum c: *Accusamur*, inquit, *& hoc, quod homines habeamus monachos pietatis studiosos, qui mundo renunciarunt, & vniuersis sæculi curis, quas Dominus comparauit spinis sertis tatem verbi impedientibus, qui huius subiecti sunt, mortificationem Iesu corpore circumferunt, ac crucẽ quisque sua accepta Dominum sequuntur. Ego vero omnem vitam meam impenderem, vt mihi possent ista impingi delicta, haberemq; apud me viros, qui me doctore hoc pretatu studium amplexi hactenus fuerint, &c.* subdit enim quæ & alibi alia recti causas occasionem mirum eiusmodi philosophiæ Christianæ sectatoribus esse refertas Ægyptum, Palæstinam, atq; Mesopotamiam: quin & fœminas eiusdem studii æmulas par vitæ instituti esse felicitẽ assecutas: q̃ sublime vigendi genus cum iam apud se incipere coalescere, optare, vt illud latissime propagetur. Cui quidem rei inuidere, nihil aliud esse, quam diabolum ipsum superasse malitia, his, quæ subdit, verbis declarat: *Illud, inquit, vobis assero & confirmo: quod quæ hactenus pater mendacij Satanas non est ausus dicere, ea temeraria corda iam, & nullo retento moderationis freno, ora indefinenter & cum summa licentia loquuntur.* ex quibus perpende, quales habẽdi sint monachorũ hostes hę etici.

c Basil. ep. 63.

Impvgnatores monasticæ disciplinæ quales.

CIV. Psalmodiæ vsvs in eccles.

Sed ad aliam rursum refellendam calumniam veniens ait: *Ad id vero, quod propter psalmodias accusamur: Quare potissimum simpliciores perterrefacimus, qui nos traducit, hoc habeo, quod dicam: quod videlicet, qui tam obtinuerunt virtus in omnibus Ecclesiis Dei concordes sunt & consoni, &c.* pluribus enim ostendit, apud Christianos Ægyptios, Lybes, Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros, & Euphratenses, ac deniq; (quod ait) apud omnes vbique Christi fideles vigere vigilias, & ritus eanendi psalmos in pretio esse: demonstratque non explodendas res nouas, quas vniuersa colit Ecclesia, sed instar veterum eas esse magna veneratione suscipiendas. Vides, lector, iisdem fere spiritibus insurgere in Basilium veteres fidei proditores, quibus recens loues impetum faciunt in Ecclesiam. Sed fuere planè illæ leues velitationes: hoc autem, quod experimur, grauissimum, & funestissimum prælium. At aduersus hos pro Ecclesiæ defensione nunc etiam in prima acie cum aliis antesignanis Catholicæ veritatis propugnatoribus in cœptis suis immortalis Basilius acriter pugnat. Cuius autem spiritus illi fuerint, qui Ecclesiastica instituta impugnantes cõtra Basilium in aduersa acie dimicarunt; sat ũr dixisse, fuisse Sabellianos: vt intelligas, quosnam in eo sectentur recentiores hæretici.

CV. d Basil. ep. 69. Progvl ad ambitionem Basilivs.

Ad calumniam vero de Episcopatu Neocæsariensi ab eodem expetito, sequẽti ad eos data responder epistola d: vbi cum primum aduersariorum illud refellisset, quo iactarant Basilium è Cęsarea Cappadocię Neocęsaream in Ponto venisse, & proximam solitudinẽ delegisse, vt sedis eius Ecclesiæ erearetur Episcopus; q̃ procul abhorruisset ab eo desiderio, reipsa se apertisse testatur, dũ antea oblatam ab iisdem sedem illam penitus accipere recusasset, ait enim: *Nunc igitur quæso, vestrum ero, vt veterum actorum illorum recordemini, quæ gesta sunt, cum nos verbi vestra vocaret, mitteretur q̃ legatio virorum, qui magistratu apud vos fungũtur: deinde quo modo passim nobis populus omnis circumfusus sit. Hic quid non dabant omnes? quid non pollicebantur? Et tamen obtinere nos nequibant. Quomodo igitur, qui tum cum vocabar, non obediui, nec contra vocationem meã, sum intrudere conatus essem? Quomodo confectarer, vt ambitum tam calumniantes, cum ad quando laudantes me & celebrantes? Ne credatis hoc viri optimi. Non vsq; adeo nostra floccifacimus. Neq; n prudens quasquam naugium gubernatore destituũ ingrediatur, neq; ad Ecclesiã temere accedet, vi qua qui ad clauum sedent, tempestatem ac turbinem ipse excitant, &c.*

CVI. Cvm hæresi omnia mala iungvntvr.

Quod enim commune est ciuitatibus omnibus, vt cũ semel hæreticis autes præbent, mox vna cum hæresi dissentiones, rixæ, ac mala omnia, fugata recta fide paceque subintrent: id plane Neocæsariensibus accidit, de quibus idem Basilius hæc inferius: *Hoc studiose agitur apud vos, vt fides subuertatur: idq; subuersione Apostolicis & Euangelicis doctrinis inimica, aduersaria quoq; traditionis Magistre vera Gregorij, & eorum, qui illum ex ordine subsecuti sunt ad beatum vsque Musonium, cuius etiam nunc dogmata quantum apud nos celebritatis obtineãt, manifestum est. Sabellij quidem pestem olim sanctus [illegible] tradit: adiutore vero Magno Gregorio conspiratam reuocare conantur: quæ me deprehendantur & conuincantur, ipsa contra nos summa coniunxerunt.* hæc ad Neocæsarienses Basilius, quos & vehementer hortatus est, vt impietate relicta, quæ sunt prisci ac fani dogmatis, consequantur. Hisce igitur, quamuis in solitudinis quietẽ Basilius ageret, quatiebatur iluctibus impiorũ, linguis scilicet detrahentium ac subsannantium hæreticorum. Sed & non modicam intecit in eius animum perturbationẽ, quæ etiam dę collegis eiusdem erenu monachis incitari ab inuidis audiebat, nempe eos haud recte de fid sentire; q̃ tamen (vt ipse testatur) nullo posset signo habere suspectam. nam de illis hæc ad Eustachium habet: *Licet multa essent, quæ me ab illorum consuetudine auocarent; non acquiescham tamen, cernens eos delicatæ vitæ laborum præferre tolerantiam: sed magis propter conuersationis admirabilem & insuetam grauitatem zelotypia qualiam erga illos tenebar. vnde & cum dogmata quædam gratia accusarentur, delationes haud admittebam: quamuis multi illos non recta habere de Deo opiniones; sed auctorum hæreticorum, quæ nunc est, disciplina subditos, illos clanculum spargere dogmata asserirent. quæ quia ipse nec quãm ex illis vidi pro calumniatoribus habebam, qui ea referebant.* hæc Basilius.

Monachi collegæ Basilii calvmniam passi. c Basil. ep. 79.

CVII. f Greg. Naz. ad Hell. n. Monachi pontici quales.

Quale vero esse soleret discretorium monachorum agentium in Pontica solitudine admirandum illud, quod Basilius prædicat, vitæ institutum; ex his, quæ Gregorius Nazianzenus in vnum collegit, vnusq; est complexus epistolæ breuitate ad Hellenium scribens f, hic refertæ, dignum existimamus: *Ipsi, inquit, partim antris, partim arundineis & ad terram stratis tugurijsque cubilibus delectantur: à domibus abhorrent: verbum frequentiam fugiunt: cognatam quæ cælestis sapientia quietem amplectuntur. Partim ferreis compedibus sese excruciant, vt vitium vna cum corpore conficiant. Alij rursum ferarum*

vitu parum angustisque domibus inclusi, nec mortalis quidem cuiusquam vultum inspiciunt: ac etiam sæpe totos viginti dies totidemque noctes à cibo abstinent, diminuaque ex parte Christi ieiunium imitantur. Vtque nonnihil ipse gloriose prædicem, quidam illorum mei gregis ouis erat, hanc paruo quodam oppido egressus. Sunt insuper, qui garrulam linguam quasi vinculis quibusdam astringant, labiaque silentio comprimant aut summota ab illa mente laudes sacrificio ni sola vicute gerant. Est etiam, qui annos integros in templo stans paras ad Deum manus extenderit, nec (quod vix cuiquam idem facturum est) vel tantillum obdormierit, sed vinis lapidis instar, Christo deuixus steterit, ac velut obriguerit. Huic porro exigua cibi reliquias vinus eorum imperiebat, panemq; integrum, si forte duo fuissent, asserebat.

CVIII. ADMIRANDA QVÆDAM ABSTINENTIA.

Quin etiam quo tempore Christus, salutifero illo supplicio perfunctus, mortales reliquit, immissi eil quidam, qui hinc ad diuinum montem ascenderit; ibiq; & sermone & mente & membris omnibus sanus, ventris inuitus, tactaretur: nec, quam quam alioqui complures viri tum circumstarent, ab eo, obuiæ contenderent, vt aliquam sui corporis actionem haberet, precibus tamen vllis moueretur; sed Christum Regem fortissime, constantissq; (vt dici solet) manibus retineret, mentemq; suam ab hominibus abstractam in sublime attolleret, quoadusq; dominum nouam inuentis cruciatibus exuit, cum ne pollicitus quidem manum ipse vllo modo curavet. At hæc sane tam ardua & humanis inaccessa vi ibus cùm tamen se probare dicat, haud tamen ea omnino contemnere audere significat, cum horum suscipiendorum otius ita defecibit:

CIX.

Mihi enim vero animum horror subijt, cum pios monachos, quos tametsi quamplurimos hominibus notos, nemo tamen vt seruientes, quam pietatem hominum ratio postulare videatur, asseruari ac sigillatim non dubitant, hanc legem vitæ à consuetudinem esse audio. Cum vir aliquis pius ad eos accesit, nostræque legis institutis, nostri prorsus ignarus: primum eum tecto perhumane honorificeque excipiunt, omnique benevolentiæ genere complectuntur, atque ipsius animum diuinis & à spiritu sculptis sermonibus in altum efferunt, luculentas epulas ipsi apponentes. Tum vero in medio cœtu quispiam durè acerbaque legis mentionem facit: quæ sermone hunc modi profert. An honestum ac laudabile sit pios hominibus pro Deo mortem oppetere? ea videlicet ratione occulte id agens, vt amarulentum aliquod verbum ab eo eliciat. Quod si ille pro imperitia, mortem huiusmodi laudandam esse respondeat: Atqui, subiungat quæstionis auctor, multas ipsi partim sua manu, partim fame atque media mortes, & quidem alacri animo seruit. atque in scopulo & ropibus, in profundis vndis, in latebris cauernis medijs, pluuijs veri itati testimonium dicunt, mortalia, hac vita non secus ac tristi ac luctuoso bello defungi, alio q; migrare gestiunt. quod autem hæc minime probaret, ipse Gregorius subdit, vt tamen potius excuset, quam damnet.

CX. NIMIA VITÆ AVSTERITAS PERICVLOSA.

At ô Christe, animis istis propitius esto, pios quidem sanctorum, cæterum non satis consultis ac circumspectis, perindeque affectis, vt equis illicin decursionibus inuitatibus, qui permittate pedum sæpe extra curriculum seruntur, nec sic eo vllo coercerj possunt. Iam vero alius alio virtutis genere gaudet. Nec mirum, cum multa sint in cœlo mansiones, multa quoque esse in terris vitæ genera & instituta. Quid autem singula recensere pergo? Ampossum enim illam viam, quam perpauci in hac vita sequuntur, ipsi conficiunt, atque ad bonorum portum multis grauibusq; laboribus grassantur. Talis est Christi pars: talis passionum Christi fructus, quem ipse è terra ad Patrem defert. Vt ligonius inquam Christianæ columen, populi decus, mundi fundamentum, cum cœlestibus pulchritudinibus elegantia propemodum certans, &c. subdit quosdam nominatim recensens, de quibus infertus.

CXI. 2 *Matt.* 11. SVGILLATIM IN ALIOS AVCTOR CENTVRIATORES.

Vides, lector, qui Dei spiritu agantur, vt Gregorius: qui vero satanico, vt Nouatores, quibus illud plane accidit, quod Dominus ait *a*: *Venit Ioannes non manducans neque bibens; & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax & potator vini*, hi nempe cum huiusmodi aliqua audiunt, sublimem, inquam, & ab humanæ vitæ vsu segregatam quorundam sanctorum vitam, mox eosdem malo arreptos dæmone esse inclamant: qui vero humilioris vitæ consectati sunt disciplinam, ventri hos indulgere subsannant. Sed missos faciamus, consilio Domini, cæcos, duceisque cæcorum: nos v. Gregorii recta gradientis, fideiq; face accensa iter certum lucidumq; monstrantis vestigia consectemur: qui & alibi plurimis eosdem laudat, scribens ad Iulianum Tributo ũ Exæ quatorem, sed & cum deplorat animæ suæ ærumnas, hæc de isdem b monachis sui temporis, quibuscum idem ipse in nonnullis conforme vitæ genus ducebat:

b *Gr. Nαζ. de calamit. animæ ju.*

Plerique sub ferreis vinculis ingemiscunt: rursumq; alij pro cibo cruces habent. Sunt etiam, quibus potus lachrymis temperetur. Alij hibernis nimbis impetiti, quadraginta dies, totidemq; noctes velut arbores quædam perstant, corde nempe è terra migrantes. Denique solum in mente habentes. Nec desunt, qui labra sua vinculis premant, linguæq; frenis includant: qui tamen haud quaquã ad omnia consistam & freno compressam linguam habent: solo quippe Dei laudibus illa patet, non aliter ac vina quædam citharæ à Spiritu S. pulsata. Nam quid dicam de his, qui caput suum Christo consecrarunt, pœnitentiæ causa intonsum seruant? Quid eos dicam, commemorem, qui oculos claudunt, & aures velut pessulo quodam obdunt: ne aculeus quispiam mortis furtim irrepat? At hæc medicamenta carni hostiq; meo propino, &c. hæc quidem Gregorius. Sed & S. Basilius in secunda allocutione ad monachum lapsum enumerat ferme omnes vitæ monasticæ asperitates, quibus ille, sicut & alii, assueuerat.

CXII.

CXIII. BASILIVS CVLTOR VITÆ MONASTICÆ. c *Lus.*

Cæterum idem Basilius vna cum Gregorio, instar Ioh. Baptistæ monachorum omnium patriarchæ, erat in deserto clamans *c*: *Rectas facite semitas eius: Fiant prauа in directa, & aspera in vias planas.* Id enim præstitit, cũ diuino Spiritu afflatus regulas illas vere aureas monasticum institutum aspicientibus, ne ad dextram vel ad sinistram declinarent, pie sanctèq; præscripsit: imo in solitudine fontes aperuit, è quibus cæteri vitæ monasticæ propagatores riuos vberrimos deduxere. Quanto autem tempore in eadem solitudine perseuerare tum ipsi, tum etiam Gregorio licuerit, & causas, cur ad ciuitatem reuerti iidem compulsi fuerint, suo loco dicemus. Iam vero ad Iouianum post Iulianum Imperatorem conuertamus orationem.

IOVIANVS IMPERATOR.

CXIV.

Post Iulianum Imperatorem extinctum, nec vnius quidem diei spatio interregnum fuit: haud enim rerũ angustia plura de re tanta agitati comitia passa est. Quamobrem illucescente die, quinto Kalen. Iulias, magistratus, intigniores ipsi Duces exercitus, de eligendo Imperatore, expeditius agunt. Mira res accidit, vt cum Iulianus Christianorũ hostis infensissim⁹ nihil curarit solicitius, quam vt post se relinqueret in Romano Imperio successorem hominem æque impium Christianorumq; acerbissimum hostem, quiq; cœptam ab ipso persecutionem maioribus augeret incrementis; & idololatriam sub Christianis Imperatoribus humi prostratam, ab ipso autem restitutam, omnibusq; viribus roboratam, amplioribus spariis propagaret: tamen (quod non hominum studiis, sed Dei voluntate Principes deliguntur) cæteris prætermissis, qui Gentilitia superstitione polluti in exercitu reliquis eminere videbantur; omnium ferme in Iouianum vnum conspirant, numine impellente, suffragia, paucis tantummodo refragantibus, haud dubium Gentilitiæ factionis hominibus.

IOVIANVS IMP. ELIGITVR.

CXV.

Quid vero de hac re existimem, illud est: Paucis exceptis, quibus Christianæ religionis odium insitum erat, reliqui milites, & inter eos illi potissimũ, qui militares ordines ducebant, etsi in gratiam Imperatoris, deorũ cultores fotis in sacris publicis apparebant, intus tamen idololatriam penitus execrabantur, auide expectantes, vt quam assentabantur inuiti: extincto impio Rege, impietatem sponte palamq; detestantes, ad Christianam fidem postliminio lęti redirent. Venit tempus, affuit optata dies, qua protinus execrantes publice dæmonũ cultum, Christianis, qui aderant, inhærentes, de Christiano homine in Imperium prouehendo verba conferunt, sententia conueniunt, suffragiis communicant, feliciterq; perficiunt, quod consilio agitarant, atque deliguntt Iouianum. Sicque milites, qui olim Christianæ militiæ fuerant desertores, ad pietatis castra, quæ reliquerant, reuertentes, non amplius Ethnicum sibi hominem passi sunt imperare, cuius impietate totus Romanus exercitus in discrimẽ illud ineuitabile coniectus esset; sed Christianũ, cui parerent, delegerunt. Erat Iouianus Singidone in Pannonia

MILITES FIDEI CHRISTIANÆ DESERTORES RESIPISCVNT.

natus,

a Suid. verbe Iouian.

natus, & (quod testatur Suidas a) confessione clar⁹: quippe cum Iulianus optionem dedisset militibus, vt aut sacrificarent, aut exanctorarentur; hic Iouianus militiæ deponere maluit; permissus est tamen militare ob spectatā parentis virtutem, cuius causa honorifice habitū tradunt: De cuius electione hæc Ammianus b: *Inter has exiguas ad tantarum morarum, nondum pensatis sententiis, tumultuantib. paucis, vt in rebus extremis saltum est sæpe) Iouianus eligitur Imperator, Domesticorum ordinis primus, paternis meritis mediocriter cōmendabilis: erat enim Varroniani notissimi Comitis filius haud dudum post depositæ militiæ munus ad tranquilliora vitæ degressi.*

b Ammian. lib. 25.

CXVI.

Accedit & illud admiratione dignum, quod vehemēter commendat virtutem exercitus, dum quem non tantum scirent esse Christianum, sed omnes nossent Iuliano religionis causa sæpius aduersatum, diligeretur ab exercitu Imperator. Porro & ipsius Iouiani in eo tum egregia virtus emituit, dum nec sic ab eis electus consentit imperare, nisi explorata exercitus pietate: hæc enim omnia Theodoretus narrat his verbis c: *Exercitus in vnum congregatus Iouianum postulat Imperatorem, qui neque Dux, neque ex eorum numero, qui secundas post Duces obtinebant, fuerat, sed tamen vir apprime nobilis & illustris & multarum rerum causa insignis: nam corpore robustissimo fuit, animoque excelso: quin etiam in bello gerendo solebat & in acrioribus certaminibus facile primas ferre. Porro contra impietatem libere loquebatur, tyranni potentiam contemnebat, animi propensione cum Saluatoris martyribus coniungebatur. Itaque Duces, consensum exercitus velut suffragationem dictatam arbitrati producunt in medium præstantissimum illum virum, ac celerrime primum suggesto constructo, in eo collocant. Deinde cum omnes nomina, quæ sunt Imperatorum propria, ei tribuissent, & Cæsarem & Augustum appellassent: vir ille admirabilis consueta loquendi vsus libertate, & neque magistratu, neque militibus, vt ad deteriorem partem declinarent, omnino veritus: Non possum, inquit, cum sim Christianus, eiusmodi hominibus imperare, neque regere Iuliani exercitum, qui tam pestifera doctrina præceptus imbutus sit. Nam qui sunt ita instituti, bi diuina destituti prouidentia, tum ab hostibus facile expugnari, cum eisdem materiam ad lætitiam præbere solent. Quibus verbis auditis, milites conclamare vno ore, ac dicere. Ne animum tibi, ô Imperator, vlla afferat dubitatione, neque nostrum imperium tam quam improbum denites: nam & Christianos hominibus & disciplina vera pietatis educatis imperabis, siquidem qui sunt inter nos ætate prouectiore, bi à Constantino eruditi erant: qui autem adolescentiores, illi præceptis Constantij instituebantur. Tempus certe Imperij Iuliani, qui tam mortē occubuerit, vt per exiguum, ita non satis ad erroris pernicem in animis eorum, qui eadem insecti erant, altius ingrediendam, fuit.* Quibus persuasus Iouianus, ipsis dantibus, accepit habenas Imperii. Addit item Sozomenus d, detrectasse Iouianum exercitui assentiræ, quousque milites se itidem Christianos esse clamassent: atque etiam affirmat Socrates e, & ante hos omnes Rufinus f.

c Theod. li. 4. c. 1.

IOVIANVS QVASI MIRACVLO ELECTVS IMP. HOSTIS IMPIETATIS.

RECVSAT IOVIANVS IMPERARE RELIGIONIS.

d Soz. li. 6. c. 3.
e Socr. lib. 3. c. 19.
f Rossin. l. 2. c. 1.

CXVII.

Cæterum militibus Ethnicis sicut luctuosus Iuliani obitus extitit, ita lugubris Christiani hominis electio fuit: de his namque, & non de aliis accipienda sunt, quæ deorum æque cultor, Christianorum gloriæ inuidens Ammianus tradit his verbis g: *Confestim, inquit, indumentis circumdatus Principalibus, subitoque productus è tabernaculo, per agmina iam discurrebat proficisci parantia, & quotiescunque acies adusque lapidem quartum porrigebatur, antesignana elatiare quosdā Iouianum audientes Augustum, eadem multo magis sonabant gentilitate enim prope percuti nominis, quod vna litera discrepabat, Iulianum recreatum arbitrati sunt deduci magnis fauoribus, vt solebat: verum cum incurrum ille visus & longior adiutaret, suspicati quod acciderat, in lachrymas effusi sunt omnes atque luctum. Quod si grauis quidam æquitatis præmaricator in vltimo rerum spiritu factum criminatur improuide, nauticos idem iustius incusabit, amisso perito nauis, aulæ magistro, fauentibus flabris & mari, quod alatus regenda nauis cuilibet periculi socio commiserunt.* His ita coco quodam iudicio Fortuna peractis, Iouianorum signifer, quos* Varronianus vexerat, dudum cum nouo dissidens Principe, etiam tum priuato, vt patri eius obtrectator immoderatus, periculum ex inimico metuens, iam communia supergresso, discessit ad Persas. Data diuendi copia quæ sciret, docet Saporem iam propinquantem, extincto quem verebatur, turbine concitato calonam, ad vmbram Imperij Iouianum adhuc protectorem ascitum incertum quendam ac mollem. hæc de Iouiano non inter se tantum Gentiles verbis infensi miscebant, sed vnus ex illis ad Saporem transfuga, in tanta rerum angustia Romano exercitu constituto, calumniatas est, malens Persarum Regi, quam Christiano Imperatori milites subdi, quem à calonibus, nempe vilissimā militum sentis electum obtectat, per quos significans Christianos.

g Ammian. lib. 25.

ETHNICI AGRE FERVNT ELECTIONEM IOVIANI.

* Varianus

Sed refellitur etiam illa Ammiani calumnia, qua tradit, Iouianum profectionem instituentem deseruisse vallum, extorum inspectione suasum, cum ait: *Postremumque dum vltro citroq; ordinantur hostiæ pro Iouiano, extis inspectis pronunciatum est eum omnia perditurum, si intra vallum remansisset, vt cogitabat, superiorem vero fore profectum.* hæc ipse; scite sane id tribuens extorum inspectioni, q̄ quisq; vel imprudens coniectari facile potuisset. Quin & poterat Romanus exercitus rerum inopia laborans intra vallum se continere? Sed & quæ tanta felicitas, vna profectione promissa, cum tristiora tristibus euenisse ipse conscribat? At quo modo potuit Iouianus extorum inspectione, tanta dissonere, quem idem ipse Ammianus in fine prædicat fuisse Christianæ legis studiosum? Et quid idem cladem exercitus, ciuitatum, prouinciarumq; iacturam non Iuliano, quem ex instituto laudandum suscepit, sed Iouiano semper adscribit? Quisnam in ea tam sæua dissimilima Romanum coniecit exercitum, vt tam indignas, tamq; lugubres profœdere incundo conditiones oblatas ab hoste Iouianus suscipere cogeretur? Sed præstat audire Gregorium Nazianzenum libertioribus affectibus sic de his differentem h:

CXVIII. REPELLITVR AMMIANVS

IVLIANO POTIVS, QVAM IOVIANO ADSCRIBENDA CLADES IMPERII.

h Gr. Naz. or. 1. in Iul.

Statim autem post illius mortem, Imperium excipiens, qui post illum in ipsis castris, & in ipsa periculorum flamma Ducem necessario requirente, nominatus fuerat, vir vt alias rebus, ita pietate clarus & insignis, atque Imperatoria sane oris maiestate præditus: cum nec manus cum Persis conserere, nec progredi vllo modo valeret (licet aliqui magnitudinis animi & alacritatis in eo desiderari nihil posset) quod milites manibus & animis & spe fracti debilitatiq; essent: castra mouere, copias q; reducere satagebat. idq; vt tuto sibi facere liceret, laborabat, perinde atq; nō Imperij, sed cladis hereditatem consecutus. Quod nisi Persa moderate victoria vtentes (hoc enim apud eos in more positum est, vt modum in prosperis tendant) aut aliud quiddam eorum quæ fama ferebantur meditantes, ad pacis vinculum incundas, easque adeo inopinatas, æquissimas q; plenas animos conuertissent: ne ignifer quidem (vt dici solet) exercitus superfuisset: vsque adeo eos ad manum Perse habebant tum in terra sua dimicantes, tum etiam ob ea quæ contigerant animis elati. Felix enim aliquis rerum successus eam vim habet, vt spem quoq; latam futuri asserat. At tunc ille totus in eo erat, vt exercitum incolumem seruaret, utrosque Romanis relinqueret: nec vtentem erant, etsi rem male gesserat ob Ducis, nempe Iuliani, potius temeritatem, quam ignauiam suam. Perse vero conditionibus turpibus sane, Romanorum q; manu ac potentia (vt breuissime dicam) indignis, fœdus percusserunt. quarum nomine si quis, absoluto Iuliano, Iouianum crimandum censeat, meo iudicio perquam iniquus est eorum, quæ acciderunt æstimator. Non enim, qui demessuit spicas est, verum illius, qui sementem fecit: nec ei incendium obiiciendum est qui ignem extinguere potuit, sed qui excitauit. Atq; illud Herodoti de Samiorum tyranno de commode dixerim: Pestem hanc Iliacam quidem constat, cæterum induit Aristagoras, qui antecessoris sui facta excepit. hactenus Gregorius.

CXIX. FOEDVS INITVM CVM PERSIS.

In eandem quoque sententiam hæc Chrysostomus i: *Illo*, nempe Iuliano, *tam turpiter mortuo, cum viderent milites in extremo se periculo constitutos, cum hostibus pepigerunt: quibus cum iurcurando receptis abscessuros se à loco locorum omnium tutissimo, quocunque regionis nostræ tanquam muro quodam inexpugnabili, barbaros humanos erga se natos ita exasperunt, atque è multis pauci reverterunt, & ipsi affecti admodum corporibus, erubescentes ob fœdera cum hostibus pacta, coacti vero illis per iusiurandum paternis bonis cedere. Hic videre erat spectaculum qualibet capiendum ac miserabilium. Nam vrbes illius gentes, nempe Nisibis, à quibus gratiam aliquam expectabant, quod suos omnes intus, muris instar, in portu collocauerant, pro omnibus semper ad omnia pericula obiecti, ab iis hostilia omnia passi sunt, propriis domibus atque agris relictis, solum vertere coacti, & à maternis suorum possessionibus auulsi: & quidem iniuriam*

i Chrysost. aduersus Gentiles.

à suis acceperant. Hunc nos fiustum ab egregio istius Imperatoris operibus percepimus. & alibi ait: *Cum, inquit, Rege impio miserabiliter perempto, alter pius in eius successisset Imperium: adnexa omnia celsitudinis dissoluta sunt: & exercitus, qui velut in medijs erat retibus involutus, nec vllum exitum se aliquando inuenturum esse credebat, Deiam nuta ab hostibus liberatus, cum omni securitate reuocauit.* hæc de auctore malorum omnium apostata Iuliano Oxyostomus.

a *Chrys. de laudib. Paulo et. 4.*

CXXI. CONDITIONES ICTÆ POSTERIS.

Quænam autem fuerint fœderis in annos triginta cõditiones indignæ, eas Ammianus b in primis narrat; nempe Susam, atque vna cum ea quinque regiones Transligitanas, Arzammanam, Mizeam, Rhabdicenam, Rheenam, & Corduenam cum castellis quindecim, Nisibin, & Singaram, & Castra Maurorum munimentum perquã oppotunum tradere: hæc omnia cum petiisset Rex ipse Persarum, vix acquieuit, vt Nisibis & Singara in Mesopotamiã sine tamen incolis transirent ad iura Persarum. *His omnibus illud excitiale* (subdit Ammianus) *accessit & impium, ne post hac ita composita, Arsaci maiorin Armeniæ Regi poscenti cõtra Persas ferretur auxilium, amico nobis semper & fido.* hæc ille. Auxit tamen contra Iouianum inuidiam, atque odium, ditum ac lamentabile spectaculum Nisibitarum in primis, cum inuiti coacti sunt patriis sedibus cedere, recedere; à propria ciuitate, dum ex pactis conuentis Persis eadem daretur: quorum partem magnam Amidam, alios v. in alia oppida cõmigrasse, Zosim. tradit c. De Nisibi quidem nihil plane dexteri, sed omnia hæc aduersa eidem ciuitati contigisse, postquam Iulianus spoliata inde sustulit venerandum corpus magni illius Iacobi, eius ciuitatis Episcopi, Gennadius fidem facit d. At quonam migrarint populi Singaræ ciuitatis, qui & ipsi instar Nisibitarũ, ex conditionibus cum Persis initis, coacti dedere hostibus ciuitatem munitam positam prope Tigrin, nulla prorsus mentio reperitur apud scriptores veteres. Vnde illud interdum in mentem occurrit, num hi patrium solum vertere coacti, post hæc per incertas sedes vagantes in Europæ regiones descendentes, illi ipsi sint, quos Singaros nominamus, quos tamen aliqui perperam Ægyptios esse putant; cum nulla sit memoria, Ægyptios è patriis sedib. esse pulsos; nec ratio subsit, vt Ægyptii Singari dicerẽtur. Sed hæc relinquimus Epinatoribus otiosis. Constat quidem, Singaram haud ignobilem fuisse ciuitatem; nam caput Atabum Rhetiatorum Plinius fuisse testatur e.

b *Ammia. lib. 25.*

NISIBIS DATA PERSIS.

c *Zosimus lib 3.*

d *Gennad. de vir. illustr.*

SINGARÆ CIVES VAGI.

e *Plin. lib. 5. c. 24.*

At hæc dura diraque maxime videri possent: cæterum tem ipsam statumque eius temporis accurarius perpendentibus visum est quasi miraculum, vt tame & bello insumpto vndique in terra hostili Romano exercitu, in locis sterilibus atque deserti is consistente, intercepto que commeatu, quas Romani auli minime essent conditiones pacis petere, sponte eas tunc hostes offerrent. Vnde Ruffinus f: *Eo modo à Iouiano suscepto Imperio, flatem ei assuit diuina clementia: conversa, omnem spem cum clausi vndique hostib. tenerentur, nec euadendi facultas vlla supeteret, subito emissos à barbaris oratores esse vident, pacemq; deposcere, exercitum; medio consumpto cibos cæteraque necessaria ut mercimonijs polliceri, omnique humanitate nostrorum temeritatem emendare.* hæc ipse. Verum Gentiles omnes mœrore suffusi, quem de Iuliano nece conceperant, & inuidia tabescentes creatione Christiani hominis Imperatoris, nullam penitus rei, loci, vel temporis rationem habentes, quodam furore percitii in Iouianum maledicta iacere, eumque sannis atq; dicteriis deridere, ac proscindere contumeliis, si non palam, occulte saltem minime desistebant.

f *Ruffin. lib. 2. c. 1.*

CXXII. INSPIRATA PAX ROMANIS AFFLAT.

CXXIII. IOVIANVS AD ETHNICIS DERISVS.

Deridebatur enim (inquit Suidas g) *cantilenis & versibus alio detortis, & famosis libellis.* & de eodem paulo post: *Antiochenses autem Imperatori irati famosos libellos partim humi abiciebant, vt quisq; tolleret ac legeret, partim parietibus affigebant; & erant huiusmodi ex Homero illos mutuati, cum vel Tersitę in illo ignauiam, vel Paridis fugillat lasciuiam: quales fuere h:*

Venisti ex bello, quo te peroisse decebat.

Item

Degener exultor formæ, sectator amorum, &c.

Item

Quod nisi detracta tunica, togaq; pudendas
Insuper & partes quæ tegit, veste prehensum
Et læsum plagis ad suos misero Persas, &c.

g *Suid. verb. Iouian.*

h *Apud Sozom. & Niceph. lib. 10. c. vlt.*

QVID IN IOVIANVM ANTE CHENI GENTILES

Subdit his Suidas: *Anus autem quædam pulchritudinem & magnitudinem eius conspicata: Quanta est, inquit, longitudo & profunditas tanta est stultitia.* Et alius quidam homo priuatus magna voce in Circo questus clamare ausus, risum præbuit omnibus, cum inania quædam & frigida de statura illius dixisset. *Ac grauius aliquid commissum esset, vt Sallustius quidam* (Ethnicus hic erat, Iuliano olim percarus, præfectura Prætorij insignitus) *sedulitatem compescuisset.* Accidit autem, quod sicut cum viueret Iulianus, qui Christianæ religionis sectatores erant, in eum (vt vidimus) his similia Antiochiæ potissimum egerebant; ita & Ethnici in Christianum Imperatorem parta pendere minime destiterunt, captantes ansam ex iniquis pacis cõditionibus à Persis acceptis: cæterum culpa, ex sententia Gregorii Nazianzeni & aliorum, qui absque aliquo priuato affectu rem expenderunt, in Iulianum potius, quam in Iouianum reijcienda erat.

CXXIV.

Cum autem à Iouiano complura Christiano Principe digna esse præstita, certum sit; de illo tamen dubitatum à me fuit aliquandiu, num deformatum à Iuliano Labarum Crucis signo & Christi nomine insignitum in eam restituerit pristinam formam, quam instituerat Constantinus cumque rei antiquariæ peritos, tum qui de veteribus nummis edidere volumina, tum eos, qui adhuc superstites Romæ degunt, eius facultatis viros celebres cõsuluerim, nec quicquam inuenire potuerim, in eam sententiam pedibus abii, vt paucis mensibus, quibus Iouianus imperauit, cum Romanus ille exercitus collectus fuisset, vt dictum est, maiori ex parte ex Gentibus mulitibus Labarũ in pristinam formam minime fuerit restitutum: quam obrem eius rei vendicationem Iouiani successoribus, Valentiniano atque Valenti tribuimus, quorum numismata inueniuntur Labaro insignita atque signata secundum formam à Constantino præscriptam, & à successoribus Imperatoribus vsu retentam & auctam. Sic igitur ex iis, quæ tunc inuenire potuimus, ex sententia omnium restitutionem Labari in veterem illam effigiem in isdem Valentiniano atque Valenti in primi tomi huius editione Romę cusa tribuimus. Accidit autem post hæc, vt asseruatum in Farneſiana Bibliotheca nacti fuerimus Pyrrhi Ligorii nobilissimi Antiquarii volumen scriptum de antiquis nummis à se repertis atque in Musæo reconditis, in quo Iouiani numismatum reperimus formas, quas hic tibi fideliter reddendas curauimus, ac primum illud, quod ipsum obequitantem, Antiochiamque redeuntem è Persis referre videtur, in quo Romę nomen, in Vibe fuisse cusum, significat.



CXXV.

Vides prominentem in acumine Labari Crucem, erat & in Labaro Christi nomen intextum, sed in exigua eius forma minus apparet; ac reddet ex integro illud tibi, quod ex eodem auctore acceptum tibi subiicimus numisma secundum.



Et ne

Et ne quid desit ex iis, quæ in eodem Ligoriano libro inuenimus, tertium hic eiusdem Iouiani numum ex æquo reddimus, priscis illis characteribus effoematum, quo Christi nomen & æternum eius Imperium demonstratur.



His igitur moniti, restitutionem Labari Iouiano tribuendam putamus, quam, sequuti alios, eius successoribus Valentiniano atque Valenti bona fide tribueramus. Sed reliqua prosequamur, quibus eius pietas declaratur.

CXXVI. IOVIANVS RESTITVIT LIBERTATEM CHRISTIANIS.

At vbi primum idem Imperium adeptus est, milites Christianos fidei confessionis causa exauctoratos, atque etiam proscriptos, & in exilium relegatos, in integrum restitui mandat: quando (vt ait Sozomenus *a*) Valentinianus ea de causa in Melitina Armeniæ relegatus, continuo liberatus est, atque pristinæ militiæ redditus, sed & postea (vt suo loco dictum fuimus) in Imperium sublatus. Cæterum de Iouiani pietate & rebus in Imperio bene gestis, ac primum de Christianæ religionis cultu à Iuliano proscripto in pristinum restituto, quo nihil antiquius habuit, Sozomenus *b* hæc tradit: *Cum præterea experientia didicisset, Imperium propter iram diuinam in Iulianum, qui ante ipsum regnauerat, accessum, acerbe afflictatum fuisse; abiecta omni cunctatione scripsit ad Præsides nostrarum prouinciarum, vt ad ecclesias frequenter conuenirent, diuinum numen studiose colerent, docerentque suos, solam religionem Christianam verum Dei cultum in se complecti. Porro ecclesiis & clericis, viduis & virginibus immunitatem reddidit, & si quid aliud vel ad commodum, vel ad honorem religionis nostræ à Constantino ac liberis suis aut donatum, aut lege sancitum fuisset, postea autem à Iuliano illi ablatum.* hæc Sozomenus.

a Soz. l. 6. c. 3.

b Soz. l. 6. c. 6.

CXXVII. c Theo. l. 4. c. 4.

Sed & Theodoretus *c* de his pluribus in hæc verba: *Conscripsit legem, qua iubebat frumenti congiarium, quod Constantinus Magnus ecclesiis donauerat, eisdem reddi. Nam Iulianus, qui contra Deum & Saluatorem nostrum bellum suscepit, illud vetuerat dari. At quoniam fames ex Iuliani impietate in Rempublicam illata obstabat, quo minus totum congiarium, quod Constantinus largitus fuerat, in ecclesias conferretur; idcirco Iouianus tertiam partem solum id temporis præberi mandat, pollicitusq; fame sedata, integrum congiarium donatum iri.* hæc Theodoretus.

CXXVIII. d Soz. lib. 6. c. 3. QVID IOVIANVS ADVERSVS RAPTORES VIRGINVM.

Subdit autem Sozomenus *d* de Iouiani lege custode sacrarum virginum, cum aduersus earum raptores seuerissimum rescriptum dedit. ait enim: *Misit item ad Secundum Præsidem generale edictum, quo iubebat, vt qui sacram virginem vel ad nuptias contrahendas pellicere conaretur, vel lasciuo quodam obtutu aspiceret, maxime omnium si per vim rapere tentaret, capitis supplicio mulctaretur. Istam legem ideo tulit, quod quidam improbi viri, regnante Iuliano, tales virgines vel vi, vel persuasione in hanc corruptelã inductas sibi connubio iunxissent, quemadmodum fieri solet, cum religionis statu perturbato, turpis libido id genus scelerum conscisc endi impunitatem proponit.* hæc Sozomenus. Extat quidem legis eius pars illa de iis, qui adeo execrandum scelus vel tentare præsumpserint, tam in Codice Theodosiano, quam Iustinianeo descripta his verbis *e*:

e l. 6. C. de Epise. & Cler.

CXXIX. f l. 1. de rapt. vel matrim. Cod. Theod.

Imp. Iouianus Aug. Secundo Præfecto P. Si quis non dicam rapere, sed attentare tantum nuptiarum causa matrimonij, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. hæc in Codice Iustinianeo, habet amplius Codex Theodosianus illa verba: *Vel inuitas.* Sed & corrigendus pariter est idem Iustinianeus Codex ex Theodosiano, dum in illo legitur data lex Gratiano & Merobaude Coss. in hoc autem Iouiano & Varroniano Coss. quianno sequenti Consulatum gesserunt. Sed & quod XI. Kalend. Martii lex ipsa Antiochiæ data in vtroq; Codice legitur, error irrepsisse videtur: nam ante mensem Ianuarii Iouianus recesserat Antiochia, ipsisq; Kalendis Ianuarii Ancyræ adiit Consulatum. Sic ut etum nec vllo modo cohærere sibi valent, vt lex data à Iouiano dicatur sub Consulatu Gratiani & Merobaudis, quorum magistratus contigit post annos quatuordecim ab obitu Iouiani. Cæterum & Secundi præfectura docet, noaniſi à Iouiano datum esse rescriptũ. Porro eiusmodi facinus Constantius etiam lege data vetuerat *g*, & in eos, qui viduas raperent, pœnas extenderat; quibus nec raptæ consensus ad executionem foret vel minimum profuturus.

g l. 1. de rapt. vel matrim. Theod.

CXXX.

Sed & illa summa plane laude digna habentur, quæ *h* eodem Iouiano primum vt Imperium adeptus est (vt decebat Christianum Principem) decreta fuisse, Gregorius *h* Nazianzenus tradit his verbis: *Hoc porro*, Iuliano nimirum, *extincto, Imperator alter exoritur, nequaquam ore impudens, quemadmodum is, de quo ante verba fecimus; nec duris & æruminosis operibus & edictis Israelem opprimens, sed mira pietate animaque lenitate præditus. Qui vt præclarissimum sui imperij fundamentum iaceret, rectamque legum sanctionem, vnde conueniebat auspicaretur; cum omnes alios Episcopos, tum eum nempe Athanasium, ante omnes, qui omnibus virtute antecellebat, & citra dubitationem vllam pietatis causa bello vexatus fuerat, ab exilio reuocat. Quin enim fidei nostræ veritatem à multis lacerata & perturbata, atq; in sexcentas opiniones partesq; distractam sibi tradi postulauit: vt maxime quidem vniuersum Orbem sisti posset, in fidem negotio consentiret, spiritusq; auxilio in vnum coiret: sin minus, ipse certe optimæ parti esse, iungeret, simulq; & ei robur afferret, & ab ea vicissim acciperet; excelse simul & magnifice de rebus maximis cogitans.*

h Gregor. Naz. orat. 20 laud. Athanas. IOVIANVS CVRAT RESTITVI EXVLES EPISCOPOS ET FIDEM CATHOLICAM.

CXXXI. ATHANASII COMMENDAT A FIDEI CATHOLICA.

At hic potissimum Athanasius pietatis suæ, fideique in Christum firmæ & constantis specimen edidit. Nam cum cæteri omnes, qui doctrinam nostram profitebantur, tripartiam diuisi essent, ac multi circa Filium, plures circa Spiritum sanctum ægram fidem haberent; vbi lenior impietatis pietatisq; opinionem foueba t; pauci autem vtrinque sani & incolumes essent: primus ille ac solus, aut cum admodum paucis veritatem palam apertiq; verbis promulgare non dubitauit, vnam trium personarum diuinitatem & essentiam scripto confessus: & quod multis illic Patribus in explicanda Filij diuinitate prius concessum fuerat, idem ipse postea in asserenda Spiritus sancti diuinitate superno afflatu consecutus. Atque Imperatori domui vere regiam & magnificam offert, scriptam nimirum fidei confessionem aduersus nouam dogma nusquam vsquam expressum: vt sic & Imperatorem Imperator, & doctrinam doctrina, & libellum libellus frangeret atq; opprimeret. nempe vt Iouiani fides perfidiam Constantii, & veræ fidei confessio scriptam ab hæreticis nouam fidei formulam confutaret. Hæc eadem de restitutione exulum Episcoporum & litteris Imperatoris ad Athanasium Socrates *i* & alii quoq; confirmant.

i Socra. lib. 3. c. 20. CXXXII. SYNODVS ALEXANDRINA QVA LIBELLVS AD IMP. DATVS.

Cæterum licet Athanasius tantum prædicetur eius fidei libelli auctor, tamen illum esse conscriptum in sacro Episcoporũ consessu, ex ipsius titulo constat. Athanasius enim, mox vt audiuit Iulianum esse defunctum, quem & cito defuturum diuino oraculo prænouitus sese ferat, atq; de restitutione exulũ Episcoporum fuisse à Iouiano Imperatore promulgatum edictum, simulq; Iouiani eiusdẽ litteras accepisset, quibus se fidem Catholicam ab ipso edoceri velle significabat: euestigio primarios Episcoporũ Orthodoxorum sibi subiectorum, Ægypti, Thebaidis, atq; Libyæ, ad Synodum conuocat Alexandriam. Vbi cõmuni consilio decretum est, vt scripto libello Catholicæ fidei, mitteret ut ipsum ad nouum Imperatorem, ne ille (vt de Constantio accidit) ab hæreticis præoccupatus in impietatem transuersus penitus ageretur. Periculum igitur Athanasius anteuertere omni celeritate procurans, scriptum in Synodo eiusmodi libellum misit ad Iouianum Imperatorem; qui hactenus extat inter alias eiusdẽ Athanasii lucubrationes, & apud alios quoq; auctores; sed fidelior textus penes ipsum Athanasium habetur. est autẽ eius tinlus apud Theodoretum *k*, quo carent alii:

k Apud Theod. l. 4. cap. 1. CXXXIII.

Religiosissimo & clementissimo Victori Augusto Iouiano Athanasius & Episcopi, qui nomine omnium, Ægypti, Thebaidis, & Libyæ Episcoporum in vnum conuenerunt, S.

EPISTOLA ATHANASII EXSYNODO AD IOVIANVM IMP.

* totum à *Athan. de fide ad Iouian.*

Decora & eximia eares eſt in Principe, mundiſcendi auida, & rerum cœleſtium cupido: audeonim ſit, vt vere cor * tuum ſit in manu Dei. Cum igitur pietas tua cupiat à nobis cognoſcere Eccleſiæ Catholicæ fidem: Deo ſuper ea re gratias habitis, nihil nobis conſultius viſum, quam vt fidem à Patribus Niceni conſeſſam tuo religioſo animo recitaremus. Huius enim fidei aſſeclatores & mihi multiformiam inſidiati ſunt, eo quod non obtemperaremus Arianorum ſectæ, & hæreſeos Eſebianorum in Eccleſiam introduxere, cum tamen vera & pia in Chriſtum fides ex ſacris literis & liquet & agnoſcatur. Hac enim ſancti viri imitati martyrium ſubierunt, & nunc reſolui à corpore cum Domino agunt. Manſiſſet hæc fides illeſa perpetuo, niſi malitia quorundam hæreticorum eam depraua re auſa fuiſſet. Arius enim & ſocij illam vitiare conati ſunt, & eius loco hæreſim introducere dicentes Filium Dei ex non entibus extitiſſe, & creaturam, factur amque, & mutabilem eſſe. Multoſque hoc verbo deceperunt, adeo vt qui aliquid eſſe viderentur, illorum blaſphemia: ſeducti ſint.

CXXXIV. Quapropter Patres quamprimum Niceæ in Concilium venientes, eius verba anathemate condemnarunt, & Catholicæ fidei confeſſionem ſcripto tradiderunt, vt eius vbiq; promulgatione incendium hæreſeos per ſectarios excitatum reſtingueretur. Ea igitur ſincere vbique per omnes Eccleſias legebatur & prædicabatur; cum quidam Arianorum hæreſim renouare cupientes, hanc à Patribus Niceæ aſſertam fidem capere contemnere, præ ſe ferentes ab ea non diſſentire: cum interim re vera eam inficientur, male interpretantes conſubſtantialem, & blaſphemias dicentes in Spiritum ſanctum, quem creaturam & à Filio conditum aſſenerant.

CXXXV. Nos igitur conſpicientes ex huiuſmodi blaſphemiis non leuibus populum Dei calumitatibus peruerti, neceſſario tibi fidem Niceæ Patrum confeſſionibus confirmatam porrigere ſtudiuimus, vt tua pietas & ea, quæ ibi exactiſſime ſcripta, & quantum erroni illi, qui aliter ſentiret, intelligeret. Cognoſce igitur, religioſiſſime Auguſte, hanc eſſe, quæ à condito euo prædicata ſunt, & quam Niceæ Patres congregati agnouerunt, eiusq; ſuffragatrices eſſe omnes omnibus in locis Eccleſias, ſiue in Hiſpania ſint, ſiue Britannia, Gallia, Italia vniuerſa, Dalmatia, Dacia, Myſia, Macedonia, ſiue vniuerſa Græcia, tota Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphilia, Lycia, Iſauria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, itidem quotquot nobis vicina ſunt, nec non & Oriente Eccleſias, pancis admodum exceptis, quæ Ariana opinionis ſunt. Omnium enim iſtorum & aliorū longinquiorum animos experimento ſe cognouimus, & ſcripta habemus. Nec te latet, piiſſime Imperator, quod tametſi paucæ ſint, qui huic fidei derogent, eos [illegible] eam vniuerſus Orbis Catholicam fidem ſequatur, & ipſi tampridem Ariana hæreſi infecti fuerint, & nunc acerrime pietati obſiſtant) præiudicium facere non poſſe. Nobis autem, vt tua pietas cognoſceret rem alioqui ſibi cognitam, operæ pretium viſum eſt fidem Niceanam Epiſcoporum confeſſionibus approbatam ſubnectere. Eſt igitur fides à Patribus aſſerta huiuſmodi: Credimus in Deum Patrem &c. Symbolum enim Nicænum, iam ſuperius recitatum, in eadem epiſtola deſcriptum habetur: poſt illud vero hæc ſequuntur:

CXXXVI. *In hac, Auguſte, omnes oportet manere, neq; quicquã inde tranſmutare artificiis contentionibusq; verborum, quod faciunt Ariani, qui ex non entibus Filium Dei extitiſſe, eumdemq; non fuiſſe, antequam fieret, eum deniq; creaturam, factum, & mutabilem eſſe dicunt. Ideo enim (quemadmodum prædiximus) Synodus Nicena anathematizauit iſtiuſmodi hæreſim, & veritatis fidem confeſſionibus approbauit, neq; leui aut ſimplici ratione Filium Patri ſimilem eſſe aſſeuerauit, eumq; (ne ex leui re Deo ſimilis, ſed verus Deus ex Deo haberetur) conſubſtantialem eſſe ſcripto tradidit: quod proprium eſt geniti & veri Filij, veri & naturalis Patris. Sed nec alienauit Spiritum ſanctum à Patre & Filio, ſed eum vna glorificauit cum Patre & Filio, & in vna ſancta Trinitatis fide, eo quod vna ſit ſancta Trinitate Deitas.* hactenus Athanaſii epiſtola ad Iouianum ex Synodo ſcripta: ſed diuerſæ editionis apud Theodoretum habetur, in qua verba illa in eius exordio ſuperabundant, quibus dicitur: *Imperium pacate & tranquille ad multorum annorum curricula adminiſtrabis.* quæ cum in originario exemplari deſint, ab aliquo Ariano fuiſſe addita, par eſt credere, nempe vt leuitatis Athanaſius argueretur, falſuſque vates pariter haberetur, cum Iouianus in Imperio nec anni vnius periodum abſoluerit.

CXXXVII. *Hac perlecta* (inquit Theodoretus b) *epiſtola, tum cognito imperatoris, quam de rebus diuinis imbiberat, confirmata eſt, tum amor eius erga eaſdem exardeſcere cœpit.* Sed haud ſegniores fuerunt hæretici, qui præoccupatu animum eius, obuiam redeunti è Perſide proceſſerunt; de quibus hæc Socrates: *Imperatore Iouiano ex Perſide reuerſo, tumultus in Eccleſiis de integro excitatus eſt. Epiſcopi autem, dum ſinguli Imperatori ſuæ ipſorum fidei aſſenſurum expectarent, alius alium præuertere contenderunt. Imperator quoniam perpetuo ſi dei conſubſtantialis adhæſerat; omnibus reſpondet, ſe eam probaturum; per q. litteras Athanaſium Alexandriæ Epiſcopum bono animo eſſe iubet.* & inferius *d. Verum Chriſtianorum res non adhuc pacate tranquillæq; fuerunt. Nam qui diuerſæ religionis ſectionibus præerant, Imperatorem adeunt, rati ſibi liberam ab copetoſtatem permitti contra aduerſarios pro arbitratu dimicandi. At primũ qui Macedoniani appellabantur, libelli illi offerunt, poſtulantq; vt qui Filium Patri diſſimilem aſſeuerabant, ij ab eccleſia ejicerentur, ipſiq; in eorum ſuffice rentur loca. Huius vero ſupplicis libelli auctores fuere Baſilius Ancyræ Epiſcopus, Siluanus Tarſi, Sophronius Pompeiopolis, Paſinicus Zenorum, Comæorum Leontius, Callicr.ates Claudiopolis, Caſtabalorum denig, Theophilus.*

CXXXVIII. IOVIANO DIGNA SENTENTIA.

Imperator, accepto eorum libello, ipſos abſque reſponſo dimiſit, hac verba dumtaxat locutus: Ego contentionem odio proſequor: eos, qui concordia dedati ſunt, complector amore, veneror q. Quæ cum ad aures aliorum peruenirent, ferociam illorum, qui contendendæ ſtudio flagrabant, permulcere. Quares Imperatori ceſſit ex ſententia. Præterea eodem tempore, cum Acacianorum mores, qui ad contentionem erant valde proclines patefacti fuerunt: tunc quam illud ipſum hominum genus ad Imperatorum voluntatibus ſatisfaciendum ſe ſemper comparaſſet, ſatis perſpicue intellectum. Nam bi Antiochiæ, quæ eſt in Syria, in vnum coacti, cum Meletia, qui paulo ante ſe ab eorum communione ſegregauerat, fidei, aſſenſerat conſubſtantialis, in colloquium venerunt. Quod propterea ab illis factum fuit, quia eum in magno honore eſſe, qui tum ibi erant, animaduerterent. Illi igitur libellum componere, conſubſtantiali aſſentiri, fidem Niceni Concilij ratam facere, libellum denig, Imperatori offerre inſtituunt. hæc Socrates.

HÆRETICI STVDENT INSINVARE SE IMPERATORI. c *Socra l. 3. c. 20.*

d *Socra. lib. 3. 21.*

ACACIVS ALTER PROTEVS FIDEM MVTAT CVM IMPERATORE. CXXXIX.

Sed antequam libellum eorum hic recitemus, de Acacio Epiſcopo Cæſareæ Paleſtinæ illud præponendum, quod & attigiſſe videmus Socratem. Homo iſte omnium deterrimus, fax, lueſque totius Catholici orbis; cuius tyrannidem cunctæ vbiq; locorum poſitæ Eccleſiæ expertæ erant; quique non tantum fidem Nicænam procul abiecit, ſed & hæreticos illos inſectatus fuit ſimilitudinem qualemcunque Filii Dei cum Patre amplectentes; & Semiarianos, quod non penitus in profundum lapſi viderentur, deteſtabatur. hic, inquam, qui dum Arianæ hæreſis fautor Conſtantius Imp. regnauit, eidem in omnibus obſecutus, perpetuo illi perfidiæ iunctus inhæſit: vt rerum ſtatum mutatum vidit, translatumque Imperium in hominem Nicænæ fidei profeſſorem, Athanaſiique ſtudioſum, & Orthodoxotum omnium amantem; mox timore correptus, ne quod in Catholicos Epiſcopos ſæpius fecerat, cum illis Eccleſias abſtulit, proſcripſit, & in exilium eos abiecit, id ipſe tunc pateretur; cõfeſtim pierate ſimulata, ad Catholicorum caſtra ſe contulit; & primus omnium vafer ingenio, antiquus Proteus, aliam formam induens, conatus videri Catholicus. libellum confecit, quo ſe fidei Nicænæ profeſſorem exhibuit. Id cum complures alij, tum deniq; Suidas eteſtatur his verbis: *Acacius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus Iouiano libellum fidei Orthodoxæ ſcripſit, Synodum Niceanam comprobans.* Non poſſum præterea non mirari, quantum referat in regno Principem palam profiteri ſe vere eſſe Catholicum & Orthodoxæ fidei acerrimum defenſorem: nam plane fit, vt hæretici tum erubeſcant, tum etiam timeant videri ſe alterius ſectæ fidei Principis aduerſatiæ aſſectatores: indeque accidat, vt vel timore correpti recantent palinodiam, vel rubore ſuffuſi ſileant, lateant, & alio procul abſcedant. Quod ſi eis ſemel ille gratas præbuerit aures; iidem & cor quoq; ſibi vendicent Principis, & quaſi ex eius nutu omnia liceant, nihil non audeant, atq; cuncta pro arbitrio gerant.

e *Suid. Verbo, Iouianus.*

CXL. CONCILIVM ANTIOCHENVM.

Quod autem ad Antiochenum Concilium per Meletium ibidem Orthodoxorum Antiſtitem collectum ſpectat: interfuerunt ei viginti ſeptem Epiſcopi, quorum nomina in ſubſcriptione epiſtolæ Synodalis ad Iouianum

Impe-

CXXXII. b *Theod. l. 4. c. 4.*

Imperatorem datæ leguntur. Hilgitur cum in vnũ conuenissent, absq; aliqua altercatione prolatam in mediũ Nicænam fidem, eandemq; recitatam atq; recognitam, cõmunibus; nemine refragante, comprobauere suffragiis; illiq; ipsi, qui per tot annorum curricula eandem impugnarant, quasi è longo insaniæ expergefacti lethargo, resipiscentes, absq; tergiuersatione aliqua cognouere, atq; suo ipsorum chirographo muniuere, scribentes omnes ex Synodo ad Iouianum Imperatorem epistolam, citi & attexuerunt, quam receperant, Nicænam confessionem. Porro ipsa epistola ab eis in Synodo scripta sic se habet a:

a Sozom. lib. 6. c. 4.

CXLI. *Sanctissimo, Deoq; carissimo Domino nostro Iouiano Victori Augusto Concilium Episcoporum Antiochiæ in vnum ex variis prouinciis conuocatum S.*

Tuam pietatem, Imperator sanctissime, cum primis laborare, vt Ecclesia pax & concordia stabiliatur, nobis exploratum est. Neque sumus nescij, te sapienter considerasse formam veræ & Orthodoxæ fidei ad hanc concordiam confirmandam valere maxime. Idcirco, ne in eorum numero, qui doctrinam veritatis adulterare student, habeamur: visum est, tua prudentia significare, quod fidem sancti Concilij iam olim Niceæ congregati & approbemus, & teneamus. Quandoquidem vocabulum Consubstantialis, quod quibusdam videtur parum recte in eapositum, est probe à Patribus commodaque interpretatione explanatum. Quæ quidem interpretatio ostendit, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem, & neque affectionem vllam in eius inexplanabili generatione debere intelligi, neque vocabulum substantiæ apud sanctos Patres ad consuetudinem Græci sermonis capi, sed ab illis poni ad euertendum illud pestiferum dogma, Christum scilicet ex nihilo ortum esse, ab Ario impie inductum; quod etiam isti Anomiani, id est, qui Filium Patri dissimilem statuunt, nuper exorti, multo audactius impudentiusque ad Ecclesiæ concordiam labefactandam asseuerant. Quamobrem exemplar fidei ab Episcopis Niceæ coactis expositæ (quam sane vehementer amplectimur) his litteris, quibus animorum nostrorum sententiam tibi declarauimus, subiungere placuit. est enim plenum eruditionis & doctrinæ, sequehabet ad hunc modum: Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem. & quæ sequuntur Nicæni symboli confessionis. cui mox inhærebat Episcoporum subscriptio à Socrate recensita his verbis:

CXLII. EPISCOPI QVI INTERFVERE CONCILIO ANTIOCHENO. * Maris.

*Ego Meletius Episcopus Antiochiæ, ea, quæ supra scripta sunt, fateor me approbare. Ego Eusebius Samosatæ Episcopus eodem modo. Euagrius item Siculus, Vranius Apamenæ, Zoilus Larissæ, Acacius Cæsareæ, Antipater Rosis, Abramius Vrimorum, Aristoneus Scleucopolis, Barlaamus Pergami, Vranius Melitinæ, Magnus * Chalcedonis, Eutychius Eleutheropolis, Isaacides Armeniæ maioris, Titus Bostrorum, Petrus Sypporum, Pelagius Laodiceæ, Arabianus Antri, Piso Adanorũ per Lamydrionem presbyterum, Sabinianus Zeumatis, Athanasius Ancyræ per Orphitum & Actium presbyteros, Irenio Gazæ, Piso Augustæ, Patricius Palti per Lamydrionem presbyterum: Anatolius Beræensium, Theotimus Arabum, Lucianus denique Areorum Episcopus. Hunc libellum in Sabini libro, qui Collectio rerum in Concilio actarum, inscribitur inuenimus.*

CXLIII. HÆRETICI PERMISSE LIBERE AGERE, QVI DOLO CVPIEBANT VIDERI CATHOLICI. b Socr. lib. 3. c. 21.

Ariani igitur in hac Synodo recantantes palinodiam, non tantum ad Catholicam religionem recepti, sed & in gradu Episcopatus permissi sunt agere, suasque Ecclesias retinere. Imperator autem eis modo ex Synodo epistola siue libello accepto, hæreticorũ callidi-tatem probe considerans fidemq; illos simulare Catholicam, & præmore vel gratia modo huc, modo illuc leuissime impelli; ne concordiam in Ecclesia ex dissimilibus, immo contrariis minimeq; sibi inuicem cohærentibus, ac proinde non firmam, sed labantem vi ab inuitis exegisse videretur, isdem hæc tradidit respondisse b: *Se neminis quidem qualemcunq; fidem amplexandi molestiam exhibiturũ; sed eos præter cæteros benevolentia & honore prosecuturum, qui Ecclesiæ ad concordiam adducenda auctores se ostenderent.* hæc tunc illis Imperator, vt in officio contineret, quos iam in vnum diuersa ratio coniunxisset.

CXLIV. HÆRETICORVM IN CONSTANTIA SVGILLATA A THEMISTIO PHILOSOPHO RE.

Ista quidem de hæreticis pro conditione temporis fidem mutantibus lepide sugillauit Themistius philosophus ea oratione, quam, Consularem, inscripsit, illis verbis: *Eos non Deum, sed purpuram coluisse, eosq; admodum similes esse, qui modo in hanc, modo in illam partem præcipitatur.* Meminit eiusdẽ Antiochenæ Synodi Hieronymus in Chronico: sed depravatus est sane textus, qui ita restituitur, vt dicat: *Synodus Antiochiæ à Meletio & suis facta, in qua Homusion & Homeusion reiecto, medium inter hæc Homeusion receperunt; & Macedonianum dogma reiecerunt.* Post hæc edita missam ab amico doctissimo Frontone Ducæo hanc, quam subiicimus, accepimus schedam de germana lectione & restitutione textus Sanct. Hieronymi, qua sic inquit: *At in codice manuscripto S. Victoris ad muros Parisienses vrbis, & in alio pluribus ita legitur: in qua homousio, anomœoque reiecto, medium inter hæc homœusion receperunt, & Macedoniani dogma vindicauerunt.* Pergit: *Quæ lectio plane vera est & legitima: nam ὁμοούσιος dicitur Christus, id est, eiusdem substantiæ cum Patre à Catholicis, ab Arianis vero ἀνόμοιος, id est, dissimilis substantiæ. Meletiani vero inter medium quid meditati, τὸ ὁμοιούσιον adinuenerunt, id est, vt dicerent, non eiusdem, sed similis substantiæ esse Filium, atque ita discrimen erat vnius litteræ, id est, τοῦ ὁμοίου inserta. Sane quidem apud Socratem libro tertio, cap. 21. & apud Sozomen. libro 6. cap. 4. plane fallax & insidiosa videtur afferri, τὸ ὁμοιον interpretatio à Meletianis: sic enim loquuntur, Filium ex Patris substantia genitum, Patri secundum substantiam similem. At eorum dolos retegit sanctissimus Athanasius in refutatione hypocrisis Meletij, Eusebij, & Pauli Samosatensis, siue quis alius ab Athanasio tom. 3. Qui enim, inquit, Filio adimit, ne sit consubstantialis Patri, sed similem eum statuit, Deum eum esse negat.* Hucusque in scheda. At ex ea primo dicendum, huiusmodi lectione veteres omnes mendacii arguendos esse, qui dixere, ab eisdem Arrianis comprobatam esse Nicænam fidem: attamen post Socratem, & Suidam superius citatos, qui proxime recitandus est Marcellinus & alii, asserunt, dictos Arianos in hoc Concilio Nicænam fidem esse professos. At si asseruissent Patri Filio similem, non consubstantialem, non vtiquẽ Nicænam fidem professi essent, sed magis Macedonianam perfidiam, qua negabatur consubstantialitas, & asserebatur Filii cum Patre similitudo. Sed nec negari potest subscripsisse eosdem Arianos Nicænæ fidei, cuius Symbolum in sua ipsorum synodali Epistola ad Iouianum Imperat. intexuerunt, vt nuper est proditum, secundum quam ipsorum subscriptionem Marcellinus ipse licet schismaticus presbyter Romanus, secta Luciferianus, cum huius Synodi mentionem haber, confirmatq; hæreticos Episcopos pœnitentes cum professione Nicæna esse receptos; haud tamen putauit iure factum, quod cum Episcopi titulo in suis ipsorum Ecclesiis permissi sint permanere: id quidem magnopere detestatus est eo libello, quem ad Theodosium scripsit. Quin Socrates, vt vidimus, testatur expressius, Arianos in hoc ipso Concilio consubstantialitati Filii cum Patre assensos esse, adeo vt non Arianus tantum error, sed & Macedonianus videri possit in hac Synodo esse damnatus. Ex horum igitur firmissima assertione dicentium, receptam in hac Synodo ab Arianis Nicænam Synodum, cum voce consubstantiali, facta est recitata superius restitutio textus San. Hieronymi. Verumtamen quod intelligi possit ex sua ipsorum Epistola ad Iouianum Augustum, Arianos non simpliciter vocem recepisse consubstantialis, neque absolute Nicænum Symbolũ professos esse, sed apposita sua ipsorum interpretatione, qua dicerent, ita Patres in Nicæno Concilio vsos esse ea consubstantialitatis voce, vt significarent, Filium Patri similem secundum substantiam: vt quoquo modo dicta lectio codicis sancti Victoris subsistere poterit, ita dicendum, nonnisi ad fallendum, & circumueniendum nonũ Imperatorem, nominibus Nicæni Concilii & consubstantialis, esse vsos hæreticos Arianos, id tantum lucratos, vt ex Arianis euaserint Semiariani, non autem penitus orthodoxi. Sicque non expresse, vt ponitur in codice S. Victoris, reiecerint verbum consubstantialis (nec enim id potuit sensisse & scripsisse S. Hieronymus) cum intexuerint illi suæ ipsorum Epistolæ Synodali Nicænum Symbolum, cui & subscripserint; sed quod (vt dictum est) per dolum malum, captiosam fallaciam, atq; subdolam interpretationem videri voluerunt Orthodoxi Nicænæ fidei professores, qui re ipsa essent Semiariani, cum Macedonianis sentientes.

STIO PHILOSOPHORE.

S. HIERONYMI TEXTVS RESTITVTVS.

CXLV. EVZOIVS ET LVCIVS AGVNT CONTRA ATHANASIVM.

Qui autem in hæresi Ariana pertinaciter perseuerare absque timore aliquo vel erubescentia statuerunt, quorum omnium signifer videbatur Euzoius Arianorum Episcopus Antiochiæ; hi conati sunt ab amicitia & cultu Athanasii Imperatorem erga eum propensiorem diuellere. Molitur hoc Euzoius, machinaturque Lucius Arianus presbyter Alexandrinus, qui ad eundem Imperatorem veniens, plurimas in Athanasium accusationes plane calumnioſas intulit. Athanasius vero, inito cum suis consilio, Antiochiam ad Iouianum se contulit, de cuius aduentu Antiochiam, Sozomenus atque is rei gestæ scitem exeus, narrat sic dicens: *Dum hæc geruntur, Athanasius etiam Episcopus Alexandrinus, consilio suo cum quibusdam familiaribus suis communicato, necessarium putauit, Imperatorem, qui Christianus erat, visere: atq; profectus Antiochiam, postulata sua imp. exponit. Sunt tamen, qui dicant, Imperatorem eum ad se accersiuisse, vt quid de religione & sana doctrina agendum esset, ab illo cognosceret. Vbi vero res Ecclesiæ rite, quoad eius fieri poterat, constituerat, de reditu cepit cogitare.*

a Soz. l. 6. c. 5.

CXLVI. ATHANASIVS VOCATVS AD IMP. ANTIOCHIAM.

Vocatum namque litteris Imperatoris Athanasium se Antiochiam contulisse, testatur Epiphanius b, dum ait: *Hic sane Imperator cum multo honore & litteris fide dignis ad Episcopum Athanasium scripsit, ipsumque accersiuit, & amplexum est, & dimisit ad proprium thronum: ita vt rursus recuperet Ecclesia sanctæ Episcopum, & ad modicum temporis consolationem inuenerit hæc ipse eadem quoque Ruffinus.* At c Sozomenus mox subdit de prauis Arianorum studiis tum temporis in Athanasium, his verbis: *Euzoius autem Episcopus sectæ Arianæ Antiochiæ, Prodatum eunuchum sectæ eiusdem Alexandriæ antefignanum constituere laborauit. Locus igitur genere Alexandrinus, vnus ex presbyteris, quos Georgius ordinauerat, cum Euzoius eunq; fautores illud cupiuissent, ad imperatorē accedit: grauiter criminatur Athanasium primum quod toto tempore, quo Episcopatum gesserat, criminibus implicatus tenebatur: deinde quod à superioribus Imperatoribus sæpe erat exilio condemnatus: postremo quod auctor discordiæ inter eos & tumultus extiterat. Itaque postulat, vt alter eius loco Ecclesiæ Alexandrinæ crearetur Episcopus. At Imperator (narrat enim insidias, quæ erant tum Athanasio parata) criminibus eis illatis veritatem auscultauit: sed Lucio quidem cum vrbe excedere iussit, mandatis dedit, vt quiesceret: Probatio autem & aliis eunuchis, quos ipse sibi habebat, vt ne huiusmodi tumultus auctoribus, imperauit, vt tandem modestiæ discerent. Athanasium vero, quem præsens conuenisset & colloquium eius caritissimum reddiderat, misit in Aegyptum cum mandato, vt quo sibi libeat modo, Ecclesias & populum regeret. Nam dicitur illum tum ob virtutem, qua præditus erat, tum ob vitæ puritatem, tum denique ob prudentiam præstantiamque doctrinæ laudasse plurimum. Ad hunc modum ergo fides in Concilio Nicæno statuta, quamquam ad aliquod tempus in statum interdictum (vt supra docuimus) oppugnata fuerat, tamen ipso Imperatore regnante, caput denuo extulit.* hæc Sozomenus.

b Epp. hær. 68. ATHANASIVS VOCATVS AD IMP. ANTIOCHIAM. c Soz. l. 6. c. 5.

LVCIVS ARIAN. EXCITVR.

CXLVII. CONTENTIO INTER VITALEM ATQVE PAVLINVM.

Cæterum inter ipsos Orthodoxos conflatum semel schisma tempestate Iuliani, inter eos inquam, qui inhærebant Meletio, atque alios, qui se Athanasii Paulinum ibi (vt dictum est) à Lucifero creatum Antiochenum Episcopum perseuerabat: immo his Iouiani temporibus, occasione Vitalis exagitantis Paulinum, magis magisque exacerbatum est. Interfuit Athanasius hoc tempore, dum Antiochiæ esset, inter vtrumque sequester, vt eos inter se dissidentes mutuo conciliaret; sed minime valuit. Vitale aduersus Paulinum pertinacius concitato. At quisnam hic Vitalis fuerit, primum ex Sozomeno dicendum est: *Erat hic* (inquit) *presbyter Antiochenus, Niceneæ fidei assertor & propugnator sub Meletio consistens, vir sane si quis alius, ob etiam vitæ dirimendi rationem & mores spectatos perillustris, studio etiam erga eos pr fuit singulari, ac propterea à populo sum in veneratione dignatur: qui ob indignationem quandam aduersus Flauianum compresbyterum, quod se contemptui haberi videret, adhæsit Apollinari.* hæc de V tale Sozomenus.

d Soz. l. 6. c. 25. VITALIS ANTIOCHENVS.

CXLVIII. Accusaretur autem à V tale Paulinus hæresis Sabellianæ: cuius tei gratia, vt ea omnino suspicione careret, scripta fidei Catholicæ confessione, coram Athanasio hoc tempore Antiochiæ commorante, se purgauit; quam Epiphanius recitat, dum de altercatione illa, quam ipse habuit alio post tempore ibidem Antiochiæ cum Vitale, eiusmodi narrationem instituit e: *Antiochiæ constituti, cum ramis & germinibus ipsorum*, Apollinaristarum videlicet, *congressi sumus inter quos Vitalis Episcopus fuit (hunc enim Apollinaristæ Antiochiæ sibi delegerant in Episcopum) pernitiosissimus olim vir vitæ statu & conuersatione. Dicebamus autem consulentes & rogantes, vt concordes essent cum Ecclesia Catholica, & simerent contentiosum dictum. At Vitalis dicebat: Quid vero est, quod in medio positum nos separat? Habebat enim hic dissensionem aduersus veterandum quendam virum ac insignem Paulinum Episcopum, & Paulinum rursus aduersus Vitalem à nobis accersitum. Cum itaque cuperemus ambos ad pacem concordes facere: videbatur enim vterque Orthodoxam fidem prædicare, & vterque dissidium habebat ob quendam causa pratextum: Vitalis enim obiiciebat Paulino dictum à Sabellio acceptum. Quapropter nobis istic præsentibus abstinuit in totum à societate Paulini: Donec ipse Paulinus cum ea tione conscripta nos persuasit, cuius iam antea assertionem fecerat, se purgandi gratia apud beatum Athanasium. Obtulit enim & tradidit nobis ipsius exemplar cum subscriptione, clare habens de Trinitate, simulq; de intelligentia incarnationis Christi, manu ipsius Athanasii scriptum. Eam editionem subiunxit; & hac est:*

e Epp. hær. 77. QVID DE VITALE EPIPHANIVS.

CXLIX. PAVLINI EPISCOPI ANTIOCHENI FIDEI CONFESSIO CORAM ATHANASIO.

Exemplar manus Paulini. Ego Paulinus Episcopus sic sentio, quem admodum traditum accepi à Patribus: Esse & subsistere Patrem perfectum, & subsistere Filium perfectum, & subsistere Spiritum sanctum perfectum. Quapropter etiam recipio prascriptam interpretationem de tribus subsistentis & vna essentia, itemque eos qui sic sentiunt. Pium est enim sentire & confiteri Trinitatem in vna Deitate. Et de incarnatione Verbi Patris propter nos facta sic sentio: vt est scriptum est. quod secundum Ioannem: Verbum caro factum est: non enim secundum impientissimos, qui dicunt, transmutationem ipsum passum esse, sed quod propter nos homo factus est ex sancta Virgine & Spiritu sancto genitus. Neq; enim inanimatum, neque sensu expers, neque mentis exors corpus habuit Saluator, vt in manu Athanasii habetur. Non enim possibile erat Domino pro nobis homine facto, mentis exors esse eius corpus. Vnde detestor eos qui reprobant eidem, quam confessi sunt Patres Nicæi, & qui non consentiunt aut ex essentia, aut eam subsistantia esse Filium Patri. Detestor enim & eos, qui dicunt Spiritum sanctum creaturam per Filium factam; Insuper autem & detestor Sabellij & Photini & omnem hæresim: procedens ipse secundum eidem Nicænæ editam & secundum omnia præscripta. hactenus Paulini professio Antiochiæ coram Athanasio edita: ex qua factum est, vt eius communionem Athanasius in posterum assidue retinuerit. Cæterum eiusmodi altercationes inter Meletium Paulinum, atque Vitalem, amplioribus odii radicibus propagatæ, adhuc Sancti Hieronymi tempore virides erant. Dicemus de his igitur sæpe inferius, atque pluribus. at hic modo satis de controuersiis hoc anno Antiochiæ agitatis.

CL.

Hoc eodem anno, cum adhuc Iouianus Antiochiæ moraretur, sicut Christianæ religioni in omnibus consultum voluit, vt quæ fuerant à Iuliano corrupta, instaurarentur, atq; dilecta componerentur; ita & odio in idololatriam Imperatoria auctoritate furexit: quippe quod tum Charris sin Mesopotamia, tum Antiochiæ (vt supernus dictum est) in lucem prodita essent execranda sacrificia Iuliani, quibus humanæ hostiæ in abditis domorum recessibus cædebantur, eademque ostentata à piis in detestationem sacrilegæ impietatis. Quod sicut Gentilibus perpetuæ ignominiæ cessit atq; dedecori, eorundemq; fastum atque superbiam Imperio Iuliani in immensum auctam compressit: ita cum Christiani Imperatoris, tum etiam fidelium omnium animos aduersus deorum cultū magnopere exe tauit. Auctor est Socrates g, iussa à Iouiano delubra Gentilium claudi, & sacra cessare: cum & quæpud Iulianum primum locum tenere v debantur palliati philosophi, præ timore pallia ponere, ait enim: *Sub idem tempus Gentilium delubra occlusa fuere. Gentiles ipsi alij alijs in locis se occultare: qui autem pallia gestabant, pallia deponere, & communi vsitatoq; habitu vti cæperunt. Cruenta illa & scelerata sacrificia, quorum labe se polluta contaminabant, & quibus regnante Iuliano se exsaturauerant, omnino fuere sublata.* ita Socrates. Cæterū hæc philosophis contigisse potuerunt timore Chri-

f Theo. l. 3. c. 12 22. IDOLORVM TEMPLA CLAVSA, ET SACRIFICIA VETITA.

g Socra. lib. 3. c. 20.

stiano-

stianorum: quod iidem cuncta, quæ passi erant, iisdem philosophis accepta ferrent: nam præter spem omnem, æstimationemque de ipso conceptam, ipse Imperator Iouianus (vt Eunapius auctor est) non destitit illos honoribus prosequi, Maximum præsertim & Priscum, quos in Persidem secum duxerat Iulianus, tum Philosophia, tum etiam magia celebres: qua forte ex causa diuinum in se numen Iouianus haud leuiter concitauit. cuius exemplo admonitus Valens, qui post eum Orientale administrauit Imperium, eiusmodi genus hominum (vt dicemus) grauiter insectatus est.

CLI. Illud quoq; accidit, cũ Iouianus Antiochiæ moraretur, vt templum Traiani, quod Hadrianus ei tanquam diuo erexerat, à Iuliano in bibliothecæ locum conuersum, idem instigante vxore cremarit: id Suidas *a* atq; Nicephorus *b* tradunt. Antiochia autem recessit ante anni præsentis finem: siquidem Kalendis Ianuarii (vt diximus) vna cum filio Varroniano in itinere constitutum, iturum Constantinopolim, Ancyræ in Galatia ipsum agere contigit, quod Ammianus *c* testatur. Porro eo tempore, quo Antiochiæ commoratus est Iouianus, multa (vt idem ait) per continuos dies visa sunt portenta, atq; apparuere cometæ, omnia nonnisi luctuosa atque dira pronunciantia: quæ euentus facile demonstrauit.

a Sui. verb. Iouianus. *b* Niceph. lib.10. *c* Ammia. lib.25.

IESV CHRISTI
Annus 364.

LIBERII PAP. Annus 13. IOVIANI IMP. Annus 2.

I. ANNO Christi trecentesimo sexagesimo quarto, Iouianus cum iturus Constantinopolim, ipsis Kalend. Ianuarii, quibus nouis consulibus annus aperitur, peruenisset Ancyram Galatiæ, adiit consulatum; ascito sibi in collegam filio paruulo, nomine Patris sui Varroniano. Cumq; inde profectus tandem peruenisset ad locum Dadastanam dictum. *Est locus* (inquit Socrates *d*) *inter Galatiã & Bithyniam medius interiectus, ibi Themistius philosophus cum aliis ordinis Senatorij viris obuiam factus, orationem suam consularem coram illo recitauit, quam quidem postea etiam Constantinopoli recitauit corã populi multitudine.* Hæc Socrates; qui & superius de eadem oratione verba faciens, hæc habet: *Imperator vero, qui apud animum suum proposuerat blanditiis & persuasionibus dissentientium lites dirimere, respondit, se nemini quidem, qualemcunque fidem amplexanti molestiam exhibiturum, sed eos præter ceteros beneuolentia & honore prosecuturum, qui Ecclesiæ ad concordiam addiscendæ auctores se ostenderent. Hæcque ab eo ad hunc modum gesta esse, Themistius philosophus, commemorat: nam in ea oratione, quæ Consularis inscribitur, quam de eo conscripsit, eum propterea magnis ornat laudibus, quod potestate cuique pro arbitratu hanc, vel illam religionem profitendi permissa, assentatorum mores prorsus refutasset: quod genus hominum admodum facete perstringens, dixit, nemini obscurum esse, vos non Deum, sed purpuram coluisse.* Nacti sumus eandem nos orationem, sed mutilatam magna ex parte, quod illis careat, quæ spectabant ad Consulatum, nuper per Imperatorem initum, sed satis hic ea, quæ ad argumentum propositum spectant. Cum igitur Imperator ad dictum locum peruenisset Dadastanam, qui Bithyniam diuidit à Galatia, improuiso casu nocte exanimatus inuentus est. Hæc ex Ammiano, *e*, qui & subdit: *Super cuius obitu dubietates emersere complures. Fertur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odorem noxium nequiuisse, vel extuberato capite periisse succensione prunarum immensa, aut certe ex colluuione ciborum auida eruditate distectum.* hæc ipse. Sunt qui dicant, vt inter alios Suidas *f*, fungorum, quos cœnarat, veneno periisse.

d Socrat. li. 3.c.1.12.

II. Cæterum ea opinio verior credita est, vt denso prunarum vapore (ad exiccandum enim recens ædificatum parietem, in eius cubiculo incensæ fuerant collocatæ) spiraminum meatib. occlusis, spiritu intercepto, mortuus sit; quod & sæpe Romæ nostra ætate audiuimus contigisse. In hanc sententiam sanctus Hieronymus in epistola ad Heliodorum: *Iouianus*, inquit, *gustatis tantum Imperialibus bonis, fœtore prunarum suffocatus est, ostendens omnibus, quid sit humana potentia.* hanc eandem sententiam ex historicis sequitur Sozomenus *g*. Decessisse vero eum tradit Socrates *h* decimotertio Kalendas Martias; quod etiam affirmat Eutropius *i*. Quamobrem ipsum imperasse oportuit mẽses tantum septem & dies viginti. nam (vt dictum est superius) quinto Kalendas Iulii Imperator creatus est. Porro cum ex hac vita migrauit, annum erat ætatis suæ agens trigesimum tertium; quod in primis Ammianus *k* testatur, cui adstipulantur Socrates & Eutropius; ex quibus omnibus Victor redarguitur, dum ait ad quadragesimum proxime peruenisse annum. Sed & in eo pariter corrigendi sunt omnes, qui ipsum Imperatorem non Iouianum appellant, sed Iouinianum: ex antiquorum enim nummorum inscriptionibus manifesti redarguuntur erroris. Fuisse autem Iouianum à Gentilibus ritu patrio relatum inter Diuos, rescripta succedentium Imperatorum huius rei fidem faciunt, in quibus Diuus Iouianus Consul ponitur.

g Soz. l.6. c.6. *h* Socra. l.3. c.22. *i* Eutrop. lib.10. *k* Ammia. lib.25 26.

III. Cæterum ipse Iouianus decedens nullum sui Imperii reliquit hæredem, quod improuisa mors de successore cogitare non fuerit: nec quem ex ipsius cognatis euehere in Imperium exercitus Romanus habebat, nam Varronianus paruulus filius, quem secum Iouianus creauerat Consulem, susciendo tanto oneri impar erat. & Varronianus parens iam ante decesserat, vt filium Imperatorem creatum videre non potuerit: Ianuarium vero Præfectum rebus militaribus per Illyricum, eiusdem Iouiani affinem, absentem exercitus paruifecit; quod Ammianus *l* affirmat; qui & mores eius formamq; describit.

l lib 25.26. *l* Ammian. IOVIANVS IMP. IN QVIBVS DELIQVIT.

Cuius quidem interitus adeo inopinati, si causam ex infenso numine afferre licet (nam diuino arbitrio hæc omnia transigi, nemo negarit) cum illa præcessisse videtur, quadiximus ex Sardiano, quod æque ac Iulianus, Maximum ac Priscum philosophos atq; magos coluit, quorũ studiis male omnia in Christianos adeo copiose manarant, tum etiam illud proxime est subsecutum delictum, dum (quod Ammianus tradit) Catsum cum peruenisset, exornandum Iuliani sepulchrum decreuit, hominis alioqui ne cetpiritia quidem sepultura digni. quamobrem paucos post dies è medio sublatus est. Impios enim indignos esse sepulchro, Iosias Rex sanctissimus docuit *m*: nã ædificatione & ornatu sepulchri, probari acta eorum, qui ibi reconditi sunt, sententia Domini *n* redditur manifestum. Porro Iouiani corpus ex more curatum, missum esse Constantinopolim, vt inter Augustorum reliquias (nempe in atrio basilicæ Apostolorum) reconderetur, Ammianus tradit.

m 2. Par. 34. *n* Mat. 23.

IV. Progresso autem exercitu Nicæam Bithyniæ vsque, comitiisque habitis, frequentiora suffragia in Valentiniani electionem consenserunt: immo (vtar Ammiani verbis *o*) *Valentinianus, nulla discordante sententia, numinis adspiratione cœlestis, electus est, agens scholam scutariorum secundam, relictusque apud Ancyram, postea secuturus, vt ordinatum est. Et quia nullo remorante, hoc è Republ. videbatur, missus, qui eum ocius admonerent, duobus decem nullus Imperij tenuit gubernacula.* hæc Ammianus. Iam enim olim prodigio quodam sub Imperatore Constantio Imperium Valentiniano prænunciatum fuisse, Nicephorus *p* tradit. Auctor est Suidas *q*, Valentinianum creatum fuisse Imperatorem à Sallustio tunc Præfecto Prætorio: cuius virtutes cum prædicat, & Valentiniani Imperii exordium ad institiæ integritatem bene compositum refert, sic ait: *Sallustius Præfectus Prætorio Valentinianum designauit Imperatorem, qui cum Imperium suscepisset, edicto proposuit, vt si quis affectus esset iniuria, Imperatorem adiret. Verum nemo questus est. Hic Valentinianus Præposito eunuchorum Rhodano, qui Berenicen viduam minoris assecerat, multeri de illo conquestæ iudicem dedit Sallustium: à quo condemnatus Præpositus, cum iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus est, omnibus Archicubuchi bonis viduæ assignatis. Quo exemplo territi mortales, omni iniuria abstinuerunt.* hucusq; Suidas.

o Ammia. lib.26. *p* Niceph. lib.11 c.1. *q* Sui. ver. Sallustius.

V.

Sed antequam ad res gestas Valentiniani vlteritus progrediamur, de tempore in primis, quo est acclamatus Augustus, dicendum est. Contigisse quidem eius creationem quinto Kalendas Martii, Socrates *a* auctor est: eumque Pannonium Cibele ortum tradit, patre Gratiano, non generis nobilitate, sed propria virtute clarissimo: nam ipse ex non milite miles, atque ex infima militia ad ampliores prouectus ordines (id eius meritis exigentib.) ad sublime fastigium gloriæ est elatus. Fuisse autem ipsi ex eq; comparatum cognomentum, vt Funarius diceretur, tradit Victor *b*, quod venalitium funem portanti quinq; milites nequierint extorquere: eoque merito arcitus in militiam, vsque ad Præfecturæ Prætorianæ potentiam conscendit: ob cuius apud milites commendationem, Valenciniano resistenti Imperium esse collatum, tradit Victor.

a *Socr. lib. 4. c. 1.*

b *Victor. in Valentin.*

VI. VALENTINIANVS EX CONFESSORE IMP. CREATVS.

At Valentinianum etsi paternum genus minime illustrem reddidit, sed sua ipsius virtus in militarib. functionibus clarum effecit; pietas tamen Christiana, quæ inter alias virtutes in eo potissimum elucebat, apud Deum & homines plurimum commendauit, & post ipsum Imperatorem impium Iulianum euexit; cui ne pareret, militia exui, & exilio relegari delegit. Qui igitur omnia pietati posthabuit, omnia consecutus est munere pietatis: siquidem Christiani milites haud passi sunt, mortuo Christiano Principe, in locum eius Ethnicum subrogari, qui olim idololatra Imperatore necato, nec aliquem deorum cultorem eidem suffici consenserunt. Ex his plane videas (vt hæc iterum refricemus) malitiæ impedimentū. Quippe cum nihil aliud toto sui Imperii tempore conatus sit Iulianus, quam deiicere gradu milites Christianos, militiamque ex cultoribus idolorum stabilire, vt imperii robore penes Ethnicos milites collocato, nulla de cætero spes reliqua esset homini Christiano Imperium capessendi, sicque ea via apud Gentiles perpetua successione Romanum propagaretur Imperium: tamen cum humana omnia haud humano, sed diuino consilio disponantur, ea omnia, quæ impietas ante texuerat fila versutiæ, mox sunt instar aranearum telæ disrupta, adeo vt deorum cultores ab Imperio penitus excluſi fuerint, & Christiani delecti, illi ipsi, quos Iulianus Christiani nominis causa vexarat. *c* in quibus plane illud enituit. Non esse sapientiam, neq; prudentiam, neq; consilium contra Dominū & quem Deus elegit, frustra ab impiis reprobati. Siquidē simul ac ad exercitū se contulit Valentinianus, cū ex more concionem esset habiturus ad milites, oborto tumultu, eorum scilicet, qui indigne ferebant ipsum prouectū ad culmen Imperii, elata tunc ipse prospere dextra (vt ait Ammianus *d*) plena fiducia, seditiosos ac pertinaces increpans, ex insperato compescuit. Quin etiam subiecit quæstioni quosdam nobiles Iuliani quondam amicos, quorum præstigiis sibi nunc repentinū morbum immissum putauit. Testatur id Zosimus *e*.

c *Prou. 21.*

d *Ammia. lib. 26.* VALENTINIANVS SEDAT MILITES TVMVLTVANTES.

e *Zos. l. 4.*

VII. f *Ammian. lib. 26.* VALENS ASSVMITVR COLLEGA IN IMPERIO.

Posthæc autem (Ammianus subdit) *Valentinianus Nicomediam itineribus citis ingressus Kalendis Martij Valentem fratrem stabulo suo cum Tribunatus dignitate præfecit. Indeque cum venisset Constantinopolim, multa secum ipse deuoluens, & magnitudini vrgenti negotiorum iam sese parare considerans, nihil immorandum ratus, quintum Kalendas Aprilis productum eundem Valentem in suburbanum, vniuersorum sententijs concinentibus* (nec enim audebat quisquam refragari) *Augustum pronunciauit, decoreque Imperatorij cultus ornatum, & temperata diademate reuinctum in eodem vehiculo secum reduxit.* hæc Ammianus. Reprehendunt nonnulli Valentinianum, quod in electione collegæ affectui potius priuato germanitatis indulserit, quam vtilitati Reipublicæ Christianæ prospexerit, cum (vt aiunt) Arianum hominem asciuerit sibi collegam, qui postea Orientalem Ecclesiam iugi persecutione vexauit. At falluntur hi & ne, mea sententia: siquidem quem sciuerat & expertus fuerat confessorem, & imbutum Catholica fide, consortem assumpsit Imperii. Fidei namq; causa ambos, ne Iuliano Imperatori obtemperarent sacrificanti, baltea deposuisse, auctor est Socrates *g*. Sed & vsq; ad expeditionem aduersus Gothos paratam, eum Catholicū perseuerasse, Theodoretus *h* affirmat. Quo autem modo è Catholicorum castris defecerit ad Arianos, suo loco dicturi sumus.

g *Socr. l. 4. c. 1.*

h *Theod. li. 4. c. 1.*

VIII.

Asciuit igitur ad Imperium Valens, nequaquam Arianis fauit, sed quos sciret Catholica fide spectatos, eisdem contulit magistratus: & inter alios Cæsarum fratrem Gregorii Nazianzeni, temporibus Iuliani (vt vidimus) nobilem confessorem, Quæstorem creat. Inter ipsos autem Imperatores Valentinianum, atq; Valentem fuisse certamen, quisnam Cæsarium sibi magis deuinciret, & cuiusnam ille magis amicus & familiaris diceretur, idem Gregorius *i* tradit. Cessit tamen Valentinianus Valenti, quod profecturus ipse in Occidentem, Cappadocem hominem Valenti fratri, cui curam Orientis refulit, magis deberi existimaret. Porro hoc exordio horum Imperii eum insignitum nobili magistratu Comitatus rerum priuatarum, docet rescriptum ad eundem hoc anno datum de confiscatione prædiorum, quæ templis fuissent addicta, his verbis:

i *Gregor. Naz. orat. in laud. Cæsarij.* CÆSARIVS COMES RER. PRIVATARVM.

Imperator Valentinianus & Valens AA. ad Cæsarium Comitem rerum priuatarum.

*Vniuersa loca & prædia, quæ nunc in iure templorum sunt, quæque à diuersis Principibus venditæ vel donatæ sunt, retracta, ei Patrimonio, quod primatum nostrum est, placuit aggregari. Dat. prid. Non. Februarij. * Med. Dino Iouiano & Varronano Coss.* Bene quidem accidit ex diuina dispensatione, vt Cæsarius, qui sub Iuliano, confessionis fidei causa, ab eo discesserat, à Christianis Imperatorib. magno honore reuocaretur in aulam, fieretq; idolorum templorum regia potestate æquissimus iudex & vindex. Si demus vnum eundemque fuisse Cæsarium Gregorii fratrem; & hunc, ad quem præsens rescriptum datum inuenitur, sed hoc quidem multipliciter deprauatum inuenitur, ac primū dum in eius inscriptione vterq; Imperator Valentinianus & Valens prænotatus habetur, & dies promulgationis cōscribitur pridie Non. Februarii. Nam eo tempore tantum abest, vt Valens fuerit cooptatus in Imperiū à fratre (quod accidisse quinto Kalen. Aprilis, dictum est superius ex Ammiano) vt nec ipse Valentinianus adhuc creatus esset Imperator, quod contigit circa quintū Kalen. Martii, vigesimo saltē die post datū rescriptum. Nec est rursus, vt in annum sequentem illud rescriptum referri possit, cum datum habeatur Coss. Iouiano atq; Varroniano. Sed & cum datum dicatur Mediolani secundum antiquam lectionē, necessario dicendum sit, ipsum tunc scriptum, cum illuc Valētinianus aduenit hoc ipso anno; erratum vero fuisse in rescripto, vt vitio librariorum loco Sept. scriptū fuerit Febr. Sed & cum datū ipsum rescriptum habeatur ad Cæsariū Comitem rerum priuatarū, diuersum hunc à Cæsarii fratre fuisse, possumus intelligere, quem creatū fuisse Quæstorem, non Comitē rerum priuatarum, habet Gregorius eius germanus; sed & remansisse in Oriente, in Occidentē vero transiisse nunquā, ex eodem possumus intelligere, ac proinde non sub Valentiniano, sed sub Valente munus Quæsturæ exercuisse in Oriente. Vt ex his pateat duos eodem tempore fuisse Cæsarios, alterum sub Valente in Oriente Quæstorē, in Occidente alterum sub Valentiniano Comitem rerum priuatarū. Legitur quoq; apud Ammianum *k* & Zosimum *l*, Cæsarium ab eodem Valente Imp. creatum Constantinopoli Præfectum Vrbis, hoc ipso anno, quo Procopius tyrannidē in Oriente exercere cœpit, sed alium hunc puto Cæsarium à germano Gregorij nato; ipse in oratione in funere eius habita, tantū testatur, Cæsarium ab Imperatore creatum esse Quæstorem, in eaque muneris functione permansisse vsq; ad obitum, vel saltem vsq; ad annum quintum eiusdem Imperatoris, quo Nicæa Bithyniæ, vbi Cæsarius erat, terræmotu collapsa est: nec maiorem aliquem antea functum ipsum esse magistratum, sed ex illo iam (vt ait) ad sublimiorem prouehendum, si vita superstite licuisset.

* Constantinopoli.

k *Ammia. li. 26.*

l *Zos. l. 4.*

IX. STATVS ROMANI IMPERII.

Quisnā vero fuerit Imperii Romani status, cū Valētinianus Imperator creatus est; vt ex his quantū intulerit dāni

imi ie-

impietas temeraria Iuliani, quantumq; salutis per religionem Christianam fuerit consecuta Romana Respublica, possit intelligi: hic primum ex Ammiano rem paucis absoluente in medium adducamus: *Hoc*, inquit, *a tempore, velut per vniuersum orbem Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ gentes sæuissimæ, limites sibi proximos persultabant. Gallias, Rhetiasq;, simul Alemanni populabantur. Sarmatæ, Pannones, & Quadi, Rheti, Saxonesq;, & Scoti, & * Ataciti Britannos ærumnis vexauere continuis. Austoriani, Mauricaq;, aliæ gentes Africã solito acrius incursabant, & Thraciæ dilapidabant prædatorij globi Gothorum. Persarum Rex manus Armenijs inicitabat*, &c. hæc Ammianus, quib. turpẽ rerum facié præsentis tẽporis istepræsentat.

a *Ammian. lib. 26.*

* Atacotti

X.

Quam deformem magis reddidit ciuile bellum Procopij proditione conflatũ, de quo suo loco proxime acturi sumus. Quibus autem viribus, armisve tot tantaq; mala superarunt, & Romanum Imperium Iuliani impietate prostratum restituturi essent, ijdem Christiani itidemq; Confessores Imperatores probẽ nouerũt, nimirũ non nisi Cruce erigenda fore; quæ Crucis abdicatione collapsa fuissent: in Cruce enim & Christi nomine omnem ipsos spem & fiduciam collocasse, eorundem cusa numismata docent, quæ dexteram Principum Cruce & Christi nomine armatam in Labari signo demonstrant, ac primum Valentiniani numismate, quod sic se habet:

b

b *Num. aur. à Fulvio Vrsin. acceptum.*



Quæ sequitur imago numismatis, Valentis est, habens in Labaro Crucem expressam.

c

c *Num. aur. à Ful. Vrsin. acceptũ.*



Adiecimus alterius eiusdẽ Valentis numismatis effigiem, Christi nomen in Labaro exhibentis.

d

d *Num. ar. ab Angelo Beuentano acceptum.*



XI. VALENS ORIENTI, VALENTINIANVS OCCIDENTI PRÆFECTI.

Postquam aũt Valentinianus Valentem fratrem in Imperij collegã assumpsit, vt tũ Orientali, tũ Occidentali pariter languẽti Imperio simul consultũ esset, illud opportunum (q̃ videbatur) remediũ excogitauit: nimirũ vt relicto Valente in Oriente, ipse sese transferret in Occidentem: ficq; fore, vt tumultuantes vndiq; barbaros cœrcerent. Eiusmodi itaq; consilio inito, partitis inter se exercitibus, eorumque ductoribus, rebus-q; dispositis, percursis Thraciis, vna simul in Pannoniam descẽdentes, Sirmium peruenêre. Inde tandem ab inuicẽ digressi, Valens reuersus est Constantinopolim, Valentinianus vero Mediolanum se contulit. Hæc omnia pluribus Ammianus. Quæ autem post hæc contigerint, suo loco dicturi sumus.

XII.

e *Sozom. li. 6. c. 7.*

Quod plane memoria dignum hoc in itinere accidisse Sozomenus e tradit, sic se habet: *Vbi*, inquit, *decessit Constantinopoli Valentinianus, perq; Thraciã Romam versus iter fecit: Episcopi Hellesponti & Bithyniæ, & alij omnes, qui Filium Patri cõsubstantialem asserendum putabant, mittunt ad eum pro se legatum Hypatianum Heraclea (quod est oppidum Perinthi) Episcopũ, oratum, vt sibi de doctrina fidei rite constituenda in vnum consentiendi potestas permitteretur. Qui cum venisset ad Valentinianum, & Episcoporum ea postulata exposuisset: respondet ille: Sibi, qui vnus è laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negotiis interponere: Et ideo Sacerdotes & Episcopi, inquit quibus hæc curæ sunt, seorsum per se, vbicunque ipsi lubitum fuerit, in vnum conueniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Lampsaci Concilium cogunt.* hæc Sozomenus. Verũ Lampsacenum Concilium anno sequenti sub primo amborum Imperatorum Consulatu gestum esse, Socrates f tradit: qui & istud ipsum tempus eiusdem Concilij ea quoq; Chronographia certius reddidit, dum celebratũ ait anno septimo post Conciliũ Seleuciæ habitum; est n. is sequens annus, quo de eadẽ Synodo pluribus agenduin erit. Ex hoc itaq; elucidato certo tempore Lapsaceni conuentus anni sequentis, Sozomenæ g erroris arguitur, dum ait, eo itinere, quo Valens fuerat comitatus Valentinianum proficiscentẽ in Italiã, ipsũ Cõstantinopolim redeunti occurrisse apud Heracleã Legatos missos è Concilio Lampsaceno, afferẽtes illi eiusdem Synodi Acta. Sed & hallucinatur idem Sozomenus dum post Concilium Lampsacenum Procopij obortam esse tyrannidem tradit h: quem hoc anno inuasisse Imperium liquet.

VALENTINIANI SCITE DICTVM

TEMPVS CONCILII LAMPSACENI.

f *Socr. l. 4. c. 3. 4. 5.*

g *Sozom. l. 6. c. 7.*

h *Sozom. l. 6. c. 8.*

XIII. PROCOPIVS TYRANNVS.

Fuit hic quidem natione Cilix, propinquus genere Iuliano Imp. cui à Iouiano cura delegata fuit deferendi cadaueris eiusdem è Perside vsque Tarsum ad locum sepulchri: qui postquã suprema persoluit cognato suo, discessit: nec visus est (vt ait Ammianus i) perquisitus studio ingẽti, nisi multo postea, cum Constãtinopoli apparuit subito purpuratus, quod cõtigit hoc ipso anno aut nali tempore, vt ex eodẽ auctore colligitur, dũ ait k, rei gestæ nunciũ esse perlatum ad Valentinianum aduentantem Patrisios prope Kalendas Nouembris. confirmatur id ipsum, dum idem auctor subdit de Valente, æstiuis iam elapsis caloribus, nuncium de ea re accepisse, cum esset Cæsareæ Cappadociæ. Hic n. ob propinquitatem Iuliani, quem sine liberis esse sciebat, adhuc viuente ipso, ad Imperium anhelabat. quo occiso, increbrescẽte rumore, eiusdem Iuliani fuisse vltimam voluntatẽ, vt in Imperium sibi substitueretur Procopius, istud ipsum auidius expetebat. Quamobrem noui Augusti vitans inuidiam, longius recedens, ad dictum tempus vsque delituit: atq; opportunam nactus Valentis absentiã, coacto illo progredi ob tumultus Gothicos in Cappadociam, sese pauens licet dubiusq; infudit in Vrbem; vbi à paucis admodum primo, inde vero à vili plebecula acclamatus est velut in scenicis ludis Augustus, nemine resistente. Sed eiusmodi leuitas paulatim aucta viribus, in metuendam tyrannidem creuit, adeoque in arctum postea Valentem cõstrinxit, vt abijcere purpuram, ac priuatus euadere aliquãdo decreuerit; fecisseteque, nisi fuisset à comitibus impeditus. Habet hæc omnia pluribus Ammianus. Adiutum aurẽ primum omnium fuisse Procopium ab Eugenio eunucho consilio & opibus, auctor est Zosimus l.

i *Ammian. lib. 25.*

k *Idem li. 26.*

l *Zos. l. 4.* XIV.

Extat oratio Themistij clarissimi Philosophi & oratoris, dicta Valenti post debellatum Procoptum, nona ordine, nunc primum Latinitati reddita à R. D. Sextilio Episcopo Alexano, habita collatione cum quatuor Vaticanæ Bibliothecæ exemplaribus, licet admodũ deprauatis: est ipsa apud me nondum edita. Quod enim prudens Philosophus odoratus esset sæuitiã hominis, quæ postea pluribus exemplis innotuit; totus in eo versatus est argumẽto, vt commẽdet inter alias virtutes potissimum in Imperatore clementiam; & ad eam rem illi persuadendam innumeris propemodum è diuersis locis petitis vsus sit rationibus atq; auctoritatibus: quod vero è diuinis Scripturis, licet alijs fucatum coloribus, mutuatus esse videtur exemplũ, vt vendicemus nostra, hic reddẽdum putauimus: ait enim, *Ego aliquãdo sub audiui Assyriorũ picturas id ipsum repræsentantes, nempe, Regis mentem in palma Dei repositam. Et periculum*

animaduertere oportet, quantum sit ei, qui in actionem à Deo alienam prorumpit, cadere ex manu conseruante, &c. Quis non sentiat Assyrios, quibuscum Hebræi assueuerunt, è Salomonis Prouerbiis eam accepisse, quam pictura quoq; putauerunt decorandam esse sententiam; vbi ait *a*: *Cor Regis in manu Dei, quocunque voluerit, inclinabit illud.* De his autem, qui Procopium secuti essent, hæc eadem oratione Themistius: *Non n. æquali pœna dignos putasti eos, qui ab initio seditionem consultarunt, & eos, qui ab armis abducti sunt, & hos, qui se submiserunt illi, qui iam vincere videbatur: sed alios condemnasti, alios reprehendisti, cum alii vero vna doluisti*, &c. At inter hæc & Persici motus & Gothorum progressio haud mediocrem timorem incutiebant.

a Prou. 21.

XV. EXPEDITIO GOTHICA.

Cæterum quod ad expeditionem Gothicam pertinet: quoniam eodem ferme tempore Valens Persici tumultus timore perculsus Antiochiam cogitabat: *ad coercendos ingruentes Gothos, attingentes collimitia Thraciarum* (inquit Ammianus *b*) *sufficiens equitum adiumentum & peditum mitti iussit ad loca, in quibus barbarici timebantur incursus*, cum ipse festinans in Syriam, in Bithyniam primo, indeq; profectus in Cappadociam, iamq; egressurus Cæsaream, Antiochiam versus, ipso autumnali tempore, de tyrannide Procopij Cõstantinopoli excitata, per Sophronium Notarium didicit: quando ille consulturus Imperio, posthabita Syria, abijt in Galatiam. Quæ autem hoc anno per Procopium aduersus Valentem feliciter gesta sunt, & sequenti maioribus viribus actitata, idem auctor prosecutus est plurib. vsque ad annum post sequentem, quo tyrannus tandem proditione extinctus est, vt suo loco dicemus. Ex his quoque & illi errare *c* conuincuntur, qui proscriptionem Episcoporum per Valentem factam, eiusq; accessum Antiochiam, hoc ipso vel sequenti anno recensent, quibus nullum prorsus fuit Valenti otium ab infectione Procopij. Plane accidit, vt cum res gestæ temporibus suis minus accurate reddantur, quantumlibet veræ atq; exploratæ videri possint, ambiguæ tamen ex ipsa sui confusione fiant. Nos igitur exquisita temporum ratione, cuncta, quæ sub Valente in Oriente sunt facta, inferius explicaturi sumus.

b Ammian. lib 26.

c Sozam. l. 6 c. 13.

XVI.

Hoc item ipso anno eoque tempore, quo Procopius inuasit Imperium, Maximus Philosophus Ephesius, ille qui Iuliano adhuc adolescẽtulo insidiabatur impietatemq; & ad obitum vsq; eodem veneno nutriuerat, è cuius fonte omnem in Ecclesiam sub Iuliano persecutionem deriuasse creditum est: iussu Valentis Imperatoris merita pœna damnatur, sed à Cleatcho Asiæ Proconsule Valentis pernecessario ex insperato liberatur. Rem gestam Eunapius Sardianus *d* eiusmodi narratione prosequitur: *Inde Valentinianus, & Valens eius frater, rerum potiti sunt. Quo tempore Maximus & Priscus simul in custodiam abripiuntur, diuersa longeq; alia accita vocatione, quam cum à Iuliano fuerant accersiti: illa enim erat theatha alia quod animosos, & ad amplos honores facem præferebat: sed in secunda hac periculum prima facie, nedum spes aliqua boni ostendebatur: vsq; adeo magnæ & insignis cuiusq; ignominia terror oculis offundebat se. Porro Priscus nihil passus mali, & publico testimonio vir bonus declaratus, in Graciam redijt, quo tempore huiusce commentarij scriptor adhuc puer in pubertatu limine constitutus literis erudiebatur.*

d Eunap. vit. Philosoph. MAXIMVS PHILOSOPHVS DIRA PATITVR.

XVII.

Maximus vero, cum & publice in theatris, & priuatim apud Imperatorem traduceretur valido clamoribus à populo, admirationi etiam sic erat, quod tantas ercto animo perferret ærumnas atque incommoda: grauissimos interim illi cruciatus admouerunt, tantam irrogantes multam pecuniariam, cuiusmodi summam bono Philosophiæ dedutus nunquam audisse potuit: suspicabantur namque illum cunctorum opes & fortunas obtinere. Sed mutata sententia posterius, exigua mulcta ei fuit imposita, dimissusq; in Asiam, vt pecuniam, in quam damnatus fuit, dissolueret. Quanta vero sit passus, tragœdia modum excedit: neque temere inueniens aliquem voce bona, & alienis malis gaudentem, qui tanti viri miserias & incommoda verbis explicare posset. Nam schaphismus, supplicium Persis vsitatum, præ tormentis huic illatu paruum fuerit. Taceo malebria & procacia tortorum ludibria, dum exquisitis pœnis corpus differunt, & vxor primaria fœmina, quæ præsens erat, mariti sortem miseratur. Cuius, modus supplicij vllius esset, eaq; incrementis augescerent; orauit vxorem, vt medicatam sibi potionem emeret, qua porrecta à malis eriperetur. Ea vero emit, secumque allatam cum ille poscret, bibere præoccupat: quam mox examinatam necessarij & genere proximi sepultura afficiunt: sed Maximus bibere supersedit. hæc ipse. at quomodo liberatus fuerit, ista subdit:

MAXIMI PHILOSOPHI CRVCIATVS.

XVIII. CLEARCHVS PROCONSVL LIBERAT MAXIMVM.

Hic mihi omnis eloquentia, & quicquid laudum natio poetarũ canere posset, inferior fuerit factis Clearchi. Is fuit è Thessprotis oriundus, opulento genere, illustri & secunda fama: qui mutatis iam rebus, Valentiniano ad Occidentis Imperium translato, & Valente extremis inuoluto periculis, nec de Imperio iam, sed de capite & vita periclitante (nam Procopius rebellans cum innumeris copiis vndiq; vires illius ita carpebat, vt ad pacliones descendere cum compulerit) totitunc Asia cum Imperio præfuit. & inferius: *Ea tempestate nactus Asiam sanam & morigeram Clearchus, inuenit ibi Maximum quæstionibus admotum, & in equuleo distentũ. Postulat hic locus, vt diuinum facinus eloquar (siquidem inexpectatus rei successus iure summo alij nemini acceptus ferendus est, quã Deo.) Nam satellites ille omnes, qui indefessis assiduisq; viri tormentis adhibiti fuerant, maiori vi fugam capere coegit, Maximum vinculis exoluit, corpus cur aut reficiendi, sua q; illum mensæ admonuit, &c. Si igitur opera Clearchi liberatus est Maximus; qui tamen postea (vt suo loco dicetur) magiæ iterum iudicio postulatus, dato capite meritas luit pœnas: licet Eunapius & ipse Ethnicus Ethnici excuset facinus, prædicet q; virtutes. At non Valens tantum, sed & Valentinianus* (inquit Zosimus *e*) *Maximo Philosopho succensebat, criminationis cuiusdam memor, quã ille Iuliani temporibus aduersus ipsum Valentinianum struxerat, quasi propter religionem Christianam ille sacris in ritus impie delapsus esset.* addit que eosdem Imperatores infestos fuisse ijs, quos scissent fuisse Iuliano cariores. Certè quidem de Oribasio Philosopho ac medico Iuliani, idem, qui supra, tradit Eunapius, fuisse proscriptum, atque ad barbaros exulem amandatum: sed cum apud eos medicæ artis studio summam sibi conciliasset gratiam, fuisse ab ijsdem Imperatoribus postliminio restitutum affirmat.

e Zos. li. 4.

XIX. LEX AD-VERSVS NOCTVRNA SACRA.

Porro sicut Iuliani magos Christiani recentes Imperatores exagitarunt, ita & idololatras pariter insectati sunt; scripta aduersus eos eiusmodi lege ad Secundum Præfectum Prætorio *f*:

f l. 7. de malef. C. Theod.

Ne quis deinceps nocturnis temporib. aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur: Detectum atq; conuictum competenti animaduersione mactare, perenni auctoritate censemus. Dat. V. Id. Sept. Dino Iouiano & Varroniano Coss. Huius plane legis meminisse videtur Zosimus, quam in Græcia Prætextati Procos. precibus agentis apud Imp. Valentinianum fuisse abrogatam, tradit his verbis *g*: *Et quia legum quoque promulgationes instituere decreuerat, exorsus ab ipso lare (quod aiunt) nocturna sacra fieri prohibuit. qua lege coercere volebat ea, qua scelerate designarentur. Sed cum Prætextatus, quipro Consule Graciam administrabat, vir omni virtute præstans, hanc legem diceret vitam inamœnam & acerbam Græcis paraturam. si futurum esset, vt mysteria sanctissima, quæ genus humanum continerent, prohiberentur: per agi ea vtè, vt legis suæ cessante permissu; ita tamen, vt omnia secundum patrias consuetudines, quales ab initio fuissent, perficerentur.* hæc Zosimus de Prætextato, quem vehementissimum fuisse Gentilitiæ superstitionis defensorem ex multis constat, de quibus suis locis dictum sumus.

g Zos. li. 4. PRÆTEXTATVS IDOLATRIÆ DEFENSOR.

Cæterum inter alia nocturna Gentilium sacra, titus ille erat, cuius S. Augustinus *h* his verbis meminit: *An non sacrificauit, qui imagines idolorum per noctem ludentes (quod Nocturnum vocant) libentissime spectauit? Sacrificauit prorsus, sacrificauit*, &c. Porro Valentinianum Augustum hoc sui Imperij exordio dedisse legem, vt quisque quam vellet religionem coleret, idem ipse in alio à se postea dato rescripto testatur *i*. Haud enim idolorum cultura, quam altas sub Iuliano radices fixisse sciebat, actutum sibi videbatur posse conuelli.

XX.

h Aug. de tempore Barb. c. 4.

i l. 9. de malefic. & mathemat. C. Theod.

Rursum vero quos arcuisset Iulianus à docendo Christianos professores; ijdem Imperatores Valentinianus & Valens, sancita lege, honorifice reuocarunt, sic rescribentes hoc anno ad Mamertinum Præfectum Prætorio *k*.

PROFESSORES CHRISTIANI RESTITVTI.

k l. 6. de med. & profes. C. Theod.

Si quis

*Si quis erudiendis adolescentibus vita pariter & facundia idoneus erit: vel nouum instituat auditorium, vel repetat intermissum. Dat. III. Id. * Læn. Diuo Ioniano & Varroniano Coss.*

* Ian.

IESV CHRISTI
Annus 365.

LIBERII PAP. Annus 14. VALENTINIANI VALENTIS IMPP.2.

I. ANNO Christi trecentesimo sexagesimo quinto Valentinianus & Valens Augusti creati sunt Consules. Quibus Cõsulibus (inquit Socrates *a*) septimo scilic. anno post Concilium Seleuciæ sub Constantio Imperatore habitum, Lampsaci ciuitatis in Hellesponto Concilio celebratũ est. Porro huius celebrandæ Synodi causa potissima illa fuit, vt horrẽdas blasphemias editas in Constantinopolitano Conciliabulo ab Eudoxio, Acacio, & alijs Arianorum deterrimis, penitus aboleret, fidemq; Antiochenam nouissimè Seleuciæ cognitam stabiliret. Qua in re illud primum animaduertendũ est, errare Sozomenum, atque cæteros omnes, qui putarunt eiusmodi Concilio à Catholicis, qui fidem Nicænæ cõfessionis, nempe *consubstantialitatẽ* Filij Dei tuerẽtur, habitum esse, quod liquido cõstat à Semiarianis esse cõfectum; ab illis scilicet, qui sic Arianos oppugnarẽt negantes Filij Dei cum Patre similitudinem atq; substantiam, vt tamen nequaquam essent assertores Nicænæ cõfessionis, qua idem Filius Patri *consubstantialis* asseritur. Cur autem qui prædicarent diuinam substantiam in Filio, non æquè eundem dicerent consubstantialem; & quinam in his lateret hæresis error, pluribus superiore tomo, atq; sæpius dictum est. Quod igitur hi hostes viderentur Arianorum negantium diuinam substantiam atq; similitudinem Filij, visi sunt respectu illorum esse Catholici, vt ex Hilario suo loco superius demonstrauimus: inde errandi occasio data est Sozomeno atq; aliis pluribus, vt dicerent; à Catholicis celebratum esse Concilium, quod certo cõstabat aduersus Arianos esse peractum.

a Socr. l.4. c.4. CONCILIŨ LAMPSACENVM.

II. Cæterum te vera ab hæreticis eiusmodi habitum esse conuentum, plura sunt, quæ id manifestè declarant: vt illud in primis, quod nequaquam in eo Nicæna confessio cognita atque probata fuit, vt par erat peragi in Synodo Orthodoxorũ, prout in aliis omnibus factũ vidimus; sed professio Antiochena tantum *b*, quã Catholici (vt dictũ est superius) vt imperfectam, & quæ haberet fraudem inclusam, tẽsuerunt. Basilius præterea Lampsacenam confessionem inter eas adnumerat, quæ ab hæreticis diuersis in locis editæ sunt; vt cum ait *c*: *Nunquam ad veram innouationem consensimus: fides apud nos non alia in Seleucia, alia Constantinopoli, in Zelo alia, & in Lampsaco alia & alia Romæ.* quæ (vt paulo post dicemus) ab isdem edita est. cõ. à Liberio, vt cõmunicationem Catholicam acciperent. Et alibi idem Basilius *d*: *Quoties*, inquit, *fidem exponendo nos arcuit? Ancyra dederunt aliam, Seleucia aliam, alium Constantinopoli, diuulgatam illam, & aliam in Lampsaco postea, & quam dederunt in Nicæa Thraciæ, & iam aliam in Cyzico, de qua cæteris ignoro, hoc tamen audeo, quod silentio omisso. Consubstantialis confessione, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον similitudinem quandam essentiæ circumferunt. & præterea blasphemias contra Spiritum sanctum cum Eunomio conscribunt.* hæc de his, qui Lampsaci & alibi conuenerunt, Basilius.

b Socr. l.4. c.4. c Bas. ep. 52. d Bas. ep. 82. CONCILIŨ LAMPSACENVM CELEBRATVM AB HAERETICIS.

III. Attamen quod cogendæ huiusmodi Synodi non erat ille Semiarianorũ scopus, vt fidem Nicænam Catholicã impugnarent, sed vt (quod dictum est) execrarentur editã Constantinopoli portentosam illam fidei formulam: hæc de causa, tanquam actuari negotium Catholicæ fidei, quos possent ad Lampsacenũ conuentum aduersus Eudoxium & eius sectatores, conuocare conati sunt, imo & alios accersere, etiamsi non essent Episcopi, sed insignis nominis viri, vt Basilium Magnum adhuc inter monachos in Põto degentem. testatur enim id ipse de se ad Eustathium Sebastenum scribẽs (erat hic omniũ fermè anteſignanus, qui Lampsaci conuenerunt) *Me Lampsacum*, inquit, *cum pluribus compressum Episcopi aduocastis. Nonne de side erant sermones nostri? Nonne per omne id temporis disputationi nobis contra hæresim præsto erant Actuarij tui? Non mecum erant toto illo tempore germanissimi tui discipuli? Cum quorum contubernio immiserem, vnaq; cum illis in precationibus pernoctarem, absque vlla contentione assidue dicens & audiens, quæ ad Deum pertinent: an non euidentes illic animi cogitationum, mearum notas & indubia exhibui?* hactenus Basilius ad sui defensionem, quod adhuc monachus ab hæreticis hæresis infamaretur, sed de his inferius pluribus.

c Bas. ep. 79. CATHOLICI QVOQVE VOCATI AD CONC. LAMPSACENVM.

Quot autem Episcopi conuenerint Lampsaci, nusquã expressum memini me reperisse. Cæterum cõgruerent bella ciuilia, haud adeo frequentem fuisse concentum possumus existimare. quod & illud quoq; demonstrare videtur, dum non vno tantum in loco eiusdem factionis Episcopis in vna Synodo coire concessum fuit, sed diuersis in locis ab ijsdem sunt eadem actitata, vt proximè dictum sumus. Quid verò in Lampsaceno Concilio actum sit, Sozomenus docet his verbis: *Lampsaci Cœlium cogunt: atque vbi ad bimestre spacium de rebus fidei deliberatum est; tandem decernunt, acta Constantinopoli, opera ac studio Eudoxij & Acacij cum suis sanctra, abrogãda esse: deinde formulam fidei, quam velut ab Episcopis Occidentalibus editam explodendam protulerant, quoslamq; ad eidem subscribendum impulerant, facto promisso, quod opinionem eorum, qui Filium Patri dissimilem prædicant, penitus reijcerent: cui promisso nentiquam steterant; Tum doctrinam illam ratam fore, quæ Filium Patri substantia similem asseret: nam adiectionem huius vocis, Similis, ad plenam personarum distinctionem necessariam esse. Porro formulam fidei in consecratione Ecclesiæ Antiochenæ editam, & Seleuciæ omnium Episcoporum consensu confirmatam, in omnibus Ecclesijs tenendam. Quin etiam, vt qui ab ijs, qui Filium Patri dissimilem asseuerabãt, abdicati essent, suas ipsorum sedes, vtpote Ecclesijs per nefas eretas, denuo reciperent. Quod si quis eos insimulare vellet, pari periculo obnoxium fore: Iudicesq; constituti Episcopos tum illius gentis Orthodoxos, tum alios, qui ex finitimis proximos ad eam ipsam conuenirent Ecclesiam, in qua testes sunt rerum à singulis in vita gestarum.* hæc fuisse in Synodo decreta, Sozomenus affirmat. eadem quoque Socrates g paucis his: *Lampsaci in vnum cõuenientes, abs formulae fidei formulam Antiochiæ olim editam deinceps tam confirmauerant, (eidem etiam Seleucia dudum subscripserant) illam, qua Arimini tamprimùm ab Episcopis, quos consentiendi decretione habebant opinionem, exposita fuit, anathemate cõdemnarunt. Rursus q; contra Atianum & Eudoxium, vtpote iure audacter, tulere sententiam.*

IV. QVID ACTVM IN SYNODO LAMPSACENA. f Sozom. l.6 c.7.

g Socr. l.4. c.4.

Quæ (inquit Sozomenus *h*) *cum decreuissent, & Eudoxianos non vocassent solum, verum etiam locum illis dedissent pœnitentiæ: hæ tamen minime obtemperarent decreta omnibus vbiq; Ecclesijs significarunt. At quoniam suspicabantur (vti erat certe verisimile) Eudoxium aulam Imperatoris ad suas partes fouendam inducturum, atque ipsis calumniam intentaturum, statuerunt eius conatum præuertere, & acta Lampsaceni Concilij Imperatori indicare: quod & fecere, &c.* Erat tamen (vt dictum est) auctor, cùm subdit, Legatos Synodi ad Valentem missos ei occurrisse, cum relicto Thracie rediret Constantinopolim: nam ea præterito anno contigerunt, hæc autem præsenti, tempore belli excitati inter Procopium & ipsum Valentem. Consultius itaque Socrates de Eudoxio ait *i*: *His rebus*, Lampsaci scilicet, *in Synodo statutis Eudoxius Constantinopolis Episcopus nullo modo refragari potuit: nam bellum, quod à populo, duce Procopio, tam concitatum erat, impedimento fuit, quo minus se de illis vlisceretur. Quapropter Elusium Cyzici Episcopum (erat hic Eudoxio & Acacio aduersarius) vna cum suis tum superiores partes adeptus, ad aliquod temporis spacium dogma illud, quod à Macedonio eius auctore nomen inuenit, quodq; tunc paulo ante in Concilio Lampsaceno multo euidentius omnibus patefactum fuit, propugnauit. Istud Concilium causam quidem fuisse arbitror, cur Hellespontus (est enim Lampsacus in angusto Hellesponti sinu posita) tanta Macedonianorum frequentia abundaret. Hoc quidem Concilium talem habuit exitum.* hucusque ipse: ex quo sane & illud redditur exploratum, præter confessionem Antiochenam ibi professam, additam ibidem fuisse ab ijsdem Semiarianis Spiritus sancti Diuini-

h Sozom. l.6 c.7. DAMNATVR EVDOXIVS CVM SVIS.

i Socr. vbi supr. c.4. MACEDONII NOMEN RESTITVVNT.

tatis

tatis ex sententia Macedonij negationem. Quæ verò tum à Legatis Synodi, tum ab Eudoxia gesta esse cum Valente Imperatore Sozomenus tradit, ei omnia contigisse anno sequèti post extinctum Procopium, constat, siquidem hoc anno ab iq; vlla temporis intermissione Valens acerrimè à tyranno vexatus est, atque ad vltimum fere discrimen adductus.

VI. LEGATIO EX CONCILIO LAMPSACENO.

Porrò qui Lampsaci conuenere Episcopi, illud quoq; præstitere, vt quæ ab ipsis statuta essent, ad aliarum Ecclesiarum suæ communionis Episcopos mitta, ab isdem cõfirmarẽtur. Illi enim diuersis in locis itidem tunc temporis coeuntes, ex eorum sententia, qui conuenerant Lampsaci, cõmuni omnium consensu scripsere synodales Epistolas ad Occidentales Episcopos, deferẽdas per Legatos ad hoc ipsum delectos; qui nomine omnium omnes pariter Occidentalis Ecclesiæ, ac præcipuè ipsum Romanum Antistitem conuenirent, à quo & Catholicam communicationem expeterent, imo fallaciis ad hoc compositis extorquerent. Cæterũ quod ad legationis huius tẽpus pertinet; equidẽ perperam recensetur à Socrate *a* sub Cõsulatu Valentiniani & Valentis secũdo, tertio ab hinc anno. Nam si ex Synodo Lampsacena missa est legatio atq; literæ scriptæ, quam ipsorum assertione constat hoc anno fuisse celebratam, nec vltra bimestris temporis spacium perduralle: quonam pacto, quæso, accidere potuit, vt post triẽnium ex Concilio Lampsaceno legatio missa fuit? Nec est, quod dici possit, aliarum Synodorum, quarum mẽtio in libello legationis est, tempus ad triẽnium esse dilatum: cum constet illud tempus nequaquam Liberiũ peruenisse, sed Damasum Romanæ Ecclesiæ præfuisse Pontificem, sequẽti anno ipso Liberio ex hac vita subducto. Itaque vel hoc anno, vel sequenti ad summum, ante Liberij tamen obitum, hanc legationem missam Romam, affirmare necesse est.

TEMPVS LAMPSACENÆ LEGATIONIS. *a Socrat. lib. 4. c. 12.*

VII. VAFRVM CONSILIVM HÆRETICORVM.

Mirum dictu: qui Lampsaci, aliisque in locis eiusdem factionis conuenerunt Episcopi, facinus excogitant temerarium atq; pudendum. Cum enim complures ex illis, qui Concilio Lampsaceno damnassent Eudoxium, ijdem vero, quod olim in Concilio Constantinopolitano eidem obsecuti fuissent, ob eam causam suis ipsorum sedibus à Catholicis priuati essent, vt inter alios Eustathius Episcopus Sebastiæ minoris Armeniæ, qui ob communicationem cum Eudoxio, à Concilio Melitinẽsi fuerat sede depositus, vt S. Basilius *b* tradit: hi, inquam, vt sedes, quibus iuste priuati erant, recipere possent, viam illam ad mueniunt, vt simularent se esse Catholicos, fideique Nicænæ obseruantissimos, libellumque offerent Liberio Romano Pontifici; cuius auctoritate in suas ipsi restituerentur Ecclesias. Deliguntor ad hoc Legati, qui tum è Synodo Lampsacena, tum ex aliis eodem tempore conuocatis, in Occidentem ad Romanum Pontificem proficiscerentur; quo coram ij so edita nomine omnium fidei cõfessione Catholica, tum ipsius, tum omnium Occidentalium Episcoporum communicationem aucuparentur, nec non etiam gratiã inirent cum Imperatore Valentiniano in Galliis tunc in expeditione agente: quorum tanto fulti præsidio, nihil esset quod timerent Eudoxium Constantinopolitanum Episcopum, acerbissimum hostem.

b Basil. ep. 74

VIII. LEGATI AD LIBERIVM PAPAM MISSI.

Quod igitur probè scirent, nullam vnquam se à Romano Pontifice extorturos fore communicationem, nisi cum Nicænæ fidei confessione: improbè illud statuunt, vt ad tempus mentiantur se esse Catholicos, rectamq; fidem afferant, quã nec si veller, posset Liberius ipse reijcere. His igitur in hunc modũ dolosè compositis, mercibus fraudum onusti Legati nauigant in Occidentem, delecti illi quidem ex omnibus, qui essent omnium audacissimi, & ad fingendum maximè præ cæteris comparati. Fuerunt hi Eustathius, Theophilus, & Siluanus, de quibus Socrates *c*: *Itaque Eustathium Sebastiæ Episcopum, qui sæpenumero abdicatus fuisset, Siluanum, Tarsi Ciliciæ, & Theophilum Castabalorum vrbis Ciliciæ mittunt, illisq; in mandatis dant, vt cum Liberio neutiquam de fide dissentiant, sed communicent cum Ecclesia Romana, fidemq; Consubstantialis ratam faciant. Isti cum litteris eorum, qui Seleucia de fide dissenserant, ad veterem vrbem Romam se conferunt: cum Imperatore minime colloquuntur (erat enim in Gallia in bello contra Sauromatas gerendo occupatus) sed Liberio litteras offerunt. Ille eas recipere noluit: nam eos sectæ Arianæ fautores esse dixit, & propterea ab Ecclesia non posse recipi, vtpote qui fidem Concilij Nicæni abrogassent. Cui illi respondent se pœnitentia adductos, veritatem agnouisse: fidem eorum, qui Filium Patri dissimilem esse docent, iampridem reiecisse: Filium in omnibus Patri simile: in consiteri, atque illam vocem, Similem, nihil à voce. Cõsubstantialis discrepare. Quæ cum dixissent, Liberium postulat ab eis vt opinionis suæ declarationem scripto mandarent. Illi libellum ei obtulere, in quo verba in fidei formula Nicææ edita comprehensa fuere perscripta. Epistolas, quas pactis conuentis ab vrbe Smyrna, quæ est in Asia à Pysidia, Isauria, Pamphilia, & Lycia scripserunt, hoc loco citare, ne fim longus, non est consilium. Libellus autem, quem Legati cum Eustathio missi Liberio dederunt, sta se habet.*

Domino fratri & collegæ nostro Liberio, Eustathius, Theophilus, & Siluanus in Domino salutem. Vt omnem occasionem insanæ hæreticorum confidentiæ, qui Ecclesiæ Catholicæ graues afferunt offensiones, omnino auferamus: Concilia Episcoporum recte de religione sentientium, quæ Lampsaci, Smyrnæ, aliisq; variis in locis aliquando habita fuerunt, nostro approbamus consensu. Atq; quo magis cõstet nos eisdem assentiri, hanc obimus legationem; litteræq; ad tuam benignitatem, & ad omnes alios Episcopos Italiæ, aliarumq; regionum ad Solem occidentem vergentium attulimus: ex quibus planum fiet, nos fidem Catholicam tenere, seruareq; quæ in sacrosancto Concilio Nicæno, temporibus beati Constantini Imperatoris, à trecentis decem & octo Episcopis confirmata fuerit, atque adeo inuiolata stabiliq;, vsque ad hodiernum diem perpetuo permanserit: in qua vox, Consubstantialis, ad peruersam Arij doctrinam expugnandam, sanctè vtecq; posita est. Nam propriarum manuum subscriptionibus plane consitemur, nos non aliter atque illos Patres, quos diximus, sentire, sed eandem fidem cum illis & antehac seruasse, & iam seruare, & ad extremum vsque spiritum seruaturos esse: Arium autem, impiam eius doctrinam, discipulos, opinionis fautores, quin etiam omnem hæresim Sabellij, omnes Patropassionos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, & Pauli denique Samosatensi sectatores penitus condemnare. Istorum doctrina, omnib. idem cum illis sentientibus, omnibus etiam hæresibus, qua sacrosanctæ fidei predictæ à sanctis Patribus piè & Catholicè in vrbe Nicæa expositæ aduersantur, item fidei formulæ in Concilio Ariminensi recitatæ, vtpote fidei sancti Concilij Nicæni, quam diximus, prorsus repugnanti (cui quidam dolo & quorundam peruersis, propter nomen vrbis Nicææ, quæ est in Thracia, fraudulenter inducti, Constantinopoli subscripserunt) nominatim anathema inducimus.

IX. LIBELLVS FIDEI LEGATORVM AD LIBERIVM PAPAM.

Fides autem tum nostra, tum eorum, quos supra diximus, quorumq; legationem obimus, est hæc quidem: Credimus in Deum Patrem omnipotentem, omnium rerum & visibilium & inuisibilium effectorem. Et in vnũ vnigenitum Deum, Dominum Iesum Christum Filium Dei, genitum ex Patre, hoc est, ex substantia Patris: Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verũ de Deo vero: genitũ, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, siue quæ in cælo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descẽdit, & incarnatus est, & homo factus est: passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cælos, & venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Illis autem, qui asserunt, tempus aliquando fuisse, cum non esset, aut non ante fuisse, quam natus esset; aut ex iis, quæ non sunt, constare, aut ex alia, quam ex Patris substantia, vel essentia, cõstare, aut Filium Dei posse conuerti & mutari, anathema indicit Catholica & Apostolica Ecclesia. hęc fuit horũ plenissima Catholicę fidei confessio, cui mox adiecerunt subscriptionem ijdem Legati his verbis: *Ego Eustathius Episcopus vrbis Sebastiæ, Theophilus & Siluanus, Concilij Lapsacensis, Smyrnensis, & cæterorum Legati huic fidei nostræ declarationi manibus nostris, nostraq; ipsorũ voluntate subscripsimus. Quod si quis posit hanc fidem à nobis expositã, aut contra nos, aut contra illos, qui nos miserunt, aliquod crimen adduxerit, cum tuæ sanctitatis litteris ad Orthodoxos Episcopos, quos tua pietas probauerit, veniat, & coram illis nobiscum de eo disceptet; & si quid offensum esse conflaterit, in auctorem illius vindicetur.* At non tantum ipsi subscripsere Legati, sed & suæ ipsorum subscriptioni nomina quoque subiecerunt Episcoporum, à quibus missi eorum nomine legatione fungebantur: quod testantur Liberij litteræ ad eosdem redditæ. *Ac isto libello* (subiungit

X. CONFESSIO FIDEI CATHOLICÆ.

Socrates)

c Socr. l. 4. c. 12.

Socrates) Liberius Legatos tanquam sponsione obstringens, in cõmunionem recepit, datisq; illis litteris, dimisit. Porro ex recitato modo libello Liberio à Legatis dato, satis perspicuè demonstratur, illum scriptum esse ante persecutionem à Valente in ipsos Semiarianos atq; Catholicos excitatam: siquidem nulla prorsus in ea mẽtio persecutionis habetur, cuius primum omnium meminisse oportuisset. Sed iam Liberij litteras redditas ad Orientales, à Socrate descriptas, hic recitemus.

XI. *Hythio *Hypatechio LITTERÆ LIBERII PAP. AD ORIENTALES. *Macari

Dilectis fratribus & collegis Hypatio, Cyrillo, Hypæchio*, Vranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Severo, Dydimioni, Brettanio, Callicrati, Dalmatio, Ædesio, Eustachio, Ambrosio, Gelonio, Pardalio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Stenello, Ioanni, Macario*, Charisio, Siluano, Photino, Antonio, Ayco, Celso, Euphranori, Meletio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eustachio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieracio, Leontio, Philagrio, Lucio, & omnibus in Oriente Orthodoxis Episcopis, Liberius Episcopus, Italiæ, & aliy Occidentis Episcopi, in Domino semper salutem. hæc nomina ipsi libello fidei à Legatis dato erant apposita.

XII. *Vestra littera fratres dilecti, luminecq; fidei illustrati, de pace & concordia Ecclesiæ per honoratissimos fratres & Episcopos Eustathium, Siluanum, & Theophilum ad nos perlatæ, nobis maximam maximeq; optatam lætitiam attulerunt. Id adeo in primis, quod vestras sententias & opiniones, tum cum mea, qui infimus omnium sum, tum cum aliorum Episcoporum Italiæ, cæterarumq; omnium regionũ versus Occidentem, sententijs consentire concordareq; ostenderunt, atq; adeo confirmarunt. Hanc autem Catholicam & Apostolicam fidem agnoscimus, quæ vsque à Concilio Nicæno hactenus integra stabiliq; permansit. Hanc illi ipsi Patres se habuisse confessi sunt: atque adeo mira alacritate & gaudio completi, omnia absurdæ opinionis vestigia, omneq; eius quasi scintillas relictas sustulerunt. Hancq; fidem non solum apud populum cõcionando, verum etiã sedulo scribendo, omnib. proposuerunt. Cuius quidem exemplar hu litteris necessario subiungendum duximus, ne qua hæreticis ad insidias tendendas relicta sit occasio: quam quidem nacti, de integro faces suæ malevolentiæ in Ecclesiam intentent; magnaq; dissidiorum incendia (vt illis in more positum est) excusciant. Nam & hoc ipsum confitentur honoratissimi fratres nostri Eustathius, Siluanus, & Theophilus: nimirum & se ipsos & vestram charitatem semper hanc fidem seruasse, & ad extremum vitæ diem seruaturos esse; videlicet quæ fuerit à trecentis decem & octo Episcopis Orthodoxis in vrbe Nicæa probata; quæq; & perfectam complectatur veritatem, & hæreticorum multitudini ora obturet; eorumq; doctrinam penitus euertat. Neq; enim tam ingens Episcoporum numerus fortuito, sed Dei nutu & voluntate ad furorem Arij comprimendum coactus est. Imo vero eorum numero beatus Abraham tot hominum millia per fidem profligauit. Quæ quidem fides vi & nomine Consubstantialis, comprehensa, tanquam propugnaculum firmum & inexpugnabile, omnes impetus & nefarias pestiferæ opinionis Arij machinas retudit, reprimitq;.*

XIII. QUID GESTVM IN CONCILIO ARIMINENSI. *Et quanquam nequam & scelerati Ariani effecere, vt omnes Episcopi Occidentis Arimini in vnum cogerentur, quo ibi vel persuasione, vel (vti verius dicam) Imperatoris auctoritate, illud, quod erat ad summam cautionem in fidei formula positum, aut tollerent, ad peruertendã efficiarentur: nihil hac fraudulenta molitione omnino profecerunt. Nam omnes illi fere Episcopi, qui Arimini conuenerant, quiq; vel fallacibus inescati illecebris, vel vi compulsi à fide tum quidem defecerant: nunc tamen ad sanã mentem reuersi, fidei formula ab Episcopis Arimini conuocatis editæ anathema denunciarũt, & fidei Catholicæ & Apostolicæ Nicææ confirmatæ subscripserunt, & nobiscum iam vna communicãt. Omnes illi, inquã, in præsentia maximo iracundiæ æstu contra dogmata Arij, eiusq; discipulos exardescunt. Quam rem vestræ charitatis Legati cum explorate cognitam planeq; perspectã habuerint, suæ ipsorum subscriptionis vestræ nouã nouitatem adiunxere. Ario aũt & decretis Arimini contra fidem Nicæa stabilitam sancitis (quib. item vos per versutas blandicias in fraudẽ inductis cum iureiurando adhibito subscripsistis) anathema edixere.*

XIV. CONCORS FIDES CATHOLICA OCCIDENTALIVM. *Quapropter nobis videbatur consentaneum, litteras ad vestram charitatem perscribere, vobisq; iusta & æqua petentib. opem ferre: præsertim cum per confessionem vestrorum Legatorum perspicuè intelligeremus, Episcopos Orientis ad sanam sinceramq; mentem reuersos, cum Orthodoxis Occidentis Episcopis in fide concordare. Neque vos ignorare volumus, & blasphemias Arimini contra Filium Dei diuulgatas, iam etiam ab his, qui tum videbantur fraudulenter & repentino impetu à veritate tanquam abreptis, anathemate damnari, & fidei Concilij Nicæi concordi animorum voluntate ab omnibus assensum esse. Quin eam per vestras litteras omnes certiores fieri debent, vt qui per fraudem à recta fide abducti fuerint, iam tandem ex caca hæresis caligine ad clerum diuinumq; lumen libertatis Catholicæ regrediantur. Quj quidem si post hoc Concilium lethale pestilentiæ doctrinæ venenum euomere volucrint, omnesq; Arij blasphemias ex animis suis radicitus euellere, atque adeo illis anathema inducere: scient se pariter cum Ario & eius discipulis, cum his serpentibus, vtpote Sabellianis, Patropassianis, & alterius hæreticæ pranitatis cuiuscunq; modi sectatoribus à communione Ecclesiæ, quæ filios adulterinos non recipit, tanquam fœderis & societatis expertes omnino exclusos esse. Deus vos fratres charissimi, diu seruet incolumes. hactenus Liberij Papæ littera ad Orientales, quibus significabatur, ijsdem, vt Catholicis, Catholicam ab omnibus impertiendam esse communionem.*

XV. LIBERIVS ALIAS LITTERAS DEDIT DE RESTITVTIONE EPISCOPORVM.

Cæterum nõ has tantum pacificas, seu communicatorias litteras Liberius Papa Legatis dedit, sed & alias etiam, quibus Apostolica præcipiebatur auctoritate, vt ijdẽ, qui fuerant antea expoliati sedibus, post professionem fidei Catholicæ habitam suis ipsorum restituerentur Ecclesiis; quarum quidem auctoritate suas singuli receperunt sedes Episcopales. Tanta enim inerat auctoritas Romano Pontifici, vt quantumlibet suspectos homines, & qui hactenus inhæsissent hæreticis; iam Catholicos redditos, eiusdem Romani Episcopi arbitrio, nemo eos recipere detrectaret. Meminit S. Basilius de ijsdem Liberij Papæ litteris, quibus & præcipiebatur, vt inter alios ipse Legatorum primarius Eustathius reciperetur in suam Ecclesiam Sebastenam: qui, eisdem ostensis in Concilio Tyanensi in Cappadocia, confestim suam recepit Ecclesiã. Porro idem Basilius a aperit veternosi hæretici vafrum consilium in suscipiẽdis hisce à Liberio Papa litteris. sed de his agemus paulo post, cum de Concilio Tyanensi sermo erit. Equidem Eustathius se tunc habuit tanquã mimus in scena, dũ vna cum suis Catholicam personam indues habitus vbique est Catholicæ fidei professor atque defensor: cum ita Apostolica auctoritate suffultus, quocumque pergeret, Synodos cogeret, Nicænamq; fidem probandam omnibus anteponeret.

a *Bas. ep. 74*

XVI. b *Socr. li. 4. c. 11.* CONCILIŨ HABITVM IN SICILIA

Quidnam vero redeuntes, inter alia loca, in Sicilia Legati egerint, Socrates b declarat his verbis: *His, inquit, acceptis litteris, Legati cum Eustathio in Siciliam proficiscuntur: vbi Concilio Episcoporum Siculorum conuocato, coram illis similiter fidem Consubstantialis se seruare confitentur: fideiq; formulam in Concilio Nicæno confirmatam, ratam facinnt. A quibus cum literas in eandem cum Epistola Liberij sententiam perscriptas ad Episcopos, qui eos miserant, accepissent, recta reuerterunt. Illis, Epistola Liberij accepta, Legatos ad Episcopos cuiusque ciuitatis, qui fidem Consubstantialis defendebant, oratum mittunt, vt omnes ex vno animorum consensu Tarsum Cilicia, tum ad fidem Nicæni Concilij confirmandam, tum ad omnem contentionem, quæ post illud in Ecclesia oriebatur, dirimendam, commearent. Quod quidem fortasis factũ fuisset, nisi Eudoxius sectæ Arianæ Episcopus, qui tum gratia apud Imperatorem plurimum poterat, obstitisset: qui propter Concilium editum permagna iracundiæ flamma immensus illos grauissimis affecit incommodis. Macedonianos vero per Legatos, quos miserunt, cum Liberio cõmunicasse, fidemq; Concilij Nicæni ratam fecisse, Sabinus etiam in libro suo, De collectione rerum in Concilijs gestarum, perspicuè declarat.* hactenus Socrates. at id de inita gratia Eudoxij cum Valente postea contigit, vt ex Theodoreto suo loco dicemus.

XVII. Antequam autem res ab eis gestas vlterius prosequamur, deque Concilio Tyanæ in Cappadocia ea de causa habito agamus, reliqua, quæ eiusdem legationis tempore in Occidente sunt gesta, ordine prosequamur. Constat ex litteris Illyricorum Episcoporum, Eustathium Legatum cum suis ad eos quoque in itinere profectum esse, atque pariter sicut Romæ & in vniuersa Italia fecerat, fidem Catholicam prædicasse. Quod igitur visi essent Legati rem serio agere, Liberius Papa magnam inde sibi fiduciam comparauit, vt vniuersus Christianus orbis

LIBERIVS PRO FIDE CATHOLICA NATVITER AGIT.

sub vna fide Catholica, ipsaq; processione Nicæna, Ariana hæresi procul ejecta, redigi posset. Qui & ad id ipsum perficiendum haud impigrè laborauit, sed omnes plane Apostolicæ functionis nervos ostendit: nam non satis sibi visum Romæ ea de causa Synodum agere, sed & Legatos tum ad Illyricos, & inde ad Asianos perducēdos, tum in Gallias misit, & ad alias Occidentis provincias, ex more, vt de fide Catholica Orientalium ad Ecclesiam redeuntium vniuersam Occidentalē Ecclesiam redderet certiorem: quod & factum est, antequam Legati remearent in Orientem. Etenim Sozomenus a tradit, eosdem Legatos redeuntes in Orientem vllisse secum litteras ab Episcopis Italiæ, Galliæ, Africæ, & Siciliæ. Tunc autem per Liberium ad Illyricæ Ecclesiæ Episcopos, necnon ad Asianos Legatus est missus; fuit hic (vt ipsorum declarāt litteræ) Elpidius Romanæ Ecclesiæ presbyter, & fortasse ille ipse Elpidius, qui cum Philoxeno alias missus est Legatus à Iulio Papa ad Arianos in Orientem. Quid vero per eundem Apostolicæ sedis Legatum in Illyrico actum sit, literæ Synodales in ipsorum conuentu ab eisdem conscriptæ significāt, quas recitat Theodoretus, sed confuso plane rerum gestarū ordine; dum eas post ordinationem S. Ambrosij Episcopi Mediolanensis perperam collocat; quas hoc tempore Eusthianæ legationis datas esse, exinde litteræ aperte declarant. ipsa autem Synodalis Epistola sic se habet b:

a Sozom. Lib. 6. c. 12. LEGATIO AD ILLYRICOS.

b Theod. lib. 4. c. 8.

XVIII. ILLYRICORVM EPISCOPORVM EPISTOLA SYNODALIS.

Episcopi Illyrici, Ecclesiu Dei, & Episcopis diœcesios Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, & Pacatianæ in Domino S. Cum in vnum essemus coacti, & diu multumq; de salutari Verbo disceptatum esset, tandem conformauimus, Trinitatem consubstantialem esse, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. De qua re consentaneum videbatur litteras ad vos perscribere, non captiose & vafre ea, quæ ad cultum Trinitatis pertinent, tradendo, sed cum humilitate animi de illis decernendo. Has nostras litteras misimus per dilectum fratrem nostrum & collegam Elpidium presbyterum. Est quidem litteris proditum, non in Epistola nostra manuscripta, sed in libris Saluatoris nostri Iesu c Christi: Ego sum Pauli, ego vero Apollo, ego Cephæ, ego Christi: Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Atque nostra modestia his potuisset esse contenta, vt nullas omnino litteras ad vos scriberet: quippe cum vestra predicatione, qua Spiritum sanctum à Patre & Filio separatis, tantus terror omnibus prouincijs, quæ à vobis administrantur, incussus sit. Itaque cæsili sunius dominum & collegam nostrum Elpidium cum litteris Roma, quæ est caput Imperij, ad vos mittere, vt discat, vtrum vestra predicatio ita se habeat, an non. Nam qui opinantur Trinitatem non esse consubstantialem, anathema sunto. Et si quis eum huiusmodi communicare deprehensus sit, anathema esto. His autem, qui predicant Trinitatem consubstantialem esse, regnum cælorum paratum est. Quare obsecramus vos, fratres, ne aliud doceatis, neve aliud opinemini; sed predicetis perpetuo Trinitatem consubstantialem esse, quo possitis hæredes regni Dei effici.

c 1. Cor. 2.

XIX. ALIA DECRETA SYNODI ILLYRICÆ.

Dum hæc deberemus scribere ad vos, commouefacti sumus, vt in his nostris litteris scriberemus etiam de Episcoporum, collegarum scilicet nostrorum institutione: vt si quomodo fieri queat, è magistratibus, qui probata fide sacrata, fide fuerunt, Episcopatu sanctiori, cooptentur: sin autem tales non reperiantur, è Sacerdotum collegio. Ad eundem modum tum presbyteri, tum diaconi de ordine Sacerdotali sumantur, vt omni ex parte inculpati sint, minimè vero de curia aut militum ductoribus. Atque propterea non erat animus ad vos pluribus scribere, quod vnum omnium nomine ad vos misimus dominum & collegam nostrum Elpidium, vt accurate discat, vtrum vestra predicatio ita se habeat, vti à domino & collega nostro Eustathio accepimus. De cætero, fratres, tametsi dudum in errore versati estis; tamen vetere homine deposito, nouum induite. Atq; idem ipse frater & collega noster Elpidius docebit vos veræ fidei predicationem, nimirum quod sancta Trinitas consubstantialis est, & Deus Pater cum Filio & Spiritu S. sanctificatur & glorificatur: & quod Pater in Filio existit, & Filius in Patre vna cum Spiritu sancto in omne eternitatem.

XX. FIDEI PROFESSIO.

Quæ perspicuè declarata, poterimus vere consiteri sanctam Trinitatem consubstantialem esse, vti formula fidei olim in Concilio Nicæno edita vult: quam etiam Patres nostri confirmarunt. Itaque hac fide predicata, poterimus sceleste dementem retia cutare: quo represso, copia erit cum nos per litteras ad pacem concitandam mutuo salutandi, tum vitam quietam tranquillamque degendi. Proinde scripsimus ad vos, vt Arianos, qui sunt Concilij sententia abdicati, positu cognoscere: qui quidem neque Filium Deiexe Patris essentia constare, neque Spiritum sanctum confiteri volunt: quorum nomina subiunximus, Polychronius, Telemachus, Faustus, Asclepiades, Amantius, Cleopater. Atque hæc quidem ad hunc modum acta sunt, ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti in secula seculorum, Amen. Vos ad multorum annorum curricula optamus in Domino Patre & Filio Saluatore nostro Christo, cum Sancto Spiritu, valere plurimum. huicusque Epistola Illyricorum. Quid autem factum sit per Elpidium in Asia, ignoratur.

XXI.

Porro his literis synodalibus accesserunt literæ Imperatoriæ ad eosdē Asianos cōscriptæ, quas recitat Theodoretus, hæcq; præfatur d: *Citabo* (inquit) *quoque leges, quæ & pietatem perspicuè ostendit Valentinianus, & sanam itidem Valentis de religione doctrinam, quam eo tempore amplectebatur, manifestè declarat.*

d Theod. lib. 4. c. 6.

LITTERÆ IMPERATORVM.

Imperatores Maximi semper Augg. Victores, Valens & Valentinianus, Episcopis diœcesis Asianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ, in Domino S.

Vbi frequenti in Concilio in Illyrico coacto multum in vtramq; partem de salutari Dei Verbo disceptatum erat: beatissimi Episcopi Trinitatem consubstantialem esse, hoc est, Patrem, & Filium, & Spiritum S. certis rationibus ostenderunt. A qua fide ne digitum quidem (vt aiunt) discedentes, debito cultu religionem prepotentis Regis prosequuntur: quam etiam nostra celsitudo passim predicari mandauit.

XXII.

Attamen non est hæc causa, cur quidam dicant se religionem sequi Imperatoris, qui hunc mundum gubernat: neglecto scilicet illius mandato, qui nobis de salute nostra præcepta dat. Est n. præceptum Euangelij Dei nostri, qui hanc habet velut ratam definitam, sententiam e: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Quid ergo vos dicitis Episcopi, & Verbi salutaris Antistites? Quod si vos eadē decernatis, tum certe mutuo vos ipsi complectemini, & Imperatoria celsitudine nolite abuti. Nolite persequi veros Dei ministros, quorum precibus & bella sedantur in terra, & incursiones angelorum, qui à Deo desciverunt, arcentur: qui etiam orando pestiferos dæmones repellere nituntur: qui vectigalia, vti leges postulant, pensitant non recusant: qui potestati Imperatoriæ non refragantur; sed sancte & sincere tum mandatum prepotentis Regis Dei obseruant, tum nostris legibus obsequuntur. At constat, vos obstinate his rebus restitisse.

c Mat. 22. Luc. 20.

XXIII.

Nos patientia semper à principio vsque ad finem vsi sumus, vos contra animi vestri impotentia obsecuti estis. Sed vos à vestra culpa volumus esse vacui & puri: non aliter atque Pilatus, qui cum de Christo iam tum inter vos vitam agente haberetur quæstio, noluit eum interficere; & rogatus à Iudæis vt Crucifigeretur, se conuertere ad Orientem, petere aquam manibus, ea q. lauare cœpit, simul hæc locutus: Innocens sum à sanguine iusti huius. Hæc caute legas: insciția enim eius, qui Imperatori erat ab Epistolis, Pilato Christum condemnanti adscribitur innocentia: perinde ac si Iudæi absq; Pilati sententia Christum crucifixissent. Sed pergit auctor. *Ob quam causam nostra celsitudo semper illud imperauit: Ne quis quem persequatur: Ne quis quem submergat, vocatve in inuidiam Christi agricolas: Neve procuratores summi Regis exagitet; ne regnantibus nunc nobis, nihil hinc emolumenti consecuti. postea vna cum sceleris exhortatore in ea, quæ testamenti ipsius sunt, damna incurratis; id quod in Zachariæ sanguine euenisse: nam funesti illi, perinde ac pestifer dæmon, qui cædis illius socius erat, mortis supplicio traditi, aduenientē cælitus Regē nostro Iesu Christo, disrupti perierunt.*

Illud mandatum declimus, præsentibus, audientibusq; ea, quæ facta sunt, Amegetio, Ceronio, Damaso, Lampone, & Brittesio. qui hic nouerunt, fuisse putantur Romani presbyteri apud Imperatorem Valentem legatione fungentes. sed subdit: Porro ipsa Acta ad vos misimus, vt intelligatis, qua hoc præclarum Concilium decreuerit. Nam his literis attexuimus decreta Concilij, quæ summatim complectuntur ista.

LEGATI APVD IMPER.

Sententiam magni & Orthodoxi Concilij Nicæni sequentes, cōfitemur Filium Patri consubstantialem esse. Neque certe ita intelligimus Consubstantialem, vt quidam olim exponebant, qui non sincere & ex animo Concilio Nicæno subscripserunt: Neque vt alij,

XXIV. FIDES ILLYRICÆ SYNODI.

qui hoc tempore illos appellant Patres, & vim horum verbi, Consubstantialis, tollunt, sequuntur q; opinionem eorum, qui tradiderunt, per hanc vocem, Consubstantialem, nihil aliud significari, quam Similem, per quam vocem Filius nulli creaturæ per ipsum conditæ sed soli Patri similis ostendatur. Qui ista tradunt, Filium Dei nihil aliud, quam creaturam eximiam esse, impiè plane definiunt. Nos autem non aliter sentimus, atque duo Concilia, quorum alterum iam Romæ alterum habetur in Gallia: Numinem vnam eandemq; essentiam esse Patris & Filij & Spiritus sancti in tribus personis, hoc est, tribus perfectis, vt Græci loquuntur, τελείοις. Confitemur item (vt est in fidei formula Nicæa edita) consubstantialem Dei Patris Filium: sumpsisse carnem ex sancta Virgine, inter homines habitasse, impleuisse q; omnē pro nobis œconomiam, nasce-do patiendo, resurgendo, & in cœlos ascendendo: venturum quoque denuo, vt in die Iudicij, prout quisque fegesit in vita, reddat cuique: carni vniuersa visum fore: diuinā suam demonstraturum potentiā: Deum carne indutū, non hominē indutum Diuinitate (ne quis sc. existimaret Diuinitatē mensura hominis circumscriptā.) Illis aūt, qui contraria sentiunt, anathema denunciamus. Patrem hic, qui nō ingenue dicunt anathema ei, qui asserit Filium non ante fuisse q̄ nasceretur, sed tradit eum vi & facultate prius in Patre fuisse, quam re ipsa genitus esset, anathema denunciamus. Nam istud dici potest de omnibus creaturis, quæ non semper cum Deo sunt, sicut Filius semper cum Patre est, æterna generatione genitus. hactenus professio Synodi Illyricæ apud Ilitteras Imperatoris summatim expressa.

XXV. VALENTIS POTIVS QVAM VALENTINIANI LITTERÆ.

Verum has litteras à Valente potius, quā à Valentiniano esse conscriptas, illud in primis persuadet, quod in earum titulo primo loco nomen Valentis habetur inscriptum, quodq; etiam Valentinianus hoc tempore in Galliis ageret (vt Amianus est auctor) in expeditione aduersus Alemannos: & cum non Orientali, sed Occidentali præesset Imperio; haud eius partiū esse videbatur, vt Arianos Episcopos à recto fidei tramite deuiātes admoneret, sed erat id potius operis eius germani atque collegæ Valentis. Sed & si ad eos quacunq; velimus ratione illū scripturum fuisse, ipse in Galliis agens, Galliarum potius Concilij fidem Catholicā, instar Romanæ, misisset, quam Illyricæ, cum alioqui oēs fidei formulæ vnius eiusdemq; sententiæ essent. Porro amplam à Deo mercedem Valens ex his consecutus est, vt ex insperato ab ingruente ac validius præualente Procopio tyranno, eius nutu liberaretur. quo modo autem id acciderit, dictum fuit anno sequenti, quo id ipsum fieri contigit.

XXVI. a Hilar. frag. lib. 1. pag. 18. 39. EPIST. EPISCOPORVM ITALIÆ AD ILLYRICOS.

Illyricis igitur Nicænam fidem recipientibus congratulati sunt Italiæ Episcopi, eiusmodi literas ad eos dantes, quas liber S. Hilarij fragmentorum Synodi Ariminensis, nuper editus, tibi exhibet istis verbis *a*:

Dilectissimis fratribus per Illyricum fidem paternam retinentibus, Episcopi Italiæ, in Domino æternam salutem.

Diuini muneris gratia, vt secundum Apostolum omnes vnum sapere, omnes vnum confiteri caperimus, & quantū ad Italiam pertinet, cum fidei paternæ, hoc est, apud Niceam scriptæ se reddidit fraudem, quam passa est apud Ariminum, recognoscens, Illyricum etiam Deum clementer nutu respexisse, gaudemus, & consortio infidelitatis, quo grauabatur, alleuato, ea, quæ sunt recta sententiæ, probare cœpisse, gratulamur. Nostram igitur, dilectissimi fratres, vnam eandemq; accipite firmam subscriptione sententiam. Niceni tractatus aduersus Arium Sabellium que, cuius Photinus partiaria hæredi tate damnatur, decreta seruamus. Ariminensis Concilij statuta quorundam tergiuersatione corrupta, consensu omnium prouinciarum increscendimus, quorum etiam exemplaria transmittenda censuimus, vt nec in fide retinenda, nec in confutando Arianismi Concilio aliqua videretur condiscensio.

XXVII.

Quicunque igitur nostræ vnanimitatis optat habere consortiū, quicunque indiuiduam pacem nobiscum habere desiderat, quæ sunt nostra sententia, comprobare festinet, & fidei nobis memoratæ subscriptionē, & rescissionem Ariminensis Concilij sine ambiguitate mittendo. Id certe petimus, quod complurium harum prouinciarum pariter ipsi consensum. Auctores autem hæresis Arianæ, vel Ætianæ Valentem & Vrsacium, cæteros q; eorundem consortes non nunc esse, quod manifestari apud Illyricum cœperunt, sed olim condemnasse manifestum est. Explicit. Ita quidem Episcopi Italiæ, vtiq; Liberij auctoritate ista hæc omnia pertractantis, in vnum collecto Concilio.

His itaq; in Occidente à Liberio Papa rebus gestis, ipsisq; Legatis ad propria redeuntibus: factum est, vt ijdem Legati remeantes ab Occidente, nē pe Eustathius Episcopus Sebastiæ, atq; alij collegæ, ad Synodū, quæ à Catholicis agebatur Tyanæ ciuitatis Cappadociæ (est enim ciuitas ad radices Tauri montis posita) se conferrent cum Liberij litteris, quib. inter alia ipse in sedem suam restitui, Eustathius petit: quod absq; controuersia omnes, primę sedis veriti maiestatem ac pariter auctoritatē, communi sententia fieri decreuerunt. Meminit eiusmodi Synodi Tyanensis Sozomenus *b* his plane verbis: *Eodem tempore, dum Eusebius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, Athanasius Ancyræ, Pelagius Laodiceæ, Zenon Tyri, Paulus Emesæ, Otreius Melitinæ & Gregorius Nazianzi Episcopus* (pater hic fuit Gregorij Theologi) *& alij multi, qui regnante Iouiano, Antiochiæ decreuerant, doctrinam, quod Filius sit Patri consubstantialis, tenendam esse: Dum, inquam, isti omnes Tyanæ Concilium habent, littera Liberij & aliorum Episcoporum Occidentis recitantur. Ex quibus permagnam capientes latitiā, scripserunt omnibus Ecclesiis, vt tum decreta Episcoporū Occidentis, tum litteras Liberij & aliorum Episcoporum Italiæ, Africæ, Galliæ ad occasum Solis spectantis, & Siciliæ (horum n. literas quoq; Legati ex Cōcilio Lampsaceno ad eos missi attulerāt) diligenter perlegerent: deinde numerum omniū (Concilium n. Ariminense multitudine longe superabant) secum subducerent: tum & doctrinæ se illis & communionis socios adiungerent: deinceps vt in ea sententia se esse suis ipsorum litteris declararent: postremo vt ad certum diem, quem præstituerant, dum adhuc ver esset, Tarsi Ciliciæ in vnum conuenirent. Atq; hi quidem hoc modo ad conuenendū in vnum locum se mutuo ipsi cohortati sunt.* hactenus de gestis in Synodo Tyanensi summatim Sozomenus.

b Soz. lib. 6. cap. 12.

XXVIII. SYNODVS TYANENSIS.

XXIX.

At quod insuper de hac eadē Synodo Tyanensi ex Basilio Magno diuersis in locis licuit inuenire, hic in medū adducamus: Atq; illud in primis, quod cum ipse adhuc adeō in solitudine accepisset de eiusmodi collecto cōuentu, sciisset q; illuc cōuenisse inter alios Eusebium Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, qui iam à tempore suæ ipsius creationis aduersus ipsum Basilium simultatem gerebat, cuius rei causa (vt dictum est) idem Basilius in solitudinē se receperat: opportunum sibi visum est, ad eandem Tyanensem Synodum litteras dare, quibus significaret, nihil antiquius apud se esse, quā pacem cum omnibus exoptare. Porro litteræ ad conuentum Tyanensem conscriptæ sic se habent *c*:

c Bas. ep. 68

XXX. BASILII EPISTOLA AD SYNODVM TYANENSEM.

Profunda detegens & cordium consilia perscrutans Dominus dedit etiam humilibus prudentiā difficilium (vt nonnulli existimant) machinamentorum. Nihil igitur nos latuit, neque ex factis aliquid occultatum. Attamen nos neque videmus, neque audimus quippiam aliud, quā Dei pacem & quæ ad ipsam maximē spectant. Si n. alij potentes atq; magni sint, suis q; viribus confisi: certe nos, qui nihil sumus, & paruā eucharistiæ numquam nos attollemus, vt in solitudine positos rebus superesse. Nam exacte sciamus nos magis vtrosq; fratrum auxilio indigere, quā altera manus altera. Porro quod in ipsa corporis structura cōmunio est necessaria, Dominus nos docuit. Cum enim hæc ipsa nostra membra respicimus, quod vnum non sibi ipsi ad functionem satis est: quomodo censebo, me ipsum mihi sufficere ad vitæ negotia obeunda? Neque n. pes tuto ierit, altero non subleuante. Neq; oculus ita recte viderit, nisi alterum habeat socium, & cum eo vnanimiter visibilius se objiciat. Iam auditus exactior est, qui per vtrosq; meatus vocem recipit: & multo validior apprehensio digitorum communione.

XXXI. BASILIVS PACEM QVÆRIT CVM SVO EPISCOPO EVSEBIO.

Ad hæc nihil eorum vel quæ à natura, vel qua ex instituto recte peraguntur, sine consortis conspiratione perfici videmus, cum etiam deprecatio ipsa consonantes non habens multo est imalidior. Ac Dominus dixit, cum duo vel tres vnanimes ipsum inuocant, in medio se illorum fore. Insuper dispensationem ipsam Dominus suscepit, vt per sanguinem Crucis ipsius, sive terrena, sive cœlestia pacificaret. Quare ob hæc omnia, in pace manere vitæ nostræ residuos dies precamur: in pace esse dormitionem nostram optamus. Pro hac neq; laborem effugere qualemcunq; decretus, non humile quicquam sonare vel facere; non itineris longitudinem abhorrere; non aliud quid molesti detrectare, vt ex præmijs pacificationem consequamur. Et si quis hæc nos docentes sequatur, hic optimus

etiam precationis terminus existit: si autem in diuersum trahatur, ego quidem neq; sic à meo iudicio recedam: singulis autem optimè suorum operum fructus in die retributionis agnoscent. Vale.

RES EVSTATHII POST SYNODVM TYANEN.

Lectis his in Synodo literis, haud potuit tam sancta iustaq; tanti viri postulatio spernι: quamobrem effectū est, vt Eusebius Basilium pacem rogantem, licet sero, tandem eade vi impertiret. Quo modo autem ex Synodo reuersus ad suam Cæsariensem Ecclesiam eum ex eremo accerserit, suo loco inferius dicturi sumus. Nunc vero Acta Tyanensis Synodi prosequamur.

XXXII. EVSTATHIVS SEBASTEN. IN SEDEM RESTITVTVS.

Cum igitur Eustathius atq; collegæ in Synodum admissi, Liberij Romani Pontificis litteras communicatorias, atq; aliorum Occidentalium Episcoporum vna cum professione Nicæna recitandas obtulissent: ab omnibus æque vt Catholici, cōmunicatione Catholica digni habiti sunt: insuper secundum mandatum Romani Pontificis, cuius extabant speciales literæ, idem Eustathius Sebastenus Episcopus in suam sedem restitutus est. Sunt de his omnibus Basilij literæ testes: qui quidē probe sciens omnia hæc subdole à Legatis in Synodo actitata esse, & nihil aliud habuisse apud eos Nicænam confessionē, nisi ad decipiēdum extitisse mentitam laruam; voluit de his in primis suos admonuisse monachos, ad quos hæc inter alia a: Est, in quit, *Nicæna fides, quā Occidentales attulerunt Tyanensi, Synodo tradiderunt, à qua & suscepti sunt. Sed habent à patrum quoddam dogma ad eiusmodi suas mutationes paratum. Nam verbis fidei more medicorum vtuntur pro commoditate aliter atque aliter sese ad affectionum rationem ac varietatem attemperates, &c.*

a Basil. ep. 73

XXXIII. EVSTATHII SEBASTENI RES GESTÆ.

Quin etiam alia occasione idem Basilius postea admonuit Occidentales, qui ab Eustathio decepti essent sub prætextu Catholicæ confessionis: atq; qualis ipse Eustathius fuerit, à cunabulis pene ad illud vsque tempus res ab eo gestas summatim perstringens, his insinuat verbis b: *Est vnus ex illis, qui plurimum excitant turbarum, Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ. Hic olim insistente ab Ario, cum is Alexandriæ floreret impiæ aduersus Vnigenitum Dei blasphemias struere, sectator illius, & inter selectissimos discipulos connumeratus fuit. Posteaquam vero ad suos reuersus, à beatissimo Hermogene Cæsareæ Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur; confessionem illis obtulit sane fidei, atque ita manus impositionem ab eo obtinuit. Vbi vero dormitionem accepit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum sese contulit, qui & ipse nihilominus impium Arij dogma tuetur* (hic est Eusebius, qui antea Nicomediensem Ecclesiam rexerat, antea Arianorum.) *Inde postea quibusdam ex causis pulsus, ad patriam sese recepit: illic denuo erroris purgationem obtulit: sed ita, vt celata & obtecta mentis impietate quandam exhiberet verborum rectitudinem. Mox vero vbi vicissim adeptus est Episcopatum, anathematismum contra Homousion in Synodo Ancyræ habita scripsisse deprehenditur. Ex illa ad Seleuciam profectus, cum illis, quos eiusdem habet opinionis, ea gessit, quæ omnes norunt. Constantinopoli verò rerum ad ea, quæ de hæreticis proposita sunt consensit.*

b Basil. ep. 74

XXXIV. EVSTATHIVS QVE ET QVANDO DEPOSITVS.

Atq; ita Episcopatu ciuitatem, præterea quod in Melitinæ Synodo depositus esset, viam sibi ipsi per quā restitueretur, excogitauit, eam videlicet, vt ad vos proficisceretur. Quæ vero sint illi à beatissimo Episcopo Liberio proposita, & ad quæ consenserit, nobis clam est: nisi quod Epistolam attulit, per quam restitueretur, eam vbi Tyanæa Synodo exhibuit, in suum locum restitutus est. Istestaq; tam fidem eam, in quā receptus est, depopulatur; cumq; illo facit, qui Homousion anathemate percellunt: deinde & hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum S. spoliant Diuinitate. Quoniam igitur istinc viros accepit ledendi Ecclesias, ac publicanda sua impietatis fiducia, quā vos dedistis, ad subuersionem multorum vsus est: necesse est, vt istinc quoq; veniat malorum istorum correctio: scribaturq; Ecclesiis, quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit: simul vero adiciatur, quomodo iam mutata sententia, gratiam à Patribus, quorum erant, acceptam, irritam reddat. hactenus de Eustathio Basilius ad Occidentales.

XXXV. Idemque in eosdem Legatos hæc ad Patrophilum: c *Non cogitant, inquit, quod Romæ scriptum ipsorum, quo Nicænam fidem confessi sunt, reconditum habetur: nec quod è Roma acceptum libellum Tyanensi Synodo obtulerint: quin & apud nos eandem hanc fidem habens Eustathius in sedem repositus est. Quin & propriæ orationis oblitī sunt, qua cum in medium tum cōstituti essent, de seductione cōquerebantur, qua illecti consensissent voluntati, quod ab Eudoxij congregatione compositum fuerat. Quocirca & errorū illius vltam exegerunt defensionem, vt Romam abeuntes, Patrum inde fidem acciperēt, atq; ita noxam, quā Ecclesiis ex malis consortio lesserant, per meliorū indicationem corrigerent. Sed qui tam longinquarum profectionum laborem sustinuerunt, tamque sapienter tum ista concinnati sunt, nunc conuictantur: Vt agnoscas eos dolose legatione illa functos esse, & sub prætextu charitatis infidelium fraudem occuluisse. Et quæ tam circumforanea, manifestum facient, quod Nicænam fidem condemnauerint.* & infra: Eustathius, cum eandem Eustathium tradit vna cum hæreticis maximam excitasse aduersus Catholicos persecutionem, à quibus in communionem minimè receptus fuisset, hæc subdit: *Tanquam Homousiastæ persecutionem patiuntur: Eustathium vero Sebastenum, qui Romæ acceptū Homousion in charta vsq; ad Tyanenses attulerat, tam illu consensit, licet plurimum desideratam eorum communionē obtinere nequiuerit: siue quod illi multitudinem contra se consentientium metuerent, siue quod huius veriti sint auctoritatem, hæc omnia Basilius.* Sed & de Eustathio eadem plane Epiphanius habet his verbis: *Persecutionem passus est cum Basilio, Ancyrano scilicet: & Eleusio, ac reliquis. Visum est autem & ad Liberium beatum Romæ Episcopum vna cum multis Episcopis Legatum agere, & editum Synodi in Nicæa factæ, ac recta fidei confessionis subscribere: verum postea velut recordatus, & ex somnio expergefactus, rursum pristina prauæ opinionis Arianorum consectari non destitit, ita ipse.*

c Basil. ep. 81.

d Epiphan. hæres. 73.

Ex tota hac actū facti huius serie illud in primis cōsiderationē dignum putamus: tantam etiam ab hæreticis cognitam fuisse Romani Pontificis auctoritatē, vt idem iam ante sede priuati, licet postea in communi Concilio inter se habito fuerint cum aliis in communionem accepti, & ad scutentiam dicendā admissi: tamen in propriam restituī sedem, è qua ob hæresim depositi essent, id non Synodi cuiusquam, sed Romani tantum Episcopi esse munetis rati; vt id assequi possent, illuc publicæ legationis functione commigrarint, & fidem Catholicam professi sint, vt sic tum communionem Catholicam, tum etiam sedes, è quibus damnati excidissent, absoluti reciperent. Vides & illam Orientalium Episcoporum, eorum, inquam, qui Tyanæ conuenerant, mirificam erga eundem Romanum Pontificem obseruantiā. Etenim semel inspectis allatis ab Eustathio Liberij Papæ litteris, cūdem vt Catholicum in communem recipere confessum, atq; in Sebastenam Ecclesiam restituerunt, hominem alioqui ipsis omnibus, vtpote gentilem summ, probe notum; quem non ignorarent antiquum discipulum Arij, atque in hæresim sæpe relapsum esse, & ad postremum Eudoxij blasphemijs Cōstantinopoli editis subscripsisse: sed his omnib. præstare Apostolicæ sedis litteras arbitrati, nequicquam vel leuiter saltem tergiuersari sunt ausi, verum paribus votis obsequuntur Apostolicæ sedis Antistiti, nefas dicentes eius decretis obniti.

XXXVI. ROMANI PONTIFICIS SVMMA POTESTAS CONGNITA ETIAM AB HÆRETICIS.

Erit fortasse, vt quis nimiæ facilitatis Liberium arguat, qui eiusmodi nebulones alias sæpe damnatos absoluerit, eisdemq; cum Catholica communione restituerit quoque sedes. Sed quis vnquam potuit à subreptione reddi securus? Venerunt isti Romam non vt priuati, sed publica legatione muniti, ac litteris libellisque sinceræ fidei cum sua ipsorum, tum etiam plurimorum Orientalium Episcoporum subscriptione firmatis, quibus tum in primis Arianam, tum alias hæreses detestabantur. Qui igitur publicæ fidei, adoque testatæ, aliqu d derogandum putasset, ac non (vt par erat) redeuntibus ad fidem Catholicam Orientalibus occurrendum potius cum panibus (vt est apud Isaiam e) quam renitendum, existimasset? Quod si culpa fuit, subrepto: es subdolos non cauisse: ea nequaquam vni est adscribenda Liberio, sed & ipsi Romano Concilio ea de causa tum coacto; immo & in alias quoq; Synodos, ac denique in totius Occidentis Episcopos refundenda videtur, qui eorundem Legatorum scriptos fidei libellos accipientes, eadem ipsos cum Romano Pontifice Catholica cōmunicatione dignatūt.

XXXVII. LIBERIVS EXCVSATVS.

e Isai 21.

Certe

Certe quidem nihil optatius his temporib. accidere potuisset piis omnibus, quã vt Ariani Nicænæ fidei perpetui oppugnatores, tandem post aspera atq; fœuissima bella pacem Catholicæ Ecclesiæ lassi ac defatigati iam quererẽt: quibus cum eo indulgentius agendum videretur, quo maior esset delinquentium multitudo, & difficilior, imo desperata cura salutis. at de his iam satis. Hæc autem omnia à tempore Concilij Lampsaceni vsque ad absolutam Synodum Tyanensem excessisse huius anni terminum, & occupasse partem sequentis ob rerum multiplicitatem facile adducimur, vt credamus; sed quæ sunt anni huius rerum gestarum reliqua, ordine prosequamur.

XXXVIII. Præsens quoq; annus ingenti illa clade cœlitus missa extitit memorabilis; quam tribuentes alij temporibus Iuliani, vel Iouiani in Imperio successoris, plane errare noscuntur. Ammianum *a* enim, qui eodem tempore hęc scripsit, atque certis Consulibus consignata reliquit, potius auscultandum, quam quemuis alium post plures annorum decades eadem memoriæ commẽdantem, facile omnes puto concedere. ait itaque: *Hoc nouatore adhuc superstite*, nempe Procopio tyranno, *cuius actus multiplices docuimus & interitum, ad diem duodecimum Kalend. Aug. Consule Valentiniano primum cum fratre, horrendi tremores per omnem Orbis ambitum grassati sunt subito, quales nec fabulæ, nec vetidicæ nobis antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exortum, densitate præsita fulgurum acrium vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis: mareq; dispulsum retro fluctibus euolutis abscessit; vt retecta voragine profundorum species natantium multiformes limo cernerentur hærentes; vallumque vastitates & montium tunc, vt opinari dabatur, sustollerent radios Solis, quos primogeniã rerum sub immensis gurgitibus amandauit. Multis etiam nauibus velut arida humo connexis, & licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, vt pisces manibus colligerent & similia; marini fluctus velut granati repulsam versa vice consurgerent, perq; vada feruentia insulis & continentis terræ porrectis spatiis violenter illisi innumera quædam in ciuitatibus, & vbi reperta sunt ædificia, complanârunt. Proinde vel elementorum furente discordia, inuoluta facies mundi miraculorum species ostendebat.*

a Ammian. lib. 26.

TERRÆMOTVS ET MARIS EFFVSIO.

XXXIX. *Relapsa enim aquarum magnitudo, cum minimè speraretur, millia multa necauit hominum, & submersit: recurrentiumq; æstuum incitata vertigine, quædam naues, positâ humentis substantiæ consenuit tumor, pessundata visa sunt, examinataq; naufragijs corpora supina iacebant, aut prona. Ingentes alia naues extrusæ rapidis flatibus, culminibus insidere tectorum, vt Alexandriæ contigit, & ad secundum lapidem fere procul à littore contorta sunt aliqua, vt Lanconicam prope Methonem oppidũ nos transeundo conspeximus diuturnâ carie fatiscentem.* hactenus Ammianus. De Alexandrinis quidẽ testatur Sozomenus, instituisse anniuersariam memoriã eiusmodi terræmotus, cum ait *b*: *Eo die, quo ista acciderunt (quem ἡμέραν, id est, natalitia terræmotui vocant) festum quotannis Alexandrini etiamnum agunt, in quo quamplurimis per totam vrbem luminibus accensis, & precibus ad Deo gratias agendas fusis, cum magno splendore hunc diem festum, & non minore cum reuerentia celebrant.* hæc ipse. Porro longe diuersum fuit eiusmodi Alexandrinorum festũ ab eo, quod Gentiles Ægyptij ex anuita superstitione, accensis item per totam prouinciam lucernis (quod testatur Herodotus *c*) agere consueuerant.

b Sozom. l. 6. c. 2.

c Herod. lib. 2.

XL. S. Hieronymus de his hoc item anno secũdo Valentiniani & Valentis Impp. hæc summatim habet in Chronico: *Terræ motu per totum Orbem facto, mare littus egreditur, & Siciliæ, multarumq; insularum vrbes, & innumerabiles populos oppressit.* Idemq; in rebus gestis S. Hiliarionis, cum eiusdẽ meminit cladis, & ipsius Deo chari atq; sanctissimi viri res præclare gestas cõmemorat, recenset grande illud ab eo tunc miraculum editum, his verbis: *Ea*, inquit, *tempestate, terræmotu totius Orbis, qui post Iuliani * mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursum Deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad præruptæ delatæ montium pependerunt. Quod cum viderent Epidauritæ, frementes scilicet fluctus & undarum moles & montes gurgitum littoribus inferre, verentes, quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus euerteretur, gressi sunt ad senem, Hilarionem videlicet, & quasi ad prælium proficiscentes, posuerunt eum in littore. Qui cum tria Crucis signa pinxisset in sabulo, manuq; contra tenderet, increbuit fluctus, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit, ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans paulatim in semetipsum relapsum sit. Hoc Epidaurus & omnis illa regio vsque hodie prædicat, matresq; docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam. Vere illud, quod ad Apostolos dictum est d: Si credideritis, dictis huic monti, transi in mare, & fiet: etiam inxta litteram impleri potest. si tamen quis habuerit Apostolorum fidem, & talem, qualem illis habendam Dominus imperauit. Quid enim interest, vtrum mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obruguerint & ante senis tantum pedes saxei, ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoq; percrebuerat. Quod intelligens senex, in breui lembo clam nocte fugit, & inuenta post biduum oneraria naui, perrexit Cyprum.* hæc Hieronymus de Hilarione magis expauescente fluctus humanarum laudum, quam ingruentes gurgites vastissimi pelagi exundantis.

* Iouiani

S. HILARIONIS GRANDE MIRACVLVM.

d Matth. 17

XLI. Meminit de eisdem quoq; terræmotibus & maris excrescentia idẽm auctor in cõmentariis in Isaiam Prophetam *e*, cum agit de muris Areopolis terræmotu collapsis: quæ sua ipsius infantia, nempe, vsitato ipsius more loquendi, cum puer esset, accidisse testatur: nam alibi tempore obitus Iuliani, se sub grammaticæ professore, ea facultate institutum fuisse testatur. Agit quoq; de ijsdem Sozomenus *f*. sed male refert ad tempora Iuliani: quo errore etiam Nicephorus *g* lapsus est, & alij hos secuti, non sic quidem Orosius *h*, qui ea sub Valentiniano atq; Valẽte Impp. contigisse tradit. Si quid autem futurorum malorũ portendendi ijs casibus vim inesse ex diuina ordinatione quis velit: diri schismatis sequẽti anno in Ecclesia Romana subsecuti, & persecutionis aduersus Catholicos à Valente Imp. in Oriente excitatæ, hæc fuisse prænuncia, dicere æquè poterit. sed de his hactenus.

e Hieron in Isai. c. 15.

f Sozom. l. 6. c. 2.

g Niceph. l. 10. c. 35.

h Oros. l. 7. c. 32.

XLII. Eodem hoc anno ab ijsdem Imperatoribus de clericis rescriptum datũ est, qui è curia transissent ad munia clericatus. Quoniam autem complures (quod sæpe superius dictum est) vitãdi causa onera curialia atq; potiendi Ecclesiæ priuilegiis, inter clericos allegi festinarent: placuit ijsdem Augustis, vt nonnisi qui decẽnio in clericali functione perleuerassent, ijsdem clericis cõcessis liceret potiri immunitatibus: ita ipsis Augustis rescribentibus ad Modestum *i* P. P.

PRORATVS TEMPORE CLERICATVI DIGNÆ IMMVNITATE.

i L. 19. de Episcop. & cler. Cod. Theod.

Quicunque ex curialium natus genere ad clericatum venerit, & per iudicium sanguinis cœperit postulari, certi temporis definitione defendatur. Vt si in consortio clericatus decennium quietus impleuerit; cum patrimonio suo in perpetuum habeatur immunis. Si vero intra finitos annos fuerit à curia reuocatus, cum substantia sua functionibus subiaceat ciuitatis. Obseruando hoc, vt hi, quos decennium vindicat, petitione superflua mentem è fatigentur. Dat. XVI. Kalend. Nouemb. Hierapoli, Valentiniano & Valente AA. Coss.

XLIII. Rursum vero quod Christiani sub Iuliano Imperatore quamplurimum vexati fuissent, ijdemq; iam regnantibus Principibus Christianis, in templa deorũ acceptas iniurias vindicare satagerent, visum est Gentilibus (ad eã euitandã incursionem) adhibendã esse custodiam Christianorum à magistratibus ingenti persoluta pecunia impetratam: quod ne fieret, ijdem Imperatores ad Symmachum præfecturam Vrbanam Romæ administrantem in hæc verba rescripserunt:

CVR CVSTODIÆ ADHIBITÆ TEMPLIS DEORVM.

LEGES VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP.

Quisquis seu Iudex, seu apparitor ad custodiam templorum homines Christianæ religionis apposuerit: sciat non saluti suæ, non fortunis esse parcendum. Dat. XV. Kal. Decemb. Mediol. Valentiniano & Valente AA. Coss. Magno plane impetu populi quãri idolorum templa consueuisse, S. Hieronymus *k* auctor est. sed de his suo loco inferius pluribus. Symmachi quidem putamus eiusmodi fuisse in Vrbe studium, vt custodia Christianorũ (quod aliter non videri posset satis cõsultum esse) idolorum templa custodirentur, quem scimus Gentilitiæ superstitionis fuisse acerrimum defensorem. Successisse aũt in præfectura Vrbana Symmachum

k Hier. in præf. lib. 2. comment. in epist. ad Galat.

Apronianо Christianorum persecutore tẽpore Iuliani, Ammianus *a* est auctor. Porro Symmachi domum incẽsam fuisse à furenti populo ob vinum denegatum, idem affirmat: ad ipsum enim extat ea de re eorundem Imperatorum rescriptum *b*, cuius cum idem esset tardior executor, imo inficiator, eo modo, quem Ammianus describit, populi totius in se furorem conuertit. At de Symmachi in Christianam religionem insidiis sæpe inferius.

Laude quoq; digna ea fuit eorundem constitutio Imperatorũ, qua sacras virgines, ac viduas, nec non pupillos exemptos voluerunt à censu capitationis, cum ijdem tic rescripserunt ad Viuentium Præfectum Prætorio Galliarum *c*:

*In virginitate perpetua viuentes, & eam viduã, de qua ipsa maturitas pollicetur ætatu, nullis eam esse nuptur*ã *: à plebeiæ capitationis iniuria vindicandas esse decernimus. Item pupillos in virilis sexũ vsq; ad viginti annos ab ijsdem indictione immunes esse debere: Mulieres aũt, donec virum vnaquæq; sortiatur. Dat. X. Kal. Decemb. Valentiniano & Valente AA. Coss.* Addiderunt insuper, ne Christiani ab exactoribus die Dominico conuenirí possent *d*. Sed & illud perutile Reipublicæ, cum voluerunt, ne mercatores earius suas merces vendant, esse muneris Episcopalis prouidentiæ *e*. Lege etiam lata vetuerunt addisci atq; doceri improbatas magicas artes *f*.

Cohibuerunt quoq; milites, ne in synagogis Iudæorum hospitia sibi quærerent *g*. Quod enim haud pridem cum Gentilibus, Iuliani temporib. aduersus Christianos Iudæi conspirassent, mutato iam rerum statu, sicut Gentilibus, ita & Iudæis Christiani milites negotiũ facessebãt. Vetuerũt etiam ijdem Imperatores, ne Christiani delinquentes damnarentur ad ludum *h*: id enim iam diu ante abolitum, idem impius Iulianus in odium Christianorum reuocauerat in pristinum vsum.

a Ammian. lib. 27.

b L. tributa in ipsis subscrib. inferen. C. Theod.

c L. 4. de cens. C. Theod.

d L. 19. de annd. C. Theod.

e L. 1. C. de Episc. aud.

f L. 3. C. de mal. fic.

g L. 1. C. de Iudæis.

h L. 8. de pœnis C. Theod.

IESV CHRISTI
Annus 366.

LIBERII PAP. Annus 15. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 3.

I. SEQVITVR Christi annus trecentesimus sexagesimus sextus, quo Gratianus filius Valentiniani Imperatoris, nobilissimus puer, Cõsul creatus est, cui iunctus collega Dagalaiphus; quem antiqua peritia probatũ, militiæ rectorem constituerat Iouianus *i*, eodemq; munere in Gallis apud eundem Valẽtinianum in Alemannica expeditione hoc tempore fungentem. Vrbana vero præfectura post Symmachũ Romæ est collata hoc anno Lampadio, vt puto, Christiano homini, qui expensas exhiberi solitas in munificentissima munerum editione, cõsulit in pauperes agentes in Vaticano, qua ex causa plebem in se cõcitauit, adeo vt parum abfuerit, quin ipsius ædes positas propè Constantini Lauacrum iniectis facibus illa combusserit: sed hæc de Lampadio pluribus Ammianus *k*.

i Ammian. lib. 26.

k Ammian. lib. 27.

II. PROCOPIVS TYRANNVS ATQVE MARCELLVS EXTINCTI.

Quod aũté primum ad huius anni in Oriente res gestas pertinet: aperto iam vere, Valens iuncto sibi Lupicinio Magistro equitum, aduersus Procopium tyrannũ validius agens, deserem illum à suis fugamq; captantem, sed à fugæ comitibus vinctum ed se perductum capite truncari iussit, quod ad Valentinianũ transmisit in Gallias, accepit illud ipse Parisiis, cum excepit Iouinum Magistrum equitum Victorem redeuntem ab Alemanis: factum q; est, vt cum Valens Lupicinum, tum Valentinianus Iouinum, ambos Magistros equitum, ob res præclare gestas in sequentẽ annum Consules delignarent. Post extinctum Procopium, Marcellus eius cognatus agens cum militibus apud Nicæam, tyrannidem arripuit: sed captus à Valentis militibus, diuq; tortus occiditur. hæc aũté omnia pluribus Ammianus *l*. Talem consecuti sunt finem qui Iuliano sicut sanguine, ita & impietate coniuncti, post eum vendicare sibi Imperiũ studuerunt, quibus extinctis, omni spe destituta Gẽtilitas languẽs emarcuit, desperans penitus, posse amplius à Christianis regimen Imperij in se transferre.

l Ammian. lib. 26. 27.

Cæterum, si non ea, qua cœptũ est, felicitate, fuit postea à Valente Imperium propagatũ: id accidit, quod vera religione, eius fundamento, cui tanta moles innititur, imperantis impietate conuulsa, ipsum plane totũ necesse fuit Imperium concuti, sed & prosterni, nisi fuisset alienæ pietate suffultum. Præbens n. aures infelix domesticis Arianis, Valens Atianus euasit. Vtinam vel Themistium audisset post victoriam de Procopio adeo opportunè Philosophantẽ, & inter alia verba illa in eius aures ingerentem *m*: *Non enim tibi tantum, ô Rex, sancta conuenit sapere, sed etiam eos, qui tecum versantur, sancta decet proferre, ac si vnumquodq; verbum eorum, quæ in tuas aures incidunt, illarũ esset, quæ pura mentis inscribuntur.* hæc & alia multa optima proficuaq; regimini coram illo differit: sed surdo (vt aiunt) ingessit fabulam: nam omnem post hæc cum pietate humanitatem exuens, factus est diuus piorum persecutor, cuius rei causã meruit ab eodem Philosopho postea corripi.

m Them. or. 9.

III. BELLVM GOTHICVM TRIENNALE. *n Ammian. lib. 27.*

At si ciuili bello iam penitꝰ extincti sunt duo hoc anno tyranni, nequaquã tamen ab externo cessatum est: siquidem cœptum bellũ Gothicum triennio perduranit. *Valens enim* (inquit Ammianus *n*) *vt consulto placuerat fratri, cuius regebatur imperio, arma concussit in Gothos, ratione iusta permotus, quod auxilia misere Procopio ciuilia bella captanti.* hæc Ammianus, qui res per Valentem gestas his tribus annis, quibus nihil mali intulit Gothis, sed eos solum coegit ad pacem poscendam, exacte prosequitur. Cum autem ipso expeditionis exordio ambitiosum apparatum (sic eundẽ nominat auctor) ad proximum bellum idem Valens magno studio comparasset, decreuit ante profectionem sacro initiari baptismate. Id quidem hoc anno tertio eius Imperij factum esse, S. Hieronymus habet in Chronico, cui consentiunt quæ tradit Theodoretus, dum ait id accidisse, cum ipse Gothicum bellum esset auspicaturus. Quo modo autem blanditiis coniugis pellectus sit, vt ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano hæreticorum omnium scelestissimo cõsenserit facto initiari baptismo, idem auctor narrat his verbis *o*:

o Theod. l. 4. c. 31.

IV. *Iam vero ad reliquam historiam veniam. & tempestatem, qua multos fluctu, eosq; turbulentissimos in Ecclesia excitauit, primum explanabo. Nam Valens potitus Imperio, quamquam primo doctrinæ Apostolicæ ornamentis decoratus, cum Gothi Istrum trauecissent, & Thraciam popularentur; consilio inito de colligendo exercitu, & bello contra eos suscipiendo non putauit sibi consentaneũ, vt nudum diuina gratia expeditionem faceret, sed se perficta sacro-sancti baptismatis armatura tegeret: ideq; præclare sapienter q; admodum: Posse a tamen & nimiæ animis mollicie diffluere, & veritatem aperte prodere cœpit: idemq; ei accidit misero, quod primo nostro parenti Adam. Nam verborum lenocinio coniugis sua delinitus, in seruitutem datus est, & factus non captiuus fœmina, sed etiam muliebrium verborum fallacia obsequens. Sicque dem illa erroris Ariani laqueis ante irretita, maritum in eosdem inducere laborauit, cuius hortatu in horrendum blasphemiæ barathrum præceps cum ea deiectus est. Eudoxius autem, qui adhuc Ecclesiæ Constantinopolitanæ clauum tenebat, non vt eam rite gubernaret, sed tanquam nauem vndis obrueret, hos non modo in hunc induxit errorem, verum etiam e dem consecrauit. Eodem tempore igitur, dum Valens sacro baptismate initiatur mysterio, Eudoxius eum miserũ obstringit iureiurando, vt in eo impio dogmate perseueret: & omnes, qui contraria doctrinæ adhæresicant, vbiq; Ecclesiis exigat. Itaq; Valens, relicta doctrina Apostolica hoc pacto ad partem aduersariam traductus est: atque non longo temporis spatio interposito, cætera, quæ sustinendum postulabat, executus est.* hæc Theodoretus. quæ autem post subdit de expulsis ex ipsorum sedibus Episcopis Orthodoxis, suo loco dicturi sumus.

VALENS BAPTIZATVR AB EVDOXIO ET LABITVR IN HÆRESIM ARIANAM.

Hic vero admonendum putamus lectorẽ, de exordio persecutionis Valentis cõplures antiquorum hallucinatos esse, ac primum Socratem *p*, & Sozomenũ *q*, & alios horum vestigia consecutos: sed & Orosium, cum negat id factum, nisi postquã Valentinianus frater, cuius timore continebatur, ex hac vita discessit. ait *r* enim: *Valens*

V.

p Socr. li. 4. c. 2. 3.

q Sozom. l. 6. c. 7.

r Oros. lib. 7. c. 32.

ab Eudo-

PERSECVTIO AB ARIANIS ADVERSVS CATHOLICOS EXCITATVS.

ab Eudoxio Episcopo Ariani dogmatis assertore & baptizatus & persuasus, in sanissimam hæresim declinavit: sed malignam infectationem diu texit, nec voluntatem patefecit admisceri, quoad vivente fratre auctoritate compressus est: contemplabatur enim de eo, quantam vim in vicissenda fide Imperator posset exercere qui tantam constantiæ pro retinenda quondam mille habuisset. hæc ipse. Cæterum S. Hieronymus, vna cum baptismate suscepto à Valente cœptos vexari Catholicos, tradit, cum ait *a: Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nostros persequitur.* in quam sententiam libentius imus; cum & illud Orosio concesserimus, eundem Valentem post fratris obitum grauius Ecclesiam perturbasse. Qui enim non erubuit in contraria fratri fidei professione fieri Christianus, & à nefandissimo Ariano homine baptizari, haud existimamus pro eadem propaganda hæresi veritum esse germanum vindicem impietatis. At si hoc quoq; dederimus, ipsum ab omni infestatione Ecclesiæ Catholicæ quieuisse: quosnam spiritus animosq; susceperisse putam? ipsos Arianos insurgendi aduersus fidem rectam, eiusq; studiosos, cum scirēt Imperatorem eiusdem impietatis professorem à suis ipsorum partibus stare? Quamobrem ab hoc anno vsq; ad eiusdem Valentis necem, quam numine vlciscēte subijt, Ecclesiam Orientalem exagitatam esse Arianorum procellis, nemo iure poterit dubitare. Quin & cum relegationē Episcoporum factā esse sequenti anno Socrates *b* ex Consulibus definierit, inde pater, nō ipsos tantum Arianos, sed & Valentem Imperatorem eisdem conniuentem, Catholicos Episcopos insecutum esse.

a Hieron. in Chron.

b Socrat. lib. 4. c. 10.

VI.

GREGOR. NAZ. ST BASILIVS VOCANTVS EX EREMO.

Cum igitur omnibus Orientis Ecclesiis ex suscepto ab Ariano baptismate innotuerit pertidia Imperatoris, Orthodoxi omnes Episcopi, tanquam ad prælium classico excitati, arma capessunt, contraq; omnes aduersariorum futuros insultus sese muniunt & obfirmant. Tunc namq; opportunum visum est tempus, vt duo illa cœli tonitrua, Gregorius Nazianzenus atque Basilius, ex eremo ad artem certaminis prodeūtes, in hostes fidei cominus fulmina verbi iacerent. Primum id obtinuit Gregorius pater iam senio prægrauatus, vt sibi ad subeūdam senilibus humeris iam imparem sarcinam filius robustus viribus præsto esset: licet id sæpe ante frustra tentasset, illumq; penitus refragantem expertus esset. At cum infelix status Orientalis Ecclesiæ, iam colla erigentibus Arianis, & minas cædesq; spirantibus, tum etiam sacri parentis senectus sub onere pastorali fatiscens, cum inuitum licet diuque refugientem ac penitus renitentem, traxere tamen è Pontica solitudine Nazianzum, adnitentibus eundemque funem cum patre trahentibus alij Gregorij pernecessarius, ad id litteris, precibus, atq; adeo obiurgationibus & amantium contumeliis adhuc cunctantem hominem compellentibus. erat ex iis vnus Bosphorius Coloniæ Episcopus, ad quem iam cedens dansque manus ipse Gregorius sic scribit *c*:

c Greg. Naz. epist. 14.

VII.

EPISTOLA GREGORII AD BOSPHORIVM DE SVO REDITV.

Arbitrabar mihi pro iis quoque, quæ præcesserunt, à vobis purgationem excusationemq; deberi. Ita vecors sum & stolidus. Quoniam autem obiurgande finem non facitis, sed prioribus certaminibus aliquid semper adijcitis, nouumq; contumeliis veteres cumulatis: haud scio, qua causa permoti, siue quod nos exosos habeatis, siue vt nostri contemptu aliorum gratiam vobis concilietis: hac quidem Deo & nosce nda & iudicanda relinquimus, quem nulla res fugit (vt ait Scriptura) etiamsi veritatis laruam prætendamus, vt speciosior sit apud multitudinem prætextus. Tuæ autem pietati hoc denuncio, nos manus dare & cedere, atque Ecclesiæ curam, Deo dante pro viribus nostris, sine cunctatione suscepturos esse (quandoquidem hoc contenditis, atque præsertim vrgente hac tempestate propter imminentem, vt ipse scribis, aduersariorum incursionem) humilemque hoc corpus Deo commendaturos esse, quamdiu durabit, viresq; nostra ferent, ne nos onerem ac atque obruamur, tum à vobis condemnati, tum variis vniuersi cleri querelis & lamentationibus nos opprimentis clamoribus impetiti, atque Ecclesiam neglectam cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes & vulnerantes tanquam Ecclesiæ negotia nihil faciamus, ac denique ne vos diutius in nostri contemptione laboretis. Idq; facientes precium vestrarum auxilio suffulti, etsitu Ecclesiæ præfecturam assipere detrectas, vt & ipse scribis, & res ipsa fidem faciunt. Præstat enim illis curā unimo-

VIII.

GREGOR. NAZ. REVERSVS HABVIT APOLOGETICAM ORATIONEM.

rari, quam his. quandoquidem omnino nos vexare & affligere nusquā est, Deo rei nostræ ita constituente. hactenus Gregorius ad Bosphorium.

Erant namq; illæ de Gregorio querelę omniū, crebræque lamentationes & iurgia, quod neglecta Dei Ecclesia suę tantū salutis, spretis cęteris, ratione habuisset, instituisset q; vitā sibi tantum proficuam, quodq; insuper priuatæ suæ vtilitati post habuisse visus esset paternum senectutē: vnde & nonnullis suppetebat occasio eundem etiam cōtumeliis incessendi. Quamobrem simulac rediit Nazianzum, pro concione suam Apologiam dixit in auditorio frequentissimo: vbi cum in primis fugæ suæ in solitudinē rationem attulisset, quæ omnibus digna iustaq; videri potuisset, reditus quoq; sui, cur tandem cessasset, causas adducit in medium, atq; ait *d: Me in primis ad redeundum impulit vestri desiderium, & quia vos vicissim desiderio mei flagrare sentiebam: neque enim quicquam ad amorem ita firmum est, ac benevolentia mutuo repensa. Deinde mea hæc cura, meum hic labor hoc est, sacrosanctorum parentū canicies & infirmitas, mei desiderio magis quā senectute languentium: horum, inquam, Patriarchæ Abrahæ, cari ac venerandi mihi capitis, atque Angelorum numero habendi. & Sarræ nos in fidei doctrina spiritualiter parturientis: quorum cum senectutem, corporis q; imbecillitatem subsidio meo atque opē fulcire summis votis optauerim, eaq; pro viribus meæ expleuerim, adeo vt Philosophiam quoque ipsam, nempe monasticum institutū, cuius possessione ac nomine nihil carius habebam, contemserim: vel, vt verius loquar, hoc primum Philosophiæ contenderim, ne philosophantis speciem præberem: ne q; tuli mihi ex vna causa laborum meorum omnium fructum intercidere, benedictionemq; Deus, &c.* subdit etiam se inobedientiæ pœnæ metu tandem obsecutum esse parenti, istis verbis:

d Gregor. Naz. Apo. I.

IX.

QVOMODO GREGOR. OBEDIRE COACTVS REDIIT NAZIANZVM.

Cum diu in his animo perplexo & ancipiti fuissem, atque in vtramque partem meipsum librassem atque vnde more dubiis ventis huc atq; illuc inflexus fuissem, tandem vehementiori cęsi, meq; vinctum abtraxit inobedientia metus. ac deniq: perorans: *His*, inquit, *rationū excantamētis meum delinio sensum q; animus cedit, ac ferri instar emolitur, rationibusq; ipsis temporis auxilium accedit: Deiq; leges & institutiones, quib. totam vitam meam cōmisi, in consilii adhibeo. Quocirca non refractor, nec contradico (vt Domini mei verbis vtar, cum non ad Imperium & præfecturā vocaretur, sed tanquam ouis ad eadem ducerētur) se & procumbo & sub potentem manum Dei m y demitto, priſtinamq; mea cessationis & inobedientia (si quid hoc nomine peccaui) veniam peto. Tacui, sed non semper tacebo. Subduxi me aliquantisper, vt me ipsum inspicerem, ac mœrori solatium afferrem: sed nunc eum in Ecclesia plebis exaltare, & in cathedra seniorum laudare perplacet. Si illa reprehensionem, hæc veniam merentur. Quid longiori oratione opus est? Habebis nos pastores atque collegas: habesq; grex sacrosancte, Christiq; pastorū princeps degene: habes ô pater, nec ad omnia vultum, non tam externa, quam Christianis legibus tua potestati subiectum: habes obedientiam: benedictionem repende, &c.*

Hic autem admonendus est lector, errare eos, qui existimarunt, eundem Gregorium Theologum ex eremo redeuntem sublatum esse ad thronū Episcopalem Ecclesiæ Nazianzi. Id quidem cum in primis vetaretur à Nicæno canone e haud ptidem edito, ne vno superstite alius daretur Antistes Ecclesiæ, quod & S. Augustinus doluit ignorasse f, cum à Valerio Episcopo Hipponensi ordinaretur Episcopus: adhuc insuper eiusdem Gregorij assertione) vt suo loco dicemus) exploratum redditur, ipsum nunquā Ecclesiæ Nazianzenæ fuisse ordinatum Antistitem, sed accessisse patri Episcopo in Sacerdotali functione adiutorem: de quo susceptio in se munere hæc alias ibidem in publica concione g: *Nunc quidem cum præclaro parente curam hanc suscipere non recuso, velut magnæ aquilæ, & altissimè volaturi pullus non incommodus è propinquo adnolans.* hæc ipse. Quod vero illud pariter injisset consilium, sic seni parenti præsto esse dum viueret, vt tamen eo ex hac vita decedente, relictam repeteret solitudinem, ideo mox hæc subdit: *Posthea vero penna spiritus meo, quo volet, & quoquo modo volet, ferendam dabo. nec quisquam erit, qui me cogere, aut alorsum traducere possit, cum eo consultantem. Nam etsi paternis laboribus succedere, dulce est, ac noto & familiari gregi præsse, incundius est, quam externo & alieno, addam etiam, Deo carius (nisi me amor fallit*

X.

GREGORIVS NON FECIT PACTVS EPISCOPVS, SED ADIVTOR PATRIS.

e Conc. Nic. can. 8.

f August. ep. 110.

g Gregor. Naz. orat. ad patrem.

XV. GREGORIVS CONCIONANDI ARRIPIVIT.

& in eutem eripit consuetudo) non tamen conducibilem est, nec tantus, quam vt volentes volentibus prosint.

Reuersus igitur Gregorius Nazianzum, illam potissimam sibi partem curæ pastoralis arripuit, quæ in Dei verbo prædicando, simulque hæreticos infectando, veritatemque Catholicam illustrando versatur: quod & ab eo in primis opportunitas temporis exigebat, cum hæresis Ariana decorata diademate Imperatoris petulans, procaxque gestiret, instarq; filiæ Herodiadis saltatricis, non vnius tantum Ioannis capitis dono contenta, omnium Epicoporum Orthodoxorum sanguinem temulenta sitiret. Prodiit ex aduerso Gregorius, tuncq; inter alias luculentas orationes illam in ipso ingressu ad populum habuit, cuius est titulus, *Ad sancta lumina.* in qua plane conspicitur, quo animi ardore pugnaturus aduersus hostes in campum descenderit: nam hæc inter alia *a*. *Animi voluptatem tenere nequeo: diuino furore rapior: propenodum etiam insilar Ieuanni, lætum nuncium profero, non quidem vt ille præcursor, cæterum à solitudine veniens, &c.* Quæ quidem oratione summo consilio, quos sciret nuper Dei Ecclesiam hostes esse pernasos, primum omnium expugnat atque prosternit, dum prima ab ipso initio orationis aduersus vanem Gentilitiæ superstitionis cultum relaconorquet, ac subinde his succedentes Christianæ fidei perduelles Arianos viribus Imperatoris suffultos promptus adoritur. Sed fuerunt istæ Gregorij velitationes potius, quam pugnæ, respectu plurium fortissimorum certaminum, quæ aduersus eosdem postea inijt: de quibus singulis suis locis dicturi sumus.

a Greg. orat. ad sancta lumina.

XII. At cum ad tot tantaq; aduersus agmina hostium ciendæ prælia, præsentia quoq; Basilij expetenda merito videretur, id ipsum Gregorius curauit propensius vna cum Eusebio Episcopo Cæsareæ Cappadociæ, antea (vt diximus) in eum infenso, sed iam æquioris animi reddito, vt Basilius è Pontica eremo reuocaretur in patriam. Porro visum est Gregorio, his literis præuenire Basilium, antequam ab Eusebio b accerseretur.

b *Gregor. epist 19.* GREGORII CVRA IN ABSTRAHENDO BASILIVM AB EREMO.

Tempus iam est, vt prudens consilium incamus, tolerantiæq; laude florcamus, nosq; ita comparemus, vt nec quisquam animi magnitudine præstantior nobis appareat, nec multi nostri labores & sudores temporis puncto obliabantur & euanescant. Cur hæc scribam, quæris? Deo carissimus Episcopus Eusebius noster (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum & scribendum est) animo erga nos est admodum amico, & ad simultates componendas propenso, ac tempore velut igni ferrum emollitur: literæq; etiam deprecatrices & euocatrices ad te missurus est, quem admodum & ipse mihi significauit, & multi ipsius animum perspectum cognitum habentes nobis fidem fecerunt. Quem anteuertamus, quæso, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel (quod erit rectius) prius scribentes, & deinde ad eum nos conferentes: ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclare videlicet & Philosophicè cedendo: id quod plerig, à nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac venitum ob hanc causam, tum etiam propter tempus: quandoquidem hæretici coniuratis animis Ecclesiam percurrant, partimque iam adsunt ac turbas mouent, partim (vt fama tacitatur) affuturi sunt. ac periculum est, ne veritatis doctrina conuulsa distrahatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis spiritus excitetur, hoc est, sapientis huiusmodi disputationum ac dogmatum architecti. Quod si tibi opere pretium esse videtur, vt ipse adsim, atque hæc administrem. tibique itineris comitem me adiungam, ne hoc quidem munus defugiemus. hactenus Gregorij Epistola ad Basilium.

XIII. GREGOR. AD BASILIVM PERGIT AC SECVM REDVCIT.

Quid aût consilij captarit Basilius in his, quæ à Gregorio scripta percepit: illud sane, quod visum est rectius, nempe (quod Gregorius ad finē Epistolæ pollicitus erat) se ad eum ipse cōferret, cum ipso in patriam ad Eusebium rediturus. Testatur id quidem ipse Gregorius, cum res tunc ab eo gestas sic describit, c atq; in primis ait: *Quamuis autem adeo Philosophica & admirabilis fuerit illius secessio: excellentiorem tamen & admirabiliorem ipsius reditum fuisse reperiemus.* Ita enim se habuit. *Cum in his studiis versaremur, insistit repente nubes grandinis plena & perniciosæ strideus, quæ Ecclesias omnes, in quas incidit, prostrauit, & quæcunque inuasit Imperator auri amantissimus, & CHRISTI hostis infensissimus, ac duobus his morbis laborans, inexplebili nimirum auaritia & blasphemia, post persecutorem persecutus, post apostatam non quidem apostata, sed nihilo tamen eo melior non se Christianum præbens, vel (vt recte loquar) Christianorū parissimæ & pessimæ partis, ac Trinitatis adoratricis: quam quidē in vnam pietatem saluatoremq; doctrinam voco. Non enim Diuinitatem velut ad libram expendimus, nec vnam & inaccessibilem naturam sibi substantiarum diuersitate à se ipsa separamus, nec malum malo coramus, impiam Sabellij contractionem magis impia & diuisione ac sectione dissoluentes, quo morbo correptus ille à furore nomen habens, Arius, magnam Ecclesiæ partem labefecit aut atque commouit, nec Patrem honore prosecutus, & ea, quæ ab ipso causam habent, affernatus, dum inæquales Diuinitatis gradus inuexit. Verum vnicam Patris gloriam esse censemus, æqualem Vnigeniti dignitatem, vnicam item Spiritus sancti cum eo exequationem. Ac si quid horum rerum in inferiori dignitatis gradu ponamus, Trinitatem totam à nobis disjici atq; peruerti iudicamus: tria quidem quo ad proprietates, vnum autem quo ad Diuinitatem agnoscentes & colentes.*

PERSECVTIO VALENTIS DE FIDE NICENA.

Quorum ille, nimirum Valens Imperator, cum nihil animaduerteret, nec sublimes oculos efferre posset, verum ab iis, qui eum ducebant, deprimeretur, secum etiam Diuinitatis naturam deprimere non dubitauit, ac scelerata creatura Dominum in seruorum ordinem deiecit, naturamq; increatam ac tempore superiorem in rerum creatarum numero collocauit. Atque hoc quidem ille animo & cum huiusmodi impietate aduersus nos expeditionem suscepit. Nec n. aliud quiddam ea res æstimanda est, quam barbarica incursio, nō mœnia, non vrbes, non domos, aut alia quædam parua & manu facta, eiusq; generis vt denuo erigi aut extrui possint, euertens, sed animas ipsas distrahens. Impetum quoque vna cum eo facit exercitus ipso dignus, nefarij Ecclesiarum Antistites, sani orbis illius Tetrarchæ, qui ipsius imperio & dationi subiacebat. Qui cum Ecclesias partim iam tenerent, partim oppugnarent, partim ob Imperatoris opem ac vim tum illatam, tum minationē denunciatam, in potestatem venturas sperarent: huc quoque vt Ecclesiam nostram in dedition em acciperent, venerunt, nullare perinde, vt prædictorum hominum simultate, atque illius, qui tum nobis præerat, imperitia, morbisq; nostris freti atq; subnixi. Magnum ergo certamen propositum erat, non ignauæ etiam multorum alacritas, sed infirma erat acies, vtpote propugnatores carens, ac perito artifice tam in doctrina quam in spiritus facultate.

XIV.

XV. BASILII STVDIA ADVERSVS HAERETICOS.

Quid igitur generosa illa mentis q, magnitudine præstans anima, Christiq; amore vere inflammata? Nolonga quidem ad hoc oratio cōparanda fuit, vt ad nos se conferret, nobisq; adiumento esset. Verum simulatq, me legatione fungentem aspexit (erat enim vtriq; nostrum cōmune hoc certamen, vt qui fides defensores ac patroni designati essemus) statim legationi cessit: ac spiritualib. rationibus secum optime sapientissimeq, distinguens, aliud simultatu tempus esse (si quid etiā eiusmodi affectui indulgendū esse) aliud pacis ac tranquillitatis, aliud rursum æquanimitatis, nempe necessitatis & periculorum tempus hoc, inquam, secum reputans, confestim è Ponto nobiscum excedit, atque ergo periclitantem veritatem zelo excitat, vtroque suppetias nobis affert, toiusmque se matri Ecclesiæ tradit. At fortasse alacriter quidem hanc rem aggressus est, verum nequaquam, vt illa animi alacritate dignum erat, dimicauit? Aut tenue ille quidem dimicauit, sed non consulte ac prudenter? Aut ita prudenter, vt tamen sine periculo? Aut hæc omnia quidem cumulate, ac supra quā dici queat, præstitit, cæterum in illius animo veteru simultatu fomites quidem residebant? Minimè gentium. Omnia quippe simul præstat: inimicitias ponit, cōsultat, acium instruit, scandala & offendicula intermedia submouet, cunctaq, ea quorum fiducia illi bello nos lacessendos putauerunt. Alios ascisset, alios retinet, alios propulsat: aliis murus firmus & vallum efficitur: alijs secuti petram scindens, aut ignis in spinis (vt Scriptura sancta loquitur d) sarmentitios homines, & in Diuinitatem contumeliosos facile absumens. hæc Gregorius.

d *Psal. 117.*

XVI. BASILIVS GREGOR. AD PYGNĀ SIBI ASCIT.

Quod aût idem Basilius reuersus ad certamen aduersus hæreticos ipsum sibi collegā Gregorium adiunxisset, idcirco idem subdit: *Quod si quid accilio Barnabas, qui hæc loquitur ac scribit, Paulo decertanti tulit: Paulo habenda est gratia, qui illum in certaminis partem & societatem ascuit. Atq, illi sane,* nempe Arianis, *sic infecta rebus discesserunt. tunc primis turpiter pudefacti & prostigati, atque edocti, etiam si alios omnes homines, Cappadoces tamen non ita temere contemnere ac pro nihilo putare: quorum nihil tam proprium est, quam fidei certitudo, fidelig, ac*

sincerum erga Trinitatem affectus; eosdem etiam beneficio hoc habent, quod animis coniunctis sunt atq; concordes, viribusq; pollent, eadem videlicet auxilia, quæ Diuinitati ferunt, accipientes, multoq; etiam præstantiora ac valentiora. hæc quo ad certamen atq; victoriam de ingruentibus Arianis acceptam Gregorius. Quo modo autē erga Episcopum suum Eusebium, quem diutius aduersarium passus fuerat, Basilius se gesserit, idem his verbis significat:

XVII. BASILIVS QVOMODO SE HABVIT CVM EVSEBIO SVO EPISC.

Proximum autem Basilio negotium ac studium hoc fuit: Antistitem obseruare, suspicionem extinguere, mortalibus omnibus persuadere, mœrorem illum, quo affectus fuerat, tentationem quandam collucationemq; peruersi spiritus extitisse; honeste ac laudabilis concordiæ inuidentis: cæterum non ignarum se esse, quod obedientia ordiniq; spirituales leges postularent. Ac proinde adesse, docere, dicto audientem se præbere, monere, quidnam denique illi esse, consultor bonus, opitulator optimus, diuinorum oraculorum explicator, rerum agendarum præmonstrator, senectutis subsidium, fidei adminiculum, domesticorum fidelissimus, externorum ad res gerendas aptissimus (vt vnico verbo dicam) tantam eius benevolentiam obtinens, quanto prius apud eum odio flagrare putabatur. Ex quo hoc assecutus est, vt etiam si illi cathedræ honore secundus esset, Ecclesiæ tamen imperio potiretur. Etenim pro benevolentia, quam conferebat, auctoritatem vicissim accipiebat: ac mirus quidam erat inter eos concentus, nexusque potestatis. Ille plebem ducebat, hic ductorem, atque instar cuiusdam leonum curatoris præpotentem arte cicurabat. Namque vt nuper in sublimi cathedra constitutus, quippe ex laico fuerat delectus Episcopus, & terrenæ materiæ nonnihil adhuc spirans, nondumque in his, quæ spiritus erant, numeris omnibus absolutus, magnisque etiam fluctibus inferuescentibus atque ingruentibus Ecclesiæ hostibus, opus habebat homine, qui eum manu duceret atque fulciret: eoque nomine ipsius opem atque auxilio acquiescebat, eoque imperante, seipsum imperare arbitrabatur.

XVIII. BASILII OFFICIA ERGA ECCLESIÆ ADMINISTRATIONEM.

Iam vero ipsius erga Ecclesiam curæ ac patrocinij quamquam multa quoque alia signa & argumenta sunt, libertas animi, qua cum cæteros magistratus, tum potentissimos quosque ciuitatis alloquebatur, controuersiarum solutiones nequaquam suspectæ, sed ab eius voce formatæ ac constitutæ, modoquo ipsius tanquam lege receptæ; pauperum tutela plures quidem spirituales, sed tamen corporea non paucæ (nam id quoque sæpenumero animis prodest, eos nimirum, in quos beneficium conferunt, per benevolentiam subigere) pauperum alendorum, hospitum excipiendorum, virginum curandarum studium, monasticarum legum institutiones partim scripto, partim voce traditæ, precum descriptiones, sacrarum concinnitates, ea denique omnia, quibus homo vere diuinus, Deoq; admodum plebi vtilitati esse potest, pergit de eodem dicere, quid egerit, cum vehementissima Cæsareæ fames ingrueret: sed de his suo loco opportunius.

XIX. BASILIVS POPVLO EXPLICAT DIVINAM SCRIPTVRAM.

Eusebij quoque iussu diuinas scripturas Basilium ad populum explicasse, ipsemet in oratione in principium Prouerbiorum testatur; cum ait *a*: *Præclara est obedientia merces. Obediamus igitur bono patri, certaminum præmia nobis ex spiritus oraculo proponenti: qui nos instar venatorum in locis inuiis, quasi catuli cuiusdam venatici indicio cursus nostri experimentum vult capere. Proposuit autem nobis ad enarrandum parœmiarum principium, &c.* Obibat idem Basilius in Synodis pro suo Episcopo legationem, vt in conuentibus habitis tunc temporis diuersis in locis, nempe Chalcedone, Heracleæ & in ipsis Cæsareæ suburbiis: in quibus omnibus quod sanæ sinceræque fidei erat, id summa libertate animi loquebatur: quorum idem Basilius meminit, vbi ad Eustachium scribens *b*, aduersus calumniantes sic ait: *Quem vero oportebat me animi mei præ te testem habere, quæ Chalcedone à nobis de fide dicta sunt, quæ & sæpenumero Heracleæ, & quæ antea in suburbio Cæsareæ, an non omnia consona nobis, & omnia inter se concordantia fuerint? Ex his igitur, quæ de reditu Basilii Cæsaream, & reconciliatione cum Eusebio dicta sunt, quæ eodē argumento scribit Sozomenus *c*, in nonnullis sunt corrigenda: vt in primis cum eadem contigisse refert primo Valentis Imp. anno, quo (vt diximus) ipse Valens in Cappadociam profectus est, inde decensurus in Syriam: deinde cum populi studio in Eusebium inclamantis, seq; ab eo separantis, reuocatum Basilium tradit: vel cum adiungit, absq; interruncio eundem Basilium in Cappadociam ad eundem Eusebium Episcopum rediisse: quæ omnia ex iis, quæ ex Gregorio Nazianzeno dicta sunt, arguuntur erroris. Sed & corrigendus quoque Ruffinus *d* est, dum ait Basilium & Gregorium perseuerasse in eremo annos tredecim, cum habita exacta discussione temporis accessus & recessus, nonnisi quatuor annos illic mansisse reciplantur.

a Basil. in prin. Prou.

b Basil. ep. 79.

c Sozom. li. 6. c. 15.

d Ruff. l. 2. c. 9.

Quod vero ad Arianos pertinet: eo furore, Eudoxio Episcopo Constantinopolis impellente Imperatorem, eiusmodi persecutio cœpta est, vt non tantum Catholicos exagitarit, sed & Nouatianos, alioqui hæreticos, in confessione tamen perfectæ Filii cum Patre substantiæ cum Catholicis eadē sentientes: quin & in Macedonianos, & alios Semiarianos dictos, grassata est, quod scil. hi quoquo modo Filio Dei diuinam substantiam (vt dictum est) tribuere viderentur. Sed quod primum ad Nouatianos spectat, hæc Sozomenus e eidem sectæ coniunctus: *Non dissimilibus porro afficiebantur incommodis etiam illi, qui Constantinopoli doctrinam Concilij Nicæni propugnabant, quorum incōmodorum socij quoq; fuere Nouatiani. Nam Imperator cum reliquos omnes vrbe exigi, tum Ecclesias Nouatianorum occludi mandauit: Cæterorum autem ecclesias non erat causa cur occluderet: nam iampridem ea, regnante Constantio, ipsis ademptæ fuerant.*

XX. ARIANI PERSEQVVNTVR NOVATIANOS ET MACEDONIANOS.

e Sozom. li. 6. c. 9.

Quinetiam Agelium, qui temporibus etiam Constantij ecclesiæ Nouatianorum Constantinopolis præfuerat, multauerant exilio. Is quidem dicebatur vitam cum summa omnium admiratione secundum leges Ecclesiasticas instituisse. Vixit enim (quod in pia vita ratione ac disciplina facile primas obtinet) pecuniarum possessione liber atque ipsa vitæ institutio illud plane declarauit: nam vna solum vtebatur tunica, & sine calce semper incedebat. Non ita multo post ab exilio reuocatur: suas ipsius recuperat ecclesias, & conuentus libere ac sine metu agit. Quarum rerum Marcianus quidam causa exstitit, vir sane cum vita, tum doctrina admirabilis, qui natu olim quidem in Regia satellitem egerat, at iam tum presbyter secta Nouatianæ erat, docebatque filias Imperatoris Anastasiam & Carosam præceptæ grammaticæ, quarum omnibus sunt balneæ Constantinopoli etiamnum appellatæ. Itaq; ab reuerentiam erga hunc & gratiam, hæc, quæ modo diximus, Nouatianis concessa sunt. hactenus Sozomenus de suis Nouatianis. Sed plane in eo etiam hallucinatur, dum putat balnea Anastasiæ nomine dicta, denominata esse ab Anastasia filia Valentis Imperatoris: nam secus habet Amynianus, qui cum agit de tyranno Procopio, hæc ait: *Ductus in cogitationes varias, Anastasianas balneas petit, a sorore Constantini cognominatas.* Eadem tradit Socrates *f* de Nouatianis.

XXI. AGELIVS NOVATIANVS EXVLAT.

f Socr. l. 4. c. 9.

Quo modo autem his diebus se habuerint res Arianorum cum Macedonianis, reliquum est, vt dicamus. *Imperator* (inquit Socrates *g*) *rebus tum prospere & feliciter gestis elatus, rursus in Christianos tumultus propterea ciere cœpit, quod omnes ad sectam Arianam traducere cupiebat. Atq; Concilium Lampsaci habitū illi in primis bilem mouerat, non modo quod Episcopos Arianos interdixerat Ecclesia, sed quod fidei formulæ Arimini editæ anathema denūciauerat. Itaq; cum Nicomediā Bithyniæ venisset, Eleusium Cyzici Episcopum ad se accersit. Hic omnium Macedonianæ (vt sup. a dixi) maxime dedutus fuit. Quare Imperator, Concilio Episcoporum Arianorum conuocato, Eleusium illorum fidei assentiri coegit. Qui quamquam antea illud se facturum omnino denegasset, postea tamen exilio & publicatione bonorum, quæ ipsi interminatus fuerat Imperator, supra modum exterritus, opinioni Arianæ assensit. Statim vt assenserat, in magno dolore fuit, & Cyzicum reuersus (est notissima ciuitas in Hellespōto) coram vniuerso populo de vi ipsi ab Imperatore illata grauiter conquestus est, docetq; vi se coactum, non sua adductum voluntate, doctrinæ Arianæ assensisse, illisq; alium conquirendum Episcopum propterea quod ipse necessitate compulsus suum ipsius dogma denegasset. Cyzicēni tamen præ incredibili amore, quo illum complectebantur, neq; alij Episcopo se subijcere voluerunt, neq; Ecclesiæ suæ administrationem concedere. Quare cum eius semper paruere gubernationi, tum suam ipsorum hæresim minime deposuere. His reb. auditis Episcopus Constantinopolitanus, Eunomius vipote qui dicēdi vi, qua præditus erat, posset multitudinis animos in suam sententiam facile pertrahere, Episcopū Cyzici designauit. Quo cum aduenisset Eunomius, ab Imperatore in eam missum fuit, vt Eleusio exturbato, Eunomius in sede Episcopali collocaretur. Vnde qui Eleusii fauebant optimati, extra vrbis mœnia extruxerunt Ecclesiam,*

g Socr. l. 4. c. 9.

XXII. MACEDONIANI EX AGITANTVR AB ARIANIS. *g 8 cr. l. 4. c. 7.*

EXPVLSO ELEVSIO ORDINATVR EVNOMIVS.

conuentus, separatim egerunt, sed de Eleusio hactenus: de Eunomio autem iam pauca dicamus.

XXIII. EVNOMII RES GESTÆ.

Eunomius Aetij, cognomento Athei, cuius supra mentionem fecimus, scriba fuit: qui cum eo vitam degens, fallaces ratiocinandi concludendique modos, qui sunt sophistarum proprij, ab illo didicit, atque eius studio imitatus est. Quin etiam inanibus inceptisque vocibus operam dare, sophismataque quibus ipse irretiretur, conijcere imprudens aggressus, illisque arroganter inflatus ad blasphemiam eam procesſit; Ary etiam opinionem sectari, veritatis dogmata variis rationibus impugnare capit. At tametsi sacrarum litterarum prorsus ignarus imperitusque fuit, neque potuit eas omnino intelligere, tamen verba variare, eademque semper aliter atque aliter dicere potuit: at quod sibi ad dicendum proponebatur, nunquam attigit. sicut septem tomi ab illo in Apostoli ad Romanos epistolam tam inepte compositi satis perspicue declarant. Nam cum multa verba inaniter de ea epistola profuderit, institutum tamen Apostoli animaduertere nullo modo valet. Extant praterea alij eius libri his consimiles, de quibus si cui in animo sit periculum facere, in magna verborum copia miram sententiarum inopiam reperiet. Atqui istum Eunomium Eudoxius ad Episcopatus Cyzicenſis dignitatem extulit.

XXIV. EVNOMII ET BLASPHEMIÆ FASTVS.

Cum vero, vt ipsius mos ferebat, pro concione Dialecticis argutijs vteretur, auditores admodum reddidit attentos: vnde Cyzici tumultus exortus est. Nam cum Cyzicens arrogantem illius in dicendo insolentiam ferre nullo modo possent, è ciuitate exturbarunt. Ille Constantinopolim se recepit: ibi cum Eudoxio atatem degit, ab Episcopatus administratione vacans. Verum ne ista solum obtrectandi causa dixisse videamur, ipsius Eunomij verba, quæ sophistæ more callaciter & vecatorie de Deo dicere non veretur, audiamus. sic enim loquitur: Deus de sua ipsius essentia nihil plus intelligit, quam nos, neque ipsi magis est perfecta & cognita, quam nobis: sed quod nos de ea scimus, idem omnino & ipse scit: ac rursum quod ille nouit, idem in nobis vicissim reperies. Istas aliasque commenticias complures fallacias imprudens contexit Eunomius. At qua ratione paulo post se ab Arianis segregauit, dicemus suo loco. hucusque Socrates de Eunomio. Porro eiusdem nominis, ab hoc tamen diuersus fuit Episcopus ille, quem in locum Eusebij Samosatæ Ariani substituerunt, de quo suo loco dicturi sumus ex Theodoreto a. Cum vero eiusmodi Eunomij fastus, mentisq; tumor blasphemijs iunctus, Catholicis innotuisset, obstupuerunt: Basilius vero Magnus vt elatum vitij animum deprimeret, hoc puto tempore, scripsit ad eum illam epistolam b de formicæ natura; quam ab eo ita vehementer fieri rogat: eam nos superius recitauimus: libros vero aduersus eius blasphemias postea lucubrauit, de quibus suo loco dicemus.

a Theod. li. 4. c. 14.

b Basil. ep. 162.

XXV. CONCILIVM CELEBRATVM IN CARIA.

Ariani igitur in Macedonianos (vt dictum est) insurgentes hoc anno, impedimento fuere, quo minus ab illis indictum Tarsi anno superiori Concilium celebraretur. id quidem ita Socrates c: Factum, inquit, fuisset Concilium, nisi Eudoxius secta Ariana Episcopus, qui tum gratia apud Imperatorem plurimum poterat, obstitisset: qui propter Concilium edictum per magna iracundia flamma incensus, illos grauissimis affecit incommodis. hæc ipse Sozomenus did ipsum: qui & celebratum fuisse aliud Concilium in Caria tradit, dum ait: Cum autem iam Concilium Tarsi congregatur, circiter triginta quatuor Episcopi Asiani in Caria, quæ est regio Asiæ, in vnum congregati, studium in Ecclesiæ concordia stabilienda positum probabant illi quidem, sed tamen vocabulum, consubstantialis, reijciebant, constanter, affirmabant, formulam fidei Antiochiæ & Seleuciæ editam, tenendam esse: quippe quæ etiam à Luciano martyre ante edita haberetur, & non sine multorum tum periculorum, tum laborum susceptione, ab his, qui ipsos ætate antecedant, confirmata. Imperator vero impulsu Eudoxij, Concilium, quod in Cilicia futurum expectabatur, partim litteris, partim nimis diremit. hæc Sozomenus. At fuerunt ista futurorum malorum præludia. Quod enim Valens in expeditione Gothica totus esset, ea, quæ spectarent ad dogmata, prætermisit, cum tamē Ariani ipsi haud desiterint vbiq; hæc ſere Catholicos, & hæreticos ab ipsorum dogmate discrepantes.

c Socrat. li. 4. c. 12.

d Soz. lib. 6. c. 12.

XXVI. CONCILIABVLVM ARIANORVM AD-

Eodem anno fæces Arianorum Valens & Vrsacius vna cum eiusdem perfidiæ collegis, Singeduni in Mysia conciliabulum habuere, non tamen aduersus Catholicos sed Semiarianos hæreticos, agreferentes, si quis errans nō continuo in eiusdem, qua ipsi, profundu foueæ meigeretur, ex quo quidem conuentu istam ad Germinium conscripserunt epistolam, quam liber fragmentorum Sancti Hilarii de Synodo Ariminensi, nuper editus, exhibet istis verbis e:

VERSVS SEMIARIANOS.

e Hilar. frag. lib. 1. pag. 40. 41.

Domino religiosissimo fratri Germinio, Valens, Vrsacius, Gaius & Paulus, S.

Cum de spe & salute solicitudo incumbit, magis laudandi esse debent, qui soliciti sunt, quam reprehensionem aliquam sustinere. Salus autem ac spes principaliter in fide Catholica consistit: & ideo quāuis conuentione ad omnes nostros fratres & Coepiscopos nostros Valente & Paulo admonita noluerit, ad id, quod rumor latitat de te respondere, domine religiosissime; tamen quia litteris tuis testificatus es, te in eadem charitate per seuerare, & paratum esse inlibatam dilectionem habere erga nos ostendere: propterea in vnum apud Singedunum congregati, iterum his commonefacimus sanctitatem tuam, vt omni occasione ambigui excluſa, digneris rursus referibere nobis, si à fide Catholica, quæ Arimini à sancto Concilio exposita confirmataque est, cui etiam vniuersi Orientis Episcopi consenserunt, sicut iam professus es te non recessurum, apertus queritur significes. Est autem hoc, sicut in ea cautum est: Similem dicimus Filium Patri secundū scripturas, non secundum substantiam, aut per omnia, sed absolute. Si enim hæc expositio immutata fuerit, manifestè quondam Basilij perfida adsertio, propter quam Synodus facta est, qua etiam merito damnata est, reparabitur. Dignare igitur nos, quod quæritur, euidenter litteris tuis declarare: non dixisse, aut dicere, vel dicturum similem esse per omnia Filium Patri, excepta innatiuitate, ne quod per latores litterarū Iouianus diaconus & Martyrius subdiaconus verbo deprecationis sue, ante prædictos dominos meos fratres, & Coepiscopos nostros Valentem & Paulum adserebant: magis credibile esse videatur, quia per omnia similem esse Filium Patri profitearis. Si enim sic te, sicut optauimus, sentire scriptis tuis manifestaueris, querelam pro iniuria à quibusdam clericis tuis Palladio & Gaio fratribus & Coepiscopis nostris factam, licet volueris, sicut prima conuentione admonitus es, exquirere, ad æstimationem tuam pertinet, illis scilicet præstantibus pro sua temeritate rationem. Hæc per Secundianum presbyterum, Pullentium lectorem, & Candidianum exorcistam transmissimus charitatitua. XV. Kalend. Ianuar. Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo Coss. exemplum penes nos retinentes.*

* apertius.

Quid autem Germinius? num his consensit? minime gentium; nam accipe ab eo scriptam eo argumento epistolam f:

XXVII.

f Extat apud Hilar. frag. lib. 1. pag. 41. 42. EPISTOLA GERMINII SEMIARIANI ADVERSVS ARIANOS.

Dominis fratribus religiosissimis Rufiano, Palladio, Senerino, Nicha, Heliodoro, Romulo, Muciano & Stercorio, Germinius in Domino Salutem.

Vitalis nunc militantis in officio sublimis Præfecturæ relatione comperimus, desiderare sanctitatem vestram significari vobis aperte, quid est, quod de fide nostra Valenti, Vrsacio, Gaio & Paulo displiceat. Necessarium duxi his literis patefaciendum sanctitati vestræ, & id, quod vobis ipsis ab initio esse confido, dicere, nos hoc, quod & à Patribus traditum accepimus, & diuinis Scripturis, quod semel didicimus & quotidie docemus, Christum Dei Filium Dominum nostrum per omnia Patri similem, excepta innatiuitate, Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante sæcula & ante vniuersa, quæ intelligi vel dici possunt, genitum, cuius natiuitatem nemo scit, nisi solus Pater, ipso Filio adserente: Quia nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, secundum diuinas voces ipsius Saluatoris nostri Filij dicentis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et iterum: Quæcunque enim Pater facit, hæc & similiter Filius facit. Et iterum: Ego & Pater vnum sumus. Et verum: Qui me vidit, vidit & Patrem. Et iterum: Quomodo Pater vitam habet à semetipso, ita dedit & Filio vitam habere in semetipso. Et iterum: Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, ita & Filius quod vult, viuificat. Et iterum: Credis in Deum, & in me credite. Et verum: Nec, enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Et iterum cui Pater dixit: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram, nec dixit, ad imaginem tuā, vel ad imaginē meam, ne aliquā dissimilitudinem in Filij sui diuinitate demō-

straret,

straret, sed propterea coniunxit ad imaginem & similitudinem nostram, vt Filium sicum sibi similem per omnia Deum manifestaret. Iterum Euangelista: Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratia & veritate. Et Apostolus ad Corinthios: In quibus Deus huius saeculi excaecauit mentes infidelium, vt non resplenderet illuminatione Euangelij gloriae Christi, qui est imago Dei. Et iterum idem Apostolus: Et transtulit in regno Filij charitatis, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae. Et iterum idem Apostolus: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. Quis non intelligat, quia quemadmodum secundum serui formam vera fuit caro nostra in Christo, ita & in Dei forma vera sit diuinitas Patris in Filio? Et iterum: Videte ne quis vos seducat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si ergo omnis plenitudo diuinitatis inhabitat in Christo, iam non ex parte similis & ex parte dissimilis, sicut nunc asserunt, qui propter contentionem suae libidinis retrorsum abeuntes, semetipsos à nobis auertunt.

XXVIII. Nam quod putant se pro magno de diuinis Scripturis proferre, vt dicant, Christum factum & creaturam: e contrario nos secundum scripturas dicimus, & viam, & iannam, & lapidem offensionis, & petram scandali, & fundamentum, & brachium, & manum, & sapientiam, & verbum, & agnum, & onem, & pastorem, & sacerdotem, & vitem, & diem, & alia: Sed haec omnia sic intelligimus & dicimus, vt virtutes & operationes Filij Dei intelligamus, non vt diuinam eius ex Patre natiuitatem huiuscemodi nominibus comparemus, quia ex nihilo omnia per Filium facta sunt, Filius autem non ex nihilo, sed ex Deo Patre est genitus.

XXIX. VALENTIS HAERESIS NOTATA. Miror autem praedictum Valentem aut oblitum esse, aut certe subdole dissimulare, quid in praeteritum gestum definitumque sit. Nam sub bonae memoriae Constantio Imper. quando inter quosdam caeperat esse de fide dissensio, in conspectu eiusdem Imperatoris praesentibus Georgio Episc. Alexand. Ecclesiae, * Pelusinorum Basilio Episcopo tunc Anquiritano, praesente etiam ipso Valente & Vrsacio, & in ea praui tate post habitam vsque in noctem de fide disputationem & certam regulam perduitam Marcum ab omnibus nobis electum fidem dictasse, in qua fide sic conscriptum est: Filium similem Patri per omnia, vt sancta dicunt & docent Scripturae: cuius integra professione consensimus omnes, & manu nostra subscripsimus. Si autem nunc aliquid spiritus huius mundi suggerit, ex aperto adhuc scire non possumus. Nam vt nos professi sumus de Scripturis, per omnia similem Filium Patri excepta innatitate, exponant & illi de Scripturis, quemadmodum parte similis sit, parte dissimilis. Et ideo fratres dilectissimi, haec intrepidanter & sine mora vestrae dilectionis ad conscientiam, per Cyriacum officialem, cuius prima innotuit occasio est post Carnium dieconii, quem ad vos misi, professionem destinari, vt per vestram quoq; vigilantissimam deuotionem apud Deum, vniuersa fraternitati intimetur, ne quis fallacia diabolo laqueis ignorans implicetur. Iam vestrae est vnanimitatis rescribere mihi, quid vobis S. Spiritus suggerat. Sane intimo charitati vestrae, me huic epistolae, propterea quod manus dolerem, subscribere non potuisse: subscribendum autem mandasse fratribus & compresbyteris nostris Innocentio, Octauio, & Catulo. Hactenus Germinius aduersatus Arianis, militans tamen inter Semiarianos.

XXX. ACACII EPISC. CAES. PALAEST. OBITVS. Quo tempore, defuncto illo scelerum omnium architecto & vexillario impietatis Acacio cognomento Lusco, Episcopo Caesareae Palestinae, Ariani aeque Arianum hominem dedere illi successorem Euzoium. Reliquit Acacius commentarios à se conscriptos in Ecclesiasten decem & septem voluminibus comprehensos, necnon συμμίκτων ζητημάτων sex, & multos alios praeterea diuersosque tractatus, haec San. Hieronymus a, qui Acacii scripta sic legere consueuit, vt in nequam haeretici hominis incubationibus caueret à sordibus b. Alius eodem ferme tempore claruit Acacius itidem Caesareae Palestinae, Libanii discipulus, ipsum magistrum superaturus, si licuisset iuuenis (vt de eo tradit Eunapius c) decessit. Qui vero Acacio in Episcopatu successit Euzoius (diuersus hic plane fuit ab Euzoio itidem Ariano, creato Episcopo Antiocheno sub Constantio) apud Thessalonicam rhetorem cum Gregorio Nazianzen. (vt tradit San. Hieronymus) fuerat Caesareae eruditus; eiusq; postea factus vrbis Episcopus, plurimo labore corruptam bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis instaurare conatus est: sed quod Arianus esset, sub Theodosio Principe pulsus est, cui suffectus fuit Galasius, de quo inferius. Haec ex Hieronymo d.

a Hieron. de scrip. Eccl. in Acacio. b Hieron. ep. ad nepot. & Alex. 213. c Eunap. in Vita Iamblich. d Hieron. in Euzoio, & in Galasio, de Script. Eccles.

Hoc eodem anno, iisdemque Coss. Gratiano & Dagalaipho, natus est filius Valentiniano Imperatori, quem suo quoque nomine Valentinianum nominauit. haec Socrates e. Genitus hic fuit ex Iustina Ariana foemina, de qua plura inferius dicturi sumus. Licet igitur Valentinianus ipse Augustus omnium sententia Catholicus habeatur; tamen tum vxoris, tum fratris perfidia infamatur: eam praesertim nullus reperiatur ab eo adhibitus esse conatus, vel studium, quibus eosdem ad meliorem frugem reuocare fategerit: & quod grauius existimatur, grassantem Valentem fratre in Orthodoxos in Imperio illi subiecto minime cohibuerit: quin & in Occidente Auxentiũ Arianum, & ab Arianis Episcopum Mediolanensem electum, licet Catholicis Episcopis & inter alios Hilario Episcopo Pictauiensi vehementer reclamantibus, nunquam sede expellendum curauerit, sed in ea vique ad obitum fuerit permanere. Haec, inquam, eidem Valentiniano notam inusse re non leuem. At de Auxentio suo loco dicendum.

e Socrat. lib. 4. c. 31. VALENTINIANI IVNIORIS NATALIS.

IESV CHRISTI
Annus 367.

LIBERII PAP. Annus 16. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 4.

CHRISTI annus trecentesimus sexagesimus septimus Consulatu Flauii Lupicini atque Flauii Iouini adscribitu Fastis, sicut ab Ammiano f. Socrate g. atque aliis notatus habetur. Huius Flauii Iouini esse creditur epitaphium Flauiae Iouinae filiae, quod sic se habet h:



FL. IOVINA. QVAE. VIXIT.
ANNIS. TRIBVS. D. XXXII. DEPOS.
NEOFITA. IN. PACE. XI. KAL. OCTOB.

Quo eodem anno Romae post Lampadium Viuentius gessit praefecturam Vrbanam, id eodem Ammiano atq; etiam rescriptis Imperatorum testantibus: nam sub iisdem consulibus ad eundem Viuentium extant data rescripta; vt illud de relaxandis vinctis die Paschatis, his verbis i:

I. f Ammian. lib. 27. g Socra. li. 4. c. 10. h Ilenra apud Lelium Pasquatium. PRAEFECTVRA VIVENTII. i l. 4. de indulg. C. Theod.

Impp. Valentinianus, Valens, & Grat. AAA. ad Viuentium P. V. Ob diem Paschae, quem iuuno cor de celebramus, omnibus, quos vearus astringit, carcer incluſit, clauſtra diſſoluimus. Attamen ſacrilegos, in maieſtatem reos, in mortuos veneficos, ſiue in alicos, adulter, raptor, homicida, communione iſtius muneris ſeparentur. Dat. III. Non. Maij. Rom. Lupicino & Iouino Coss. ſed & illud, quo prohibentur delinquentes damnari ad ludum.

k l. 11. de ponis. C. Theod.

Idem k. AAA. ad Viuentium P. V. Neminem de numinis noſtri ſacrario prodentem arena ſuſcipiat, laniſta docear, ſeua meditatio & pugnatrix exerceat: multa ſiquidem poſſunt eſſe ſupplicia, quibus culpa plectatur. Dat. V. Id. April. Lupicino & Iouino Coss.

Cum igitur ex his rescriptis liquido demonstretur, praefecturam Vrbanam Viuentii contigisse sub Consulatu Lupicini atq; Iouini; ex his pariter additur exploratũ tempus obitus Liberii [illegible]

successoris; nam sub eiusdem Viuentii præfectura subortum esse sæuum Vrsicini schisma aduersus Damasum, disertis verbis Ammianus affirmat *a*. De his igitur pluribus actuti, vt de Liberii obitu primum instituamus orationem, exigit rerum ordo.

a *Ammian. lib. 27.*

II. OBITVS LIBERII PAPÆ.

De Liberio Papa, quot annis sederit, plane diuersæ reperiuntur sententiæ, quas siue in codices menda ilapsa, siue scriptorum incuria induxerunt. Nam in libro de Romanis Pontificibus, annis sex tantum, mensibus sex, & diebus quatuor sedisse legitur; totidemque apud Nicephori Chronicon numerantur vsq; ad Felicem. In Cresconiano autem Indice, decem anni, menses septem, & dies tres eiusdem Pontificatui tribuuntur. Cæterum apud Hieronymi Chronicon, ab ingressu Liberii vsque ad Damasi successionem, anni intercedunt decem & octo. At vero habita exactiori ratione ingressus Liberii vsque ad præsentis anni quintum Idus Septembris; dicere opus est eum sedisse annos quindecim, menses quatuor, & diem vnum: nam eius ingressus contigit octauo Idus Maii (vt dictum est) anno Domini trecentesimo quinquagesimo secundo.

III. BASILICA LIBERII.

De eodem autem Liberio hæc habentur in libro de Romanis Pontificibus: *Hic ornauit de platoniis sepulchrum sanctæ Agnetis martyris.* & paulo post: *Hic fecit basilicã nomine suo iuxta Macellum Libyæ, alias Liuiæ.* De Macello Liuiano, loco sic dicto in Esquilino colle, est mentio apud * Sextum Rufum, & P. Victorem. Porro quod ad eiusdem templi erectionem spectat: ex collatis impensis Ioannis Patritii ea de re per visum admoniti, & miraculo confirmati, descendentibus nijuibus Nonis Augusti, formamq; templi monstrantibus, eam basilicam erectam esse, eiusdem ecclesiæ vetera monumenta declarant: verum ipsam ab eius erectore, nomine Liberii nuncupatam esse, Marcellinus presbyter in libello de schismate Vrsicini certam fidem facit. Rursum de Liberio hæc in eodem libro de Roman. Pontificibus: *Hic fecit ordinationes duas in Vrbe mense Decembri, & ordinauit presbyteros octode, siue, diaconos quinque, Episcopos autem per diuersa loca decem & nouem. Qui sepultus est in via Salaria in cœmeterio Priscillæ.*

* Sextum.

IV. LIBERII MEMORIA.

Remansit posteris Liberii Papæ memoria haud ignobilis, sed plane hs notificentissima: de qua vt ab homine huius temporis, eodemque Romano ciue, atque itidem doctrina & sanctitate claro, quiq; nullo priuato affectu, sed veritatis tantum studio mouetur, testimonium petamus: S. Ambrosius *b* testimonium affert, cum in cõmentariis de Virginibus, cui tanquam in auro gemmam voluit eiusdem Liberii Papæ intexuisse sermonem, ita præfatur: *Quoniam qua habuimus, digessimus superioribus libris duobus, tempus est, soror sancta, ea qua mecum conferre soles, beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, vt quo vir sanctior, eo sermo accedat gratior. Namq, is cum in Saluatoris Natali ad Apostolum Petrum virginitatis professionem vestis quoq; mutatione signares (quo enim melius die, quam quo Virgo posteritatem acquisiuit?) at que astantibus etiam puellis Dei compluribus, quæ certarent inuicem de tua societate; Bonas, inquit, filia, nuptias desideraßi, &c.* pergit integrum tunc ab eodem Liberio habitum sermonem recensere: vbi post finem hæc addit: *Hæc tecum sancta memoria Liberius, quæ apud alios maiora verbis, apud te minora exemplis sunt, &c.* Vt plane appareat, omnem maculam, quam olim exul Arianorum ad tempus cõmunione, etsi non hæretis prauitate, cõtraxerat, posteriori illa confessione tempore Concilij Ariminensis prorsus deletam atq; omnino fuisse obliuione sepultam. Hinc videas & à Græcis etiam eiusdem temporis sanctissimis atq; doctissimis viris Liberiũ dignis titulis honestari: vnde S. Basilius c nominat eum, beatissimum virum scribens ad Occidentales; Epiphanius *d* vero, beatum. repetimusque eius memoriam in nõnullis antiquis scriptis codicibus recensitam inter alios sanctos, anniuersario die natali publice recolendam, ex quibus ex scripsit Beda, in cuius Martyrologio 8. Kalend. Octobr. Liberii Romani Episcopi nomen cum aliis sanctis habetur in textum; sed & alibi cum aliis eiusdem diei sanctis hic verbibus decantatum, pridie tamen eius diei, nempe 9. Kalendas Octobris *e*.

b *Ambros. de Virg. lib 3.*

LIBERIVS INTER SANCTOS RELATVS.

c *Basil. ep. 74.*

d *Epiph. hær 75.*

e *Martyrol. Vsuardi hæc die 15. Septemb.*

Nonum Thecla tenet roseo perfusa cruore,
Libertuq; dicat Romanam Papa per Vrbem,
Lenita & Sosius merito splendescit honore.

Ad hæc omnia de Liberio posita, addenda est inscriptio nuper reperta Spoleti in tumulo, exarata totidem verbis ac versibus, vt hic legitur. V.

D. P.
PICENTIÆ
LEGITIMÆ
NEOPHYTÆ
DIE V. KAL. SEP.
CONSIGNATÆ
A LIBERIO PAPA
FL. HOSPITIVS
MARITVS
VXORI
BENEMERENTI
DVPLICEM
SARCOFAGVM
CVM TITVLO
HOC LOCO
... OE ... I
POSVIT
.,.. MARITO
..... ET Fracta tabula & fragmentis deperditis, desunt reliqua.

ANTIQVVS SACRAMENTI CONFIRMATIONIS VSVS.

Quod autem audis consignatam fuisse defunctam, à Liberio Papa, per consignationem intelligere debes collatum sacramentum, quod dicimus Confirmationis seu Chrismatis, vti vetus loquendi vsus obtinuit, quod accipi consueuit ab Episcopo suo: cum vero illud ipsa acceperit à Liberio Papa, placuit marito eiusmodi exhibitum ipsi munus à tanto Pontifice, relinquere perpetua memoria sepulcrali lapide consignatum.

VI. DAMASI ELECTIO.

Post obitum Liberii vacasse sedem dies sex, in eiusque locum Damasum Hispanum, Antonii filium, fuisse legitime subrogatum die decima quinta Septembris, consentiunt omnes, Vrsicinum vero postea eodem anno in schismate Pontificem acclamatum. Quæ enim olim cœperat in clero Romano dissensio ex substitutione Felicis (licet Liberius eam componere studuisset, recipiens in clero atque vniens cum aliis eos, qui ordinati fuerant à Felice) latenter serpens, noui Pontificis electionis occasione recruduit, dum alii ex parte Felicis, ex parte vero Liberii alii conarentur ordinare Pontificem. Itum est à maiori faniorique parte in Damasi electionem: qui licet fuisset ex parte Felicis *f*, Liberius tamen (vt dictum est) non tantum vna eum aliis eundem receperat in clerum, sed etiam Vicaria præfectura donarat, cum post Concilium Atiminense (vt meminimus) Liberius iterum à Cõstantio vexatus in suburbiis conuentus ageret: quod eiusdem Liberii Acta *g* quantumlibet deprauata testantur, in quibus hæc legitur: *Nolite timere, quoniam ego vobiscum non habito in ciuitate Romana: sed habetis Vicarium, ecce fratrem & presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis,* &c. Ex quibus erroris pariter arguuntur, qui Damasum dicunt ex Diacono creatum esse Pontificem. Senex erat sexagesimum secundum circiter annum agens, cum creatus est Pontifex, quem, postquam sedisset annos decem & octo, prope octogenarium decessisse affirmat S. Hieronymus *h*.

f *Marcel. de schis. Vrsic.*

g *Acta Liberii c. 2.*

g *Hieron. de Script. Eccl. in Damas.*

VII. SCHISMA VRSICINI.

Pars autem aduersa indigne ferens ex communione Felicis electum esse Pontificem, vna cum diaconis Romanæ Ecclesiæ conspirans, occupansque basilicam Sicini *, erat contra Damasum Vrsicinum diaconum Romanum Episcopum. Qui vero tunc tumultus oborti, quæue cædes fuerint in eadem basilica perpetratæ, ex Ammiano i hic potissimum describamus, licet Ethnico homine, & rerum Christianarum haud exacto explotatore. Ipse igitur postquam de præfectura Vibana Lampadii egit, de eius successore Viuentio ita scribit: *Aduenit successor eius ex Quæstore * Palatij Viuentius, integer & prudens, l'amonitus, cuius administratio quieta fuit & placida; copia rerum omnium fluens. Et hunc ex oꝝ discordantis populi seditiones*

* Sicinni.

i *Ammian. lib. 27.*

* Exquisitor.

terruere cruentæ, quæ tale negotium excitauere. *Damasus & Vrsicinus supra modum ad rapiendam Episcopalem sedem ardentes, scissis studiis asperrime conflictabantur, adusque mortis vulnerumque discrimina adumentu vtriusque progressis. Quæ nec corrigere sufficiens Viuentius, nec mollire, vt magna coactus secessit in suburbanum. At* in concertatione superauerat Damasus, parte, qua ei fauebat, instante. Constatque in basilica Sicinini*, vbi ritus Christiani est conventiculum, vno die centum triginta septem reperta cadauera peremptorum, efferatamque diu plebem egre postea delinitam.* Ponitur in descriptione a Vrbis basilica Sicin. in Regione quinta iuxta forum Esquilinum, longe à Macello* Liuiano, vbi fuisse ponitur basilica Liberii. Sed subdit his Ammianus, ita hostis Christianorum carpens Romanam Ecclesiam.

Neque ego, inquit, abnuo, ostentationem rerum consideranti vrbanarum, huius rei cupidos, ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere: cum id adepti, futuri sint ita securi, vt ditentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculo insidentes circumspecte vestiti, equlas curantes profusas, adeo vt eorum conuiuia regales superent mensas. Quis esse poterant beati re vera, si magnitudine Vrbis despecta; quam vitio opponunt, ad imitationem Antistitum quorundam prouincialium viuerent: quos tenuitas edendi potandique parcissime, vilitas etiam indumentorum, & supercilia humum spectantia, perpetuo numini verùm, eius cultoribus vt puros commendant & verecundos. hactenus Ammianus.

Negari quidem minime potest, deorum cultoribus mouisse inuidiam Christianæ religionis summum Pontificatum adeo insigniter externis quoq; splendoribus illustratum, ægroque tulisse animo, eo munere fungentem Romanum Episcopum eiusmodi claritudine magis conspicuum apparere, quam Gentilitiæ superstitionis Regem sacrificum, siue alios Pontifices atq; sacrificos, iam deorum cultu frigescente, despectos.

Certe quidem adeo Romæ his temporibus effulgebat Romanorum Christianæ religionis Antistitum decor atque splendor, vt non Ammiani tantum vel cæterorum illi similium commouerit animum, sed & clarissimorum virorum, imo amplissimorum magistratuum inuidiam concitarit. Vnde Prætextatus ille nobilissimus Romanorum, quem Proconsulatum gessisse in Oriente notum Imperatorum exordio vidimus, & Viuentio sequenti anno suffectum fuisse in Vrbana præfectura, aliisque magistratibus auctum, suo loco dicemus: *hic ipse Prætextatus* (inquit Sanct. Hieronymus b) *qui & Consul designatus postea mortuus est, homo sacrilegus & idolorum cultor, solebat ludens beato Damaso dicere: Facite me Romanæ Vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* hæc Hieronymus: vt plane appareat, summo atque regali Christi Ecclesiæ sacerdotio regiam quoque magnificentiam fuisse coniunctam: quæ cum ab Ethnico scriptore carpantur, æque ab hæreticis recentioribus canino dente rabiosius corroduntur; istæque Ammiano scripta, velut è diuino oraculo prodita, in Romanam Ecclesiam exprobrant: minime considerantes, antiquam hanc esse calumniam, ab Ethnicis in Christianos omnes illatam, cum (vt ait Tertullianus c) prodigas eorum cœnas sigillarent; quæ cum à charitate fuerint ἀγάπαι denominatæ, *quantiscunque*, inquit, *sumptibus constent, lucrum est, pietatis nomine facere sumptus.* siquidem ex eis etiam inopes pascebantur: cum alioqui iidem frequentius ieiunare solerent, ac Romæ potissimum, vbi tribus diebus cuiuslibet hebdomatæ totius anni, excepto tempore Quinquagesimæ, Christianos omnes ieiunare consueuisse, S. Augustinus d ad Casulanum scribens disertis verbis affirmat.

Sed quod ait Ammianus de profusioribus epulis: considerandum est causa vrgente interdum sanctissimos viros regias cœnas parare solitos. De S. enim Ambrosio testatus est Vincentius P. Prætorio in Gallis apud S. Martinum, ipsum agentem Mediolanensem Episcopum, cōsueuisse exhibere conuiuia Præfectis atq; Consulibus, & absq; dubio digno inuitatis hominibus sumptu, cum tamen haud ipse Ambrosius voluptuosus esset, vel ieiunare prætermitteret, de quo Paulinus f tradit, quotidiano ieiunio corpus attriuisse: *Cui, inquit, prandendi numquam consuetudo fuit, nisi Sabbato, & Dominico, vel cum natalitia celeberrimorum martyrum essent;* Sicque secundum illud Apostoli g *Scio abundare, & scio penuriam pati.* Apostolici quoq; viri, vt Ambrosius atq; Damasus, ita nouerunt vitæ instituta temperare, vt iuxta eiusdem Apostoli h sententiam, siue manducarent, Domino manducarent, siue non manducarent, æque Domini causa non manducarent, omniaq; charitate iubente, arbitrio spiritus agerent.

Sane quidem magna animi nostri voluptate factum est, quod his ferme diebus, cum hæc eudenda exhiberemus, S. D. N. Clemens Papa VIII. hoc primo sui Pontificatus exordio inter alia ad disciplinam Ecclesiasticam componendam salubertime instituta, quo cæteris hospitalitatis acin pauperes beneficentiæ exemplo præluceat, quotidianæ illi mensæ tredecim ex ipsis veteri instituto parari solitæ adiecit; alteram propè cœnaculū suum pauperibus peregrinis potissimum è remotioribus regionibus in Vrbem confluentibus in singulos dies parandam: è sua enim opipare referta dapibus, iisdem sacro ritu ex more sanctificatis, sedens ipse arbiter continentiæ, delectumque adhibens, pretiosiora quæque ac lautiora iubet afferri pauperum mensæ, vilioribus sibi retentis ac modicis: tantoq; solum iudicans dignos honore Dei seruos, ipsos pauperes, Christi vicem agentes, Vicarius ipse Christi, & seruus seruorum Dei. At hæc obiter occasione Ethnicorum sugillantium lautas mensas Romanorum Pontificum, dicta sunto.

Cæterum quod ad propositam rem spectat: sicut sanctissimos viros omnia sua ad spiritus regulam moderantes, dignos laude censemus; ita illos improbandos damnandosq; putamus, qui carni indulgentes, de Christi patrimonio opsonantur. aduersus quos ista est S. Hieronymi i ista reprehensio: *Sed & Ecclesiæ quoq; Principes, qui delicias affluunt & inter epulas atq; lasciuia puditiam seruare se credunt, propheticus sermo describit, quod ejiciendi sunt è spatiosis domibus, lautisq; conuiuiis, & multo labore opulis conquisitis, & ejiciendi propter malas cogitationes & opera sua. Et si vis scire, quo ejiciendi sunt, Euangelium legek: In tenebras scilicet exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. An non confusio & ignominia est, Iesum Christum crucifixum, magistrum, pauperem & esurientem fortis prædicare corporibus ieiuniorum, doctrinam rubentes ducas tumentiaq; ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoq; & abstinentiā amplectamur. Sanctum vtiq; est & Apostolicum ministerium, viduas & pauperib. ministrare. Non oportet, inquiunt, dimisso verbo Dei, ministrare nos mensis l. At nunc non duo pauperes, non duo fratres, & quis eos inuitare non possit? ex quibus excepta gratia, nihil aliud Episcopalis sperat manus: sed militantes & accinctos gladio, & Iudices, excubantesq; ante fores suas Centurionibus & turmis militum, Christi sacerdos inuitat ad prandium. Tota clericis Vrbe discurrant, quærunt exhibere iudicibus, quæ illi in prætoriis suis aut inuenire non possunt, aut certe inuenta non tormunt. Nec vero arbitrandum, quod gener alter ad omnes hæc dirigatur inuectio, sed quod eos, qui tales sunt, pulset sermo propheticus, & comminetur eis supplicia & tenebras sempiternas: vt qui pudore & verecundia nō tenentur, agant pœnitentiam saltem comminatione pœnarum.* hucusq; Hieronymus, haud dubie ab hac obiurgatione excipiens Damasum, quem mille locis sanctissimum prædicat. Sed ad schisma Vrsicini, è quo diuagata est, oratio reuocetur.

De eo schismate cōplura scripta habentur à Marcellino Romæ presbytero in eo libello, quē vna cum Faustino diacono obtulit Theodosio Imp. Sed cū constet, cum bis fuisse schismaticum, adhærentem nimirum primo Vrsicino pseudopontifici, ac postea Luciferianis, ea in hac causa fides illi adhibenda est, quæ latronibus solet accusantibus eos, quos ipsi fuerint deprædati. Quis n. ipsum duxerit audiendū de Damaso, qui & in alios Orthodoxos fuerit contumeliosus, atq; etiam in S. Hilarium Pictauiensem Episcopum calumniose æque ac audacter insulteri? Porro res Damasi & Vrsicini publicis iudiciis sæpe discussæ ac ventilatæ, adeo exploratæ sunt redditæ atq; perspicuæ, vt Imperatores ipsi sæpius ad Vrbis Præfectos pro Damaso aduersus Vrsicinum eiusque gregarios repe-

riantur

* Et Sicini,

a Ammian. in descript. Vrbis.

* Marcello

VIII. ROMANTIFICVM EXVLS REPREHENSIVS AB AMMIANO.

IX. ROMANORVM PONTIFICVM IN CVLTV EXTERNO MAIESTAS.

X. REGIVS SPLENDOR REGALIS SACERDOTII.

b Hieron. epist. 61.

c Tertul. in Apol. c. 39.

d Aug. ad Casulan. ep. 86.

XI. SANCTORVM CONVIVIA.

e Sener. in dial. Gal.

f Paul. in Vit. S. Ambros.

g Philip. 4.

h Rom. 14.

XII. CLEMENTIS PP VIII. DIGNVM EXEMPLVM.

XIII. ADVERSVS CLERICOS DELICIOSOS.

i Hieron. in Mich. c. 2.

k Matt. 22.

l Actor. 6.

XIV. MARCELLINVS ET FAVSTINVS SCHISMATICI.

riantur dedisse rescripta, quę suis locis secundum tempus, quo scripta sunt, sigillatim reddemus inferius.

XV. REPELLVNTVR MENDACIA IN DAMASVM ACERVATA.

Sed illud in primis est redarguendum mendacium, quo dicunt, primitus Vrsicinum, ac subinde Damasum post dies septem esse creatum Romanum Pontificem, occupasseque basilicam Lateranensem, atque inde impetum fecisse in Basilicam Iulii. Nam his manifeste aduersatur S. Hieronymus, quem hisce ipsis tempor bus Romæ fuisse monstrabimus. Ipse enim in Chronico contrarium penitus asserit, dum sic ait: *Damasus trigesimus quintus Romanæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Post multum temporis spatium* (vel vt alii legunt) *post non multi temporis spatium, Vrsicinus * à quibusdam Episcopus constituitur, Siciminum cum inuadit: à quo, Damasi ante partis populo consurgente, crudelissima inter fectiones diuersi sexus perpetrata.* Affirmat hoc ipsum Ruffinus *a*, qui etsi forte Romæ non erat, res tamen sui temporis vulgatas vbique conscripsit. Sed mox hic eiusdem Ruffini de oborto schismate integram ipsam sinceramque narrationem subiiciemus.

*Vrsinus.

a *Ruffi lib. 1. cap. 10.*

XVI. ALIÆ CALVMNIÆ MARCELLINI IN DAMASVM.

Verum & eo quoque impudentiæ adactus est ipse ab Ecclesia & à Deo diuisus, efferatus schismaticus Marcellinus, vt arguens Damasum, affirmet fuisse cæuissimum hominem, in eumq; tot cædium immaniter patratarum culpam reiiciat: ab ipso enim concitatos esse milites ait in sectatores Vrsicini. At vt hæc omnia apertius refellantur, in primis quæ scripta sunt eo argumento à Ruffino, hæc deiiciebamus: *Damasus*, inquit, *post Liberium per successionem sacerdotium in vrbe Romana suscepit. Quem prælatum sibi non ferens Vrsicinus * quidam eiusdem Ecclesiæ diaconus, in tantum furoris erupit, vt persuaso quodam satis inepto & agresti Episcopo collecta turbulentorum & seditiosorum hominum manu, in basilica, quæ Sicinini appellatur, Episcopum se fieri extorqueret, legibus & ordine & traditione peruersis. Quo ex facto tanta seditio, immo vero tanta bella coorta sunt, alterutrum de scendentibus populis, vt replerentur humano sanguine orationum loca. Quæ res factione Maximi * Præfecti, seu hominis, ad inuidiam boni & innocentis uersa est. Sacerdotis ita vt causa clericorum vsque ad tormenta duceretur. Sed asserror innocentia Deus assuit, & in caput eorum, qui intenderant dolum, pœna conuersa est.* hæc Ruffinus: eadem quoque Græci habent, nempe Socrates *b*, Sozomenus *c*, Nicephorus *d*, & alii. Quinam autem fuerit rudis ille & agrestis Episcopus, qui adsus est Vrsicino manus imponere, Marcellinus in libello, quem scripsit, expresse nominat, ait q; fuisse Paulum Episcopum Tiburtinum, quo quidem vno argumento, etsi reliqua deessent pro causa Damasi defensiones, satis superq; declaratur, Vrsicinum fuisse schismaticum: cum ex his, quæ ex S. Augustino & aliis superius dicta sunt, liquido constet, non alterius Episcopi, quam Ostiensis fuisse, manus imponere super electum Romanum Pontificem.

*Maximini.

b *Socra. lib. 4. c. 24.*
c *Sozo. li. 6. c. 23.*
d *Nicepb. li. 12. c. 30.*

XVII. MAXIMINI SÆVITIA REFVNDAT IN DAMASVM.

Quod autem spectat ad Maximum, seu potius Maximinum (sic enim eum nominat Ammianus) cuius sæuitiæ redundasse in inuidiam & odium Damasi Papæ, Ruffinus & alii citati nuper auctores testantur: fuisse quidem ipsum, cum Vicariam præfecturam, & Annonariam, ac postea Prætorianam administraret, truculentum ciuium Romanorum carnificè ad omne immanitatis genus exercendum egregie comparatum, pluribus idem Ammianus *e* testatur; qui & eius in ciues Romanos diras recenset carnificinas. Porro ea, quæ in Vrsicini sectatores visus est iste acerbius perpetrasse, in Damasi inuidiam, cuius defensionis causa ille militum gladios cruentasset, obtrectantes schismatici conuerterunt: adeo vt ea de re nunquam desiuerint etiam post obitū Valentiniani apud Theodosium queritari iidem Marcellinus & Faustinus. Porro Damasi incredibilis animi mansuetudinis locuples testis est S. Hieronymus, qui tuncagens in Vrbe erudiebatur rhetoricis disciplinis. ipse enim cum ad Innocentium amicum scribens, de muliere septies icta historiam enarrasset, & fine hæc de Damaso habet *f*: *Romanum Episcopum iam pene factionis laqueis irretitum & viciſſe aduersarios, & non nocuisse superatu.* Quid amplius? S. Ambrosius & ipse Romanus, & Romæ adhuc in paterna domo cum Marcellina sorore ac fratre Satyro agens, scribens postea

e *Ammia. lib. 28.*

f *Hieronym. epist. 49.*

alia occasione ad Valentinianum iuniorem Imperatorem, cum de Damaso Papa obiter incideret mentio, sic ait *g*: *Damasus Romanæ Ecclesiæ sacerdos iudicio Dei electus.* ita ipse.

g *Ambros. epist. 30.*

XVIII. DAMASVS ACCVSATVR ADVLTERII.

Cæterum quod eius legitima ordinatio nulla posset inuidentium hostium labefactari calumnia, eademque no à esset & magistratibus & Imperatori: schismatici ad falsas easdemque turpissimas accusationes conuerti sunt, vt litteræ Valentiniani Augusti inferius suo loco recitandæ declarant. Adulterii enim sanctissimum ac purissimum virum accusarunt, quem S. Hieronymus *h* virginem Ecclesiæque virginis doctorem appellat ad Pammachium scribens, eiusque mores eximios Græci ipsi pariter prædicant. Sed de his alias in eius obitu. Hæc quidem nos de legitima Damasi electione; eiusque morum integritate haud ot ose voluimus ex certis ac probatis testibus inculcasse, ipsoque eiusdem Pontificatus ingressu lectori ob oculos potuisse; quod sciamus, leuissimos quosdam, nulla rerum habita diligentiori perquisitione, vna lectione libelli Marcellini schismatici, Damasi hostis implacabilis, imprudenter nimis ac potius stolide primas detulisse Vrsicino, quem non solum fuisse tradunt verum legitimumque Romanum Pontificem, sed & moribus plane sanctissimum: neque erubuerunt post tot sæcula, hominem in publico sanctorum Patrum consessu damnatum, legibus Imperatoris sæpe proscriptum, Catholicis omnibus vt monstrum ostentui habitum, adeo imprudenter ac temere commendare; condemnare vero sunt ausi Sanct. Damasum à sacro Concilio probatum, rescriptis Imperatoriis ab oppressoribus vindicatum, antiquorum omnium præconio laudatum, toti orbi Catholico communicatione coniunctum, vitæque moribus insignem atq; perspicuum, miraculis etiam illustratum, ac denique vniuersæ Catholicæ consensu Ecclesiæ à tempore obitus in hanc diem anniuersaria memoria celebratum. Sed iam ad rei gestæ historiam reuertamur.

h *Hieron. ep. 10.*
i *Theod. li. 5. c. 2. Socra. l. 4. cap. 27. Sozo. lib. 6. c. 28. Nicephor. l. 11. c. 10.*

XIX. PLEBS INCITATA FALSA SPE MARTYRII.

Vrautem furens plebecula adeo animata, libens volensque in militum gladios se ab illis trucidandam timoris expers immitteret: schismaticorum tuba illo furoris adegit, qua velut classico clangebant ac clamitabant, tempus esse martyrii, nec timendos eos, qui corpus occiderent: Quibus illa incauta decepta, eo auidius ruebat in cædem, quo ex suis alios se ad martyrii coronam præcessisse putabat, damnum existimans, ad cœlestia præmia ab aliis anteuerti. Id quidem ex ipso schismaticorum libello Marcellini atque Faustini colligitur, quem antiquitus scriptum Vaticana bibliotheca nobis exhibuit. Quo modo autem iidem schismatici sæpe mulctati, ab Vrbe pulsi, atque iterum impetrita venia ab Imperatore restituti, ac postea denuo, tumultuantes longius fuerint ablegati, dicemus suis locis inferius, annis, vt sunt gesta, sequentibus: haud enim fuit istiusmodi vnius anni negotium, sed decem & octo annis, quoad vixit Damasus, nunquam destitit pertinacia schismaticorum, quantum ipsis licuit, eundem sanctum Pontificem grauiter exagitare. Reperitur in antiquis inscriptionibus Damasus pro vnione sanctæ Ecclesiæ nuncupasse vota Martyribus, quę & persoluit, vbi Romanus Clerus, relicto schismatico Vrsicino, Damaso coniunctus est. extat de his vetus *k* inscriptio istis verbis:

k *Antiq. Inscrip. in Appen. pag. 171. num. 3.* DAMASVS VOTVM SOLVIT MARTYRIBVS. *Ead pag. num. 6*

Sanctorum quicunq; legis venerare sepulcrum
Nomina nec nomerum potuit retinere vetustas
Ornauit Damasus tumulum cognoscite roctor
Pro reditu cleri Christo præstante triumphans
Martyribus sanctis vedit sua vota sacerdos.

Sed & quod sequitur epigramma, *l* ad hoc ipsum spectare videtur, cum & furens populus secutus Vrsicinum, proiectis armis, est conuersus ad Damasum: quod de Damaso non tamen à Damaso videri potest esse conscriptum:

Militiæ nomen dederant alumnig, gerebant
Officium pariter spectantes iussa tyranni

Præcepta pulsante metu seruire parati.
Mira pudet rerum subito posuere furorem
Cuncta sed fugiunt Ducis impia castra relinquunt.
Proiiciunt clypeos falcatas & tela cruenta
Confessi gaudent Christi portare triumphos
Crediderunt per Damasum posse quid gloria Christi.

Iam vero quæ huius anni reliqua sunt, ordine prosequamur.

XX. GRATIANVS AVGVSTVS. a Sozom. lib. 6. c. 10.

Hoc eodem anno, iisdem Coss. Lupicino atque Iouino, 9. Kalend. Septemb. Gratianum Valentiniani filium à patre creatum esse non modo Cæsarem, sed & Augustum, Socrates a tradit. Sed cum constet ex rescriptorum titulis superius recitatis, datisq; mensibus Aprilis ac Maii, inter Imperatores legum latores nominati quoq; Gratianum plane paret huius anni ferme principio eam summam dignitatem ipsi collatam esse: feciſſe id tamẽ ipsum Valentinianum, postquam crebris pulsatus febribus vix ex inspe rato conualuiſſet, Ammianus b affirmat, qui Gratianum fuiſſe ætate adulto proximum ait, imo iam adultum fuiſſe, Valentinianus ea oratione, quam tunc habuit coram exercitu, palam testatus est.

b Ammian. lib. 27.

XXI. EXQVISITA CRVDELITAS IMPERATORIS.

His proxime subdit idem Ammianus de quibusdam iniuste iussu Imperatoris à magistratu necatis, & à Christianis (vt ait) instar martyrum cultis: *Eminuit, inquit, per id tempus inter alias humilium neces mors Diocliæ ex Comite largitionum Illyrici, quem ob delicta leuia flammis iussit exuri, & Diodori ex Agente in rebus, trium que apparitorum potestatis vicaria per Italiam ob id vexatorum atrociter, quod apud eum questus est Comes, Diodorum quidem aduersus se cuiuslibet implorasse iuris auxilium, officiales vero iussu Iudicis ausos monere proficiscentem, vt respondere ex lege.*

Quorum memoriam apud Mediolanum colentes nunc vsque Christiani, locum, vbi sepulti sunt, Ad innocentes appellãt. Dein cum in negotio Maxentij cuiusdam Pannonij ab executione à Iudice recte maturari præcepta, trium oppidorum ordines mactari iussisset, intercessit Euphrasius tunc Quæstor: & parcius, inquit, agito piissime Principum: hos enim, quos interfici tanquam noxios iubes, vt martyres, id est, diuinitati acceptos colit religio Christiana. hactenus Ammianus. At patum tutum est, externo homini res nostras scribenti fidem haud dubiam in omnibus adhibere. Nulla enim in Mediolanensi Ecclesia tradita posteris memoria exat, vt iniuste hi ab Imperatore damnati, fuerint inter martyres recensiti.

XXII. c Ammian. lib 27.

De sæuitia rursus Imperatoris hęc paulo superius Ammianus c: *Et quanquam Valentinianus, homo propalam ferus, inter imperandi exordia, vt asperitatis opinionem molliret, impetus truces retinere nonnunquam in potestate animi nitebatur: sed ens tamen vitium & dilatatum aliquandiu licentius erupit, ad perniciem plurimorum: quod auxit ira acerbius effrenescens.* Cum enim præferret prauorum morum correctorem, eius quo que ministri sæpe, omni æquitate posthabita, ad summam seueritatem iura sæuire permiserunt. Nam præter eos, quos gladius vindex magiæ reos, eius criminis leuiter suspectos, ab Ammiano recensitos abstulit, incredibilibus etiam quæstionibus & cædibus exagitati sunt illi, quos adulterii vel stupri ctusa apparitores Præfidum inscripserũt: nec quidem viles tãtum personæ, sed nobiles, nec in prouinciis solum, sed Romæ: quod idem Ammianus deplorat, cum ait: *Nec minus fœminæ quoque calamitatum participes fuere similium: Nam ex hoc quoque sexu peremptæ sunt virgines aliæ, complures adulteriorum flagitiis obnoxiæ, vel stuprorum, inter quas notiores fuere Claritas & Flauiana, &c.* subdit postea de Ruffina adulterii rea, Hetychia matrona, Fauiana, & Anepsia, eadem ex causa Romæ morte mulctatis, vel spontanea nece peremptis.

SEVERVM IVDICIVM ADVERSVS ADVLTEROS. d Ammian. lib. 28.

XXIII. VERCELLENSIS MVLIER INNOCENS ACCVSATA ADVLTERII. e Hieron. ep. 49.

At superauit omnes hos casus sæuitia illa aduersus Christianam fœminam Vercellensem exhibita, cum postulata esset tea, sed innocens, criminis adulterii. Rem gestam perpetua dignam memoria luculento stylo S. Hieronymus e prosecutus est eadem epistola ad Innocentium, in qua de Damasi victoria aduersus schismaticos agit: vt appareat hæc ipsa eodem ferme tempore contigisse. Rem ergo sic aggreditur:

Igitur Vercella Ligurum ciuitas haud procul à radicibus Alpium sita, alium potens, nunc raro est habitatore semiruta. Hanc cum ex more Consularis inuiseret, oblatam sibi quandam mulierculam vna cum adultero (nam hoc crimen mariti impegerat) pœnalis carceris horrore circumdedit. Nec, multo post cum lucidas carnes vngulæ cruentæ pulsaret, & saltatu lacerabat dolor quæreret veritatem: infelicissimus iuuenum, volens compendio mortis longos cruciatus vitare, dum in suum mentitur sanguinem, accusauit alium. solusque omnium miser merito in se est pronus, quia non reliquit innocentiæ, vnde posset negare.

ADOLESCENS INNOCENS CEDIT TORMENTIS.

At vero mulier, sexu fortior suo, cum equuleus corpus extenderet, & sordidas fœtore carceris manus post tergum vincula cohiberent oculis, quos tantum terror alligare non poterat, suspexit ad cælum, & volutis per ora lacrymis: Tu, inquit, ipse es, Domine Iesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renum & cordis, non ideo me negare velle, ne perearis, sed ideo mentiri nolle, ne pecces. At tu miser homo si interire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem & ipsa cupio mori cupio iussum hoc corpus exuere, sed non quasi adulteræ præsto iugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tamen mecum feram. Non moritur, quisquis victurus occiditur.

XXIV. f Isai. 7.

Igitur Consularis pastis cruore luminibus, vt fera quæ gustatum semel sanguinem semper sitit, duplicari tormenta iubet, & iamdudum dentibus frendens, similem carnifici minatus est pœnam, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robur virile retinere. Succurre, Domine Iesu: ad vnum hominem tuum complura sunt inuenta supplicia. Crines legantur ad stipitem: & toto corpore ad equuleum fortius allegato, vtrimque pedibus ignis apponitur, vtrumque latus carnifex fodit, nec papillis datur inducia. Immota mulier manet, & à dolore corporis spiritu separato, dum conscientia bono fruitur, vetuit circa se seruire tormenta. Iudex crudelis quasi superatus attollitur: illa Deum deprecatur. Soluuntur membra compagibus: illa oculos ad cælum tendit. Quasi de communi scelere alius confitetur: illa pro confitente negat, & periclitans ipsa alium vindicat periclitantem. Vna interim vox est, Cædere, lacera: Non feci. Si dolori tollitur fides: veniet dies, quæ hoc crimen diligenter discutiat. habeo Iudicem meum.

XXV. TORQVETVR DIRE INNOCENS FOEMINA.

XXVI.

Iam lassus tortor sustinebat in gemitum, nec erat novo vulneri locus. Iam victa sæuitia corpus, quod lanierat, horrebat. Exemplo ira percitus Consularis: Quid miramini, inquit, circumstantes, si torqueri mulier maculi quam potuit? Adulterium certe sine duobus commissi non potuit: & esse credendum reor, noxiam ream negare de scelere, quam innocentem iuuenem confiteri. Pari igitur pœnata in vtrumque sententia damnatos carnifex trahit. Totus ad spectaculum populus effunditur, vt prorsus quasi migrare ciuitas putaretur: stipatu prorsus portus turba densatur. Et quidem miserrimi iuuenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput truncumque in suo sanguine voluitur cadauer. Postquam vero ad fœminam ventum est, & flexis in terram poplitibus, super tremente cervicem mimus eleuatus est gladius, & exertam carnifex dextram totis viribus concitauit: ad primum corporis tactum stetit mucro lethalis, & leuiter perstringens cutem, rasura modica sanguinem asperſit.

ADOLESCENS CAPITE PLECTITVR, FOEMINA SVSTRA PERCVTITVR.

Imbellem manum percussor expauit; & victam dexteram, gladio marcescente, miratus, in secundos impetus torquet: languidus rursus ensfœminam mucro dilabitur, & quasi ferrum eam timeret attingere circa cervicem torpet innoxiam. itaque furens & anhelãs lictor, palude amenta in cervicem retorto, dum totas expedit vires, sibulam, qua chlamydis mordebat oras, in humum excussit ignarus, rei ensem librabat in vulnus.

XXVII. i EXVLTAT ARMIFICIS INNOCENS FOEMINA.

En tibi, ait mulier, ex humero aurum ruit: collige multo quæsitum labore, ne pereat. Proh, rogo, quæ est ista securitas! Impendentem non timet mortem: latatur percussa: carnifex pallet: oculi gladium non videntes fabulam vident: & ne parum esset, quod non formidabat interitum, præstat beneficium faciendi. Iam igitur & tertius ictus sacramentum fecerat. Trinitatis: iam speculator exterritus, & non credens ferro mucronem aptabat in iugulum, vt quiescere non poterat, saltem premente manu, corpori condoneretur. O omnibus retro inaudita secula! Ad capulum gladius reflectitur, & velut dominum suum victus afficiens, confossus est, se ferire non posse. Hinc hinc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos g ediderę pro fletibus, circa quorum saraballa sanctam, cæsariem innoxium lusit incendium. Huc beati Danielis h reuocetur historia, iuxta quem adulantibus caudis prædam suam leonum ora timuerunt. Nũc Susanna nobilis fide omnibus

g Dan. 3.

h Dan. 13. 14.

sibeat mentibus, quæ iniquo damnata iudicio, Spiritu S. puerum repleute, salutata est. Ecce non dispar in vtraque misericordia Domini. Illa liberata per iudicem, ne iret ad gladium: hæc à iudice damnata, absoluta per gladium est.

XXVIII. POPVLVS PRO INNOCENTE FOEMINA INSVRGIT.

Tandem ergo ad fœminam vindicandam populus armatur: omnis ætas, omnis sexus carnificem fugat, & cœtu in circulum coeunte exclamat. Non credit pene vnus quisq; quod videt. Turbatur tã fœmineus vrbs propinqua & tota lictorum turma glomeratur. E quib. medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, erumpens, & caniciem immundam perfuso poluere turpans. Quin meum, inquit, ô cines petitis? aperit me illi vicarium dare? Si misericordes, si clementes estis, si voltis seruare damnatam: innocens certe perire non debet. Quo fletu vulgi concussus est animus, mœstusq; sepe per omnes torpor insinuat: & mirum in modum voluntate mutata, cum pietatis fuisset quod defenderant, pietatis visum est genus, vt paterentur occidi. Nouum igitur ensis, nouus percussor apponitur. Stat victima, Christo tantum fauente munita; semel percussa concutitur; iterum repetita quassatur; tertio vulnerata prosternitur. O diuinæ potentiæ sublimanda maiestas! quæ prius fuerat quarto percussa, nec læsa, ideo post paululum visa est mori, ne pro ea periret innocuus.

XXIX. CLERICI FVNVS CVRANT EX MORE.

Clerici, quibus id officij erat, eruentum luteo cadauer inuoluunt, & fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parãt. Festinato Sol cursu occasum petit, & misericordia Domini celeriori cursu naturæ nox aduenit. Subito fœmina palpitat pectus, & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad vitam. Iam spirat, iam videt, iam subleuatur & loquitur: iam in illam potest vocem erumpere:

a *Psal.117.* *Dominus a auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quædam, qua Ecclesia sustentabatur opibus, debitum cælo spiritum reddidit: & quasi de industria, ne cui currente rerum, vicarium tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce, in lictore diabolus occurrit, quærit cadauer occisa, sepulchrum sibi monstrari petit: vincre potuit, quam mori potuisse mirantur. Recens à clericis cæsus ostenditur, & dudum superiecta humus cum his vocibus ingeritur flagitanti: Erne scilicet ossa tam conduta: infer nouum sepulchro bellum; & si hoc parum est, auibus ferisq; laniandæ membra dissecpe. Septies percussa debet aliquid plus morte perpeti.*

XXX. CVRATVR SEPTIES ICTA MVLIER. * Domini

Tali ergo inuidia carnifice confuso, clam domi mulier reuocillatur. Et ne forte crebet medicæ ad ecclesiam commeatus suspitionis panderet viam, cum quibusdam virginibus ad secretiorem villulam, secto crine, transmittitur. Ibi paulatim, viril: habitu veste mutata, in cicatricem vulnus obducitur. Et ę vere: tus summum, summa malitia, posit tanta miracula adhuc seruant leges. En, quo me & florum ordo pertraxit. hactenus S. Hieronymus, plane detestans seueriſſimi Principis per ministros crudeliores fœuientem nimium in persequendis delictis ardorem, quo innocentes quoque interdum puniti cõtingeret. Alumna hæc erat fœmina Sanct. Eusebii eius ciuitatis Episcopi: quam ad tantam cum innocentia iunctam constantiam S. Præsul cum verbis, tum etiam vitæ exemplo firmiter informarat.

XXXI.

Hæc omnia cum rescisset S. Damasus Romanæ Ecclesiæ Pontifex, admonitus, puto, à cleticis ipsius Vercellensis Ecclesiæ, solicito studio pro impetranda fœminæ salute apud Imperatorem seueriſſimum egit. Testatur id quidem ipse Hieronymus in fine eiusdem epistolæ, vbi reddito certiore Innocentio, ad quem scribit, de rebus Mediolani gestis ab Euagrio aduersus Auxentium, de Damaso hæc mox subdit: *Romanum Episcopum iam pene factionis laqueis irretitum & viciſſe aduersarios, & non nocuisse superatis:*

b *Virg. 4. Georg.* *Verum* b *hæc ipse quidem spatiis disclusus iniquis*
Prætereo, & alijs post me memoranda relinquo.

præsentis tantum rei fine contentus sum: Imperatorem de industria adit, precibus fatigat, merito lenit, solicitudine promeretur, vt reddatam vitæ redderet libertati. hactenus Hieronymus de Damaso & muliere ad Innocentium, quem illum ipsum esse putamus eiusdem Hieronymi perneceſſarium, in peregrinatione comitem, & in eremo Syriæ contubernalem, vbi & deplꝛauit extinctum, cum ad Ruffinum sic de ipso postea scripsit c: *Innocentium partem animæ meæ repentinus febrium ardor abstraxit.* at de his modo satis: iam vero ad reliquas anni huius res gestas orationem conuertamus.

c *Hieron. ep. 41.*

Quod autem spectat ad res Orientales: hoc anno pariter, itidemque Coſſ. (inquit Socrates d:) *grando magnitudine insolita, lapidibus similis, Constantinopoli decidit. Eſt quidem multis in ore, illam grandinem, Deo irato, quod multi sacerdotes, qui cum Eudoxio communicare recusauerant, essent ab Imperatore relegati, dilapsam fuisse.* hæc ipse. Complures quoque homines eadem grãdine necatos esse, S. Hieronymus in Chronico hoc ipso anno quarto horum Imperatorum affirmat. Equidem Valentis tempoꝛibus diuersis cladibus sæpe afflictatus est Orientis: nam præter maris eruptionem, & terræ motus ingentes, quos diximus, alij pariter subsecuti sunt vehementes tremores terræ, famesque dira prouincias sæpe vexauit: nec Constantinopolis tantum, sed aliæ quoque prouinciæ eadem affectæ sunt clade, vt Cappadocia: cuius rei testis est celebris illa oratio, *De plaga grandinis*, inscripta, dictaque coram patre mœrente à Gregorio Nazianzi: erenim his propemodum diebus, reuersus ex eremo, prædicationis munus, pastoralemque functionem nomine patris obiit: quo etiam sensu pastoꝛem se & pastoꝛem principem nominat, non ita tamen quod fuerit Episcopus Nazianzenus, vel Sasimorum, sed quod (vt dictum est) apud parentem senem manere pastoris fungeretur, princi, emque locum in populo publice docendo teneret, ob id, inquam, ibi ait. *Hunc populum mihi compone* (parentem alloquitur) *mihi scilicet alorimo disciplina tua, deinde pastori, nunc autem principi quoque pastori.* licet Niceta hæc referat ad tempus postquam Sasimorum est creatus Episcopus. Quod autem Socrates ait, creditum, ex prosciptione Episcoporum, vlciscente Deo, immissam plagam grandinis, inficias nemo ierit, ab anno superiori (vt vidimus) cœptam esse Arianorum sub Valente persecutionem, eamque latioribus in annos singulos incrementis auctam: verum ipsam Catholicorum Episcoporum prosciptionem nonnisi post annum sequentem inchoatam esse, suo loco apertius innotescet.

XXXII. PLAGA GRANDINIS. d *Socr. li. 4. c. 30.*

XXXIII.

At non plaga tantum grandinis hisce temporibus cõplures Orientis regiones dire vexauit, sed quæ secuta est fames ingens, tum alios, tum præcipue Cappadoces magnopere exagitauit. Cum Cæsareæ Cappadociæ S. Basilii adhuc presbyteri, sed post Episcopum primi, enituit in alendis pauperibus magna solicitudo charitati cõiuncta: de qua hæc Gregorius Nazianzenus e: *Fames grassabatur, & quidem post hominum memoriam atrocissima: languebat ciuitas, nec ex vllo loco auxilium afferebatur, nec vlla calamitatis medicina. Nam maritima quidem vrbes eiusmodi rerum penuriam facile sufferunt, dantes nimirum ea, quibus affluunt, ac vicissim ea, quibus carent, à mari accipientes. At nos, qui procul à mari degimus, nec ex iis rebus, quibus abundamus, vtilitatem vllam capimus; nec ea, quibus egemus, vlla arte comparare possumus, vt qui nec ea, quæ habemus, exportare, nec ea, quibus caremus, importare queamus. Sed in huiusmodi malis nihil grauius atque acerbius, quam crudelitas, cupiditasq; inexplebilis eorum, qui rei frumentariæ copia circumfluunt. Obseruant enim temporum difficultates, atq; ex annonæ penuria lucrum captant, & ex aliorum calamitatibus messem faciũt: nec illud audientes, eum, f qui pauperes commiseretur, Deo fœnori dare: nec rursum illud, eum, g qui frumentum abscondit plebis, execrabilem esse, &c.* At quid tunc Basilius? Subdit Gregorius h: *Pauit omnes: Et quonam pacto? Audi.*

e *Gr. Naz. ora in laud. Basil.*

f *Prou. 19.*
g *Eccl. 29.*
h *Gr. Naz. ibid.*

Apertis enim oratione sua & cohortatione locupletum horreis, fecit, quod est in Scriptura i: *Calum esurientibus frangit, panibusque pauperes satiat, alitque eos in fame, atque esurientes animas implet bonis. Quo tandem modo? neque enim ad laudis cumulum hoc parui momenti est. Nam cum eos, quos fames vulnerauerat, in vnum coegisset, nonnullos etiam spiritum agre trahentes, viros, fœminas, pueros, senes, omnem ætatem commiseratione dignam: omnia cadauerum genera, quibus fames depelli solet, corrogans, atque ollas pulmentariorum, salsique noſtratis opsonij, atque ad leuandam famem pauperum accommodati, plenas proponens: ac deinde Christi, qui linteo præcinctus discipulorum pedes nequaquam lauare grauabatur* ¶, *ministerium imitans, simulque puerorum sine conseruorum suorum ad eam rem opera vtens, corpora pauperum animasq; curabat, honorem cum necessario alimento connectens, ac dolorem eorum vtrinque lenieus. Talis erat nouus noster procurator & secundus Ioseph, &c.* hucusque verba Gregorii. Addit vero

i *Esa. 58.*

k *Ioan. 13.*

germa-

germanus eiusdem Basilii Gregorius a Nyssenus; tum etiam sanctum Basilium patrimonium ipsum in pauperes erogasse; *Cum*, inquit, *fames aliquando grauis & sæua tam ipsam vrbem, in qua habitabat, quam omnem vrbi subditam regionem afflixerat: venditis suis prædiis & possessionibus, atque pecuniis in alimenta conuersis, cum etiam rarum esset, vt illi, qui valde sibi prouidissent & instructi essent, ea, quæ ad mensam & victum pertinent, sibi conficere & suppeditare possent: ille per omne tempus famis, cum eos, qui vndique confluerent, tum inuentutem totius vrbana plebis alere perseuerauit, adeo vt etiam Iudæorum liberos huius benignitatis & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil enim prorsus interest, vtrum per vas olearium quis, an per aliam aliquam materiam & occasionem diuinum mandatum excipiatur.* hæc Nyssenus. atque de his hactenus: sequentis iam annales aggrediamur.

a Gr. Nyss. or. in laud. Basil.

IESV CHRISTI
Annus 368.

DAMASI PAP. Annus 2. VALENTINIANI VALENTIS IMP. 5.

I. PRÆFECTVRA PRÆTEXTATI.

ANNVS sequitur Christi trecentesimus sexagesimus octauus, adscriptus publicis Fastorum indicibus Consulatu secundo duorum Augustorum Valentiniani atq; Valentis, quo in Vrbana præfectura subrogatur Romæ Prætextatus, de quo sic Ammianus *b*: *Hæ inter Prætextatus præfecturam Vrbis sublimius curans, per integritatis multiplices actus & probitatis, quibus ab adolescentiæ rudimentis inclaruit, adeptus est id, quod raro contingit, vt cum timeretur, amorem non perderet ciuium, minus firmari solitum erga iudices formidatos. Cuius auctoritate, iustitij, veritatis suffragio, tumultu lento, quem Christianorum iurgia concitauerant, pulsoq; * Vrsicino, altæ quies pari iam proposito ciuium Romanorum aptissima adolescebat, gloria clari Rectoris complura & vtilia disponentis.* hæc Ammianus de Prætextato Vrbis præfectura hoc ipso anno post Viuentium insignito; quod & complura ad ipsum, iisdem huius anni Consulibus, Imperatorum rescripta exploratum reddunt.

b Ammian. lib. 27.

* Vrsino

II. RESCRIPTVM DE REDDENDA BASILICA DAMASO.

De expulsione vero Vrsicini ab Vrbe facta à Prætextato (vt ex Ammiano dictum est) mentio habetur in Valentiniani rescripto ad eundem Prætextatum, quod extat cum aliis in peruetusto codice Vaticano, in quo scriptæ sunt epistolæ complurium Romanorum Pontificum: ita enim rescriptum se habet de restitutione basilicæ schismaticis occupatæ.

Impp. Prætextato. Dissensionis auctore sublato, omnis causa discordiæ sopienda est; ne aliqua remanente materia, nihil prosit è medio sustulisse fomitem iurgiorum. Prætextate parens charissime. Quamobrem præcelsa sublimitas tua, Defensoris Ecclesiæ vrbis Romæ, siue Damasi sacræ legis Antistitis petitione perspecta, qua vna tantum Ecclesia ex Catholicæ religionis obsequio à dissidentibus adhuc dicitur retentari: Quoniam propublica securitate metuendum est, ne aliquis hinc iterum tumultus oriatur (quandoquidem non parua sit separationis effigies, vt tale aliquid putetur occlusum Damaso) eam iubebit aperiri: vt singuli vniuersiq; cognoscant, quo vnitas studio colenda sit, qua omnibus pace viuendum: cum ecclesiis restitutis plenissimam postulet congregationem vbiq; promissa concordia. hæc de reddenda basilica Valentinianus. De pellendis vero ab Vrbe sociis Vrsicini, ad eundem quoque Prætextatum sic scripsit.

III. RESCRIPTVM DE PELLENDIS AB VRBE SCHISMATICIS.

*Ea nobis innata est moderatio, vt publicam disciplinam sine cuiusquam calamitate munire cupiamus. Itaq; quoniam animarum aduersarum occasionibus non fauemus Vrsicini sociis & ministris, quos præcelsa sublimitas tua propter quietem Vrbis æternæ de medio putauit esse tollendos: Roma tantum, cuius tranquillitati studemus, excepta, vbicumque voluerint absque religionis iniuria (vt peregrinari potius, quam exulare videantur) proprio liceat ire versari, Prætextate Parens charissime. Neque enim interest nostra, quem habitationis elegant locum; dummodo incentiuis dissensionis ablatis, firma sit rursus in plebe concordia. Dat. pridie Idus * Iun. AA. II. Coss.* Indulsit & illud quoque postea Imperator, vt qui expulsi fuerant, in Vrbem reuocarentur, ita tamen, vt si quid tumultus cierent, mulctarentur grauiori supplicio, rescriptum autem sic se habet:

* Iun.

IV. * AVC RESCRIPTVM DE INDVLGENTIA.

*Abe * Prætextate charissime. Nobis licet insita videatur fuisse vindicta, quæ illic tumultuanter excitatam factionem sedat, vbi maxime debet esse concordia, scilicet in ecclesia, vel sede, vel causa, quarum rerum vtraque modestiam possidet & cultum: Tamen nos omnes, qui nuper propter illum tumultum deportatione damnati sunt, & propriæ lenitate naturæ, & ipsius religionis ac legis contemplatione miseramur, Prætextate charissime ac iucundissime. Cunctos igitur, qui sunt eius sortis & culpæ, præcelsa sublimitas tua nostri auctoritate iudicij libere abit. Hanc vero formam tenebit in posterum, vt si idem pristino statui restituti aliquid spiritu iterum gesserint inquieto, quo tranquillitas reformata turbetur: seuerissima in eos sententia proferatur. Nullam enim possunt veniam promereri, qui non desinunt peccare posse veniam.* hactenus indulgentia collata schismaticis ad Prætextatum. Quonam modo autem iidem schismatici, quod non haberent intra Vrbem basilicam, nec communicare vellent cum Damaso, extra mœnia in suburbiis conuentus agerent, ex quo meruerunt longius ab vrbe relegari, suo loco dicemus: quod enim ea sub Olybrii præfectura sequenti anno contigisse, certum appareat ex rescriptis ab eodem Valentiniano ad Olybrium datis, in eum annum illa reiicimus.

V. CLADES MOGVNTINA. c Ammian. li. 27.

Hoc eodem anno sub eadem præfectura Prætextati contigisse cladem Moguntiæ illatam ab Alemannis, Ammianus testatur, cum ait: *Sub idem fere tempus, Valentiniano ad expeditionem cadere (vt rebatur) profecto, Alemannus Regulus rando nomine, dum præstruens quod cogitabat, Moguntiacum præsidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum latenter irrepsit. Et quoniam casu Christiani ritus immenit celebrari solemnitatem, improperate cuiusq; modi fortunæ virilem & mulebrem, sexum cum suppellectile non parua indefensum abduxit.* hæc ipse. Porro diuersa hæc est ab illa clade, cuius S. Hieronymus d his verbis meminit, cum ad Ageruchiam scribens huius sæculi funestos casus commemorat, dicens: *Moguntiacum nobilis quondam ciuitas capta atque subuersa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata.* de ea enim suo loco dicendum.

d Hier. ep. 11.

VI. TERRÆMOTVS IN ORIENTE. e Socr. li. 4. c. 10.

Sed & Orens rursus terræmotibus hoc anno in Asia vexatus est, & non sine dubio quodam prodigio Nicæa vbs terræ tremore collapsa, in qua fides antea conscripta atque probata mox ob dicam Arianorum persecutionem, nisi Deus reliquisset semen, penitus videri potuisset exuncta, ait enim Socrates e: *Anno proximo, Valentiniano & Valente secundum Coss. quinto Idus Octobris terræmotu in Bithynia factus Niceam vrbem deturbauit.* Recenset eandem cladem Hieronymus in Chronico hoc eodem anno quinto Imperatorum, traditque eam funditus euersam. Sed subdit Socrates: *Iste duodecimus annus fuit post ruinam Nicomediæ. Paulo post multa partes Gerrys vrbis Hellesponti altero terræmotu conquassatæ ciciderunt. Verum quamuis ista hoc modo euenirent; nihilo magis tamen Eudoxij Episcopi Arianorum & Valentis Imperatoris animi ad pietatem & rectam de religione opinionem commoti fuerunt. Nam crudeliter in eos sæuiendi, qui ab ipsis in fide dissentiebant, nullam aliquando finem fecere. Ista terræmotus videbantur tumultus in Ecclesia certa fuisse indicia. At quamquam complures sacerdotes (vt dixi) erant in exilium electi; tamen Basilius & Gregorius soli (quorum ille Cæsareæ Cappadociæ Episcopus fuit, hic Nazianzi vrbis obscuræ & pertenuis Cæsarea finitima) diuina prouidentia propter eximiam patriæ sedibus minime pulsi fuere.* hæc Socrates. at hoc sane tempore neuter eorum erat Episcopus: quando autem ambo ad Episcopatus honorem fuerint euecti, inferius suo loco dicturi sumus.

VII. f Greg. Naz. or. in laud. Cæsarii. CÆSARIVS FRATER GREGORII LIBERATVS.

Quod vero ad Nicænum terræmotum spectat: occasione Cæsarii fratris, qui ibi tunc degens magno miraculo diuina ope seruatus fuit, meminit illius Gregorius f Nazianzenus his verbis: *Iam vero quale miraculum censendum est, quod circa eum contigit, ipsius simul & parentum pietatis illustrissimum prabens argumentum? In Bithynia versabatur, imperium ab Imperatore haud postremum administrans. Quæstoris siquidem munere fungebatur, ac thesaurorum curam gerebat. Hoc*

enim illi maiorum dignitatum velut præludium esse Princeps voluit. Cumque Nicæteram omnium hominum memoria maximus accidisset, totamq; ferme ciuitatem solo æquasset, atq; omnes propemodum ciues eum rerum elegantia delexisset: solus ex omnibus clari nominis viris, aut cum admodum paucis ex hoc periculo salutis & incolumis euadit atque modo vix credibile, hoc est, ipsa rerum protectus, ac per exiguas quasdam periculi notas referens: hactenus videlicet, vt timore ad maiorem salutem magistro uteretur, atque à rebus flexus & inserto translata militia, totum secularis partis adiceret sibique ipsi regiam exulam communiret. atque hoc erat animo habebat, & votis omnibus exoptabat, quem admodum multis per literas cuncta nouit, cum hanc occasionem ad eum admonendum abripuisset: quod nos nuquam facere destiti, molestè ferens illum indolis præstantiam in vilioribus studijs versari, tamque philosophicã animam in rerum publicarum administratione voluptari, ac velut Solem nubibus obduci. hæc Gregorius; cuius eo argumento tum ad Cæsarium scripta epistola adhuc extat digna Gregorio: quam his attexere iucundum putamus fore lectoribus est autem huiusmodi.

a Gr. Naz. ep. 16.

VIII. EPISTOLA GREG. AD CÆSARIVM FRATREM.

Nec ipsi quidem timores prudentibus viris inutiles sunt, quam potest mea quidem sententia valde commodi & salutares. Nam etsi vtile omnibus est ad extremum, venientibus tamen eruditur. Aegra enim & assueta anima vsque eò Deo, vt eximie alicubi loquitur Petrus; atque omnia, qui periculum effugit, maiori necessitudine cum eo conseruatur, à quo salutem est consecutus. Proinde non quia calamitatis participes: sumus, ego animo simus: sed quia è periculo extracti summas gratias agamus: nec alios nos Deo inter pericula, & alios post pericula exhibeamus. Verum siue peregre agentes, siue priuatam vitam degentes, siue publica negotia gerentes (si enim loquendum est, nec prætermittendum) eum sequamur, à quo salutem accepimus, atque ad illius partes nos mente adiungamus, parua & huius rei pœnitentia parum curantes. Atque hi fortasse quandam posteris demum tum ad gloriam nostram, tum ad animæ vtilitatem amplam & præclaram quæ etiam ipsa vtilissimo documento plerisque sit, inimicum periculum securitate, & calamitatem rebus secundis potiorem esse, magisque expetendam: siquidem ante timores mundæ, edulci animi, post timores autem Deo nos adeximus. Fortasse grauet nihil ac molestè esse videmur, qui de his rebus sapius ad te scribimus: & sermones nostros non admonitiones, sed ostentationem esse existimas. Quare de his rebus verborum satis. Nos vero scias velim promptæ animo esse, atque exoptatissimum quidem tecum esse, vt de salute tua tibi gratulemur, ac de his rebus perfectius differamus: si minus, at certe vt te his primo quoque tempore reducem videamus, atq; vna tecum in grati animi significatione tantisper diem agamus. hucusque Gregorius ad Cæsarium: desiderantur autem Cæsarii literæ ad eum scriptæ, quarum meminit.

b Gr. Naz. or. in laud. Cæsarij. CÆSARII OPERA.

IX.

At quid post hæc Cæsarius? Subdit ipse Gregorius b: *Verum terra motu quidem vim effugit, morbi vero non item. Inter tulit siquidem erat.* quibus plane offendit, haud multum post spatium temporis interlapsum, Cæsarium ex hac vita migrasse: qui dum ægrotaret, bonorum suorum pauperes fecit hæredes, qua quidem re plurimum gaudio idem germanus eius Gregorius sibi fuisse ait: *Hæredes ipse habebit, quos maxime conduxit, & quos habere voluit, vt duces hinc migraret, omnia secum ferens. O egregiam munificentiam! ô eximiam consolationem! ô insignem eorum, ad quos hæc hereditas iure deuolebatur, libertatem! &c.* Magna profectò hæc vitæ est Dei misericordia erga Cæsarium, vt Imperatorem iam conuersum in Arianum vel morte relinqueret, à quo ob magistratum, quem gerebat, perditis ciuibus videri poterat esse diuulsio.

Obiit vero Cæsarius in patria, quem idem frater Gregorius egregia oratione laudauit: mortuus est, inquam, apud sanctos parentes, Gregorium Episcopum atque Nonnam, eorundemque pio funere sepultus. Sed quoniam tituli illo videlicet, quo pij cuncti sepeliri solerent, quem & ipse Gregorius sic concinne describit his verbis c:

c Gr. eadem orat.

X. FUNUS IPSIUS CÆSARII.

At nunc nobis egregium ille Cæsarius seruatus est, cinis pretiosus, laudabile cadauer, ac cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celeriq; pompa ad martyrum sedes effertur, sanctisque parentum manibus honoratur, matre accensas faces gestante, ac pietatem mœroris suauitate, lachrymis sapientia cedentibus, psalmorum cantu nescium, conspicente: ac denique animi acrem exiraa atque à spiritu per baptismum informata dignos honores percipit. hæc Gregorius, quod Cæsarius haud prudem fuerat facro initratus baptismo. Erat ipse Cæsarius (vt idem Gregorius in fine testatur) inter cæteros fratres natu minimus: nam in fine eiusdem funebris orationis, digna apostrophe ad Deum conuersus, pro eius ani na preces fundens, hisce verbis perorat:

XI. PRECATIO PRO DEFVNCTO.

O Domine omnium & creator, & præcipue huius figmenti, ô Deus tuorum hominum & pater ac moderator, ô vita necisque tum & potestatem habens, ô nostrarum animarum arbiter & benefactor, qui omnia commode, & quem admodum ipse pro altissima tua sapientia gubernationisque ratione nosti, artificis Verbi tui opera facta atque transmutas. Iu cipe, quæso, hunc quidem Cæsarium velut primitias quasdam nostræ peregrinationis. Quod si minorem natu primum, tuis consule, quibus omnia reguntur, atque censes. hæc Gregorius: quæ hic descripsisse voluimus, vt saltem hoc tam digno exemplo (licet innumera alia suppetant) quæ Christiani solerent persoluere extrema defunctis, satis cunctis fieret exploratum. Porro adeo felix extitit exitus Cæsarii, vt dies obitus eius, idemque natalis ad vitam æternam, dederit curetur publicis Ecclesiæ monumentis, atq; adhibretur Martyrologio cum aliis sanctis anniversaria memoria celebrandus: cuius animam iam cœlestibus gaudiis locupletatam (vt ipse testatur d) Gregorius sæpe per visum aspexit.

d Gr. Naz. ead. orat. CÆSARII SCRIPTA.

Exant eiusdem Cæsarii piæ eruditæque lucubrationes, nempe de Anima dialogi. Varia insuper eum scripsisse opera, & potissimum contra Græcos, auctor est Suidas. Cum autem post eius obitum bona ipsius ab hostibus (vt ait Gregorius) puto fiscalibus arpagonibus, iisdemq; Arianis diriperentur: vt his occurreret Sophronius Præfectus, datis ea de re ad eum literis, Gregorius intercessit e. extant ipsæ, quibus de rerum humanarum volubili statu egregie philosophatur, pluraque habet de Cæsarii præclaris meritis. Mentio est huius Sophronii apud Ammianum f, atque ex Notario creatum esse Præfectum vrbis Constantinopolis.

e Gr. ep. 18.

f Ammian. lib. 26.

XII. PARMEN. POST DONATVM EPIS. CARTHAG.

Hoc tempore defuncto Donato pseudoepiscopo Carthaginensi partis schismaticorum, imo capite Donatillarum, subrogatus est in eius locum ab isdem factiosis Parmenianus eiusdem sectæ tenacissimus custos atque defensor: qui mox vt cathedram illam pestilentiæ nactus est, stylum acuit aduersus Catholicos, scripta edens contra mendacia, quibus si non asii, simpliciores saltem decipi potuissent; quod cum sensissent Catholici in Africa Episcopi ad eius confutanda deliramenta, cauendaq; ex veterum lepore præstigias, pronocauerunt hominem ad publicum Episcoporum conuentum, vbi cuncta ab eo scripta possent accurate examinari, sed cum ipse & alii sibi subiecti execrandæ dissensionis Antistites, id facere penitus recusarẽt, respuerentq; Catholicos, quasi indignos ipsorum consortio, quod illos immundos, communicationeq; lapsorum labefactaros, se ipsos vero sanctos prædicarent ac mundos: necesse fuit literis saltem publice causam agere, ne veritas indefensa, mendaciorum nubibus tecta & obscurata, apud nutantes animos in discrimen adducta, periclitari aliquo modo posset.

XIII. OPTATVS EPISC. MILEVITAN. ADVERSVS PARMENIANVM AGIT.

Præstitit id egregie Optatus Episcopus Mileui in Numidia, vir quidem cum eruditione clarus, tũ spectata vitæ morum integritate sanctissimus: qui zelo pietatis incensus, fortis defensor veritatis, vnus in omnem illam schismaticorum phalangem intrepidus prodiit scripitque ad eundem Parmenianum primatum ipsorum Antistitem septem libros, eius scriptis aduersarios; quibus nõ solum mendacia illa ventosa hominis vesani certis firmisque rebus, quæ erat argumentis; sed diuersa ac plane contraria dictione falsum & arrogantiam proterui hominis, nonnisi contumelias stylo vomentis, deprimeret, deliniretq; animum procacia tumidum, atq; si liceret, charitate in eum introiret veritatem, fratrem nuncupans. Optatus suis scriptis frequenter appellat; à quo peccator, legis tã aggressor, immundus, foris extra Ecclesiam vagans, exul, ac denique Paganus vna cum Catholicis omnibus ipse nominatus fuisset: fratrem, inquam, cum Optatus dicit ex consortio

sacramenti, quod vno baptismo ab vna progenitrice Christiana religione geniti essent.

XIV. OPTATVS QVANDO SCRIPSIT, adhis rem. de script. Eccl. in Optato.

At antequam hac de re orationem longius protrahamus, temporis ratio ex more firmanda est, vt ea stabilita, cætera, quæ dicenda erūt, inconcussa cohæreant veritati, Auctor est S. Hieronymus a, Optatum sub Valentiniano & Valente Principibus scripsisse aduersus partis Donatinæ calumniam libros sex (alias septem) quibus ostenderet crimen Donatianorum in nos falso intorqueri. Sed quoto potissimum anno horum Imperii ipse scripserit, cum necipse, nec alius dicat: vt in hunc potius annum, nempe postquam Damasus sedere cœperit, reiecerimus, ratio postulat, vt aperiamus. Sane quidem, si habenda ratio est Optati testificationis id ipsum bis affirmāris; ad hæc ipsa tempora ea scriptio referēda est, cum à tempore Dioclet. persecutionis in Africa sub Anulino Proconsule Carthaginis, & Floro, in Numidia, vsque ad tempus, quo ea scribebat, numeret annos sexaginta, & quod excurrit: ait enim primo b: *Ferme ante annos sexaginta, & quod excurrit, per totam Africam persecutionis est denegata tempestas, quæ alios fecit martyres, alios confessores, nonnullos funesta prostrauit in morte, &c.* & post multa c: *Alia persecutio, quæ fuit sub Diocletiano & Maximiano; quo tempore fuerunt & impij iudices, bellum Christiano nomini inferentes: ex quibus in prouincia proconsulari ante annos sexaginta, & quod excurrit, fuerat Anulinus, in Numidia Florus.* Porro secundum chronologiam ab ipso Optato præscriptam, & ea, quæ dicta sunt de his suo loco superius, cū constet ea contigisse anno Domini trecentesimo secūdo ac tertio, additis his illis sexaginta annis, quod intercedit temporis vsque ad illud tempus Optati: dicendum profecto esset, ipsum elucubrasse commentarium illum anno Christi trecentesimo sexagesimo.

b Opt. li. 1.

c idem l. 3.

XV. SENSVS VERBORVM OPTATI. d Aug. de bapt. c. 7. Notat. Balduin. in notat. ad Opt.

Sed quod adiicitur. *Et quod excurrit.* hæc ipsa verba ibi addita quonam sint sensu accipienda, peruestigādum accuratius est. Vsi sunt ea dicendi locutione S. Augustinus d, antea vero Paulus Iureconsultus, & si qui alii: quod illud importat, quod alii frequenter dicere consueuerunt, *Eo amplius*: non autem quod dici solet, *Plus minusve*, vel circiter: nam illud, *Quod excurrit*, maiorem semper notare significat numerum. Sed quousque eidem, *Quod excurrit*, habenæ laxandæ sunt, vt currat? puto vsq; ad sequentem decadem posse terminum prorogari, quod enim ea verba nōnisi numero denario simplici, vel per decades multiplicato, inuenimus apponi consueuisse; inducimur, vt dicamus, illud, *Annos sexaginta, & quod excurrit.* vsque tantum ad septuagesimum exclusiue extendi potuisse: ac proinde quod Optatus ait, à persecutione Diocletiani, quo codices quæsiti sunt ad comburendum, annos numerari sexaginta, & quod excurrit, nihil prohiberi, quin illis verbis possit præsens annus includi, qui est quintus post sexagesimum à notata superius Diocletiani persecutione.

XVI.

Quod autem ad hunc vsque annum notatum tempus illud incertum excurrisse sinamus, illud perfacile persuasit, quod idem Optatus e cum texit successionem Romanorum Pontificum, Damasi meminit post Liberium succedētis. Quod vero Siricius quoq; post Damasum ponitur, additus creditur à Libtario, qui Siricii tempore librum exscripsit: nam nequaquam tempus sedis Siricii Optatum attigisse, omnes æque consentiunt: neq; enim sibi cohærent (quod testatur S. Hieronymus) Optatum scripsisse sub Impp. Valentiniano & Valente, eodemque tempore sedisse Siricium: cum præsertim Augustinus de Optato agens, nequaquam vt sui temporis hominis, sed antiquioris meminisse videatur: quamobrem vix Damasi prima tempora attigisse putatur, neque diu suis scriptis superuixisse. Consentit quidem etiam Balduinus, vir sane disertus, ipso initio sedis Damasi Optatum sc ipsisse: sed fallitur, dum ingressum Damasi ponit anno Domini trecentesimo septuagesimo, quem anno superiori sedere cœpisse, perspicue demonstrauimus, quamobrem hoc ipso anno, quo primus absoluitur sedis Damasi, & secundus inchoatur, ipso quoque consentiente, Optatum scripsisse dicimus. His iam de tempore elucidatis, superest, vt de causa tractemus. Cum igitur (vt dictum est) Donatistæ, ipseque Parmenianus eorum primarius Antistes cōgredi cum Ecclesiæ Catholicæ Episcopis dedignarentur; Optato necessario incubuit, vt veritas defensionem scripto peragereret: conestatur enim hoc ipse suæ lucubrationis exordio, cum post pauca ista præfatur f: *Omnes quidem*, Donatistæ scilicet, *per singula loca maledictis vocibus perstrepunt: sed vnum quidem vix inuenimus, cum quo per literas hoc modo loquamur, Parmenianum scilicet fratrem nostrum, si tamen se à nobis vel hoc nomine nuncupari permittit. Et quia collegium Episcopale nolunt nobiscum habere commune: non sunt collegæ, si nolunt tamen, vt supra diximus, fratres sunt. Frater meus igitur Parmeniane ne ventose ac nude, vt cæteri, loquereris, quicquid sentire potes, non solum dixit, sed etiam in scriptura digessit. Cuius dictis, cum respondere veritate cogente, compellimur: erit inter nos absentes quoquo modo collatio. Eo modo & satisfiet desiderio aliquorum: nam à multis desideratum est, vt ad eruendam veritatem, ab aliquibus defensoribus partium conflictus haberetur: & fieri potuit. Sed quoniam & accessum prohibent, & aditus interludunt, & confessum vitant, & colloquium denegant: vel tecum mihi frater Parmeniane, sit isto modo collatio. Et quia tractatus tuos, quos in manibus & in ore multorum esse voluisti, non asseruatos sum, neq; contempsi, sed omnia à te dicta patienter audiui: audias & tu humilitatis nostræ responsa.* Hæc Optatus.

e Opt. lib. 1.

XVII. DECLINANT DONATISTÆ CONFERRE CVM CATHOLICIS. f Opta. li. 1.

XVIII. DONATISTÆ PERNEGANT SE TANTVM ESSE ECCLESIAM CATHOLICAM DICEBANT.

Quid autem tractatibus ille suis Parmenianus probare nisus fuerit, idem Optatus hæc subdens declarat his verbis: *Ego intelligo, & tu non negas, & quinis sapiens perpendet, te nulla alia ratione tam prolixe tractasse, nisi vt Ecclesiam Catholicam tuis tractatibus inimicam pulsares. Sed vt intelligi datur, aliud habet animus, aliud sonat sermo: denique omnia te video dixisse contra Catholicam, imò multa pro Catholica, cum Catholicus non sis, &c.* hæc idcirco, quod Donatistæ, ne arguerētur esse schismatici, Catholicam Ecclesiam penes se esse tantum, probare niterentur: qui vero ab illis separati essent, extra Ecclesiam Catholicam vagari dicerent, hocque probare scriptis suis Parmenianus adnitebatur, in parte Donati esse Catholicam, reliquas vero omnes toto Orbe terrarum diffusas Ecclesias esse scismaticas: cum illud inter hæc, q̄ est verum, astruetet, Ecclesiam Catholicam non nisi vnam esse posse. Quamobrem in eo potissimum totius quæstionis videbatur cardo verti, vt certis notis consignaretur, distinctis differentiis definiretur, atque expressis proprietatibus monstraretur, quæ vere esset Ecclesia Catholica, vt sic apud quos esset, pariter intelligi posset.

XIX.

Nobilis sane fuit hæc tractatio argumenti, quam & Optat⁹ digne quidem est prosecutus: ad quem prouocādi essent omnes hæretici, illos dico, quibus ineſt aliqua veritatem indagandi voluntas, nec obstinato animo, per quam semel ingressi sunt erroris viam, obfirmato vultu secuti percurrunt. Videas n. Optatum more maiorum assueranter definire g, à Catholico nomine eos prorsus excludi, quibus cum Romana Ecclesia non communicat, eosque tantum eo nomine legitime gloriari, quibus Romanus Episcopus contingitur commercio Formatarum. Porro quod & illud etiam aduersariorum affirmatione certum haberetur; Vbi non esset Catholica, nec ibi inesse posse veritatem; & contra, Vbi probaretur Catholica Ecclesia esse, inibi reperiri necessario veritatē: Optatus hæc in fine contra Parmenianum h: *Si ita est, quæ apud vos veritas inueniri potest, cui Catholica videtur obsistere? Aut quod apud nos esse mendacium poteris approbare, in vna communione esse cum toto Orbe terrarum? Nunquid poteris approbare mendacium, symbolum verum & vnicum retinere & defendere? Nunquid poteris approbare mendacium cathedram Petri, & claues regni cælorum à Christo concessas, vbi est nostra societas?* hæc & alia ipse: at de his pluribus superius actum est.

g Opt. li. 2. PENES QVOS SIT ECCLESIA CATHOLICA.

h Opt. li. 7.

XX. TICONIVS DONATISTA ADVERSATVR PARMENIANO.

Cæterum non Optatus tantum Parmenianum ita delirantem redarguit, sed & ipsius communionis Ticonius Donatistarum prudentior impugnauit. Exhorrescebant plane aures blasphemiam illam audire, Catholicam Christi Ecclesiam toto Orbe diffusam iam penitus periisse; & in Africa tantum, nec apud omnes, sed eos solū

qui essent partis Donati, tanquam arcam Noe, diluuio pereunte Orbe, integram esse relictam. Ticoni[a], inquam, aduersatus Parmeniano, sectæ suæ, quam profitebatur, Episcopo, illad scriptis confirmanti atque defendit, Catholicam Dei Ecclesiam nequaquam coarctari angustis terminis partis Donatistarum, sed longe lateque per orbem Christianum vbique perseuerare diffusam, nec potse peccatis hominum tolli, euacuatique ex humanis excessibus Dei promissiones. Hæc ita sentientem Ticonũ Parmenianus admonuit, se ei, taq; ad eum epistola, cum nihilominus in eadem sententia permaneret, eundem a nafnemate percuiit. Testatur id quidem S. Augustinus a his verbis:

a *Aug. cont. Parmenia. lib. 1. c. 1.*

XXI.

Ticonius enim omnium sanctarum paginarum vocibus circumsuo exigilauit, & vidit Ecclesiam Dei toto Orbe diffusam, sicut de illa tanto ante per corda & ora sanctorum prænuntium atque prædicatum est. Quo perceptο, suscepit aduersus ipsos suos demonstrare & asserere, nullas hominis quamuis sceleratum & immane peccatum præscribere promissis Dei, nec id agere quorumlibet intra Ecclesiam constitutorum quamlibet impietatem, vt fides Dei de Ecclesia futura & diffundenda vsque ad terminos Orbis terræ, quæ in promissu Patrum retenta & nunc exhibita est, enecuaretur. Hoc ergo Siconius cum vehementer copioseque differeret, & ora contradicentium multis & magnis ac manifestis sanctarum scripturarum testimoniis oppilaret: non vidit, quod consequenter videndum fuit, illos videlicet in Africa Christianos pertinere ad Ecclesiam toto Orbe diffusam, qui vtique non ipsis ab eiusdem Orbis communione atque vnitate seiunctis, sed ipsi Orbi terrarum per communionem connecterentur. Parmenianus autem cæteriq; Donatistæ viderunt hoc esse consequens, & maluerunt suscipere obstinatissimum animum aduersus apertissimam veritatem, quam Ticonius asserebat, quam ea concessa superari ab Africanis Ecclesiis, quæ illius vnitatis, quam Ticonius asserebat, communione gauderent, vnde se ipsi separassent. Et Parmenianus quidem primo eum per epistolã, velut corrigendum putauit: postea vero ex Concilio eorum perhibet damnatum. hæc Augustinus, apud quem est de eodem Ticonio crebrior mentio, vt cum in commentariis de doctrina Christiana de eodem ita scribat *b*:

TICONII SENTENTIA DE ECCLESIA CATHOLICA.

b *Aug. de doct. Christ. lib. 3. c. 30.*

XXII.

Ticonius quidam, qui contra Donatistas inuectissime scripsit cum fuerit Donatista: & illic inuenitur absurdissimus cordis, vbi eos non omni ex parte reliquere voluit: fecit librum, quem Regularum vocauit, quia in eo quasdam septem regulas exercitus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperiantur occulta. hæc ipse, qui eas singulas numerat. Cæterum quod ad scripta Ticonii spectat; recenset omnia Gennadius, de eo ita scribens *c*: *Ticonius natione Afer, in diuinis litteris eruditus iuxta historiam sufficienter, & in secularibus non ignarus, fuit in Ecclesiasticis quoque negotiis studiosus. Scripsit de bello intestino libros tres, & expositiones diuersarum causarum, in quibus ob suorum defensionem antiquarum meminit Synodorum: è quibus omnibus agnoscitur Donatianæ partis fuisse.* Quod ad has Synodos pertinet; erant antiqui illi conuentus ab iisdem Donatistis celebrati, quos Ticonius adhibitus Parmenianum adduxit in medium, vt ex illis conuinceret, ipsum ac cæteros Donatistas à priscis eiusdem communionis Episcopis deuiasse. Fidem facit horum omnium Augustinus *d*, cum ad Vincentium scribens hæc ait: *Scribit enim ille Ticonius, homo (vt dixi) vestræ communionis, à ducentis & septuaginta Episcopis vestris Concilium Carthaginis celebratum. In quo Concilio per septuaginta & quinq; dues, postpositis omnibus præteritis, limatam esse sententiam atque decretam, vt Traditoribus immensis criminis reis, si baptizari vellent, pro integris communicaretur. Deuterium etiam Macrinensem Episcopum communionis vestræ dicit, Traditorum plebem congregatam Ecclesiæ misisse, & secundum statuta illius Concilij à ducentis & septuaginta Episcopis vestris facti, fecisse cum Traditoribus vnitatem; eique Deuterio post hoc factum iugiter communicasse Donatum; nec solum huic Deuterio, sed etiam vniuersis Macrorum Episcopis per quadraginta annos, quos dicit vsque ad persecutionem per Macarium factam Traditoribus sine baptismo communicasse. Sed dicis, Quis est iste Ticonius? Ille est Ticonius, quem Parmenianus reprehendo compescit, & eum detexerat, ne alia scribat, non tamen reuellit ea ipsa, quæ scribit.* hæc Augustinus: ex quibus assertione Ticonii illud expressum habetur, rebaptizationem à Donatistis à temporibus Macarianis, nempe sub Constante Imperatore inductam fuisse. Sed ad cœptam à Gennadio de lucubrationibus Ticonii narrationem redeamus.

SCRIPTA TICONII. c *Gennad. de viris il lust. c. 18.*

RECENTIORES DONATISTÆ ADVERSANTVR MAIORIBVS. d *Aug. ad Vincent. ep. 48.*

Composuit, inquit, *& Regulas ad inuestigandam & inueniendam intelligentiam Scripturarum, octo, alias septem, quæ in vno volumine conclusit. Exposuit & Apocalypsim tã annis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spirituale. In qua expositione dixit, Angelicam stationem corpus esse. Mille quoque annorum regni in terra vestrorum post resurrectionem futuri suspicionem tulit; neque datas in carne mortuorum resurrectione futuræ, vitam iustorum, & alium iniustorum; sed vnam & eandem omnium, in qua resurgerent etiam abortiui reformati, ne quid humani generis de formatum animate substantia interiret, ostendit. Distinctionem sane duarum resurrectionum ita facit. Primam, quam iustorum Apocalypsis dicit, credimus modo in Ecclesiæ incremento agi, vbi iustificati per fidem, à mortuinis peccatorum suorum per baptismum ad vitã æternæ stipendium sustentantur: secundam vero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic vir ætate, qua iam memoratus Ruffinus, Theodosio & filio eius regnantibus.* hæc Gennadius. Sed plane mea sententia est, dum putat Ticonium æqualem fuisse Ruffini: nam constat eum vixisse Parmeniani temporibus, qui Donatistarum agebat Episcopum. Quod si velimus diutius post hæc superuixisse; illud asserendum est, Ticonium senem, iuuenem vero extitisse Ruffinum.

XXIII. RVRSVM DESCRIPTIS TICONII.

XXIV. S. AVGVSTINVS IMPVGNAVIT SCRIPTA PARMENIANI.

At non Optatus tantum atque Ticonius scripta Parmeniani impugnarunt, sed multum post tempora isti felicius præstitit Augustinus, qui aduersus illam potissimum epistolam, quam ipse contra Ticonium scripserat, tribus agens libris eam refellit. Quæ autem post hæc Parmenianus contra Catholicam in Africa Ecclesiam egerit, & quæ consecuta sint inter ipsos Donatistas conflata dissidia, suo loco dicturi sumus. Quid modo reliquum est de Optato Episcopo Mileuitano, cuius occasione ad hæc de Ticonio & Augustino digressi sumus: magna ipse apud posteros Africanos Catholicos veneratione viguit: etenim S. Augustinus digno præconio eum nominat *e*, atq; inter præclaros Ecclesiasticos tractatores adnumerat *f*. Fulgentius eundem cum sanctum appellat, eius in exponendo sensum Pauli interpretationem commendat *g*. Porro eius memoria relata in tabulas Ecclesiasticas pridie nonas Iunii, publica lectione fit in Ecclesia annis singulis reduiua *h*. Cæterum ab hoc, de quo agimus, longe discreti sunt Optati illi, qui hoc eodem sæculo vixisse reperiuntur, nempe Optatus Donatista, qui interfuit Concilio Cirtensi, alius item Donatista in Concilio Bagalensi, vel ille nefandus Optatus Gildonianus, de quibus superius mentio facta est. Porro status Africanæ Ecclesiæ in detestis dilabebatur, impiis Donatistis non scripti tantũ, sed vi grassantibus, armatis nimirum (quod dictum est superius) ad omnium terrorem circumcellionibus. Sed de his alias pluribus.

e Aug. cont. Parmen. lib. 1. c. 3.
f Aug. de doct. Christ. lib. 2. c. 40.
g Fulg. ad Nom. lib. 2.
h Martyr. Rom. die 4. Iunij.
PLVRES OPTATI.

IESV CHRISTI
Annus 369.

DAMASI PAP. Annus 3. VALENTINIANI IMP. 6. VALENTIS

I. TRecentesimo sexagesimo nono Christi anno Valentiniano nobili puero, & Aurelio Victore Coss. Olybrius præfecturam Vrbanam gessit, sub quo schismatici Romæ & in suburbiis denuo tumultuantes reprehensi sunt tum per eundem Olybrium, tum etiam per Agnatium eius Vicarium, fauente in omnibus initæ causæ Damaso Valentiniano Imperatore, cuius ea de re extant rescripta hoc anno data tam ad eundem Olybrium; quam etiam ad Agnatium quæ ex Codice Vaticano superius citato reddemus. Sed primum ne ambiguitas aliqua oriatur; de eiusdem Olybrii tempore præfecturæ: sub memoratis quidem Consulibus eam accidisse, com-

OLYBRII PRÆFECTVRA VRBANA.

plura eiusdem Imperatoris citata a in margine rescripta significant.

Eo vsque prorupuerunt Vrsicini partis Romæ schismatici, vt compressi licet manu militari atque etiam basilica (quod dictum est) quam occuparãt, spoliati fuissent, redditaillaDamaso, nequaquam acquieuerint; sed obduratis animis abhorrentes penitus communicare cum legitimo Vrbis Antistite, nouum illud parant consilium, à mente admodum obdurata suggestum: nempe, quod Præfectis prohibentibus, intra Vrbem conuentus agere non liceret; in suburbiis, in cryptis arenariis, aliisve priuatorum locis ecclesiam congregarunt, in qua insano conatu cathedram contra cathedram erexerunt, vbi Vrsicinum venerabantur Pontificem, quem accensis studiis vulgus adeo obstinate fouebat. Sed cum hæc pro maxima impietate exercenda omnibus haberẽtur, intoleranda quoque sunt visa: etenim quæ gerebantur in suburbiis, ab iisdem schismaticis intra mœnia iactanter & insolenter ostentabantur, atque arroganter prædicabantur, vnde & fomites rixarum ministrabantur. De quibus omnibus Valentinianus Imperator ad Olybrium Præfectum ita rescripsit b:

*Tu quidem sicut proximis litteris indicasti, eximiissimo studio præstare voluisti, vt nulla in vrbe Roma posset esse discordia, Christianorumque populus profunda in otio securitate gauderet. Sed quantum Aginatij clarissimi viri Vicariæ præfectura scripta testata sunt: adhuc aliquanto placata misceri delectat, extramarcuisque conuentibus frequens strepitus excitatur; Olybri parens charissime Augustorum. Quamobrem egregia sublimitas tua, ipsius auctoritate præceptionis, & patriæ præstat & legis, * vt populo dissentienti nulla intra vigesimum lapidem vel religio ad cocundum posit esse, vel copia, vel si cessare non vult, migret (vt iussum est) insana collectio. Ita demum etiam tumultuantibus cunctis longe proculque summotis, certa pax plebi in omnem esse tribuatur.* hactenus Imperatoris rescriptum ad Olybrium. Sed & ad Aginatium Vicarium ita rescripsit:

Omnem his dissensionibus occasionem, quæ (vt prudentia tua scripsit) sacratissimam Vrbem Christianorum populo fluctuante confundunt, auferre cupientes iubemus his litteris, vt ab his, quos tuæ turbulenta seiunctio, nullus intra vigesimum lapidem conuentus habeatur. Aginati charissime & iucundissime. Itaque spectata seueritas tua admodum salutare exceptum, & quod nullum interpretationibus locum ex aliquo relinquatur ambiguo, his animis exequatur, quos pacis & tranquillitatisque recuperandæ & Iudex debet & cuius. Habes & Vrbanæ ad hoc auxilium præfectura. Nam & Olybrium, clarissimum & illustrem virum pari seueritate nostra concitamus arbitrio in factiosorum impios cœtus: vt termino, qui euidenter est inuentus, excluderet, quo nec in vicino quidem exoriretur vel motus, qui in vrbe non esset. Et facile præstabitis duo, quod singuli præstare possetis. hucusque Valentinianus ad Aginatium: quem Vicariam præfecturam functum esse apud Olybrium Vrbis Præfectum, etiam Ammianus c affirmat, cum de eo sic ait: *Quod Aginatius indignissime ferens, dolensque in examinandis causis Maximinum ab Olybrio sibi prælatum, cum esset ipse Vicarius Romæ, familiari sermone docuit Probum occulte, &c.* erat autem hic Probus summam omnium gerens potestatem, nempe præfecturam Prætorii. Quo modo vero idem Aginatius dolo atque Maximini primum Annonæ, inde vero Prætorio Præfecti, capite truncati iussu, idem Ammianus narrat, rem gestam pluribus prosecutus. At in codice Vaticano, ex quo omnia citata superius in hac causa Valentiniani rescripta deprompsimus, aliud rursus ad Olybrium datum habetur in hæc verba rescriptum, quo declaratur, ab eodem cohibitos esse schismaticos:

Idem AAA. ad Olybrium Præfectum Vrbis. Cum nihil possit esse iucundius vel abundantia, vel quiete, ac summa felicitas sit, quoties duo ista iungũtur: procul dubio sublimitas tua prospicit, quam grate nobis litteræ tuæ fuerint; cum & eos esse compressos, qui sanctissimam legem tumultu & seditione miscuerant, & annonam communis omnium patriæ paulatim in statum pristinum redire cœpisse testata sunt. Sed hoc propemodum non stupemus in voto. Valentem enim te futurum esse præsumpsimus, cum de tuis meritis præfecturam, qualem statim in administrationis exordio inuenimus. Denique nos monemus, vt illustris auctoritas tua eandem efficaciam denotionemque custodiens, penitus statum plebis, vel reformationem pristinæ disciplinæ, vel necessariorum prouisionibus commodorum & modestiæ gloria & bonæ securitati accumulet (Olybri Pater charissime AA.) Prompto quippe cura ingenio satis est, vt in captis posterora respondeant. Neque ita origines criminum mettuis, vt manifestudinem nostram de correctionibus singulorum existimes consulendam: cum omnia, ex quibus aliqua potest esse confusio, sponte præueniens, ac sic sollicite verecundeque compescas, vt nobis non tam incitandi necessitas relinquatur, quam gratia comprobandi. hæc Valentinianus cupidissimus, vt schismatici penitus coercerentur. Sed quomodo sequentibus annis iisdem tumultuantibus, rursus oportuit eosdem ab Imperatore per Vrbis Præfectos cohiberi, inferius dicturi sumus. Iam vero ad congressum S. Hilarii Episcopi Pictauiensis cum Auxentio Ariano Episcopo Mediolanensi orationem conuertamus.

Hoc enim anno, qui decimus numeratur post Concilium Ariminense, S. Hilarius cum accessisset, Valentinianum Imp. confecto tandem Alemannico bello Mediolanum se contulisse, atq; rescriptum quoddam pro Auxentio Ariano pseudoepiscopo Mediolanensi, qui se Catholicum esse simulabat, dedisse dolens, Imperatorem à vero sepelle insidiatore deceptum esse, extortumque ab eo ad suam ipsius hæresim propagandam edictum colore pietatis maxime impium; ad illum profectus est, acturus coram aduersus Auxentium: quem licet Eusebius Episcopus Vercellensis, Eusagrius, & Philastrius Brixianus crebro illi negorium facessissent, & vehementer exagitassent; hand tamen tantum fuit apud eos virium, vt valuerint veternosum colubrum è foramine foras abducere, atque è tede accepta à Constantio Imp. depellere. Hilarius igitur indigno animo ferens, vnum hunc in Occidente tam nobili Ecclesiæ præsidere Episcopum Arianum, atque sua ceu præstigiis quibusdam fallentem oculos intuentium, atque instar Protei diuersas mutantem species, pro arbitrio interdum apparere Catholicum: vt huiusmodi iudificationes solueret, atq; deregeret impostura, magna fiducia de Catholico Imperatore suscepta animatus, munitusque diuino præsidio Mediolanum cõcessit hoc ipso anno, vt libellus ipsius Auxentii manifestat, vbi testatur, se illum scribere post decem annos à Cõcilio Ariminensi, quod celebratum diximus sub Consulatu Eusebii & Hypatii, anno Christi trecentesimo quinquagesimo nono: reddemus vero illum inferius.

Quæ autem acta sint ab eodem Hilario Mediolani aduersus Auxentium, cum satis expressa habeantur in eius epistola ad omnes Christi fideles conscripta; hic eam describendo, verbis ipsius Hilarii res gesta cunctis certior innotescet. Est n. ipsa vltima lucubratio sanctissimi Patris tam senio ærumnisque fracti, sed satagentis ante obitum tam imminentem, tum factis, tum scriptis, sub Catholico nomine latentem Arianorum impietatem omnibus Orthodoxis testatam reddere. quod hac epistola egregie præstitit; qua primum omnium Arianorum impietatem factis expressam, sed dictis velatam insinuat atque detegit: inde vero de congressu, quem habuit cum Auxentio narrationem instituit. Accipiamus autem nouissima hæc sanctissimi viri facta ab eodem postremis characteribus consignata. Est autem eidem epistolæ præfixus eiusmodi titulus d:

Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus, & Arianam hæresim detestantibus Episcopis, & omnibus plebibus, Hilarius consenium vester S.

*Speciosum quidem nomen est pacis, & pulchra est opinio vnitatis: sed quis ambigat, eam solam Ecclesiæ atque Euangeliorum * vnitatem pacem esse, qua Christi est, quam ad Apostolos post passionis suæ gloriam est locutus, quam ad æterni mandati sui pignus commendauit, abiturus? Hanc nos fratres dilectissimi, & amissam quærere, & turbatam componere, & repertam tenere curauimus. Sed huius ipsius fieri nos vel participes, vel auctores, nec temporis nostri peccata meruerunt, nec imminentes Antichristi prauæ ministriq; sunt passi, qui pacis suæ, id est, impietatis suæ vmbrate se iactant, agentes se non vt Christi Episcopos, sed Antichristi sacerdotes:*

a L. de fruct. & alim. C. Theod. L. de ædif. priuil. C. Theod. L. de nauicular. C. Theod. Lata ipsi C. Theod.

II. SCHISMATICI QVI DE ROMA MOVENTVR.

b Extat in C. Vatica. vbi sunt epistolæ Romanorum Pont.

III. RESCRIPTVM IMPER. AD OLYBRIVM DE SCHISMATICIS. *&c.

IV. RESCRIPTVM IMP. AD AGINATIVM.

c Ammian. lib. 28.

V. RESCRIPTVM IMP. AD OLYBRIVM.

VI. S. HILARII QVID CONTRA AVXENTIVM.

VII.

d Hilarius cont. Aux.

VIII. HILARII EPISTOLA CIRCVLARIS. * vulgam

Ac ne maledicti verborū in eos vti conuiciis arguamur: causam perditionis publicæ, ne cuiquam ignorata sit, non tacemus. Antichristos plures esse, etiam Apostolo Ioanne prædicante, cognouimus. Quisquis enim Christum, qualis ab Apostolis est prædicatus, negauit, Antichristus est. Nomine Antichristi proprietas est, Christo esse contrarium. Hoc nunc sub opinione falsæ pietatis efficitur: hoc sub specie prædicationis Euangelicæ laboratur, vt Dominus Iesus Christus dum prædicari creditur, denegetur. Ac primum miseret licet nostræ fatis laborum, & præsentium temporum stultas opiniones ingemiscere, quibus patrocinari Deo humanâ creduntur, & ad tuendam Christi Ecclesiam ambitione sæculari laboratur.

IX. ARIANORVM MOS, FAVORE IMPP. HÆRESIM PROPAGARE.

*Oro vos, Episcopi, qui hoc vos esse creditis: Quibus iam suffragiis ad prædicandum Euangelium Apostoli vsi sunt? Quibus adiuti potestatibus Christum prædicauerunt, gentesque fere omnes ex idolis ad Deum transtulerunt? An ne aliquam sibi assumebant è Palatio dignitatem, hymnum Deo in carcere inter catenas & pœnæ flagella cantantes? Edictisque Regis Paulus, cum in theatro spectaculum ipse esset, Christi Ecclesiam congregabat? Neronē se, credo, aut * Vespasiano, aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos editis confessio diuinæ prædicationis effloruit? Illi manu atque opere se alentes intra cænacula secretaque coeuntes, vicos & castella, gentesque fere omnes terra ac mari contra Senatus consulta & Regum edicta peragrantes, claues, credo, regni cœlorum non habebant: Aut non manifesta se tum Dei virtus contra odia humana porrexit, cum tanto magis Christus prædicaretur, quanto magis prædicari inhiberetur? At nunc proh dolor, diuinam fidem suffragia terrena commendant: inopsque virtutis suæ Christus, dum ambitio nomina sua conciliatur, arguitur.* hæc idcirco S. Hilarius, quod hæresis Ariana niteretur potentia sæculari, cum in Oriente Valentis Imperatoris edictis (de quibus paulo post dicturi sumus) hoc anno latis, aduersus Catholicos Episcopos persecutio grassaretur: vnde & subdit.

X. PERSECVTIO ARIANORVM.

Terret exilijs & carceribus Ecclesia, credique sibi cogit, quæ exilijs & carceribus est credita? Pendat à dignatione communicantium, qua pœ sequentium est conscerata terrore? Fugat sacerdotes, quæ fugatis est sacerdotibus propagata? Diligi se gloriatur à mundo, quæ Christi esse non potuit, nisi eum mundus odisset? Hæc de compar atione tradita nobis olim Ecclesiæ, nunc quam deperdita, res ipsa, quæ in oculis omnium est atque ore, clamauit.

Quid autem illud sit, quod ignorandum vltra non sit, breuiter exponam. Secundum placitum Deo plenitudinem coarctata sunt tempora, incircumscripta enim ratio eorum cœlestibus libris docetur: ac necesse est, in ipsam nos ætatem Antichristi incidisse, cuius secundum Apostolum ministri in lucis se angelum transformantibus, ab omnium fere sensu & conscientia is, qui est Christus, abolebatur. Vt enim erroris affirmatio certa sit, incerta vero opinio antefertur sitque Antichristo tam pernium, Christum eum esse se fallere, de quo nunc usque dissensum est.

Hinc illæ variæ opiniones: hinc sub vnius Christi fide prædicatio plurimorum: hinc Arij spiritus nuper ex angelo diaboli in lucis angelum transfiguratus, cuius hæreditas nominis ad Valentem, Vrsacium, Auxentium, Germinium, Caium successerque destruxit: nam ipsi nunc Christum nouem, per quem Antichristus subreperet, intulerunt. hæc Hilarius, qui conspicietis Arianam hæresim in dies magis magisque inualescentem, Principisque fauore pollentem, per quam Christus Deus verus, nouo eoque falso inducto, abdicaretur, re vera existimauit adueniæ tempora Antichristi.

XI. ANTICHRISTVS AB ARIA. INDVCTVS.

Quo modo autem Ariani Antichristum inducere videantur, idem subdit his verbis, Arianæ hæresis distinctas proprietates enarrans: *Volunt*, inquit, *hunc suum Christum non eius diuinitatis esse, cuius & Pater est: sed esse eum præstantem cæteris aliis creaturis creaturam, eumque per voluntatem Dei ex nihilo subsistisse: & cum ante omnia quidem sæcula, & ante omne omnino tempus natum ex Deo Deum esse, sed non ex substantia Dei esse; neque diuina in eo nacinitatis, maiestatisque eius, quæ Dei est, intelligendam veritatem: ne quam verus sit Deus, qui Pater est, tam verus sit Deus, qui filius est: vt id, quod vnum esse filius & Pater in Euangelijs prædicantur, in voluntatis tantum sit & charitatis societate, non in diuinitatis veritate. Quæ si in filio non eadem est ipsa illa, quæ Dei est, vt in confessione fides Deus vnus sit: cur Deum filium, cur ante tempora & sæcula confitentur, nisi quia Dei nomen sancto cuique per indulgentiam est destinatum, & regenerati omnes vere Dei filij sunt, & angeli omnes per Christum vtique condita, non ante omnia omnino sæcula sunt creati?* hæc ipse.

Sed & quod in Occidente Auxentius, vt subiectum sibi populum, quem sciret esse Catholicum, deciperet, laruam ipse sibi Catholici nominis imposuerat; ob id Hilarius eum patefacere, perspicuamque omnibus reddere conatus, addit hæc verba:

XII. FALLACIÆ ARIANORVM.

Verum Antichristum arbitror nimori inuidia introducendum, miserisque credendum. Tribuunt Christo Dei nomen, quia hoc & hominibus sit tributum. Fatentur Dei vere filium, quia sacramento baptismi vere Dei filius vnusquisque perficitur. Ante tempora & sæcula consitentur, quod ille angelis & diabolo est non negandū. Ita Domino Christo sola illa tribuuntur, quæ sunt vel angelorum propria, vel nostra. Cæterum quod Deo Christo legitimum & verum est, Christus Deus verus, id est, eadem esse filij, quæ Patris, diuinitas, denegatur. Et hunc quidem vsque adhuc impietatis occasio per fraudem perficitur, vt tam sub Antichristi sacerdotibus Christi populus non occidat, dum hoc putant illi fides esse, quod vocis est. Audiunt Deum Christum: putant esse, quod dicitur. Audiunt filium Dei putant in Dei natiuitate inesse Dei veritatem. Audiunt ante tempora: putant id ipsum ante tempora esse, quod semper est. Sanctiores aures plebis, quam corda sunt sacerdotum. Si Deum verum Ariani prædicant: Christum Deum sine fraude confessi sunt. Quod si Deum dicunt, & negant verum: tribuunt nomen, admunt veritatem.* hæc Hilarius, fugillans Auxentium, cum populum ipsum, tum etiam Imp. Valentinianum mentito Catholico nomine decipientem. Quid autem in eum Mediolani tunc egerit, declarat his verbis:

* concidat

XIII. VALENTINIANVS VISVS PAVISSE AVXENTIO.

Quamquam igitur impiissimis eorum blasphemiis plena omnes Ecclesiarum charta, plenique iam libri sint: quid proxime tamen acciderit, non tacendum est. Cum edicto grauis S. Rex perturbari Ecclesiam Mediolanensium, qua Deum verum Christum & vnius cum Patre diuinitatis & substantiæ confitetur, sub vnitatis specie & voluntate subsisset: etiam importuna interpellatione suggessi, Auxentium blasphemum esse, & omnino hostem Christi habendum: atque adhuc, cum aliter credere, quam Rex ipse aut alij omnes haberent. Quibus rebus permotus, audiri nos à Quæstore & Magistro præcepit, considentibus vna nobiscum Episcopis fere decem. Primumque (vt in foro solet) de persona calumniatus est: damnatum quondam me à Saturnino, audiri vt Episcopum non oportere. Non est nunc temporis, quid ad hæc responsum sit enarrare: sed qui tum audiebant, de fide potius, vt Regi placeret, agitandum esse decernunt.

XIV.

Cumque iam in arcto esset negandi periculo; credere se Auxentium Christum Deum verum, & vnius cum Deo Patre diuinitatis & substantiæ, est professus. Placuit igitur hoc scribi. Et ne memoriæ audientium quæ dicta essent, elaberentur; continuo libellum Regi per Quæstorem offero, quo quid conuenissent, contineretur. Et ne mentiri arguar, eiusdem exemplar subiecta. Placet omnibus, Auxentium hæc ipsa profiteri frequenter: qui, vt ipse scriberet, est coactus. Qui diu consilia sua versans, callidissime fidem Regis eludit: dat scripturam stylo Antichristi compositam. Nam primum ea, quæ Nicæa Thraciæ omnium impietas ex se soluisset, sancta esse testatur. vnum scilicet illatam Episcopis, fidem esse vera confessionis affirmans. Negat quoque se scire Arium, cum in Alexandria in Ariana Ecclesia, cui Gregorius præerat, presbyter esse cœpisset. Sed de Ariminensi Synodo, quæ ab omnibus est religiose dissoluta, nihil dicamus: tantum diabolicommenta pandenda est. hæc modo Hilarius. Cæterum desideratur illa confessio relata in Acta, cui & subscripsit: illa vero subdola posterior extat, tum Nicææ in Thracia, tum Arimini edita, quam scripto libello obtulit Imperatori Valentiniano: habetur in fine epistolæ Hilarii: nos autem hic ipsam describemus, licet nonnulla in ea verba deesse videantur, quæ ab eodem Hilario arguuntur hæretica. est autem huiusmodi.

XV. AVXENT. LIBELLVS FIDEI.

Beatissimis & gloriosissimis Imperatoribus Valentiniano ac Valenti Augustis, Auxentius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Mediolanensium. Ego quidem, piissimi Imperatores, existimo non oportere sexcentorum Episcoporum vnitatem post tantos labores ex contentione paucorum hominum refricari, abvestris decretis ante annos decem sicut & scripta manifestant. Sed etsi aliqui è plebe, qui nunquam communicauerant, neque his, qui ante me fuerunt, Episcopis, nunc amplius excitati ab Hilario & Eusebio, perturbantes quosdam, hæreticum me vocauerunt: iussit vero pietas vestra,

cogno-

cognoscere de his vivos laudabiles. Quæstorem & Magistrum: & sicut prædixi, non eos per sonam habere accusatorum aut iudicare, qui semel depositi sunt; dico autem Hilarium, & qui ei consentiunt. Tamen obtentu serenitatis vestræ, processi manifestare, falsa docentibus & blasphemantibus & vocantibus me Arianum, & quasi non confitentem Christum filium Dei Deum esse: exposui animæ pietatis vestræ meam confessionem: primum satisfaciens, quia nequaquam scius Arium, non vidi eum, non cognovi eius doctrinam.

XVI. Sed ex infantia, quemadmodum doctus sum, sicut accepi de sanctis scripturis, credidi, & credo in unum solum verum Deum Patrem omnipotentem, invisibilem, impassibilem, immortalem. Et in filium eius unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia secula, & ante omne principium natum ex Patre, Deum ex Deo vero Deo Patre, secundum quod scriptum est in Evangelio a: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: per ipsum enim facta sunt omnia visibilia & invisibilia. Qui descendit de cælo voluntate Patris propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto ex Maria Virgine secundum carnem, sicut scriptum est: & crucifixum sub Pontio Pilato, sepultum, tertia die resurrexisse, ascendisse in cælos, sedere ad dexteram Patris, venturum iudicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum paracletum, quem misit Dominus & Deus noster Salvator Iesus Christus discipulis veritatis Spiritum. Sic credidi & credo, sicuti & ascendens in cælos vnus filius Dei tradidit discipulo dicens b: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Duos autem Deos nunquam prædicans: nec enim secundo Patrem, vt duos Dij dicantur, nec duos Filios: sed vnus Filius ex vno Patre, solus à solo, Deus ex Deo, scriptum est c: Vnus Pater Deus, ex quo omnia; & vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, propter quod & vnam Deitatem prædicamus. Omnes ergo hæreses, quæ aduersus Catholicam fidem veniunt, semper quidem congregati Episcopi Catholici condemnauerunt & anathematizauerunt, specialiter autem conuenientes Arium, & inde condemnauimus.

Catholicam autem & Euangeliorum, quam tradiderunt Apostoli, hanc fideliter custodimus. Vt autem pietas vestra verius cognoscere ea, quæ gesta sunt in Concilio Ariminensi, transmisi & peto, vt caliberter legi præcipiatis: sic enim cognoscet serenitas vestra, quia iamdudum damnati, depositi, hoc est, Hilarius & Eusebius, cõtendunt vbiq; schismata facere. Quia enim bene S. Scripturis Catholica fides exposita sunt, pietas vestra perpendet hæc retractatis non oportere. Hactenus libellus Auxentii. Subdit Hilarius de eadem subdola confessione:

XVII. CALLIDITAS ET DOLVS AVXENTII DETEGITVR AB HILARIO. Cum placuisset igitur scribi, Deum verum esse Christum, & vnius cum Patre diuinitatis esse atque substantiæ: ponitur talis ab eo, vt à callidissimo diabolo sententia, quæ significaret Christum ante omnia tempora natum Deum verum filium: vt secundum Arianos, veritas ad filium, non ad Deum referretur. Et vt longe maior dissentia huius significationis existeret, subjicitur: Ex vero Deo Patre: vt in Patre Dei veritas esset, in Christo veritas tantum filij scriberetur.

Dehinc procedente sermone, vna ab Auxentio diuinitas prædicatur, & in vna non confitetur & filium: vt in solo Patre, non etiam in filio esset vna sola diuinitas. hæc Hilarius, probe noscens omnia improbo um Arianorum diuerticula & subdolas captiones. Sed tamen (proh dolor!) prævaluit error: etenim Auxentius est acclamatus Catholicus, Hilarius vero habitus calumniator, & discordiarum auctor: quod ipse testatur, cum subdit hæc in epistola.

XVIII. DECEPTVS POPVLVS ET IMPERATOR. Spargitur vero per populos, Auxentium, verum Deum Christum, & vnius cum Patre diuinitatis ac substantiæ scripsisse, neque ab exposita per me fide discidere sententia. Post quæ ad communionem eius Rex pro fide sinceritate aduenit. Sed cum hoc mysterium impietatis diu occultatum iam non taceretur, dicerem, singi omnia, fidem negari, Deum atq; hominem illudi: iubeor de Mediolano proficisci, cum confitendi mihi in eo, inuicto rege, esset nulla libertas. hactenus Acta Mediolani: quæ adeo expectationi contrarium finem sortita sunt, dum iocunia quadam hæreticus tetinetur, & Catholicus defensor fidei excluditur. His itaque ab Hilario scriptis & redditis fidelibus omnibus certioribus, hanc insuper elucidationem Auxentii perfidiæ idem subiungit his verbis:

XIX. HILARIVS APERIT Hæc igitur, fratres, quibus Dei iudicium in metu est, ita gesta esse significo. Auxentium, quod negare tunc, nolunt confiteri: nam expositionis ipsius exemplar subiecit. Si idem scripsit: arguite fallentem. Si vero aliud scripsit, quam professus est: intelligite iam Christum per eum alium, id est, Antichristum prædicari. Iusit quidem ille verbis, quibus posset fallere electos: sed patet impietatis tantæ professio. Negat se duos Deos prædicare, quia non duo Patres sunt. Quis secundum hæc non videt, vnius Dei confessionem id circo tantum Patri proprium esse, quia solus esset? Vnde & ille Sathanæ stylus extitit: Non bonum solum verum Deum patrem. Et post malcuolas significationes: Similem, inquit, secundum Scripturas filium genitori suo Patri. Si vsquam in sanctis voluminibus hoc scriptum est, habet innocentiæ professionem. Si veritate diuinitatis Pater & Filius vnum sunt, quod similitudinis imperfecta opinio antefertur? Imago quidem Dei Christus est: sed & hominem imaginem Dei esse, non dubium est, cum ad imaginem & similitudinem Dei Adam factus sit. Quid tu, hæres Arij, Christo tantum nostra concedis? Quid Regem, quid Comitem, quod Dei Ecclesiam patru tui, id est, Satanæ arte circumuenis? Christum Deum dicis: quid fallis in nomine? Nega Moysen Pharaonis Deum dictum. Christum filium & primogenitum Dei loqueris? Nega primogenitum filium Israel Deo esse. Christum ante tempora asseris natum & creatum? Nega diabolum ante tempora & secula substitisse. Christum similem Patri memoras? Nega, ad imaginem & similitudinem Dei hominem esse capisse. Solum in Christo quod est denegas, ne Deus verus & vnius cum Patre diuinitatis atq; substantiæ sit: & soli tu es vna cum magistris tuis ne hæreticum arguere.

Expone, quibus potes litteris impietatis meæ, causam, & blasphemiarum mearum titulum propone. Mihi Antichristus est, qui vnius diuinitatis esse filium cum Patre non confitetur, quique non ita vnum Deum verum Patrem prædicat, vt veritas utique diuinitatis non intelligatur in filio. Si igitur vnius diuinitatis Christus & Deus sunt: cur hoc non simpliciter scripsisti? Si tibi non sunt: cur hoc non simpliciter denegasti? Arcanum igitur tam pestiferi mysterij optassem, fratres, ipse potius, quam per iniquæ auriculare, & omnes blasphemias Auxentij verbis singulis explicare, verum quia id non licet; saltem vnusquisque, quod sibi licet, intelligat. Multa alia proferre, Ecclesiæ me pudor inhibet, & committere epistolæ Arianorum blasphemiarum dedecora pertimesco. hucusque Hilarius vertatus in aperiendo latentes sinus impiæ Auxentii confessionis. subdit post hæc admonitionem ad omnes Catholicos, vt caueant Auxentii communionem, cum ait:

XX. HILARII PROFICVA ADMONITIO.

Vnum moneo: cauete Antichristum. Male enim vos parietum cæpit caput: male Ecclesiam Dei in tecto, ædificiisque vincramus: male sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est, in hoc Antichristum esse sessurum? Montes mihi & silua, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores: in his enim prophetæ aut manentes, aut demersi Dei spiritu prophetabant. Absistite igitur ab Auxentio Satanæ angelo, hostis Christi, vastatore perdito, fidei negatore: quum sic esse Regi professus, vt falleret, sic fefellit, vt blasphemaret. Congreget nunc ille quos volet in me Synodos, & hæreticum me, vt sæpe iam fecit, publico ritulo proscribat: & quantum volet, iram in me potentium moliatur: mihi certe ille nunquam aliud, quam diabolus erit, quia Arianus est: neque pax aliquorum vnquam optabitur, nisi eorum, qui secundum Patrum nostrorum apud Nicæam tractatum, anathematizatis Arianis, Christum Deum verum prædicabunt.

XXI.

hactenus Hilarii epistola, quam sanctus Hieronymus d appellat libellum contra Auxentium: eamque notissimam eius lucubrationem esse putamus, quod post hæc haud diu superstitisse reperitur. imo & secundum sancti Hieronymi in Chronico assertionem, hoc ipso anno cum ex hac vita migrasse, dicendum est: nam licet sub Valentiniani & Valentis Imperatorum anno quinto Hilarii obitum ponat; tamen quod ipse incipiat numerare annos eorundem ab anno sequenti post obitum Iouiani; hic paulo post annus ab eo positus quintus, idem erit textus, numerando ab ipso anno, quo iidem creati sunt Imperatores.

d Hieron. de script. Eccl. in Hilario.

XXIII. Arguuntur autem erroris de tempore obitus Hilarii Gregorius Turonensis e; tum etiam Severus f Sulpitius: ille, dum ait, anno quarto eorundem Imperatorum mortuum esse: iste vero, dum tradit, anno sexto postquam idem S. Hilarius rediit ab exilio Orientis in Gallias, diem obiisse: secundum quam quidem rationem eũ anno secundo dictorum Augustorum esse defunctum,

e Gr. Turo. hist. Franc. li. 1. c. 39. f Seuer. hist. li. 2. HILARIVS QVANDO OBIIT.

dicere

dicere oporteret. At cum ex nuper recitato Auxentii libello constet, post decimum annum à Concilio Ariminensi, hoc nempe Domini anno, Hilarium Mediolani adnersus Auxentium stetisse: satis perspicue demonstratur, ipsum ad hunc vsque saltem annum fuisse superstitem. Sanctissimo porro sine eum in Domino quieuisse, idem Gregorius his verbis significat: *Plenum*, inquit, *sanctitate & fide, meritis & vitæ, virtutibus editis, negrauit ad cælos. nam & ipse legitur mortuos suscitasse.*

XXIII. HILARII SCRIPTA.

Lucubrationes vero ab eo conscriptas recensetsanctus Hieronymus, cum ait: *De Synodo Byterrensi in Phrygiam relegatus duodecim aduersus Arianos confecit libros; & alium librum de Synodis, quem ad Gallicanos Episcopos scripsit, & in Psalmos commentarios primum videlicet & secundum, & à quinquagesimo primo vsque ad sexagesimum secundum, & à centesimo decimo octauo vsque ad extremum: in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius & ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrexerat. & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit: & alius liber aduersus Valentem & Vrsacium, historiam Arimninensis & Seleucensis Synodi continens: & ad Præfectum Sallustium, sive contra Dioscorum. & liber Hymnorum, & Mysteriorum alius: & commentarij in Matthæum: & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentium & nonnulla ad diuersos epistolæ. Aiunt quidem, scripsisse eum & in Cantica Canticorum; sed à nobis opus ignoratur. Mortuus est Pictauis, Valentiniano & Valente regnantibus.* hucusque Hieronymus.

De commentariis in Iob, hæc Cassiodorus *a*: *Quidam etiam est ananymus, ex cuius stylo beatum esse suspicamur Hilarium, qui commenta libri ipsius, Iob scilicet, scripsit in ordinem.* Ignorasse visus est, ea ex Origene deducta; in quo S. Hieronymus eiusdem Hilarii prudentiam laudat *b*, quod non tam in Iob Origenis commentarios, sed & in Psalmos quadraginta ferme millia versuum ad sensum in Latinum verterit.

a Cassio. institut. diuin. lect. c. 6.

b Hier. prolog. in Mich. c. 4.

XXIV. HILARII DICENDI GENVS.

Quod autem ad Hilarii stylum spectat: quod fuerit in dicendo copiosus, sanctus Hieronymus c appellat eum *Latinæ eloquentiæ Rhodanum.* Cæterum haud æque cultum ac copiosum fuisse, alibi idem affirmat ad Paulinum *d*, cum ait: *Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur, & cum Græcis floribus adornetur, longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione simpliciorum fratrum procul est.* Fuisse perquam studiosum Hieronymum scriptorum Hilarii, quod scribit ad Florentium e, declarat, cum ait: *Interpretationem quoque Psalmorum Dauidicorum, & prolixum valde librum de Synodis sancti Hilarij, quem ei apud Treuiros manu mea ipse descripseram, atque vt mihi transferas, peto.* Commendat idem scribens ad Lætam f scripta Hilarii vt sincera, cum ait: *Athanasij epistolas & Hilarij libros inoffenso decurrat pede: illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pietas fidei non vacillat: cæteros sic legat, vt magis inducat, quam sequatur.* hæc sanctus Hieronymus quo ad fanam de Trinitate doctrinam, de qua vigebant inter Arianos & Catholicos controuersiæ. Cæterum cum diuinæ tantum scripturæ sit nihil habere erroris, quod contigatur: necipse Hilarius hæuis caruit; vt illis, quæ notauit Claudianus Mamertus g Episcopus Viennensis in commentariis de statu animæ ad Synodum Apollinarem, & alii discusserunt, atque perperam alii *h* secuti sunt. Porro quanta modestia, cum quid apud eius scripta emendatione dignum Patres inuenirent, id præstiterint, sanctus Hieronymus *i* sit exemplo, qui hæc de eo errorem alterius sequente ait: *Quid igitur faciam? Tantum verum & temporibus suis disertissimum reprehendere non audeo, qui & confessionis suæ merito, & vitæ industria, & eloquentiæ claritate, vbicunque Romanum nomen est, prædicatur: nisi quod non eius culpæ adscribendum est, qui Hebraæ sermonis ignarus fuit, &c.* Et Claudianus Mamertus *k* de eodem: *Sed quoniam*, inquit, *beatus Hilarius opinionis huiusce vitium, virtute confessionis abolenit: sic sustinet reprehensionis stylum, quod non patitur detrimenta meritorum.* hæc ipse.

c Hieron. in prooem. comm. ep. ad Gal. l. 2.

d Hieron. ep. 23.

e Hier. ep. 6.

HILARII SCRIPTA SINCERA.

f Hier. ep. 7.

g Claud. de stat. animæ, lib. 2.

h Sixt. Sen. Bibl. l. 5. c. 68

i Hier. ep. 141.

k Claud. de stat. an. l. 1.

XXV.

Verum non Latinis tantum, sed & Græcis sanctus Hilarius extitit admirandus; nam de ipso; atque collega Eusebio Vercellensi hæc Sozomenus *l*: *Porro autem apud Italos, & illius partis Imperij incolas, Eusebium & Hilarium, de quo supra dixi, propter singularem patrij sermonis & eloquentiæ præstantiam, magna in laude fuerunt. Hilarij autem libros de fide, etiam ab iis, qui contra eam tuebantur fidei Catholicæ opinionem, admodum commendatos esse prædicant.* Habet idem Sozomenus *m* de Hilario, se cum sancto Martino subduxisse, cum ille iam antea ab Auxentio persecutionem passus esset, at diuersis plane temporibus contigit vtriusque vexatio ab Auxentio illata. Extat de eodem epigramma Venantii Fortunati *n*, qui itidem edidit duos libros, quorum prior De vita, posterior De miraculis eiusdem sancti Hilarii inscripti habentur. Cæterum cum virtutum omnium Hilarius fuerit viuum quoddam exemplar; mansuetudine potissimum enituisse, Ruffinus *o* tradit. Quod autem subdoli ac cæcutientes recentiorum hæreticorum historici delitantes confundant S. Hilarium Pictauiensem Episcopũ cum Hilario diacono Anabaptista, schismaticoque Luciferiano, satis demonstratum est superius. Sed & errore aliquos eundem sanctum Hilarium confluisse simul cum Hilario Arelatensi, quæ dicturi sumus inferius, demonstrabunt.

l Soz. l. 3. c. 14

m Soz. lib. 3. c. 13.

n Venan. Fort. l. 2.

o Ruff. l. 1. c. 31.

His de Hilario vsque ad eius obitum recensitis, ad Auxentium redeamus: qui cum à populo ignaro se vidit acclamari Catholicum, Valentinianumque Imperatorem iam sibi vt Catholico inhærere, atq; communionem accipere; Hilarium vero vt calumniatorem iussum Mediolano discedere: gaudet, exultat, ac super omnes arroganter extollitur: dictis factisque insultat in Ecclesiæ Catholicæ sanctos Episcopos, quos semper passus fuerat aduersarios, & inter alios exagitat Eusebium Vercellensem Antistitem, assidua in ipsum iacula cominus intorquentem, necnon Philastrium Episcopum Brixianum: quem etiam iugiter aduersus Auxentium pro fide Catholica tuenda certasse, sanctus Gaudentius *p* eius successor docet his verbis: *Non solum contra Iudæos & Gentiles, verum etiam contra hæreses omnes & maxime contra eo tempore furentem Arianorum perfidiam tanto fidei vigore pugnant, vt etiam verberibus subderetur, & in corpore suo stigmata Dn. nostri Iesu Christi portaret. Nam & in Mediolanensi vrbe ideneus olim custos Dominici gregis fuit, Ariano repugnans Auxentio, priusquam beatus eligeretur Ambrosius. Roma etiam non exiguo tempore moratus, multos & publica & priuata disputatione lucratus in fide est.* hæc Gaudentius: quibus etiam significare videtur, remansisse post discessionem Hilarii, Philastrium Mediolani, vt quoquo modo posset, Catholicum populum fidelem in officio contineret; ob quam causam, vt ait, verbera passus est: cum interim Auxentius formulam fidei Ariminensis, eandemque Niceæ Thraciæ promulgaret, compluribus eidem assentientibus Episcopis in Illyrico constituris.

XXV. AVXENTII LÆTATVR VICTORIA.

p Gaudent. in vita S. Philast. apud Sur. die 18. Iulij.

Sterile quoque aduersus Auxentium infracto animo Euagrium S. Hieronymus *q* ad Innocentium scribens testatur his verbis: *Iam enim ad Euagrij nostri nomen peruenimus: cuius ego pro Christo laborem si arbitror à me dici posse, non sapiam: si penitus tacere velim, voce in gaudium erumpente, non possim. Quis enim valeat digno canere præconio, Auxentium Mediolani incubantem huius excubiis sepultum pene ante, quam mortuum?* Quisnam autem fuerit Euagrius iste, haud exploratum satis habere potuimus.

XXVII. EVAGRIVS IN AVXENTIVM.

q Hier. ep. 48.

Cæterum res Auxentii eo status proiectæ erant, adeoque firmatæ patrocinio Imperatoris, vt priuatorum omnes in eum conatus infirmi viderentur, atque omnino irrita studia. Quamobrem Romani Pontificis requiri videbatur auctoritas & industria. Præstitit id impigre Damasus eiusdem Ecclesiæ Præsul, qui potestate, qua pollebat, & studio aduersus Auxentium Romæ Concilium congregauit. Haud enim ampliusdissimulanda res erat, cum iam idem Auxentius Illyrici Episcopos magna ex parte seduxisset, proposita illis fidei formula Niceę Thraciæ edita, eademque Ariminensi. Ne igitur lethale virus, quod lento tabo proxima membra infecerat, latius serperet, Damasus vna cum aliis simul collectis Episcopis velox occurrit. Innotuit Græcis quoq; scriptoribus egregie nauata à Damaso opera; de quo Theodoretus *r* sic scribit: *Quod autem ista fidei formula, Niceæ Thraciæ scilicet*

XXVIII. CONCIL. ROMAN. CONTRA AVXENT.

r Theod. l. 2. c. 22.

edita,

edita, ab omnibus veritatis athletis, & ab hac potissimum, qui versus Occidentem habitabant, reprehensa sit: ex litteris ab eisdem ad Illyricos conscriptis, satis constare potest. Inter eos vero, qui istarum litterarum auctores erant, principem locum obtinuit Damasus in Ecclesia Romana primatu successor Liberij, vir plurimis virtutis insignibus eximie ornatus. Nonaginta habuit Episcopos ex Italia & Gallia Romæ in vnum coactos, qui his litteris consenserunt: quorum nomina hoc loco citarem, nisi quod superuacaneum esse arbitror. Eorum litteræ scriptæ sunt in hunc modum.

XXIX. EPISTOLA SYNODALIS EX ROM. CONCILIO.

Episcopi ad S. Concilium Romæ conuocati, Damasus, Valerianus, & cæteri, dilectis fratribus Episcopis, qui sunt in Illyrico, in Domino S. Etsi nobis pro certo persuasum est sacerdotes Dei sanctissimi, vos sacro sanctam fidem nostram, quæ doctrina Apostolorum fundata est, firme retinere, eamque populo prædicare; quæ certe à decretis Patrum, à quibus par est reliquos erudiri, nulla ex parte discrepat: tamen significatum est nobis à fratribus, qui in Gallia & in agro Venetorum habitant, nonnullos ad hæresim amplexandam omni studio incumbere. Quod quidem malum ne existat, non modo præcauere debent Episcopi; verum etiam quicunque errores, vel quorundam insciatia, vel simplicitate eorum, qui peruersas interpretationes secuti sunt, in Ecclesiam inuecti videntur, his se opponere, Concilioque prouidere, ne deinceps in varias discrepantesque doctrinas denuo prolabantur imperiti: sed quoties dissentientes opiniones ipsorum auribus inculcatæ fuerint, firme Patrum sententiis adhærescant.

XXX. *Hac de causa nobis decisum est, vt Auxentius nominatim condemnetur. Quare omnes legis diuinæ doctores, qui ditioni Romanæ subiiciuntur, ea, quæ legis sunt, sapere, & fidem variis doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim vbi primum vitiosa Arianorum doctrina & blasphemia vigere inciperet, quæ etiam hoc tempore latissime serpit: trecenti decem & octo Episcopi, Patres nostri, habito Nicæo Concilio, hoc muro ad arma diaboli arcenda fidem nostram cinxere, & hoc antidoto venena depulere mortifera; sic vt crederetur, vnam esse Patris & filij substantiam, vnam Deitatem, virtutem vnam, vnam potentiam, vnam figuram, quin etiam Spiritum sanctum vnam eandemque cum illis substantiam habere & subsistentiam. Eum autem, qui aliter sentiret, à nostra communione induxerunt alienum. Quam salutarem decisionem & decretum plane venerandum nonnulli postea alius nouis decretis violare labefactareq; studuerunt.*

XXXI. AUXENTIVS ROMÆ DAMNATVS.

At vero initio (quod peccatum erat ab illis, qui Arimini formulam fidei Concilij Nicæni noluere retractareve coacti sunt) aliqua ex parte propterea sarciebatur, quod de dispositione alio tempore habita fatebantur à veritate abductos, quodque suam fidei formulam nequaquam sententiæ Nicæni Concilij aduersari cogitabant. Siquidem numerus Episcoporum, qui erant Arimini in vnum congregati, prauitatem vim habere non debet: præsertim cum formula illa composita sit, neque Episcopo Romano, cuius sententia præ cæteris omnibus expectanda erat, neque Vincentio, qui tot annis Episcopatum integre gesserat; neque aliis eidem consentientibus: eamque etiam (quod est omnium maximum) illi ipsi, vti ante diximus, qui in fraudem illecti, à veritate deflexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuo traducti, plane testentur, hanc formulam sibi magnopere displicere.

XXXII. EXCOMMVNICATIONEM ET PRIVATIONEM DAMASVS COMMINATVR.

Itaque vestra integritas manifesto videt, hanc fidem solam, quæ auctoritate Apostolica Nicææ stabilita est, firme perpetuo retinendam esse. Atque de hac ipsa fide tum Episcopos Orientis, qui se de Catholica Ecclesia esse profitentur, tum Occidentis etiam Episcopos nobiscum vna gloriari constat. Porro autem pro certo credimus, eos, qui alia opinione tenentur irretiti, propter suum conatum breui fore & à nostra segregatos communione & nomine Episcoporum priuatos; vt eandem populo errore ipsorum liberato, detur respirandi locus. Nam multitudinis error tandiu nullo modo corrigi poterit, quam diu Episcopo eodem tenentur implicati. Quocirca facite, vt vestra reuerentia iudicium cum omnium Dei sacerdotum iudicio, cui vos firme & constanter adhærere credimus, omnino consentiat. Quod si fiat, eandem vobiscum rectam credendi viam nos quoque tenere insistere. Vestra charitas, quæso, ad nos rescribat, vt inde lætitiam capiamus. Valete fratres bonoratissimi. hactenus ad Illyricos Synodi Romanæ admonitio: extat eadem apud Sozomenum *a*. Constat insuper ex Imperatoris Valentiniani litteris suo loco inferius recitandis, in hac eadem Synodo tursum damnatum fuisse Vrsicinum schismaticum, acerbius in Damasum studia renouantem, ex quibus manifesti mendacii libellus Marcellini & Faustini schismaticorum commicitur; dum in eo habetur, collectos à Damaso ad Synodum Episcopos anathemati Vrsicini assensum minime præstitisse, sed de his inferius.

a Soz. lib. 6. c. 23.

XXXIII. AVXENTIVS ET SOCII VBIQVE DAMNATI.

Damnato Romæ Auxentio, qui hactenus (vt vidimus) inuoluero verborum simulauerat se esse Catholicum, adeo vt magnam populi partem, & ipsum quoque Valentinianum Imperatorem ad suam communionem adduxent: in aliis quoque Catholici orbis prouincijs conuenientes Episcopi eundem Auxentium, eiusque in impietate collegas pariter damnauere, iam ante ad id præstandum sancti Hilarii litteris circulatibus incitati. Testis horum est Athanasius ad Epictetum sic scribens *b*: *Diuersis Conciliis per Galliam & Hispanias & Romæ celebratis, omnes, qui in eo conuentu fuere, ipsos lucifugas, qui sese ecclesiarum esse existimant, & quæ Ario sunt, sapiunt, Auxentium dico Mediolanensem, Vrsacium, Valentem, & Caium Pannonem communi calculo, vnius spiritus incitatu, anathemate percussere, eo quod ipsi sibi nomina vendicauerint Synodorum, cum nulla sit in Catholica Ecclesia Synodus existimanda præter vniuersam Nicænam, &c.*

b Athan. ad Epict. Episc. Corinth.

XXXIV. Præcesserat hanc Synodum Romæ habitam alia ab eodem Damaso ibidem congregata: in qua qui manifeste conuincebantur Ariani, Valens & Vrsacius, damnati fuerant: de quorum damnatione, & approbatione Nicænæ fidei, idem Damasus ad vniuersos Christi fideles publicas litteras dederat: sunt enim hæ illæ, quarum meminit Athanasius scribens ad Africanos Episcopos, cum ipso litterarum exordio ita ait *c*:

c Athan. ad Epist. Afric.

Sufficiunt quidem scripta Damasi comministri nostri dilecti & magna Romæ Episcopi, cæterorumq; tot numero vbi congregatorum: nihilque minus sufficiunt scripta aliorum Conciliorum, quæ partim in Gallia, partim in Italia habita sunt, ad astruendam eam, quæ in nobis est, fidem, quam Christus largius est, & Apostoli prædicarunt, & Patres, qui in Nicæa vndiquaq; ex nostro habitabili orbe conuenerant, tradidere. hæc & alia Athanasius ad Africanos Episcopos eum rogantes de Synodo Ariminensi, cuius formulam fidei tunc temporis promulgatam audierant. Qui vero consuluerant Athanasium Episcopi Africani, haud putamus eos fuisse prouinciæ Carthaginensis, sed Cyrenaicæ. Africam enim Cyrenaicam prouinciam Cyrenensem Dio appellat *d*.

d Dio lib. 51.

XXXV. Quod autem citatæ nuper ab Athanasio scriptæ litteræ Damasi diuersæ plane sint ab ea, quæ paulo ante recitata est epistola eiusdem ex Rom. Synodo ad Episcopos Illyrici: illud manifestum est argumentum, quod cum eas scriberet litteras Athan. ad Episc. Africanos, nondum ab ipso Damaso Romæ nominatim damnatus erat Auxent. nam in fine earundem ad Africanos epistolæ hæc habet: *Interim non soli sumus, qui ista scribimus, sed omnes in Ægypto & Africa Episcopi nonaginta numero. Omnium nam idem est sensus, & alij pro aliis, si quem contigerit ab se subscribunt. Certe cum hoc animo essemus & contigisset nos in vnum conuenire; scripsimus dilecto Damaso Episcopo magnæ Romæ contra Auxentium inuasorem Mediolanensis Ecclesiæ, eumq;, non solum in communione esse Arianicæ secta, sed præter hoc nonnullorum scelerum reum esse, quæ designauit eum Georgio socio suæ impietatis. Miramur q; cur nondum depositus electusq; sit ex Ecclesia. Gratiam habemus & illius pietati, & cæteris, qui Romæ conuenerunt, quod Vrsacio & Valente cum socijs suis eiusdem sententiæ electis, concordiam Catholicæ Ecclesiæ conseruarint.* hæc Athanasius, cuius testificatione illud plane compertum habetur, ante damnationem Auxentij Romæ factam, duas tempore eiusdem Damasi Synodos habitas; ab ipso Athanasio alteram in Ægypto, ex qua de damnando Auxentio Romam litteras dedit ad Damasum; Romæ a tertia ab ipso Damaso, in qua dicti Arianæ hæresis duces Vrsacius ac Valens fuerant condemnati. At quoniam quo potissimum anno Pontificatus Damasi hæc gesta fuerint, ptimone, vel secundo, aut tertio, minime scitur; nec alia eorundem Conciliorum Acta extant, quæ doceant: hic de eis meminisse satis.

ATHAN. AGIT A PVD DAMASVM DE DAMNATIONE AVXENTII.

XXXVI. CVR SERO DAMNATVS AVXENTIVS.

Vides ex his, lector, damnationem ac depositionem Episcoporum, esse Romani Pontificis opus: cuius rei gratia Athanas. ex Ægypto Damasum Papam litteris interpellat,

pellat, vt damner, atque deponat Auxentium. Quod ne idem Romanus Pontifex (vt par esse videbatur) iamdiu præstiterit, cum alios consortes eiusdem impietatis Auxentiæ damnasset; illud in causa fuisse videtur, quod latebat colluber in foramine, dū pro tempore simulabat se esse Catholicum: nam vidimus, in actis illis publicis, præsente S. Hilario, scripsisse Auxentium ac scripsisse, sæpeque rogatum, sæpius dolose professum Catholicam fidem. Cum vero postea sui editione libelli ad Valentinianū, per eundem Hilariū, qualis re vera esset, apparuisset: nihil amplᵒ à Damaso immoratum est; sed collecto, quod vidimus, Romæ Concilio, Auxentium ipse damnauit. Superuixit post hæc Auxentius adhuc quinquennio, nec nisi morte valuit ab Ecclesia Mediolanensi depelli, fauente illi Imperatore, errore decepto existimante ipsum calumniam passum: nam quoniam pacto subsistere potuisset tot Cæciliis ipse damnatus, & à populo Mediolanensi vt hæreticus derelictus, nisi eum summa Imperatoris suffulsisset auctoritas? Quamobrem idem Augustus iram Dei in se filiosq; suos iustissime prouocauit, vt citius quam par esse videretur, Imperio exuerentur & vita.

XXXVII. ANICII PROBI PRÆFECTVRA PRÆTORII.

Inuitis quoque magistratibus Auxentium detinuisse vsque ad obitum sedem illam, ex eo exploratum videri potest, quod Ambrosius à Probo ad eam prouinciam administrandam missus, Mediolanique agens, licet vt pius Auxentium execraretur, pati tamen coactus est. Hoc enim anno Anicius Probus Prætorii præfecturam accepit, vt ex Ammiano *a* atque Imperatoria rescriptis apparet: eoque munere Giutius functus est: nam, vt Ammianus testatur, eandem præfecturam ad multos & annotum spatia propagauit. Ex institutione autem Constantini Imperatoris *b*, qui vniuersum Romanum Imperium in quatuor partitus est Præfectos Prætorio; Probo curæ erant Italia, Sicilia, ac circumiacentes insulæ, necnon Sardinia, & Corsica, & Africa à Syrtibus Cyrenem vsque: in quas quidē prouincias alios legabat pro arbitrio magistratus. Probus itaque pro officii munere delecturus Rectores prouinciarum; in primis nobilissimi viri Ambrosii Romani ciuis, ex patre Ambrosio Galliarum olim Præfecto nati, tationem habuit, quem nouerat eruditione præclarum, eloquentia & studiis egregie excultum, optimisque compositum moribus: eidemq; Inſubriam, Liguriam, & Æmiliam cum insignibus Consularibus tradit gubernandas.

a *Ammian. li. 27. 28. li. 5. de offi. rect. prouid. C. Theo. l. 5. de metatis l. 2. de abolit. Cod. Theod.*

b *Zos. lib. 2.*

AMBROS. MITTITVR PRÆFECT. TRIVM PROVINCIARVM.

Ambrosium igitur in prouincias proficiscentem, ad optimum regimen illis verbis, veluti quodam futurorum vaticinio, Probus cum eum dimisit, hortatus est, dicens *c*: *Vade, age non vt Iudex sed vt Episcopus.* quæ quidem verba etsi ab eo futura nesciente prophetice pronunciata videri poterant; tamen eius admonitionis ratio illa digna præcessit, quod nimia seueritas magistratuum, ad seuerissimi Principis gratiam captandam accommodata, tempora propemodum Neroniana reddiderant: prout docent ea quæ à Valentiniano Mediolani adueisus nonnullos, eosq; innoxios, Ammianus *d* gesta esse commemorat, hosque supetius recensuimus; vel quod in eadem prouincia actū esse de muliere septies icta Vercellis, ex testificatione S. Hieronymi, ipso tempore exorti schismatis Vesicini narrauimus: aliaque declarant exempla, tum ab eodem auctore in Chronico, tum ab aliis adnotata.

c *Paulin. in vita S. Ambrosii.*

d *Ammian. lib. 27.*

XXXIX. Probus igitur, quem optabat cum iustitia æquitatem, clementiamque ad populorum regimen habere contractam, Ambrosium cum mitteret in prouinciam, admonuit, agere non vt iudicem, sed Episcopum. At hæc modo satis de præfecturæ Prætorio Probi principio, & Ambrosio ad dictatum prouinciarum administrationem assumpto. Cuius sicut infantia diuino quodam fuit nobilitata prodigio, ita pueritia liberalibus imbuta scientiis, & egregius extitit excultus virtutibus: & quem admodum adolescens factus, consuetudine sanctæ sororis Marcellinæ virginis & fratris Scyri Romę in domo paterna cum matre vidua coalescens, ab omni libidinum sordes (eimpolutum omnino seruauit: ira factus vir, non tibi, sed Reipublicæ atque in primis religioni natum se intelligens, vtrique prodesse consiliis, opibus, ac viribus, quibus valuit, nunquam defuit, & domi forisque summa gloria omnibus in rebus vbique refulsit. Eius vero ætatem hoc ipso anno, cum dictam præfecturam, prouinciarum accepit (habita ratione annorum, quibus vixit, ex obitus tempore retro reuolutis annis, cum inueniatur natus sub Cōsulatu Dalmatii atq; Xenophili, est is annus Domini trecentesimus trigesimus tertius) ad annos triginta sex peruenisse, exacta temporum dispositione cōperimus. Quomodo autem post annos quinque diuino nutu ex Præfecto Episcopus delectus sit Mediolanensis Ecclesiæ, suo loco dicturi sumus.

ÆTAS AMBROSII.

XL. Hoc item anno, iisdemq; Consulibus, Valentinianus Imperator vna cum collegis AA. Chronopium quendam Episcopum in Synodo condemnatum, appellantem ad sæculare tribunal, ob indignum facinus, pecuniaria pœna pauperibus eroganda mulctauit, sic de eo ad Claudium scribens *e*:

e *l. 10. quem appel. Theod.* CORVM ÆQVLAE VIENT CLERICI.

Quoniam Chronopius ex Antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septuaginta Episcoporum ante iudicio, & cum sententiam prouocatione suspendit, à qua non oportuit prouocare: argentea tam mulctam, quam huiusmodi facto sanctio generalis imponit, cognatur expendere. Hoc autem non fisco nostro volumus accidere; sed his, qui indigent, fideliter erogari. Quod in hac causa & cæteris Ecclesiasticis fiat. Dat. VIII. Id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore Coss. Quæ citatur sanctio generalis, illam esse puto, qua veritum erat, ne clerici coram sæcularibus iudicibus causam dicerent: cuius quidem legis ab eodem Valentiniano editæ meminit sanctus Ambrosius f scribens ad Valentinianum iuniorem his verbis in epistolæ exordio: *Nec quisquam contumaciam indicare me debet, cum hoc asseram, quod Augustæ memoria pater tuus non solum seruare responderit, sed etiam legibus suis sanxit: in causa fidei vel Ecclesiasticis actionis ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Hæc enim verba rescripti sunt: hoc est, sacerdotes de sacerdotibus vel sit iudicare. Quin etiam si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esse examinanda causa, etiam hanc voluit ad Episcopale iudicium pertinere.* hæc Ambrosius.

f *Ambr. ep. 32.*

XLI. EVSEBIVS MORITVR BASILIVS CREATVR EPISCOP. CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ.

Iam vero ad res gestas Orientalis Ecclesiæ oratio progrediatur. Hoc ipso anno, defuncto Eusebio Episc. Cæsareæ Cappadociæ, in locum eius S. Basilius electus est. At quoniam de tempore creationis Basilii diuersa modū sententiæ reperiuntur: antequam ad res gestas enarrādas deueniamus, consignatæ chronologiæ certa est ratio disquirenda. Auctor enim ille, quisquis fuerit, qui pulchro Ampilochii nomine vsurpato, res Basilii scripsisse reperitur; oscitanter nimis, Imperii anno sexto Valentiniani Augusti, cum necdum creatus esset Episcopus, eundem Basilium vita functum affirmat: cum tamen S. Hieronymus de eodem videnter, & in Ecclesia magna laude florente, decimotertio Valentis Imperatoris anno in Chronico meminerit; & alibi testatus *g* sit, sub Gratiano, cum scilicet solus regnaret, mortuum esse: sed & res ab eo gestæ eiusdemque scripta plane indicant, cum multos post hæc annos vixisse, ac pro Dei Ecclesia strenue laborasse.

g *Hier. de scriptt. Eccl. in Basilio.*

XLII. Ex tempore itaq; Basilii obitus, & annis, quibus sedit (cuius hæc exploratæ tradūtur) possumus pariter certum annum, mensem, & diem facile intelligere, quo Cæsariensis Ecclesiæ Episcopus creatus est. Gregorius Nyssenus, ipsius germanus, in epistola ad Olympium monachū de obitu S. Macrinæ virginis, veriusque sororis, cum Basilii fratrem haud pridem defunctum recolit, eum sedisse ait annos octo absolutos, nonum vero ex parte tantum attigisse. Apponam hic verba Gregorii, quæ hæc sunt, cum ait simul de eiusdem Basilii ordinatione & obitu: *Interea, inquit h, suspensis inter sanctos Basilius magna Cæsareæ declaratus est Antistes, & mysticis sacrificiis suis fratrem, nempe Petrum, consecrans, ad sacram presbyteratus dignitatem promouit. Atque hic vsus eius vitæ cursus ad gratiora & sanctiora atque deo gelabatur, cum sacerdotij dignitas sapientiæ studio coniuncta cumularetur. Post autem annis octo transactis, & nono inchoato, per totum Orbem celeberrimus Basilius ab hominibus ad Deum concessit, communem patriæ & Ecclesiæ luctum occasionem præbens.* hæc Nyssenus.

h *Greg. Nyss. ep. ad Olympionacū. Extat apud Lipom. to. 2. & apud Sur. to. 4.*

sed &

sed & Gregorius Nazianzenus æque de annis octo sedis eius testatur in sepulchralibus, vbi de Basilio ait a: *Octo annos pp populi habenas tenuisti: hoc vnum, Basili, in tuis rebus parum ac breue fuit.*

a *Apud Greg. Naz. to. 2. edit. Chesneang. pag 1442.*

XLIII. BASILII ELECTIONES TEMPVS.

His igitur de annis sedis Basilij certis firmisq; testibus confignatis: iam reliquum est, vt quod nemo tradit, quo potissimum anno sedere cœperit, ex tempore eius obitus hoc ipsum intelligamus. Hæc vt sciamus, eundem germanum ipsius Gregorium percontemur: qui ait, ex hac vita migrasse Basilium ante menses nouem à celebrato Concilio illo Antiocheno post Valentis Imperatoris obitum; ex quo idem Gregorius eam, de qua agit, legationé accepit ad restituendas collapsas Orientales Ecclesias, Arianorum sub eodem Valente persecutione vexatas: sic enim ipse in eadé citata nuper Epistola ad Olympium: *Erat post hanc iacturam*, nempe Basilij obitum, *nonus mensis & paulo amplius, cum Episcoporum Concilium indictum est Antiochiæ, cui nos item interfuimus.* hæc ipse. Sed quonam tempore eiusmodi Synodus fuerit celebrata, id accuratius perueſtigandum est. Constat quidé, dum vixit Valens Augustus ditus Ecclesiæ Catholicæ persecutor, extorbatis è suis ipsorum Ecclesiis Episcopis Orthodoxis, nullum eius celebrandi Cõcilij locum fuisse relictum vel tempus: eo autem diuina vindicta de medio sublato (quod contigit sub ipsius Consulatu sexto, quinto Idus Augusti, anno Domini trecentesimo septuagesimo octauo) statim à sanctis Episcopis cõfessoribus ad suas Ecclesias restitutis indictum est ipsum Concilium Antiochenum. sicque eodem anno Domini trecentesimo septuagesimo octauo, quo Valens dicta mẽsis Augusti die obiit, indictam fuisse oportuit eam Synodum. Cum vero ante eius indictionem nouem mẽses & paulo amplius elapsos dicat à morte Basilij; consterque ex indicibus publicis b, eum ex humanis desiisse Kalendis Ianuarij: necesse est affirmare, eodem anno trecentesimo septuagesimo octauo, quo Valens Augustus decessit, in pace requieuisse Basilium Magnum. Quem etiam cum æquè certum sit ex tabulis Ecclesiasticis c ordinatum fuisse Episcopũ decimo octauo Kalend. Iulij: vt eum sedisse dicamus, secundum Gregorium Nyssenum, annos octo absolutos, nono inchoato, hoc est, non absoluto; vtique affirmandum est, eundem hoc anno fuisse ordinatum Episcopum sedisseq; annos octo & quod excurrit à decimo octauo Kalendas Iulij vsq; ad Kalendas Ianuarij: sicque fiet tempus sedis Basilij anni octo, menses sex, & dies sexdecim. Ad hæc autem dilucidius examinanda nos errores aliorum adeo deformes obligarunt, dum qui nomen Amphilochij ad mentiẽdum accepit, ante velit Basilium esse defunctum, quam creatum Episcopum: cuius quoque erroris redarguẽdus est Nicephorus d, qui hoc ipsum sensisse visus est, dum vult eundem Basilium tempore Iuliani iam sedisse Episcopum.

b *Mart. Rſ. & alii, die 1. Ianuar.*

c *Mart. Rſ. & alii, die 14. Iunij.*

d *Nicepb. l. 10. c. 25.*

XLIV. MAGNVM OPVS VT BASILIVS CREARETVR EPIS. CÆSAR. CAPPADOCIÆ.

His igitur de tempore ingressus Basilij in Episcopatum præmissis: reliquum est, vt quæ ad eius electionem spectant notatu digna, pariter enarremus. Quod enim magni põderis opus esset, tantum virum è montium latebris euocatum, tanquam accensam facem super candelabrum ad lucem omnium sublimem statuere, vt tamquã è nubibus Sol eductus in Oriente refulgẽs, Occidentem pariter illustraret: nonnihil aduersus impios aduersantes homines id impedientes, prauosque dæmones eosdem impellentes conflictatum est: sed præualuit tamen Dei virtus, qua Basilius in sedẽ Episcopalem euectus hoc perditissimo tempore factus est aduersus ingruentes hæreticos & furentem cum eis Imperatorem Ecclesiæ Catholicæ propugnaculum, Orthodoxorumq; omnium robur & fortitudo: sediteq; inuito licet & obnitente Imperatore Valente, ac frustra fæuientibus magistratibus, vsque ad obitum, diuino plane miraculo inconcussus. Sed rem ipsam aggrediamur.

XLV. e *Greg. Naz. orat. in laudem Basilij.*

Eusebio itaq; Episcopo Cæsariensi, celeri (vt ait Gregorius e Nazianzenus) morte abrepto (repentino enim violentoq; morbo confectus ex hac vita sublatus est) Basilius qui aderat, quippe qui ægrotanti Episcopo assiduo ministerio vsq; ad eius vitæ exitum præsto fuit, adeo vt in eius manibus, vt idem auctor affirmat, contigerit ipsum animam exhalasse; sciens plurimorum in se ſtudia, vt createtur Episcopus, conspirasse, matute fugam arripuit f. ita tamen, vt in destitutam pastore Ecclesiam oculos conuersos haberet; timens illi, ne à schismaticis & hæreticis inuaderetur: scripsit enim tunc de his litteras inter alios ad Gregorium Nazianzenum his verbis è latebris:

BASILIVS FVGIT, NE CREETVR EPISCOPVS.

f *Greg. ibid.*

XLVI. g *Greg. Naz. post epist. 20.* BASILII EPIST. AD GREGORIŨ.

Basilius g *Gregorio. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? vel quo modo renouabitur senectus mea, vt ad charitatem vestram transfire, desideriumque vestri, quo teneor, leuire, animique molestias exponere, ac vestra opera quoddam afflictionum solamen reperire queam? à morte enim beati Episcopi Eusebij metus non parum nos inuasit, ne forte si qui metropolitanæ Ecclesiæ nostræ quondam insidias struebant, eamque hæreticis zizaniæ implere cupiebant, occasionem nunc nacti, pietatem in hominum animis multo labore sparsam permitiosis suis doctrinis radicitus euellant; ipsumque vnitatem scindant, quemadmodum in plerisque Ecclesiis fecerunt. Quoniam autem litteræ quoque cleri ad nos allata sunt quibus rogamur, ne tali tempore eos negligamus: in orbem circumspiciens, charitatis vestræ recordatus sui, rectæq; fidei, ac zeli, quo pro Dei Ecclesiis semper flagratis. Eaq; de causa dilectum comministrum Eusebium misi, vt venerato vestra illius hortatu precibusque permota, omnibus laboribus & æruminis Ecclesiarum causa susceptis hunc quoque adiungat, senectutemq; meam congressione reficiat ac recreet, tectæque Ecclesiæ celebrem illam pietatem augeat, nobiscum scilicet, si modo digni habiti fuerimus, qui vos in bono hoc opere iuuemus, pastorem illi iuxta Domini voluntatem præficiens, qui plebem ipsius moderari queat. Est quidem nobis præ oculis vir, quem nec ipsi ignoratis: quo si diuina gratia potiamur; magnam haud dubie nobis libertatem apud Deum comparabimus, maximoq; beneficio populum, qui opem nostram imploraut afficiemus. Verum tertio sis ac sæpius rogo, vt abiecta omni cunctatione, hic nobis præsto sis, hyemisq; molestias anticipes.* hactenus Basilius ad Gregorium: quem dum rogat, vt maturet aduẽtum, & anteuertat hyemis tempus, plane significat, anno superioti Eusebium esse defunctum, vacasseq; sedem vsque ad dictam diem mensis Iuni)

XLVII. BASILIVS NE LIGATVR EPISC. SIMVLAT ÆGRITVDINEM.

Quod vero Gregorius nec his litteris monitus festinaret aduentum, rursus ad eundem Basilius alias litteras dedit: quibus & significauit, se morbo laborare, acin extremis propemodum cõstitutum: quod finxisse creditus est Basilius, tum vt Gregorium ad se traheret, tum ne eligeretur Episcopus. Quibus acceptis Gregorius litteris, has reddidit, quibus compluta scitu digna aperiuntur; sic autem se habent:

h *Greg. Naz. epist. 21.* GREGORII EPISTOLA AD BASIL.

Noli h *mirari, si quid præter opinionem tuam dixero, nec prius à quoquam homine dictum. Quanquam tu mihi vir constantis & certi, atque animi firmitate præditi existimationem habere videris: multa tamen simpliciter magis, quam circumspecte & secure, deliberas ac facis. Nam qui à vitio liber est, is vitium in alio minus prompte suspicatur. Huiusmodi tibi quiddam nunc accidit. Ad metropolitanam vrbem nos accinxisti, cum de Episcopo creando consultatio proposita esset. Ac quam speciose & ad persuadendum apposito prætextu vsus es! Ægrotare te finxisti atque extremos spiritus edere, cupereq; nos videre, atque extremum alloqui. Quod quo consilio feceris, assequi nequeo, nec quid præsentia nostra ad eam rem vtilitatis allaturа sit. Ego vero ad iter me accinxi, rem hanc ægerrimo animo ferens. Quid enim mihi vita tua sublimius, aut discessu tristius & acerbius? Ac fontem lachrymarum profudi, & ingemui: nunc, me primum aliter affectum sensi, quam Philosophi ratio postulet. Denique quid Epitaphium non impleui? Postquam autem Episcopos ad vrbem concurrere intellexi, profectionis consilium abrupi: demiratiq; cepi primum, si quid diceret ac honestum esset, non perspiciebas, atque improborum linguis occurrendum putabas, qua simplicissimis quibusq; celerrime calumniam struunt. Deinde, si non hæc tibi & nobis conuenire existimas, quibus & vita & doctrina & reliqua omnia communia sunt, nimirum à Deo ita iam inde à prima ætate consociatis. Tertio (liceat enim hoc quoque dicere) si piorum Deiq; metu præditorum hominum huiusmodi electiones esse censuisti, ac non potentium apud vulgus gratiosorum. Atque ego hic de causis nauigij proram (vt dici solet) conuerti ac proficisci detrectaui. Tibi autem si videtur,*

dentur, hoc quoq; secu constituatur q; sit, inter medios tumultus pranatq; suffitiones fugere. Tuam vero pietatem tum deorum volebo, cum & negotia constituta fuerint, & per tempus licuerit: ac plura etiam & graviora exprobrabo. hæc Gregorius ad Basilium.

XLVIII. Cæterum ipse Gregorius immenso æstuabat desiderio, vt Basilius Ecclesiæ Cæsariensi præficeretur Episcopus: quod aliquando pro concione quoque vaticinatus fuerat, ista dicens a: Nec dubito, quin pastorem longe præstantissimum sim assumpturus: tametsi spiritualibus quibusdam rationibus pascendi gregis prouinciam à se reiciat: & cum creditum sibi spiritum, talentorumq; negotiationem, gregisq; curam commissam habeat, oleoq; Sacerdotij & perfectionis delibutus sit; adhuc tamen pro sua sapientia præfecturam suscipere cunctetur, lucernamque super modium retineat (breuis illam quidem super candelabrum collocandam, quo omnibus Ecclesiæ animabus illuceat, seruatus, nostrisq; lumen porrigat) ac montes adhuc & salus & fluenta circumspectet, ac lupis animarum raptoribus laqueos moliatur, vt commodo quoque tempore pedum etiam ipsum accipiat, ac cum vero pastore gregem hunc ratione præditum pascat in loco pascuæ, hoc est, semper virenti Dei verbo tabernaculum ei figens, ac rorocollatrice aquæ, hoc est, Spiritu sancto eum alens. Atque hoc quidem speramus, omnibusq; votis expetimus, hæc Gregorius: qui licet absens, omni tamen sollicitudine procurauit, vt Basilius Cæsareæ eteretur Episcopus. Nam cum ad electionem figuri Antistitis comprouinciales omnes conuocarentur Episcopi, atq; eius pater Episcopus Nazianzenus tum senio, tum mala detineretur valetudine, quo minus se Cæsaream cõ re valeret; suffragium ipsius, quo decerneret Basilium deligendum esse Episcopum, scripta patris nomine ad Cæsarienses epistola significauit. Litteræ autem ipsæ Gregorij parentis sic se habent:

XLIX. *Sum* b *quidem pastor exiguus, exiguique gregis Antistes, minimus, inter ministros spiritus: cæterum gratia nequaquam angusta est, nec locis circumscripta. Quocirca parum quoque libera loquendi potestas concedatur, præsertim de communibus maximis, rebus orationem habentibus, & cum hac cancte consultantibus, quæ aliquid fortasse prudentiæ & solertiæ habet, quam plerique è vulgo. Non de paruis & leuibus rebus deliberatu, verum quibus vel recte vel secus habentibus, Rempublicam quoque vel hoc vel illo modo se habere necesse est. De Ecclesia enim nobis sermo est, pro qua Christus mortuus est, ac de illa, qui hanc Deo fidat & conseruet. Lucerna enim corporis est oculus (vt docet Scriptura c) non modo hic corporaliter aspiciens & aspectus, sed etiam qui spiritualiter cernit ac cernitur. Lucerna autem Ecclesiæ est Episcopus, quem admodum ipsi perspicue nostis, etiam si non scripserimus. Itaque quem admodum illa puro atque incolumi, corpus quoque recte ducitur; impuro autem & vitiato, non recte: consimili quoque ratione vtrolibet modo sese Ecclesiæ Antistes habuerit, omnino vel periculi vel salutis participem esse Rempublicam, necesse est. Porro cum omnibus Ecclesiis tanquam Christi corpori simina cura & solicitudine prospiciendum sit, tum maxime vestra, qua omnium fere Ecclesiarum mater & à principio erat, & nunc est, atque consertur, & ad quam tota Respublica Christiana oculos conijcit, non secus ac circulus centro circumscriptus, non modo propter fidei integritatem tam olim omnibus prædicatam, sed etiam ob concordiæ gratiam diuino haud dubiè beneficio ipsi concessam.*

L. *Quoniam igitur ad deliberationem, quam de hac re habetis, nos quoque (vt rectum erat & Ecclesiastica regula postulabat) vocastis; senectute autem & morbo correpti tenemur: si quidem ipsi quoque Spiritu sancto vires nostras obfirmante, adesse quearamus (neque enim quicquam fide præditi incredibile est) hoc sane & publicæ vtilitati melius & nobis iucundius fuerit, vt & vobis aliquid conferamus, & ipsi benedictionis participes efficiamur. Si autem per corporis infirmitatem adiisse non licuerit; id certe, quod absentes possunt, conferimus. Et quidem alios quoque apud vos præfectura dignos esse, confido, vtpote in vrbe amplissima, atque vna præclare & ab huiusmodi Præsulibus iam olim gubernata. Cæterum ex omnibus, qui honore & gloria apud vos florent, neminem Deo dilectissimo filio nostro Basilio prædyero anteferre possimus (hæc autem quasi teste DEO dico) viro tum morum integritate, tum doctrina parato, solij, omnium vel certe potissimum qui virtutes subnixo, vt perditissimo huic tempori, vtrorumque hæreticorum loquacitati singulq; pratignis veraq; re obsistere possit. Hæc & Sacerdotalis classis & monachis scribo. Date & vos, qui magistratum gerunt, & qui senatorij sunt ordinis, ac denique plebs vniuersa. Si igitur hanc sententiam assensum fuerit, suffragamini, nostrum adeo sanum & integrum vnaq; cum Deo latum fuerit: & spiritualiter adsumus & adero; imo etiam tam manum impositi, spiritus, fiduciantur. Sin autem aliud quispiam putet, quam hoc placeat, ac per sodalitia & cognationes eiusmodi res expendantur, ac vasicellanea turba exactum & securum electionis morem conuulserit & distraxerit: seorsum sanè quod vobis arriserit, facite: nos autem intra nosmet ipsos collecti quiescimus.* hucusque Gregorius senior ad Cæsarienses. Habes ex his, lector, illud antiquitus obseruatum, vt cum à populo postulatio legitime fieret futuri Episcopi, nequaquam ille turmatim atque clamoribus expeteretur, sed per sodalitia artificum & nobilium cognationes suffragia conferrentur: tunc vero perperam, cum miscellanea turba clamoroso impetu prosiliret.

Quoniam vero qui Cæsareæ conuenerant Episcopi ad futuram electionem, haud (vt par erat) certas ad eam ipsam rem dederunt litteras, quibus Gregorius vocaretur: ipse ea de re nonnihil conquestus, has tandem dedit ad eos litteras, quibus rursum in electionem eiusdem Basilij calculum confert d: *Quam suaues estis & humani ac singulari charitate prædita! Ad metropolitanam vrbem nos vocastis, de Episcopo (ni fallor) consilij aliquid inituri (hoc enim vos in animo habuisse sentio) cum nec quod adesse necesse sit, nec quam ob causam; nec quo tempore prædixeritis: sed repente nobis, si quid facere aggressi estis, declaraueritis, tanquam videlicet non nos honorare constituentes, aut habere expetentes, sed præsentiam nostram stultoso impedimentes, ne in nos inuitos & repugnantes incidatis. Ac tale quidem vestrum facinus est, iniuriamque hanc feremus. Quid autem ipsi sentiamus, exponemus. Alij quidem alios creabunt atque proponent, nimirum pro suis quisque moribus ac copijs & facultatibus, quemadmodum in his rebus accidere consuevit. Nos vero neminem (nec enim fas est) charissimo filio nostro Basilio comprobytero præferre possumus. Ecquem enim ex omnibus quos nouimus, vel vita probatiorem, vel doctrina valentiorem, magisque ad virtutis elegantiam vndique perpolitum reperiamus? Quod si quis illius infirmitatem sententia sua prætexit: non athletam creatis, sed doctorem. Atque in hoc virtus illius cluet, qui infirmos (si quidem tales sint) fulcit ac corroborat. Si huic suffragio calculum vestrum adiecerit: & adero, & me vobis vel spirituali vel corporali modo adiutorem profitebor. Si autem certis conditionibus vita capessenda est, factionesq; & diffidia contra nos facq; valitura sunt: volupe est, vobis contemptui esse. Verum sit hoc opus. Pro nobis autem orate.* hucusque ad eos Gregorius mator.

Quid vero post hæc sanctus senex? Quantumlibet senio gracilis, ægraq; valetudine iam videretur proxime moriturus: diuino nihilominus spiritu feruens, animo roboratus, iuuandæ causa electionis Basilij, Cæsaream versus iter arripuit: haud dubiè id filio suadente Gregorio, penes quem nihil antiquius erat, quã vt Magnus Basilius ad summũ totius prouinciæ thronum promoueretur: qui de studio patris, vt sacris comitijs interesset, iter Cæsaream maturantis hæc ait e: *Quamuis non solum senectutis consortium, sed etiam morbo fractus ac debilitatus esset, animamq; ageret: iter tamen capessere non dubitauit, vt calculo suo electionem iuuaret, spiritus videlicet ope atque auxilio fretus. Atque vt rem in pauca conferam, vehiculo non secus ac mortuus feretro impositus, iuuenis redit, firmus ad vegetus, sublimes oculos gerens, amanuum impositione & vnctione, addo etiam & ab illius, qui vngebatur, capite conformatus, bonaque valetudini restitutus.*

Quod autem Gregorius iunior accepisset opportune admodum, Eusebium illum vbique Orthodoxæ fidei causa spectatum Episcopum Samosatenum se contulisse eadem de causa Cæsaream, eidem gratulatus, sciens cum magi operè studere Basilio, has ad ipsum profecturi patri litteras dedit f quas ob tanti viri præconia hic inscribere dignum existimamus; sic enim se habent:

Vnde tuarum laudum exordium ducam? & quo nomine proprie te appellabo? An te columnã & firmamentum Ecclesiæ vocabo?

a *Greg. Naz. orat. de pace.*

GREGORII DE SEDE BASILII VATICINIVM.

b *Apud Greg. epist. 22.*

EPISTOL. GREGOR. EPISCOPI NAZIAN.

c *Matth. 16*

GREGOR. SVFFRAGIO CONFERT IN ELECTIONE BASILII.

LI. d *Apud Greg. epist. 15.*

GREGOR. GENITORIS LITERÆ AD IPSAGOP. CÆSAREÆ CONGREGATOS.

LII.

GREGORIVS SENIOR PETIT CÆSAREÆ.

e *Greg. orat. in laud. Basil.*

LIII. f *Greg. Naz. epist. 29.*

GREGORII EPIS. AD

EVSEBIVM MAGNVM.

aut luminare in mundo ipsidem verbis cum Apostolo vtens? aut gloriationis coronam incolumi Christianorum parti salutemq; adepturā? aut Dei donum? aut patriæ adminiculum? aut fidei regulam? aut veritatis Legatum? aut hæc omnia simul, atque his plura? Ad hanc laudem exhortantiam, fidem prope excedentem, per ea, quæ videmus, confirmabo. Quæ enim pluuia ita matura & tempestiua sitienti terræ illapsa est? Quæ aqua expetra, vs, qui in deserto habitabant, exundans? Quem talem Angelorum panem homo manducauit? Quibus Iesus communis ille Dominus discipulis suis pessumeuntibus ita opportune astitit, vt & mare tranquillaret, & periclitantibus salutem afferret, vt tu laborantibus nobis ac mœrentibus, ac velut naufragium iam facientibus apparuisti? Et quidem de aliis quid loqui necesse est, quanta nimirum lætitia & voluptate Orthodoxorum animas perfudisti, & quot hominum desperationem sustulisti?

LIV.

At mater nostra Ecclesia, Cæsariensem dico, nunc profecto ob tui aspectum viduitatis vestes exuit, & stolam oblectationis resumit, magisq; etiam splendescet, cum pastorem & se & antecessoribus Episcopis & manu vestra dignum consecuta fuerit. Nam quis sit rerum nostrarum status, ipse quoque perspicis, quamq; insigne miraculum zelus tuus patrarit, & fudores, & Deo grata fiducia & libertas. Senectus restaurescit, morbus superatur, lecto affixi exiliunt, infirmi potentia accinguntur. Quæ res mihi coniecturam afferunt, negotia nostra ex animi sententia successura esse. Ac patrem quidem tum suo, tum nostro nomine habes, præclarum omni vita canicieq; venerāde finem impositurum, nimirum præsentem hanc pro Ecclesia dimicationem. Ac certum habeo fore, vt precibus vestris, quarum fiducia nemo non sibi quidvis polliceri debet, firmiorem cum valentioremq; recipiamus. Quod si in hac quoq; cura extremo vite die perfungatur: nequaquam detrimento & calamitati ducendum est, talem & ob res tales vitæ finem consequi. Mihi vero ignoscite, obsecro si improborum linguæ paulisper cedens, aliquanto post ad cōplexum vestrum accurram, & ea, quæ nunc in laudatione præter missa sunt, per me ipsum adjiciam. hæc ad Eusebium Magnus Gregorius.

LV. BASILIVS CREATVR EPISC. CÆSAREÆ. a *Greg. Naz. orat. in laud. Basil.*

At quid post hæc factum est? Cum in vnum Episcopi, celatis comitiis, de electione Episcopi acturi cōueniissent: multis licet aduersantibus obnitentibusq; promotioni Basilij, vicit tamen pars illa, quæ ipsi fauebant: *Non id quidem* (inquit Gregorius a) *citra laborem, nec citra inuidiam & dimicationem tum eorū, qui patriam cum imperio administrabāt, tum perditissimorum quorundam huius vrbis ciuiū, qui ab illorum partibus stabant. Verum fieri aliter nō potebat, quin Spiritus S. vinceret, atque adeo abunde vicit,* &c. pergit pluribus dicere de electione tum facta Basilij in Episcopum Cæsariensis Ecclesiæ, qua quidē hoc perditissimo tempore opportunius nihil contingere potuisset.

LVI.

Gregorius aūt audita electione Basilij, licet eum vidēdi violento quodam desiderio traheretur: cohibuit se tamen, modestiæq; consulens aduentum suum ad tempus opportunius distulit, vt ipse his verbis significat b: *Cum omnes in hac opinione versarentur, me statim facturum, vt summa cum animi voluptate ad eum accurrerem (id quod fortasse alius quispiam fecisset) cum eoq; imperium potius partirer, quam proximam auctoritatem haberem; idq; ex amicitia nostra coniecturent: ego tamen cum in omnibus rebus arrogantia suspicionem, vt si quis alius, fugiens, temporis illius inuidiam vitans; simul etiam quod negotia ipsius adhuc turgere & perturbari viderem, cupiditati meæ frenum inieci, domiq; me continui. Quo nomine quidem ille mecum expostulat: cæterum veniam concedit.* hæc ipse, qui ad eundem Basilium electum Episcopum perbreuem hanc scripsit Epistolam c:

b *Greg. ead. orat.*

c *Gregor. epist 24.*

LVII. EPISTOLA GREGOR. AD BASIL. CREATVM EPISC.

Postquam te in sublimi throno collocatum, lucernamq; ac illam quidem prius obscure lucentem à Spiritu victore supra candelabrum oculis omnium expositam esse intellexit: magnam me cepisse voluptatem fateor. Quidni enim, cum Ecclesia corpus grauiter laborare, atque huiusmodi ductu & auxilio opus habere cernerem? Non tamen ad te statim aduolani, nec aduolabo: nec tu ipse id à me expectas. Primum, vt auctoritatem grauitatemq; tibi sortam rectamq; custodiam, ac ne inepta quadam & præcipiti animi impetu, quem admodum obtrectatores ducere queant, tui studiosos colligere videaris. Deinde, vt mihi ipsi constantiam æqualitatemq; comparem, inuideq; occurram. Quando igitur venies, fortasse dixeris, & quamdiu procrastinabis? Quoad Deus iusserit, atq; eorum, qui nunc insidiose imminent, inuidiaq; flagrāt, vmbræ præterierint. Non n. dubitus (mihi crede) leprosi resistent, David d Hierosolymis excludentes hactenus Gregorius ad Basilium.

d 2. *Reg. 5. licet ibi non nisi de claudis & cæcis.*

Erant aūt hi, qui exagitabāt Basilium, & inuidia tabescebant, magistratus Valentis Imperatoris, nempe Præfectus prouinciæ Cappadociæ, & alij huic proximi, Cæsaræ agentes, ciuitatemque ipsam sursum deorsumque commiscentes, vt in gratiam Ariani Imperatoris aliquis alius crearetur Episcopus. qui cum res secus, quā animo concepissent, accidisse viderent; liuore incensi, negotiū facessere eidē Basilio, ipso primo eius creationis ingressu minime destiterunt. Quæ audiens Gregorius, iamq; opportunum tempus adesse existimans, vt Basilio laboranti præsto esset, ante suum aduentum, has eum consolaturus litteras præmittendas putauit e:

LVIII. ADVERSARII S. BASILII.

e *Gregor. epist 25.* RVRSVM AD BASILIVM GREGORIVS.

Audio te noto hoc rerum motu perturbari, tibique à versutia quadam & vsitata eorum, qui potentia & auctoritate florent, curiositate molestiam exhiberi. Nec sane mirandum est. Neq; enim inuidiam ignorabam, quodq; permulti ex vs, qui latus tuum cingunt, negotia sua per te procurant; malcuolentiaq; & inuidia fomitem excitant. Illud vero non metuo, ne quid parum Philosophicum in his molestiis, atq; & te & nobis indignum facias. Quin potius nunc vel maxime futurum existimo, vt Basilius meis cognoscatur, & quam omni vita ætate sapientiam collegisti, eam vt luculenter demonstres, obtrectatorumq; improbos conatus superes, ac velut in altissimis fluctibus immotus manens, aliis pertur batis. Quod si ita tibi videtur, ipse quoque adero, fortasse quidem consilij quoquetibi aliquid impertiturus (si tamen mari aqua opus est, ac tibi consultore) proculdubio autem, vt à te vtilitatem percipiam patientiaq; tua in ferendis cōtumeliis socium me præbeam. hæc Gregorius, qui de eodem suo ad Basilium accessu, & quonam modo ab illo sit acceptus & honore dignatus, hæc alibi f:

f *Gre. Naz. orat. in laudem Basil.*

Postea cum ad eum venissem, atque eadem de causa cathedra honorem, insigniaremq; inter presbyteros sedem repudiassem: non modo meum hoc factum non accusauit, sed vehementer etiam, vt debuit, comprobauit: atque à nonnullis, qui rationis ipsius ignari erant, fastus simulari maluit, quam aliquid facere, quod rationi consilioq; suis aduersaretur. Quonam porro modo laculentius specimen edere potuisset animi ab omni ambitionis fuco liberi, solamque honesti legem intuentis, quam ita de nobis? quos primo amicorum ac necessariorum loco numeroq; habuit, constituens? ita de se Gregorius. Quonam vero pacto ipse Basilius aduersarios superarit, sic subdit: *Deinde eos, qui cum ipso dissidebant, mitigat, & magnifico medicinæ genere curat. Non enim id assentatorie & abiecte facit, sed perquam grauiter & præclare, vtpote non præsentis solum temporis rationem habens, sed hoc etiam agens, vt eos in posterum dicto audientes haberet. Nam cum molliciem dissolutos & enervatos homines efficere, asperitatem rursus feros & contumaces reddere perficeret; vtriq; malo ab altero opem paraucit rigiditatem nimirum humanitate, mollitiem aūt seueritate temperans: sermone & animarū curationem haud multum indigens, opere quamplurima perficiens: nec callide homines sibi inseruire cogens, sed beneuolentia deuinciens: nec imperij potestate vtens, sed potestatis repressione atq; ignoscendi facilitate pelliciens.* hæc & alia Gregorius. Quæ autem vehementiora prœlia cum ab hæreticis atq; ab ipso potissimum Imperatore, cum à falsis fratribus in eum fuerint excitata, suis locis dicturi sumus inferius.

LIX. GREGORIVS AD BASILIVM SE CONFERT.

LX.

Hic illud vnum, antequam ad alia percurrat oratio de Basilio dicendum est: quod hoc primo anno electionis suæ, cū videret haud tuto sibi ministros assistere, quibus res magni momenti crederet, non solum sibi in curarum partem allegit Gregorium fidissimum socium & amicū; sed fratrem suum Petrum, ex decem vltimo loco natum, virtutibus vero consummatum primoq; loco habendū, ex monacho presbyterum ordinauit; de quo germanus eius pariter Gregorius g Nyssenus hæcait in Epistola ad Olympium: *Interea ingenio inter sanctos Basilius magnæ Cæsarīæ declaratus est Antistes, & mysticis suffragiis* suis fratrē consecrans, ad sacram presbyterij dignitatem promouit. Atque hic rursus eius vitæ cursus ad grauiora sanctioraque dirigebatur, cum Sacerdotij dignitas sapientia studio coniuncta cumularetur.* hæc Nyssenus.

g *Greg. Nyss. epist. ad Olymp. apud Sur. to. 4.* PETRVS A BASILIO CREATVS PRESBYTER.

* Sacrificiis

LXI. EMMELIÆ MATRIS BASILII OBITVS.

Sed cum eius quoq; assertione illud exploratum habeatur, hoc ipso anno, ante tamen creationem Basilij, vel superiori, post famem illam, quæ Cappadoces vehementer afflixit, contigisse ex hac vita migrare ipsorum matre Emmeliam sanctissimam fœminam; de ipsa modo agemus: quod enim inter lapsum est: eporis à fame illa Cappadocum superius recensita, vsque ad creationem Basilij Episcopi, tunc contigisse eius obitum, idem Gregorius haud obscurè significat. Habetur quoq; eius obitus mētio in Epistola eiusdem Basilij ad Eusebium his verbis a: *Si omnes ordine causas scriberem, quibus in hunc vsque diem fuerim detentus, quantumuis etiam vehementer cupierim tuam erga DEVM pietatem interuisere; insinuatum historiæ campum explerem. Morbos quidem alios aliis succedentes, hyemis odium, negotiorum assiduitatem prætermitto dicere, vt tibi cognita sint, & pridem significata. Nunc autem quod vnicum habebam vitæ solatium, matrem etiam hanc propter mea peccata amisi. Tu ne me derideas, qui in hac ætate orbitatem deflere soleam: sed hoc scias, me animæ secessum nequaquam ægrè ferre, cui quid in reliquis diguitate respondeat, non inuenio. Rursus igitur in morbum incidi iterumque in lecto decumbo, exiguis omnino viribus fluctuans, & propemodum in vnaquaque hora necessarium vitæ finem expectans. Porro Ecclesiæ fere vt corpus meum affectatæ sunt, nulla quidem sua bona effulgente, verum in deteriora rebus semper delabentibus.* hactenus ipse.

a Ba. ep. 7.

LXII. b Apud Lapeum. to. 1. & Sur. tom. 4.

Cæterum de obitu eiusdem Basilij matris Emmeliæ agit idem, qui supra Gregorius Nyssenus eius filius, dum in Epistola b ad Olympiū profectœus tes sanctæ Macrinæ sororis, eiusdemq; Emmeliæ filiæ, hæc intermiscet: *Interim senex admodum mater in vtriusq; filij manibus*, nempe Macrinæ primogenitæ, & Petri vltimo loco nati, *mortem migrauit ad Deum. Cuius quæ vox benedictionis fuerit illius, quæ erga liberos vsa est, commemorare non erit alienum. Nam cum de absentibus sigillatim amanter mentionem fecit, vt nullus esset expers benedictionis, tum præsentes ipsa precibus suis obtulit Deo. Etenim cum ei ex vtraque parte lectuli adiuersi assiderent, altera manu vtrumque tangens, hisce verbis postremis Deum allocuta est: Tibi, Domine, & primitias & decimā dico fructuum vteri mei. Primitarum enim locum hæc mihi obtinet primogenita, decumæ vero extremus; sic decimus filius. Tibi autem lege vtraque debentur, & tuæ sunt munera. In hanc igitur primogenitam meam & hunc decimum venias sanctimonia oratione perfusa designans filiam & filium. Ita benedictioni simul & vitæ finem statuit, cum prius mandasset filiis, vt se in sepulchrum paternum inferrent. Id illi, vt iussi erant, cum præstitissent, in reliquum tempus ad sapientia fastigium semper cum ante acta vita pugnantes, & præterita benefacta posterioribus superare studentes contendebant.* hæc Gregorius, qui mox subdit eiusdem Basilij in sedem Episcopalem promotionem. Emmeliam vero nonagenariam vel grandiorem decessisse, ex eo facile potest intelligi, quod tempore persecutionis Maximini ipsa cum viro suo facta est in Ponticas solitudines extorris. Meruit dies transitus ipsius ad Deum, qui fuit tertio Kal. Iunij, adscribi Ecclesiasticis monumentis, atq; anniuersaria memoria cōsecrari sanctissimæ fœminæ, sanctorum matris, coniugis confessoris, illiusq; in omnibus eiusdem coronæ consortis.

LXIII. FILII EMMELIÆ.

Porro ex decem filiis, quatuor tantum virorum, & fœminę vnius expressa sunt nomina ab ipso Gregorio, nempe Basilij inter masculos primogeniti, secūdo loco Naucratij, qui adolescēs decessit: tertius vero ordine ipse Gregorius numeratur; quartus autem, quem nunc diximus, Petrus monasticæ vitæ cultor. è fœminis vero nominatur tantum sancta Macrina nomine auiæ nuncupata, cum tamen ab Angelo adhuc in vtero matris suæ Thecla fuerit appellata: quæ desponsata viro, illo mox vita functo, virgo permansit, monasticum amplexa institutum, reliquarum vero sororum, aliis item virginibus perseuerantibus, aliis vero in matrimonio collocatis, atque reliquorum liberorum ignorantur nomina; quotque mares quotve fœminæ essent, haud exploratum habetur: sed omnes pro statu sui conditione vitam sanctissimè egisse scimus: de his enim hæc Gregorius Nazianzenus, post recensitas Basilij & Emmeliæ eorum parentum virtutes inmetas & egregias, subdit: *Mihi tamen nullo nomine celebriores atque illustriores esse videntur, quam egregiæ prolis procreatione. Nam eosdem & multorum filiorum & honestorum parentes in fabula fortasse reperias: hos autem experientia ipsa nobis exhibuit, tali numerum ipsos virtute præditos, vt etiam si nequaquam tales libros extulissent, sibi ipsis tamen ad nominis commendationem sufficere possent: rursus huiusmodi liberos gignentes, vt licet eo virtutis minimè peruenissent, omnes tamen sobolis felicitate superaturi essent. Nam cum vnus dumtaxat aut alter cum laude viuant, id tale est, vt bonitati naturæ ascribi possit: at vndique perfecta, & ad summam prouecta omnium virtus, ijs haud dubie à quibus procreati atque instituti sunt, assignari debet. Quod quidem liquido demonstrat beatus Sacerdotum & virginum numerus, eorumq; qui in coniugata vita eam vim sibi attribuerunt, vt matrimonium nihil ipsis impedimenti afferret, quo minus ad parem virtutis gloriam asparent. sed ea vitæ genera potius, quam rationis vinculi discrimina esse censerent.* hucusque Gregorius Nazianzenus.

c Gre. Naz. orat. in laudem Basil. FELIX DECEM FILIORVM SOBOLES.

LXIV. GREG. NYS. CONIVGATVS. d Nicetas schol. 19. in orat. Greg. Naz. in laudem Basil. e Niceph. l. 11. c. 9. f Gre. Naz. epist. 95. in addit. DE THEOSEBIA VXORE GREG. NYSSENI.

Quod vero spectat ad Nyssenum ante Episcopatum fuisse cōiugio obligatum, cum Nicetas d, cum Nicephorus e testati videntur. Annuit hoc idem ipse in libro, quē de Virginitate conscripsit. Fuit illi nomen Theosebia: quæ, sicut vir eius muneri sacerdotali, ita ipsa seorsum à vitro se Ecclesiæ ministerio mācipauit: de cuius obitu extat Gregorij Nazianzeni Epistola ad ipsum Gregorium consolatoria f: cuius eam eam sanctam beatamq; sororem appellet, cāsitatem consensu mutuo custoditam insinuat, quam & clarissimo huiusmodi p: egonio celebrat: *Quid faciamus aduersus Dei legem iam olim viuentem & dominantem, qua Theosebiam mecā habet? (meam enim eam voco, quæ, vt Dei legibus consentaneum erat, vixit, quandoquidem spiritualis cognatio carnalem antecellit) Theosebiam Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, ætatis nostræ vtilitatem, fœminarum fiduciam: Theosebiam in tanta fratrum pulchritudine formosissimam & clarissimam: Theosebiam vere sacram, & Sacerdotis coniugem, & honore parem, magnoq; mysterio dignam: Theosebiam, quam futurum quoq; tempus exceptarum est in immortalibus columnis, hoc est, omnium tam qui in eam nunc nōrunt, quam qui posthac futuri sunt, animis insitam. Nec vero mirum tibi videatur, quod eam sæpe appellem: nam etiam beatæ illius fœmina memoriam pro deliciis habeo.* hactenus verba Gregorij, qui eam sacram & honore parem Sacerdoti (quantum fas est fœminæ sacris officiis mancipari) ideo appellat, quod fungeretur in Ecclesia munere diaconissæ.

LXV. GREG. NYS. STVDIIS ELOQVENTIÆ NIMIS ADDICTVS.

Quod vero ad ipsum Gregorium Nyssenum spectat: quoto potissimū Domini anno Episcopus Nyssæ creatus fuerit, & num ante Basilium, an post, eam sit dignitatē consecutus, haud satis cōpertum habetur: eum tamen constat sequenti anno iam agētem Episcopum persecutione Valentis Imperatoris à propria Ecclesia expulsum esse, vt suo loco infra dicturi sumus. Eius autem in dicendo facultatem ita maiores omnes prædicant, vt non impar veteribus cunctis habitus fuerit g. Porro quod plus satis quam deceret Christianum hominem, rhetoricis disciplinis incumberet, à Gregorio Nazianzeno meruit reprehendi, qui eo argumēto auream plane illam scripsit Epistolam, quam huic tempori congruam hic describere, operæpretium existimauimus: cum enim reuera historia sit humanæ vitæ bene instituendæ ratio; quæ huic conducant, minime prætermittenda censemus. sic enim se habet h:

g Suid. in Greg. Nyss.

Inest mihi natura dextrum aliquid & commodum (liceat enim mihi quoque hoc de me arrogantius prædicare.) Persæpe & mihi malum consilium ineunti succenseo, & amicis. Quoniam itaq; omnes, qui secundum Deum viuunt, atque eodem Euangelij tramite incedunt, amicitiæ & cognationis iure inter se deuincti sunt; quid non à nobis libere audiunt, quæ omnes submurmurant? Ingloriam tuam gloriam (vt more vestro loquar) minimè laudant, taciturnq; & furtiuam in deterius prolapsionem, ac demonum pessimam (vt ait Euripides) ambitionem. Quid enim tibi accidit, vir sapientissime, quidq; tibi de te ipso displicuit, vt sacris illis suauissimisq; libris, quos quondam populo lectitabas (non enim hæc audiens erubescas) calcatis atque proiectis, aut etiam ad summum suspensis, non secus atque nauium gubernaculis & ligonibus hyte-

h Gre. Naz. epist. 43.

LXVI. GREG. NAZIAN. REDARGVIT GREG. NYSSENVM.

mis tempore, falsos & amarulentos in manus sumpseris, ac Rhetor vocari, quam Christianus maluerit? Nos contra hoc potius, quam illud; eos, nomine maximam Deo gratiam habeo. Neq; aquam, quæso, ô quondam optime, ne diutius animo ita affectus sis. Verum serius quidem, sed tamen aliquando resipisce, atque ad te redi, teq; & pios hominib. & fide proditis purga; & Deo, atq; altaribus, & mysteriis, à quibus te procul submouisti. Ac ne mihi scita hæc & rhetorica proferas: Quid vero? an non Christianus eram, cum eloquentiæ artem profitebar? an non pius & fidelis cum inter adolescentulos versarer? Ac fortasse etiam Dei fidē implorabis. Minime, vir eximie, saltem quantū par erat, etiā si partem aliquā concedamus. Vbi aūt illud ponemus, quod ex his, quæ nunc facis, alios, hoc est, eos, qui natura ad malum procliviores sunt, offendis ac vulneras, atque occasionem iis prabes de te finistre partim suspicandi, partim loquēdi? Falso sane & iniquè id faciant: quid tamen necesse est hanc illis occasionem suppeditare? Neq; n. quis sibi ipsi tantū vnus sed & proximo: nec sibi ipsi fidē facere satis est, nisi alijs quoq; fides fiat. An tu pugnis in publico cœtu decertans, aut etiā in theatris colaphis in malam accipiens vicissim atq; impingens, aut denig; turpiter & fœde te ipsum inficiēs atq; contaminans, postea te animo sobrio esse dicens? Sobrij hominis hæc non est cogitatio: leuis animi est hæc admittere. Ac si quidem meliorem mentem induxeris, gaudebo, vt Pythagoricum quidam Philosophum dicebat, cum prolapsi sodalis vicē lugeret: sin minus (ille quidem scripsit) mihi mortuus es. Ego aūt in gratiam tuam nondum hoc dicam: nam ille ex amico hostis factus est, vt ait Tragicus: verum acerbe sane (sic enim parcius & moderatius loquar) sinec ipse, quid officij sit, perspicis (quæ prima bonorum hominū classis est) nec alium recte monentē sequaris (qui ordo secundus est.) Habes admonitionem nostrā. Ac mihi, quæso, ignosce propter amicitiā dolenti, atq; eque vt tua & totius Sacerdotalis ordinis, addā etiam & omnium Christianorū causa inflammato. Quod si etiam tecum vel pro te erandum est: Deus infirmitatis tuæ opem ferat, qui mortuos quoq; ad vitam reuocat. hactenus Gregorius ad Gregorium: quem amico auscultasse, par est credere; quippe quem non ex verbis, sed ex rectè factis sibi gloriā immortalem comparare posthac studuisse, certum est: eum enim gloriosius labores octo annorum exilij pro Catholica religione exantlati cotona cōfessionis in perpetuum illustrarunt, legationesq; pro Catholicæ religiōne susceptæ honestissimè decorarunt. At de ipso Nylleno Gregorio sæpius postea.

LXVII. a *Ammian. lib. 27.* PAX CVM GOTHIS.

Hoc eodem anno bellum Gothicum, quod aduersus Athanaricum Regem Valens gessit iam triennio, redempta ab eo (vt Amianus ait *a*) pace pecunia, absolutum est. Hæc Amianus pluribus. Quo modo autem sequenti anno idem Gothorum Rex in medis persecutionem aduersus Christianos in iis partibus agentes mouerit, suo loco dicturi sumus. Quod vero ad res eiusdem Orientalis Imperij pertinet: Arsaces Rex Armeniæ, idemq; Christianus, de quo pluta superius, dolo pacis captus, à Sapore Rege Persarum, diris sima pati cogitur. Res autem ipsa ab Ammiano sic describitur *b*: *Rex vero Persidis longanimis ille Sapor, & ab ipsis imperandi exordiis dulcedini rapinarum addictus, post Imperatoris Iuliani excessum & pudendā pacis ictā fœdera, cum sciis paulisper nobis visus amicus, calcata fide sub Iouiano patre rum, iniectabat Armeniæ manum, vt eam velut placitorum abolita firmitate, ditioni iungeret sua. Et primo per artes fallendo diuersas, nationem omnem venientem dispendiis leuibus afflictabat, solicitans quosdam optimatum & satrapas, alios excursibus occupans improuisos. Deinde per exquisita periuriorum mixtas illecebras captum Regem ipsum Arsacem, adhibitumq; in conuiuium, iussit ad latentem trahi posticam: eumq; effossis oculis vinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum supplicium æstimatur esse solatium, exterminauit ad castellum Agabana nomine, vbi discruciatus occidit ferro pœnali.* hæc Ammianus. Sic q; factum est, vt Armeniæ maioris Christiani diuturnum pertulerint experimentum: aduersus quos Valens Imperator exercitum miserit per Terentium atque Aintheum duces. Gesta ab eis Ammianus pluribus prosecutus est. Quomodo autem vterq; dux fuerit adiunctō Catholicis in minori Armenia persecutione Arianorum vexatis, dicemus anno sequenti, in quem iam demigret oratio, absoluta anni huius rerum gestarum narratione.

b *Ammian. lib. 27.* ARSACES REX ARMENIÆ GAPTVS À SAPORE.

IESV CHRISTI
Annus 370.

DAMASI PAP. Annus 4. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 7.

I. VALENS IMPERATOR PERSECVTIONEM EXCITAT.

TRECENTESIMVS septuagesimus sequitur annus, Consulatu tertio Valentiniani atq; Valentis Augustorum, Fastis adscriptus, eiusdem Valentis persecutione aduersus Episcopos Orthodoxos Orientalis Ecclesiæ excitata plane funestus. Qui enim hactenus (vt dictum est) bello Gothico triennij temporis spatio fuerat occupatus, atque Persicis tumultibus nonnihil exagitatus, conceptam diu animo, nempe à tempore, quo ab Ecclesia Catholica desciuit & Arianis adhæsit, persecutionem iam vehementiori conatu aduersus Catholicos Orientis Episcopos furens Arianus Imperator immittit, edictumque promulgat, quo aduersantes sibi Episcopos Ecclesiis spoliari, vertereq; solum in exilium iubet. Hæc autē nequaquam ante præsentem annum ipsum aggressum esse, sed hoc ipso, cum Consulem tertium ageret, præsumpsisse, multa sunt, quæ aperte demonstrant: vt illud in primis, quod dictum est superius, ipsum Valentem iam triennio in Imperio Catholicum perseueraſſe, moxq; triēnale bellum aduersus Gothos (quod Amianus affirmat) propensiori indefessoq; studio exercuisse; quo toto tempore in præsentem vsq; annum scimus Catholicos Episcopos in suis ipsorum Ecclesiis liberos permansisse, nempe Athanasium vna cum suis anno superiori Concilio celebrasse, Episcopos Cappadociæ Orthodoxos Cæsaream ad electionem futuri Episcopi conuenisse, elegisseq; S. Basilium, & inter eos Eusebium Samosatenum, quem postea huius persecutionis turbo ab Ecclesia sua procul eiecit: quæ sicut non ante præsentem annum contingere potuisse liquet; ita nec postea facta esse, illud insinuat, dū Gregorius Nyssenus, qui ex hoc ipso edicto, sicut alij plures, in exilium pulsus est, in Epistola *c* ad Olympium de rebus gestis S. Macrinæ sororis octo numerat annos exilij sui, quod solutum est nonnisi morte Valentis, anno demum quinto sui Imperij ex hac vita nece subtracti. Quamobrem ex his omnibus certis deductis rationibus, assumamus, hoc ipso anno de expulsione Episcoporum Orthodoxorum ab eodem Valente fuisse promulgatum edictum; longeq; longius errare eos, qui eiusmodi persecutionē ad exordium illius Imperij referūt, sicut & qui multo postea, nempe post obitum Valentiniani, à Valente persecutionem excitatam ferant, vt Orosius *d* & alij eum secuti.

c *Apud Lipom. to. 2. & Sur. to. 4. die 29. iuly.*

d *Oros. lib. 7. c. 32.*

Sed qualenam eiusmodi edictū fuerit, qui item Episcopi expulsi sint, iam oratione prosequamur. Sozomenus enim cum huius edicti meminit, ita ait *e*: *Quin etiam singulis cuiusque gentis magistratibus dedit mandatum, vt Episcopi temporibus Constantij abducti, & iterum regnante Iuliano ad Sacerdotia sua restituti, Ecclesijs expellerentur.* id quidem vafrè admodum Valens: vt enim populi vitaret inuidiam, nequaquam se eius edicti auctorem voluit exhibere: sed duplo auxit, cum ex hoc se magis impium, quam Iulianus Apostata, exhibuerit: dum ille, quos Cōstantius iniquè damnasset Episcopos, liberauit; Valens vero iterum eosdem restituros crudelius relegauit.

II. e *Sozom. lib. 6. c. 12.* EDICTVM VALENTIS ADVERSVS EPISCOPOS.

III. ATHANASIVS DEFENDITVR À POPVLO.

Huius edicti auctoritate (subdit Sozomenus) *Ægypti magistratus impulsi Athanasium Ecclesijs illius regionis primare, & vrbe Alexandria ejecere laborarunt. Nam litteræ Imperatoris non leuem complectebantur pœnam; sed omnibus ex æquo magistratibus & militibus quoque illis subiectis, quin etiam curijs ingentis pecuniæ mulctam irrogabant, & corporis præterea cruciatum minabantur, nisi imperata facerent. Itaque multitudo Christianorum in vrbem coacta postulabat à Præside, vt non temere & inconsulto Athanasium vrbe exturbaret; sed consideraret secum accuratius, quid esset litteris Imperatoris decretum: eas enim contra illos solos valere, qui temporibus Constantij in exilium missi, postea*

regnante Iuliano reduxerant. At vero Athanasium, dicebant, tametsi temporibus Constantij exulauerat, ab eodem tamen reuocatum fuisse, & ad Episcopatum restitutum: Iulianum vero, cum alios omnes reduxisset, cum vnum in exilium ire compulisse: quem tantamen rursus domum reuocauit. Hæc quidem à Sozomeno sic enarrata haud consentiunt rebus superioribus de Athanasio recitatis: nam vsque ad Constantij obitum latuisse, eoque extincto tandem se Alexandriam contulisse, Iuliani vero postea rescripto iterum abiisse iussum, superius dictum est. Poterat autem Alexandrinorum ea captata pro Athanasio legitima defensio esse: nempe miscere constare potuisse, Cõstantij præcepto, vel aliorum eius nomine magistratuum sententia Athanasium exilio fuisse damnatum; sed ipsum sponte fugisse, atque latebris se vsque ad Constantij obitum continuisse: quam obrem haud videri posse ipsum Valentis edicto comprehensum.

IV. ATHANASIVS LATEBRAS CAPTAT.

Hac vero oratione habita (subiungit Sozomenus) *cum ei persuadere non possent, restiterunt eius conatibus, & vim asserri Episcopo non permiserunt. Quare cum populus vndique conflueret, ac ingens tumultus ac turba cieretur, adeo vt omnes seditionem futuram expectarent: Præses de his rebus gestis Imperatorem facit per litteras certiorem, & interim Athanasium in vrbe manere patitur. Multis vero diebus intermissis, cum iam tumultus videretur sedatus esse; Athanasius clam ex vrbe egreditur & in locum quendam separatim se abdidit. Nocte vero intempesta Præses Ægypti, & Præfectus præsidiariorum militum, ad Ecclesiam, in qua domicilium habebat, contendunt. Eo cum peruenissent, & illum in tabulatis quæsiuissent, consilio quod intenderant, frustra suscepto, inde recedunt. Nam putabant, cum populus iam in superiorem tumultum obliuionem venisset, & omnes somno sededissent futurum esse vt facile deinceps, si modo aggrederentur, mandatum Imperatoris conficerent, vrbemque conseruarent à seditione liberam. Sed cum Athanasius minime esset repertus, omnes non sine causa magna incessit admiratio. Et sine diuina quadam vi, siue quorundam indicio premonitus secesserit, vtrumne certe eodem spectabat. Quin etiam vt tam opportuno tempore, tum præcognosceret insidias, tum vitaret, maiori videtur esse prouidentia, quam quæ homini attribui queat: Sunt autem alij, qui dicunt, eum, cum mentę perciperet temerarium populi tumultum, & vereretur, ne cladis, quæ inde forte accideret, ipse auctor & causa videretur, toto hoc tempore in patris monumento delituisse. Atque hoc modo Athanasium istud euitasse periculum accepimus.*

V. ATHANASIVS AD ECCLESIAM REDIRE IVBETVR.

Haud diu post Imperator Valens scripsit litteras, vt Athanasius rediret, Ecclesiamq; denuo capesseret. Suspicor equidem, Valentem non de suo ipsius consilio has litteras scripsisse: sed vel quod opinionem de Athanasij virtute omnium animis insitam non parui æstimabat, quodq; verisimile erat, Valentinianum, cum fidem Concilij Nicæni propugnaret, ipsum hac de re inuisaturum: vel quod metuebat, ne cum tam multos Athanasius haberet sanctos, tumultum eius causa cieret, & res nouas non sine Reipublicæ damno moliretur. Arbitror præterea, secta Ariana Antistites (vti sane credibile est) non adeo magno studio ad eum Alexandria pellendum incubuisse, propterea quod complectebatur animis, si vrbe euctus esset, denuo molestiam Imperatoribus exhibiturum, indeq; nacturum occasionem cum illis ad colloquium veniendi; & Valentem quidem fortasse in suam sententiam perduxturum; Valentinianum autem, vtpote eiusdem doctrinæ fautorem, ad iram contra ipsos inflammaturum. Nam eius virtutem, in his, quæ regnante Constantio acciderant, satis experti, maxime ab ille metuebant. Siquidem eo tempore ita omnes aduersariorum prestigabat insidias, vt haut inuiti Ecclesias Ægypti ei concederent; & tamen ipse vix litteris Constantijeo adduci posset, vt Alexandriam reuerteretur. Causam igitur, cur Athanasius non esset perinde ac ceteri Episcopatu priuatus, hanc sane fuisse coniecto. Ceteros autem persecutio, similis fere persecutioni Gentilium, exagitauit. Nam qui ipsorum doctrinam reprehendebatur, illis non modo rabantur exilia, verum etiam Ecclesiæ auferebantur, aliique tradebantur. Ægyptus interim, dum Athanasio vita suppetebat, istarum calamitatum prorsus expers fuit. hactenus Sozomenus.

VI.

Epiphanius *a* autem, rerum suorum temporum scriptor, illam vnam probat causam exhibitæ Athanasio indulgentiæ, ne cum aliis Orthodoxis Episcopis ab Ecclesia distractus in exilium pelleretur, quod veritus esset populi tumultum amplissimæ ciuitatis: Arianos vero tradit expetisse ab Imperatore, vt Alexandriam Lucius mitteretur: quod, quamdiu Athanasius vixit, minime obtinere valuerunt.

a Epiph. hæres. 69.

Reuersus quoque est Valens ipsum Epiphanium ore omnium celebratum, virtutibusque insignem, ne cum cæteris Orthodoxis eum damnaret exilio, nec non præstantissimũ illum Paulinum Episcopum Antiochenum: de ambobus enim cum Athanasio hæc S. Hieronymus ad Pammachium *b*: *Eo tempore, quo totum Orientem, excepto Papa Athanasio atque Paulino, Arianorum & Eunomianorum hæresis possidebat, quando tu Occidentalibus & in medio exilio confessoribus non communicabas ille*, nempe Epiphanius, *vel presbyter monasterij ab Eutychio audiebatur, vel postea Episcopus Cypri à Valente non tangebatur: tanta enim veneratione semper fuit, vt regnantes hæretici ignominiam suam putarent, si talem virum persequerentur.* hæc Hieronymus inuectus in Ioannem postea Episcopum Hierosolymitanum, his autem temporibus cum hæreticis partem habentem, & eam ab causam ab eodem Epiphanio datis litteris hæreticum appellatum. De Paulino hæc etiam Sozomenus *c*: *Paulino autem propterea pepercit, quod vite eius sanctimoniam reuerebatur.* & Socrates *d*: *Paulinum Episcopum*, inquit, *propter eximiam eius pietatem nullo affecit incommodo.* Cum alioqui nec hi Valentis comprehensi viderentur edicto, quo ij pelli iubebãtur, qui iam à Constantio eiecti, per Iulianũ fuerant restituti: cum hi post Constantij obitum creati Episcopi videantur, Athanasius vero sponte solum vertisset.

VII. CVR PAVLINVS ET EPIPHANIVS IN ECCLESIIS RELICTI SINT LIBERI.

b Hieron. epist. 61.

c Sozom. l. 6 c. 7.

d Socr. l. 4. c. 1.

Quam dira autem reliqui Episcopi Orthodoxi in Oriente sint passi, cum edicto Valentis iussi sint Ecclesias cedere Arianis; ipsi vero alio exules amandari: ex paucorum rebus gestis, quæ memoriæ commendatæ reperiuntur, licebit reliquorum ærumnas, quæ habentur incognitæ, meditari. Eusebio enim Episcopo Samosateno, quem anno superiori interfuisse electioni Basilij Magni diximus, hæc habet Theodoretus *e*: *Iam vero quantam animi magnitudinem, quantamque sapientiam idem Eusebius demonstrarit, cum edictum Imperatorum, quo iubebatur in Thraciam proficisci, ad eum esset perlatum; arbitror, his, qui eius rei ignari sunt, pernecessarium ad cognoscendum. Sub crepusculum enim venit nuncius, qui hoc edictum afferebat: quem Eusebius tacere, & causam aduentus occultare iubet: Nam si plebs, inquit, studio pietatis educata intellexerit, te demerget in flumen, & à me certe pœnas tua mortis expetentur. Hæ locutus, & vespertino precum ministerio de more perfunctus; tempore, quo somnus solet obrepere, senex, solus, fide vnius famuli fretus, ex vrbe egreditur. Sequitur famulus, cerulcal tantum & librum secum deportans. Cum autem ventum esset ad ripas fluminis (nam muros vrbis prater labebatur Euphrates) conscensa naue, iubet remiges recta trajicere Zeugma. Vbi illuxit dies, ille Zeugma appulit: Samosatæ querelis & luctu redemdarunt. Nam eius discessu per famulum illum, qui necessarius Eusebij quidam exposuerat mandata, & quinam essent eum comitaturi, qui etiam libri vna exportandi, indicauerat, patefacto: omnes se pastore orbatos lamentabantur. Itaque frequentes per flumen nauigare, quo eum querant, cœperunt. Atque vt primum ad eum veniunt, videntque pastorem suum desideratum; conqueri, gemere, & ingentem vim lachrymarum fundere; quo perfadente ei, vt apud ipsos maneat, & minime finat oues lupis tradi. Verum cum persuadere non possent, audaciusque cum recitantem præceptum Apostoli, quo persuadet iubemur magistratibus & potestatibus obtemperare: pars aurum, pars argentum, vestem alij, alij famulos ei offerunt, vtpote in regionem peregrinam & longè illinc sitam profecturo. Ille autem, paucis quibusdam rebus ab iis, qui erant familiaritate coniunctiores, acceptis: vbi omnes tum doctrina, tum precationis armis communiuerat, & magnopere cohortatus fuerat, vti dogmata Apostolica viriliter propugnarent; ad Istrum contendit. Illi ad vrbem suam reuersi, seipsi mutuo excitare, & luporum incursiones fortiter depellere nituntur.* hæc de exilio Eusebij Theodoretus.

e Theod. li. 4. c. 13. EVSEBII SAMOSATENI EXILIVM.

VIII.

Deducendus vero in Thraciæ fines prope Istũ fluuiũ

IX.

Eusebius, per Cappadociam à sarellitibus trahebatur: cui cum Gregorius Nazianzenus tunc ægrotans occurrere ob morbi causam minime potuisset, has ad eum litteras postea dedit *a*.

a *Gregor. Naz. ep. 28.* GREGORII AD EVSEBIVM LITERÆ.

Eusebio Samosateno Episcopo in exilio agenti. Quo tempore per patriam nostram poetas tua transibat, nec è cubiculo prospicere poteram, extremo morbo laborans: me porro non tam excruciabat morbus, licet mortis metum inuehens, quam quod bono & sacrosancto tuo congressu privabar. Tanta nimirum vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor, quanta eum teneri par est, qui spiritualium vulnerum curatione indiget, eamque se à præstantia tua consecuturum sperat. Etsi autem hoc peccatis meis adscribendum est, quod cum congressu tuo frustratus sum: potest tamen nunc quoque per bonitatem tuam molestiis meis nonnihil medicina afferri. Nam si mei quoq; memoriam in Deo acceptissimus tuis precibus habere digneris: id vtique mihi omnis diuina benedictionis viaticum futurum est tum in hac vita mea, tum in futuro æuo. Tantum enim virum, ita in Euangelij fide certantem, persecutionesque tantas perpessum, tantamque sibi ipsi apud iustissimum Deum libertatem per calamitatum perpessionem comparantem; hunc inquam, patronum quoque nostrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi persuadeo, quantam si vel à quodam sanctorum martyrum id mihi contingeret. Quocirca te obsecro, vt in his Gregorij tui assidue sis memor, in quibus me dignum memoria tua esse summopere opto.

X. Post hæc autem cum Eupraxius clericus, insigni viri pietate adductus, ad eum in Thracia exulantem pertexisset; eidem ad ipsum Gregorius litteras dedit: quibus acceptis Gregorius alias reddidit, quas hic describendas curauimus, sunt autem huiusmodi *b*:

b *Greg. ep. 30.* ALIÆ GREGORII AD EVSEB. LITERÆ.

Quoniam mihi semper carus fuit ac sincerus amicus venerabilis frater noster Eupraxius: carior tamen & sincerior visus est ob animi affectum erga te suum: quippe qui nunc quoque ad tibi inseruiendum non aliter perrexerit, quam, vt aut Dauid, cernus siti oppressus, intolerabilem sitim pura & dulci aqua refrigeraus. Ac beatus, qui consuetudine tua & congressu dignus habitus fuerit: beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis, laboribusque pro veritate exhaustis, talem coronidem imposuerit, qualem non multi Dei metu praditi consecuti sunt. Non enim inexpleratam virtutem ostendisti, nec tranquillo tempore solum nauigasti, aliorumque animas gubernasti, sed in tentationum quoque difficultatibus & procellis fulsisti, persecutoribus, sublimior extitisti, dum forti animo exilij causa solum vertisti. Et alij quidem patrium solum habent, nos autem supernam ciuitatem: alij nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclaram negotiationem! qualia contemnentes, qualia accipimus! Transiuimus per ignem & aquam: confido autem, nos in refrigerium quoque exituros esse. Non enim Deus nos in perpetuum deseret, nec rectam doctrinam persecutionibus vexari sinet: verum secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius nos exhilarabunt. Atque hoc quidem pro certo habemus & optamus. Te vero obsecro, vt pro abiectione nostra preces fundas, & quotiescunque occasio dabitur, bene precari nobis per litteras non grauetis, ac rerum tuarum statum declarando latiores alacriores que nos reddere: id quod nunc facere dignatus es. hæc Gregorius. Quid autem Samosatæ contigerit post Eusebij relegationem, Theodoretus e his prosequitur verbis:

c *Theo. l. 4. c. 14.*

XI. SAMOSATENI EXCRANTVR NOVVM EPISCOPVM EVNOMIVM.

Atque hoc loco ardentem & sinceram eorum fidem, nempe Samosatenorum, exponam. Quandoquidam me illis iniurium facturum censerem, si ea non scriptis ad memoriam sempiternam prodiderim. Postea autem quam Arianæ gregem pastore longe optimo priuarant, & alium in eius subrogarant locum: nemo ex vrbis incolis, vel pressus egestate, vel diuitijs affluens, famulus vel artifex, agricola vel consitor, vir vel mulier, iuuenis vel senex, ad conuentum Ecclesiasticum, vt moris erat, accedere voluit, sed Episcopus solus agebat: quippe nemo aut in eius venit conspectum, aut cum eo sermonem contulit, licet diceretur vitam apud eos valde modestè instituisse. Cuius rei hoc erit argumenti, quod iam dicturus. Cum eis in animo esset, se in balneo lauare: famuli, quo ingredi cupientes prohiberent, fores balnei occluserunt. at ille vbi videt multitudinem pro foribus stantem, fores aperiri, & omnes audacter se in balneo vna lauare iubet. Idem quoque præstitit in interiore balneo testudinato. Nam cum sibi lauanti multos astare cerneret, mandat, vt frueantur vna aquis calidis. Illi autem tacite consistebant. At iste eos honoris causa stare arbitratus surgens ocyus, egreditur è balneo. Illi vero aquam hæretica nequitia contagione infectam esse rati, eam in cloacam emittunt, nouamque sibi infundi imperant. Qua re cognita iste, vrbe relicta, abiit: quippe stultitiæ, immo summæ dementiæ esse putauit, vrbem infectam & communem simultatem erga ipsum exercentem incolere. Quapropter vbi Eunomium (ita enim vocabatur) Samosatam reliquerat, tam etsi Lucium in eius locum sufficiebant, lupum plane & insidiatorem ouium: tamen oues deserta à pastore, pastoris munus ipse obseruant: nam doctrinam Apostolicam integram conseruarunt. Verum in quantum odium etiam iste ab omnibus vocatus sit, historia, quam deinceps narrabo, docebit.

Pueri in foro pilam mutuo contorsere, quo quidem ludo se admodum oblectabant. Ac forte fortuna dum transibat illac Lucius, pila è manibus pueri cuiusdam elapsa, per assus eius pedes pernolebatur. Pueri autem vociferari; quippe pilam sceleri pollutam existimarunt. Qua re intellecta, dat mandatum vni ex comitum suorum numero, vt maneat, discatque quid factum sit. Pueri vero igne accenso, pilam per eius flammam torquent, sicque eam purgatum tri arbitrati sunt. Ac tametsi non sum nescius, hoc puerile esse, & inueterata consuetudinis velut reliquias: tamen satis indicij inde capi potest, quam esset secta Ariana vrbi illi odiosa. At vero Lucius Eunomij mansuetudinem neutiquam est imitatus: sed sicut persuasit magistratibus, vti illi alios complures sacris initiatos in exilium mitterent: ita ipse eos potissimum, qui sanctam diuinamque propugnabant doctrinam, ad vltimas Imperij Romani oras relegauit: Euoltium dico diaconum, quem Oasin vsque (de huius solitudine multum habetur sermo) amandauit: & Antiochum tum cognatione cum Eusebio coniunctum, cuius soror ei vxor erat, tum multis recte factis nobilitatum, tum sacerdotali dignatum honore, ad extremos Armeniæ fines expulit. Quam vero præclare iste pro diuina doctrina decertarit, postea ostendemus. hæc Theodoretus. Porro (vt subdit) S. Eusebius eorum Episcopus relegatus in Thraciam, prope Istrum vitam traduxit: quo quidem tempore Gothi, vt eius sepulcra declarant, Thraciam populabantur, eiusque ciuitates obsidebant: vt plane intelligatur, illud fuisse consilium Arianorum eum illuc amandantium, vt sanctus Episcopus ab hostibus necaretur.

XII. PVERI QVAM SVAVITER EXERCRATI LVCIVM ARIANVM EPISCOPVM

Rursum vero Theodoretus inter alios Episcopos à Valente Imp. Ariano expulsos (de quibus singulis, quorum est memoria, suo ordine apposite dicturi sumus) adnumerat Pelagium Episcopum Laodicensem, de quo ita scribit *d*: *Laodicensem autem Pelagio pastore sane egregio orbauit. Qui cum adolescens esset, duxit vxorem primo, nuptiarum die in ipso nuptiali thalamo sponsæ persuasit, vt castitatem plurimi quam concubitum æstimaret; & vt amorem fraternum pro coniunctione ingali teneret, edocuit. Verum quamquam temperantiæ summo hoc pacto probe administrauit, & alias quoq; habuit virtutes huic persimiles, quæ pariter cum ea velut choros ducebant, ac propterea à communi omnium consensu ad Præsulatum illum ascenderat: tamen splendores illos vitæ præclare instituta hostis veritatis minime reueritus est, sed tum ipsum in Arabiam, tum sanctum Meletium in Armeniam, in Thraciam vero Eusebium, qui in doctrina Apostolica diuulganda permulto labore collocasset, relegauit.* at de Meletio inferius, legimus eundem Pelagium interfuisse Antiochenæ Synodo sub Iouiano Imp. atq; subscripsisse Catholicæ fidei, de qua superius.

d *Theod. l. 4. c. 12.*

XIII. PELAGIVS EPISCOP. LAODICENVS EXVL PROFIDE.

Idem vero Theodoretus cum hæc de Pelagio enarrasset, mox ita de eodem, de quo nuper, Eusebio subdit. *Iste Eusebius cum multas Ecclesias pastoribus orbatas intellexisset: habitu militari indutus, & capite tiara operto, Syriam, Phœniciam, & Palæstinam peragrauit, quo tum presbyteros & diaconos crearet, tum alia Ecclesiastica obiret officia. Quod si quando in Episcopos secum doctrina coniunctos incidebat: eos Ecclesijs, quas tenebant pastoribus, præfecit,* hæc Theodoretus. Quæ quidem cum accidere minime potuerint ante edictum de expellendis Episcopis Orthodoxis, quod absq; mutatione habitus liberum esset cuiq; Catholico Episcopo, quo vellet, profectionem instituere; facta esse necesse est affirmare, postquam relegatus fuit in Thracian; vbi ingruentibus Gothis in Romanum solū, relictus ille sine custodia, eiusmodi Ecclesias visitandi inierit consilium: cum & ne quis esset, agnosceretur, ex Episcopo se transformauit in mi-

XIV. EVSEBIVS SAMOSATENVS EPISC. INCOGNITVS LVSTRAT ECCLESIAS.

litem. Nec vero ob id sacrorum canonum prævaricator habendus fuit, si quod alias vetitum esset, ordinauerit eleticos in aliena diœcesi; cum necessitate vrgente, priuato quodam diuini Spiritus instinctu, id fecisse, non dubium sit; quod à nemine, nec quidem ab hostibus fuisse legimus improbatum.

XV. S. BASILII EPISTOLÆ AD EVSEBIVM.

Extant ad hunc ipsum Eusebium sancti Basilii, præter illas, quæ excusæ habentur, epistolæ tredecim inter alias centum viginti duas vel plures nondum editas, quas Sextilius Episcopus Alexanus in Latinum vertit, sed ipsarum interea moratur editionem, quod nactus exemplar admodum deprauatum, optaret (si dabitur) cum fideliori conferre. Nos interim ex fragmenta aliqua nostro instituto conducentia mutuati, hic ea suis locis intexuisse voluimus: cum aliqui omnes fere eius argumenti sint, vt res præsentis temporis contineant atque deplorent. Ifter alias autem, quæ est numero duodecima ad eundem Eusebium scripta hæc habet: *Equidem volebam (si fieri à me potuisset) quæ quotidie nobis contingunt, tibi annunciare: sic enim multa & præter opinionem sunt res, vt historia quotidiana quoq; egeant; quam etiam composuissem, bene scias, nisi assiduitate occurrentium, cogitationes habuissem cum occurrentibus conflictantes. Adfuit nobis Vicarius (quod est primum & maximum inter nostra mala) homo si quidem etiam hereticus mente, nescio: puto enim eum omnis rationis esse imperitum, & neque habere aliquod studium, neque curam circa hanc synodi: in aliis enim video ipsum animo & corpore noctu & interdiu occupatum: verumtamen amicus est hereticorum, & non plus est ergà eos benevolè, quam contra nos odiose se habens.*

XVI. SYNODVS ARIANORVM IN GALATIA.

Congregauit enim Synodum prævaricatorum in media hyeme in Galatia, & elegit quidem Hypsium, & substituit Endicium. Iudicatum autem fuisse statuit fratrem meum, nempe Gregorium Nyssenum Episcopum, *ab vno homine & hoc insigni accusatum. Deinde parum occupatus circa exercitum, rursum rediit ad nos, iram & odium anhelans: & omnes quidem vna voce sacerdotes Cæsariensis Ecclesiæ tradidit Concilio. Sebastia autem sedit multos dies, iudicans per tribus; & eos, qui nobis communicant, infidiatores nominans & damnans ministerio populari, adiungentes autem se Eustathio maximis honoribus prosequens. Rursum Synodum circa Nyssam Galatarum & Ponticorum congregari præcepit. Illi autem obedierunt, & concurrentes miserunt quendam ad Ecclesias: quem ego non eligerem dicere, qualis fuerit; conuenire autem licet tuæ prudentiæ, quantum est conueniens, cum, qui talibus institutis hominum seruit..... Et nunc quando has literas mittebam, hoc idem præceptum ad Sebastiam parauit, partim vt conuentio fiat cum Eustathio, partim vt cum ipso res Nicopolitana conuertantur: beatus enim Theodotus mortuus est, & interim primos impetus Vicarij generosè & fortiter propulsarunt: conabatur enim persuadere, vt ipsi susciperent Eustathium, & per ipsum acciperent Episcopũ. Vt autem vidit ipsos sponte non cedentes, nunc tentat violentiori manu constituere datum *. Diuulgetur etiam quædam Synodi expectatio, secundum quam conuocationibus, instituunt vel capere communicantes, vel facere quod assueti sunt. Res igitur Ecclesiarum hoc modo se habent. Ego autem ipse quo modo affectus sim corpore, tacere melius puto, quam scribere, eo quod si vera dicam, mœrore te afficero; mentiri vero non sustineo.* hucusque ad Eusebium S. Basilius.

XVII. GREGORIVS NYSSENVS DAMNATVS.

At præstat hic ea, quæ breuiter tantum pertigisse stylo Basilius visus est, fusius enarrare: ac primum quidè quod de fratre suo damnato in Synodo habet. Fuit illud consilium Valentis Imperatoris arq; Arianorum, vt Episcopi illi Orthodoxi, qui à promulgato edicto, quod damnati olim à Constantio, in exilium pellii iubebantur, minime se comprehendi videri possent, quod postea electi fuissent; iidem collecta ab Arianis Episcopis Synodo damnarentur, quod in primis factum constat aduersus Gregorium Nyssæ Episcopum, sic in Synodo (vt ex epistola Basilii vidimus) ab Arianis conspirante cum illis Vicaria præfectura damnatum. Potro de eiusdem Gregorii depositione & exilio itrogato extat ipsius Basilii ad eundem Eusebium epistola, licet alia inscriptio perperam præseferat datam esse ad Gregorium Theologum; vbi hæc inter cætera superius recitatis consentientia *a: Quanto impotentiores redduntur Ecclesiæ, tanto magis dominandi libido in hominibus au-*

a Basil. ep. 10.

gescit. Et hac tempestate Episcopatus nomen ad miseros homines vernarum filios deuenit, cum nullus ex Dei famulis se ipsum velit contra ipsos introducere, vel ex deploratis: quales sunt, quos nunc misit Assyrius Euippij alumnus, & Editius Parnassensis, quem malum futurè vitæ viaticum sibi ipsi adsciuit Ecclesiarum Præfectus. Hi nunc fratrem meum ex Nyssa abiegarunt, & eius loco virum introduxerunt, imo mancipium triobolare. ita Basilius. hæc autem hoc ipso anno facta esse, ipsiusmet Gregorii Nysseni testificatio declarat, qua ad Olympium scribens duobus fere annos octo inter lapsos suarum afflictionum vsq; ad Valentis obitum, significans se tanto temporis spatio è sede eiectum errasse.

b Gregor. Nyss. ad Olymp. de S. Macrina.

XVIII.

At ipse Gregorius Nyssenus sede pulsus, factus extorris, nequaquam alicubi refedit ignauus & otiosus; sed Ecclesias lustrans, de omnibus bene studebat meteri: ad quem tunc scripsit Gregorius Nazianzenus has perbreues litteras c:

c Gregor. Naz. ep. 34. GREGORII NAZ. EPIST. AD GREGOR. NYSSENVM.

Angeris tot locorum peragratione & discursatione, vbique inconstans esse videris, quem admodum ligna, quæ aquis feruntur. Nequaquam vir egregie, nequaquam ita affectus esto. Illorum enim coactus est cursus, tua vero discursatio Deo grata & accepta est, fixumque ac certum est de multis bene mereri, quamuis loco minime fixus sis. Nisi vero quis Solem actuosè, quia in orbem currit, radios fundens, atque omnibus rebus, quas peragrat, vitam asserens: aut etiam sydera fixa laudans, planetas vituperet, quorum error quoque ipse compositus est atque concinnus. hęc ad illud prioribus litteris, ad quem rursus alias, ipsum consolans, dedit his verbis d:

d Gregor. Naz. epist. 35. XIX.

Rebus acerbis ne nimis discrucieris: si enim ex iis minus acerbum dolorem capiamus, minus acerbe erunt. Non ita grauè putandum est quod recalescant hæretici, ac Veris amœnitate freti ex latebris suis prorepant, vt ipse scribis. Paulum, mihi crede, fabulabunt, ac postea terram salutabunt, tum à veritate, tum à tempore oppugnaris: idque eo magis, si rem totam Deo permiserimus. hactenus Gregorius his tonorib. ad Gregorium, Theologus ad Nyssenum Episcopum.

XX. NICOPOLITANI EXAGITATI AB ARIANIS.

Quod autem spectat ad Nicopolitanos in minori Armenia populos, quos Catholica fide præstantes post obitum Theodori ipsorum Episcopi ab Arianis exagitatos Basilius in litteris superius recitatis ad Eusebium datis affirmat: cum adduci hi ipsi non possent, vt Arianæ sectæ hominem accipere vellent Episcopum; dolo actum est cum eis, vt scelestus quidam Phortanus, qui se illis Catholicæ fidei defensorem esse simularet, cum eis, quo ipsos deciperet, versaretur; sed vir iste probus ad Arianos, transierit spe illectus Episcopatus, quem quidem ab illis consecutus est: detectus autem cum fuisset hæreticus, omnes se ab eius communione subtraxerunt, quam ob causam ignominiosus vbiq; est redditus: de quo idem S. Basilius ad Eusebium (vt Græca habet inscriptio, licet ad Gregorium, Latine perperam data reperiatur) hæc habet: *Quis autem res Nicopolitanorum miseri Phortani dignis suspiriis queat prosequi? qui prius veritatis patrocinium quoddam repræsentabat, tandem vero & fidem & se ipsum turpiter prodidit, proditionis autem mercedem, nempe ignominiæ nomen adeptus. nam ad Episcopatus fastigium, vt putat, per ipsos euectus est: sed Dei gratia, communis totius Armeniæ execratio factus est.* De eodem pseudoepiscopo extat ad Nicopolitanos Basilii epistola, qua declarat, eosdem Nicopolitanos, quod nollent cum Apostata communicare, expulsos fuisse à ciuitate: quos pluribus consolatus in fine hæc habet f: *Si vero id vos conturbat, quod extra muros electi estis: at in protectione Dei cœli commorabimini: & Angelus ille Ecclesiarum præses vobiscum est egressus.* ac rursum sequenti ad eosdem epistola eodem argumento conscripta, post multa, quibus eos exhortatus est, hæc addit g: *de eodem apostata pseudoepiscopo Phortano: Etenim vnum hoc tantum dolore dignum est, quod periit ille, qui temporariæ gloriæ gratia (si tamen gloria vocari debet, quod publico cum dedecore geritur) sempiternæ ipsum priuauit honore. Estis vos confessorum, estis filij martyrum, qui ad sanguinem vsque peccato restiterunt. Vtatur proprio quisque exemplo aduersus instantiam, qua pietas impugnatur. Nemo vestrum plagis affectus est, nullius aedes publicatæ sunt, nondum in exilio viximus, nec carceres experti sumus. Quidnam mali pertulimus? Nisi id forsitan*

DE PHORTANO PSEVDOEPISCOPO.

f Basil. ep. 10.

g Basil. ep. 11. ex addit.

triste

EXPULSI AB ECCLESIA NICOPOLITANI.

triste est, quod nihil dum perpessi sumus, nec digni habiti, qui pro Christo patiamur. Si vero quod ille, nempe Phortanus, dominum orationis occupat, vos vero sub dio Dominum cœli & terræ adoratis, id vos conturbat: cogitate vndecim quoq; Apostolos in cœnaculo sese conclusos, cum inter eos qui Dominum crucifixerant, in templo celebri Iudaicum cultum perficerēt. Iudas etiam quoniam suffocationem mortem dedecorosæ vitæ prætulit, illis se præferendum ostendit, qui nullo nunc pudore ab omnibus hominibus damnati afficiuntur, atq; ob eam causam impudenter quæ turpia sunt committunt. Id tantum curetis, ne mendacio illorum decipiamini, quibus fidei rectitudinem profitentur. Non enim Christiani sunt tales, sed Christempori, qui magis hoc quærunt, quod ad hanc præsentem illis vitam conducit, quam vt secundum veritatem viuant. Vbi vanum hunc principatū adipisci se posse iudicarunt, Christi se consumxere inimicis. Vbi plebem irritari viderunt, rursum fidei rectitudinem prætexerunt. Non agnosco Episcopum, nec Christi illum sacerdotibus adnumerauerim, qui à profanis est manibus ad fidei destructionem Præsul electus. Hæc mea est de illo sententia. Vos, si quam nobiscum partem habetis, eadem etiam nobiscum sentietis. Si vero vestro ipsorum vtimini consilio: sua quisque sententia potestatem habet, nos insontes erimus ab hoc sanguine. Hæc non ideo scripsi, quod vobis diffidam, sed vt quorundam hæsitationem declaratione mea sententia confirmem. ita Basilius. Verum perstantes illi in sententia, cum omnino abhorrerent ab Ariani Episcopi communicatione, ditissima ab Ariano militum duce passi sunt, de quibus idem Basilius perbreuem hanc ad eosdem Nicopolitanos epistolam scripsit a:

a Basil. ep. 9 in addit.

XXI. BASILIVS HORTATVR NICOPOLITANOS CONSTANTER AGERE.

Cum sanctitatis vestræ literas consecutus essem, admodum ingemui, ac lamentatus sum eam ob causam, quod mala ista meis ipsius percepissem auribus, vtpote verbera & probra vobis illata, populationem ædium, desolationem ciuitatis, totius patriæ subuersionem, persecutionem Ecclesiæ, fugam sacerdotum, insolentiam iuporum, ac dissipationem gregum. Verum vbi à gemitibus ac lachrymis quieui, & ad Dominum in cælo suspexi: cognoui, persuasusq; sum, quod & vobis notum esse volo, quod cito aderit auxilium, nec in finem vsque deserendi sumus. Quod enim passi sumus, propter peccata nostra passi sumus. Auxilium vero suum benignus Deus propter dilectionem & misericordiam, quæ erga Ecclesias afficitur, declarabit. Haud tamen negleximus, quo minus simul & præsentes illis, qui rerum potiuntur, supplicaremus, & iis, qui nos deiungunt, in castra scriberemus, quo iram insaniemtis cohibeant. Et arbitror illum à multis fore reprehendendum: nisi forsan impletum tumoleuationis tempus tantum otij non permittat illis, qui rebus gerendis occupantur, vt huiusce rebus agant. hæc ipse.

XXII.

Quod autem his literis polliticis est S. Basilius, cito illis auctore diuinum auxilium, quo ab ingruenti illa liberaretur afflictione, aliis quoque superioribus literis æque promiserat verbis illis b: *Quemadmodum vbi grandinis nubilum præcurrit, & torrens alueo suo effluxit, illud in serenitatem dissolvitur, iste profundo absorptus vtam, qua fluxerat, siccam & aridam relinquit? ita & tempestas ista, quæ nos iam apprehendit, paulo post non erit: modo sustineamus non inspicere præsentia, sed spem in ea extendere, quæ paulo sunt vlteriora.* hæc, inquam, haud temere aut inaniter Basilius ipse effutiit, sed prophetico sane spiritu vaticinatus: siquidem effectum est, vt intruso ab Arianis Phortano procul ejecto facultas data sit iisdem Nicopolitanis Catholicum Episcopum deligendi. Adnitente enim primario exercitus duce Arintheo, Nicopolitanis cum pietate libertas effulsit. Hic quidem Arintheus (vt videmus ex Ammiano c) his temporibus aduersus Saporem Regem Persarum cum exercitu militabat. Adiuuit quoque Nicopolitanorum negotium Terentius dux, S. Basilii pernecessarius, qui pariter principem locum in eodem exercitu (vt idem testatur Ammianus) tenebat: dicturi autem sumus de ambobus infestius. Cum igitur data per hos esset facultas Catholicis Episcopis in vnum conueniendi ad electionem Nicopolitani Antistitis: præstiterunt id illi egregie, probatumque rectæ fidei virum delegerunt: quod factum cum S. Basilius horum omnium sapientissimus architectus accepisset, magnopere gauisus, eosdem scriptis literis hortatus est, vt datum sibi Episcopum diligerent, ex animoque eidem consentirent: quantum autem id ponderis esset declarat his verbis d:

b Basil. ep. 11. in addit.

SEDATA PERSECVTIO NICOPOLITANORVM.

c Ammia. lib 27.

d Basil. ep. 13. ad Nicop. in addito.

Dissensationes Ecclesiasticæ sunt quidem per eos, quibus est illarum cura concredita, verum à plebe confirmantur. Itaque quod Deo dilectissimos Episcopos concernebat, impletum est: quod reliquum est, ad vos spectat: vt videlicet datum vobis Episcopum ex animo complecti dignemini, & pericula extrinsecus imminentia fortiter repellatis. Nihil enim sic absterret tam Principes, quam reliquos pacatum, nunc statum vobis inuidentes, ac concors erga traditum vobis Episcopum dilectio & infracta resistentia, incutit enim illis omnium malorum conatum desperationem, si nec clerum, nec plebem adinuentiones ipsorum amplecti viderint: & paulo post: *Optamus autem, vt & nos aliquando digni habeamur, qui ad vos veniamus, & Ecclesiam pietatis altricem inuisamus: quam tanquam rectæ doctrinæ metropolim propterea veneramur, quod ab honestis viris & electis Dei gubernata est, qui fideli secundum doctrinam sermoni adhæserunt, quibus dignum esse bene præsentem & vos iudicastis & nos consensimus, modo per gratiam Dei custodiatur,* &c. at de rebus à Nicopolitanis magna gloria gestis hactenus.

XXIII. BASILIVS HORTATVR NICOPOLITANOS DATVM EPISCOPVM DILIGERE.

Hæc quidem & alia plurima curans Basilius, ægra tamen (vt ipse superioribus literis ad Eusebium datis affirmat) laborabat valetudine, qua adeo affectus est, vt appropinquaret vsq; ad portas mortis, quod ipse plurimis ad diuersos scriptis literis testatus est. Sane quidem illud admirandum fuit, vt doloribus febribusque confectus licet, nihil tamen totius ferme Orientalis Ecclesiæ tot exagitatæ fluctibus, propensioris curæ & solicitudinis intermitteret, cum alioqui nunquam fere me bona valetudine potiretur: vnde ipse ad eundem Eusebium c: *Semim,* inquit, *in apparente bona valetudine inter desperatos constitutus sum, eo quod vitam habeo infirmiorem: cognoscere licet, quisnam poteram esse in infirmitate.* ac rursus ad eundem: *Puto etiam famam ad tuam sanctitatem pertransisse, quod præ infirmitate detentus sim (ne scilicet ad Synodum profectus sim) quæ deduxit me vsque ad portas mortis: & nunc quando mittebam has, reliquias ferens infirmitatis scripsi.* & rursus inferius agens de persecutionibus hæreticorum Ecclesias vexantium: *Præhoc,* inquit, *mœrore magna ex parte impedior, ne conualescam, continue ad me reuertentibus infirmitatibus ex vehementi dolore,* addit tunc temporis penes nonnullos nuncium de sua morte peruasisse, id vulgantibus hæreticis; quos ipse conueniens ac disputatione refellens, se docuit adhuc esse superstitem, nam ait: *Vsq; ad ciuitatem, cum fama erat me ex mortuum: quoniam autem placuit Deo nos viuentes derelinqui, disseruimus cum ipsis quæ conuenebant. Et præsentiam quidem venerantur: & promittunt omnia conuenientia: cum absunt autem, rursum ad suam ipsorum sententiam recurrunt.* hæc Basilius, cuius tanta etiam apud hæreticos erat reuerentia, vt ipsi præsenti contradicere vel aduersari nescirent. Sed iam reliquas huius anni res gestas ordine prosequamur.

c Epist. 6. ad Eusseb. ex versione Sextebi. i Epist. 10. ad Eusseb. ex versione Sexitli.

XXV. OBITVS EVDOXII EPIS. CONSTANTINOPOLIS.

Hoc item anno, sicuti aliæ Orientis Ecclesiæ, qui Constantinopoli agebant Catholici Christiani persecutione Arianorum dire vexati sunt, quod mortuo Eudoxio Constantinopolitano Episcopo, hi Demophilum æque Arianum, isti vero Enagrium Episcopum subrogarint. Quæ autem hinc mala prouenerint, Socrates g rem gestam his verbis prosecutus est; *Imperator Valens demum Antiochiam ire maturans (puto ob ingruens bellum Persicum) Constantinopoli decedit. Qui cum venisset Nicomediam Bithiniæ, ibi ad tempus commoratus est ob hanc causam. Eudoxius Ecclesiæ Arianæ Episcopus statim post Imperatoris discessum, cum Ecclesia Constantinopolitana solem ad decem & nouem annos occupasset, obiit è vita (hoc ipso anno scilicet) Valentiniano iam & Valente tertium Consulibus. Quamobrem Ariani in locum eius Demophilum sufficiunt. Sed qui fidei Consubstantialis fauebant, se tempus opportunum nactos arbitrati, Enagrium quendam sui ipsorum fidei fautorem designant. Quem quidem Episcopum creat Eustathius ille, qui olim Antiochiæ fuisset Episcopus, quiq; iamdudum à Iouiano ab exilio esset reuocatus, & tum forte Constantinopoli versaretur, fidei Consubstantialis fautores confirmandi gratia, ibiq; in occulto delitescere.*

g Socra. lib 4. c. 13.

XXVI. ECCLESIA CONSTANTINOPOLITANA

Quo facto, alta arrepta occasione, Ariani illos de integro acerbe persequi cœperunt: qua res ad aures Imperatoris celerrime peruenit. Ille igitur admodum veritus, ne ex populis contentione seditio conflata

ciuita-

STANTINOP. AB ARIANIS VEXATA.

ciuitatem labefactaret, copias militares ex Nicomedia Constantinopolim misit precepitq; vt vterque, tum qui creauerat, tum qui creatus fuerat, alter in alterum locum relegaretur. Quocirca Eusebium Byzam Thraciæ vrbem amandatus est, Eutagrius alio abductus. His rebus ita confectis, Ariani maiores spiritus sumere, & eos, qui de Ecclesia erant, verberando, contumeliis afficiendo, in carcerem coniiciendo, pecunia mulctando, omnia demq; incommodorum genera, quæ eranti ylaue intolerabilia, illis imponendo, grauissime diuexare cæperunt.

XXVII. LEGATIO ORTHODOXORVM AD VALENTEM IMP.

Illi cum hæc ferre non possent, Imperatorem deprecatum adeunt, vt si non omnino, aliqua ex parte tamen Arianorum violentia liberarentur. Verum istud animo agitantes, longe opinione aberrarunt, præsertim cum ab eo ius suum obtinere sperarent, qui iniuriarum ipsis illatarum auctor fuisset. Nam cum pij viri ordinis Ecclesiastici octoginta numero ad eam rem delecti, inter quos principem locum obtinebant Vrbanus, Theodorus, & Menelaus, Nicomediam aduentarent, Imperatorem supplices orarent, vim sibi illatam docerent, & incommoda, quæ ab Arianis accepissent, ei proponerent: illa quamquam iracundia vltra modum erat in eos inflammatus, eatenus tamen eam occultauit, quoad Modesto Præfecto clam dedisset mandatum, vt illos comprehensos morte mulctaret. Mortis genus, quoniam nouum & peregrinum fuit, opera pretium arbitror literis ad posterorum memoriam commendare.

XXIIX. MARTYRIVM LXXX. LEGATORVM.

Præfectus admodum extimescens, ne si illos palam & in oculis omnium trucidaret, multitudo impetu facto tetrarcho incitata ipsum seditiose adoriretur, simulat se in exilium eos missurum. Illi rem excelso & erecto animo ferunt. Præfectus itaque iubet eos in nauigium imponi, proinde ac si in exilium recta amandarentur: nautis autem in mandatis dat, vt cum in medium pelagus peruentum foret, nauigium succenderent, vti hoc modo è vita migrantes, non haberent qui eos sepulturæ mandarent. Sic igitur factum est. Nam nauta ad medium pelagus Astacenum peruecti, imperata faciunt: ipsique succenso nauigio, scapham, quæ sequebatur, conscendentes euehuntur. Forte fortuna ventus Subsolanus grauiter spirat, nauigiumque succensum tam vehementer pellit, vt celerrimo cursu per mare prolaberetur, & eo vsque duraret, quoad in naualé, quod Dacidizeu vocatur, appelleret: vbi pariter cum ipsis pijs viris tandem penitus absumptum est. Creber quidem sermo apud multos vsurpabatur, hoc crudele & impium facinus minime inultum fuisse. Nam statim post fames acerbissima per vniuersam Phrygiam pernasit: ita vt complures incolæ illius regionis exiguo temporis spatio necessitate adducti, tam Constantinopolitæ, quam ad alias regiones confugerent. Constantinopolis enim quamuis infinitam hominum multitudinem alat sustinetque: tamen partim propter rerum ad vitam necessariarum inuectionem, quæ per mare fit, partim propter pontum Euxinum, qui ei finitimus est, quique frumentum, cum opus sit, abunde suppeditat, maxima omnium rerum copia circumfluit. hæc Socrates. eius quoque famis meminit sanctus Hieronymus in Chronico hoc eodem septimo anno Valentis Imperatoris. In reliquis item habet Socrates adstipulatorem Sozomenum a, qui eandem omnino historiam recitatam enarrat. Sed in quibus vterque sit corrigendus, iam expendamus: parui namque momenti est, ab aliis conscripta describere, nisi rum omnia in omnibus constent, diligenti discussione tractentur. Nos quidem interdum aliena describimus venerandæ antiquitatis ergo, ne rerum antiquarum recentes habeamur auctores, atq; veteta ex animi sententia prosequi videamur: sed & sic antiquis iungimus nostra, vt veritas à mendaciorum tenebris vindicetur, labansque interdum adminiculis fulciatur, lectorique certum ac tutum sternatur ad res antiquitus gestas iter, ne vbique ambiguus semper hæreat, vel in errorum scrobes incautus offendat.

a Socr. li 6. c.1, 7.14.

XXIX. DE VSTATHIO ERRORIS SOCRATES ET SOZOMENVS ARGVVNTVR.

Corrigendus itaque in primis est Socrates, quod ait, discessisse Valentem Constantinopoli, vt iterum veniret Antiochiam: nam nunquam ante hac illuc profectum esse, Ammianus satis demonstrat; quod illo dirigens iter, obortæ Procopii tyrannidi, coactus sit à cœpto itinere desistere. Sed & quod idem affirmat, Eudoxium annos decem & nouem sedisse, plane hallucinatus est: nam à tempore illius acceptæ sedis in hanc diem, Episcopatus ipsius nonnisi anni vndecim numerantur: quod Sozomenus probe nouit, dum vndecim tantum annos Eudoxium sedisse tradit b. Sed grauiore plane errore vterque lapsus est, dum Eustathium Episcopum Antiochenum diu ante Constantii tempore vita functum, rediuium inducent à Iouiano restitutum, & hoc tempore res Catholicorum curantem. Quo modo enim Orthodoxi Episcopi & populus Antiochenus Catholicus passi sunt ordinari sibi Paulinum atque Meletium, viuente adhuc ipsorum Episcopo magno Eustathio? Vel quonam pacto, si à Iouiano Imperatore hic Antiochiam restitutus est, nulla prorsus de eo mentio fit in Concilio Antiocheno tunc à Catholicis celebrato? Vel quo modo illuc accedente Eustathio iam ante tempus Nicæni Concilii illic Episcopo ordinato mox Paulinus atque Meletius non eidem loco cesserunt?

b Sozo. li.6. c.13.

XXX.

At de rebus tum ab Arianis, tum ab ipso Imperatore Valente aduersus ciues Constantinopolitanos Catholicos gestis Gregorium Nazianzenum audiamus ex ipsorum factis se purgantem, atque hæc pro concione recensentem c: Quot hominum contumelias prius pertulimus? Quid acerbitatis passi non sumus? non iniurias? non minas? non exilia? non pecuniarum direptiones? non bonorum proscriptiones? non presbyterorum in mari conflagrationes? non templa profanata, atque ex templis in sepulchra mutata? non publicas totius Episcoporum, aut, vt magis proprio verbo vtar, Patriarcharum cades? non eam immanitatem, vt piis soli inuius esset omnis locus? non denique quicquid calamitatis vllis verbis exprimere quispiam possit? & alibi d cum in ipsos Arianos inuehitur, Constantinopoli sic post alia ad populum orans: Quin potius, inquit, nam quidem inhumanitatem & multi libri & linguæ circumferunt, quas etiam posteritas omnis exceptura est, æternam (nisi me opinio fallit) rebus à te gestis ignominiæ notam inuretura. Meam vero ipse orationc prosequar.

c Greg. Naz. orat. ad ceteros quinquaginta Episcopos. QVÆ PASSI CONSTANTINOPOLITANI ORTHODOXI à Gregor. Naz. orat. ad Arian.

XXXI. AB ARIANIS PERPETRATA SCELERA.

Quem populum audacia furentem in te immisit? vt vos scilicet in nos. Quos militer in aciem eduxit? Quem belli ducem ira inflammatum, iisque quorum iussa facessebat, atrociorem, ac ne Christianum quidem ipsum, sed commodo atque congruenti sacrificio impiam aduersus nos immanitatem dæmonibus suis offerentem? Quos nam precibus incumbentes, manusque ad Deum attollentes, obsidione cinxit? Quæ Psalmorum cantiones tubarum clangore compressi? Quorum mysticum sanguinem cum mysticro sanguine permiscuit? Quos spirituales fletus exitiosis fletibus sustulit? Quas pœnitentiæ lacrymas tragœdiæ lacrymis depulit? Quam orationi eidem in sepulchrum conuerti? Quam supellectilem rei sacræ ministerio dicatam, manibusque profanis non attrectandam, flagitiosis manibus exposuit, vel Nebuzardæ coquorum principi, vel Balthasaro, qui in sacrosanctis poculis nefarie perbacchatus est, atque adeo dignas amentiæ suæ pœnas exoluit? Altaria dilecta (vt ait Scriptura g) nunc autem contumeliosæ protrita, quisnam impudicus ac perditus adolescens turpiter cantillans, corpusque inflectens impulsu nostro vobis insultauit, vel potius per quem huiusmodi nebulonem ego vnquam magnum atque augustum mysterium prodidi, ludibrioq; habui?

c 4. Reg. 25. f Dan. 5. g Esai. 84.

XXXII. PERORATIO SCELERVM ARIANORVM.

O cathedra præclara, & præclarorum virorum sedes ac requies, quaq; multos pios sacerdotes, qui iam olim sacra disciplina menus obierunt, subinde commutasti: eoquis tandem ethnicus concionator te conscendit, & scelerata lingua Christianorum religionem inuectiua oratione proscindens? Virgines castæ & verecundæ, ne honestorum quidem virorum conspectum præ pudore ferentes, ecquis tandem ex nostris, vel ad bas vsque corporis partes, quas inspicere nefas erat, probro contumeliaq; vos affecit, impuroruq; oculis triste spectaculum proposuit, flammaq; Sodomitica mulctandum? mitto enim cædes, stupri dedecore tolerabiliores. Quas ferus in corpora sanctorum immisimus, vt quidam facti sunt, humanam naturam ob oculos omnium proponentes, nec vllum aliud crimen ipsis obijcientes, quam quod impijs dogmatibus assentiri, eorumq; societate contaminari recusassent, quam veluti serpentis virus fugimus, non illam quidem corpus labefactantem, verum ipsa animæ penetralia inficientem? Quibus crimini datum est, quod mortuos terra condidissent, quos ipsa aliquo, bestia honore & reuerentia sunt prosecutæ? Et quidem quale hoc crimen iudicatum est? alio scilicet theatro, atq; alia bestia dignum.

XXXIII. SÆVITIA ARIANORVM.

Quorum Episcoporum inspectantibus discipulis, nec præter lachrymas quicquam opis ipsis afferre valentibus, semiles carnes

ferreis

fortem vnguis lacerata sunt, cum Christo sustinse, ac perpetiendo victoriam assecute, populumque pretioso sanguine aspergentes, ac postremo ad necem adducte cum Christo inhumanda, gloriamque adepture: Christo, inquam, qui per huiusmodi cædes ac victimas de mundo triumphauit? Quoniam presbyteros ignis & aqua elementa inter se contraria diuiserunt, nosco & mandato moventes nauigantibus præcuentes, simulque cum ea naui, in qua soluerant, conflagrantes? Quinam (vt maiorem eclamitatum nostrarum partem silentio tegam) exiit, qui talibus obsequiis gratiam apud Principes inire studeant, ab ipsis quoque crudelitatis accusati sunt? Nam etsi cupiditatibus eorum inseruiebant, sæuum tamen & crudele mentis propositum exercebantur. Illud enim turbulenti temporis erat, hoc rationis & consilij: illud Imperatoris sceleris, hoc animi sibi conscij, quid leges, ex quarum præscripto ius dicendum erat, postularent. hæc Gregorius, qui postea orationem conuertit ad res in Ægypto ab eisdem aduersus Athanasium fabricatas, & alia subinfert de Eustathio Antiocheno Episcopo, necnon de cæde facta nuper sancti Episcopi ab exilio redeuntis, de quo suo loco dicendum.

XXXIV. De his autem, quæ hoc potissimum anno gesta esse constat, nempe de presbyterorum in mari conflagratione, idem meminit alias ea ratione, qua prosecutus est laudes Basilii: sed & in illa dicta in laudem Heronis, presbyterum vnum tantum idem suppliciū passum narrat, remque gestam (vt apparet saltem ex numeri diuersitate) à priori distincta graphice repræsentat his scilicet verbis a, dum primū de acerbitate persecutionis Valentis ita præfatur: *Tanta vtiq; præcedente persecutione, sub Iuliano videlicet, acerbior ista: quod tunc quidem dubia & obscura erat martyrum decertatio; nunc autem res eo redijt, vt perpessio quoque ipsa laude careat, dumtaxat apud impios martyrorum expensores. Vultis omnibus, qui adsint, atq; huic etiam fortasse quamlibet insigni animi robore ac tolerantia prædito, perturbationibus, superiori, vnius dumtaxat ex his, quæ tunc perpetrata sunt, narratione lachrymas extundam? Testes autem huius sermonis permultos habeo: nam apud multos huius supplicij tragœdia permanauit; illumq; etiā tempestatis historiam (nisi me opinio fallit) omnium seculorum posteritas exceptura est.*

a Gregor. Naz. orat. in laudem Heron. DIRA VALENTIS PERSECVTIO.

XXXV. *Nauis presbyterum portans, eumq; non sceleris alicuius commissum, sed fidei causa periclitantē, in mare demittitur, non vt vectorem seruet, sed vt perdat. Atque is quidem, qui vehebatur, vtpote vir pietate præstans, animo erat prompto & alacri: comes autem illi ignis adiungitur: ac nouitate pœnæ maiorem in modum oblectatur persecutor. Proh spectaculum graue! proh grauem tragœdiam! Nauis mari fertur, spectantium multitudo ad lætum essundit, partim insultantium, partim illorum vicem lugentium. Quoniam pallorem tantam lætus oratione repræsentabo? Ignis accenditur, nauis vna cum onere suo absumitur, ignis aqua miscetur, resque inter se contraria ad pij viri supplicium concurrunt, duoque elementa corpus vnum partiuntur, & nouo atque inaudito more sæcula super mare tolluntur: ad quam vt suauem & amicam fortasse quispiam accesit: propior autem factus miserandum atque incredibile spectaculum offendit, nauigationem siue gubernatore, nauifragium sine tempestate. Siu presbyter in cineres delabitur, imo nec in cineres quidem, vtpote per vndas sparsus. Nec vero tantum apud barbaros homines sacerdotij dignitas impetrare quiuit, vt minus in honesto saltem mortis genere interiret: aut si hoc minimum erat, at certa sepultura, qua ne impij quidem & sacrilegos hominibus negari debet, concederetur. Hos impij homines*, nempe Valentis, *aquorea expeditio sunt: hic impij viri finis.* atq; hactenus de eo Gregorius, quem Elias Cretensis ab aliis dictum Vrbanum, ab aliis vero Theodolum, siue Theodorum tradit, qui videtur numeratus inter illos octoginta presbyteros: sed haud facile adducimur, vt credamus vnum hunc à cæteris Gregorium separasse, cum quod oratione prosequatur (id scilicet recensere, vt ab audientium oculis præ commiseratione excutiat lachrymas) magis miserabilis casus omnium, quam vnius tantum, præstare id vberius valuisset.

b Extant apud Surium 7. die 25. Maij.

XXXVI. ZENOBIVS MISSVS A DAMASO. Quo tempore, cum Ecclesia Constantinopolitana acerbissimis hisce quatereturfluctibus, Damasum Romanum Pontificem illuc misisse Sanct. Zenobium creatum postea Episcopum Florentinum, qui insultantem Arianorum petulantiam penitus coerceret, eius vitæ b Acta habent: ibique cum duos à dæmonibus obsessos, spectante populo, liberasset, Arianorum quoque procacia eo spectaculo coercita pariter traditur: non tamen pro vero habendum (quod euentus probauit) ipsos posthac omnino quieuisse, vt fallo existimatum est: quin potius eo recedente, liquet eosdem acrius sæuisse. Constat quidem, sanctum Basilium ad Occidentales Episcopos de his, quæ Orientalis Ecclesia pateretur, literas dedisse, quarum ipse meminit in secunda ad eosdem missa legatione, de qua agemus anno sequenti. Desiderantur tamen, hæ litteræ Basilio primo loco ad Occidentales scriptæ: siquidem quæ ad eosdem ab ipso datæ leguntur, de aliis antea ad eos scriptis literis mentionem facunt, quę non extant: aliæ vero inferius secundum legationum ordinem disponuntur.

Iam reliquum est, vt Valentis Imperatoris iter Antiochiam proficiscentis, & vbiq; impietatis suæ atq; sæuitiæ impressa vestigia relinquētis, eademq; indelebilia posterorum memoriæ conseruata, oratione prosequamur. Nicomedia enim recedens, contulit se cum suis Cæsaream Cappadociæ, vexaturus Ecclesiam illam, à qua hactenus visus esset habere contemptui: nempe quod præter suorum magistratuum sententiam creallent Orthodoxæ fidei insignem defensorem, acerrimumq; propugnatorem Magnum Basilium: quodq; reliquis iam prope omnibus Episcopis Catholicis ex suis ipsorum sedibus pulsis ipse solus videretur inuitè Imperatore sedere, aliisq; cunctis periclitantibus Ecclesiis præsto esse. Quod autem actum sit à Valente aduersus Basilium, cum Cæsaream veniret, Sozomenus c & alii cum eo recitant, plane hallucinantur, dum putant aduentum Valentis Cæsaream eo tempore contigisse, quo Eusebii eius ciuitatis Episcopi aduersus Basilium simultas illa vigebat. Nam Basilio iam Episcopo creato, Valentem eo peruenisse, ipsa rerum gestarum series plus certo declarat: sed & ipsum accessum Valentis Cæsaream accidisse hoc anno ipso Valente cum fratre tertium Consule, quo Eudoxius defunctus est, satis est superius demonstratum. Ait igitur Sozomenus d:

XXXVII. VALENS VENIT CÆSAREAM CAPPADOCIÆ.

c Sozom. lib. 6. c. 13.

Valens relicta Nicomedia, iter Antiochiam versus capessit: quo quidem in itinere cum Cappadociam peruenisset, Orthodoxos pro more suo grauibus afficere incommodis, & Ecclesias eorum Arianis tradere laborauit, &c. hæc Sozomenus. Quonam modo autem cuncta se habuerint, à nullo certius atq; fidelius, quā ab ipso Gregorio Nazianzeno, qui aderat & magna pars fuit, accipere licet. Ipse igitur publice pro concione eandem peregregiam prosecutus historiam, hisce verbis eam exorditur e:

d Ibidem. XXXVIII.

Vt vero alia omnia pernagatus Valentis in hanc, nempe Cæsariensem, *furiam & ab omni inuria tutam Ecclesiarum matrem impetum fecit, vt vitalem quoque illum veritatis igniculum, qui solus reliquus erat, opprimeret: tum primum malum se consilium inisse intellexit. Nam, vt sagittæ ictu durius ac solidius corpus incidens, repulsus est, ac tudentis instar effractus cecidit. In talem Ecclesiæ statum incidit: in tantum scopulum impactus sese infregit ac dissoluit. Atq; alia quidem ex eorum, quos tunc periculum fecerant, sermone ac commemoratione accipere licet. Nemo autem est, qui non hæc memoriæ prodat; verum ij demum admiratione dignantur, qui perspecta atque explorata habent illius temporis certamina, insultus, pollicitationes, minas, illos ex Senatorio ordine ad eum missos, eumque flectere aduitentes, illos ex mysteriarii, illos ex gynæceo, nempe eunuchos, illos inquam, inter fœminas viros, & inter viros fœminas, atque vna tantum impietate virilis, qui cum naturali modo libidinari nequeant, quod vnum possint, lingua scortantur: illum denique, Nabuzardam e coquorum præfectum artis sua gladios minantem atq; ad ignem sibi congementem transfugium.* erat hic Demosthenes dictus, de quo inferius, sed pergit Gregorius:

e Gregor. Naz. orat. in laud. Bas. XXXIX. VALENS QVID CVM BASILIO CÆSAREÆ.

f 4. Reg. 25.

Ego vero id, quod ex omnibus eius laudibus summe admiror, & quod, ne si cupiam quidem, præterire queam, breuiter, quoad eius fieri poterit, exponam. Eccui tandem incognitus ille est, qui tum apud nos Præfecti munere fungebatur, cum sponte feritate aduersus nos præsertim inflammatus (nam ab illis quoque baptismi aqua tinctus, vel potius obrutus atque confectus erat) tum

XL. MODESTVS PRÆFECTVS QVIDAM BASIL.

amplius

amplius quam necesse haberet, Imperatori subseruiens, atq; ex eo, quod illi omnibus in rebus obsequeretur, diuturnum imperium sibi conseruaret? erat hic Modestus nomine, auctor cædis (vt vidimus) octoginta illotum presbyterorum nuper in mari apud Nicomediam incensorum: qui ob egregiam improbitatem & nauatam impigre operam aduersus Catholicos præcipue, non præfecturis tantum insignitus fuit, sed & post sequentem annum cum Arintheo Consulatum gessisse reperitur: verum & auctum quoque nobilissima præfectura Prætorii, Zosimus a auctor est, quod & aperte indicant Imperatoria rescripta ad eum data: cui his versibus eleganter illusit Cyrus Theodorus:

Præfectus es tu cæteris quidem omnibus,
Modeste, verum Basilio Magno subes:
Præsse quamuis gestias, subes tamen:
Formica sanè es, rugias licet vt leo.

a *Zosi. li. 4.*
b *Vide ora. in Laudem Basilii schol. Billy 70. al. in nona edit. 72.*

XLI. COMPLICATIO MODESTI CVM BASILIO.

Sed subdit Gregorius. *Ad hunc aduersus Ecclesiam frementem, leonisq; speciem præferentem, ac leonis more rugientem, tam q; ferum & immanem, vt à multis ne aditi quidem posset, vir præclarus adducitur, immo vero ingreditur, perinde ac si non ad iudicium, sed ad festi celebrationem vocaretur. Quonam autem modo vel Præfecti audaciam, vel Basilij virtutem & sapientiam, cum qua ei restitit, satis digna oratione complectar? Quæ tua est, inquit, ratio, heus tu (nomine illum compellans, nondum enim Episcopi nomine appellandum ducebat) vt tanto imperio obsistere audeas, solusq; omnium præfracte & contumaciter obluctaris? Quorsum, respondet Basilius, hæc oratio spectat, & quænam hæc est contumacia? nondum enim id satis intelligo. Quoniam, inquit ille, Imperatoris religionem mihi me profiteris, omnibus aliis tam substratis ac superatis. Non enim, inquit Basilius, hac vult Imperator meus: nec creaturam vllam adorare sustineo, cum & Dei creatura sim, & Deus esse iubeat. Nos vero, inquit ille, qui hæc imperamus, quid tandem tibi videmur? Nihil sane, inquit Basilius, dum hæc iubetis. Age vero, inquit ille, non magnum & honorificum existimas ad nostras partes adungi, sociosque nos habere? Ad hæc Basilius: Vos quidem Præfecti estis & illustres, non inficias eo: minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere, mihi quidem amplum & honorificum fuerit (quidni enim, cum ipsi quoque Dei creatura sitis?) sed & alios quosdam ex his, qui nobis subiecti sunt. Non enim personarum dignitate, sed fidei integritate Christianismus insignitur.*

XLII. MODESTVS VRGET BASILIVM.

Hac ratione commotus Præfectus, & maiori ira succensus, de subsellio surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere pertæsit. Quid? inquit ille, potestatem hanc non pertimescis? Cur vero pertimescam? inquit Basilius. Quid fiet? quid patiar? Quid patieris? intulit ille: vnum è tam multis, quæ mea sunt potestatis. Quenam hæc? subiunxit Basilius: fac enim intelligamus. Bonorum, inquit ille, proscriptionem, exilium, cruciatus, mortem. Tum Basilius: Si quid aliud habes, ad mihi minitare: horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attigit. Quonam modo? inquit ille. Quoniam inquit Basilius, bonorum proscriptioni obnoxius non est, qui nihil habet: nisi forte laceris & detritis hisce pannis indiges, ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates & copiæ sunt. Exilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum: ac neque terram hanc, quam nunc incolo, meam habeo, & eam omnem, in qua n proiectus fuero, pro mea ducimo, vt rectius loquar, vniuersam terram Dei c esse scio, cuius aduena ego sum & peregrinus. Iam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit? nisi forte primam plagam dixeris: huius enim solius penes te arbitrium & potestas est. Mors porro beneficij loco mihi erit: citius enim me ad Deum transmittet, cui viuo, & munere meo fungor, maximaq; ex parte mortem obij, & ad quem iampridem propero.

c *Psal. 23.*

XLIII. EPISCOPVS QVOMODO ELATVS ET MVMILIS. d *Matt. 22. Matt. 19.*

Quo sermone obstupefactus Præfectus, Nemo, inquit, me (nomen quæ suum adiunxit) ad hunc vsque diem ita est allocutus, nec pari verborum libertate. Neq; enim, ait Basilius, fortasse in Episcopum incidisti: aliquâ hoc prorsus modo differuisses, pro huiusmodi rebus in certamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, ô Præfecte, mansueti & placidi sumus; atq; omnium abiectissimi, quemadmodum nobis hac lege præscriptum est d: ac tum dicam aduersus tantum Imperatorem, sed ne aduersus plebeium quidem quemquam & infimi ordinis hominem superciliosum attollimus. Verum vbi Deus nobis periclitatur ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes ipsum solum intuemur. Ignis autem, & gladius, & bestiæ, & vngulæ carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumelijs nos affice, comminare, fac quicquid collibuerit, potestate tua fruere, audiat hæc etiam Imperator: nequaquã profecto nos vinces: nec efficies, vt impia doctrinæ assentiamur, ne si his quidem atrocior a ministeris.

XLIV.

Hæc postquam Præfectus dixit, atque audiit, ipsius que contentionem animi eam esse cognouit, vt nulla vis cum perterrefacere ac superare posset: ipsum quidem foras misit, atque ablegauit, non tam cum iisdem minis, sed cum quadam reuerentia & submissione. Ipse autem quam celerrime potuit, Imperatorem adiens: Imperator, inquit, ab huius Ecclesiæ Antistite victi sumus: minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditijs fortior. Ignauiorum alius quispiam tentandus est: huic autem aut vis aperte inferenda, aut non expectandum, vt minus cedat. Quæ de causa factum suum improbans Imperator, Basilique laudibus victus (virtus enim hosti quoq; admirationi est) vim ipse adhiberi vetuit: idemq; ipse accidit, quod ferro solet, quod quamuis igni emolliatur, ferri tamen naturam retinet, minus q; in admirationem conuersis, illius quidem societatem haud quaquam amplexatus est, quod mutationem erubescaret: cæterum rationem quæsiuit, qua honestissime ipsi satisfaceret, quam etiam oratio declarabit.

MODESTVS VICTVS A BASILIO.

XLV. VALENS IMP. ADIIT ECCLESIAM BASILII.

Nam cum vniuersa satellitum manu stipatus ingressus fuisset in templum (erat autem Epiphaniæ dies, cœtusq; amplissimus) ac laicorum numerum auxisset, ad hunc modum defunctorie cum eo se contulit. At ne hoc quidem prætermittendum est. Postquam enim intus fuit, atq; ipsius aures psalmorum cantu non secus ac tonitruo quodam personuerunt, plebisq; pelagus vidit, omnemq; ordinem & concinnitatem, quæ in sacrario, quam prope sacrarium erat, angelicam potius, quam humanam, atq; ipsum quidem ante populum recto corpore stantem, qualem Scriptura c Samuelem describit, nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil noui contigisset, vllam in partem se mouentem, sed Deo, vt ita dicam, & altari affixum: eos autem, à quibus cingebatur, cum timore quodam ac reuerentia stantes: hæc, inquam, simul atq; perspexit (nec enim simile quippiam vnquam videra t) humanum quiddam passus est, atque oculorum vertigine ac tenebris totus impletur. Atq; id pleriſque adhuc obscurum & incognitum erat.

c 1. Reg. 17.

XLVI. VALENS PROPE EXANIMATVR.

Verum cum dona, quæ ipsemet efferebat, diuina mensæ offerenda essent, nec quisquam, vt mos ferebat, simul ea caperet (quod non satis liqueret, an ea Basilius accepturus esset) tum vero manifesto se affectus prodidit. Ita enim titubare cæpit, vt nisi quispiam ex sacrarij ministris vacillantem supposita manu retinuisset, misere vtique & luctuose prolapsurus fuerit. Iam vero quæ ad ipsum Imperatorem, & quanta cum sapientia prolocutus est (cum quidem ille nescio quo modo rursus nobiscum in Ecclesiam se contulisset, & intra velum extitisset, atque in illius conspectum colloquiumque quod iampridem expetebat, veniſſet) quidnam aliud dicendum est, nisi Dei voces eas fuisse, quas & qui cum Imperatore erant, & nos, qui simul ingressi fueramus, audiuimus? Hinc Imperatoria erga nos humanitatis & clementiæ principium natum & constitutum est, hæc occasio maximam impressionis illius, qua tum vexabamur, partem, non secus ac fluctus quosdam fregit ac dissoluit.

XLVII. BASILIO DECERNITVR EXILIVM.

Sequitur alia narratio superioribus neq uaquam inferior. Vincebant improbi, atque aduersus Basilium exilii decernitur: nec quicquam eorum, quæ ad eam rem attinebant, desiderabatur. Nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pij: nos parati atque alacris viatoris latus cingebamus: nihil denique, quod ad præclaram ignominiam spectabat, requirebatur. Qui hæc scribit Gregorius, cum tunc simul esset inter illos, qui cingebant latus Basilii, seque exilii comites sancto viro exhibere studebant, inferius tradit eadem oratione, nihil amplius Basilium sategisse, quam vt vnum ex comitibus, acceptis pugillatibus, tuberet se lequi. Rursum vero vbi supra Gregorius: Sed quid, inquit, accidit? Exilij decretum Deus rescindit. Nam qui Ægypti aduersus Israelitas sauientiu primogenitos percussit, idem Imperatoris quoque filium morbi plaga afficit & quidem qua celeritate! Illinc exilij tabulæ, hinc morbi decretum ac scelerati scriptoris manus inhibetur; & sanctus periculo liberatur. Ita febris beneficio seruatur vir pius, Imperatoris animus & coercetur. Quid hoc Dei iudicio vel æquius, vel celerius fingi atque excogitari potest? Postea autem Imperatoris filius ægrotabat, afflictoq; corpore erat: pater etiam, vtpote pater, simul ægrotabat, remedium vndecunque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos fel gens, ac precibus, vt si alias vnquam, in-

cumbens,

cumbens, humig, prouolutus: nam Reges quoq, humiles & abiectos reddit calamitas nec mirum, cum Dauidem etiam prius ob filij morbum eodem morbo affectum fuisse, Scriptura testetur a.

2. Reg. 12. XLIIX.

Cum autem huic malo medicinam nullam inueniret, ad Basilij fidem confugit: & quoniam ob contumeliam recens illi illatam, eum suo nomine accersere præ pudore non auderet, aliis, quos arctissima familiaritate & benevolentia deinctos habebat, hanc legationem committit. Ille vero nihil cunctatus, nec quod fortasse alius fecisset, aduersus insultans, confestim affuit, atque ad eius aduentum statim leuior sit morbus, paterque meliorem spem animo concipit. Quod nisi salsam aquam dulci admiscuisset, simul videlicet & ipsum aduocans, & hæreticis credens, sanum quoque & incolumem filium fortasse recepisset: atque id pro certo & indubitato habebant, qui tunc aderant, calamitatisque participes erant.

VALENS FILIO ORBATVR.

XLIX. MODESTVS PRÆFECTVS ÆGROTANS SVPPLEX ORAT BASILIVM.

Idem autem & ipsi præfecto, nempe Modesto, non multo post accidisse narrant. Nam hunc quoque morbus quisnam aborsus viri sancti manibus substernit. Nam profecto plaga cordatis hominibus doctrina efficitur, ac plerumque prospero rerum successu potior & præstabilior est afflictio. Aegro corpore erat, illacrymabat, distorquebatur, Basilium accersebat, obsecrabat: Satisfactionem habet, clamabat: da salutem. Et quidem hanc consecutus est, vt & ipse fatebatur, & multis huius rei signaris persuadebat. Neque enim illius virtutes admirari ac prædicare desinebat. hucusque Gregorius. Modesto quidem Præfecto ægrotanti, expolcentique Basilii auxilium Cyrus Theodorus illis verbis insultauit:

Eccumne nuper qui fremebat vt leo,
Virumq, sanctum territabat insolens:
Nunc ingemiscit, nunc miser, tam supplicat,
Petit leuamen, quodq, postulat, capit.

His autem sic de Valente à Gregorio recensitis veteres alii alia addunt, vt inter cæteros Gildas sapiens b: Cum, inquit, ab iniquo Principe mina huiusmodi intentarentur, quod nisi in crastinum Ariano cœno, vt cæteri, macularetur, esset omnino moriturus; dixisse fertur: Ego sane cras ero, sicut hodie: tu te vtinam mutares. Ac rursum: Vtinam haberem aliquid digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo solli huius absolueret. Sed & Theodoretus c de Valente subscribere conante decreto exilii Basilio irrogandi: tabet, inquit, edictum de illo in exilium mittendo conscribi. Quod cum sua manu ratum facere conaretur, ne apicem quidem vnum alicuius littera facere potuit: siquidem ruptus est calamus: neque id semel, sed iterum ac tertio accidit. Ac cum impium illud edictum confirmare impensius laboraret, concussa est dextera, tremorque eam occupauit. Atque cum animo esset præ metu prope attonito, chartam manibus laceravit. hæc Theodoretus. Socrates d vero de puero ægrotante hæc amplius.

b Gild. ora. in Ecclesia ord.

c Theod. li. 4. c. 17. CALAMVS FRANGITVR ET DEXTERA OBRIGET.

d Socr. l. 4. c. 21.

LI. GALATIS FILIVS VALENTIS.

Filius Valentis, nomine Galates, qui tenera admodum ætate fuit, grauiter ægrotare cœpit, vt medici de eius vita penitus desperarent. Cuius mater Dominica Imperatrix retulit ad Imperatorem, se per quietem ab horrendis visis valde dire exactam fuisse; puerumque propter contumeliam, quam Basilius Episcopus fuisset ab eo perpessus, morbo afflictari. Quæ Imperator animo diligenter complectens, accersit Basilium: & quo illius faceret periculum, sic illum alloquitur: Si vera sunt tua de fide dogmata, precare, vt filius meus non moriatur. Tunc Basilius: Si, inquit, credes, ô Imperator, quemadmodum ego, & efficies, vt Ecclesia ad concordiam reducatur, viuet puer. Cui cum Imperator minime consentiret: Ideirco, inquit Basilius, de puero fiat voluntas Dei. Basilium, cum hæc dixisset, dimitti iubet: puer statim post exiit è vita. hactenus Socrates. sed Theodoretus e hæc habet: Magnus Basilius tum profectus ad regiam, & filium Imperatoris morti vicinum conspicatus, pollicetur eum ad vitam reuersurum, modo sacrosancto baptismate à pijs hominibus donaretur. Quæ cum dixisset, exuit. Imperator vero ureno ando, more demens Herodis obstrictus (nimirum dato olim Eudoxio iuramento, se nunquam recessurum ab hæresi Ariana) quibusdam secta Ariana, qui aderant, pueri baptizandi negotium dat: puerique extemplo obit mortem. hæc Theodoretus: at non de baptismo, sed de precibus id accidisse, Sozomenus f tradit: nempe puerum, qui adtentu Basilii nonnihil conualuisset, eo dimisso, & superinductis ad preces super puerum fundendas Arianis, expiasse.

e Theod. li. 4. c. 17.

f Soz. li. 6. c. 13.

Ruisum vero à cæteris prætermissi de principe illo coquorum, quem Nabuzardum iure Gregorius nominat, Theodoretus hæc addit g: Adest, inquit, etiam quidam nomine Demosthenes culinæ Imperatoriæ præfectus, qui more planè barbaro orbis terræ magistrum Basilium reprehendit. At S. Basilius subridens: Demosthenem, inquit, illiteratum videmus. Vbi vero ille maiore exardescens iracundia minari cœpit: Tuum est, inquit Basilius ille Magnus, iusculorum curare condimenta: nam cum aures habeas oppletas sordibus, sacrosancta dogmata audire non potes. Atque ita ei à Basilio responsum est. hæc ipse. Sed post hos omnes, præstat hic, rem tantam, nempe præclarum certamen Basilii aduersus Valentem ab ipsius æquali atq; perneccssario magno illo Ephræm diacono Edesseno audire, qui sic ait h: Dum graui morbo detineretur filius tyranni, rogabat sanctum hunc virum, vt pro eo Deum deprecaretur. Cumque is hanc conditionem proponeret: Si eum, inquit, mihi ita tradideris, vt eum ad immaculatam fidem traducam, & ab omni doctrina Arianæ impietatis liberem, curabo ego eum. Tyrannus vero cum esset assensus, subito Basilius pro Imperatore terreno apud cœlestem se Mediatorem interposuit, cuius accepit promissum, & illi sanitatem filij attulit. Vt autem puerum sanitati restitutum viderunt serpentes, rursum leuis Imperatoris animum deprauarunt: eiusque filio accepto, baptizarunt illum aqua, non tamen spiritu: docebant reijcere Filium Dei, intus irretientes eum, & foris inuentes. Intus ille Christum induebat & intra abscondebat. Ideoque non multo post spiritum miseri illius & infelicis peremit, ingratam illius mentem redarguens. Atque ita rebus stupendis Eliæ non inferior à, fitque Elisæi non minor a Basilius edidit. Quemadmodum enim illi mortuos ad vitam euocarant, sic & fidelis Basilius oratione moriturum puerum à periculo abripuit: Et sicut rursus Petrus Ananiam & Sapphiram fraudantes de pretio agri enecauit: ita & Basilius locum Petri obtinens, eiusque pariter auctoritatem libertatemque participans, suam ipsius promissionem fraudantem Valentem redarguit, eiusque filium morte mulctauit: vnde ad summam animi deiectionem & auxiatatem redegit miseros illos & Imperatorem ipsum infidelem. At quis digne enarrare poterit imbres miraculorum, quæ ostendit beatus & fidelis Basilius rebus ipsis? Cum autem impossibile sit narratione complecti tanta illius viri recte facta, omnibus prætermissis, vnum tamen commemorantes, ostendemus etiam, quo modo rationis ac sensus expertia simul cum viro isto pugnauerint.

g Theod. li. 4. c. 17. DEMOSTHENES COQVORVM PRINCEPS.

h Ephraem. ora. in laud. Basilii versionis Vossij. RES GESTÆ BASILII CVM VALENTE.

LIII.

Nam cum omnem mouerent lapidem genimina viperarum, quo iuxtam è medio tollerent, assidue præsertim illius verbis simul ac miraculis tanquam telis quibusdam vulnerati accesserunt postulantes è medio eum tolli & exterminari: Grauis enim, inquiunt, nobis est etiam aspectu: siquidem valde nostris aduersatur sermonibus; propterea impossibile est, ô Imperator, nostram fidem progressum habere, isto superstite. Imperator autem illorum adductus sermonibus, incubuit ad voluntatem ejciendi Basilium in exilium. Ceterum calamus statim, nolens iniquo subuenire consilio, vltro confractus est, insipientem erudiens, quam enorme sacinus patrare niteretur in seruum Christi, vnam diuinitatem Patris & Filij & Spiritus S. prædicantem, eosque qui secus sentirent, aut dicerent, tanquam canes rabidos sapienter reprehendentem. Cum autem non intelligeret tyrannus, vt qui inanimato calamo insensibilior erat, ac filius erroris, secundum quoque arripuit ad subscribendum sententia exilij, & ad voluntatem suam iniquam perficiendam: quem etiam vidit confringi, nolentemq, communicare malo, quod ipse exhibebatur facere.

VALENTIS CALAMI TRES PERFRACTI.

LIV.

Quid studes, ô Imperator, in peregrinam ejicere regionem eum, qui continet inhabitatorem vniuersa implentem? Cur circumuenire & opprimere tentas eum, qui à nemine capi potest? Quamobrem ciuitate pelli ciuem cœlestem & domesticum Dei? Nam si & tertium calamum sumpseris, etiam confringi videbis, nolentemque parere ac cooperari tibi, sicut re ipsa compertum est. Tunc perficue omnibus præconis voce victoria pronunciata est, & illustre trophæum inuicti militis Christi erectum. Tres calami confubstantialitatem Trinitatis prædicanti patrocinati sunt. Manus ad sententiam proferendam accelerabat, & calami illam iniustam demonstrarunt. Manus ad improbum exilij decretum scribendum festinabat, & calami inanem festinationem ac studium vetare dabant. Et sicut virga Moysis confudit omnes incantatores & reliquos venesicos Aegypti; ita & calami subito consilium impiorum ac filiorum tenebrarum destruxerunt. hactenus S. Ephræm: quem

quidem haud latere voluit Deus Magnum Basilium tot tantisq; victoriis auctum, vt eius victoriæ atq; triumphi eximius fieret prædicator. Quo modo autem id acciderit, ipso narrante discemus.

LV. Deus enim Ephræm per visum admonuit, vt egregium conueniret athletam, & qualis quantusq; esset, ostendit. Res gesta ita ab ipso S. Ephræm describitur in Panegyrico, quem dixit in eiusdem Basilii laudem, his verbis: *Dominus miserandi occasione se offerente, in quadam ciuitate miser cordia motus est super me. Illic vocem ad me dicentem audiui: Surge, ô Ephræm, & comede cogitationes, & sententias. Cui respondens dixi in magna anxietate: Vnde ego, Domine comedam? Et ait ad me: Ecce in domo mea vas splendidum & magnificum est, quod tibi suppeditabit cibum. Super dictis autem multum admiratus exurgens perueni ad templum Altissimi: & cum sensim ad vestibulum ascendissem, & præ desiderio in introitum prosiliissem: vidi in sanctis sanctorum vas electionis coram armento ouium præclare extensum, verbisque maiestate plenis exornatum atque distinctum, omniumque oculos in illud defixos. Vidi Ecclesiam ab eo spiritu vegetatam, eiusque in viduas ac orphanos potissimum commiserationem. Vidi ibi, apud eum fluminis instar lachrymarum fluenta, & vellus vitæ cunctis quasi aureos radios diffundens: ipsum autem pastorem pennis spiritus sursum pro nobis preces sustollentem, filiumque orationis deducentem. Vidi ab ipso Ecclesiam ornatam & delectam, aptissime compositam. Prospexi ab ipso, manare scilicet, doctrinam Pauli, legem Euangelistarum, & timorem Mysteriorum. Prospexi ibi vtilem & salutarem sermonem ad ipsum vsque cœlum fulenter tollentem se, atque vt rem paucis complectar, vniuersum illum cœtum splendoribus gratiæ renidentem. His vero cunctis ita religiose ex electo vase regni efflorescentibus, laudauit sapientem & benignum Dominum, qui se eum glorificantes glorificet.*

EPHRÆM CONVENIT BASILIVM.

LVI. *Peracto autem auditorio, Spiritu Sancto reuelante, me adesse cognouit. Qui meam vtilitatem accersendam curans per interpretem interrogabat me, dicens: Tune es Ephræm, qui præclare collum inclinatus in ingo salutaris verbi subiecisti? Et respondens dixi: Ego sum Ephræm, qui me ipsum à cœlestis cursu seq uestraui. Cumque me apprehendisset, sancto suo osculo consalutauit, instruxitque mensam epulis sapientiæ ac sanctæ & fidelis animæ ipsius, non quidem corruptibilibus conditam ferculis, sed immortalibus referiam sententiis. Dicebat enim quæ recte factis possimus nobis conciliare Dominum, quo pacto peccatorum prohibeamus insultus, quo pacto etiam passionis occludamus ingressum, quo pacto Apostolicæ virtutis possessionem capiamus, & quo pacto incorruptum placabimus iudicem. Lugensque exclamaui, & dixi: Tu pater me remissum ac segnem custodi, tu me in rectam semitam dirige, tu cor meum lapideum compunge. Ad te enim per spiritum Deus abiecit me, vt animam meam cures. Ipse animæ meæ nauem perduc ad aquam requietis. Hic mihi præclari magistri studium diligenter attende, &c.* subdit his, Sanct. Basilium diserto & opportuno sermone imbuisse spiritum ipsius, vt plane maximam cũ gaudio vtilitatem sit consecutus, cum præsertim Basilii oratio in laudem quadraginta martyrum tunc se copiose d ffuderit: vbi è contra post eius obitum ipse Ephræm memor insignium certaminum Basilii aduersus Modestum Præfectum, atque Valentem Imperatorem, sua oratione parem illis Basilium prædicarit. Hæc ipse pluribus. Addunt nonnulli, tunc tempons S. Basilium eam Ephræm fuisse gratiam impertitum, vt Græce dicta intelligeret, atque Græce pariter loqueretur. sed quoniam nihil de his ipse Ephræm, qui testatur sibi Basilium perinterpretem esse locutum; libentius dicere prætermittimus, pauciora potius referre contenti, quæ omni sint fide munita, atq; acceptatione dignissima, quam plura veritate nutantia inculcare. At ad Basilii noua certamina redeamus.

CONGRESSVS BASILII ET EPHÆM.

LVII. Non hic quidem finis impositus est Basilii cum magistratibus certaminibus. Siquidem Eusebius aununculus Imperatricis, nactus Ponti & Cappadociæ Præfecturam alio tempore (quo autem anno Basilii Pontificatus, nescitur eidem non parum negotii faceſſiuit: de quo idem Gregorius Nazianzenus hæc habet *b. li.* qui *nefarium Aderc aduersus Israelem olim excitauit, item contra hunc quoque Pontice prouincie Præfectum excitat, hoc quidem prætextu, quasi mulcercula cuiusdam causa stomacharetur, sed re vera quod impietatis patrocinium susciperet, ac pietatem oppugnaret. Multo alias contumelias, quibus Basilium vexauit: quod perinde est, ac si Deum diceremus aduersus quem & cuius causa bellum gerebatur. Quod vero & eum, qui contumeliam inferebat, maxima ignominia afficit, & pugilem nostrum summopere extulit (si modo magnum quiddam & excelsum existimandum Christiana sapientia florere, & huius laude vulgus anteire) id oratione persequar. Mulier cuidam amplissimo loco nata, cuius maritus haud pridem extremo vitæ die sanctus erat, Iudicii assessor vim afferebat, inuitam q, ad nuptias petebat. Illa autem cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit non maioris audaciæ, quam prudentiæ plenum. Ad sacram enim mensam confugit, Deumq, aduersus hanc iniuriam propugnatorem sibi adoptat.*

EVSEBIVS PRÆFECTVS QVID IN BASIL.

Quid igitur per Trinitatem ipsam (vt forensi quoq, dicendi genere nonnihil inter laudes vtar) faciendum fuit, non dico Magno Basilio, ac de his rebus aliis leges statuenti, sed alij cuipiam longe illo inferiori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud, nisi vt eam adsereret, retineret, omni cura tueretur, Dei clementiæ & legi, quæ altarib. honorem haberi iubet, manum porrigeret; omnia denig, potius faceret & pateretur, quam vt inhumanam uis vllum aduersus eam consilium iniret, sicq, & mensam sacrosanctam, & ipsam etiam illam, cum qua supplex erat, contumelia afficeret?

LVIII.

Nequaquam inquit, noum Iudex, sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas per fide prodere oportet. Ille igitur supplicem depositet: hic omni vi retinebat. Ille rursus furore concitatur, ac magistratu quodam mittit, qui sanctæ viri cubiculum perscrutarentur, ignominiæ causa id potius facturi, quam quod eius modi quicquam necesse esset. Quid ais: illiusne viri cubiculum ab omni vitioso affectu tranquillo, quem Angeli complectuntur, quem vel solum intueri fas mina reformidant? hæc Gregorius. sed & in talem audaciam ita Cyrus inuehitur iamb cis:

LIX. APPARITORES SCRVTANTVR CVBICVLVM BASILII.

Profecte, quodnam dedecus iniuria
Quanam hac? requiris in domo mulier cula
Tectiuę, puris Angelis Basilij?
Nec extimescis vindicis fulmen Dei?

Sed pergit Gregorius: *Nec eo contentus, ipsum insuper adesse, & causam dicere iubet, neque id placide & humane, sed quasi vnum ex iis, qui capitis damnati sunt. Adest Basilius. Ille ergo ira & arrogantia plenus sedebat: hic stabat, quem admodum Iesus meus, Pilato iudicante di: Cumq; abantur porro fulmina. Deinque gladius e adhuc exacuebatur, & differebatur, arcusque ita contendebatur, vt tamen retineretur f, pœnitentia videlicet tempus aperiens. Hoc enim apud Deum in more atq, vsu positum est.*

BASILIVS IGNOMINIOSE SISTITVR CORAM PRÆSIDE. d *Matt.* 27. e *Exod.* 21. f *Psal.* 7.

LX. *At hic mihi, quæso, alterum persecutoris & athletæ certamen vide. Pallium detrahi ac lacerari iubebat. At ille. Exuam præterea, si te libet, etiam tunicam. Carnis expertem verberibus se affecturum minabatur. Corpus submittebat. Vngulis lacerare. At ille: Huiusmodi, inquit, laniatione medicinam affers hepati, magnopere, vt vides, me affligenti ac debilitanti. Atq, hi quidem in his erant. Ciuitas autem simulatque huiusce mali communisque periculi certior facta est (neq, enim quisquam erat, qui non contumeliam ipsius periculum suum esse interpretaretur) tota furore corripitur atque inflammatur: ac velut fumo examen mouente, certatim omnes cuiuslibet generis & ætatis excitantur & excurgunt, ac præsertim armorum opifices, imperatorique textores. Nam hi in huiusmodi rebus acrius incitantur, atque ob libertatem ac licentiam, qua fruuntur, ad audendum sunt paratiores. Vnicuique porro armorum vice erat vel quod ars offerebat, vel quod in præsenti tumultuarie confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, vnus omnium cursus, vnus clamor, communis animorum alacritas. Armabat eos ira, imo ad prælium ducebat. Ne mulieres quidem tunc armis carebant, hac nimirum occasione animos earum excitante (radij autem ipsis hastarum loco erant) imo nec mulieres iam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque in virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid multa? Pietatem omnes ita deinum inter se partituros censebant, si ipsum Eusebium Præsidem diuiderent, ac discerperent. Atq, is maiorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus ei, qui tantum facinus aggressus esset, manum iniceret.*

POPVLVS INSVRGIT IN PRÆSIDEM PRO BASILIO.

Quid tum igitur audax ille & fastuosus Iudex? Supplex erat, miserandus, calamitosus, quouis homine deiectior: quoad in conspectum ille citra sanguinem martyr, & citra plagas victricem coronam assecutus, populo sui reuerentia agre represso, supplicem suum

LXI. BASILIVS LIBERATVR PRÆSIDEM.

ac

a *Nic. Sibil. in Gregor. Naz. orat. in laud. Basil.* b *Greg. Naz. orat. in laud. Basil.* c *3. Reg. 12.*

ac vexatorem à periculo vindicauit. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit, atque in melius commutat, qui superbis resistit, humilibus gratiam impertitur. Quidni autem is, qui mare scidit, & fluminibus cursum inhibuit, & elementis vim attulit, & manuum extensione trophæum erexit, vt exulem populum conseruaret, idem hunc etiam à periculo extraheret? Atque hic mundanum externumque bellum conclusum est, sine vllaque habuit, Deo fauente, latum atque felicem, qualemque fides eius meretur. hactenus de his Gregorius.

a Iat. 4. 1. Petr. 5.

LXII. VESTIANA VIDVA MONIALIS.

b Extat apud Lipomanum to. 2. & Sur. to. 2. die 19. Iulij.

At quid de vidua illa? Transmisit eam mox S. Basilius ad monasterium sacratum virginum, cui soror Basilii S. Macrina præerat, illicq; vna cum virginibus magno studio monasticæ vitæ institutum, & ipsa excoluit: ipsius namque meminisse putatur Gregorius Nyssenus in epistola illa ad Olympium *b*, qua eiusdem S. Macrinæ res gestas post obitum eius conscripsit, his verbis: *In earum erat numero quædam fœmina nobilissima diuitiis & genere & corporis forma atq; aliis nominibus illustris in ipsa adolescentia constituta. Hæc viro cuidam honestissimo in matrimonio collocata fuerat, sed breui tempore cum illo vixerat. Quare coniugio liberata, viduitatis suæ custodem & magistram magnam Macrinam elegerat, & cum virginibus plurimum versabatur, vt ab eis rectam, & ex virtute viuendi rationem edisceret. Vestiana illi nomen erat, pater Araxius vocabatur, vnus è numero Senatorum summi Concily.* at de rebus Basilii hoc anno gestis hactenus.

LXIII. VALENS PROFICISCITVR ANTIOCHIAM.

c Socr. li. 4. c. 35.

d Soz. li. 6. c. 18.

e Theo. l. 4. c. 3. 16. 17.

f Amm. an. ph. 26.

Quantum autem temporis manserit Valens Cæsareæ Cappadociæ, haud certum est: illud tamen constat, institutam profectionem Antiochiam, postquam inde discessit, profectum esse, id testantibus Socrate *c* atq; Sozomeno *d*, affirmantibus iisdem inde esse profectum Edessam Syriæ ciuitatem: cum nihilominus præpostero ordine Theodoretus *e* primum recenseat res à Valente gestas Edessæ, inde vero quæ cum Basilio Cæsareæ Cappadociæ contigerunt. At refellimus superius, & hic quoque conturamus, quod traduntiidem Socrates atq; Sozomenus, istiusmodi profectionem Valentis Antiochiam accidisse ipso ferme eiusdem Imperatoris exordio: nam Ammianus *f* ab instituto reuocatum tradit à Procopii excitata tyrannide. Accuratius sane Cedrenus aduentum Valentis Antiochiam ponit anno sequenti. Quæ ergo dicti auctores gesta referunt à Valente Antiochiæ, vt Meletii exilium, & alia, non tunc quidem, sed hoc ipso tempore contigisse, affirmare necesse est. At quænam ea sint, hic singula reddamus.

LXIV. VALENS QVID IN MELETIVM.

g Greger. Nyss. orat. in fun. Meletii.

Qui tanto studio Cæsareæ in Cappadocia Valens Imperator S. Basilio aggressus est, ab ea Ecclesia eum exturbare conatus, eodem plane nisu Meletium Antiochenæ Ecclesiæ vnius ibi Orthodoxorum partis agentem Episcopum (nam alteri Paulinus præerat) inuasit: qui haud plidem pulsus à Iuliano, post langas peregrinationes ob Orientales Ecclesias insumptas Antiochiam reuersus erat. Tertio namque ipsum exulasse, cum Gregorius Nyssenus gaffi met; eum primo sub Constantio, secundo sub Iuliano, tertio vero sub Valente eadem exilii sententia condemnatum fuisse, dicere opus esse videtur. Ait enim Gregorius: *Denuo reditus ac rursus exilium, idq; tertium accidit, donec hæretica caligine dissipata, Dominus radio pacis admoto, requietis aliquam à diuturnis laboribus spem fecit.* hæc ipse. At de Valente & Meletio sic Sozomenus *h*: *Interim vero ipse Valens in Syriam concedit: nam verebatur, ne Persæ fœdera ad triginta annorum spatium regnante Iouiano facta, rumperent. Cæterum cum hi nihil nouarum rerum molirentur, Antiochiæ commoratus est. Quo quidem tempore Meletium Episcopum addixit exilio: Paulino autem propterea pepercit, quod vitæ eius sanctimoniam reuerebatur.*

h Soz. l. 6. c. 7.

LXV.

i Extat apud Sur. to. 1. die 12. Febr.

Ioannes vero Chrysostomus in oratione illa panegyrica, quam habuit anniuersaria die natalis Meletii, anno quinto (vt ait) ab eius exitu, vnius tantum meminit exilii Meletii: post quod cum reuersum dicat quiete egisse, quousque vocatus est à Theodosio ad Concilium Constantinopolitanum, de vltimo eius exilio intellexisse oportuit. De quo, antequam ex eius verbis agamus, sciat lector, homiliam illam esse germanam Ioan. Chrysostomi, quippe cuius fragmentum recitatum habetur in Concilio Nicæno *k* secundo, necnon à S. Ioannie Damasceno *l*, vt tanti patris testificatione pius antiquorum fauerarum imaginum cultus redderetur firmè probatus atq; defensus. Agens enim Chrysostomus de propenso Antiochenorum erga Meletium studio & amore, hæc in primis digna memoria præd icat. *Cum, inquit, eum à principio in ciuitatem ingressum excepissetis, vnusquisque filium suum appellabat ab illius appellatione, per appellationem existimans vnusquisque in domum suam sanctum illum introducere: patres, inquit, & proauos matres præterentes, beati Meletij nomen imponebant liberis, quos pepererant.* & infernis eosdem Antiochenos alloquens, subdit:

k Nic. Concil. Act. 4. l Ioan. Damasc. de imag. lib. 2.

MELETII NOMEN ET IMAGINEM ANTIOCHENSVNT VENERATI.

LXVI.

Non ad nomen autem solum adeo fuistis affecti, sed ad ipsam etiam figuram corporis. Quo modo enim fecistis in nominibus, hoc etiam fecistis in illius imagine. Etenim in pateris annulorum, & in sigillis lacrij, & in phialis, & in thalamorum parietibus, & vbique sacram illam multi expresserunt imaginem: vt non solum audirent sanctam illam appellationem, sed etiam vbique viderent figuram corporis, & eius excessu duplicem haberent consolationem.* hæc de Meletio Chrysostomus, citata (vt diximus) in Nicæno Concilio. Sed & de eius tam animæ, quam corporis facie, necnon de nomine hæc iambis habet Gregorius Nazianzenus *m*:

* poculis.

m Gregor. Naz. carm. de vita sua.

Quos inter vnus vir erat pius admodum,
Simplex, apertis moribus, plenus Deo,
Placidusq; vultu, fortis & prudens simul,
Segetem vel ipso sfortius vultu inducens.
Quis, nostra quem vox sonat ignorat virum,
Antiochiæ verbi Præsulem? in quo nomin
Res congruebat, rursus ac nomen rei:
Nam nomen illi melleum & mores erant. hæc Gregorius.

MELETII EFFIGIES AD MANSVETVDINEM COMPOSITA.

Sed age iam ipsam de eius exilio historiam percurramus. Post triginta enim dies, ex quo Antiochiam reuersus erat, rursum coactus fuisse exilio solum vertere, Chrysostomus tradit: sed quid tunc acciderit, idem subdit his verbis *n*: *Operæpretium est autem, ne illud quidem prætermittere, quod accidit in eius persecutione. Nam cum Præses ciuitatis curru vectus exiret per medium forum, & prope fecisset sedere illum sanctum: lapides mine crebriores vndique in caput Præsidis ferebantur, ciuitate nequaquam ferente segregationem, sed potius volente priuari vita præsenti, quam videre sanctum illum auelli. Quid ergo tum fecit ille beatus? Cum vidisset ictus lapidum, complexus suis vestibus contexit caput Præsidis, simul & inimicos pudore afficiens ob insignem mansuetudinem & suos docens discipulos, quantam ostendere oporteat patientiam in eos, qui iniuriis afficiunt, & quod non solum nihil oporteat eis malefacere, sed etiam si ab aliis eo immineat periculum, id quoque omni studio propulsare. Quo tunc non fuit obstupefactus, videns & insanum amorem ciuitatis, & summam philosophiam, lenitatemque & mansuetudinem Meletij?* Erant enim admirabilia ea, quæ accidernnt. *Pastor abigebatur, & greges non dispergebantur: gubernator expellebatur, & scapha non mergebatur: agricola fugabatur, & vitis plus fructus ferebat. Quoniam enim vinculo charitatis erant inter vos inuicem colligati: non illæ tentationes, non impendentia pericula, non viæ longitudo, non diuturnitas temporis, neque quicquam aliud potuit vos disiungere à beati pastoris Meletij consuetudine. Sed expellebatur quidem, vt esset procul à filiis: contigit autem contrarium: magis enim vobis constringebatur vinculis charitatis; & cum secum vniuersam accepisset ciuitatem, iuit in Armeniam.* hæc Chrysostomus. Quid vero idem Meletius vna cum S. Basilio in Armenia egerit, dicemus anno sequenti.

n Chrys. homil. de S. Meletio apud Sur. to. 1. die 12. Febr.

MELETII EXVLANTIS VIRTVS SPECTATA.

LXVII.

Cum igitur longas moras Valens traheret Antiochiæ, in eo totus fuit, vt Arianæ doctrinæ aduersantes valide oppugnaret. id quidem Socrates in primis testatur his verbis *o*: *Ibi commemoratus, omnes, qui Arianam detestabantur doctrinam, hostiliter expugnare cœpit: nam eos, vtpote contra Arianam opinionem fidei consubstantialitatis firme adhærescentes, non solum per omnes fere Orientis ciuitates ab Ecclesiis expulit, verum etiam hoc supplicio de illis sumpto minime satiatus, varia cruciatus genera illis irrogauit: ac multo maiorem numerum, quam qui supra citatus sit, nempe octoginta presbyterorum, cum aliis diuersis worth generibus, tum potissimum in flu-*

o Socr. l. 4. c. 14.

QVID VALENS IN ANTIOCHENOS.

a Sozo. li. 6. c. 18.
b Aug. contra lit. Petil. lib. 2. c. 91.

mina demergendo, è medio sustulit. hæc Socrates, eadem quoque Sozomenus a. ingentem quidem fuisse persecutionem illam atq; posteris memorabilem, qua Valens Orthodoxos exagitauit, S. Augustinus b contra Petilianum agens insinuat.

LXIX. c Theod. li. 4. c. 23. 24.

Quid vero Catholici? Addit ad hæc Theodoretus c: At Flauianum & Diodorum, tanquam rupes quasdam sanctæ mentes, frangere tentes fregerunt. Nam Meletio longe à suo grege vitam degere coacto, bi duo curam gregis susciperunt: & tum lupis sua fortitudine & sapientia resistunt, tum ouibus conuenientem curationem adhibent. Itaque à raucibus montis depulsi (nam antea electi fuerant è ciuitate) oues ad ripas vicini fluminis pascebant. Non enim more eorum, qui Babylone olim captiui tenebantur, organa suspenderunt, sed conditorem & patronum suum in omni loco dominationis eius hymnis celebrarunt. Cæterum ne isto quidem in loco conuentum piorum pastorum Christum Dominum diuinis studiis efferentium agi, hostis ille passus est. Proinde duo illi pastores adamabiles, diuinis ouibus velut in gymnasium bellicum coactis, spirituales herbas eis demonstrant. Atque Diodorus vir sapientissimus fortissimusque tanquam fluuius limpidus & ingentium suorum animos fortitudinis riuulis irrigauit, tum aduersariorum blasphemias sucere doctrinæ vndis penitus obruit. Qui vt generis splendorem pro nihilo putauit, ita arumnas pro fide defensione lubens perpessus est.

FLAVIANVS ET DIODORVS LOCO MELETII MAGNA PRÆSTANT.

LXX

Flauianum autem, optimus vir, etsi ex patricio ortus, tamen solam pietatem nobilitatis loco numerauit, & tanquam palæstræ magister, magnum Diodorum, velut athletam, in omni certaminum genere exercitatissimum peruexit. Nam id temporis, quanquam ipse in conuentibus Ecclesiasticis minime concionatus est, illa tamen, qui illud munus obibant, magnam sibi argumentorum & sententiarum è sacris literis petitarum suppeditauit. Atque vt illi arcus contra Arianam blasphemiam tendebant: ita hic ex mente, tanquam ex pharetra, tela eis submittebat. Quin etiam hereticorum retia priuatim & publice disputando facile disrupit, & argumenta ab illis proposita armamentis telis similia esse demonstrauit. Istis duobus se in prælio socium præbuit Aphraates, huius vitam in historia nostra, quæ inscribitur, Philotheus, conscripsimus. Nam salutem animi sua ipsius tranquillitati anteponens, gurgustio, in quo vitam monasticam excoluerat, relicto, labores pascendi gregis Dominici sibi imposuit. At licet supernacaneum putem hoc loco commemorare, quantas virtutis opes collegerit, præsertim cum in alio opere illud ipsum literis consignarim: vnam tamen rem ab eo gestam huic peraccommodatam historiæ fore censebo.

LXXI. APHRAATES MONACHVS QVID CVM VALENTE.

Orontes fluuius palatium à Septentrionibus præterfluit: à meridie autem amplissima duarum contignationum porticus, turres vtrinque habens excelsas, in ipso vrbis muro ædificata est. Inter palatium & fluuium est via publica, quæ eos, qui per portas suas ex vrbe egrediuntur, excipit, rectaq; ad agros suburbanos ducit. Hac forte transiens diuinus ille Aphraates, vt ad bellicum gymnasium, quo sanctis omnibus conuenientem curationem adhiberet, contulit. Hunc Imperator, oculis de sublimi ex pretio regia deiectis, vidit pallio vili ac sordido indutum, & cito gradu, licet confectum pene ætate, incedentem. At cum quidam dixisset: Hic est ille Aphraates, ex cuius nutu pendet ciuitas vniuersa. Ibi tum Imperator: Credo, inquit, quo te conferas? Ille tum sapienter sane & apposite: Pro tuo, inquit, regno precaturus. Tum Imperator: At domi, inquit, tibi manendum est, & intra cellam, vt lex monastica postulat, orandum. Cui diuinus ille vir: Præclare admodum, inquit, dicis, ô Imperator. Illud sane mihi faciendum est, & hactenus feci, dum oues Saluatoris pace fruerentur: verum quoniam iam magnopere perturbantur, & multum illis impendet periculi: necesse est omnes vias persequi, non modo ne à feris capiantur, sed etiam vt consequentibus euolumus.

LXXII. DIGNA COLLATIO.

Nam dicito mihi, quæso ô Imperator: si filia alicuius essem, & sederem in conclaui, vti ædes curarem, atque inde cernerem flammam in eas incidisse, adesque paternas iam conflagrare: dicito mihi, inquam, quid me facere oporteret; intus ne manere, & ædes incensas negligere, expectareque dones flammæ impetus longius peruaderet, an è lecto conclaui surfum deorsumque cursitare, & aquâ afferre, qua flammam extinguerem? Hoc certe te responsurum conflat: nam hæ sunt partes filiæ prudentis & prouidæ. Atque hoc ipsum nos agimus, ô Imperator. Etenim cum tu iam in Patris nostri ædes flammam iniecerit, nos circumcursitamus, quo eam matura possimus extinguere. Quæ cum locutus esset Aphraates, Imperator ei interminatus conticuit.

LXXIII. CVBICVLARIVS DAT POENAS TEMERITATIS.

Verum vnus ex eius cubicularijs grauiores contra hominem diuinum iactauit minas, & propterea talem plagam accepit. Forte ei cura balnei commissa fuit: qui simul vt Aphraatem verbis contumeliosis insectatus fuerat, ad balneum Imperatori parandum se contulit. Cumque ingressus esset, repente de potestate mentis deturbatus, in aquam calidissimam minime, temperatam se præcipitauit, illicoque obijt mortem. Imperator autem sedens illum expectat, vti indicet, quando ad balneum intrandum sit. Vbi vero multum temporis præterierat, alios mittit, qui moræ causam sibi significent. Hi ingressi balneum, cum omnia intus loca oculis lustrassent, tandem offendunt hominem in aqua feruente minimeque temperata mortuum, corpusque eius ardore dissolutum. Quare Imperatori nunciata, didicere omnes, quantum ponderis Aphraatis haberet oratio. Attamen de impia sua doctrina minime desiterunt, sed more Pharaonis cor suum indurarunt: ipseque ille Imperator, quamuis cognito sancti viri miraculo obstupesceret, non tamen eius furor contra pietatem incitatus consedit. At Theodoretus de Aphraate atq; e Valente hic hactenus, cæterum in Philotheo hæc addit d:

d Theod. in Philot. c. 2.

LXXIV.

Hinc, inquit, factum est, vt metus inuaderet Imperatorem, & omnes, qui armabantur aduersus pietatem. Sparsa est autem fama per totam ciuitatem, quales infelix ille lueret pœnas contumeliæ, qua afficit Aphraatem: omnesque Deum Aphraatis perpetuis celebrabant laudibus. Hoc, etsi instarent aduersarij, obstitit, quo minus homo Dei mitteretur in exilium. Imperator enim perterritus, eos quidem, qui hæc suadebant, auersabatur, virum autem reuerebatur. Porro aliunde quoque eius virtutem didicit: Equus quidam bono genere natus, & portare apprime doctus, erat Imperatori carissimus. Morbus quidam, qui ei accidebat, male habebat Imperatorem: retinebatur autem humidorum excrementorum excretio. Ad eum curandum accersebantur, qui in hac arte fuerant exercitati. Sed cum ea esset etiam morbo inferior, Imperator quidem molestia afficiebatur: lamentabatur autem is, cui equorum cura fuerat credita. Cum esset autem pius, & fide firmus, in meridie venit vna cum equo ad magni Aphraatis habitaculum, & cum morbum dixisset, & fidem suam significasset, oranit, vt solueret morbum suis precibus. Illo vero nihil cunctatus, sed statim Deum precatus, infusit aquam hauriens ex puteo: & cum ei salutaris Crucis signum impossuisset, infusit eam ad equum afferri. Is autem bibit plus, quam consueuerat. Deinde cum oleum diuina inuocatione impleisset benedictione, equi ventrem iungit; & manus contrectatione statim morbus est sublatus. Latus ergo homo, equo accepto, cucurrit ad stabulum. Vespere autem (solebat enim eo tempore venire ad stabulum Imperator) venit, & interrogauit, quo modo equus se haberet. Is vero cum & sanum esse significasset, & equum valentem & exultantem, hinnientemque & collum superbe erigentem eduxisset; rogauit eum causam sanitatis. Vbi autem diu cunctatus (verebatur enim ostendere medicum, scions eum, qui rogabat, ei esse infensum) tandem verum coactus est dicere, & docuit modum curationis: obstupuit quidem Imperator, & confessus est eum esse virum admirabilem: nec tamen à priori destitit insania, sed perrexit furere aduersus Nicenitum, donec à barbarico fuit igne consumptus. Sed hæc multo postea. Recenset autem Theodoretus alia eiusdem viri sancti miracula, quibus pariter fides Catholica cunctis rem attentius considerantibus testata reddebatur.

EQVVS VALENTIS PRECIBVS APHRAATIS SANATVS.

LXXV.

Fuit Catholicis Antiochenis haud minori adiumento, quam Aphraates, insignis ille Iulianus cognomento Saba, & ipse gratia miraculorum insignis, quique feliciter idipsum præstitit, quod ille: quæ omnia ad maximum profectum Euangelii conducebant: vt dici posset illud Dauidicum e ad hæc accommodatum: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. nam cum persecutionis actio: es fluctus nauiculam vrgerent Ecclesiæ, Dei omnipotentis eam regentis virtus excelsior miraculorum operatione cunctis spectantibus apparebat. Quanam autem occasione Iulianus perductus fuerit Antiochiam, idem Theodoretus docet his verbis f: Eodem tempore ille fama celebritate insignis Iulianus, cuius supra mentionem feci, & relinquere solitudinem, & Antiochiam venire coactus est. Nam cum Ariani educati mendacio & ad calumnias contexendas valde parati, magnam illum virum sua secta fautre constanter affirmarent;

e Psal. 93.

IVLIANVS SABA VOCATVR ANTIOCHIÆ.

f Theod. l. 4. c. 25.

marent; tria veritatis luminaria, Flauianus, Diodorus, & Aphraates, Acaciam strenuum veritatis athletam, qui postea Ecclesiam Beræensem valde sapienter gubernauit, mittunt ad Iulianum virum omni genere laudis præstantem, oratum, vt in infinitam hominum multitudinem misericordem se præbeat, aduersariorum de se confictum mendacium coarguat, doctrinam denique veritatis confirmet.

Quonam modo autem id ipse Acacius ad hanc rem legatus tandem persuaserit Iuliano, secumque duxerit, & quæ egregia miracula tum in via, tum Antiochiæ ab eo edita sint; hæc omnia ad confutandam Arianorum calumniam & doctrinam per eum à Domino facta, enarrare ex eiusdem auctoris Philotheo, in quo viri clarissimi res gestas est fusius prosecutus, dignum existimamus. accepit ille cuncta hæc de ipso ab eodem eius comite Acacio Beræensi per omnia fidei integerrimæ viro: quæ sic ipse describit *a*:

a Theod. in Philot. c. 2. LXXVI.

Persuadent ijdem, qui supra, Meletius, Diodorus, & Aphraates magno illi Acacio, cuius fecimus mentionem, vt viæ acciperet comitem sumum quidem magistrum sancti vero senis discipulum insignem illum Asterium: curreret autem ad communem pictatis splendorem & Euangelicæ doctrinæ sustentaculum, & persuaderet, vt relinqueret quidem illam in solitudine versandi rationem, veniret vero, vt ferret auxilium tot millibus, qui fraude interibant, & rore sui adnentius flammã extingueret Arianam. Cucurrit diuinus Acacius, & assumpto, vt iussus fuerat, magno Asterio, accesit ad maximum lumen Ecclesiæ Iulianum: & cum eum salutasset: Dic mihi, inquit, ô pater, quanam de causa totum hunc laborem tam lubenter tolerasti? Cum is autem respondisset: Et corpore & anima, vitaque & omnibus, quæ ad vitam pertinent, elt mihi Dei cultus pretiosior: conor autem, quoad eius à me fieri potest, illi à sorde mundum offerre ministerium, & ei perpetuo placere.

CONVENIT ACACIVS IVLIANVM.

Ostendam tibi, inquit Acacius, rationem, per quam ei plus quam nunc seruias. Idque dicam non solum vtens ratiocinatione, sed vt qui id ab eius doctrina didicerim. Cum enim Petrum aliquando rogasset, an eum plus quam alij amaret b, & didicisset id, quod sciebat vel ante Petri vocem: Tu enim, inquit, nosti Domine, quod amo te: ostendit ei quidnam agens eum magis coleret: Si enim, inquit, amas me: pasce oues meas, & pasce agnos meos. Hoc quoque tibi, ô pater, elt faciendum: periculum enim elt, ne oues à lupis intereant: eas autem valde amat, qui à te valde amatur. Elt vero proprium amantium, illa facere, quæ cum fiunt, ei, qui amatur, grata sint. Et alioqui non paruum elt periculum, multorumque & magnorum illorum sudorum detrimentum, si pati potueris negligere & tacitus præterire, veritatem quidem grauiter oppugnari, eos autem, qui ei adhærent, captari, ad eos vero venandos esse escam tui nominis appellationem: te enim habere socium suæ impietatis gloriantur & iactant præsides Arij abominationis. Hoc cum primum audisset senex, quietem quidem iubys valere ad tempus, neque ciuitatis strepitus, quod eis non esset assuetus, refugiens, accurrit Antiochiam.

PERSVADET IVLIANO ACACIVS ADVENTVM ANTIOCHIAM. b Ioan. 21.

Cum autem duorum vel trium dierum iter confecisset in solitudine, noctu venit in quoddam prædium. Quod cum autem duæ mulierculæ, cum sacrum illum chorum audisset venire, cucurrit, vt percipere eorum benedictionem: & ad eorum pedes prouoluta, rogabat, vt sua domus esset eorum diuersorium. Concesit senex, idque cum plus quam quadraginta annis à tali fuisset spectaculo separatus.

LXXVII.

Cum vero admirabilis illa mulier esset in sacris illis viris ministrando occupata: puer septem annos natus, cuius solius erat mater, quæ hospitalitatem Sarræ elt æmulata (esset autem vesperum & tenebræ) decidit in puteum. Cum autem ex eo, vt elt consentaneum, exortus esset tumultus, mater vero sensisset: iubet quidem omnes quiescere puteo autem operculo impolito, instabat ministerio. Mensa vero viris diuinis apposita, diuinus senex iussit vocari puerum mulieris, & accipere benedictionem. Cum autem admirabilis mulier diceret, eum male habere: persistit ille iubere, vt is diceretur. Sed postquam ei, id, quod accidisset, significauerat mulier: mensam quidem reliquit senex; accurrens autem ad puteum, cum auferri quidem operculum, afferrique lumen iussisset, videt puerum sedentem super aquæ superficiem, & aquam manu pueriliter pulsantem, & eum ludum putantem, qui reputatus fuerat interisse. & cum quosdam sunc allegassent, & eos demisissent, puerum extraxerunt: & statim accurrit puer ad pedes senis, dicens se eum vidisse in aquis ipsum ferentem, & ne mergeretur, prohibentem. Hanc hospitalitatis mercedem recepit illa mulier à beato sene.

EXIMIVM MAGNÆ FORMINÆ ET MIRACVLVM IVLIANI.

Et vt alia prætermittam, quæ facta sunt in itinere: venerunt quidem Antiochiam: omnes autem vndique concurrebant, Dei hominem videre cupientes, & morbi sui medicinam vnusquisque accipere desiderans. Habitabat autem in spelunciis, quæ erant in latere montis: vbi diuinum quoque Apostolum Paulum & habitasse dicunt, & latuisse. Sed statim, vt scirent omnes eum esse hominem, cum inuasit febris vehementissima. Cum autem videret magnus Acacius multitudinem eorum, qui simul erant congregati, & eam, quæ acciderat, ægre ferret ægritudinem: existimabat enim fore, vt ij, qui conuenerant, perturbarentur, si viri morbum resciscerent, à cuius manu se inuenturos sperabant medicinam: Noli angi animo, inquit senex: si enim elt necessaria sanitas, eam statim dabit Dominus. Mox ergo posit hac verba ad preces conuersus, & vt solebat, & genua & frontem solo admouens, rogauit, vt assequeretur sanitatem, si ex ea redditura sit aliqua vtilitas ad eos, qui conuenerant. Nondum finuerat preces, & repente multus sudor profluens extinxit flammam febris.

LXXVIII. ADVENTVS IVLIANI ANTIOCHIAM.

Cum illic autem liberasset multos à morbis omnis generis, profectus elt ad conuentum piorum. Transeunte vero eo per portas Regias: mendicus quidam, qui clunibus vtebatur pro pedibus, & per terram trahebatur, cum manum extendisset, & eius pallium attigisset, fide quidem morbum exegit: exiliens autem ostendit se æque currere, atque ante morbum: idem faciens, quod Claudius, quem Petrus & Ioannes erexerunt. Hoc cum factum esset, confluxit totus populus ciuitatis, eratque bellicum gymnasium plenum iis, qui concurrebant: pudore autem afficiebantur calumniatores & mendacij artifices: læto autem & tranquillo animo erant alumni veritatis. Exhinc in domos suas trahebant lumen veritatis ij, qui opus habebant, vt curarentur.

LXXIX. IVLIANVS CVRAT ÆGROS ET ALIOS.

Vir autem quidam, cui fuerat maximus mandatus magistratus, cuiusq; fidei commissus erat clauus Orientis (dicebantur hi Præfecti seu Comites Orientis) ad eum missi, rogans, vt ad se veniret, & à morbo vrgente liberaret. Ille vero accessit, nihil cunctatus, & communi Domino fusis precibus, verbo soluit ægritudinem, & iussit, vt Deo gratias ageret. Cum hæc & talia fecisset, statuit reuerti deinceps ad suæ exercitationis monasticæ tugurium. Sed cum per Cyrum iter faceret (distat autem hæc ciuitas duorum dierum itinere ab Antiochia) diuertit quidem ad eadem præclari martyris Dionysij. Qui illic vero Dei cultui & rectæ religioni præerant, conuenientes supplicarunt, vt sibi opem ferret; exitium præsumi expectantibus: dicebant enim, Asterium, qui in sophistica & falsa differendi arte fuerat educatus, & se in hæreticorum ecclesiam inuecerat, & Episcopale munus erat assecutus, falsum acriter defendere, & improbo vti artificio aduersus veritatem: Et veremur, inquiebant, ne facundia veluti quadam esca falsum contegens, & nexus syllogismorum tanquam quosdam retia extendens, capiat multos ex simplicioribus: ea enim de causa fuit ab aduersarius accersitus. Senex autem: Estote, inquit, bono animo, & Deo nobiscum supplicate, orationem & corporis afflictionem precibus adiungentes.

LXXX. COMES ORIENTIS CVRATVR A IVLIANO.

His Deum sic rogantibus vno die ante diem festum ac celebrem, quo verba erat facturus falsi defensor & hostis veritatis, is diuinitus immissam accepit plagam, & cum vno tantum die ægrotasset, excessit è vitis illam, vt elt probabile, vocem audiens c: Stulte hac nocte animam tuam à te repetent: quæ autem parasti retia & laqueos, ijs tu implicaberis, & non alij. hunc tandem finem elt consecutus Allophilus ille, qui tanto tempore insultauit agminibus Dei viuentis, ab ipso iam tempore Nicæni Concilij, vt superius dictum elt, lues Ecclesiarum, nonnisi ad perditionem hominum comparatus, vbique semper & aduersus bonos omnes atque fideles inuentus sceleltissimus, Arij fax ad inflammandas Ecclesias paratissima, quâ sanctus senex exufflans extinxit. Quæ autem reliquerit post se scriptorum monumenta, S. Hieronymus numerat, cum de eo sic ait d: Arianæ philosophus factionis scripsit regnante Constantio in epistolam ad Romanos, & in Euangelia & Psalmos commentarios, & multa alia, quæ à suæ partis hominibus studiosissime leguntur. Tanta victoria, tantaque erecta de Arianorum antesignano tropheæ insignes alias atq; plane diuinas operationes à viro sanctissimo editas magis magisque illustres reddiderunt & immortales succedentibus his aliis prioribus haud indignis.

LXXXI. ASTERIVS SOPHISTA CREATVS EPISC. EXCEDIT E VITA. c Luc. 12.

d Hier. de Script. Eccl. in Asterio.

LXXXII. a *Chrysost. epist. ad Epho. sect. 6. hom. 21.* CELEBRIS MEMORIA IVLIANI SAB. b *Martyr. Rom. die 14. Ianuar.*

Huius nempe, cum in narrationem incidit monachorum, Ioannes Chrysostomus obiter meminit, dicens: *Scitis vtique & audistis & vidistis etiam nonnulli virum, quem sanctum dicturus, Iulianum dico illum admirandum. Hic erat rusticus humili & humili loco natus, & nec externæ quidem eruditionis omnino peritus, sed non ficta & simulata philosophia refertus. Hoc ingrediente ciuitatem (quod quidem raro fiebat) neque oratoribus neque sophistis, neque vllo alio ingrediente, tantus fiebat concursus. Quid autem dico? Non nomen eius nunc quoque clarius decantatur, quam quorumuis Regum?* hæc ipse. Porro dies natalis istius vna cum cæteris clarissimis Dei amicis adscriptus indicibus Ecclesiasticis ab eo tempore cum in Orientali, tum etiam Occidentali Ecclesia iugi memoria perseuerat b:

LXXXIII. c *Theod. l. 4. c. 26.* CELEBRIORES IN SYRIA MONACHI.

At non vnum tantum Iulianum, alterumve Aphraatem, sanctissimos monachos nutrierant his temporibus Syriæ solitudines, sed alios pleroſque his virtute haud impares, de quibus hæc Theodoretus c: *Erant*, inquit, *etiam eodem tempore alij vitæ monasticæ disciplina valde præstantes. Nam in solitudine Chalcidensi Austrum, Martianus, Abrahamus, & alij præterea non pauci in corporibus perturbationibus obnoxijs vitam ab omni perturbatione vacuam traduxerunt: In Apamea item Agapetus, Simeon, Paulus, & alij in eo genere vitæ facile primas tulerunt. In Solitudine porro Zeugmatensi Publius & Paulus; in Cyrrhensi quoque vir ab omnibus laudatus Acepsimas se conclusit in cellulam, & eum vitæ modum sexcentis annos continues transegit, neque visus à quoquam, neque cuiquam locutus. Adde his Zeugmatium verum cum primis admirabilem: qui tametsi luminibus orbatus erat, tamen circuibat sedulo, tum vt confirmaret ones, tum lupos dimicando profligaret: quam ob causam cellula eius monastica incensa fuit; alteram tamen Traianus dux fidelissimus ei ædificauit, aliasque res ad cultum vitæ necessarias impertiit. In solitudine etiam Antiochena Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Simeon, Abrahamus, & alij quoque, qui imaginem Dei, ad cuius similitudinem conditi erant, integram conseruarunt. Atque tum horum, tum illorum vitam scriptis prodidimus. Itemque nouus, qui vrbi illi amplissimæ imminet, huiusmodi floribus præstantibus pulchre vestitus est: Nam in eo cum magnæ nominis celebritate vixit Petrus Galata, & eius gentilis Aegyptius, quin etiam Romanus, Severus, Zeno, Moses, Malchus, & alij quamplurimi vulgo quidem ignoti, Deo autem penitus perspecti & cogniti.* hæc Theodoretus de sanctis Syriæ solitudinum monachis, quorum nonnullorum res gestas ipse scriptis edidit in Philotheo, nempe de Iuliano, & Aphraate, quos diximus Martiano, Eusebio, Publio, Simeone, Palladio longe alio ab illo Galata, de quo suo loco dicendum, Abrahamo, Acepsima: meminit & de magno quodam (ita enim ipse d eum iterum appellat) Marone, necnon de Mose & Malcho, cuius res gestas S. Hieronymus prosecutus est: qui tantorum virorũ fama pellectus, monasticæ vitæ institutum arripiens, Syriæ potius elegit solitudinem, de quo suo loco dicemus. Institutam iam de Antiochena Ecclesia persecutione Valentis exagitata ordine prosequamur orationem.

d *Theod. hist. lib. Petr. c. 20. & 22.*

LXXXIV. e *Socr. li. 4. c. 27.* f *Soza. li. 6. c. 36. 37.*

Putarunt Socrates atque Sozomenus f, Valentem Antiochiæ aduersus Orthodoxos furentem, ad meliorem statum mentis reuocatum esse oratione Themistii. Cæterum licet Socrates tradat habuisse ea de re Themistium coram Valente orationem, Sozomenus autem ipsum eo argumento scriptum librum eidem dedicasse testetur: tamen vna eademq; procul dubio scriptio fuit; sed desideratur ipsa, & multa alia, quæ horum temporum rebus magnam potuissent lucem afferre: longe vero diuersa hæc habenda ab ea coram eodem Valente dicta oratione post debellatum Procopium, de qua superius mentio facta est. Cum autem is esset lugubris status Orthodoxorum in Oriente, ac præsertim in Syria; audita Magnus Basilius Antiochenæ Ecclesiæ dira iugiq; afflictatione, eam scriptis est consolatus, & ad fidem acceptam à Patribus fideliter custodiendam adhortatus, epistola ad ipsam data, quæ sic se habet g:

LXXXV. BASILIVS EPISTOLA CONSOLATVR ANTIOCHENOS.

Quis dabit mihi alas instar columbæ? & volabo ad vos, exploboque desiderium, quo ad dilectionis vestræ congressum aspiro. Nunc vero non solum alis destituor, sed ipso quoque corpore, quod & longa iam dudum ægritudine confectum, & nunc continuis tribulationibus prorsus attritum est. Quis enim vsquequaque adeo animo est adamantino, qui ita plane omnia communis ærumnæ expers & immitis, qui cum audiat, quo modo vndique nos gemitus ac luctus, velut ex triste quodam chaos communis quadam & consona lamentatione applorante impetat, non condoleat animo, inque terram præ luctu deflectatur, & immensis istis curis omnino tabescat? Sed potest sanctus Deus aliquam ab immensis ac deploratis eos vndare relaxationem, & à diuturnis laboribus quandam largiri respirationem.

LXXXVI. VTILITAS TRIBVLATIONIS.

Itaque & vos oro, vt eandem consolationem amplectamini, ac spe consolationis cum gaudio præsentem tribulationum luctum toleremus. Siue namque peccatorum pœnas damus; valebunt ad hoc flagella, vt post hac iram Dei, qua imminebat, auertant sine incertaminibus, quæ pietatis gratia decertamus, per tribulationes corroborantur: iustus est is, qui nos ad tolerandos agones promtis animis, vt non sinat nos tentari supra id, quod ferre possumus, sed protoleratis iam laboribus patientiæ nobis & spei in ipsum coronam reddat. Negotium ad decertandos pietatis agones desatigemur, neque per desperationem, quæ iam decreta sunt, amittamus. Non enim vno actu fortitudinis, neque modico quodam labore constantis animi specimen datur: sed qui corda nostra probat, longa nos ac prorogata probatione vult institiæ coronam adeptos demonstrare. Dum taxat constans ac fidelis seruetur animus noster, fides nostra in Christum volue custodiatur inuentum; & breui ac velociter veniet auxiliator, veniet & non tardabit. Amplectenda enim tribulatio super tribulationem, spes super spem, adhuc modicum, adhuc modicum. Ad istum modum alumnos suos Spiritus sanctus futurorum promissione recreare nouit: post tribulationes enim sequitur spes: quæ vero sperantur, è vicino subsequuntur. Nam etsi vniuersam hominum vitam quis obiecerit: breuissimum tamen est illius spatium respectu infiniti sæculi, quod in spe nostra reconditum est.

LXXXVII. FIDEM, QVAM CVSTODIANT INSINVAT.

Fidem autem vos neque recentiorem ab aliis conscriptam accepimus, neque ipsi mentis nostræ fœtus alijs obtrudere audemus, ne humana potentur pietatis verba sed quæ à S. Patribus edocti sumus, ea rogantibus vobis annunciamus. Est itaque Ecclesia nostra à Patribus administrata, etiã à sanctis Patribus, qui Nicææ conuenere, conscripta fides: quam etsi arbitramur ore tenus & apud vos in vsu haberi, non tamen destrictius abimus, ne desidiæ crimine notemur, ipsa quoque verba litteris annotare. sunt enim ista: Credimus in vnum Deum, &c. ipsum Nicænum symbolum Basilius integrum in eadem describit epistola, quod ab ipsis integrum custoditum exoptat.

LXXXVIII. BASILIVS OPTAT CONCILII ARIMINENSE CATHOLICOS ANTIOCHENOS.

Quod autem Ecclesia Antiochena præter afflictionẽ Valentis Imperatoris alia rursum intestina afflictaretur vexatione, dum Catholicæ fidei professores inter se diuisi, alii Meletio, Paulino alii adhærescerent idem S. Basilius quod non leuioris negotii, sed magni momenti id esset opus, ad eam rem conficiendam Magnum Athanasium literis ad eum scriptis rogat, vt inter vtramq; partem pacis sequester accedat. Sed in illud primum vehementer incũbit, vt quoniam Orientalis Ecclesia electione Episcopum Catholicorum & subrogatione Arianorum iam penitus videretur esse collapsa, vnum tantum doceat superesse remedium, illud q; in eo repositum, si ab Occidentalibus Episcopis subleuaretur: atq; istud ipsum vt curet enixius rogat his verbis h: *Olim noui & ipse, secundum admensuratam mihi rerum gerendarum cognitionem, vnam sciebam acquirendi auxilii viam: quæ res Ecclesiæ nostræ cum Occidentalibus Episcopis conspirat & conuenit. Sin amq; volucrint illi eundem zelum, quo contra vnum & alterum, qui in Occidente dissam abantur, nempe Auxentium & socios, vsi sunt, & pro nostrarum partium incolatu solliciti demonstrare: forte fiet aliquid, quod proderit communitæ omnibus. Vnde & quæ rerum potiuntur, multitudinis auctoritate permoueantur, & populi quaquauersum illos sine contradictione sequantur.*

h *Basil. ep. 48.*

LXXXIX. BASILIVS ATHANASIVM CVPIT AGERE CVM EPISCOPIS OCCIDENTALIBVS.

Quis autem ad ista perficienda prudentiam tuam excellet? Quis acutius, quid faciendum sit, expendet? Quis ad vtilium energiam efficacior? Quis ad considerandam fratrum necessitatem condolentior affectu magis præditus? Quo vniuerso Occidenti bonorabilis canicie tua venerabilior? & paulo post: *Ad Occidentales Episcopos mitte, qui calamitates, quibus occupamur ac premimur, illis exponant. Instrue illos forma narrandi, qua vtantur: Esto Samuel Ec-*

clesiæ: particeps esto afflictionum laborantium populorum, &c. ac post hæc, tes Antiochenæ Ecclesiæ vt solicite curet, togat his verbis:

XC. BASILIVS ATHANASIO COMMENDAT ECCLESIÆ ANTIOCHENAM.

Antiochenæ sanæ Ecclesiæ status manifeste à tua pietate pendet, vt alios quidem adiscires, alios vero compescas ac quietos reddas, atque Ecclesiæ vires per vnanimem consensum restituas. Quod enim iuxta eos, qui medicorum sapientissimi sunt, curandi initium ab illa sumere debeas, qui periculosissime laborant, nemo est, qui te melius intelligat. Quid autem poterit totius Orbis Ecclesiis, ea, quæ apud Antiochiam est, lethalius esse? Quam si contigerit ad concordiam redire: nihil prohibebit, quo minus vniuersum corpori tanquam corroboratum caput, sanitatem suppeditet. Re vera autem sapientia tua & Euangelica sympathia verbis illius ægritudines opus habent: qua non ab hæreticis solum scissa est, sed & ab illis, qui idem sentire dicuntur, discerpitur. Ista vero componere, & in vnius corporis harmoniam reducere, vere illius est, qui & sicuti ossibus, vt ad nerues & carnem iterum restituerentur, ineffabili virtute sua largitus est. Magna vero omnino Dominus per sanctos suos operatur, &c. hæc Basilius, qui & in his multus fuit, aliis sæpe literis eundem Athanasium interpellans pro infelicissimo statu Orientalis Ecclesiæ, ac potissimum Antiochenæ, vt complures literæ ad eundem Athanasium eodem ferme argumento datæ significant *a*. Quonam modo aût ipse Athanasius, opem latarus Basilio & Ecclesiæ Orientali, Petrum Alexandrinæ Ecclesiæ ministrum ad ipsum legatir, & de legatione ab eo ad Occidentales missa, dicemus anno sequenti.

a Basil. ep. 49. 50. 51. 2.

XCI. PRÆFECTVS LIBYÆ AB ATHANASIO EXCOMMVNICATVS.

Quod rursum ad Athanasium spectat: etsi (vt dictum est & ipse in sua Ecclesia absque vexatione quiete agere permissus fuit: Ecclesiæ tamen sibi subiectæ à Præfectis earum prouinciarum nonnihil vexatæ sunt; & inter alias Ecclesia Libyæ à quodam Præfecto Cappadoce, homine moribus depravato, licet fide Catholico, labefactata est: quem in deteriora prolabentem, nec mores emendare curantem sanctus Athanasius sententia excommunicationis perculit; scripsitque ex more publicas literas, quibus significaretur, ne qui excommunicatus ab ipso esset, ab alio vsquam Episcopo reciperetur. Peruenerunt eædem literæ in Cappadociam, quo idem reuersurus erat: quas cum in primis Basilius vniuersæ illius prouinciæ metropolitanus Episcopus accepisset, in nefarium hominem æquè ac Athanasius ipse commotus, eundem à fidelium consortio penitus declaranit extortem, deque his sic à se gestis eundem sanctum Athanasium reddidit certiorem, perbreui ad eum eiusmodi Epistola scripta *b*:

b Basil. ep. 47

XCII. BASILIVS RATAM HABET PRÆFECTI EXCOMMVNICATIONEM. c Eccl. 10.

Incidi in sanctitatis tuæ literas, in quibus aduersus Libya Præfectum, virum infamem, ingemuisti. Deploramus quidem patriam nostram, quod talium malorum & mater est ac nutrix. Deploramus vero & Libyam nostræ proximam, quod malorum nostrorum particeps facta, feminisque huius viri moribus tradita est, qui à puericia crudelitati pariter & lasciuiæ assuevit. Hoc scilicet erat, quod sapienter dixit Ecclesiastes c: Va tibi terra, cuius Rex est puer, & cuius principes mane comedunt, & in ipso meridie lasciuiunt, post alienos thoros plus quam irrationales bestia insanientes. Itaq; illum quidem flagella manent apud iustum. Inducem ad eandem mensuram commensurata, iuxta quam ipse iam antea sanctos Dei affligere præsumpsit. Innotuit autem id & Ecclesiæ nostræ ex literis pietatu tuæ: atq; auersandum & execrabilem illum auersabuntur omnes, ita vt nec ignis, nec aquæ, nec tecti communionem cum illo sint habituri: siquidem prodest, vt violentis istis tyranni communis & vnanimi iudicio condemnentur. Sufficiet autem ipsi damnationis titulus, & ipsa sententia, quibus vndique ab omnibus condemnabitur. Neque enim omittemus, quo minus condemnationem istam omnibus ipsius & familiarissimus & amicis atque adeunis ostendamus. Quod si vero non statim illum iste reprehensiones, quemadmodum & Pharaonem, permouebunt: attamen postremam aliquando & grauem illi ac tristem retributionem affert. hactenus Basilius ad Athanasium: quæ hic descripsisse voluimus ad excommunicationis censuram etiam in prouinciarum Præfectos ab Episcopis exerceri solitam in Ecclesia insinuandam. De reliquis autem Basilij rebus cum Athanasio gestis agetur anno sequenti.

Hoc eodem anno, quo venit Valens Imperator Antiochiam, ipsius tertio Consulatu, præfecturam Prætorij Modesto administrante, diræ sunt habitæ quæstiones de compluribus, qui de vita ipsius Imperatoris cõsuluissent magos, aruspices, vel alios, qui malis artibus futura prænoscere profitebantur; de quibus omnibus Ammianus *d* pluribus agit: cuius quoq; allectione colligitur, eadẽ hoc ipso anno agi cœpta, nimirum cum, vt ait, præfecturam Prætorij Modestus administraret, ad quem eodem munere fungentem extat Valentis rescriptum ipso tertium Consule hoc anno datũ *e*, nec non *f* aliud aduersus maleficos (quod ad hanc rem, de qua agitur, pertinet) his verbis: *Cesset mathematicorum tractatus. Nam si quis publice aut priuatim, in die noctuq; deprehensus fuerit in cubito errore versari, capitali sententia feriatur.*

XCIII. VALENS EXAGITAT MAGOS DIVINATORES. d Ammian. lib. 29.

e L. 6. de ty-reo. C. Th. l. 8. de malef. C. Th.

Quinam autem fuerint, qui pertæsi Valentis Imperij, curiose de futuro scrutarentur Imperatore, Sozomenus narrat, cum ait *g*: *Eo quidem tempore omnes prope Philosophi Gentiles extincti sunt: idq; hac de causa. Nonnulli eorum, qui alios in Philosophia præstare putabantur, incrementum religionis Christianæ ægrè admodum ferentes, iniere consilium de præscendo, quis esset Valenti in Imperio successurus. Qua de re cum omnia omnis generis diuinandi genera experti fuissent: ad extremum tripodem ligneum è lauro fabricati, inuocationes dæmonum, & verba execrabilia pro more suo vsurparunt: adeo vt ex coniunctione singularum literarum per tripodis machinam & diuinationem significatarum, futuri nomen extaret Imperatoris. Philosophi igitur cum Theodorum virum inter satellites Imperatoris insignem illum quidem & illustrem, sed Gentilem, Imperatorem fieri anide expeterent, vtque ordo literarum vsque ad D, huius nomini conueniret, in fraudem inducti sunt, dum hac coniectura nixi, Theodorum imperio potiturum expectarent. Quo illorum conatu indicato, Imperatore extra modum ira exardescere cœpit, quasi saluti sua insidias comparassent.*

g Sozom. l. 6. c. 35.

PHILOSOPHI AVIDI SCIRE CVPIDISSOREM VALENTIS

XCV. THEODORVS EX NOMINE REVS CAPITIS.

Quam ob causam tum Theodorus, tum tripodii opifices comprehensi sunt, mandatumque vt ille igni, hi autem gladio necarentur. Pari ratione omnes illustriores in toto Imperio Philosophi eadem ipsa de causa exstincti. Quin etiam cum Imperatoris ira nullo modo comprimi posset, etiam in eos, qui Philosophi non erant, sed illorum duntaxat vestitu vtebantur, crudelis flamma pernasit: sic vt qui alias artes profitebantur, neque crocotu, neque pallio Philosophorum se induere vellent, id q, ob periculi metum, ne viderentur ex eorum numero esse, qui vaticinia illa & ritus ad tripodem pergissent. Istam quidem implacabilem Imperatoris iram, atque adeo crudelitatem, addo etiam Philosophorum temerarium fasmus, Philosophis indignum & imprudentem conatum à bene sanis hominibus arbitror merito damnandum.

XCVI. LITERÆ INSVSPICIONEM ADDVCTÆ.

Nam cum hac inscitia Valens impulsus animum induxisset eum interficere, qui esset sibi in Imperio successurus, neque vita illorum, qui deiunatione ea de re vsi fuissent, neque eius, de quo diuinassent, pepercit, quin etiam, vt ferunt, neque eorum quidem, qui tum eodem nomine, si modo illustres essent, appellabantur, vel saltem simile nomen habebant, cuius prima litera à Th, vsque ad D, eadem esset. Porro Philosophorum hic processit amentia, vti crederent in sua situm potestate, vt tum Imperatorem è medio tollerent, tum denuo excitarent. hæc & alta de Philosophorum Gentilium stultitia affert Sozomenus: qui ægrè ferentes Christianũ hominẽ Romano Imperio diutius dominari, adhuc mœrentes Iulianum cito extinctum, hisce magiæ præstigiis deuentu consulebant Imperatore, audeq; ex elementis illis patefactum nomẽ Theodori illius acceperunt, vt pote Ethnici hominis, quem tamen moribus probe compositum Ammianus describit *h*, cum ait: *Visus est aliis excellere Theodorus secundum inter Notarios adeptus iam gradum: & erat re vera ita, vt optimati sunt. Namq, antiquitus claro genere in Gallia natus, & liberaliter educatus à primis pueritiæ rudimentis, modestia, prudentia, humanitate, gratia, literis ornatissimus semper officio locoq, quem retinebat, superior videbatur, altis humilibusq, iuxta acceptus: solitoq, pene omnium verax, cuius linguam non infrenem, sed despicientem * quæ loqueretur, nullius claudebat periculi metus.* hæc de eo Ammianus, quem Constantinopoli accersitum, vt ait, quæstionibus Imperator subiecit.

h Ammian. lib. 29.

* dispicientem

XCVII.

Addit ad hæc de aliquibus Socrates *i*: *Itaq, omnes, qui erãt*

i Socr. l. 4. c. 13.

MVLTI EX NOMINE FACTI REI CAPITIS.

Theodori, vel Theodosii, vel Theoduli nomine, vel aliis consimilibus nominibus appellati, Valens interfecit: in quorum numero fuit Theodosiolus vir nobilis ex genere patricio; qui ab Hispania ad Valentem adductus, morte multatus est. Multi igitur praemetu ipsorum animis mœsto sua commutarunt nomina; & quæ parentes illis in lucem editis imposuerant, tanquam plena periculi denegarunt. hæc ipse. his adiiciendam putamus, quam S. Ioannes Chrysostomus de nece alterius Theodori affert historiã sub eodem Valente, eadem, vt putatur, causa, periclitantis. Existimari quidem posset, hunc vnum eundemq; esse cum illo, cuius Ammianus a tragœdiam narrat, nisi quod ille ab ipso dictus Gallus, hic vero Siculus nominatur. Ait igitur Chrysostomus b:

a *Ammian. lib 29.*
b *Chrys. ep. ad viduam iuniorem.*

XCIIX. THEODORI SICVLI CASVS.

Reuocabo autem tibi in memoriam Theodorum illum Siculum (fortasse audisti, erat enim in primis notus & celebris.) Hic & pulchritudine & magnitudine corporis & auctoritate apud Imperatorem omnibus præstans, qui ea poterat, qua interiorum familiarium nemo, prosperam illam fortunam non moderate tulit: sed insidiatus Imperatori ac deprehensus, ipse quidem valde miserabiliter obtruncatus est: ipsius autem vxor neq; educatione, neque genere, neque vlla alia re nobilitati tuæ concedens, omnibus repente rebus suis spoliata, ac libertate amissa, cubicularijs ancillis adnumerata, ac nulla non ancilla miseriorem ac magis lachrymabilem vitam agere coacta est, hoc vno cæteris antecellens, quod propter incomparabilem calamitatis magnitudinem, lachrymas eorum omnium, qui ipsam aspicerent, eliciebat. Fertur etiam Artemissa viro valde claro nupta, quoniam & ille tyrannidem affectauit, in eandem incidisse paupertatem, ac præterea oculis esse capta: nam magnitudo ægritudinis & lachrymarum multitudo lumina extinxit. At nunc quidem hominibus eget, qui deducant, & ad alienas portas adducant, vt hoc modo necessarium sibi victum cõparare queat. ista Chrysostomus adolescens Antiochenus ibidem agens, vbi hęc omnia tractabantur. At quod ait dictos clarissimos viros ob affectatam tyrannidem extinctos esse; hæc idcirco, quod qui eos neci traderent Iudices (vt ex Ammiano colligitur) hanc de damnatione singulorum causam iustam apparente prætexerent. Subdit idem ibi Chrysostomus de ipsius Valentis Imperatoris miserãdo interitu, de quo opportunius suo loco agendum erit. At Zosimus quoque, dum de Theodoro agit, affectatum ab eo Imperium tradit, ac malis artibus conquisitum, licet eum Ammianus excuset.

XCIX. QVI PHILOSOPHI OCCIDI IVSSIA VALENTE.

c *Zosim. l. 4.*

Nominat idem Zosimus celebriores Philosophos tũ iussu Valentis occidi iussos, cum ait c: *Primus ex nobilibus Philosophis interfectus est Maximus, & post illum oriundus è Phrygia Hilarius qui ambiguum quoddam oraculum clarius fuisset interpretatus secundum hunc Simonides, & Patricius Lydus, & Andronicus è Caria: qui omnes ad summum doctrinæ fastigium pertenerant, & potius inuidia, quam iusto iudicio damnati fuerunt.* hæc Zosimus; at neutiquam cum his Themistius cõprehensus est, vtpote vere Philosophus & ab omni magiæ studio procul abhorrens. Porro quod spectat ad Maximum illum olim Iuliani in magia magistrum, ista de eo Ammianus d: *Neq; ita multo post, Maximus ille Philosophus, vir ingenti nomine doctrinarũ, cuius ex viberrimis sermonibus ad scientiã cupitos Iulianus extitit Imperator, oraculi supradicti versus audisse insimulatus, scq; comperisse assensus, sed reticenda professionis consideratione non effudisse, verum vltro præluxisse consultoresipsos supplicijs pœnalibus perituros: Ephesum ad genuinam patriam ductus, vbi, capite truncatus, sensit, docente periculo postremo, quæstoris iniquitatem omnibus esse criminibus grauiorem.* sic ipse. Fuisse aũt, quid Maximo habuit quæstionẽ, Festus Iudicem, Eunapius tradit e, qui & plurimus eiusdem Maximi necem prosecutus est. Qui igitur eadem diuinandi arte summam apud Iulianum (vt diximus) gratiam fuerat consecutus, cum iam illi de eius Imperio esset vaticinatus, iusto Dei iudicio eadem ex causa sibi vltimum supplicium comparauit. hic ergo vanissimi hominis finis fuit, quem aliqui errore ducti nominarunt Tyrium, cum Ephesius dictus fuerit, origine vero Smyrneus, eiusque germani Nymphidianus item Smyrnæi oriundus & Claudianus, quorum Eunapius f meminit. Porro Maximus ille Tyrius Platonicus, cuius extant conciones, sub Commodo vixit, vt de eo testatur Suidas. De Maximo autem alio Cynico Ægyptio suo loco dicemus.

d *Ammian. l. 29.*
MAXIMVS PHILOSOPHVS DAMNATVS CAPITE.

e *Eunap. in vit. Philos.*

f *Eunap. in vit. Philos.*

C. LIBRIMAGLÆ EXQVIRENDI IVS. l. g *Ammian. lib. 29.*

Cum igitur de his Ammianus agit, magnam factam inquisitionẽ refert vetitarum artium codicum, quorum reperiendorum causa fuerint, cuiusque ferme domus penetralia accurate quæsita: eosdemq; inuẽtos publice cõbustos tradit, cum ait g: *Deindecomesti innumeri codices, & acervi voluminum multi sub conspectu iudicum concremati sunt, ex domibus eruti variis vt illicites ad leniendam casorum invidiam.* ita Ammianus. Hæc illa plane tempora, quorum meminit Chrysostomus h, cum inquit: *Ante annos decem capti sunt nonnulli tyrannidem appetentes, cuius rei vos etiam meminisse arbitror. Erat inter eos quidam dignitate ac principatu præditus: qui cum damnatus capite ad supplicium duceretur, populus motus misericordia vniuersus Pratorem adijt: & deprecandi communi opera efficere potuit, vt reus ille vena nulla dignus liberaretur ab ira Imperatoris:* hæc ipse. fortasse hic ille Sallustius, quem damnatum capite & liberatũ, vel potius quem filium Alypij Ammianus i tradit. Tunc plane & illud accidit, vt complures, ne apud se eiusmodi codices reperirentur, eos igni confestim tradiderint, vel in proximũ fluentem conicerint: cuius rei causa Ioann. Chrysostomus iam periclitatus esset, nisi diuino quodã præsidio (quod ipse testatur) fuisset adiutus. Porro rem gestam sic ipse refert k:

h *Chrys. homil. 1. contra Anomæos.*

i *Ammian. lib 29.*

Mota est olim, me adhuc adolescentulo, magna Tyrannorum hostilitas: militibus etiam foris extra ciuitatem ad insidias positis, forte fortuito libellos quærebant incantatorios & magicos. Et qui scripserat librum, nondum perfectum in flumen abiecerat; & captus, cum postularetur ab eo, reddere non poterat, sed duchatur per totam ciuitatem vinctus: & cum ita accusaretur, dicit panam. Tunc ergo ad martyrii ædem proficisci volens, transibam per hortos iuxta flumen cum alio quodam. Ille autem viso libro, qui in superficie fluebat: primum quidem putabat linteũ esse: propior autem factus, agnouit esse librum, & descendens recepit. Ego autem contendebam, vt de communi inuento, & ridebam. Sed videamus, inquit, quidnam hoc sit. Reuoluit partem pagina, & inuenit scripta magica. Accidit aũt eodem tempore, militẽ transire: qui hoc animaduertens abyit, & timere nos fecit. Quis enim crediderit, quod è flumine sumptum sustulissemus, cum omnes tunc, etiam qui non suspecti essent, detinerẽtur? & abijcere non audebamus; ne viderentur: idem erat periculum, si scinderemus. Concepit igitur Deus, & abiecimus, & postea à periculis liberati sumus. hactenus Chrysostomus, ista recolens, tanquam maximum à Deo tunc beneficium consecutus, ex quibus cum cæteris leuioris quoque suspicionis reis postulatis iudicio pœnam capitis exoluisset, si cum libro illo deprehensus fuisset. Agebat autem hoc tempore Chrysostomus suæ ætatis annum decimum sextum secundum rationem superius initam, cum de matre ipsius actum est.

k *Chrys. in Acta Apost. hom. 18.*

CI. IOANNES CHRYSOSTOMVS IN MAGNO DISCRIMINE POSITVS VITÆ LIBERATVS.

In Occidente quoque ab anno superiori ditæ agitari cœptæ sunt quæstiones adueršus eiusmodi delinquentes, qui curiosis per diuinationem scientiis operam darẽt: adeo vt ipso exordio in Senatorias quoq; personas exhibitæ fuerint vngulæ, fidiculæ, & alia pœnarum genera, quæ licet seruilibus tantum personis ex priscis legibus consueuissent admoueri, per Constantium l tamen odio magiæ (vt dictum est) in quosq; etiam nobiles fuerunt relaxata. *Quamobrem* (inquit Ammianus m) *ne tot malis dissimulatis, paulatimq; serpentibus, acerui crescerent errumnarum; nobilitatis decreto Legati mittuntur, Roma scilicet, Prætextatus ex Vrbi Præfecto, & ex Vicario Venustus, & ex Consulari Mineruius, oraturi, ne delictis supplicia sint grandiora, neue Senator quispiam inusitate & illicito more tormẽtis exponeretur. Quę cum intromissi ad consistorium hæc deferrent: negantem Valentinianum se id statuisse, & calumnias perpeti clamitantem, moderate redarguit Quæstor Eupraxius, &c.* Refert ipsit tunc Valentinianus ad Præfectum Vrbis Olybrium his verbis n:

CII. MAGICÆ ARTIS REI INQVISITIO ETIAM IN OCCIDENTE.

l *l. 6. de malefic. C. i haud.*
m *Ammian. lib. 28.*

Nullus omnino obsidiculas perferendas, inconsultis ac nescientibus nobis, vel militiæ auctoramento, vel generis aut dignitatis defensione nudetur: excepta tamen maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua cognitio est. His quoque citra consultationis modum subiiciantur quæstioni, qui euidentibus argumentis subscriptiones nostras finxisse prodentur: qua in re ne Palatini quidem nominis assumptionem huius esse volumus quæstionis exortem. hæc.

n *l. 1. de quæ C. Theod.*

CIII.

vt dictum est, anno superiori. Cæterum eiusmodi quæstiones de magis & maleficis agitatæ sunt vsque ferme ad eiusdem Imperatoris obitum, prout apparet ex ipsius rescriptis eadem ex causa datis, de quibus anno sequenti agemus.

CIV. Quoniam autē hæc, quæ dicta sunt de Valente, Ioannes Chrysostomus (vt vidimus) testatur contigisse, cum ipse adolescentior esset; his hæc pro temporis ratione adijcienda putamus, quæ eadem sua ipsius ætate accidisse tradit Antiochiæ memoria digna, de conuersione famosissimæ meretricis: homilia enim in Matthæum sexagesima octaua habet ista: *At non audistis, quomodo illa meretrix, quæ omnes impudicitia superauit, vniuersos rursus continentia & virtute à tergo reliquit? Non dico illam, de qua in Euangelio scribitur, sed hanc, quæ nostra memoria ex Phœnice omnium ciuitatum iniquissima fuit. Hæc n. puer is nobis apud nos erat, & cum prima in theatro esset, nomen eius vbiq; ferebatur; non in vrbe nostra solum modo, sed ad Cilicas vsq; & Cappadocas. Hæc multorum patrimonia exhausit, hæc multos parentum orbos tenebat, hæc malefici quoque vti artibus dicebatur, quasi non eleganti corporis forma solum, verum etiam magicis cantibus & herbis retia tenderet: hæc Reginæ quoq; fratrem attraxit; tanta cupiditis tyrannide pollebat. Sed subito nescio quæ, imo vero certissime scio: voluntate namque commutata, & Dei gratia hoc modo impetrata, omnia illa spreuit & calcauit: ita diaboli officina proiecta, facile ad cœlum ascendit: & quamuis nihil erat ea petulantius, dum in scena versaretur, postea tamen continentia magnitudine insultas antecelluit. Cilicium n. induta per totam reliquam vitam hoc se pacto exercebat. Huius gratia & Præfectus à scenicis perturbatus armatos milites misit, qui non potuerunt eam rapere, nec à numero virginum, quæ ipsam receperant, abducere. Hæc cum ineffabili Sacramento communicasset, & condigne susceptā gratia vixisset, vniuersis per gratiam maculis detersis, naturæ demum concessit. Mirabilem enim Philosophiam post baptismum osteudit, nec vmquam amantibus antea, eamque sequentibus, ac diligenter quærentibus visa est: sed postea quam semel se ipsam inclusit, multos annos quasi vincta in carceribus peregit.* hæc de ea Chrysostomus. Iam reliqua prosequamur.

CV. ATHANARICI REGIS GOTHORVM PERSECVTIO. Interea vero Athanaricus Rex Gothorum, memor, quæ quātaue triennali bello à Valente Christiano Imperatore passus esset; q̄ non liceret, pacis ictæ legibus prohibentib. vel potius quod haud tantum vitium penes se esse sentiret inuadendi Romanum Imperiū, Christianos apud se agētes ipse Ethnicus persequi cœpit, nec destitit, quousq; publica expeditione, transmisso Istro, ipsum Valentem aggressus. Quod autem ad tempus inchoarit eiusmodi persecutionis spectat: istud ipsum S. Hieronymus profitetur, qui cum anno sexto Valentis Imperatoris id factum recenseāt, plane ad hunc ipsum annum septimum referēdum est: ipse enim sequenti anno à creatione Valentis, quo primus absoluitur annus & secūdus incipit, eiusdem Imperatoris annos aggreditur numerare. Hic igitur primus eiusmodi persecutionis annus iure statuitur; de qua ita Hieronymus *a: Athanaricus in Christianos persecutione commota, plurimos interficit, & de proprijs sedibus in Romanum solum expellit.* hæc ipse. Rursum vero eandem persecutionem cœptam esse hoc anno, inde etiam deducitur argumentū, quod cum S. Epiphanius testetur se cōmentarium illum aduersus hæreses scribere anno vndecimo Valentiniani atq; Valentis Imperatorum, id ipso exordio libri primi affirmans; rursumq; cum agit *b* de Audianis hæreticis, tradat monachos Gothos persecutionem passos à Rege Gothorum, iam quatuor ante annos, ex quo illa scribebat; hac ratione dicendum est, ipsos expulsos è Gothia fuisse anno septimo eorūdem Imperatorum. At de monachis illis inferius. Sed & Orosius *c* de fuga eorum hæc amplius: *Athanaricus Rex Gothorum Christianos in gente sua crudelissime persecutus, plurimos barbarorum ob fidem interfectos ad coronā martyrij sublimauit: quorum tamen plurimi ad Romanum solum non trepidi velut ad hostes, sed certi quasi ad fratres, pro Christi confessione fugerunt.* ita Orosius.

CVI. Contigit autem hæc persecutio, antequam ijdem Gothi Arianæ hæresis labe conspergerentur; adeo vt qui apud eos passi sunt, Catholici omnes habiti fuerint: quod quidem S. Augustinus testatur his verbis *d: Rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili; cum ibi non essent nisi Catholici, quorū plurimi martyrio coronati sunt: sicut à quibusdam fratribus, qui tunc illic pueri fuerant, & se vidisse meminerant recordabantur, audiuimus.* hucusque Augustini verba, cui magis assentiendum iure quis dixerit rem adeo certa fide testatam reddenti, quodq; his temporibus vicinior fuerit, quam *e* Sozomeno eos hæresi Ariana labefactatos affirmanti. At rem maximi ponderis, quod de fide Catholica martyrum sit controuersia, accuratius peruestigemus: atque in primis quid de his post Socratem *f* ipse Sozomenus habeat, in medium adducamus; omissis ijs, quæ de sede antiqua Gothorum & eorum è limitibus egressione ab ipso descripta sunt, vepote re omnibus ferme nota, ac multorum scriptorum chartis memoriæ commendata.

Quod vero ad persecutionem, de qua agitur, pertinet: in eo in primis erroris arguitur Sozomenus, dum ait ante persecutionem à Gothis motam, concessum esse ipsis ab Imperatore, agente ad hoc legatione apud eum Vulphila ipsorum Episcopo, Thraciam habitare: quod quidem falsum omnino esse, Ammiani g auctoritate conuincitur, cuius sententia liquet, Valentem Imperatorem, cum eos prælio pertentauit, Istrum semper fluuium pertransisse, quod scilicet illi regiones trans flumen positas incolerēt. Transitus autem eorum in Thraciam postea contigit, vt dicemus. Sed audiamus, quid ipse Sozomenus dicat de occasione concitata ab Athanarico in Christianos persecutionis, ait enim *h*:

*Haud adeo diu post, seditione intestina inter ipsos Gothos conflata, bipartito diuisos esse, atq; alteri factioni Athanaricum, * Phritigernem alteri præfuisse dicunt. Prælio igitur inter eos commisso, Phritigernem, re male gesta, auxilium à Romanis petijsse. Quod cū ei Imperator Valens concessisset; & milites Romanos, qui erant in Thracia, ei subsidio venire permisisset; prælio redintegrato victoriam consecutos esse. & Athanaricum suo exercitu in fugam vertisse. Atque quo gratiam Valenti referret, & se ei in omnibus rebus amicissimum fore confirmaret, se eius de fide & religione sententiæ addixisse, persuasisseque barbaris sibi subiectis, vt eadem sentirent. At vero non istam solum causam fuisse puto, cur vniuersa Gothorum gens ad hoc tempus vsque Arianis adiuncta sit: sed quod Vulphilas * eorum Episcopus, licet initio ab Ecclesia Catholica nihil dissentiret; tamen post, regnante Constantio, per insciitiam vna cum Eudoxio & Acacio, vipote ex Episcoporum numero, qui in Concilio Niceno conuenerant, Concilio Constantinopoli habito interfuit.* At hic quoq; magnopere hallucinatus est Sozomenus, dum ait Acacium & Eudoxium Nicæno interfuisse Cōcilio: neuter enim illorum præsens fuit, sed ipsorum prædecessores Arrhitæ. Sed pergit ipse: *Qui simul vt eo venit, dicitur, cum principes sectæ Arianæ cum ipso de religione disseruissent, essentque polliciti legationem ei Apud Imperatorem ex sententia confecturos fore, si modo ipsorum opinioni se vellet addicere, vel necessitate compulsus, vel quod eandem de Deo opinionem meliorem iudicaret, communionis Arianorum se addixisse, & totam suam gentem ab Ecclesia Catholica separasse.* hæc ipse.

CVII. SOZOMENVS VNDIQVE CONFVTATVR.

CVIII. ATHANARICVS ET PHRITIGERNES.

* Athalaricum,

* Vlphilas

CIX. At quam hic sibi aduersetur auctor, considera. Si enim (vt ait) iam à tempore Constantij Imperatoris in Concilio illo Constantinopolitano post Seleucienſe mox celebrato Vulphilas vna cum suis omnibus Gothis defciuit à fide Catholica, atq; Arianis inhæsit: qui interfuisse ait postea cum Valente Phritigernes promissionem, se vna cum suis eadem, quam ipse Imperator coleret, Arianam perfidiam sectaturum, quasi pergratum oblatum munus offerret pro gratiarum actione de impertita sibi aduectius Athanaticum ope? Si enim ex eius assertione, iam temporibus Constantij, Gothi Ariani facti erant: quid vltra Phritigernes ea pollicitaturus erat? Certe quidem vsque in hanc diem Gothos perseuerasse Catholicos; eos vero, qui sub Phritigernis ditione erant, ex conditione icti fœderis cum Valente Imperatore, mutatos in Arianos, testatur Orosius, nec non *i* Theodoretus, qui affirmat etiam id factū sub Valente Imperatore, Eudoxio id suadente ipsi Valenti, deceptosq; ab eo tradit

Gothos,

a *Hieron. in Chron.*

b *Epiphan. hæres. 70.*

c *Oros. li. 7. c. 7.*

d *Aug. de ciuit. Dei. li. 18. c. 52.* QVI MARTYRIVM SVB-ERVNT IN GOTHIA, CATHOLICI ERANT.

e *Sozom. l. 6. c. 37.*

f *Socra. li. 4 c. 27.*

g *Ammian. li. 27.*

h *Sozom. li. 6. c. 37.*

i *Theod. l. 4 c. vlt.*

Gothos, quod falso iactaret, nullam inter vtramque sectam differentiam intercessisse, sed verbalem potius inter Catholicos & Arianos cõtrouersiam illam extitisse, sicq; nihil dubij remanet, Gothos ante hæc fuisse Catholicos, subditos vero Phritigerni hoc anno cum ipso deuiare cœpisse. Sed quid post hæc Sozomenus?

CX. VULPHILAS EPISC. GOTHORŨ, INVENTOR LITERARŨ GOTHICARVM.

Gothi, inquit, *ab eo doctore*, nempe Vulphila, *ad pietatem & verum Dei cultum ampletendum instituti, & per eum ad mansuetiores mores traducti, in omni bustrũm facile eius consilio paruere, pro certo persuasi, nihil ab eo vel dicis improbè, vel fieri, sed omnia ad vtilitatem eorum, qui ardenti pietatis studio flagrabant, transigi. Quin etiam maximum dedit suæ virtutis specimen, oborta pericula pro religione Christiana tum subeundo, cum ipsem ipsi barbari Gothi, quos diximus adhuc religionẽ Gentilium colerent.* Sed & hic iste gradum, lector, ne errantem inconsulto sequens, in eandem erroris foueam inducaris. His omnibus nihil aliud videtur auctor asserere, nisi Vulphilam primum auctorem fuisse, qui Gothos ex Gentilibus reddidit Christianos. Atres Gothorum parum compertas habuit, ignorans nimirum iam temporibus Constantini Magni Gothos fuisse Christianos, ipsorumque Episcopum Theophilum nomine inter fuisse atque subscripsisse Nicæno Magno Concilio, prout index Episcoporum eidem subscriptorum satis aperte significat. Sed auctor hęc addit:

CXI. SÆVA PERSECVTIO ATHANARICI.

Primus præterea fuit, qui literas apud eos inuenerit, literarq; sacras in patrium sermonem conuerterit. Quare quod barbari propensum omnino sectam Arianam sequantur, hæc quidem causa fuit. Per idem tempus magnus numerus eorum, qui Phritigerni parebant, propter Christum martyrio è medio sublati sunt. Nam Athanaricus, cum Vulphilas multos eius ditionis subiectos ad religionem Christi deduxisset, iniquo animo ferens, perinde quasi antiqua & patria religio innouata fuisset, eorum complures multis ac variis mulctauit supplicijs: quorum pars in iudicium adducta cum viriliter & magno animo fidem Christi defendisset, interfecta est; pars, nulla pro se habita ratione, trucidata.

CXII.

Siquidem fertur, eos, quibus huius rei conficiendæ negotium Athanaricus imposuerat, statuam quandam in curru collocatam per singula Christianorum tabernacula circumduxisse, inpissegq;, vt eam adorarent, eisq; hostias immolarent. Quod cum facere recusassent Christiani, tabernaculo cum ipsis hominibus incenso consumptos fuisse. Porro aliam eladem hac multo miseriorem eodem tempore quoque accidisse accepi. Nam multi tum viri, tum mulieres, quarum alia pueros secum adduxerant, alia infantes recens natos & adhuc sugentes vbera, violentia eorum, qui ipsos ad sacrificandum impellebant, succumbentes, ad tabernaculum Ecclesiæ, quod ibi fuit, profugerunt: qui omnes, tabernaculo illo à Gentilibus incenso, pariter extincti sunt. Non longo tempore post Gothi ad mutuam fuere inter ipsos concordiam adducti: qui insolentia elati, Thraces grauibus affecere incommodis. hæc Sozomenus: cuius sententia illud affirmari videtur, quotquot apud Athanaricum martyrio vita functi sunt, quod essent subditi Phritigernii iam Ariana labe infecti, vt paulo ante dixit, fuisse eosdem pariter Arianos: ac proinde ipsos eius assertione ex errore deducta, ex nece consecutos esse impietatis supplicium, non autem adeptos coronam martyrij.

CXIII. ARIANI GOTHI NEQVAQVAM PATI MARTYRIVM POTVERE.

Sed videas nimia quædam oscitantia, sicut in aliis nuper confutatis, ita in his auctorem minime sibi constare, suisq; ipsius scriptis perualide cõfutari. Etenim quonam pacto, rogo, Athanaricus Christianos subditos Phritigerni, eo modo, vt ait, male affecit, si ipse in prælio posteriores recluit & in fugã conuersus est; Phritigernes vero vt victor, non solũ non amiserit sibi subditos, sed (quod accidit prælio vincentibus) aduersariæ partis homines sibi subiecerit? Cum igitur tum ipsius Sozomeni, tum etiã Socratis assertione satis liqueat Arianam fidem in gratiã Valentis illos tantũ Gothos amplexatos esse, qui Phritigerni subditi erant, cumq; & hos nequaquã deneniſſe cõstet in manus Athanarici, qui potius suorũ nonnullos amisit: dicere opus est, Athanaricum sibi subditos tantum vexare voluisse. Quamobrem cum recitata à Sozomeno omni ex parte, vt vidimus, fide corruãt; æquè desicienda sunt: quæ etsi consisterent, præponenda tamen illis esset Augustini sententia, vt longe magis probatæ fidei auctoris, id in primis ex Gothorum gentili, qui rea spectauit, testantis: cum præsertim eidem suffragentur antiquæ tabulæ Ecclesiasticæ tam Græcorum, quam Latinorum, in quibus æquè ac cæteri sanctissimi martyres, Gothi illi ab Athanarico fidei causa occisi, adscripti legantur, publiceq; statis diebus in Ecclesia recitantur, vt Saba atq; Nicetas, de quibus suo loco dictum sumus: perseuerasse enim eiusmodi persecutionem triennio, ea, quæ narranda sunt inferius, declarabunt.

Ad hos alludens Cyrillus a Hierosolymitanus, qui & hoc florebat tempore, ait: *Perſa, Gothi, & omnes gentes testantur morientes pro illo, quem corporis oculis non viderunt.* hæc ipse, haud dubium Catholicos citans fidei testes. Scimus & sanctum Epiphanium, qui (vt diximus) anno quarto post indictam à Rege Gothorum persecutionem, Panarium suum scribebat, eum agit de Audianis hæreticis, præter Gothos illos, quos Audæus in monachos cõuertisset, cæteros omnes Catholicæ pietatis fuisse coltores affirmare; nec quod Ariani fuerint, vel in suspicionem venisse visum esse. Sed quid ipse dicat de Audianis, audiamus: *Sustinuit*, inquit *b*, *ipse Audæus senex exilium, ad Scythiæ partes à Rege relegatus, eo quod rebelles faceret populos: nam ab Episcopis ad Regem delatus est. Illic enim annorum tempore (haud scio dicere quanto) commoratus est, vlterius progressus, & ad intima Gothiæ, multas Gothorum in fide instruxit. Ab ipso sane etiam monasteria in eadem Gothia facta sunt, & vita conuersatio instituta, virginitasque, atque exercitatio pietatis non vulgaris.* Est enim re vera hic ordo in valde admiranda conuersatione, & omnia in ipsorum monasteriis recte se habent, excepto his contentionibus tum curiati Paschatis, tum peculiaris pertinaciæ in exponendo id, quod est secundum imaginem, nempe Anthropomorphitem facere Deum. Cæterum quod grauissimum ac horrendissimum est, non faciunt preces cum aliquo, etiam si probatus videatur, & nihil habeat, quod accusari mereatur, neque scortationis reprehensionem, aut adulterij aut auaritiæ, sed quod talis in Ecclesia conuersatur. Atque hoc horrendum est, quod inuentant nomen Christianorum à sancta Ecclesia impositum, quæ non habet addititium nomen, sed solum Christi; & quod Christiani, Audiani vocantur, assentiuntur q; in constitutionem humanæ naturæ, cuius ratio ab ipsis exigitur, etiam si vitæ sinceritate & iustitia in ordo sit ornatus.* b Epiphan. hæreſ. 70. AVDIANI EX GOTHIS PLVRES.

Multi porro & post illius obitum fuerunt cum ipsi, & post ipsum ordinis ipsius Episcopi: Vranius quidem Mesopotamiæ, sed & è Gothia habuit aliquos. ipsorq; constituit Episcopos: fuit & Siluanus, & alij quidam, quorum aliqui è vita decesserunt, præsertim Vranius, qui ex medio istorum gloriosus erat. Verum post obitum horum ipsorum Episcoporum Vrany & Siluani, qui ex Gothia originem trahebat plerig, dissipati sunt. & valde imminuta est horum congregatio, & in partibus Chalcidis ad Antiochiam sita, & in partibus Euphratis. Nam è Gothia plerique fugati sunt non solum ex illis, sed etiam nostri illic Christiani, persecutione magna instante sub Rege Gentili, qui valde malus fuit, & Romanis infestus eo quod Romani Reges essent Christiani: ita vt tota gens Christianorum ab illis partibus fugata sit, ne resiaret radix sapientiæ, neque planta fidei. At tamesi videantur omnes esse fugati, omnino sunt illic Fideles homines: non enim possibile est fidei fontem desicere. Multi igitur ipsorum Audianorum, vbi discesserunt à Gothia & nostris partibus, huc delati cohabitant à tempore hoc annorum quatuor. hæc Epiphanius, de Arianis nullam penitus habens mentionem, sed tantum Gothorum Audianorum, & eorum, qui Christiani (vt ait) essent, nempe Orthodoxæ communionis.

CXV. PRÆCIPVI AVDIANORVM.

Cæterum haud posthac collapsa reperitur illa Gothorum atq; aliarum Borealium prouinciarũ Ecclesia: quin eg'eg'è exculta est à sanctissimo viro Niceta eorum Episcopo, de quo meminit S. Paulinus; qui cum & ipse patiter hoc eodem claruerit sæculo, minimè potuit, quæ scriptis edidit, ignorasse, dum eiusdem Nicetæ aduenientis Nolam ad S. Felicem Martyrem in patriam reditum sapphicis decinit carmine, & inter alia hæc habet:

CXVI. GOTHORŨ APOSTOLVS NICETA.

Te patrem dicit plaga tota Borea,
At tuos fatus Scytha mitigatur,
Et sua discors fera to magistro
Pectora ponit.

Et Geta currunt & vterque Dacus,
Qui colit terra medio, vel ille
Diuitis multo boue pelleatus
Acola ripa.
De lupis hoc est vitulos creare,
Et boui iunctum palea leonem
Pascere, & tutis caua viperarum
Pandere paruis. & paulo post:
Orbis in muta regione per te
Barbari discunt resonare Christum
Corde Romano, placidamq; casti
Viuere pacem.

Porro quod de Getis ait, de Gothis esse intelligēdum, S. Hieronymus *a* in Quæstionib. Hebraicis persuader, dum tradit omnes ecuditos per Getas intelle xisse Gothos. Meminit alibi idem S. Hieronymus *b* de Gothis simul cum aliis Christiana religione Philosophantibus. Quod aūt ad Nicetam spectat: diuersus esse Niceta Paulini ab illo eiusdem nominis martyre, qui hac persecutione durante, tempore tamen Imperij Gratiani, martyrio coronatus est, intelligi ex eo potest, quod ea à Paulino conscripta, post Gratiani Imperium contigisse videantur. Porro in Actis Nicetæ martyris, de quibus suo loco dicendum, dum agitur de bello Phritigernis ad uersus Athanaricum susceptо, hæc leguntur *c*: *Phrytigernes Thracia exercitu accepto, & eo, qui sibi remanserat, transmittit Istrum. Itaq; ferentes diuinam Christi crucem milites precedentem omnes suas copias, prælio consligunt cum aduersariis, & cum qui vicerat, facile vincunt: illum multitudo partim quidem coditur, partim capitur, cum Athanaricus turpissime cum paucis sua vita fuga consuluisset.* ita ibi. Ex quibus videas & intelligas, Athanaricū à gente Christiana & signis Christianæ religionis se superatum indignè ferentem, in Christianos Gothos sibi subiectos odium conuertisse, in eosque furorem conceptum exercuisse. Sed iam ad Valentiniani rescripta vltimo loco anni huius orationem conuertamus.

a Hieron. quæst. Hebraic. in Genes.
b Hie. ep. 3.
c Extant apud Metaphrast. die 15. Septemb. & ead. die apud Surium. tom. 5. GOTHI SIGNO CRVCIS PRÆVIO VINCVNT.

CXVII. Hoc ipso anno, ijsdemq; Consulibus, Valentinianus Imperator ad Damasum Romanum Pontificem eiusmodi rescriptum *d* dedit, quod in Codice Theodosiano positum his verbis descriptum legitur:

d Leo. de Episc. & cler. C. Th.

Impp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA.

LEGE VALENTINIANI CONTRA AVARITIA CLERICOR. ET MONACHORVM.

Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillorum domos non adeant: sed publicis exterminentur iudicijs, si posthac eos affines earum vel propinqui putauerint deferendos. Censemus etiam, vt memorati vibil de eius mulieris, cui se priuatim sub pratextu religionis adiunxerint, liberalitate quacunque, vel extremo iudicio possint adipisci. Et omne in tantum inefficax sit, quod alicui eorum ab his fuerit derelictum, vt nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione, vel testamento percipere. Quin etiam si forte post admonitionem legis nostræ aliquid ijsdem ea fœmina vel donatione, vel extremo iudicio putauerint relinquendum, id fiscus vsurpet. Caterum si earum qui voluntate percipiunt, ad quarum successionem vel bona iure ciuili, vel edicti beneficijs admeantur, capiant vt propinqui. Lecta in Ecclesia Romæ III. Kal. Augusti Valentiniano & valente III. AA. Coss.

CXIIII. At quoniam de lege noua & parum æqua atq; à Christiano Imperatore sancita agitur, de ea accuratius disquirendum, & in primis de causa eius ferēdæ, qua permotus Valentinianus Imperator hęc ipsa statuerit. Putasne eadē peccata in Ecclesia desiisse, quæ etiam ipsis Apostolorum temporibus, ijsdem licet ex aduerso clamantibus, prauorum Christianorum studio in castra Fideliū irrepserunt? An non sumus memores, versatos inter eos, qui ex Euangelio conficerent mercaturā, *quæstum* (quod ait Paulus *e*) *existimantes esse pietatem?* An non de his est illa eiusdem Apostoli querela ad Titum *f* scribētis, qui turpis lucri gratia circuirent, atq; domos subuerterent; quique (quod Timotheum *g* admonet, vt hos vitet) speciem habentes pietatis, penetrarēt domos, captiuasq; ducerent mulieres oneratas peccatis? Et sane nō vnum tantum vel alterum id genus homines reperire erat in Ecclesia illa Apostolorum manu plantata; sed adeo abundanter eiusmodi mali frutices excreuere, vt cum non valuerint eorundem Apostolorum falce succidi, eo angustiæ inter alios ipsum Paulum redegerint, vt manibus potius victum quęreret, quam à Fidelibus aliquid accipiendo, ex eorum numero esse videri posset: cum alioqui victū sibi necessarium iure ex Euangelio accipere potuisset: nam sic ipse ad Corinthios *h*: *Non vsi sumus hac potestate; sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.* At quanto putas pretio Paulus redemisset, si quod non Ecclesiastica disciplina compescere posset, non coercerent Apostolicæ minæ atq; cēsuræ, hoc Pauli ipsius persuasione sæcularis iudicij seueritas sustulisset; amputasseq; penit⁹ infestos sagetib. vepres gladius potestaris, quos Apostolica securis succidere minimè valuisset? Duos plane gladios Ecclesiæ vsui inseruire, eosdemq; sub Petri iure contineri, sua sententia Dominus comprobauit *i*.

CXIX. In quam autem densam latamq; siluam excreuisse oportuit in Ecclesia eiusmodi spinas se inuicem cōplectētes, ex eo saltem intueri licet. Etenim si Apostolorum tēporibus ager ille Dominicus sub Apostolorum cultu inter tot Gentilium ac Iudæorū persecutiones, hisce tamen prauis germinibus refertus erat: quid factum putandum tempore pacis Ecclesiæ, sub Christianis Imperatoribus, & in ea potissimum Vrbe, in quam è toto Orbe diuitiæ tanquam in mare flumina confluxissent? Vt non miteris, si Ammianus *k* dicat, adeo ditatam Romanam Ecclesiam oblationib. matronarum. Sed huiusce modi nundinationis hoc tempore Romæ exerceri solitæ, ex S. Hieronymo, qui aderat, petita, hic afferamus exempla de turpi clericorum quorundam assentatione, qua aucuparentur munera fœminarum: *Clerici* (inquit) *l, ipsi, quos & magisterio esse oportuerat & timori, osculantur capita matronarum, & extenta manu, vt benedicere eos putes velle, sinescias, pretia accipiunt salutandi. Illa interim, quæ Sacerdotes suo viderint indigere præsidio, eripiuntur in superbiam; & quia maritorum experte dominatum, viduitatis præferunt libertatem.* & post multa: *Quidam in hoc omne studium vitæq; posuerunt, vt matronarum nomina, domos, mores q; cognoscant: ex quibus vnum, qui huius artis est princeps, breuiter strictimq; describam: quo facilius magistro cognito, discipulos recognoscas. Cum Sole festinus exurgit, salutandi ei ordo disponitur, viarum compendia requiruntur, & pene vsque ad cubicula dormientium senex importunus ingreditur, si puluillum viderit, si mantile elegans, si aliquid domesticæ supellectilis; laudat, miratur, attrectat; & se his indigere conquerens, non tam impetrat, quam extorquet: quæ singulæ mittunt veredarium Vrbis offendere, &c.* fortasse hic ille Sophronius, de quo idem paulo superius: *Talem olim Antynum, talem nuper Sophronii Roma congemuit: qui postquam nobilium introierunt domos, & deceperunt mulierculas oneratas peccatis, semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, tristitiam simulant, & quasi longa ieiunia furtiuis noctium cibis protrahunt.* at hi monachorum nomine vagabantur.

i Luc. 22.
k Ammian. lib. 27. CLERICORVM ET MONACHORVM EXCRESCENS CVPIDITAS COERCENDA.
l Hier. ep. ad Eustochium 22.
m 2. Tim. 3.

CXX. Sed quid ad Heliodorum? audi *n*: *Aly nummum addant nummo, & in marsupium suffocantes matronarum opes venentur obsequio: sint ditiores monachi, quam fuerant seculares: possideant opes sub Christo paupere, quas sub locupleto diabolo non habuerant: & suspiret eos Ecclesia diuites, quos tenuit mundus ante mendicos, &c.* & ad Nepotianum, quanto studio soleant eiusmodi personas aslectari, & quouis ministerio aucupari senum hæreditates, hæc habet *o*: *Audio*, inquit, *præterea in senes & anus absque liberis quorundam turpe seruitium. Ipsi apponunt matulam, obsident lectum: purulentiam stomachi & flegmata pulmonis manu propria suscipiunt: pauent ad introitū medici: tremente mq; labio, an commodius habeant, scisitantur: & si paulum senex vegetior fuerit, peruicitantur: simulata q; latitia, mens intrinsecus auara torquetur: timent enim, ne perdant ministerium, & viuacem senem Mathusalem annis comparant. O quanta apud Deum merces, si in præsens pretium non spectarent! quantis sudoribus hæreditas cassa expetitur! minori pretio margarita Christi emi potuerat.* hucusque Hieronymus. At dices: Cur hæc refossa, ac in vnum collecta, omnibus spectanda in Annalibus ponis, perpetuo obruenda silentio, quorum causa ipse sanctus Hieronymus com-

n Hier. ep. 3. VRPITVDO SORDIDORVM CLERICORVM.
o Hier. ep. 2.

pluries

pluries in se studia clericorum armauit? Vt ex his, lector, intelligas sanciendæ ab Imperatore legis occasionē; meque (q̃ ingenui scriptoris est) veri amantis historici probe scias explere numeros, nec in gratiam hominum, vitia reticendo, laudare virtutes.

CXXI. *a Hieron. ep. 2.*

At quam appositè eiusdem sanctionis editæ Hieronymus in Epistola ad Nepotianū a meminit, ex his accipe: *Pudet dicere: Sacerdotes idolorum, mimi, & aurigæ, & scorta hereditates capiunt: solis clericis ac monachis hoc lege prohibetur, & non prohibetur à persecutorib. sed à Principibus Christianis.* nempe Valentiniano, Valente, & Gratiano Imperatoribus, quorum nomina in sanctionis inscriptione legebantur. & subdit: *Nec de lege conquerer, sed doleo, cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum est: sed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio? Proinde seueraq; legis cautio: & tamen nec sic refrenatur auaritia. Per fidei commissa legibus illudimus, & quasi mala nostra sint Imperatorum scita, quam Christi, leges timemus, & Euangelia contemnimus. Sit hæres, sed mater filiorum, id est gregis sui Ecclesia, qua illos genuit, nutriuit, & pauit: quid nos inscrimus inter matrem & liberos?* ex his videas Hieronymum eidem alludere sanctioni, qua quidem nequaquam prohibentur Ecclesiæ hæreditates accipere vel legata, vel quid huiusmodi, sed Ecclesiasticæ personæ, siue clerici, siue monachi, qui continentium nomine honestabantur: vt intelligas hosce nebulones priuatim occupantes hæreditates tanquā harpyias quasdam inhiantes matronarum diuitiis, & impuris morib. cuncta fœdātes proscribere ab Vibe studuisse ipsos Imperatores. nam & de eisdem mox subdit: *Gloriā Episcopi q̃ pauperum inopiæ prouidere: ignominiæ Sacerdotii est propriis studere diuitijs.* & de aliis in ista persona, vt minus verbotum flagra læsos cruentent: *Natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem fauces ventrem poterat, nunc similam & mella fastidio: noui & genera & nomina piscium: in quo littore concha lecta sit, calleo: saperibus animum discerno prouincias, &c.* hęc de helluonibus illis aliorum diuitiis inhiantibus, quos Imperatorum lex sancita coercuit.

AVARITIA LEGE COERCENDA SÆCVLARI CONTEMPTVI HABITA LEGE DIVINA.

CXXII. *b Ambros. epist. 31.* LEX PRODIGOSA ECCLESIASTICIS PERSONIS.

Meminit eiusdem quoq; legis Ambrosius, dum ad Valentinianum iuniorem scribens, sic ait *b*: *Nobis etiam priuata successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus iniuriam, quia dispendia non dolemus.* & paulo inferius: *Scribuntur testamenta templorum ministris, nullus excipitur profanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ: soli ex omnibus clerico ius commune claditur, à quo solo pro omnibus votum commune suscipitur, efficium commune defertur, nulla legata vel grauium viduarum, nulla donatio. Et vbi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta præscribitur. Quod Sacerdotibus phani legauerit Christiana vidua, valet; quod ministris Dei, non valet. Quod ego non vt querar, sed vt sciant, quid non querar, comprehendi: malo enim vos pecunia minores esse, quam gratia. Sed referunt ea, quæ vel donata, vel relicta sunt Ecclesiæ, non esse temerata.* hæc Ambrosius cum agit aduersus Symmachum postulantem Sacerdotibus atq; virginibus Vestalibus emolumenta restituēda esse: cum alioqui idem Sanctus Ambrosius æque ac S. Hieronymus alibi damnet clericos ex pietate quæstum captantes, his verbis *c*: *Si enim non contentus stipendio fuerit, quia de altario, Domino iubente, consequitur; sed exercet mercimonium, intercessiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur: hic negotiator magis potest videri, quam clericus. Nam licet dicere possumus; nemo nos inuaserit, aut quit violentia, nullus accusat: quasi non interdum maiorem prædam à viduis Mandamenta eliciant, quam tormenta. non interest apud Deum, vtrum vi, An circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.*

c Ambros. serm. 7.

CXXIII. CONSENSV DAMASI FP LEX ILLA SANCITA PVTATVR.

Quod autem tum Hieronymus, tum Ambrosius eodē fere tempore æquè inuehātur in clericos bonis viduarum anhelantes, quodq; Damasus, ad quē Imperatorum rescriptum datum est, illud in Ecclesiis Vibis legi voluerit, cum tamen id minimè reperiatur ab ijsdem Augustis fuisse præceptum, nec exemplum vllum præcesserit, vt Imperatoriæ sanctiones in Ecclesiis legerētur, sed affigerentur illæ in albo Pretoris: equidem verisimile est, ipso Damaso id agēte, ab ijsdem Imperatoribus eiusmodi fuisse editam sanctionem aduersus diuitiorum decretorum contemptores, ad demoliēdam clericorum & monachorum eiusmodi quæstuariam ac sordidam officinam: vt qui cōtemnerent sancta Dei Euangelij præcepta, & pro nihilo ducerēt sacros Conciliorum canones, ipsorumq; Romanorum Pontificum decreta quælibet deriderent, sic saltem ijdem procaces ab ipso Imperatore Valentiniano compescerentur, quē constat in cæteris iura Ecclesiastica sarta recta seruari voluisse: nam de eo S. Ambrosius *d* ad ipsius filium Valentinianum iuniorem: *Nec quisquam, inquit, contumacem vocare me debet, cum hoc asseram, quod Augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: in causa fidei, vel Ecclesiasticis alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis.* quod scilicet iura & causas, res q̃ omnes Ecclesiasticas voluerit ab Ecclesiasticis pertractari, vt alias de his superius pluribus dictum est.

d Ambros. ep. 32.

CXXIV.

Cæterum quod in hoc argumento versamur, vt de legibus parum æquis à Valentiniano Imperatore promulgatis agamus: de ea haud dissimulandum esse putamus, qua Socrates ait ipsum sanciuisse, vt quicunq; vellet, duas posset vxores habere. At res magni mōmēti haud perfunctoriè tractanda videtur: sed accurate de eius veritate disquirere, operæpretium existimamus. Verum quoniā eiusmodi assertionis vnus Socrates primus habetur auctor: hic verba singula ab eo descripta reddemus *e*: *Iustina, inquit, orbata patre Prafecto prouinciæ Picena sub Constantio, virgo permansit: Postea tempore progrediente, Seuera Imperatoris Valentiniani coniugi nota esse cœpit, crebroq; cum illa venit in colloquium. Postquam vero creuit inter eas consuetudo & familiaritas, eisdem balneis pariter lauabant. Idcirco Seuera, vbi Iustinam in balneo lotam vidisset, virginis pulchritudine mire capiebatur: capitq; de ea apud Imperatorem verba facere: Iusti filiam virginem esse pulchritudine admodum admirabili: sed, licet esset mulier, eius forma adeo venusta vehementer oblectari. Imperator vxoris verba mente interiori recondens, consilium de Iustina in vxorem ducenda init, Seuera, de qua Gratianum, quem paulo ante Imperatorem declarauerat, suscepit, neutiquam repudiata. Quare legem tulit, vt cuiq; volenti liceret duas vxores habere legitimas, eamq; in singulis ciuitatibus detulgauit. Legeitaq; diuulgata ipse Iustinam duxit vxorem, ex qua Valentinianum iuniorem, & tres filias, Iustam, & Gratam, & Gallam procreauit: quarum duæ vitam in virginitate traduxerunt, Galla autem postea Theodosio Magno in matrimonium collocata fuit, ex qua Placidia filia ei nata est.* hucusque Socrates.

e Socra. l. 4. c. 26. VALENTINIANI LEX DE DVAB. DVCENDIS VXORIBVS.

CXXV.

At conuincitur ex pluribus, apertissimis mendaciis anilem vel ab eo concinnatam esse fabellam, vel potius ipsum ab aliquo è triuio acceptum vt verum, conscripsisse cōmentum. Vnde, quæso, Socrati, Iustinam fuisse virginem, cum eam Valentinianus accepit in coniugem, quā cōstat vxorem fuisse Magnentij tyranni? testatur id quidem inter huius temporis scriptores Zosimus *f*: qui certe quo non pretio redemisset, vt in Christianum Imperatorem proximè succedentem post Iulianum, quē in odium Christianæ religionis adeo celebrat, potuisse tantum facinus exprobrare? Et quid dicemus de Ammiano æquè Gentili, & in Christianos Principes (vt vidimus) parum æquo, qui tamē nihil adeo celebrat in Valentiniano atq; commendat, ac castitatem? sed eius verba reddamus *g*: *Omni pudicitiæ cultu domi castus & foris, nullo contagio conscientiæ violatus obscœna, nihil incestum: hanc q̃, ob causam tanquam retinaculo petulantiam refrenauit aula regalis, &c.* hæc ad finem vitæ ipsius Ammianus. Appello nunc rectum eruditorum omnium sanumque iudicium: Potuissentne hæc de Christiano Principe à scriptoribus in Christianam religionē infensis adeo prædicari, si Valentinianus fuisset publica illa obscœnitate pollutus, quam scimus à Romanarum rerum historicis *h* in barbaris esse derisam; & in Romano *i* Imperatore id tentante magnoperē improbatam?

f Zosim. l. 4. REFELLITVR FALSA OPINIO DE LEGE LATA.

g Ammian. li. 30.

At quomodo non magis ijdem scriptores Ethnici pudendum scelus voce præconis in vnaquaq; ciuitate Romani Imperij proclamatū fuissent inuectiuis grauissimis insectati? cum non solum id minimè fecisse reperiantur;

h Sallust. de bell. iugurt. i Suet. in C. Iul. c. 52.

CXXVI.

sed

sed contra potius virtutem illam domi forisque lucẽtem, perspicuam conspicuamque omnibus factam, nulla valentem offundi caligine, castitatem tanti, Principis tanto præconio efferant, quanto sciam necantea, nec postea quenquam eo nomine ab eis esse laudatum: cum alioqui si talia perpetrasset, turpior videri potuisset Commodo & Heliogabalo, qui licet impurissimi, nunquam tamen huiusmodi facinus pertentassent: Et quidem honestiores illo Valerianus & Gallienus Imperatores *a*, qui suis legibus duas simul habentes vxores notarunt infamia: Quin & Valentiniano puriores ac iustiores dicendi Diocletianus & Maximianus Augusti, qui hæc rescripsisse reperiũtur ad Sebastianum *b*: *Neminem, qui sub ditione sit Romani nominis, binas vxores habere posse, vulgo patet: cum etiam in edicto Prætorio huiusmodi viri infamia notati sint. Quam rem competens Iudex inultam esse non patiatur.* hæc ipsi.

a l. 2. C. ad leg. Iul. de adult.

b l. 2. C. de incest. nup.

CXXVII. At quantum re vera execrabilis fuerit Christianis Principibus eiusmodi polygamia, docuit Theodosius Imperator, qui post Valentinianum cum Gratiano regnauit: nam eiusmodi scelus sic persecutus est, vt coercuerit in externis *c*: prohibuit enim Iudæos duas simul habere vxores: quod multo magis emendasset in Christianis, si talibus inuenisset sordibus inquinatos: quorum innumera tunc plane multitudo fuisset, si quod vult Socrates, Imperator lata per Orbem lege, carnis immunditiis laxasset habenas, imo & nefandæ licentiæ iusto prætextu viam aperuisset. Sed & quem tunc oportuisset concitatum esse per vniuersum Romanum Imperium tumultum, cum abrogata turpi lege à successoribus Imperatoribus, quæ secundo loco ductæ erant vxores, dimittendæ fuissent: cũ tamen nulla de his vel leuis memoria habeatur, quod scilicet hæc omnia falso essent asserta.

c l. 7. C. de Iudæis.

CXXVIII. Sed & quonam modo, quæso, res toto Romano Imperio diffamata, nonnisi vni, qui post hæc tempora, vixit, innotuit Socrati? ex eo enim cæteri descripsere, Paulus Diaconus, Zonaras, qui vno eodemque tempore duas Valentinianum tradũt habuisse vxores, atque Nicephorus, & si qui alii, qui inconsulte nimis prærium ducem cæcum secuti sunt. Non hæc Hieronymus, Orosius, non Seuerus, & alii plures Latini, qui his temporibus claruere scriptores, huius ætatis cuenta scribentes: neque penes Græcos Sozomenus, vel Theodoretus, qui eiusdem Imperatoris res gestas prosecuti sunt; qui de his ne verbum quidem vel nutum minimum edidere. Plus sane quam millies necessitas poposcisset, huius sæculi Latinos Ecclesiasticos tractatores eiusmodi à Valentiniano editæ legis meminisse. Hieronymum, Ambrosium, & Augustinũ, cum eos de polygamia frequenter disputare contigerit, & illud Pauli ad Timotheum *d* sæpe sæpius reciprocare: *Vnius vxoris virum*, si aliquando edita illa fuisset; cui is quidem apud eos nec vel leuis mẽtio reperitur; cum alioqui penes Hieronymum *e*, Valentinianum ipsum vt austerũ nimis vindicem violatæ castitatis videas in crimen adduci, dum agit de muliere septies icta. Sed & Ammianus fidem facit sub eius Imperio complures virgines & nuptas adulterii Romæ esse damnatas. Atsi cessaret hæc omnia: illud vnum satis ad eiusmodi explodendum commentum. Passurus ne fuisset Damasus Papa, laturiue id reliqui Catholicæ communionis Episcopi, à Christiano Imperatore promulgari legem, qua soluerentur penitus Christianæ disciplinæ censura, atque hæresis sanciretur? Quorum causa obnitendum erat omnibus, vt generalibus coactis Conciliis, aduersaria decreta ederentur, legarenturque Episcopi, qui velut Ioannes Herodem redarguerent Imperatorem. At de his ne leuis quidem rumusculus: cũ alioqui, si vera fuissent, totus commouendus fuisset Catholicus orbis.

d 1. Tim. 3.

e Hier. ep. 49.

f Ammian. lib. 28.

Cesset igitur de infami lege suspicio, & de duarum simul vxorum coniugio fileat falso asserta calumnia, atque euanescat in auras, qui summa leuitate concinnata & ab aliquibus acceptus est error. Duxit quidem Iustinam, sed post Seueræ prioris vxoris obitum, cuius nulla postea mentio prorsus habetur.

CXXIX. Quod rursum ad eiusdem Valentiniani rescripta hoc eodem anno data spectare videtur: laude plane dignum extitit illud, quo iis, qui Romam se conferrent liberales disciplinas addiscendi causa, consuluit, eorumque vitæ moribus optime prospectum voluit. Est autem huiusmodi ad Olybrium iterum Vrbanam præfecturam gerentem *g*:

g lib. 1. de stud. lib. Vrb. Rom. C. Theod. ROMANÆ SCHOLÆ LEGE VALENTINIANI OPTIMÆ INSTITVTÆ.

Quicunq; ad Vrbem discendi cupiditate veniunt: primitus ad magistrum census prouincialium Iudicum, à quibus copia est danda veniendi, eiusmodi litteras proferant, vt oppida hominum & natales & merita expressa teneantur. Deinde, vt in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studiis operam nauare proponant. Tertio, vt hospitia eorum solicite censualium norit officium, quo ea rei impertiant curam; quam se asseruerint expetisse. Itidem immineant censuales, vt singuli eorum tales se in conuentibus præbeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamq; famam, & consociationes quas proximas putarunt esse criminibus, æstiment fugiendas: neve spectacula frequentium adeant, aut appetant vulgo intempestiua commissa. Quin etiam tribuimus potestatem, vt si quis de his non ita in Vrbe se gesserit, quem admodum liberalium rerum dignitas poscat: publice verberibus affectus statim q; nauigio superpositus abijciatur Vrbe, domumq; redeat. His sane, qui sedulo operam professionibus nauant, vsque ad vigesimum sue ætatis annum Romæ liceat cõmorari. Post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare, solicitudine Præfecturæ etiam impurius ad patriam reuertatur. Verum ne hæc præfunctorie sortasse curentur: præcisa sinceritas tua officium censuale commoueat, vt per singulos menses, qui vel vnde veniant, quiue sint, pro ratione temporis ad Africam vel ad ceteras prouincias remittendi, Breuibus comprehendat: his dumtaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adiuncti. Similes autem Breues etiam ad seruitia manusectrinitis nostræ annis singulis dirigantur: quo ne vitio singulorum, institutionibusq; compertis, vtrum quandoque nobis sint necessarij, iudicemus. Dat. 4. Id. Mart. Treu. Valentiano & Valen. 3. AA. Coss.

Ad huius plane legis decreta spectat, quod S. Augustinus de seipso in suis Confessionibus ait *h*: *Non ideo Romam pergere volui, quod maiores quæstus, maiorq; mihi dignitas ab amicis, qui hoc suadebant, promittebantur (quamquam & ista ducebãt animum tunc meum) sed illa erat tunc causa maxima & pene sola, quod audiebam quietius ibi studere adolescentes, & ordinatiore disciplina coerceri sedari, ne in eius scholam, quo magistro non vtuntur, passim & proterue irruant nec eo admitti omnino, nisi ille permiserit. Contra apud Carthaginem sæda est & intemperans licentia scholasticorum. Irrumpunt impudenter, & prope furiosa fronte perturbant ordinem, quem quisq; discipulis ad proficiendum instituerit. Multa iniuriosa faciunt mira habetudine, & punienda legibus, nisi consuetudo patrona sit, hoc miseriores eos ostendens, quo tã, quasi liceat, faciunt, quod per tuam æternam legem nunquam licebit, & impune se facere arbitrantur, cum ipsa faciendi cecitate puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora, quam faciunt.* hæc Augustinus: ex cuius quoq; sententia atque aliorum, & illud probe prudenterq; statuisse visus est Imperator, vt in eisdem scientiis addiscendis operam Romæ nauantes adolescentes nequaquam post annum ætatis vigesimum diutius ibidem agere sineretur; ne scilicet iam liberiores otio & pescentes vrbanis irretirentur illecebris. Magno sane bene ante institutæ vitæ discrimine adolescentes desides Romæ morari, illud Paulini huius quoq; temporis viri ordinis Senatorii, postea v. Nolani Episcopi sanctitate clarissimi admonet, cũ ad Licentiũ olim Romæ ab Augusti imbuto rhetoricis facultatibus ita versibus scribit:

h Aug. Cõfess. l. 5. c. 8. AVGVST. CVRSE ROMAM CONTVLIT AD DOCENDVM.

Nunc te sollicitat variis maiestas ad figuris
Heu validos etiam flectere Roma potens.
Sed tibi, mate precor, semper Pater Augustinus
Occurrat cunctas Vrbis ad illecebras.
Illum tanta inter fragilis discrimina vitæ
Aspiciens, & habens pectore, tutus eris. ista Paulinus

i Aug. Aug. ep. 36. ROMAIN-CAVEIS IVVENIBVS DAMNOSA.

in epistola ad Romanianũ. Et quidem quod ad hæc spectat (ex eo quod in hęc incidimus) illa de Roma mea sententia est, vt qualẽ quis eam velit, talem inueniat; instarque sit feracissimi agri, qui quodcunque susceperit semen, illud multiplicato reddit fœnore: adeo vt iniusta plane & inuidiosa appareat esse multorum querela, quamuis occasionem captantium de Romana Ecclesia & de ipsa Vrbe quasi omnium vitiorum altrice obtrectandi; cum fortasse

ROMAM QVALEM QVIS VVLT TALEM HABET.

taſſe Romæ verſati, nullum penitus de viris ſpectata probitate atq; litteris egregie excultis, quibus illa abundat, neque de locis delectum habentes, in quas ſemel incidere cloacas, in iiſdem merſi, loco impudenter adſcribãr, quod ſuæ ipſorum vecordiæ inprimis fuerat tribuendum. Mihi certe de Vrbe illud liceat haud ingrato fateri, quod de Athenis Gregorius Nazianzenus affirmat: nimirum Roma ipſa etſi aliquibus fortaſſe pernicioſa fuerit, mihi certe gemmea, omnique ex parte beata atque proficua ſemper extitit, vtpote quæ me plenæ pubertatis adoleſcentulum vãgum & infrenem excipiens, mox ſub Chriſti iugo redactum alumnum quem ſuſcepit, edomuit, ſedulæ magiſtra morum exiſtens ac litterarum: vt plane intelligam, quod minus in vtriſque profecerim facultatibus, mihi cedere culpæ, non Vrbi. At de his hactenus. Iam quæ anni huius ſunt reliqua, proſequamur.

CXXXI. QVIBVS CAPITATIONIS CENSVS RELAXATVR. *l. 6. de cenſibus Cod. Theod.*

Eodem quoque anno pro virginibus, viduis & pupillis Valentinianus legem ſanxit, qua eos à cẽſu plebis eximit: ſic enim de his reſcripſit: ad Viuentium Præfectum Prætorio *a* Galliarum: *Nulla vidua, nemo pupillus ex vtroque ſexu, donec eo ingrediatur annos, qui iam tutoribus, curatoribus, vel publicis non egeant, exactionem plebis agnoſcat. Simili deuotione habeantur immunes), & ſi qua ſe ſacræ legis obſequio perpetuo dedicarunt*, nempe moniales. *Dat. 3. Kal. Aprilis, Treueris, Valentiniano & Valente III. AA. Coſſ.*

CXXXII. Eodem anno à S. Hieronymo baſilicæ Apoſtolorum Conſtantinopoli dedicatio facta ponitur in Chronico, anno nimirum eorundem Impp. ſeptimo, niſi magis placeat reiicere ſũ annum ſequentem, habita ratione eiuſdem ordinis numerandi annos (quod attigimus) dictorum Imperatorum.

IESV CHRISTI Annus 371.

DAMASI PAP. Annus 5. VALENTINIANI & VALENTIS IMP. 8.

I. VRSICINI SCHISMATICI IN GALLIAS RELEGATIO.

ANNVS aduenit Domini trecenteſimus ſeptuageſimus primus. Conſulibus Gratiano ſecundum atque Anicio Petronio Probo: quo, Vrſicino ſchiſmatico iam (vt dictum eſt) ſæpe damnato, ſæpeq; veniam conſecato, cum tandem ob eius in ſcelere pertinaciam Valentinian⁹ Auguſtus in Galliis eum iuſſiſſet exulare; eidem exilii indulgentiam impartiens Imperator, de eo ab exilio relaxando reſcriptum dedit ad Ampelium Vrbis Præfectum: hoc namque anno Ampelium ipſum Vrbanam præfecturam geſſiſſe ſub Conſulatu ſecundo Gratiani cũ Probo, eiuſdem Valentiniani reſcriptum *b* ad eundem Ampelium datum, & alia plura, quæ habes in margine enotata, ſignificant. Ad Ampelium igitur Præfectum Vrbis de Vrſicini indulgentia idem Valentinianus cum aliis Auguſtis ita reſcripſit *d*:

Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. Ampelio P.V.

Iure manſuetudinis noſtræ ſenſibus vel diuinitus datum eſt, vel tranquillitate naturæ, ne cum delinquentium facinore legum ſeueritate certemus, ac ſpe emendationis futuræ mitiorem eſſe velimus correctionis iniuriam, quam prouocat meritum noſtrum, Ampeli pater carißime Auguſtorum. Dudum Vrſicini inquietudine prouocati, fauentes concordiæ populi Chriſtiani, quieti etiam Vrbis ſacratißime prouidentes, vno interim loco, intra Gallias dumt exat pertubatorem tranquillitatis publicæ ſtatuer amus iure cohiberi; ſcilicet ne applicatione morum late diſſenſionis incommodum ſpargeretur. Verum natura noſtra manſuetudine leuigati, ita memorato abſcedendi copiam dedimus, ne ad Vrbem Romam, vel certe ſuburbicarias regiones pedem inferat, neque nequitiæ ſuæ contagionem conetur infundere.

Id etiam de cæteris erroris ſui conſortibus, Gaudentio videlicet, Vrſo, Ruſo, Auxanone, Auxanio, Adiedo, & Ruffino ſancimus: vt quos nequitiæ ſimilitudo complectitur, eoſdem & conditio emendationis aſtringat. Quod ſi quiſquam ex memoratis ſacrilegæ intẽtionis ſtatutum manſuetudinis noſtræ tranſgrediendũ putauerit: non iam vt Chriſtianus, ſed vt legũ ac religionis ratione ſecluſus, ſeueritatem publica animaduerſionis agnoſcat. De hac autem eadem obſeruãtia ad Maximinum Vicarium Vrbis Romæ dediſſe nos conducibilem iuſſionem, etiam cenſurę tuæ volumus innoteſcere. Quocirca memoratorum perſonas ab hac, qui Reipublicæ noſtræ preſidene, procliuior ſtatutis executio deferatur, maiorq; ſit eorũ moderatio, quam qualitatem morum ſuorum ad multorum ſecula ſenſerint pertinere. huc uſque ad Ampelium. Ad Maximinum autem ſic:

Idem AAA. Maximino Vicario Vrbis Romæ.

III. RESCRIPTVM SIMILIDEM AD MAXIMINVM.

Eſt iſtud diuinitus inſtitutum manſuetudinis noſtræ, vt etſi morũ emendatio in hominum vita ſufficiat, nũquam tamen ab indulgendi ſtudio & voluntate ceſſemus; mitiorem q; eſſe cupiamus correctionis iniuriam, quam prouocant merita delinquentium. Ex quo oritur, vt Vrſicino, quem propter quietem populi Chriſtiani, & debitam religioni ac legibus diſciplinam, vno interim loco morari intra Gallias tuſſeramus diſcedendi copiam fecerimus ſub ea conditione, ne vagandi arbitrium præberemus, neve ad Vrbem Romam, vel regiones ſuburbicarias valeat commanere. Quod ſi ingrata pertinacia ſtatutum manſuetudinis noſtra egrediendum putauerit: eundem non iam vt Chriſtianum, quippe quem à communione religionis mentis inquietudo diſterminat: ſed vt hominem factioſum, perturbatorem q; publicæ tranquillitatis, legum & religionis inimicum iuris ſeueritas perſequatur. Maximine carißime ac iucundiſſime.

IV.

Sinceritas igitur tua iuſſionis noſtra ſerie debita veneratione probata ſingularum vrbium atq; regionũ, quibus tẽpor aric præeſt, primores atq; incolæ propria ſcriptione conueniat, quatenus ſciant ita memorato egrediendi terminos circũſcriptos vna cum inquietudinis ſuæ erroris conſortibus Gaudentio, Vrſo, Ruſo, Auxanone, Auxanio, necnon Ruffino licentiam præbitam, vt ab interdicto locis inceſſum intellegant abſtinendũ. Sic n. manſuetudinis noſtra indulgentiam tẽperamus, ne occaſione præſtita, vicinitate inquietorum, ad aliquam furſitan vociferationem religioſi populi ſtudia prouocemus. hæc ad Maximinum. Excepimus ambo hæc reſcripta ex citato ſuperius codice Vaticano: & licet eiuſdem argumenti eiſdem ferme verbis cõcepta ſint, veneſ ãdæ tamen antiquitatis ergo ad verbum voluimus deſcripſiſſe. Et quamuis careant die ac Conſule, quos fortaſſe imperitus librarius putauit eſſe ſuperfluos: tamen ex certa huius anni Ampelii Præfectura, hoc eodem anno data eſſe, ſatis apparet.

V. SCHISMATICI AD TEMPVS TANTVM QVIEVERE.

At quid poſt hæc proſcripti ſemel atq; iterum legibus Eccleſiaſticis atque Imperatoris perfidi in incertum vagantes, errantesq; & in errorem ducentes ſchiſmatici? Nihil ſane, dum vixit Valentinianus, repetimus innouaſſe: eo autem vita functo, & Valentiano in minore cum Gratiano imperante, iterum maiores mouiſſe turbas, & excitaſſe tumultus, reſcripta dictorum Principum, quæ ſuo loco deſcripturi ſumus, aperient. Quod vero pertinet ad nominatos in reſcriptis ſocios Vrſicini, Marcellinus presbyter recenſet Lupum quendam & Aimantium, additq; oẽs tunc diaconos Vrſicinum ſectatos eſſe; quos, id enixius poſtulante plebe, ſequenti anno, 18 Kalend. Octob. reſtitutos fuiſſe tradit. At Vrſicini aſſeclas vna cum eo non ſemel, ſed ſæpius pulſos eſſe, recitata Valentiniani reſcripta docent.

VI. SENATORES MAGICIS INTENTI DIRE VEXATI.

Hoc eodem anno ad eundem Ampelium Præfecturam Vrbanam agentem, ſub iiſdem Coſſ. datum eſt ab iiſdem Auguſtis reſcriptum aduerſus Senatores maleficii accuſatos. Eſt apud Ammianum mentio de iiſdem Ampelio Præfecto & Maximino Vicario ſimul iudicantibus, & de Senatoribus maleficiorũ infimulatis ſeueras quæſtiones exercentibus. Accidit namque, vt quidam ex Senatorib⁹ qui in gratiam Impp. potius, quam ex animi ſui ſententia religionem Chriſtianam amplexi fuerant, haud ita digne vt par erat, eam colerent, ſed priſtinis idololatriæ vitibus adhuc teneretur impliciti, atq; aruſpicinæ ad diuinationẽ aliiſq; dæmonũ inuocationibus eſſent intenti: quos ſeueritas Impp. inuigilans Maximino omnium Iudicum crudeliſſimo (vt Ammian. ait) puniendos tradidit. Sed & S. Hiero. in Chronico hoc anno octauo Valentiniani Imp. hæc habet: *Maximinus Præfectus annonæ, maleficos ab Imperatore inueſtigare iuſſus, plurimos Romæ nobilium occidit.* At de his Ammianus plenius, noſque alias ſupra attigimus.

b l. 5. de denunciatione C. Theo. c. l. 1. de natur. fil. C. Theod. l. 3. de Curſ. pu. C. Theo. l. 1. de equis curul. C. Theo. l. 10. de malefic. C. Theod. l. 21. de Epiſc. & cler. C. Theod.

RESCRIPTVM INDVLGENTIÆ AD AMPLIVS. *d Ex C. Vatic. ep. Ro. Pont.*

c l. 10 de malef. C. Theod. f Ammian. l. 6 28.

VII.

Quod autem ad rerum Orientalis Ecclesiæ deploratissimum statum pertinet: maximis undique fluctibus agitatam fuisse liquet; adeo vt illud Propheticum a lugubre tunc occinere licuisset: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrhæ similes fuissemus.* nempe penitus deleti atque consumpti. Diuina enim factum est prouidētia, vt post tot tantaq; naufragia Orientalium Ecclesiarum, liberi relinquerentur duo illi Magni, qui videbantur esse columnæ, Athanasius, inquā, atque Basilius: quorum labores his temporibus pro Dei Ecclesia toleratos narrare quisnam vnquam pro dignitate sufficiet? Nos autem perpauca quædam ex ipsorum scriptis elicita, è quibus reliqua possint intelligi, quæ tēporum deleuit obliuio, in medium adducemus. Acin primis in memoriam reuocanda, quæ de S. Basilio iteratis litteris ab Athanasio auxilium implorante superius dicta sunt. Interpellatus itaque à Basilio Athanasius pro Ecclesia Antiochena, aliisque aliarum Ecclesiarum ærumnis misit Petrum Ecclesiæ Alexandrinæ clericum (quem puto illum, qui ei in sede Alexandrina successit Episcopus) vt lustraret Ecclesias, eisdemque pene prostratis, quas valeret, suppetias ferret. De eiusmodi enim Petri legatione ab Athanasio missa meminit ipse Basilius ad eundem Athanasium sic scribens *b*:

VIII.

Quam de dignitate tua iam olim concepimus opinionem, ipsam semper ipse temporis progressus corroborat, immo & adauget accessionibus eorum, quæ per partes contigerunt. Quoniam aliorum quāplurimis satis habetur, si sibi ipsi quisque circumspiciat: ac tibi istud haud satisfacit; sed tantam geris omnium Ecclesiarum curam, quātam eius, quæ tibi peculiariter à Domino nostro credita est: ita vt nullo non tempore de sacris ædifices, admoneas, scribas, frequenterque mittas aliquos, qui vndelibet, quid optimum sit, admoneant. Etiam quoque è sacro cleri tui cœtu missum venerandissimum fratrem Petrum multo cum gaudio excepimus, bonumque peregrinationis ipsius laborem probauimus, quem iuxta dignitatis tuæ mandata exercitum se esse ostendit, conciliatis, quæ erant contraria, ac communitis, quæ erant diuulsa. hactenus de legatione Petri Orientis Ecclesiis admodum proficua atque opportuna Basilius.

Cæterum etsi magno fuerit adiumento eiusmodi ab Athanasio in Orientem missa legatio: tamen ob immensæ cladi maximæque ruinæ impares viros Athanasii vitæ essent, requiri necessario videbatur Pontificis omnium maximi, nempe Episcopi Romani subsidium, à quo dirigerentur Legati in Orientem, qui nutantia roborarent, prostrata erigerent, atque collapsa penitus ædificarent. Quod quidem licet ipse Basilius generalibus ad Occidētales datis litteris anno superiore (vt diximus) curauisset, missio in Occidentem Dorotheo presbytero vna cū Probo Sanctissimo pro cæteris Orientis Orthodoxis Episcopis eadem legatione fungente: tamen id etiam per Athanasium agi togat, eaque de causa Dorotheum alium nomine, Antiochenæ Ecclesiæ diaconum, ad ipsum mittit; & quid agere debeat, iisdem litteris admonet, cum hæc subdit *c*: *Vnde & nos ad rerum istarum studium nonnihil conferre cum voluissemus, accommodatissimum rebus istis imitium fore arbitrati sumus, si relati ad omnium nostrum verticem, ad tuam integritatem confugiamus, teque & consultore & rerum gerendarum duce ac Principe vtamur. Hac de causa & fratrem nostrum Dorotheum eius Ecclesiæ, quæ sub colendissimo Episcopo Meletio est, diaconum, bono circa rectam fidem zelo vsum, experientemq;, & ipsam Ecclesiarum videre pacem, ad patriam tuam remisi, vt consilia tua obsequentem (quæ in illo & tempore, & rerum experientia, & quod spiritu consilij reliquos excellit, certiora reddere potest) ita rebus agendis ac prosequendis admoneas: quem absque dubio suscipies, ocullq; pacificis aspicies, confortans ipsum precum tuarum auxilio, instituensq; in litteris cum & quibusdam illic tuorum studiosis adiunctum ad propositum duces.* hæc ipse de legatione Dorothei diaconi, quibus subdit:

X.

Visum est autem mihi consentaneum, vt scribatur Episcopo Romæ, vt quæ hic gerantur, consideret, detque consilium. Et quoniam difficile est, vt communi ac Synodico decreto aliqui illuc mittantur: ipse sua auctoritate in ista causa vsus, viros eligat ad ferendas quidem itineris molestias idoneos, verum iuxta ad hoc quoque accommodatos, vt mansuetudine & facilitate animi eos qui dissentiūt & obliqui apud nos sunt, corrigant, apte ac dispensatorie seruiendum attemperantes; omniaque secum habentes, quæ Arimini ad necessariam solutionem gestorum illi facta sunt. Et hoc nemine sciente, absque strepitu tacite per mare ad eos, qui hic sunt, vadant: ne qui pacis sunt inimici, aduentum ipsorum persentiscant. Quæritur autem & hoc à nonnullis illic, quod & nobis videtur necessarium; vt Marcelli hæresum illi, cum venerint, tanquam malam ac nocuam, & à sana fide alienam exterminent.

Quoniam ad hunc vsque diem in omnibus, quas scribunt, litteris, pessime audientem quidem Arium sursum ac deorsum versantes anathematizare atq; ex Ecclesiis exterminare nō cessant: Marcellū vero, qui ex diametro respondentem Ario impietatem attulit, atque contra eandem Vnigeniti diuinitatisque essentiam impie egit, Verbique appellationem male vsurpauit, ne semel quidem accusare videntur: qui Verbum quidem Vnigenitum vocari ratione ministerij ac dispensationis, & quatenus in tempore natus prodijt: cæterum ad eum, vnde egressus erat, reuersum, nec ante egressum fuisse, nec post regressum subsistere. Et huius quidem experimentum ac demonstrationem reconditi apud me inique illius syngraphæ libri continent.

Attamen istum nequaquam reprobare visi sunt, & per hæc culpandi veniunt, vt qui ab initio illum per ignorantiam veritatis in Ecclesiasticam etiam communionem receperint. XI. *Igitur & illius decenter fieri mentionem, præsentia negotia exposcunt. Itaque ne occasionem habeant, qui occasionem quærunt, ex eo, quod sanctitati tuæ coniunguntur, qui fide sani sunt, manifestandi sunt omnibus, qui ad veram fidem claudicant: & vt posthac agnoscamus consentientes, & non perinde atque in nocturna pugna inter amicos, & inimicos sine discrimine versemur.*

Tantum adhortare, vt mox cum prima quaque nauigatione prædictus diaconus mittatur: vt sequenti anno fieri queant, quorum & ipse videlicet curam habes: & cum qui mittendi sunt, volente Deo aduenerint, non inferant Ecclesiis schismata, sed magis idem sentientes, quouis modo ad vnitatem pertrahant, etiamsi quosdam inuenerint, qui peculiaria quædam dissidij inter se argumenta præferant; ne populum Orthodoxum à præpositis suis separant, imq; multas partes diuidant. Curandum est enim, vt paci posthabeantur omnia, & cumprimis Antiochenæ Ecclesiæ medeatur, ne in illa sincera pars imbecillis facta personarum respectu scindatur. Tu vero tandem hæc omnia magis ipse, quam nos curabis: quandoquidem (quod & auxiliante Deo precor) intelligis omnes tibi, qui Ecclesiarum statum concernunt, permittere & commendare. hactenus Basilius de legatione Romam mittenda, & Roma postea ad Orientalem Ecclesiam deleganda.

Cæterum quo spectat ad causam Ecclesiæ Antiochenæ schismate afflictæ Meletii atq; Paulini, de quibus plurimis dictum est; Basilium aduersus Paulinum studuisse Meletio, aliæ ipsius ad eūdem datæ litteræ per ipsum Dorotheum diaconū satis ostendunt; quæ sunt huiusmodi: *Mihi quidem superioribus ad dignitatem tuam litteris sufficere videbatur, si tantum ostenderem, quod populi sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ circa fidem robur ad vnam oporteat concordiam & vnitatem conciliari, vt declaretur, quod prientissimo Episcopo Meletio opus sit, quatiam in plures partes dissecta sunt coadunare.* quot enim illic sectæ, tot etiam Episcopi eisdem præfecti erant, nempe Arianis Eunomius, Apollinaristis Vitalis, Meletius vero atque Paulinus Catholicis schismate inter se diuisis: quos in vnum conciliandos esse Meletio, Basilius eidem fauēs existimauit: qui vt in suam sententiam Athanasium quoque traheret, hæc de eodem Meletio subdit:

XII.

Quoniam vero ipse hic dilectus syndiaconus noster Dorotheus clucidiorem de rebus istis sibi memoriam quæsuit: necessario subscripsimus, quoniam & in vniuerso Orienti per preces id agitur, & nobis, qui quouis modo illi coniūcti sumus, vt desiderabilem hunc virum Ecclesia videat adhærentem Domino, & fide irreprehensibilem & vita: cui & reliqui nulla ratione comparari queant; & vt vniuerso (vt ita dicam) Ecclesiæ corpori ipse præsit: reliquæ vero sunt tanquam desectæ particulæ, igitur vndique & necessarium pariter est & frugiferum ipsi viro, vt reliqui, perinde atq; magnis fluuiis minores, concilientur. hæc Basilius commendans Athanasii in fide Catholica tuenda studium & vigilantiā; quibus vt in vniuersa Ecclesia recta fides firma perstaret, neruis omnibus contendebat, non quidem quod vniuersalis

XIII.

a Isa. 1.

ATHAN. AC BASIL. LABORES PRO ECCLESIA.

b Bas. ep. 12.

PETRI ALEXANDRINI AD ORIENTALES ECCLESIAS AB ATHANAS. LEGATIO.

IX. DE LEGATIONE MITTENDA AD OCCIDENTALES.

c Bas. ep. 52.

BASILIVS TVETVR CAVSAM MELETII CONTRA PAVLINVM. d Basil. ep. 50.

Ecclesiæ idem Athanasius Episcopum ageret, quem ad tantam rem auxilio indiguisse Romani Pontifices, tum superioribus litteris, tum aliis postea datis apertissime declarauit.

XIV. a Basil. ep. 57. MELETIVS SCRIBIT LITTERAS AD OCCIDENTALES.

Idemque Basilius ad Meletium ipsum scribens, de eadem Dorothei diaconi ad Romanum Pontificem legatione reddidit eum certiorem his verbis a: Decretum est, vt hic ipse frater noster Dorotheus syndiaconus Romam que proficiscatur, & permoueat quoslam ex Italia, vt nos inuisant, atque per mare, quo eos effugiant, à quibus possent impediri. Intellect enim, eos, qui apud veri dominos potentes sunt, nihil nec velle illis, neque posse de causa victoria suggerere, sed hoc lucro deputare similud in Ecclesiis peius geri videatur. Igitur si & prudentia tua consilium nostrum vtile visum fuerit; dignabere & epistolas formare, & monita dare, de quibus oporteat ipsum narrare, & ad quos, & quando, vt fidem habeant litteræ & auctoritatem, comprehendentes simul non admodum consentientes, etiamsi non adsint. hæc ad Meletium Basilius.

Quin etiam antea egerat de his cum sanctissimo illo confessore Eusebio Samosateno; cuius quoque consilio illud decretum esset, vt litteræ ad Occidentalem Ecclesiam mittendæ à se scriberentur, subscriberentur vero ab aliis Episcopis Orthodoxis: significat enim hæc omnia Basilius, ad eundem Meletium ita scribens b: Litteras accepi à pientissimo Eusebio Episcopo, quibus mandatur, vt Occidentalibus iterum de quibusdam rebus Ecclesiasticis scribatur. Et voluit quidem vt à nobis scribatur epistola, ab omnibus vero consentientibus subscribatur. Quapropter igitur non misi, quo modo de quibus ille præcepit vt scriberetur, commentarium pietati tuæ misi, & exemplaria. Ipse litteras à Meletio quidem scriptas, vt opinamur, totius Orientis Antistite, subscriptas vero ab aliis Orthodoxis Episcopis, quas direxerunt per Sabinum in Occidentem, qui vna cum Dorotheo Basilii legato profectus est.

b Bas. ep. 58.

XV. Porro in dicti Meletii & collegarum Orthodoxorum litteris, sicut nonnisi Meletii, Eusebii, & Basilii nomina sunt expressa, reliqua vero breuitatis causa prætermissa esse in inscriptione videntur: ita & nomen Romani Pontificis desiderabatur, ad quem primo directas fuisse Romam, quæ dicta sunt nuper, satis ostendunt: sic enim se habent c:

c Bas. ep. 69

EPISTOLA MELETII ET ALIORVM ORTHODOXORVM AD OCCIDENTALES.

Italis & Gallis Deo dilectissimis ac sanctissimis fratribus & coadiutoribus in Italia & Gallia venerandis & concordibus Episcopis, Meletius, Eusebius, Basilius in Domino salutem.

Sæpe etiam sustinuimus ex alto cordis edutum, solatium aliquod animi indole sentibus affert, atque lachryma crumpentes afflictionis copiam discutiant. Nobis autem, quod affectus nostros vobis aperimus, non tantum solatij experimur, quantum gemitus & lachrymæ exhibent. Verum quandam nos spes etiam melior fouet. Nam forsan si vobis ea, quæ molesta sunt, nunciemus, incitabimus vos ad nostrum auxilium, quod laudandum à vobis pro Orientalibus Ecclesiis expectamus; sed nondum summa effecuti, Deo plane nostra gubernante secundum immobilia eius iudicia, quibus longiori tempore hu insectari tentationibus voluit. Non enim ignoratis nostra negotia, fratres honore præcipuo digni, vt quæ extremi Orbis fines audiri perceperint, neque omnino alienos ab effectu fratrum vestrorum vos autumo, cum sitis discipuli Apostoli docentis perfectionem legis esse proximi dilectionem. Sed verum quod diximus, iustum Dei iudicium inspectum vestrum colubuit, qui pro peccatis nostris afflictionem instituerit.

XVI. Atqui nunc vos adhortamur, vt veritatis zelo incumbatis, & nostrum condolentiæ, vbi didiceritis etiam quæ antehac vos latuerunt, à pio fratre nostro Sabino coadiutore; qui vobis poterit etiam quæ in epistolis non comprehensa sunt, commemorare: per quem inquam, rursum adhortamur vos, vt viscera miserationis induatis, omnique depositæ segnitiæ, dilectionis studium recipiatis; neque via longitudinem, neque domus negotia, neque aliud quid humanum causemini. Neque enim vna Ecclesia, neque duæ vel tres in grauem hanc tempestatem illapsæ periclitantur: sed à finibus Illyrici ad Thebaidem vsque hæreseos malum depascitur: cuius prauæ semina primo quidem auspicatus Arius sparsit; raduitus autem fixa à multis in medio vitæ impietatem fundiose colentibus, nunc pernicioso fructus genera runt. Euersæ sunt pietatis doctrinæ, confusa solutaque pietatis vinculæ: dominandi libido eorum, qui non timent Dominum præfecturas inuasit, & ex præpatulo præmium impietatis præfectura proposita est. Qui in grauiorem Missbecmiam relapsus est, is populi Episcopatum præ aliis elegitur.

MISERANDVS STATVS ORIENTALIS ECCLES.

Perunt grauitas Pontificum, pastores cum scientia gregem Domini reliquerunt, dum Præfecti distributiones pauperum in proprios vsus donaque semper insumunt. Canonum exacta obseruatio pessum iit: multa peccandi libertas patet. Nam qui fauore hominum ad præfecturam deuenerunt, eadem ipso fauoris gratiam implent, iustum iudicium pertit: quisque cordis sui desiderio ambulat: malitia immodica populi immergeri: præfecti non libere loquuntur; nam qui per homines potestatem acquisierunt, serui sunt eorum, quorum fauore adiuti sunt. Iam enim arma bellis inuicem (vltio videlicet sana doctrina) excogitantur, & priuatas inimicitias odiosantes, propietate odium gerere assimulant. Aly vero ob turpissima reprehensionem à se declinantes, populum in contentionem accendunt, vt communibus malis sua vitia adumbrent, absconditque. Quare etiam bellum hoc prana operantium vrtitum est, dum communem pacem tanquam occultam ipsorum ignominiam detegentem fugiit. Ob hæc rident infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo est, ignorantia animis offunditur; quod adulteratores verbum in malitia veritatem videantur imitari. Taceo enim impiorum ora. Omnis blasphema lingua soluta est: profanata sunt sacra: ex populo qui sana mentis sunt, depressi, orationes domos sive oratoria fugiunt tanquam impietatis scholas: in solitudine vero ad cœlestem Dominum cum fletibus & lachrymis manus attollunt. Caterum ad nos quoque venerunt, qui in plurimis ciuitatibus gesta sunt. Populus cum mulieribus & pueris ipsisque senibus ante portas effusus, sub dio preces fundunt, omnes acerbissimas cum magno animo sustinentes, & auxilium à Domino expectantes.

PRÆFECTVRÆ ECCLESIASTICÆ COLLATÆ INDIGNISSIMIS.

XVII.

XVIII. DEPLORATVS STATVS ORIENTALIS ECCLESIÆ.

Quæ deploratio hu calamitatibus digna aut par esse posit? quales lachrymarum fontes his malis sufficient? Quamdiu igitur stare quidem adhuc videntur, tamdiu adhuc vestigium veteris status præseruatur, prinsquam consummatum Ecclesiæ naufragium eueniat. Præsens instat tam nobis instat, inquam, integerrimi fratres, porrigite manus genua imlenate: commoueantur in vobis fraterna viscera: profunditatis lachrymas condolentiæ, & non negligite diuidium Orbis aberroribus absorptum: non finite extingui fidem, apud quos primum illuxit. Quid igitur facientes rebus occurretis, & quo modo erga oppressos condolentiam ostendetis: id à nobis nequaquam vos discere oportebit, sed Spiritus ipse sanctus vobis suppeditabit, nimirum vt cito auxilium præstetis, quo comprehensos seruetis incolumes, & qui adsunt fratres consolures. Nam peregrinantes Synodi exsitum supplementum, vt non solum ex Legatorum grauitate, sed etiam proprio numero ad instaurationem fidei fiduciam habeant: qui etiam in Nicæa scriptam à Patribus vestris fidem renouabunt, & hæresim funditus exstirpabunt, & Ecclesiis pacifica prædicabunt; eos, qui non idem sentiunt, in concordiam ducentes.

XIX. CATHOLICI INTER SE DISSIDENTES.

Hoc enim nimirum omnium miserrimum est, quod & pars, qua sanioris doctrinæ esse videtur, inuicem diuisa est: & circumstant nos persimiles afflictiones iis sanè, quæ in Vespasiani obsidione vrbe Hierusalem acciderunt. Huius siquidem populus simul externo bello occupabatur, & simul intestina obsidione eiusdem tribus consumebatur. Nobis autem prater apertum hæreticorum bellum, adhuc etiam ille, qui ab vnanimis doctrina existimatis dissidet, ad extremam imbecillitatem Ecclesias deduxit: propter quæ à vobis potissimum desideramus, vt qui Apostolicam fidem profitentur, schismatibus, quæ nouerint, dissolutis, deinceps auctoritati Ecclesiæ subijciantur, vt sacrum Christi corpus sianr, omnibus membris ad integritatem relatis. At non solum aliorum bona laudibus extollamus, qp nunc facimus; sed & nostras quoq, ipsorum Ecclesias instituamus, veterem integræ doctrinæ gloriam adeptas. Absque dubitatione enim summa laude dignum iudico qp vobis à Domino concessum est, vt sucatum à probato purog, discernatis, Patrum autem fidem sine vlla prauaricatione prædicetis, quam & nos suscepimus cognouimusq, ex Apostolicis characteribus formatam, communi quoque ipsi & omnibus, qua Synodi Scriptura regulariter & legitime sunt instituta, huiusque Meletii & collegarum epistola, cui subscripserunt reliqui Orthodoxi Orientales Episcopi: nam de ipsis hæc Meletium ipse Basilius d ante monuerat his verbis: Itaque si videtur epistola ad Orientales necessarium quid complecti, postquam eam fide dignam scripserit, ad nos transmittet, vt curemus ab omnibus consententibus subscribi: & charta, quam efformatis, locum habeat subscriptionibus accommodatum, quam commigere possimus ei, qua à fratre sympresbytero* sit, umscripsit.

d Bas. ep. 59.

* syndicono.

Præter

XX. LIBELLVS PETITIONVM IVNCTIS LITTERIS.

Præter has litteras erat iisdem annexus libellus petitionum, quo explicabatur, quid vellent iidem Orientales præstari ab Occidentalibus: quo à Meletio misso, atque à Basilio perspecto, quid amplius illi esset addendum, sic Basilius admonet eadem epistola: *Ego siquidem quoniam causæ summam in commentario inueni.* sic enim libellum nominat, quod & alii *Breue* dixere, *Indiculum* vero alii: & paulo post: *Illud vero mihi argumentum velut intactum adhuc esse, locumque dare scribendi visum est, admonere illos, ne sine discrimine quorumuis communionem ex Oriente venientium accipiant; sed vna semel electa parte reliquos ex consentientium testimonio admittant, & non cuiuis sub prætextu Orthodoxæ doctrinæ fidei formulam scribenti astipulentur. Nam isto pacto deprehendentur cum aduersariis facientes, qui eadem sæpenumero verba prætexunt quidem, inter se vero pugnant, vt qui plurimum diuisi dissidentesque fuere. Ne igitur amplius hæreses eorum, qui inter se mutuo dissident, per ipsorum scripta, quæ prætexere & obijcere solent, incautos seducant: admonendi sunt, vt arcanas accedentium communiones & scriptis iuxta formam Ecclesiasticam comprehensas faciant.*

XXI. BASILII ADMONITIO VNDE.

Hæc Basilius scribens, caueri cupit ab ipso Romano Pontifice damnum illud, quod sub Liberio illatum est Ecclesiæ Orientali, cum receptisset Eustathium Sebastenum & collegas, eosdemque omnes hæreticos, sed dolose professos Nicænam fidem: nam illi in Orientem reuersi, quasi auctoritate Romani Pontificis roborati, hæresim, quam fouebant, liberius prædicarunt. Optat igitur S. Basilius non communicandum facile omnibus ex Oriente Romam accedentibus, etiamsi viderentur profiteri Catholicam fidem, nisi secum litteras afferrent partis illius, quam Pontifex ipse probarit: nec eosdem recipi debere, nec item dimitti sine arcanis litteris, nempe Formatis. Porro eodem petitionum libello cõtenta esse ea quoque capita, quorum meminit litteris ad Athanasium scriptis, existimamus.

XXII.

Scripsit & tunc suas priuatim Basilius litteras, quas perferendas tradidit eidem sæpius nominato Dorotheo: sed sicut præstabat cæteris in scribẽdo Basilius; ita eisdem litteris eloquentius atque netuosius calamitosus Orientalis Ecclesiæ status ab ipso describitur: quas, vt exactissima tantæ legationis cognitio habeatur, & quo loco repositæ essent hoc tempore res Orientalis Ecclesiæ, plenius intelligatur, hic intexere operæ pretium existimamus. sunt vero huiusmodi a:

a *Bas. ep. 70.* BASILII LEGATIO ET LITTERÆ AD OCCIDENTALES.

Dominus noster Iesus Christus, quoniam omnem Ecclesiam Dei suum ipsius corpus nominari sustinuit, & vnumquemque nostrum alterius esse membrum declarauit, dedit quoque nobis, vt erga omnes iuxta membrorum consensum amice simus affecti. Quapropter etiamsi habitationibus sumus alter ab altero quam longissime diuisi ac diremti, ratione tamen coniunctionis huius, propinqui sumus inuicem.

Quoniam igitur pedibus caput dicere non potest; Non estis mihi necessarij: plane neque vos amicitiam nobis renunciare sustinebitis: sed tantum vos ad commiserationem mouebunt afflictiones nostræ, quibus propter peccata nostra traditi sumus, quantum nobis congratulationis affert, quod in pace, quam vobis largitus est Dominus, celebres estis. Hac itaque ratione & nunc & alias dilectionem vestram voce lugubri opplorauimus, vt nostræ miseriæ condoleatis ac succurratis. Verum plane prohibiti estis, ne ad inuandum nos excitaremini: propterea quod vltio domina, qua castigandi eramus, nondũ esse impleta. Nam boi potissimum est, quod requirimus, vt ipsi quoq; Imperatori per vestram pietatem innotescat Orbis nostri perturbatio confusioq;. Hoc si facilu difficile fuerit, vt vel aliqui vestrum ad visendum & consolandum afflictos veniant, qui ipsis oculis aspiciant calamitatem Orientis, quæ auditu percipi nequit; propterea quod nullo vobis sermone res nostras dilucide exprimere possumus.

XXIII. PERSECVTIO ARIANORVM ACERBISSIMA.

Persecutio nos apprehendit, fratres colendissimi, persecutionum omnium grauissima. Abiguntur enim pastores, vt greges dispergantur: & quod omnium est durissimũ; neque qui affliguntur per martyrij certitudinem illatas passiones tolerant, neque plebs martyrum loco athletas habet ac veneratur, propterea quod Christianorum nomine tecti sunt persecutores. Vnum iam crimen est, quod vehementer punitur, si paternas quis traditiones diligenter obseruet. Ob hanc causam paternis sedibus abiguntur pij, & ad solitudines migrare coguntur. Nulla est apud Iudices iniquos iam capitis reuerentia: non iam vlla conspicitur religiosæ pietatis exercitatio: nulla conuersationis initur ratio, quæ ad Euangelij normam ab adolescentia ad senectam vsque legitime perficiatur. Sed cum nemo sceleratus sine certis indiciis condemnetur: Episcopi sola intercedente calumnia damnantur, & nulla euidenti probatione assertis ac corroboratis criminationibus suppliciis traduntur. Nonnulli ne nouerunt quidem accusatores suos, neque tribunalia viderunt, neque delati sunt primum; sed nocte intempesta abrepti, in exilium fugati sunt, solitudinis calamitatibus ad mortem vsque traditi.

XXIV. LVGVBRIS FACIES ORIENTALIS ECCLESIÆ.

Quæ vero ista concomitentur, neminem latent, etiam si nos sileamus: exilia presbyterorum, exilia diaconorum, totiusque cleri depopulationes: necesse enim est, vel adorare imaginem, vel sæua flagitiorum flammæ tradi. Gemitus plebis, lachrymæ continuæ, & per singulas domos & publice omnibus, quæ patiuntur, inter se comploratibus. Nemo enim corde est adeo vsque lapideo, vt patre priuatus placide ferat sepulturam. Somitus lamentantium in ciuitate; somitus in agris, in viis, in solitudinibus: vox vna omnium miseranda ac tristia loquentium. Sublatum est gaudium & lætitia spiritualis: in luctum mutata sunt festiuitates nostræ. Domus precationum clausæ sunt: altaria cultu spirituali vacant: nulli amplius Christianorum cœtus: nulla amplius doctorum præsidentia: cessarunt doctrinæ salutares, cessarunt panegyres ac festiui conuentus publici; hymnodiæ nocturnæ non habentur: neq; superest beata illa exultatio, qua Domino credentium animæ in synaxi ac communione spiritualium charismatum exhilarantur.

XXV.

Nobis autem dicere licet, quod in hoc tempore sit neque Princeps, neq; propheta, neq; præses, neq; oblatio, neque incensum, neque locus, vbi coram Domino possit offerri sacrificium, ac misericordia acquiri. Hæc scientibus scribuntur, propterea quod nulla Orbis pars est, quæ calamitates nostras ignoret. Quare non putabitis, quod ista vobis docendi vel admonendæ diligentiæ vestræ gratia loquamur: nouimus enim, quod nostri nunquam sitis obliti, non minus, quam mater filiorum veteri sui. Sed quemadmodum qui dolore aliquo occupantur, per gemitus solent releuare mœrorem; ita & nos facimus: Vt mœstitiæ granitatem nonnihil reijciamus, multiformes nostras calamitates vestræ dilectioni narramus, si quo pacto ad precandum pro nobis aliquanto feruentius permoti, impetretis à Domino, vt nobis placatus concilietur.

XXVI. IMMINENS MALVS PERICVLVM.

Quod si hæ tribulationes nos solos profligassent: visum nobis vtique fuisset, & silentio has obtegere, & de afflictionibus pro Christo illatis gloriari: quoniam præsentis temporis afflictiones non sunt pares ad gloriam, quæ futura est, vt reueletur in nobis. Nunc autem metuimus, ne quandoque malum hoc acceptis viribus, instar flammæ per accensam & ardentem materiam serpentis, sese quæ effundentis, si qua vicina sunt, corripuerit & absumpserit, corripiat & remotiora. Hoc enim hæreseos malum cuncta depascitur; ac periculum est, ne vastatis nostris Ecclesiis, & ad sanam incolatus vestri partem serpat. Nos enim forsan primi quidem propter exuperans peccatum nostrum crudis istis hostium Christi dentibus, vt absumamur, sumus obiecti. Fortasse autem (quod vero propius est) quoniam à nostris locis exortum Euangelium regni in totum Orbem egressum est; hac ratione communis animarum nostrarum hostis defectionis quoque seminaria, quæ in eisdem nostris locis initium cœperunt, in vniuersum Orbem transmittere contendit: nam quibus illuxit cognitionis Christi lumen, super eosdem & impietatis tenebras inducere cogitat.

XXVII. DIGNA GAVSA QVI OPEM FERANT.

Afflictiones itaque nostras, vestras reputate, tanquam germani Domini discipuli. Non impugnamur propter pecunias, non propter gloriæ splendorem, non propter aliquid aliud rerum temporalium: sed propter communem thesaurum, propter hæreditatem paternam, propter sanam fidem in certaminis procinctu consistimus arrecti. Lugete nobiscum, ô fratres amantes. Occlusa namque apud nos sunt piorum ora, reserata vero est qualibet audax blasphemaque lingua eorum, qui aduersus Deum loquuntur iniustitiam: columna & stabilimentum veritatis dissipantur. Nos, qui tenuitatis gratia desp cimur, fiducia loquendi destituti sumus. Ipsi, quæso, & pro isto populo decertatote, & non vestra tantum spectate; quoniam ad portus appulistis tranquillos per gratiam Dei, quæ vos à turbine malorum spirituum protegit. sed & Ecclesiis illis, quæ per tempestatem iactantur, manus porrigite, ne quando omni prorsus destituta auxilio, fidei naufragium patiantur. Ingemiscite nostri gratia. ARIANORVM BLASPHEMIÆ.

Nam Vnigenitus blasphematur, & nemo est, qui contradicat: Spiritus sanctus debonestatur, & qui reprehendere posset fugatur. Error multorum deorum obtinuit: magnus apud illos Deus est parcus:

Filium non naturæ nomen, sed honoris appellatio reputatur: Spiritus S. nec ad S. Trinitatis compartentum pertinere, nec diuinæ beatæ, naturæ consors, sed ex creaturarum numero temere & vecorditer Patri & Filio adiectus esse docetur. Quis dabit capiti meo aquam, & palpebris meis fontem lachrymarum? & deplorabo complures dies populum peruersi istius doctrinis ad perditionem adiectum.

XXVIII. IRREPARABILE MALVM EX HÆRESI.

In transitu rapiuntur simpliciorũ aures, ac deinceps in consuetudinem transeunt hæreticæ impietatis. In istis modis sermonibus doctrinæ pluspiam impiæ educantur Ecclesiæ infantes. Nam quid aliud etiam faciunt? Baptismata sunt apud hæreticos: illi deducunt per ætates quouis progredientes, inuisent infirmos, solantur miseros, adiumenta laborantes & pressos, omnis generis opem afferunt; mysteriorum communionem administrant. Quod omnia per illos dispensantur & perficiuntur, quasi rectum aculum quoddam est plebi, quo ad illos tam concordiam astringuntur: ita vt breui temporis discursu, etiamsi restituatur aliqua libertas, nulla tamen spes reliqua futura sit ad veritatis iterum agnitionẽ reducendi eos, qui diuturna dilectionis vinculo hæreticis obstricti sunt.

XXIX.

Quapropter complures ex nobis oportebat ad grauitatem vestram accurrere, & vnumquemque rerum suarum expositorem fieri. Iam vero & hoc ipsum documentum vobis sit afflictionis eius, in qua vt iam vtinam plane miser abiecim; quod ne ad vos quidem detur viam capessere & proficisci. Nam si quis Ecclesiam suam vel breuissimo momento deseruerit, plebem confestim insidiatorum expositam relinquet. Verum per gratiam Dei vnum imprimis pro multis, pientissimum hunc & dilectum fratrem nostrum Dorotheum sympresbyterum; qui & quæcunq; litteris nostris non satis exprimuntur, sua ipsius poterit narratione adimplere; quia & cuncta diligenter perscrutatus, & cælo recta fidei ducitur. Quem vbi pacifice inseruerit propere ad nos bona nobis studij vestri, quo ad vnanimem fraternitatem properatis estis, nuncia referentem remitte.* hactenus ad Occidentales Basilius. Athanæ Dorothei legatio fuit priuatim à Basilio missa.

DE ROTHEI PRESBYTERI LEGATVS * al. syndiaconũ.

XXX. LEGATIO IACTISSIMI PRESBYTERI.

Præter autem Sabinum directum à Meletio, & Dorotheum Legatum à Basilio, his iunctum fuisse quoq; presbyterum nomine Probam Sacerdotem, eiusdem Basilii epistolæ indicant a. Porro omnes hæ litteræ etsi ad Occidentales, vel Occidentis diuersas prouincias habeantur inscriptæ: tamen ad ipsum in primis communem Pontificem datas esse, quæ recitata sunt superius ex litteris S. Basilii ad Athanasium, plenissimam fidem faciunt. Desiderantur autem litteræ Athanasii ad ipsum Rom. Pontificem, quarum superius mentio facta est. Quid vero actum sit hac legatione, illud tantum potuimus inuenire: Occidentales scilicet; redditis ad Orientales litteris, eos consolatos esse, bonaque spe pariter roborasse; quod quidem in primis ex eiusdem Basilii litteris ad eosdem postea datis significatur, cum ait b: *Tantum cuique vestrum Dominus Deus noster, in quem speramus, largiatur gratia, vt proposita spe potiamini, quanto ipse gaudio pectora nostra repleuistis, tum per litteras, quas per desideratissimos sympresbyteros nostros scripsistis, tum ex eo, quod calamitatibus nostris, tanquam viscera communis miserationis induti, condoleatis, quem admodum nobis præducti fratres indicarunt. Nam etsi vulnera nostra eodem modo perseuerant: nonnihil tamen inde releuamur, quod paratos habemus medicos, qui velocem ac maturam possint, si detur opportunitas, doloribus nostris afferre medelam.* hæc ibi. Et ad Antiochen. c: *Solicitudinem illam, quam pro Ecclesia Dei geritis, ex parte recreabit desideratissimus ac religiosissimus frater & consenior noster Sanctissimus* *, qui vobis Occidentis ergà nos charitatem & affectum exponet, & rursus ex parte animos vestros excitabit, & adhuc amplius prouocabit, dum vobis per seipsum lucidiùs declarabit, quantum studij ac diligentiæ res præsentes exposcant. Etenim aliorum quilibet veluti dimidiato de sententijs virorum Occidentalium & statu rerum narrauit: ipse vero quoniam sufficiens ad hoc fuit, vt & voluntatem virorum cognosceret, & de statu rerum exactè inquireret, narrabit vobis omnia, & bonum vestrum studium ad cumulum veluti manu ducet: quo materiam conuenientem ad hoc habeatis, vt propositum vestrum perficiatis, quod in desinchter pro Ecclesiis Dei soluistis ostenditis.* huc usque Basilius.

a Basil. ep. 10. & 58. & in addit. ep. 28.

b Bas. ep. 74 DAMASVS CONSOLATVS EST LITTERIS ORIENTALES.

c Basil. ep. 58. in addit. * S. noctesimus,

XXXI. QVID AD ATHANASIVM DAMASVS RESCRIPSIT.

Rescripserunt pariter Romanus Pontifex Damasus & alii Episcopi ad Athanasium: quas acceptas ipse litteras, ad Basilium, quo eum consolaretur, in Cappadociam misit. Id quidem ex aliis post hæc eiusdem Basilii ad Occidentales iteratis litteris accipimus, quibus dicitur d: *Bonus ille Deus, qui afflictionibus semper solatium adiungit, dedit etiam nunc nobis inter varios dolores modicam quandam consolationem ex litteris, quas à vobis acceptas charissimus Pater noster Athanasius Episcopus nobis tradidit, sanæ fidei testimonium, & inoffensa vanamitatis & consperationis demonstrationem referentes: & vt pastores ostenderet Patrum insistere vestigiis, & populum Domini cum scientia pascentes. Hæc omnia me tantum exhilararũt, vt mœrorem nostrum omnino discusserint, & risum quendam exiguum animis nostris infuderint à tetrico hoc rerum statu, in quo mens agimur. Auxit autem nobis solatium Dominus per apprime religiosum filium coadiutorem nostrum Sabinum; & relatione eorum, quæ apud vos honeste aguntur, animos nostros pauit.* hæc de his, quæ spectant ad præsentis anni à Basilio & aliis Orientalibus Orthodoxis Episcopis ad Damasum Papam & cæteros Occidentales Antistites legationem: de aliis autem postea ab eodem Basilio datis ad eosdem Occidentales litteris agemus annis sequentibus, quibus scriptæ fuisse videntur.

d Bas. ep. 61.

XXXII.

Iam vero quæ reliqua sunt Magni Athanasii erga Magnum Basilium officia, vt hic ante obitum ipsius Athanasii recenseamus, ratio à nobis postulat: quæ sane in medium afferemus, prout ea cum ex ipsius Basilii, tum etiam Athanasii scriptis licuit expiscati. Scribens enim ipse Athanasius ad Ioannem & Antiochum presbyteros, hæc de Basilio in fine habet: *Valde autem admiror, & audiam eorum, qui non reformidant oblatrare dilecto nostro & vere Dei famulo Episcopo Basilio; cum ex huiusmodi oblatrationes deprehendi & conuinci possint, quod ne Patrum quidem confessionem aut amẽt, aut amplectantur.* Idemque rursum ad Palladium presbyterum f: *Quod de monachis Cæsariensibus significasti, hoc ipsum quoque didicit dilecto nostro Dianeo, quod grauentur & resistant dilecto nostro Episcopo Basilio. Tibi certè, quod mihi rem indicasti, gratias ago. illos verò quæ decuit scripsi, vt veluti filij obsequantur patri; nec iis, quæ ille probat, contradicant. Nam si suspectus esset in negotio veritatis, rectè pugnarent, sin autem confidunt, vt nos confidimus, eum esse gloriam Ecclesiæ, dum ita decertat pro veritate, & decet eos, qui indigent doctrina, non sanè est cum tali homine pugnas conserere, sed amandus est potius ob pium animum. Nam ex iis, quæ cognouit ex dilecto nostro Dianeo, nulla de causa eum grauatum ferunt. Ipse enim (vt plane mihi persuadeo) infirmus efficitur apud infirmos, vt infirmos lucretur. Dilecti autem fratres nostri respicientes ad scopum eius, quo ad veritatem tendit, glorificent Dominum, quod talem Episcopum Cappadocia dederit, qualem singulæ prouinciæ sibi optant. Tu autem dilecte, velis ita indicare, vt credant me has scripsisse: id enim vos erga patrem benevolentes reddet, & pacem in Ecclesiis conseruabit.* hactenus Athanasius de Basilio ad Palladium. Quæ autem hæ fuerint turbæ & malæ suspiciones aduersus Basilium à suis Cæsariensibus monachis, atque aliis ab aliis excitatæ, dicemus suo tempore.

c Athan. ep. ad Ioan. & Antioc.

f Athan. sequenti ep. OFFICIA ATHANASII ERGA BASILIVM.

XXXIII.

Talem vero tantamque fidem de Basilio Athanasius concepit, vt eidem iniunxerit visitationem Episcoporum extra prouinciam Cappadociæ positorum, nempe Macedoniæ & Achaiæ: cui & in mandatis dedit, vt lapsos omnes reciperet cum fidei Nicænæ confessione. Testatur id quidem ipse Basilius ad Neocæsarienses scribens, cum ait g: *Hac in re non nostro ipsorum erga tales vsi sumus iudicio; sed magis decreta Patrum nostrorum, quibus illi de talibus tam olim quid faciendum sit, nempe in recipiendis lapsis, statuerunt. sectati sumus. Ego enim cum accepissem beatissimi Patris Athanasii Alexandrini Episcopi litteras, quas etiamnum in manibus habeo, & requirẽtibus legendas obiicio; quibus ille manifestè edixit, quod si quisquam ex Arianorum hæresi ad nos transire voluerit, admittendum esse, nec quicquam in illo assumendo hæsitari debere, si Nicæni Concilij fidem confiteatur & dogmatis huius consortes: ille cum mihi omnes tum Macedoniæ, tum Achaiæ Episcopos allegasset: necessarios arbitratus sum, vt tanto viro propter fidei dignam auctoritatem eorum, qui id decreuerunt (nimirum in Concilio Alexandrino) obsequerer: simulque præmium pacis studiosis destinatum adipiscs cupiens, eos, qui fidem istam confitebantur, communicantium partì adscripsi.* hæc Basilius. Sed vnde ipsi & à quibus de re adeo bene gesta negotium facessitum est, vel quanam occasione? Rem gestam hic referemus.

g Bas. ep. 75. ATHAN. VRSVS BASILII OPERA IN REBVS MAGNI MOMENTI.

Cum

XXXIV. BASILIVS VISITAT ARMENIÆ ECCLESIAM.

Cum sanctus Basilius minorem Armeniam visitaret, vt gregibus pastoribus destitutis daret Episcopos, aliaque ad pietatem spectantia sedulus obiret officia, nempe lapsos in hæresim pœnitentes Catholicæ conciliaret Ecclesiæ: accidit, vt cum in Nicopolitano in Armenia conuentu Eustathium Episcopum Sebastenum fidem Catholicam profitentem ac subscribentem in communionem acceperit, ab illius loci Episcopo primum, deinde ab aliis in suspicionem collusionis cum Eustathio adduceretur. Reigitur vndique diffamata, atque pro monstro habita, opus habuit Basilius scribere apologiam, quam ad Terentium Comitem misit, quem ex Ammiano diximus his temporibus ad cohibendos Persas in Armenia cum exercitu in ingi procinctu stetisse. Ex quibus quidem litteris cum historia ipsa exactissime describatur; aliunde petere, vel aliis enarrare verbis, otiosum putamus. Ait ergo Basilius paulo post exordium eius epistolæ ad Terentium scriptæ a:

a Basil. ep. 61. in addit.

XXXV.

Alienatus à nobis est Episcopus ille, qui nobis cooperationis est gratiæ datus. Haud enim nouit quid venerandissimo fratri nostro Theodoto accideret: qui cum nobis inuito pollicitus esset, quod in concilio adiutor esse vellet, & à Gerasinis nos Nicopolim deduxisset, vbi nos in ciuitate vidit, ita est abominatus, & sic sibi à peccatis nostris metuit, vt nos nec ad inaturatas, nec ad vespertinas preces assumere sustinuerit. Quæ in re quod ad nos quidem attinet, iuste & vitæ nostræ conuenienter egit: verum haud viriliter communi Ecclesiarum constitutioni consulnit. Huius autem nobis causam assignauit, quod venerandissimum Episcopum Eustathium in communionem receperimus. Est autem, quod nos fecimus, huiusmodi.

XXXVI. BASILIVS RECIPIT EVSTATHIVM CATHOLICAM FIDEM PROFITENTEM.

Cum ad Synodum, quæ à fratre Theodoto celebrabatur, vocati, illoque profecti essemus, vt vocationi propter charitatem obtemperaremus: ne ignauis illic & otiosi videremur, studiose curauimus, vt colloquium cum predicto fratre Eustathio misceremus: proposuimusque illi, qua in causa fidei à Theodoto illi obiiciebantur: ac simul ab eo petiuimus, vt manifestum nobis faceret, rectam ne fidem sequeretur, quo consortes esse possemus: si vero alienatus esset, vt perspicue scires nos quoque à te foro abalienatos. Igitur cum multis inter nos ea de re contulissemus, totumque diem illum causam hanc inquirendo consumpsissemus; appetente vespera, alium ab alio auelleretur, nulla dum certa colloquij nostri conclusione posita.

XXXVII.

Sequenti die rursus mane consulentes, iisdem de rebus differere cœpimus. Cum autem & Pæmenius frater, Sebastenæ Ecclesiæ presbyter, accessisset, & aduersaria nobis doctrina vehementer vrgeret: paulatim nos & ea dilcimus, quæ nobis obijcere videbatur: & illos ad consensionem eorum, quæ à nobis quærebantur, induximus: sic vt per gratiam Domini, ne in minimo quidem à nobis inuicem dissidere deprehenderemur. Igitur circa nonam horam ad precandum surreximus, ac Domino gratias egimus, qui dedisset nobis idem & sentire & loqui. Propterea oportebat me scriptam quandam ab eo viro confessionem accipere, quo & aduersarij illius manifestaretur consensus, & reliquis sufficienter viri huius propositum monstraretur. Verum volebam ipse, multa diligentia cum fratribus, qui circa Theodotum sunt, conuersans, scriptum fidei ab illis accipere, & dicto Eustathio proponere, vt vtrag, ipsa fierent, ipse videlicet rectam fidem confiteretur, & illi de veritate hac persuasi nullam retinerent contradictionis occasionem, si ab ipsis proposita fuissent accepta.

XXXVIII. THEODOTVS EPIS. NICOPOL. INFENSVS BASILIO OB RECEPTIONEM EVSTATHII.

At Theodotus priusquam cognouisset, quam ob causam conuenissemus, & quidnam eo colloquio effecissemus, designatus est nos amplius vocare ad Synodum. Itaque è medio itinere reuersi sumus tristes, quod labores nostros pro pacando Ecclesiæ suscepti, inefficaces reddidisset. Postea cum in Armeniam necessario proficiscendum esset, si remque veri huius mores & ingenium, ac sub fide digno teste & gestorum reddere rationem, & illi satisfacere vellem: veni Gerasa in agrum Deo dilectissimi Episcopi Meletij, vbi & ipse dictus Theodotus comparebat: atque ibi, quoniam ab ipso fueramus propter Eustathij communionem accusati, quid eo congressu effecissemus, exposui, quod videlicet deprehenderim eum nobiscum sentire per omnia. Dum autem ille affirmaret, eum post discessum nostrum consensum hunc abnegasse, & suis discipulis affirmasse, quod haud quaquam nobis in causa fidei consensisset: respondi ad ista (tu autem celeberrime virorum considera, an non iustissime & irreprehensibiliter responderim.) Ego, inquam, hoc mihi persuadeo coniectura ex reliqua viri huius constantia sumpta, haud ita leuiter virum illum in contrarium mutari, vt tam confiteatur, tam quæ dixerit, neget: qui etiam in vulgaribus rebus mendacium, perinde ac rem horrendam, auersatur: tantum abest, vt in rebus tanti momenti, & sic apud quos sit celebratus, veritati vllo pacto aduersari velit. hæc quidem de Eustathio cum dicat Basilius, haud ita prope tunc hominem nouisse visus est, ac postea perspectum habuit: eius enim deceptus cum mores describit (vt suo loco dicemus) nihil magis eidem atque inconstantiam inhæsisse, constanter exprobrat. Sed addidit hæc tunc Basilius ad Terentium.

XXXIX.

Esto tamen vera sint; quæ à vobis spargunter: oportet illi fidem proponere, quod cunctam rectæ fidei apodixem contineat. Quo si eum dato rescripto consentientem reperero, me nebo in illius communione. Si vero recusantem deprehendero, desciscam ab illius consortio. Cum ista probare Meletius Episcopus, qui Antiochia pulsus illic exul agebat, & frater Diodorus synpresbyter (nam & ille aderat) consentiens esset; venerandissimus frater Theodotus horsabatur nos, vt Nicopolim descenderemus, & Ecclesiam ipsius inuiseremus, ac Satalos vsque comitem ipsum itineris reciperemus, sic vt nos Gerasis relinqueret. Vbi vero Nicopolim venimus, obitus eorum, quæ à nobis audierat, & quæ nobis pactus fuerat; contumelias illi ac probris, quorum paulo ante mentionem feci, nos iterum affecit, & à se dimisit.

THEODOTVS ITERVM BASILIVM RESPVIT.

Quo modo igitur, venerandissimum caput, fieri potuisset, vt aliquid eorum, quæ iungebantur; efficerem, & Episcopos Armeniæ darem, cum ad hunc modum affectus erga me sit is, qui cæterorum debebat esse consors & particeps? apud quem ego me viros aptos & commodos inuenturum perabam, quod sint in ipsius paræcia & religiosi & prudentes, ac simul linguæ huius periti, & qui reliquas gentis huius idiomata sciant: quorum nomina cognita volens tacebo, ne quid impedimenti nascatur, quo minus alio saltem tempore Armeniæ prosim. subdit mox de aliis ad eam visitationem spectantibus.

XL.

XLI.

Quod autem ad Eustathium in communionem receptum pertinet: extat apud eundem S. Basilium fidei libelli exemplum, quem ipse tunc Eustathio subscribendum obtulit; cuius est exordium b: *Tam illi, qui alia hactenus fidei confessione præoccupati ad Orthodoxorum tam vnitatem transire volunt, quam qui nunc primum ad veritatis doctrinam & institutionem assumi desiderant, eam fidem docendi sunt, qua in Synodo Nicæa olim collecta à beatis Patribus consopta est, &c.* subjicitur ibi non ipsum tantum Nicænum symbolum, sed specialis damnatio Marcelli hæresis atque Sabelli, apertiunturque abditissimæ Arianorum latebræ, ne quid subterfugii esse posset dolosæ impietati: nec non blasphemiæ condemnantur in Spiritum sanctum. in cuius libelli fine adiacet ipsius Eustathii tunc his verbis concepta subscriptio: *Eustathius Episcopus tibi Basilio. Legi agnoui, & probaui hæc prescripta. Subscripsi autem cum his, qui mihi aderant, fratribus, Phortone, & Coepiscopo Seuero, atq; aliis nonnullis clericis.* hæc ibi: ex quibus videas haud imprudenter à Basilio Eustathium fuisse receptum.

b Basil. ep. 92 PROFESS. EVSTATH. FIDEM CATHOLICAM.

XLII. EVSTATHII INDITERIVS LAPSVS STRVIT CALVMNIAS BASILIO.

At quid post hæc accidit? Cum Eustathius atque socii viderent Basilium à Theodoto in communionem minime recipi, seque cum suis æque repelli: quod spe frustratus esset, nec ex ea à se subscripta fidei professione, quam aucupatus fuerat, gloriam consecutus esset; terga imprudenter vertit, & in Basilium verbis iactare conuicia, & scriptis quoque in eum disseminate calumnias aggressus est, quasi de fide haud recte sentiret, hanc suæ ipsius rationis causam sæpe præ texens, ne leuitatis argui posset, curauitque eiusmodi à se scriptas aduersus Basilium litteras circumferri. Testatur id quidem ipse Basilius ad eundem Eustathium data epistola, qua suam parat defensionem; vbi hæc ad finem c: *Putarunt suauem isti homines impedimento sibi ad acquirendum potentatum nostram fore communionem. Et quoniam quadam fidei subscriptione præoccupati sunt, quam nos illis protulimus, non quod ipsi de illorum sententia hæsitaremus (fateor enim) sed quod suspicionibus, quibus apud complures fratres nobiscum concordes laborabant, mederi cuperemus: ne quid ipsis ex ea confessione impedimenti ad hoc, vt ab iis, qui nunc damnantur, susciperentur, videretur occurrere, communionem nobis denegarunt, & pro separationis huius causa litterarum istarum prætextum commenti sunt. Euidentissimum vero eorum, quæ dico, indicium est,*

c Bas. ep. 79

quod cum à nobis deficerent, accusationesque, quas volebant contra nos fingerent, litteras circumquaque ad omnes, antequam ad nos miserunt. Septem namque dies, priusquam in nostras manus venires, visa est illorum epistola: & qui illam ab aliis receperant, ad alios quoque illam missuri erant. Nam ita instituerant, vt vnus alteri illam traderet, quo protinus in vniuersam regionem distribueretur. hæcipse de vulgatis ab Eustathio & sociis contra se litteris.

XLIII. Quod igitur Basilius tardius sceleratorum hominum fraudes dolosque sensisset, nec Theodoto Episcopo Nicopolitano ista monenti acquieuisset: facti sero pœnitens, huiusmodi ad eundem Theodotum litteras dedit *a*;

a *Basil. ep. 51. in addit.* BASILII EPISTOLA AD THEODOTVM DE REBVS GESTIS AB EVSTATHIO.

Recte nos & competenter reprehendis, venerandissime & vere desideratissime frater, propterea quod ab eo tempore, quo à reuerentia tua propositiones illas de fide ad Eustathium ferentes discessimus, nihil tibi nec modicum, nec magnum de causa illius significauimus.

Ego vero id non ob eam causam feci, quod fusque deque faciam, quasi contemptibilia, qua in nos ille commisit: sed quod fama illorum apud quosuis passim peruagata est; & nemo sit, qui opus habeat, vt à nobis, quodnam sit viri huius propositum, discat. Nam hoc & ipse curauit, velut metuens, ne paucos habeat sententia sua testes ac conscios: ideoque & ad quosuis confines epistolas suas aduersus nos scriptas emisit. Itaque à communione nostra se ipse auulsit: quandoquidem nos in locum determinatum conuenire nobiscum sustinuit, nec discipulos suos (quod tunc pollicitus fuerat) adduxit. Sed nos etiam in frequentissimis Synodo perstrinxit vna cum Theophilo Cilice, nuda & manifesta blasphemia, quasi aliena à doctrina sua animis plebis insinuet dogmata. Sufficiebant quidem & ista ad dissoluendam omnem nostram coniunctionem. Postquam vero & in Cilicia venit, ibique cum Gelasio quodam degit, fidem illi exposuit, quæ à solo Ario, vel germano aliquo eius discipulo conscribi debuisset: tum adhuc amplius ad separationem & disiunctionem obfirmati sumus, cogitantes fieri non posse, vt vel pellem suam vnquam mutet Aethiops, vel maculas suas pardus, vel qui pernersus est dogmatibus imbutus, malum hæreseos abstergere queat.

XLIV. EVSTATHII SIMVLATA FIDES DETECTA. *Et tamen vltra hæc & illud temeritatis ausus est. Scripsit contra nos, immo conscripsit sermones prolixos, omnis generis conuiciis & sycophantiis refertos: quibus hactenus nihil respondimus, propterea quod ab Apostolo docemur, ne nosipsi vlciscamur, sed locum iræ demus. Et simul vbi de profunditate hypocrisis cogitamus, quæ se nobis toto tempore blandiscule insinuauit stupore quodam præconsternatione corripimur. Nam etiamsi nihil illorum esset: tamen quod iam recens ausus est, cui non horrorem & omnimodam viri huius abominationem incuteret? qui sicuti audio (modo verus est rumor & non figmentum delationis gratia compositum) etiam manum quibusdam denuo imponere præsumpsit, quod nemo vnquam ex hæreticis fecisse videtur.*

Itaque quo modo fieri potest, vt talia placide feramus, & viri huius delicta curabilia esse putemus? Quare videte, ne falsis sermonibus seducamini, neue praetextibus virorum istorum omnia ad malum facillime excipientium fidem accommodetis. Ista quo modo in nullo discrimine ponemus? Scias itaque, desideratissime ac venerandissime haud consultum me esse, quod vnquam tantum doloris animo meo conceperim, quantum nunc ex eo patior, quod Ecclesiasticas leges confundi percipio. Verum id vnice precare, vt largiatur nobis Dominus, nihil ex affectibus ira moleri, sed retinere dilectionem, qua nil agit peperam, nec inflatur. Etenim vide, quo modo qui illa caret, supra humana mediocritatis mensu[ram] elati, turpiter & indecenter viuant, ea facere præsumentes, quorum nulla præteritum tempus habet exempla. hactenus ad Theodotum Basilius, quem ei minime auscultasse pœnituit.

XLV. CALVMNIÆ IN BASILIVM PLVRIMOS COMMOVERE. Vix credi potest, quantum hæc ad aliquod spatium temporis Basilii famæ attulerint detrimenti: quod & ex eo probe possumus intelligere. Nam si qui plus satis perspectum habuere Basilium, nempe monachi ipsius alumni, scandalum haud leue passi sunt, atque adeo, vt opus fuerit (quod nuper dictum est) Athanasium ad eosdem atque alios pro Basilii integritate litteras dare, vt eos retineret cum Basilio communione coniunctos: quid putas cæteris euenisse, quibus Basilius fama tantum cognitus esset? Quid vero de eo existimasse censes qui fluctuarent? Quid denique ipsos hostes Basilii his adiecisse credendū, quod infensorum animorum sit leuia reddere grauia, & parua maxima? Sed illud plane in Basilio admirandum apparuit, absolutissimo Christiano philosopho dignum, cuius est dare locum iræ, nec proprias vlcisci iniurias: Cū se (quod fatetur in recitatis litteris ad Theodotum) aduersus Eustathium mirum in modum animo exacerbatū sentiret; ne suam defensionem ira percitus institueret (probe noscens, quod *ira viri iustitiam Dei non operatur*) triennio se continuit, stylumque incitatum repressit, ne in Eustathium præceps excurreret.

XLVI. b *Basil ep. 72.* ADMIRANDA BASILII PATIENTIA. Id quidem ipse Basilius ea de re ad suos monachos scribens testatur his verbis *b*: *Tertium iam annum hic est, ex quo à calumniatoribus notatus accusationū flagella sustinere cœpi; hoc vno contentus, quod Dominum habeo secretorum cognitorem, ac calumniæ istius testem. Quoniam vero multos iam silentium nostrum eo rapuisse video, vt ex illo intentata calumnias confirmarint; nos quæ non lenitatis ac patientiæ gratia, sed quod ad exponendam veritatem os aperire neutiquam ausim, eoque silere me arbitrentur: ob eam vobis causam scribere conatus sum, &c.* sed & ad ipsum nebulonem Eustathium tandem scribens *c* sic exordiūtur: *Tempus esse tacendi, & tempus loquendi, sermo est* d *Eccles. 3.* *Ecclesiaste. Et nunc igitur quoniam abunde satis silentij hactenus præcessit, opportunum deinceps erit, vt ad patefactionem eorum, quæ ignorantur, os nostrum aperiamus.* & paulo post: *Nobis igitur tam in tertium vsque silentij annum imitabilis visa est Prophetæ gloriatio illa, qua dicit e: Factus sum quasi homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem, quem incussit calumnia, inclusum tenuimus, &c.*

c *Basil. ep. 79.*

d *Eccl. 3.*

BASILIVS QVID TANDEM AD EVSTATH. e *Psal. 37.*

XLVII. At id tolerandum plane videri potuisset, si Orientales tantum oras eiusmodi de Basilio conflata calumnia peruasisset: sed fama volans, terras obertans, transmare quoque penetrans, oras Occidentales etiam velocior vento pertigit. Vnde euenit, vt studium illud Damasi Romani Pontificis erga Basilium, quod litteris demonstrarat, & officium, quod pollicitus fuerat, nonnihil refrigueriit; adeo vt sæpe ipsum, clamante licet, minime exaudierit, accedentibus aliis insuper aduersus eundem Basilium sparsis haud leuioris momenti rumoribus, de quibus singulis modo opportuna occasione dicendum.

DAMASI STVDIVM ERGA BASILIVM RELAXATVR.

XLVIII. Atque in primis illud in medium adducendum, eundem Basilium ab Arianis accusatum, quod literas dederit ad Apollinarem: hoc namq; anno, nempe sequenti à grauissima illa, quam passus est, ægritudine, id accidisse, idem Basilius ad Patrophilum scribens affirmat *f*: adeo vt eodē ferme tempore ipse in crimen adductus sit de communicatione inita cum Eustathio, & de scriptis litteris ad Apollinarem. cuius rei causa complures se à Basilii communione subtraxerunt. Agit de his ipse in dicta epistola ad Patrophilum, his scilicet verbis: *Haud vero multum temporis intercesserit, confestim in Ciliciam legatio, atque inde reditus, moxque litteræ adsunt, communionem nobis denegantes. Abruptionis autem huius ac secessus causam assignarunt, quod Apollinarii scripserimus, & quod sympresbyterum nostrum Diodorum habeamus consortem.*

f *Bas. ep. 8.*

ACCVSATVR BASILIVS DE COMMVNIONE CVM APOLLINARE.

XLIX. *Ego vero Apollinarem quidem nunquam putaui inimicum esse; imo sunt quadam, quorum gratia virum veneror etiam: at me homini non ita coniunxi, vt ipsius velim in me recipere crimina, cū & ipse quædam habeam, quæ in illo reprehendo propter nonnullos illius codices, quos legi: De Spiritu S. vero non noui me vel petisse ab ipso, vel vltro missum accepisse librum. Audio tamen ipsum, omnium eorum, qui libros conscribunt, esse verbosissimum. Legi autem paucos illius commentarios: non n. mihi quæ huiusmodi sunt, scrutari vacat. Et alioqui eo sum ingenio, vt haud facile ne coerca admittam: quēadmodum & corporis mei imbecillitas haud patitur, vt vel diuinis scripturis cū diligentia, & vt dignū est, immorer. Quid ergo mea interest si quisquam aliquid conscripsit, & cuipiam displicet? Quamquam si ita fieri oportet, vt alius pro alio rationem reddat: qui me propter Apollinarē culpat, rationem nobis reddat pro Ario præceptore suo, & pro discipulo suo Aetio. Nos vero neq; præceptoris, neq; discipuli loco vnquam fuimus isti viro, cuius in nos vitia contorquent & reuoluunt.* hæc de Apollinare, ad quem scripserat Basilius, q nondum damnatus esset. sed de cōsuetudine cū Diodoro hæc subdit: *Porro Diodorū tanquā B. Siluani alumnum, primum*

QVOMODO BASILIVS SE EXCVSET.

susceperimus, nunc vero diligimus & complectimur propter sermonis, quem habet gratiam, per quam multi eorum, qui virum audiunt, meliores redduntur. hæc de his Basilius.

L. Quod autem ad Apollinarem spectat: antequam Romæ in Concilio damnaretur à Damaso, nequaquam vt hæreticus vitabatur: nam de eodem S. Hieronymus sic ad Pammachium: *Apollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter & colui: & cum me in sanctis scripturis eruditet, nunquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi, &c.* eũ enim in diuinis litteris suum fuisse magistrum, ingenue profitetur. Imo &, quod his amplius existimari debet, ipse Damasus Vitalem primarium Apollinaris discipulum, ab eusque sectæ hominibus factum postea Episcopum Antiochenum, dolose profitentem Romæ Catholicam fidem, recepit, eidemque litteras communicatorias tradidit, sed post quam tem sciuit, perspectamque habuit illius hæresim, ipsum cum suis omnibus Romæ damnauit, vt Gregor. Nazianz. testatur, cum de sua cum Vitale vel Apollinare consuetudine se excusat: nimirum quod eo tẽpore illos receperit, quo & à Damaso Vitalis admissus fuerat, reiecerit autem, cum ab eodem Romano Pontifice pariter damnatus fuit: hæcipse pluribus ad *b* Cledonium, sed de his fusius agendum inferius. Modo pro his omnibus sustinandi Imperatoris sententia satisfaciat ita dicentis *c*: *Inueniamus, quod multi sanctorum Patrum quosdam hæreticos collaudauerunt, sicut & S. Damasus & Athanasius & Basilius Apollinarem & S. Leo Eutychen: & non propter hoc hæretici facti sunt, sed cogitata eorum impietate, anathemate condemnarunt.* hæc iustinianus.

Rursum vero ad cumulum id genus æruumarum Basilii illud accessit, quod Athanasius Ancyranus Episcopus, spectatæ fidei vir & integritatis, in ipsum vehementer commotus est; adeo vt etiam illi grauiter fuerit comminatus, quod audisset quædam ab eo esse conscripta fidei Catholicæ aduersantia. Quod cum resciuisset Basilius, & quænam illa essent scripta, ignoraret: cupiens de his reddi certior, ad ipsum litteras dedit, in quibus hæc *d* inter alia: *Nunc vero cuiusnam auribus non obstrepit eorum, qui negotiorum quorundam gratia quandoque ad vos accedunt, quasi noxia quædam scripserimus, aut scribentibus aliis subscripserimus? Nam isto te verbo vsum esse ferunt, qui tua ad verbum referunt. Me sane, qua mentem meam multis ac variis cogitationibus distrahunt, nihil magis quam stupidum reliquunt. Itaque & tale quid suspicari cœpi, ne forsan hæreticorum quispiam nomen meum commentationibus suis fucandæ adscripserit, atque ita rectitudinem tuam contristarit, & ad istam vocem*, nempe communionis, *emittendam induxerit, & in fine: Liberabis autem nos ab hoc stupore, si quibus de causis ad istam aduersus nos iniuriam permotus sis, aperte significare volueris.* & aliis rursum ad eum datis litteris ede calumniis, quibus vndique exagitatur, illud Athanasio ingerit, ne adeo facile absque alterius partis defensione in quenquam sententiam ferat, ista perbelle suggerens: *Cum, inquit, omnino audiuerimus si nihil aliud, vel illud Alexandri saltem dicemus: Alteram auriculam delato, sine calumniam perpesso, sinceram & integram cæteris amus.* hæc ipse. Certe quidem magna erant hæc cruciamenta Basilio. Nam male audire apud hæreticos, gloriæ loco ducendum erat: sed apud præclaros fidei Catholicæ defensores eiusmodi dictitari atque credi, his præsertim temporibus, cum huiusce modi disseminatæ calumniæ in graue totius Catholicę Ecclesiæ præiudicium verterentur, intolerandum plane & quouis supplicio grauius videri poterat.

LII. Qualis enim quantusve fuerit Athanasius iste Episcopus Ecclesiæ Ancyranæ post Basilium illum hæreticum sæpe damnatum, cum à Sozomeno inter præclaros fidei Catholicæ defensores adnumeretur: quæ de eadem post eaiuculento ipsius Basilii stylo describantur, accipe. Basilius enim vbi audisset eum vita functum, ad Ancyranam Ecclesiam de eius obitu consolatorias scribens litteras. hæc inter alia de ipso habet *g*: *Mortuus est, qui columna erat & stabilimentum Ecclesiæ: imo magis ad beatam vitam sublatus, à nobis abscessit. Haud parum autem periculi est, ne subtracto hoc fundamento, simul cum illo multi decidant: & quæ in nonnullis sunt putrida ac marcida, manifesta fiant. Clausum est os, quod*

a Hier. ep. 61. APOLLINARIS ANTEQUAM DAMNARETVR, AB OMNIBVS AQVE RECEPTVS.

b Gr. Naz. epist. 1. ad Cledon ad uers. Apol linar. *c Iustinian. Imper. in edict. fid. confes. ad Ioannem Pap. ann.*

LI. ATHANASIVS ANCYRANVS ADVERSVS BASILIVM COMMOTVS.

d Basil ep. 54.

e Bas. ep. 54.

f Soz. l. 6. c. 21.

g Basil ep. 67. ATHANASII ANCYRANI LAVDES.

hactenus & competens fiducia & sermonibus gratia ad fraternitatis ædificationem seruarunt. Ablata sunt consilia mentis, quæ re vera diuinitus agitabantur. O quoties animum meum (accusabo enim me ipsum) nonnihil contra hunc virum indignationis subijt, quod totus hoc desiderio tenebatur, vt dissolueretur & esset cum Christo, nec hoc pluris faciebat, vt diutius propter nos in carne maneret: hæc & alia plura Basilius, cum ægre ferret, nulla admissa animi consolatione, tantum virum abreptum: ex quibus plane eiusdem Basilii mentis candorem animumq; Christianum inspicias, è quo omnis confestim iniuste ab eo passæ calumniæ excussas est puluis, & irrogatæ comminationis liuor extersus, cum eundem de veritate reddidum certiorem ac persuasum coluerit postea, ampliusque dilexerit.

LIII. At an hic finis calumniarum vndique in Basilium congestarum? minime gentium: imo his acerbiores ipsum excruciarunt: siquidem illæ magis vrgent vexationes, quæ à propinquioribus irrogantur: quæ & eo redduntur acerbiores, quo diuturnius in aduersantium animis infidêres, duritiem quandam lapidum instar contrahunt, vt frangi quauis atte minime valeant. Ex quo enim (vt diximus) Basilius cum Gregorio agebat in Pontica solitudine, hæreticorum quorundam calumniis factum est, vt suorum Neocæsariensium, penes quos educatus fuerat, ex quibus & paternum genus ducebat, graue expertus sit odium: quum nullo litteratũ internuncio potuerit deuinire, iam factus Episcopus acerbius recruduisse sensit, vtpote qui vitaretur ab illis vt hæreticus & consortio pollutus hæreticorum. Cuius rei causa egregiam illam ad eos epistolam *h* scribere, qua suis Catholicæ esse fidei integerrimum professorem argumentis plurimis demonstraret, coactus est: ac primum illo: *Sunt, inquit, ideo & nobis & vobis doctores mysteriorum Dei, & spirituales patres, qui vestram ab initio fundauerunt Ecclesiam Gregorium dico priscum illum, cognomẽto Thaumaturgũ, & quotquot post ipsum Episcopalem apud vos sedem susceperunt: qui ordine succedaneo, instar astrorum exorti, eisdem ingressi sunt vestigiis, ita vt haud facile sit volentibus conuersationis ipsorum indicia deserere.* & post multa hæc subdit: *Fidei vero nostræ quæ potuit euidentior esse probatio, quam quod à nutrice beata semina, quæ ex vestro gremio progressa est (Macrinam dico illustrem illam,) ducati sumus? à qua & beatissimis Gregorij verba quæ memoriæ beneficio ad illius vsque ætatem seruata ipsa retinuit, edocti sumus, quibus illa nos adhuc infantes tanquam pietatis dogmatibus finxit atque formauit?* quam quidem fidem semper fetuisse impolluram ostendit, cum addit:

LIV. Neque, inquit, mentem nostram vnquam execrandæ Ariauorum blasphemiæ polluimus, sed si nonnullos aliquando Arij discipulos ad communionem assumpsimus; ita illos admisimus, vt morbum sumus quam intime celantes, pietatis verba loquerentur, vel certe doctrinæ nostræ nihil obluctarentur. seque in his addit secutum canones sanctorum Patrum, nec non iussionem Magni Athanasii Episcopi Alexãdrini, Deniq; ex communione Episcoporum totius Ecclesiæ sese Orthodoxũ docet, hisce ad postremum positis verbis: *Fuerat, inquit, iustius rem nostram æstimari non ex vno, aut altero eorum, qui ad veritatẽ haud recto pede ingrediuntur, sed ex multitudine totius Orbis Episcoporum, qui gratia Christi connecti sunt nobis. Requirantur vero Pisidæ, Licaones, Isauri, Phryges, & qui vtriusq; sunt Armeniæ, quotquot vtrimq; nobis sunt, Macedones, Achæi, Galli, Illyrici Italiæ, Siculi, Asiæ, & qui in Ægypto adhuc sani sunt, & quæ reliqua portio est Syriæ: qui quidem litteras ad nos mittunt,* nempe communicatorias. *& vicissim à nobis recipiunt. ex quibus cum quærimus ad nos ferantur, tum quæ vice versa istinc ad ipsos mittuntur, cognoscere potestis, quod vnanimes omnes eodemq; sensu pradicti sumus. Itaque si quisquam communionem nostram fugit, ne prudentiam vestram lateat ab vniuersa illum Ecclesia esse diuulsisse. Attendite igitur fratres, cum quibus communicetis: postquam à nobis excludimini quis deinceps nos sit agnoturus.* hæc & alia ad suos Neocæsarienses Basilius calumniis vndique obrutus.

LV. Sed quid his detentus accidit Catholicam fidem defendenti Basilio? Dum aduersus Sabellũ atq; Marcellũ concionib. sæpe dimicãs, tres in Trinitate distinctas hypostases, siue subsistẽtias adinuicẽ per se singulas distinctas nitetur demõstrare: qui adstabant auditores, vt eũ carperẽt,

BASILIVS A NEOCÆSARIENSIBVS VT HÆRETICVS HABITVS.

h Basil ep. 72.

LIV. BASILIVS SEMPER ET VBIQVE CATHOLICVS.

GRAVIOR TENTATIO BASILIO PARATVR.

non vt

non vt differerent, inde artifices occasionem diffamandi Basilium, aiebant ipsum esse trium deorum assertorem. Vnde cum hæc in fidelium aures illapsa, audientium animos non nihil admiratione peculerint: opus fuit, vt frequenti populo ambonem conscendens, se deorum trium cultorem nunquam fuisse vel assertorem, publica assertione omnibus redderet exploratum. extat ipsa Basilii oratio, cuius est titulus: *Aduersus eos, qui calumniantur, quòd tres deos colamus, &c.*

LVI. BASILIVS MAXIMAM CALVMNIAM PASSVS.

His accessit calumnia alia huic minime impar, qua aduersarii Basilio turpissimã notam inusserunt; ipsum nempe contra Catholicam assertionem male credere de Spiritu S. Quæ quidem Basilio infamia irrogata, non tantum in ciuitatum populis iactabatur, sed ipsos in Ponticis deserti[s] latentes monachos eiusdem Basilii alumnos peruaserat: hæc n. vna cum aliis, quorum superius facta mentio est, adeo Basilii monachos pertulit, vt parum abfuerit, quin ab eius communione, tãquam hæretici, se diuulserint. Penes quos de omnibus idem Basilius defensionẽ litteris instituens, inter alia de his, quæ ad rem hanc spectare videbãtur, hæc habet *a*: *Traduxit*, inquit, *nos, quasi insolens ac nouum quiddam de Spiritu S. docemus. Rogate igitur ipsos, quæ sit illa nostra insolentia. Nos enim, quod & accepimus, Patri, & Filio, & Paracletum Patri & filio coniunctum, non creaturæ connumeratum esse, confitemur. In Patrem namque & in filium ac in Spiritum S. credimus. Deniq; in nomine Patris & filij & Spiritus S. baptizamur. Quapropter nunquam à communione Patris & filij Paracletum separamus, &c.* plura subiungit de conglorificatione in vna Deitate Spiritus S. cum Patre & Filio: aliaque addens ad suam defensionem, demum eos admonens, ne calumniãtibus aures præbeant, hæc subdit: *Si vero nos in reddenda ratione deficere senseritis, tunc demum accusatoribus nostris tanquam veracibus fidem habebitis? Vigilant illi in hoc, vt nobis noceant, &c.* sic namque Basilius iustissimæ causæ fidens, innocentiæ protectione securus suam parat defensionem.

a Basil. ep. 73.

LVII. BASILIVS SCRIBIT LIBELLVM DE FIDE. b *Basil. de vera ac pia fide.*

At res tanta haud ita lenioris negotii videbatur, q̃ breuibus literis curari posset. Quamobrem exigentibus illis, scripsit ad eosdem Basilius libellum de vera ac pia fide (vt eiusdem præ se fert titulus) egregium sane opus: quo quidem quantum abhorruerit à nouitate, cuius ab aduersariis insimulabatur, in primis declarat his verbis *b*: *Quæ eius generis esse, vt præter vocis nouitatem, sensum etiam nobis nouum atque insolitatum afferrent, & apud sanctos viros nusquam in vsu fuisse reperirentur, hæc omnia veluti peregrina atque à pia fide penitus aliena repudiarem atq; auersarer.* sic ipse: atque demum ad calcem opetis: *Hæc*, inquit, *sunt, quæ à vestra pietate admonitus necessario mihi duxi facienda, vt ad vos in posterum perscriberem, sensumque animi super his rebus mei vobis & per vos fratribus in, qui in Christo sunt, explicarem: vt q̃ & vestris & illorum animis omni ex parte satisfaceret in nomine Domini nostri Iesu Christi, quo omnis prorsus omnis de fide nostra dubitatio tolleretur, orta fortasse propter diuersam rationem eorum, quæ aliàs alio modo exposita à nobis sunt. Quæ res eo nimirũ visa videbat, quod necessario adsidue cogebamur aduersus proposita nobis à pietatis veræ impugnatoribus argumenta, vt quæq; ab ipsis in medium afferebantur, depugnare: neque cuiquam esset causa, cur fluctuaret: summe contra admirentur illis, qui quæ aliena sunt, nobis attribuũt; aut sæpenumero etiã quo facilius simpliciores in sententiam suam rapiant, deprauatæ suæ ipsorum mentis flagitiosa cõmenta falsò nobis affingunt, &c.* sane quidem calumnia hæc erat ingens, vt Basilio Eunomiani impingerent doctrinæ nouitatẽ; cum è contra ipsi more hæreticorum, se docere, quæ à maioribus accepissent, magna ostentatione iactarent. Erant n. hæc verba Eunomii c hęresiarchæ in sermonis ipsius exordio: *Eam, quæ iam diu apud Patres obtinuit pia traditio, tanquã amussim quandã & regulam exponendo præmittamus, &c.* Peculiare sane est hæreticis, cum impugnent traditiones antiquas, nihilominus se earundem vindices profiteri, quod sciant nouitatem fore ab omnibus explodendam.

b Basil. ep. 73.

LVIII. OPPRESSVS CALVMNIIS BASILIVS DE FIDE OMNIVM DVBITAT.

Porro quod ad Basilium pertinet, dum vndique in se conflari calumnias, & non ab hostibus tantum, sed à proxime sibi studio atque affectione coniunctis, fideiq; professione cohærentibus in suspicionem hæreseos adduci videret: factum est (quod ipse testatur) vt nemini iam se propemodum crederet, omnesque pariter vereretur, ac dolorem immensum in penetralibus cordis occultans, illum mœrore decoqueret: quod cum nihil penes se ab ipsis cunabulis antiquius fuerit, quam Catholicam fidem illibatam in omnibus conseruare, eius tamen præuaricator desertorq; sæpius & à pluribus accusaretur. Deplorat ipse eiusmodi suæ ipsius vitæ infelicem conditionem in litteris ad Eusthathium redditis, cum hæc ait *d*: *Posteaquam vero ad gubernandam Ecclesiam vocati sumus: qui nobis quasi pretextu adiutorij, & communionis charitatem concernentis, additi sunt custodes & speculatores, tacebone videar vel me ipsum traducere, quasi qui nulli fidem habendam pronuncient, aut certe si per suaderem, inhumanitatis causam darem credentibus: quod & mihi ipsi prope accidisset, nisi me propere miserationes Dei præseruassent. Nam parum aberat, quin ergà quosuis in id suspitionis incidissem, vt putarem nihil in quoquam esse fidei, propterea quod animum meum subdolis quorundam actionibus perculsum erat; attamen videbatur interea nobis aliquas esse pretextus eius necessitudinis, quam cum illis habebam. Contulimus vero semel atque iterum de dogmatibus: nec putauimus fugiendos esse vna nobiscum consentientes. Nam deprehendi nos vtrinque idem loqui de fide in Deum, quod illi perpetuo ex nobis audierant. Licet enim reliqua vita nostra digna sit, cuius gratia ingemiscamus: de hoc tamen vno in Domino gloriari ausim, quod nunquam falsas opiniones habuerim de Deo, neque aliter sentiendo animi posthac iudicium mutauerim: sed quam à puero sententiam de Deo à beata matre, deinde & nutrice mea Macrina recepi, illam iustis incrementis auctam & adultam in me ipso conseruauerim.* hæc & alia id genus Basilius.

d Bas. ep. 79.

LIX. IVDEX EXPLORATORES DOCTRINÆ BASILII.

Quod autem spectat ad circumstantes & obseruantes eum semper exploratores, vt ipsum caperent (φ Pharisæorum muneris erat, cum inter eos Dominus Iesus Christus versaretur) in sermone: cum iisdem aliquando cõsonanti Basilio arrectis auribus astarent, verbaque singula expenderent iniqua lance, vnde ipsum calumniandi q̃libet occasionem caperent: detegens eos Basilius, aduersus Sabellianos pro concione disserens, inter concionandum sic eos affatus est *c*: *Ego vero absque vlla curiosa vestigatione assensum illis præbui: ita & auditoribus tradere vellem, vt non semper de iisdem reddenda mihi esset ratio, sed vt ex vna confessione persuasos haberem discipulos. Quoniam vero nos circumdatis iudices magis, quã discipuli, vt experimentum de nobis capiatis, non vt aliquid à nobis discatis: necessarium est, vt obiectionibus quidem, velut in ius vocati, respondeamus.* idemq; sæpe alias conquerit[ur] de circumstantibus in auditorio exploratoribus, sicut illa oratione quam habuit aduersus calumniatores, vbi ait: *Plurimi præsentium exploratores magis sunt eorum, quæ dicuntur, quam discipuli eorum, quæ docentur: & doctrina verbi non requiritur ad ædificationem præsentium: sed ad calumniæ insidiantiũ.* hæc ipse. Cæterum se in omnibus custodem esse antiquarum traditionum, post assertam in dicta oratione contra Sabellianos, testatamque diuinitatem Spiritus S. hęc subdit: *Dominus ita docuit, Apostoli prædicauerunt, Patres obseruarũt, Martyres confirmarunt: sacis tibi sit, vt dicas quem ad modum edoctus es*, appendicem autem hanc ad argumenta apposuit S. Basilius, vt coram ipsis illatam calumniam refelleret, qua illi dicere consueuerãt, nouitate vocum delectari Basilium, quem constaret esse antiquitatis Ecclesiasticæ obseruantissimum: quippe qui perstringens Eunomianos hæreticos impugnantes diuinitatem Spiritus S. totus in eo est, vt demonstret eam semper fuisse in Ecclesia prædicatam, in sacro nimirum hymno glorificationis, atque ipsa forma baptismi.

c Basil. era. contra Sabell.

LX. BASILIVS VRSVS HÆRESIS TAMERE ACCVSATVS.

Sed quid accidit his circumdato, dum concionaretur, fetis bestiis S. Basilio? Equidẽ licet prudentis ac sanæ mẽtis hominis sit, omne in dicendo cauere mẽdacium, erroremque vitare: haud tamen in cuiusquam sapientis viribus repositum est (quod id in aliena potestate situm sit) à calumniis esse liberum. Etenim præter alias ab aduersariis illatas illi calumnias, ea recens accessit, quæ plus cæteris ipsum exagitauit; cũ vnius voculæ, minimæ scilicet dictionis occasione ab eodem Basilio pro concione prolatæ ab aduersariis vero tanq̃ lucrũ ingẽs obuiis arreptæ manib⁹, ingentes in eum concitatæ sunt turbæ. Quo modo acres se habuerit, Gregor. Nazianzenus, scripta eo argumento

ad ipsum

ad ipsum epistola, exacte recenset: quæ sic se habet a:

a Gr. Naz. ep. 26.

LXI. ADMONET BASILII SI QUI GREGORIVS.

Ego te pro vita duce, pro fidei ac dogmatum magistro, & quicquid præclari à quoquam dici potest, tum antiquitus habui, tum nunc habeo. Et si quis alius tuarum laudum prædicator est, omnium vel mecum est, vel post me. Vsque adeo me tibi deuinxit pietas tua, atque adeo sincere & ex animo sum tuus. Nec vero hoc mirum videri debet: nam vbi amplior vita consuetudo est, illic quoque amplius est experimentum: vbi autem vberius est experimentum, illic etiam perfectius est testimonium. & si quidem alium, ex hac vita fructum capio, hunc ex amicitia tua & contubernio colligo. At de his rebus ita sentio, vt inamque sentiam. Quæ autem nunc scribo, inuitus quidem scribo sed tamen scribam.

GREGORIVS CVM BASILIO AC CYSATVR.

Ac mihi eo nomine minime succenseas velim: aut admodum ipse acerbe feram, si fidem tibi non fecero, me hac benevolo animo loqui, atque ad te scribere. Multi nos vt circa fidem parùm firmos accusant, quorquot numerum (idque merito) res nostras communes vtriusque esse censent. Atque alij quidem plane nos impietatis insimulant, alij timiditatis, impietatis quidem, qui nec sanam doctrinam à nobis promulgari credunt, sibique persuadent: timiditatis autem, qui nobis dissimulationis prænarrationisque crimen impingunt. At aliorum sermones quid refert attinet? Quod vero nuper accidit, tibi exponam.

LXII.

Conuiuium celebrabatur, cui non pauci illustres viri intererant, nobisque, amicitia coniuncti, atque inter eos vir quidam pietatis nomen habituque præferens. Nondum compotari cœptum erat, cum, vt in conuiuiis accidere solet, de nobis sermo excitatur, instar cuiusdam aduentitiæ rei in medium propositus. Omnibus porro virtutes tuas magnifice prædicantibus, noscitabam, vt ipsemet vita studiis deditos adiungentibus, amicitiamque nostram & Athenas commemorantibus, in rebusque omnibus concordiam, animorumque consp[i]rationem: grauit quoddam facinus hic philosophus edit.

BASILIVS CVM GREGORIO IN CONVIVIO ACERBE TAXATVS.

Quidnam hoc (inquit admodum furiose exclamas) ô viri, quam infigunter mendacia & assentatores estis? Catera quidem laudentur viris ipsi si ita lubet, nec ipse sane contradico: caterum, quod maximum est, non illis concedam. Orthodoxiæ nomine frustra laudatur Basilius, frustra Gregorius: ille quidem, quia veritatem suis disputationibus produxit: hic, quia tolerantia sua proditionis socium se præbebat. Hic ego: Vnde hoc, ô homo vane, atque amentia nouæ Dathan, & Abiron? Vnde nobis dogmatum promulgator venis? Quo modo tantarum rerum iudicem te ipsum facis?

LXIII. OBICITVR BASILIO DE SPIRITV SANCTO ERROR.

Tum ille: Ex Eupsychij martyris conuentu nunc venio, eumque dicti mei testem habeo (sic enim se res habebat) atque illic Basilium Magnum audiui de Patre quidem & filio optime ac præstantissime, atque vt vix quispiam alius facile queat, differentem, Spiritum sanctum autem conuellentem ac disicientem. Ac similitudinem quandam adijciebat à fluuio petitam, qui rupes cursum prætereuntes arenosa loca excauant. Et tandem, vir egregie (inquit me intuens) tu quidem iam perspicuis verbis Spiritum sanctum Deum esse doces (simulque vocem quandam meam commemorauit, cuni ego vt in frequentissimo cœtu de diuinitate verba faciens, perualgatum illud de Spiritu S. interfatus essem: Quousque lucernam sub modio abscondemus?) Basilius autem fidei doctrinam obscure subindicat, ac velut adumbrat, nec veritatem libere profitetur, oratorie magis, quam pie aduitorum aures obtundens, dicendiq; facultate subdolum animi consilium tegens?

LXIV. QVID GREGOR. IN DEFENSIONEM BASILII.

Quoniam, inquam, ego in obscuro positus ac plerisque incognitus, sic vt nec quæ loquar, nec an loquar ferme homines sciant, tuto philosophor: illius autem maior habetur ratio, vtpote cuius nomen tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multo sit illustrius, tum etiam quod id omne, quod dicit, in publico hominum cœtu dicit, grauique hæreticorum bello vrgetur, nudam præsertim à Basilio vocem arripere quærentium, vt eo (qui solus ferme reliquus est veritatis fomes, vsque vinctica, vicinii omnibus captis ac subiugatis) ab Ecclesia pulso & exturbato, malum istud in ciuitate aduces agat, atq; ab Ecclesia non secus atque ex aggere quodam & propugnaculo, terrarum orbem peruastet ac populetur.

Præstare itaque veritatis doctrinam cautius aliquanto, minusq; libere profiteri, temporiq; quasi mobecula cuidam cedere, quam eam apertæ prædicationi opprimere. Nos enim ea ex re nihil damni facere si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligatur, Spiritum sanctum Deum agnoscemus: neque enim in sono verborum potius quam in mente & sententia veritatem esse sitam: Ecclesiam autem grane detrimentum accepturam esse, si vnius hominis oppressione veritas profligetur.

Hoc consilium ij, qui aderant, tanquam vanum ac frigidum, ipsosque ludificans, non modo non comprobarunt, sed etiam nos clamoribus insectati sunt, vt ignauiæ nostræ potius, quam Orthodoxæ doctrinæ consulentes: longe enim præstantius esse nostros pro veritate tueri atque conservare, quam huiusmodi cautione & dispensatione eos inutiles reddere. nec interim alienos elucrari. huc usque de rebus tunc gestis dictisque Gregorius; atque mox subdit:

LXV. GREGOR. DEFENSIO PRO BASILIO NAVD ACCEPTA.

Enimuero quæ & dixi & audiui, & quam immodice & præter mores meos aduersus eos, qui contra nitebantur, stomachatus sum singillatim exponere, prolixum nunc fuerit, minimeque fortasse necessarium. Vt autem finem dicendi faciam, sic eos amandaui. Tu vero diuine vir ac sacrosancte, facito, vt nos doceas, quousque in disputatione de Spiritu sancti diuinitate progredi, quæque voces vsurpare, & quousque cautione certaque dispensatione vti debeamus, vt eá aduersus illos, qui contradicunt, in promptu habeamus. Nam si hoc tunc ipse abs te doceri postularem, cum te resque tuas omnium mortalium maxime perfectas habeam, ac certissimam de his rebus fidem sapius dederim, vicissimque acceperim: omnium profecto stolidissimus essem atque miserrimus. hactenus de his Gregorius ad Basilium. Quid ad hæc autem ipse rescripserit, paulo post dicturi sumus.

LXVI.

Interea verò quod ea res maximi momenti habita fuerit, hic repetamus necesse est, quæ idem Gregorius Nazianzenus eadem ipsa tractans de Basilii consilio, etsidemq; integerrima fide Catholica pluribus disserit. Sed quo cuncta absque offensa alicuius accipiantur: illud in primis exemplum de eo, quod tertio tomo fusius est pertractatum, in medium adducere, operæ pretium ducimus; firmatum stabilitumque superius sententia sanctorum Patrum Hilarii, Augustini, & aliorum: nimirum haud quaquam confessionem illam fidei dicendam fuisse hæreticam, in qua diuinitas filii Dei cum Patre æqualis, aliis vocibus, quibus & Ariana hæresis condemnaretur, haberetur expressa, etiam si in Nicæno Concilio decretum nomen Consubstantialis esset silentio prætermissum: quod pluribus est demonstratum, cum egimus de Liberio, deque Concilio Ariminensi. Atque adeo si quis pro concione filii Dei æquam cum Patre diuinitatem aliis pleriſque vocibus audientium animis insinuasset, etroremque Arii pariter conuulsisset: haud iure in crimen adduci potuisset, quod Consubstantialis vocabulum ex causa aliqua tunc temporis prætermittendum existimasset. Quod si absque veræ pietatis offensa silentio licuit prætermittere vocem contentiosam, alioquin à sanctis Patribus in Nicæno Concilio consilio diuino decretam: cur crimini dandum Basilio fuit, vocem vnam, non tamen à Synodo aliqua definitam; pro ratione temporis silentio ab ipso prætermissam, cum aliis illi æque pollentibus pro assertione diuinitatis Spiritus sancti tunc iusta de causa vsus fuerit? His non tam ad defensionem Basilii, quam ad elucidationem eorum, quæ de Basilio S. Gregorius pluribus narrat, in hunc modum præmissis, cum per salebras incedendum sit, facilior fiet de Basilii defensione ipsius Gregorii enarratio, quæ sic se habet b:

AD DEFENSIONEM BASILII MANY DVCTIO.

b Gr. Naz. or. in laud. Basilii.

Sermones cum iudicio dispensare, de Danidis consilio & sententia necessarium esse indicabat, atq; aliquantisper belli tempus & hæreticorum principatum tolerare, quo ad libertatis tempus tranquillitatisq; successisset, linguæq; libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam atq; apertam vocem, quæ Spiritui S. diuinitatem tribueret, arripere cupiebant (quod quidem tametsi verum erat, impiè tamen illis ac nefario impietatis Antistiti videbatur) vt eo cum summa Theologica lingua è ciuitate pulso ecclesiam ipsi occuparent, eáq; scelerisi sui propugnaculum præsidiumq; facerent, vnde postea, velut ex arce quadam, omnia, quæ vellent, vastarentur, atque incursionibus peruastarent. Quas eorum insidias vt eluderet Basilius, aliis quidem vocibus è Scriptura petitis, testimoniisq; minime dubiis eandem vim habentibus, necessariisq; argumentis aduersarios ita coërcebat, vt nullo modo repugnare, atq; in contrarium niti possent: sed quæ maxima disputationis & ingenij virtus est, propriis vocibus cõstringerentur, quem admodum in libro, quem hoc argumento edidit, perspicuo ostendit, in quo calamum quasi ex Spiritus pyxide mouet:

LXVII. c Pf. III. BASILII IN CONCIONANDO DISCRETIO.

Sed tamen propriam & apertam vocem interim vsurpare differebat, tum ab ipso Spiritu, tum ab aliis etiam sinceris ipsius propugnatoribus gratiam petens, ac rogans, ne hoc suo consilio offen-

LXVIII.

derentur

derentur nec committerent, vt duum vnam vocalem mordicus retinere conarentur, propter mexplebilem cupiditatem omnia perdirent, conuulsa, nimirum turbulentissimo tempore ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si dictiones paulum immutentur, modo aliis verbis eadem doceantur: neq; enim salutem nostram in sermone magis, quam in rebus consistere: quippe cum ne Iudæi quidem reprehendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo, vocem, Vncti, sibi concedi postulantes, religionis nostræ sensum vellent. At Reipublicæ non posse maiorem pestem ac perniciem asserri, quam si ab hæreticis occuparetur Ecclesia. Nam quod alioqui melius, quam quouis alio, Spiritum S. Deum nosset, cum perspicue ex eo colligi at, quod & hoc sæpe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicauit, & priuatim apud eos, à quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum vero in suis ad me sermonibus apertius id ostendit (neque enim quicquam vnquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animum tectum occultumq; habuit) non simpliciter hoc affirmans, sed quod antea ipsi perraro accideret, sibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe vt ab ipso Spiritu S. excideret, nisi cum Patre & filio Spiritum vt consubstantialem & æqualem coleret. & paulo post.

TACERE ALIQVID INTERDVM ABSQVE FIDEI IACTVRA LICERE.

LXIX. CONVENTIO BASILII CVM GREGORIO.

Nec vero hæc à me eo commemorata sunt, vt illius gloriam oratione mea defenderem (præstantior enim est, quam vt accusatoribus, si qui tamen sunt, in ipsum famam quicquam liceat) sed ne in solis vocibus, quæ in illius libris reperiuntur, pietatem circumscribentes, imbecilliori fide nitantur; eamq; de diuinitate differendi rationem, quam is tempus illud nō sine spiritus numine afferebat, versutæ malitiæ pretexant: verum eorum, quæ scripsit, sensum ac scopum, quem sibi in scribendo proponebat, expendentes, ad veritatem magis accedant, atque impiæ doctrinæ professoribus obstruant. Mihi quidem, omnibus q; sua me carum habent, vtinam adsit illius Theologia. Atq; adeo tam certam de ipsius circa hanc rem animi puritate fiduciam habeo, vt præter alia omnia, hoc quoque cum eo habere cōmune non recusem: ita vt illi mea, mihi vicissim illius omnia & apud Deum & apud candidissimos quosque homines adscribantur: nam neque Euangelistas id circo inter se pugnare dixerimus, quoniam alij in exponenda Christi humanitate plus operæ posuerint, alij ad explicandam diuinitatis materiam se contulerint, &c. hæc Gregorius pro Magno Basilio.

LXX. APOLOGIÆ COMPLVRES PRO BASILIO.

Quæ licet certa veraque essent, & quæ esse satis possent ad tanti viri excusationem, animique consilium penitus aperiendum: tamen eius hostes, qui ipsi viuenti de his negotium facessere non sunt veriti, haudquaquā eidē mortuo pepercerunt: vnde opus fuit virbs insigniter eruditos pro eodem Basilio defensionem parare, scriberēq; apologias. Præstitisse id quidem in primis eius germanum Gregorium Nyssenum, qui libros Basilii aduersus Eunomiū scriptos ab aduersariorum calumniis vindicauit, auctor est Photius in sua Bibliotheca: post Gregor. vero id ipsum egisse Theodorum Antiochenum, nec non Sophroniū, idem auctor affirmat, dum eorundem Ecclesiasticorum virorum lucubrationes recenset: Vt plane intelligas viros improbos ac refractarios minime acquieuisse Gregorio Nazianzeno, Ecclesiæ Theologo, dignissimo viro de Basilio summa fide exhibenti testimonium, qui rursum hæc de eodē Basil. cōmentatio a: Cū, inquit, tractatum quem de Spiritu S. conscripsit, euolue; Deum, quem habeo, nanciscor ac libero & præsidenti animo veritatem confiteor, illum videlicet & Theologia & speculationi insistens. hæc ipse.

a Gr. Naz. or. in laud. Basilii.

LXXI.

At sentio curiosum lectorem auide à nobis exigere, quænam esset vocula illa, immo dictio breuis vel syllaba, cuius causa tum à Gregorio, tum etiam ab eodem ipso Basilio & aliis clarissimis viris fuerint elucubratæ apologiæ. Dicam equidem, eodem ipso Basilio auctore: qui cū eadem ex causa ab amicissimo Amphilochio Iconii Episcopo interpellatus esset, vt obortam de syllabis quæstionem in causa grauissima, nempe de Spiritus sancti diuinitate elucidaret: obtemperans ei, peregregium commentarium eo argumento conscribens, in fine præfationis hæc habet b: Ad huius quæstionis originem me paulisper conuertam. Nuper orante mihi apud populum, & vtroque modo glorificationem absoluenti, Deo ac Patri, interdum cum filio ipsius ac Spiritu sancto: interdum, per filium in Spiritu sancto: cum alij quidam ex his, qui tum aderant, id obseruarunt, dicentes, nos non modo peregrinum ac nouis vsos vocibus, verum etiam inter se pugnantibus: tum tu præcipue aderas, nimirum consulens illorum vtilitati. hactenus Basilius de origine quæstionis. Viguit enim ea semper in Ecclesia consuetudo, vt concionator in absolutione sermonis, inuocatione sanctissimæ Trinitatis cum gratiarum actione orans concioni finem imponeret, non tamen vt eadem semper vteretur præscripta forma verborum.

b Basil. ad Amphiloc. c 1. BASILIVS IN QVO REPREHENDITVR.

LXXII.

Sed vnde pii, fideq; præstantes, qui tunc erant, scandalum passi sint, ad primum intelligendum. Antiochiæ olim obortam esse dissensionem inter Catholicos & Arianos, superius dictum est ex Theodoreto c atque Sozomeno d, dum illi hymnum glorificationis occinentes dicebant: *Gloria Patri & filio & Spiritui S.* Ariani vero aliter, nempe: *Gloria Patri per filium in Spiritu S.* Quod igitur S. Basilius in hymno glorificasse Patrem per filium cum Spiritu S. magnam attulit Orthodoxis admirationem & scandalum. Porro vt eo modo Catholici hymnum dicerent; nō quidem, vt multi putant (q. diximus) ex præscripto venit Nicæni Concilii: quid enim ea de re decreuerit S. Synodus, suo loco superius demonstratū est. Nec rursum ex canone aliquo postea edito vsq; ad hæc tempora, statuta forma aliqua repertur, q. qui non seruaret, excidisse dici possit à Catholica fide, & inter Arianos adnumerari: adeo vt illud esset seruandum, illud vero euitādum; illudque demonstraret quempiam esse Catholicum, hoc vero hæreticum: sed erat illud in vsu in Antiochena tantum Ecclesia nec alibi (quod legatur) quam Antiochiæ obseruatū.

c Theod. li. 2. c. 24. d Soz. lib 3. c. 19. VNDE OCCASIO SCANDALI CONTRA BASILIVM.

LXXIII. DICTIONES PAR, IN, CVM, LICITE IN GLORIFICATIONE PONI.

Cæterum S. Basilius: quod optime sciret, tum diuina scripturæ authoritate, tum antiquæ traditionis exemplo, tum deniq; sanctorum Patrum testificatione id abūq; dispendio Catholicæ fidei licenter dici posse, ad optimū finem ea licentia vsus est. Cuius quidem rei causa probandæ, præclarum illum atque eruditum commentarium scripsit ad Amphilochium, quem consulat, qui hæc ab eo exactè probata optat plene cognoscere. Sed q. pertinet ad antiquam traditionem atque maiorum consuetudinē, qua diceretur, *Gloria Patri & filio cum Spiritu S.* ita ipse e *Mittuntur & illud: hanc vocem, Cum quo, ab vsu priorum alienam esse. Quotquot n. morum conditrices, antiquitatis maiestatem nouis ornamentis præstruxerunt, ac maiorum traditionem citra mutationem conseruarunt, singulis cum regionibus, tum ciuitatibus hac voce sunt vsi.* & paulo post: *Itaque videas & hodie à ruricenis hanc vocem more veterum pronunciari.* actum sum: *Proinde quod à maioribus nostris dictum est, & nos dicimus, gloriam esse communionem Patris cum filio, &c.* quod enim Basilius à Patribus accepit traditum, id ipsum ex diuina etiam scriptura vendicare sibi auctoritatem pluribus docet. Sed & quod æque diuina scriptura vsa sit, in, per, cum: sicut recte dici, *Cum Spiritu S.* ita etiam æque bene proferri, *In Spiritu S.* pluribus probat f; & quid inter se differrent, luculenter elucidat, atq; post multa.

e Basil. ad Amphiloc. c. 7.

f Basil. ad Amphiloc. c 21. & 27.

LXXIV. g Basil. ad Amphiloc. c 29 MAIORVM AVCTORITATEM BASILIVS SECVTVS EST.

Venerandæ sunt, inquit g, *vetustæ dogmata, quod ob antiquitatem ceu canitiem quandam habeant quiddam venerandum. Enumerabo itaque vobis huius sermonis auctores.* atque subdit: *Ipse quidem (si de me proprie quid loquendum est) vocem hanc tāquam hereditatem paternam conseruo acceptam à viro multo tempore in seruitio Dei versato, per quem baptizatus sum & Ecclesiæ ministerio admotus, &c.* citatque antiquos Patres in glorificatione sanctissimæ Trinitatis vsos vtroq; more dicendi, nempe Clementem Romanum, & Alexandrinum, Irenæum, Dionysium, Alexandrinum, Africanum, Athenogenem, Gregorium Thaumaturgum, Firmilianum magni nominis antiquum suum prædecessorem, nec non præstantem illum Meletium Ponticum.

LXXV. h Basil. ad Amphiloc. c 29. RECENTIORES EODEM MODO QVO BASILIVS TRINITATEM GLORIFICANT.

At ne quis putaret exoleuisse eiusmodi veterem morem, antiquataque tot maiorum exempla de his, quæ tūc temporis omnibus ferme in locis agerentur, eiusmodi affert testificationem h: *Sed quid*, inquit, *opus est vetera commemorare? Immo qui nunc sunt Orientales, nonne hoc vno potissimum pie sentientes agnoscunt, hac voce veluti signo suos ab alienis diudicantes? Vt antem ego à quodam Mesopotamio audiui, viro & linguæ erudita, & mentis integræ: ne licet quidem illis, etiam si velint, aliter sonare vocem eo loco receptam, sed necesse est illis per voces idem cum hac pollentes iuxta quandam maiorem proprietatem glorificationem offerre. Quin & Cappadoces sic iuxta regionis*

morem

morem loquimur, iam tum in linguarum diuisione dictionum vsu prouidente Spiritu. Quid porro Occidens totus, propemodum ab Illyrico vsque ad fines nostri Orbis, nonne per hanc vocem orat? Qui sit igitur, vt ego sim innouator, & recentiorum verborum architectus, cum omnes nationes, & ciuitates, & consuetudinem omnis hominum memoria vetustiorē, insuper & viros Ecclesiæ columnas & omni scientia & virtute spiritus venerandos duces & auctores huius vocis exhibeam? hæc & alia plura Basilius.

LXXVI. XBOMIS PAPÆ EXEMPLVM.

Quibus plane videas Antiochenæ Ecclesiæ ritum illum, & contentionem aduersus eos, qui glorificarent Patrem per Filium in spiritu sancto, fuisse ipsius tantum peculiarem, cum liceret Catholicis vbiq; positis absq; dettimento Catholicæ veritatis iisdem vti in glorificatione atque gratiarum actione dictionibus: cuius rei de Romana Ecclesia ex dissertissimo ac pariter sanctissimo viro eius Episcopo satis esse potest exemplum. Etenim sanctus Leo Papa concionatus in die Natalis Domini *a*, his verbis ad agendas Deo gratias populum inuitauit: *Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per Filium eius in Spiritu sancto*, &c. Vitium plane fuit Arianorum, vt ea textura verborum vterentur in sancto baptismo, adulterantes formam ipsam à Christo præscriptam: à quo quidem Arianorum vsu Orthodoxi penitus abhorruerunt, nefas existimantes aliter illa pronunciare verba, quam à Domino fuerint imperata. Quonam modo autem eadem verba in glorificatione dicentes Ariani blasphemarent, Catholici vero laudarent sanctissimam Trinitatem; idem Basilius pluribus docet *b*.

a *Leo ser. 1. in die Nat. Dom.*

b *Basil. de Spir. sanct. ad Amphil. c. 4. 5. 8.*

LXXVII. DESCRIPTIO STATVS ORIENTALIS ECCLESIÆ.

Ipse igitur vbi graui fortique apologia de obiectis criminibus ab amicis & aduersariis se purgauit: quod videlicet vndique in se certamina concitari, & cum hostium, tum amicorum iaculis confodi sentiret: præsentis temporis statum Ecclesiæ Orientalis, tanquam in tabula imaginem coloribus pictam, stylo reddit his verbis *c*: *Cui*, inquit, *comparabimus præsentem statum? Profecto simili bello nauali, quod ex multo odio, ex veteribus offensis inter ipsos per longum tempus alto, naum achi quippiam ac bellaces instituerit. Nunc igitur in hac imagine mihi spectā terribilem vtrinq; concursum, mox ira tam eo erumpente, vt sit immedicabilis, vtrarumq; partem simul prostratam confici. Pone, si vis, violento turbine circumagi classem, caliginemq; densam è nubibus incumbere, adeoque obscurare rerum visibilium species, vt nulla sit amicorum & hostium discretio, propterea quod ob confusionem symbola militaria sint ignota. Huic imagini propter euidentiam addamus etiam mare inturnescere, atq; ab imo subuerti, rapidumq; Aquilonem è nubibus deorsum erumpere, horribilemque procellam ingentibus fluctibus, quos tricymias vocant, exurgere. Post hæc ventis vndiq; concurrentibus, totam classem inter se cum fragore colliti: atque in conflictu alios quidem velut suis proditores ad ipsam desperationem vltro transfugere, alios cogi, vt partem & scaphas impellant à ventis actas, & occurrant irrumpentibus, seseque mutuo per seditionem trucident: quam seditionem partim iam ad extremum prouecta inuidia, partim quæ fugientis adest vincendi cupiditas excitauit. Ad hæc cogita confusum quendam & indiscretum clamorem per vniuersum illud mare resonantem, partim è ventorum strepitu, partim è collisione nauium, partim ex vndarum impetu feruentium, partim ex vociferatione præliantium varias voces pro singulorum affectibus emitti, vt neq; nauclerj neq; gubernatoris vocem exaudire liceat, sed prodigiosam quantam mixturam, confusionemque incredibilium malorum, dum ob omnē vitæ spem ereptam prorsus non timent peccare. Adijce eisdem & immedicabilem quendam morbum, ac insanabilem præ gloriæ cupiditate insaniam, vt cum nauis iam in fundum maris deferatur, tamen nautici duces primam assequendi laudem contentionem non remittant. Transi iam ab imagine ad ipsum mali archetypum*, &c.

c *Idem ep. cit.*

EGREGIA COLLATIO NAVALIS PVGNÆ CVM TEMPESTATE ECCLESIÆ.

LXXVIII.

Conuenient iam imaginis huius cum Ecclesiæ huiusce temporis statu in omnib. tecte respondentem ideam post hæc exacte demonstrat: quæ omnia breuitatis causa hic describere prætermittimus; cum ex his, quæ dicta sunt atque dicentur, veritas ipsa satis descripta noscatur. Porro idem Basilius ad Athanasium *d* scribens, eadem collatione atq; imagine statum Orientalis Ecclesiæ repræsentat. Sed & Gregorius Nazianzenus e nulla aptiori comparatione visus est sibi describere valuisse mutuo inter se digladiantium Orientalium Ecclesiarum faciem, quam exemplo naualis nocturnæ pugnæ. Quamobrē æque Basilio accidit atq; Eliæ, qui tædio iam victus mortem vitæ præfert, & sicut Paulo dicenti: *Tentati sumus supra modum, ita vt taderet nos vita*, nam ad Demophilum scribēs ait *g*: *Anno præterito cum ex grauissima febri ægrotassem, & prope ad ipsas portas mortis descendissem, bonitate vero Dei reuocatus essem, ægre ferebam illam rursus restitutionem, expendens ad quæ mala iterum reuersus essem.*

d *Basil. ep. 51. e Greger. Naz. Apol. 1.*

1. Cor. 1. g *Basil. ep. 82.*

In tot tantisq; ærumnis Basilio constituto, vnum illud sibi relictum videbatur esse confugium, vt Magni Athanasii auxilium litteris absens expeteret, cuius & ad Deum precibus fulciretur; ad quem hoc tempore per breues has ea de causa litteras dedit *h*:

LXXIX.

h *Basil. ep. 49.* BASILIVS PRESSVS MALIS ATHANASIVM INTERPELLAT.

Quanto Ecclesiarum languores auctiores euaserunt, tanto vniuersi ad tuam conuertimur integritatem, vnam nobis malorum consolationem in tua tutela relictam esse credentes; qui & precum virtute & scientia rerum gerendarum, qua quid optimum sit tu admonere potes, ex horribili ista tempestate conseruare nos ab omnibus, qui aliquantulum integritatē tuam vel audiu vel experientia cognouerunt, crederis. Quocirca ne cesses orare pro animabus nostris, excitare q; litteris, quarum si agnoscis, quantus sit vsus, nullam vtiquam si qua dabitur, scribendi ad nos occasionem negligas. Si vero digni habemur adiutorio precum tuarum, vt & videamus te, & bonis, quæ in te sunt, perfruamur, & ad historiā vitæ nostræ congressum cum magna vere & Apostolica mente tua adiecerimus: omnino & ex æquo respondentem totius vitæ nostræ afflictionibus consolationem nos Dei solita benignitate accepisse reputabimus. hactenus ipse ad Athanasium.

Sed & quem sciebat sibi esse fidelem Gregorium Nazianzenum, qui ipsum de his primum admonuerat; cum ad eum rescribit, inter alia, vt sit sibi auxilio, ad se vocat, non sine querela, quod à se recedens minime stetisset pactis conuentis: nam ait *i*: *Si vt inter nos olim conuenerat, & cura & solicitudo, quam nunc Ecclesiis debemus, efflagitat, bonam anni partem simul transegissemus, ansam atque adytum obtrectatoribus haudquaquam dedissemus. Tu vero (si ita videtur) hos valere sine, nostrisq; precibus adductus nos in præsenti certamine laborantes adiuua, simulq; cum eo, qui aduersus nos cum exercitu grassatur, manus consere. Nam si vel solus conspectus fueris, eius impetu infringes; eosque, qui ad patria res eneruandas instructi sunt, fundes ac dissipabis, perspicuum videlicet eis faciens, te actus nostri ducem futurum, atque eos omne iniustum hominum iniquitatem aduersus Deum loquentium obstructurum. Quod si contigerit, res ipsa declarabunt, quis ille erit, qui te ad præclara negotia sequetur, quis rursum claudicet, ac veritatis doctrinam ignauia prodat*, &c.

LXXX. BASILIVS GREGORIVM NAZ. ACCERSIT i *Gregor. Naz. epist. 20.*

His, vt ita dicam, Basilii dolentis clamoribus Gregorius interpellatus, ad eum rescribens, suum pollicetur aduentum, vbi ait *k* ad finem: *Hoc autem habeto, me Deo aspirante, & tibi affuturum, simulq; dimicaturum, virilemq; operam impensurum esse. Quis enim languescet, imo quis non magno & fidenti animo futurus est, te duce ac socio de veritate disputans ac certamen conferens?* hæc ipse. Porro magnum emolumentum ac robur prædicationi Euangelicæ accessisse, perspicuum fuit, vbi simul iuncti Basilius atq; Gregorius aduersus hæreticos dimicarunt. Quo modo autem in eo certamine inter se partiti sint munera, idq; magno cōsilio, Gregorius tradit his verbis *l*: *Quod si quis in huiusmodi rebus me illius socium admiserit: aliquid, quod pleriq; incognitum ante fuit, euulgabo. Nam cum temporis angustiæ premerentur, hanc ipse rationem iniit: vt sibi quidem verbi dispensationem; nobis autem, quos ob nominis obscuritatem nemo accusaturus, patriaq; eiecturus esset, loquendi libertatem committeret. Atq; ita Euangelium nostrum firmum validumq; erat vtriusque auxilio fultum.* hæc Gregorius.

k *Gregor. Naz. ep. 17.* BASILII ET GREGORII IN PRÆDICATIONE DISTINCTA MVNERA. l *Gregor. Naz. orat. 20 laud. Basilij.*

LXXXI.

Cæterum non aduersus hæreticos solum reprimendos eo modo vsus est Basilius Gregorii opera; sed etiam aduersus secundæ Cappadociæ Metropolitanum Anthimum alienæ inuasorem diœcesis, primæ nimirum Cappadociæ, cui præerat ipse Basilius, vius est administro, quē veluti aggerem opponendum Anthimi temeritati putauit. Quonam autem modo ista acciderint, & quem finem fuerint consecuta, ab ipso Gregorio petitam integram rei gestæ seriem recitemus: *Hanc*, inquit *m*, *iam Episcoporum, & eorum, qui militiæ societatē cum illis inierant, bellum incepit: bellum cum per se admodum turpe & ignominiosum, tum subditis ipsis non*

LXXXII. ALTERCATIONES BASILII CVM ANTHIMO.

m *Gregor. Naz. orat. in laud. Basilij.*

minime perniciosum. Quæ enim alios ad moderationem ac tranquillitatem inducere queat, sic affectu Præsulibus? At tres quidem erant causæ, cur multi etiam ante parum æquo & amice erga eum animo essent. Prima, quod in fidei negotio neq; aquam cum eo sentirent, nisi quanitum id ipsi, cogente multitudine, necessario faciendum erat. Altera, quod dolorem ex ipsius electione conceptum ex animis nondum penitus ejecerant. Postrema, quod se longe multumque ab eo gloria superari, acerbissime ferrent, tametsi id confiteri turpissimum esset. Orta est & alia quædam simultas, quæ hec omnia vedulcerauit.

LXXXIII. Nam cum patria nostra in duas provincias & metropoles diuisa esset, at multa ex priori nona metropoli adiungerentur: ea de causa inter illos dissidium excitatum est. Hic enim æquum esse dicebat, vt cum publicis diœcesibus nostra quoq; simul diuiderentur: ob eamque causam eas paraxias, quæ nouæ provinciæ nuper adiunctæ fuerant, vt iam ad se pertinentes, atque ab illo distractas, vendicabat. Basilius contra veteri consuetudine nitebatur, atque huic diuisioni, quæ olim à Patribus facta fuisset, inhærebat, & optimo quidem iure. Atque ex hac contentione permulta mala partim iam acciderant, partim impendebant. Episcopos subdole ad se pertrahebat nouus Metropolites, prouentus diripiebat: Ecclesiarum presbyteros partim oratione inflectebat, partim libro gratu aliqui ejiciebat. Ex quo efficiebatur, vt Ecclesiarum negotia deterius se haberent, vtpote quæ in partes ac studia scinderentur. Homines quippe rerum nouatione quodammodo delectantur, ac libentius animo nouæ suæ obiter elucubrationes faciuntque est institutæ labefactare, quam labefactata in pristinum statum reducere.

LXXXIV. Quod autem illum magis in furorem agebat, Taurici reditus ab ipso quidem obiter cernebantur, verum ad Cæsariensem deuehebantur. S. Orestis prouentus colligere maximus ask mabat: adeo vt ipsius etiam iter faciens, nullo aliquando corripierit, ac ne vltra progrederentur, cum prædatoria manu prohibuerit. Et quam specioso his rebus pretextu abhibebatur! Filij spirituales & animæ, & fidei doctrina, cæteraq; huiusmodi cupiditatis inexhibilis integumenta (res inuentu per facilis) istemq; illud. Vectigal hæreticis persoluendum non esse. Quisquis enim illi molestiam exhibebat, in hæreticorum numero habebatur.

LXXXV. Nec tamen ille Dei sanctus sublimisq; Hierusalem vere Metropolites, nempe Basilius, aut errantes secutus est, aut hoc dissimulare sustinuit, aut parum huius mali remedium excogitauit: sed perspectum, quo se, quam & agnouit & admiratus est, & illum (quid enim aliud dicam?) animæ dignum. Etenim dissidium hoc in Ecclesiæ lucrum emolumentumq; conuertit, ex eaq; calamitate insignem vtilitatem traxit, patriam nimirum plurimos Episcopos conuenientes. Ex quo tres præclarissimæ res secutæ sunt: nam & animarum cura maior suscepta est, & quilibet tuitas prouentus suos habuit, & bellum hæresi compressum & extinctum est. creauit enim Basilius inter alios nouum Episcopum, cui Tauricæ regionis S. Orestis martyris redditus tunc adscripsit, quos Anthimus sibi manu prædatoria vendicabat.

LXXXVI. Quod vero ad diuisionem Cappadociæ spectat: vna in duas prouincias partita est, quarum altera Cappadocia prima, secunda altera dicebatur. Potior autem prima erat, in qua Cæsarea, cui S. Basilius præerat Episcopus: secunda vero metropolis Tyana, cui Anthimus præsidebat. Rursum sub secunda Cappadocia sirum erat Nazianzum & Arianzum, vbi natus est Gregorius cognomento Nazianzenus. Id quidem testatur Iustinianus Imperator in edicto de fide ad Ioannem Romanum Pontificem, cuius est exordium: *Scientes, quod nihil aliud*, &c. vbi prope finem habentur, quæ diximus de Nazianzo & Arianzo Cappadociæ secundæ subiectis sub metropoli Tyanensi. Cum igitur ita inter se altercarentur Anthimus atq; Basilius, salubre hoc (inquit Gregorius) consilium excogitauit, vt plures in sua diœcesi crearet nouos Episcoporus: sed illud plane salubrius, vt additione Anthimi vendicaret sibi Gregorium, quem nouæ institutæ sedi Sasimorum crearet Episcopum; qui & compescere posset Anthimum ab alienę inuasione diœcesis. Id fane quantumlibet honestissima de causa, à Basilio factum fuerit, ægro tamen animo ipse Gregorius perstitit; qui de his agens ita conqueritur a:

Huius consilij vereor, ne velut appendix quædam ipse fuerim: neque enim honestius ac speciosius verbum, quo vtar, occurrit. Nam cum cætera omnia huius viri facta, supra quam dici queat, admirer:

vnum hoc haud arere nequeo (affectum enim animi confiteor, alioqui nec multis incognitum) eum nimirum, quam in nos adhibuit nouationē ac diffidentiam. ita Gregorius, quod Basilius veritus ne ab ipso deseretur, arcto eum vinculo ligandum putauit: sed subdit: Huius rei mœrorem, ne tempus quidem adhuc exhaurire potuit. Hinc enim mihi omnis vitæ inconstantia & perturbatio manauit, quod q; philosophari nequiuerim. aut certe non existimer, tametsi de posteriori non magnopere laborem. Nisi quis tamen hoc à me pro illius purgatione acciperet, quod sublimiora, quā pro hominis conditione sentiret, atq; hinc prius quam etiam vita excederet, digressus, omnia ad Spiritum referebat, atq; amicitia officia, quæ aliaquis sancta colebat, hic solum asservabatur, vbi Deum anteponi oportebat, atq; antiquiores habere res in se positas, quam fragiles & caducas. hæc Gregorius de Basilii consilio in præficiendo ipsum Ecclesiæ Sasimorum: quod quidem viribus omnib. contendit, vt faceret, cupiens Gregorium adsciscere sibi collegam, operaq; tanti viri vti ad comprimendos nimia temeritate insolescentes Episcopos, sciens ipsum præexcellenti virtute atq; doctrina ab omnibus fore colendū.

Absens erat Gregorius, dum hæc per Basilium agerentur: quæ cum internuncio litterarum ipse Gregorio significasset, restitit ille, obstimatoq; animo renuit: enimq; nullo persuadendi genere inflectere posset, neq; eum addecere, vt acquiescerem, ad ipsum rursum scribens, amicabili quadam fiducia durius increpauit, vsque adeo, vt rusticum, asperum, durumque moribus nominaret: quibus Gregorius acceptis à Basilio litteris, pari fiducia, magnaque animi ingenuitate ita respscripsit, non tamen sine stomacho b:

Desinet ne nos tandem maledictis incessere, vt insulsos, & rusticos & ab amicis inopes, ac ne vita quidem dignos, quoniam ea, quæ passi sumus, intelligere ac persentire aussi sumus? Nec; enim quid quam aliud proferre queas, in quo à nobis lasus sumus? illa in re omnino nobis consci sumus, nos, tm quam aliquid in te admisisse (atq; vtinam nunquam conscij fuissemus) nisi quod fraudem, in quā inducti sumus, serius quidem, quam oportuit, sed tamen aliquando cognouimus: atq; huius rei culpam in Episcopalem ignorantiam conferimus, vtpote qui te repente supra nos euexerit. Ac vehementer fatigamur, dum tua nobis obiiciuntur, atq; apud illos, qui & pristina nostra ac præsentia perspicue norunt, defendimus. Hoc enim omnium quæ patimur, maxime ridiculum est, vel potius miserandum, nimirum quod ipsem & iniuria afficiuntur & accusantur, id quod nobis hoc tempore accidit. Obiiciunt porro aly aliud quippiam & quicquid vnusquisque voluntas tulerit prout vel moribus comparatis sunt, vel nostra causa ir. ascuntur benignissimis autem quinq; negletum & contemptionem, & quod nos posteaquam opera nostra vsus fuerit, velut sordidissima vasa & instrumenta proiecerit, vel tanquam admincula ea, quæ in fornicib. suppomuntur, ac simulato, structura firmata atq; compacta est, subduci ac pro nihilo haberi solent.

LXXXVII. *Verum hoc sane valere sinamus, & quæ dicunt, dicere: Nemo linguæ libertatem coercebit. At tu beatas illas spes & inanes mercedis loco persolue, quas aduersus eos extogitasti, qui teco nomine lacerant, quod per honoris speciem leues nos, atque ad res huiusmodi promptos & obuios contumeliose protruseris. Ego vero quid animi habeam, explicabo: nec mihi propterea irascaris: dicam enim, quæ flagrans etiam dolore prolocutus sum, non vsque adeo vel ira æstuans, vel rei euentu perculsus & attonitus, vt ratio se subduceret ac quid dicerem, ignorarem. Non arma tempora abo, nec re mulatrix artem discam, quam prius non didici, cum huius rei commodius tempus videbatur, omnibus videlicet armis indutentibus & furiose inter se congredientibus (nostri infirmorum morbos) nec Martium Anthimum certamine excipiam, quamuis aliquo inuium aturum bellatorem, nimirum ipse rei bellicæ ignarus, vulneribusque magis expositus. Quin tu potius (si tua videbitur) cum eo bellum gere: nam infirmos quoque sæpe necessitas ipsa pugnaces efficit: aut quare, qui bellum gerant, cum ille mulas tuas arripuerit, locorum angustias obseruans, quem admodum ille Amalec, eum transitu Israelem arceret. Nobis autem aliarum rerum omnium loco quietem concede. Quid enim opus est pro lactentibus & asinis & quidem alienis, tem secum ac pro animalibus & canonibus digladiari? Quid etiam splendidius illis Sasimis metropolitanam vrbem priuare, ac mentis arcanum, quod premendum & occultandum erat, detegere? Quocirca tu quidem viriliter age & consortare, omniaque ad tuam ipsam gloriam (quem admodum fluuij torrentes) trahe, nec amici-*

tiam

BASILIVS AGIT DE PRÆFICIENDO GREGORIO ECCLESIÆ SASIMORVM.

LXXXVIII.

b *Gregor. Naz. epist. 31.*

GREGORII QVERELA DE PRÆFECTVRA SASIMORVM.

LXXXIX.

GREGOR. RECVSAT OMNINO PRÆFECTVRAM.

DIVISIONE CAPPADOCIÆ NAZIANZVM ERAT SVB ANTHIMO.

a *Gregor. Naz. orat. in laud. Basilij.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tiam, nec vita consuetudinem & familiaritatem virtute ac pietate potiorem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de te futura sit, quicquam curans. sed vnu duntaxat Spiritu te addicens. Nos vero id duntaxat lucri ex amicitia tua capiemus, vt amicis post hac minime fidamus, nec Deo quicquam præferamus. hactenus ad Basilium Gregorius: iste, vt sibi videbatur, expostulans.

XC. QVERELÆ DE EPISCOPATV SASIMORVM.

Quod autem ait complures succensuisse Basilio, quod ipsum tentarit præficere Sasimis loco humillimo atque Grego io prorsus indigno: in hanc sententiam Cyrus Theodorum iambos illios admirans occinuit:

Quid hoc, Basili, sacrum & venerandum caput,
Quod Sasimorum collocas in oppido
Vilissimo Gregorium maximum virum?
Non mente dignum facinus hoc reor tua. hæc ille.

Qualis autem esset Sasimorum locus, ipse Gregorius describit his verbis a:

a Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

In Regie medio via est vicus situs,
Qui scindit in tres se vias, lymphis carens,
Exors virorum, libero indignus viro,
Arctumq, prorsus oppidum, triste & nimis.
Hic cuncta strepitus, pulvis hic cum curribus,
Lamenta, fletus, carnifex, & compedes,
Tormenta, cives, hospites hic & vagi.
Erat hæc meorum Sasimorum Ecclesia.
Hic liber alis scilicet vir me dedit,
Denos haberet quinquies cum Antistites
Sub se: & quidem, vi vendicante vt altero,
Victor maneret, erigens sedem hanc nouæ, &c.

At Gregorii recusantis animus ille fuit, non vt humilem locum despiceret: sed (quod sæpe refricat) quoniam locus ille cuiusnam esset, primæ ne an secundæ Cappadociæ, inter Anthimum atq; Basilium in magna controuersia positum esset; ipseque Anthimus furore percitus, ducis exercitus potius, quam pastoris speciem præ se ferret, quam ob causam eum idem Gregorius Martium Anthimum nominat. Porro his se immiscere turbis, admodum præter institutum Gregorius sibi videbat accidere, qui tenebatur quietis amore.

XCI. PERSTAT GREGORIVS IN SENTENTIA DE PRÆFECTVRA SASIMORVM. b Gregor. epist. 2.

Sed vrgente adhuc Basilio, atq; litteris expostulante: rursus idem Gregorius litteris pariter redditis, firmiori mentis proposito oblatam sedem Sasimorum recusat, ad ipsum ita rescribens quam breuissime fieri licuit b:

Desiderium & inertiam nobis obijcis, quia Sasima tua recusauimus, nec Episcopatus cupiditate incitamur; vobis, non secus atque esca cæmbus in medio proiecta, arma induentibus. Mihi vero maxima actio est otium. Atque vt quippiam laudum mearum intelligas: vsque adeo quiete atque otio glorior, vt me mutuo aduersus vos animi magnitudinis eius, quæ hic sita est, legem omnibus esse putem. Quod si nostrum exemplum omnes sibi imitandum proponerent: nec Ecclesia quidem negotij quicquam haberent, nec fides, quæ propriarum cuique contentionum telum est, miserè distraheretur. hæc ipse.

XCII. BASILIVS CVM GREGORIO AGRIVS EXPOSTVLAT.

Duabus hisce litteris, & fortasse aliis, quæ non extant, eodem argumento intercedentibus, perculsus nonnihil Basilius animo est, quod apud Gregorium paulo liberius hæc scribentem videretur ipse contemptui esse, dolens plurimum se adeo ab eo vilipendi, ac pro nihilo prorsus haberi: hæcque alia id genus miscens querelarum, eadem Gregorio significauit. Quæ cum ille accepisset, vt suspicionem hanc à Basilii animo dimoueret, officii plenas ad eum reddidit literas; illud obtexens, quod non contemptus causa, sed amore tranquillioris vitæ patere penitus recusasset. Extant ipsæ literæ & alio loco perperam collocatæ, alioque illis indito argumento: quas necessario hic putauimus esse reddendas; quo ex ipsis omnibus innotescat, Gregorium paulo licentius apud Basilium agentem, haud fastu tumidum eius spernendi causa fecisse, sed optatæ quietis amore. Sic enim illæ se habent c.

c Gregor. epist. 10.

XCIII. GREGORIVS EXCVSAT APVD BASILIVM.

Quo modo exigua nobis & viles res tua sunt, ô diuinum & sacrum caput? Quodnam hoc effugit verbum dentalia septa? Aut quo modo hoc dicere ausus es? (vt ipse quoque audacter aliquid dicam) Quomodo vel animus id proposuit, vel atramentum scripsit, vel charta excepit? O studia, & Athenæ, & virtutes, & litterarij sudores! Me enim litteris tuis pene tragicum facis. Verum nos, ante ipsum ignoras? tu, inquam, Orbis lumen, magna vox & tuba, doctrinæ palatium: Tuane Gregorio parua sunt? Quid igitur aliud quispiam admiretur eorum, quæ in terra sunt, nisi te Gregorius? Vnum vel inter astra partes, vnus Sol inter sidera, vnum cælum omnia complexu suo coercens, vna vox tua de omnibus triumphans: si modo satis meus sum, qui de huiusmodi rebus iudicium feram, nec mihi amor impostura fecit: quod non existimo. Quod si nobis hoc nomine succenses, quod te minus, quam tua virtus meretur, suspicimus & admiramur: omnibus quoq, mortalibus succenseas oportet: neque enim alius quispiam satis digne te laudauit, aut laudaturus est, præter te, tuamque in dicendo libertatem, si quidem fieri posset, vt quispiam laudes ipse suas prædicaret, idque sermonum lex ferret. Quod si contemptum tui nobis obijcis: ipse prius insaniam. At quod philosophamur, indignaris? liceat mihi cum bona tua venia dicere: hoc vnum doctrina quoque tua & eruditione sublimius est & præstantius. hucusque Gregorius. At inconsulte quidem putat aliquis has à Gregorio scriptas esse litteras, cum à Basilio in Ponticam eremum vocatus venire recusaret; cum contrarium penitus appareat: siquidem philosophiæ amor, quem prætexit Gregorius, ad Basilium accedendi, ipsum potius impulisset.

XCIV.

Perstans tamen adhuc Basilius in sententia, vt Gregorium Sasimorum crearet Episcopum, vsus est ad hoc opera parentis ipsius, qui adhuc superstes erat, & Nazianzenam curabat Ecclesiam in extrema senectute constitutus: cuius tandem Gregorius cessit imperio, de quo ipse sic his versibus d:

d Gregor. Naz. carm. de vita sua.

—— ipse me tamen vi Præsulem
Facit, atq, fallen. rursus hic natum pater.

XCV. GREGORIVS ORDINATVR EPISCOPVS SASIMORVM. e Gregor. Naz. orat. ad patrem.

Sicque tandem patitur Gregorius se Sasimorum Episcopum ordinari. Conueniunt igitur ordinantes Episcopi, ipseque in primis S. Basilius, ac patet Gregorii: aduenit vero postea Basilii germanus Gregorius Nyssenus; qui ex Ecclesia (vt dictum est) opera Arianorum vagabatur extorris. Vbinam vero locorum eiusmodi ordinatio facta fuerit, haud compertum habeo: Nazianzi nō puto, quod vt diximus, ciuitas illa ad Anthimi diœcesim pertinere dicebatur, prohibentibus canonibus in aliena ditione haberi eiusmodi functiones.

Cum autem Gregorius Sasimorum ordinatus est Episcopus, apologeticam habuit coram Episcopis ipsum ordinantibus orationem quam sic exordiri est e: *Super me rursus vnctio & Spiritus, & rursus mœrens & tristis incedo.* iteratam dicit vnctionem respectu illius, quam, cum presbyterio fuit initiatus, suscepit. Qua oratione iterum de Basilio queritur, sed per quam modeste, cum ait: *Verum non nihil habeo, quod cum animo expostulem. Quis ex communibus, amicis hanc causam disceptabit? quis me corruptus erit index, vt tuam sententiam ferat, ac non quod plerique facere solent, plus gratiæ quam veritati tribuat? Vis crimen proferam, nec propterea orationis tuæ aculeum in me rursus imminites? Fuit quondam tibi mobiscum arcanum, vir clarissime, arcanum vere fidemq, superans, nec ante hac de nobis vnquam fando auditum.* at quodnam hoc? aperit ipse sic in carmine de vita sua:

Qui sæpe vocem hanc ore de nostro legens,
Animo ferenda cuncta nunc æquo mihi:
At si parentes clauderent vitæ dies,
Negotiorum linquerem vt molem. foré,
Quo ferre fructum quimpiam vitæ foco
Possem carentis, cuius in quouis loco.
Hæc cum audiisset sapius, dicta & mea
Probaret: ipse me tamen vi Præsulem

Facit, &c. se enim vim passum pluribus dolet. hæc quidem ipse cum iam Episcopus ordinatus fuit: postridie autem eius diei, iterum in aduentu Gregorii Nyssæni coram iisdem concionatus, de Basilio atq; eius fratre Gregorio Nysseno hæc habuit f: *Horum alter nos vnxit, latentesque in medium produxit: quod quid ei acciderit, vt faceret, aut quid eum ad hanc rem impulerit, haud scio, certe non vt dignum erat eo spiritu, qui in ipso est: dicam enim, etsi durior sit hæc oratio: omnia perferet amicitia. sive quid duri patiatur, sive audiat: alter hanc causam hac veniendi habuit, nempe Gregorius Nyssenus, vt nos consoletur, ac per spiritum componat, spirituique manuducto sistat.* hæc tunc Gregorius.

f Gregor. Naz. orat. ad Greg. Nyssen.

XCVI. GREGORIVS PVBLICA CONCIONE SE EXCVSAT.

Quo itidem tempore eodem ferme argumento eam dixit orationem, in qua de causa cur cesserit tandem, ita præfatur a: Nihil senectute fortius, nihil amicitia venerabilius. Ab his ad vos ductus sum ego vinctus in Christo, non catenis ferreis, sed tenacissimis spiritus vinculis constrictus. & inferius: Amicitia me subegit, nempe Basilii: patris canicies in potestatem redegit: senilis, inquam, prudentia, vita lumes portus tutior, atq; illius amicitia, qui & apud Deum ipse dives est, & alios diuites efficit. Iam enim iram abjicio, audiam mansuete & lærentur: manumque hanc, quæ mihi vim attulit, placido vultu aspicio. &c. paulo diam enim recantat de his, quæ dixerat in Basilium, quæ aspera ac dura ibi commemorat: atque de vnctione faceedo rali cursim his verbis: Idcirco me Pontificem vngis, ac podere cingis, capitique clarum imponis, atq; holocausti spiritualis altari admoues; & sacrificationis vitulum mactas, manusque Spiritus conseras, & sancta sanctorum spectatum introducis, vere q; illius tabernaculi, quod non homo, sed Dominus construxit ministrum facis. &c. hæc ipse, alludens ad sacras Ecclesiæ cærimonias, quarum in antiqua lege figura quædam erat expressa, ritusq; insinuans ordinandorum Episcoporum, quos adhuc Ecclesia à maioribus acceptos custodit.

a Greg. v. Naz. Apol. 3.

b Gregor. Naz. ep. 53.

XCVII. ANTHIMVS CONVENIT GREGORIVM NAZ.

At quid post hæc? Simulac Anthimus Episcopus Tyanensis secundæ Cappadociæ Metropolitanus de ordinatione Gregorii certum accepit nuncium: quamprimum Nazianzum se contulit, alio quodã prætextu quasi Gregorium senio rem ægrotantem inuiseret; re vera tamen vt ipsum Gregorium nuper ordinatum tentaret, atque diuelleret à Basilio. Quæ autem tunc inter eos gesta fuerint, ipse Gregorius scripeis literis b eddidit: Basilium certiorem, in quibus hæc inter alia: *Vt agitum breui declarem, fortissimus Anthimus ad nos cum Episcopis quibusdam venit, siue vt patrem meum inuiseret (nam id quoque præ se ferebat) siue vt ageret, qua egit. Cumq; multis modis animum nostrum tentasset, paruacias commemorans, & Sasimas paludes, nostriq; electionem, nunc blande nos alloquens, nunc precibus contendens, nunc minitans, nunc expostulans, nunc laudans, nunc vituperans, variis denique orationis circulis, strophis & ambagibus vteus, tanquam is solus nobis intuendus esset, nouaq; metropolis, vtpote magnitudine amplitudineque superior: Quid, inquam, ciuitatem nostram intro circumscribis, cum ipsi quoq; Ecclesiam faciamus, vtpote Ecclesiarum vere & iam olim matrem?* hæc de Cæsariensi Ecclesia Gregorius, & quidem is nobilissima, vt nulla ex parte Tyanensis ei fuerit comparanda: matremque nominat Ecclesiarum Cappadociæ, sicut & Solinus matrem Cæsaream vocat vrbium Cappadociæ, cuius laudes celebrat Iustinianus Imperator c. sed de his alias. Subdit Gregorius de eodem Anthimo:

c Iustinian. nouel. 30. de Proconsul. Cappadoc.

XCVIII. ANTHIMVS IN GREGORIVM INSENSIS.

Postremo negotio infecto, abscessit, crebris spiritibus interruptis, ac Basilissimum vobis, quasi Philippissimum quendam objiciens. nempe quod Gregorius Basilio deditus omnia in eius gratiam loqueretur, sicut olim falsi oratula facerdotum in gratiam Philippi Macedonum Regis composita. Sed post hæc Gregorius addit de epistola ab Anthimo ad se scripta, cum ait: *Iam etiam quo pacto nostra illa, ad nos scilicet scripta, hoc est hominis insolentis & contumelioss epistola sit habuerit, expende. Euocationem Synodalem exculptam ad nos miserant. Me vero contra repugnante, contumeliamq; nobis fieri contendente, secundo loco postularunt, vt hortatu meo & rogatu de his rebus consultationem haberetis. Id quod ego, ne quod primo molichantur, fieret, me recepi facturum, rem omnem arbitrio vestri faciens, an eos colligere ac congregare velitis & vbi & quando: quod quidem hominis erat non contumelia, sed honore vos afficientis.* & paulo post de eadem epistola Anthimi: *Ipsam Anthimi epistolam vobis pegi legam, quam cum paludes nobis prohibentibus & admonentibus minasset, ad nos misit, probris contumeliisque nos proscindens, ac velut triumphum quendam aduersus nos vt victos & profligatos canens. Quam autem rationem habet, vt cum tua causa illius offensionem incurramus, tibi rursus displiceamus, velut illi fauentes? hæc & alia Gregorius pluribus, & quidem subinsense, quod apud Basilium in suspicionem adduci videretur, ne Anthimo adhæsisset.*

XCIX. Quod igitur ipse Anthimus Sasima occupasset, nec illuc eundi Gregorio facultas daretur; quodque insuper Basilium paterctur subinsensum, ab Anthimo autem minas ac iurgia experiretur: magna animi affli ctione confectus, in tanta tempestate cum quid faceret, non haberet, omni nauigandi spe ablata, in tranquillitatis portum se recipere, consilium iniit; quando & Bosphorium postea Coloniæ in Cappadocia ciuitatis Episcopum, qui & interfuit Constantinopolitano Concilio, hæc pauca animo nonnihil commoto perscripsit d:

d Greg. ep. 55.

Hoc tam secundo à vobis supplantatus, atq; deceptus fuerit quid dicam nostis) ac si quidē iuste, doloretur à vobis Deus odorem suauitatis: sin autem iniuste, hanc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est, quandoquidem iniurias acceptas ferre iubemur. Cæterum vt penes vos est voluntatis vestræ potestas, sic mea quoq; penes me est. Non vltra vobis grauis erit ille Gregorius. Ad Deum secedam, qui solus parum est & à fraude alienus: in me ipsum colligar. Hæc mihi ipsi consului. Bis enim in eundem lapidem impingere, vecordibus solum tribuit paræmia. hactenus ad Bosphorium Gregorius.

GREGORIVS IN SOLITVDINEM.

C. CVR GREGORIVS NON ADIVIT SASIMA.

Quidni hoc faceret Gregorius, cui nulla spes amplius, viuente Anthimo sedis Sasimotum inuasore, vt Sasima vel saltem inuiseret, relicta erat; cum & ille occupasset redditus omnes, adeo vt nec cib, adesset, quo vescerctur, nec alio aliquo modo sibi illum comparare posset? exprimit quidem hæc ipse eleganter illis versibus e:

e Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Quid facere, quasso, per Deum, par hic erat?
Retinere sedem? tam graues ferre impetus?
Telis ferire? sors odio immergi luto?
Cum nec vbi senium ponerem locus foret,
Tecti subinde sed meis extruderer:
Nec panem haberem, quem ministrarem hospiti,
(Vt rector ipse pauper pauper gregi)
Nec quid labore conseques possem, meo,
Viderem, &c.

Vnde accidit, vt ne inuisere quidem Sasima ipsi licuerit. Quamobrem & hæc idem interius.

Datam quidem mihi Sasimensem Ecclesiam
Non attigi, sic vt sacrum nec vnicum
Illic obirem, fungerem aut preces meas
Cum plebe, cuiquam vel manus imponerem.

Hæc quidē Gregorius, haud contemnens sedem exiguã, vt haberet maximam, omnib. penitus carere cupiens; sed quod vilis sane causa videretur, nec digna vt inter Catholicos, eo potissimum tempore, tot tantaque miscerentur certamina. non enim hæc agebãtur pro salute animarũ, aut fide Catholica tuenda; quorum quisq; causa in hostes alacris deberet irrumpere: Anthimus enim Catholicus erat: sed quod ditionis tantum suæ defendendæ causa inter Episcopos eiusmodi implacabilia dissidia fuerant concitata, magis magisq; augenda illa fuissent, si obstinata mente illic, Anthimo inuito, contradicente, minante, bellumque ciente, consistere statuisset. Inter hæc igitur tot tantaque discrimina, in solitudinem secedere ad tempus saltē, sibi visum est optimum: sed haud diu licuit solitarium agere; accersitus enim coactusq; est patris nonnihil subtrascentis imperio: quod ipse testatur his Iambis f:

GREGORII FVGA IN SOLITVDINEM.

f Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Quid dicam? & omnem quo tibi pacto meum
Pandam dolorem? Pungor his rursus, fugam
Consciscо rursum, ac celer montem peto,
Dulcisq; furtim persequor vitæ genus:
Quid tunc hoc me? Non enim constans eram
Profugus in alio rebus at firmus licet,
Ignauus hic sum, patris haud iram fero:
Ac primo tentat Sasimis me figere.

His autem cum dictis ex causis Gregorius patri minime acquiesceret: ille ne quem sibi obtemperantem reuocauerat à solitudine, nimia faceret asperitate iterũ in eremum perfugam, aliud animo consilium agitat, nempe vt demulceat filiũ, ac precib. agat, suadeatq; curæ pastoralis coadiutorẽ sibi senio iam fatiscenti assistere. Ad hæc persuadenda non defuerunt seni verba gestusve ad delitiendum quemuis licet animo durissimum cõparata. At qualia ista fuerint, iucundum fore putamus ab ipso Gregorio hæc cuncta carmine præcinente audire, cum ait g:

CI. GREGORIVS AD PATRE REVOCATVR AD CVRAM ECCLESIÆ NAZ.

g Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Quod cum negarem pertinax, cursum alterum
Tenet, rogatq; sede ne maneam infima,

Sed collatæ

VERSA GREGORII SENIORIS AD GREGILLVM.

Sed collaborem (namq; erat grauis admodum
Aetate) pondus & leuem promptus suscim.
Manusq; tendit, ac meam barbam simul
Capessit, ad me vocibusq; his vtitur:
O care fili, te pater supplex rogat,
Senex vigentem, dominus & famulum suum:
Natura enim te & lex duplex subdidit mihi.
Non posco nummos, non lapillos fulgidos,
Agrosue, mollis quicquid & luxus iubet,
Cupio te Aarani iungere, atq; Anna fato,
Vt prepotenti semper assistas Deo:
Te, qui dedit, habet, nate, ne spernas patrem:
Sic solus ille sit tibi facilis pater.
Honesta posco: sin minus, pater petit.
Nondum tot anni sunt tui, quot iam in sacris
Mihi sunt peracti victimis. Da quod peto, &c.

multis enim illud ipsum inculcat argumentis, quo Gregorium domi sistat, qui sibi comministeret assisteret.

CII. GREGORII NATALIS TEMPVS.

Ac caue, lector, hyperbolem in historia: in præceps enim ferreris currens, nisi vbi vestigia figas, caute consideres. Quidnam est dicere, plures habuisse annos in Episcopali functione Gregorium seniorem, quam Gregorius filius ætatis esset: nisi necessario affirmare, ipsum genitum esse, cũ iam pater esset Episcopus? Quam enim caro pretio sibi emerent eiusmodi exemplum tum recentiores Græci, tum Latini incontinentes, atq; ii potissimum, qui à fide Catholica exulant hæretici cœlibatus hostes? Cæterum id hyperbolice dictũ esse, etsi aliæ rationes ad manifeste probandum deessent, illud perspicue omnino demonstrat, quod generale filios in Episcopata procul à moribus legibusq; Ecclesiasticis esset, tamq; in Occidentali, quam etiam in Orientali Ecclesia, hoc potissimum sæculo, firmiter custoditũ: quod quidem certum explotatumque haberi, quæ primo Annalium tomo, vbi de his fusius actum est, aliisq; in locis sæpe dicta sunt, luce clarius manifestant. At quonam modo vel fingi potest, Gregorium seniorem adeo ignominiose leges Ecclesiasticas proculcasse, quẽ etiam adhuc Ethnicum virtutibus egregie excultum Gregorius filius prædicat, factumq; Christianum omni studio mores fidei adæquasse *a* commendat? vel quonam pacto eiusmodi suorum natalium labẽ sic ipse Gregorius propalare non veritus esset, quæ diuinitus accidisse tantopere prædicat *b*.

a Gregor. Naz. orat. in fun. patris.
b Gregor. Naz. in carm. de vit. sua, & in carm. de rebus suis.

CIII.

Sed & præter hæc, quæ sufficere satis possent, fortiori adhuc argumento res tanta demonstranda est. Reuocemus itaq; orationem ad ipsius Gregorii iuuioris ætatis annos: vt ex his, ratione numeri recte subducta, intelligere valeamus, ipsum non solum ante parentis Episcopatum natum esse, sed etiam antequam ille fieret Christianus. Testatur namq; ipse de se, cum Athenis esset vna cum Basilio, se fuisse ætatis annorum triginta: ait enim *c*:

Nam tempus ingens fluxerat iam in litteris,
Triginta & annos pene tunc exegeram.

c Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Erat autem id tempus, quando Iulianus Apostata (vt idẽ Gregorius tradit *d*) Athenas se contulit, nempe Consulib. Constantio septimum & Gallo tertium, est is annus Domini trecentesimus quinquagesimus quartus, vt superius suo loco demonstrauimus. Quod si tunc erat Gregorius annos triginta natus: fateri opus est, natalem eius contigisse anno Domini trecentesimo vigesimo quarto, nempe anno ante Nicænum Concilium, quo tempore Gregorius parens Ethnicus adhuc erat; quẽ baptizatum fuisse idem Gregorius minor tradit eo tempore, quo celebratum est ipsum Nicænũ Concilium, nempe anno Domini trecentesimo vigesimo quinto. Quanto autem tempore vixerit laicus, antequã initiaretur sacris ordinibus, vel postea eligeretur Episcopus, ignoratur. Vt plane intelligas, longe abesse, vt parente Episcopo ipse Gregorius nasceretur; ti præsertim his consentientia iungas, quæ habet idem ipse Gregorius in oratione habita in funere patris, vbi adeo manifeste natalem suum recensẽt, antequã pater initiaretur sacro baptismo. At hæc de his satis. Erat igitur Gregorius hoc anno, secundum initam à nobis eius natalis temporis rationem, ætatis annorũ quinquaginta & vnius, pater vero agebat in Episcopatu annos circiter quadraginta tres vel quatuor, qui (vt dicemus) functus iam Episcopatu annis quadraginta quinque, ex hac vita decessit.

ÆTAS GREGORII NAZ.

CIV. QVA CONDITIONE GREGORIVS SVSCEPIT REGIMEN ECCLESIÆ NAZ.

Tunc temporis igitur ipse Gregorius Sasimorum Episcopus, quod in sede sua agere minime sibi concessum esset, post fugam (vt dictum est) reuocatus patris imperio, ipsi roganti inhæsit in Episcopalibus functionibus adiutor: ea tamen lege, vt quoadusq; pater viueret, ipsi inhæreret, postea vero, quo vellet, liberum esse abire: quod ipsemet in primis in Vite sua his Iambis expressit, vbi egit de patre rogante, cui tandem ipse assensus fuerit:

Hæc cum audissem iamiq; Sol nubem velut,
Mens depulisset nonnihil pondus grane,
Quid fit? meorum & quæ malorum clausula?
Sic cogitaui, nil mihi hinc damni fore,
Aduscq; solum vota si explerem patris.
Nec enim, inquiebam, me reluctantem ista res
Stringet, liget me nulla cum promissio.
Sic me reduxit obtinens palmam tumor. hæc de animi sui Consilio Gregorius, quod & publica concione etiam omnibus notum testatumque voluit.

CV.

Cum enim ipse Nazianzum rediisset, illam coram patre publice habuit orationem, cuius est exordiũ: *Os meum aperui & attraxi spiritum.* quam hoc ipso tempore ab eo dictam esse, non autẽ antea, post priorem fugam, scito: licet enim ex ea fuerint aliqua superius recitata ad declarandũ mẽtis eius iuge propositum; ex iis tamen quæ idẽ ipse habet in carmine de Vita sua, ad hæc ipsa tempora eadem oratio est necessario referenda, qua primo de illata vi queritur, sed quanam audi: *Vis, inquit, nobis illata est, fratres & amici (vestram enim fidem, si non eo tempore, nunc certe implorabo) vim, inquam, nobis attulit tum patris senectus, tum amicis, vt leuiter dicam, benignitas. Ac mihi, quæso, pro vestra quisque facultate opem afferte, ac manum porrigite oppresso, atq; à cupiditate & spiritu valde distracto. Illa fugam suadet & montes & solitudines, & corporis animi tranquillitatem, & cætera; Hic contra, vt in medium prodeam, hortatur, publicaq; vtilitati consulam.* ac post alia demum contestatur, se eius sedis suscipere ministerium, quousque pater viuat, postea autem, quo velit, sibi migrandum. ait enim: *Proinde nunc quidem cum præclaro parente curam hanc suscipere non recuso, veluti magnæ aquilæ, & altissime volanti pullus non incommodus è propinquo adnolans. Postea vero pennam meam spiritui, quo volet, & quo modo volet, ferendam dabo: nec quisquam erit, qui me cogere, aut aliorsum traducere possit cum eo consultantem. Nam etsi paternis laboribus succedere dulce est, ac noto & familiari gregi præesse iucundius est, quam externo & alieno, addam etiã Deo carum (nisi me amor fallit, & mentem cepit consuetudo) non tamen conducibilius est, nec tutius, quam vt volentes volentibus præsint: quandoquidem neminem vi duci vult lex nostra, ac coacte & non sponte gubernari.* & paulo post ad populum: *Hæc, inquit, habui, viri Nazianzeni, quæ simplici animo benevolentiæ pleno ad vos dicerem: habetis occultum aquini mei consilium, &c.*

CVI. GREGORIVS ANTVERIT ORDINATVS EPISCOPVS NAZ.

At illud de Gregorio plane accidit admiratione dignũ quod omnes ipsum Episcopum Nazianzenum affirmẽt, hæcq; opinio apud omnes ferme adeo inualuerit, vt nec ea de re dubitandi saltem locum admiserint. Et quid mirum, si posteri eo errore lapsi sunt, cũ hoc ipsum credidernt homines huius temporis, iiq; præsertim, qui in Concilio Constantinopolitano eidem refragati sunt, dicentes ipsum trium sedium Episcopum esse, nempe Sasimorum, Nazianzi, atq; Constantinopolis? Cũ igitur id de eo creditum atq; reiectiptũ appareat, & eiusmodi causa eo statu collocata esse videatur, vt contrariũ testẽ admittat neminem, in aliorum quoq; sententiam & ego pedibus iturus, nisi (quod instar omnium est, & plus omnib. æstimari debet) ipsemet Gregorius contrariũ affirmaret. Quis enim cõtra S. Hieronymum *e* (vt omittamus Gregorium presbyterum auctorem Vitæ eius, itemq; *f* Ruffinum, Socratem *g*, Sozomenũ *h*, & alios fere innumeros) id affirmare auderet, nisi fortiori certorũq; fide esset de aduersantium errore persuasus? Ipse enim Gregorius Nazianzenus cum in primis expresse cõtestatus sit publica oratione (vt modo dictum est) se ad rẽpus, vsq; ad obitum videlicet patris, illam præfecturã administraturum fore, postea vero

e Hieron. de script. Eccl. in Gregor. Naz.
f Ruffin. l. 2. c. 25.
g Socrat. l. 5. c. 9.
h Sozo. l. 6. c. 17.

alio ex voluntatis arbitrio migratutum: plane constat, nequaquam fuisse ordinatum eius Ecclesiæ Episcopum: temporariæ enim & conditionales Ecclesiarum præfecturæ nequaquam conferri solebant. Quid amplius? Si ipsius pater eiusdem Ecclesiæ agebat Episcopum, vt ex locis nuper citatis satis euidenter colligi potest, quonam pacto, quæso, accidisse potuit, vt eiusdem Ecclesiæ vno eodemq; tempore duo simul præfecti essent Episcopi, refragante præsertim Nicæno canone, qui ordine habetur octauus? Insuper quid manifestius dici potest, quã quod ipse Gregorius Nazianzenus ad Gregorium Nyssenum scribit, cum de subrogato Eulalio in locum patris sic ait a: *Inter omnes enim constat, me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum fuisse: tametsi patris reuerentia, & eorum, qui supplices hoc à me contenderunt, ad breue tempus præfecturam quasi hospites accepimus.* nimirum administrationem eius Ecclesiæ ad modicum tempus, vsq; scilicet ad patris obitum; quem haud diu post superuixisse ab hoc tempore, non tantũ hic Gregorius significare videtur, sed & in carmine de Vita sua iisdem fere verbis ad Iambi metrum accommodatis affirmat:

Vt hospitem alienæ breui me tempore
Gessisse curam non nego.

GREGORIVS AD TEMPVS NAZIAN. ECCLESIÆ PRÆFVIT ADIVTOR.

a Gregor. Naz. epist. 42.

CVII.

Sed & ad Philagrium scribens, cum ab eo redargueretur, quod post mortem patris Ecclesiam reliquisset Nazianzenam, sic se excusat b: *Quod siecclesiam relinquere periculosum est, vt scribis: quam tandem ista nostram recte dicitis, idemque ipse ais, si vere nihil ad nos attineret, nec nobis assignatam atque decretam; cur vacamus. Quod si idcirco tenemur, quia ipsius curam aliquantisper gessimus: multi vtiq; alij eadem ratione teneantur, quot quot nimirum hospitum curam habuerunt.* hæc ipse: ex quibus illud exploratum perspicuumq; redditur, Gregorium nequaquam creatum fuisse Episcopum Nazianzenum, sed ad breue tempus, patre viuente: eo vero paulo post ex hac vita decedente, Gregorium pariter administrationem cessisse. Quando autem id cõtigerit, dicimus anno sequenti: interlapsus enim putatur annus, ex quo Gregorius rediit Nazianzum, vsq; ad obitum patris. Sed quod de Sasimorum Ecclesia nulla post hac mentio habeatur: id inde euenisse existimamus, quod Anthimus alium Sasimis, qui sibi vendicasset, Episcopum ordinauerit; & Basilius ad dirimendas Ecclesiæ controuersias inter Catholicos periculoso illo tempore obortas Anthimo pugnaci homini loco cesserit. His de Gregorio atq; Basilio enarratis, ad res gestas Valentis Imp. iam reuocemus orationem.

b Gregor. Naz. epist. 65.

ALTERCATIONES DE SASIMIS SVBLATÆ.

CVIII.

Meminisse oportet, dictum esse anno superiori, ipsum se Antiochiam contulisse, nonnihilque Ecclesiam illam vexasse, atq; inde peregrinatum esse in superiorem Syriã, inuentoq; ibi Catholicos dire exagitasse, quod hoc ipso anno cõtigisse videtur. Nos vero de his in primis, quæ facta sunt Edessæ, agere aggrediemur, & primum de causa Valentis in eam ciuitatem profectionis; de qua sic Socrates c: *In ea ciuitate templum magnificum & egregium est S. Thomæ Apostolo dedicatum, crebraque hominum multitudo eo propter loci sanctitatem confluit: quod quidem Valens videre cupiens, illuc contendit.* Quid autem egerit, cum frequentem Orthodoxorum multitudinem eo accedentem conspexisset, idem auctor narrat, necnon Sozomenus, cuius hic verba reddemus: at enim d: *Qua in vrbe omnib. ecclesiis Orthodoxorum ablatis, cum vidisset populum Ecclesiæ Catholicæ in campo ante ciuitatem conuentus egisse, dicitur verbis contumeliosis Præsidem generale arguisse, & pugionem in maxillam eius iniecisse, propterea quod conspexisset maxillatum eiusmodi conuentus fieri permisisset. Ac eodẽ Præsidio* (inquit Theodoretus e) *cui Modestus nomen erat, imperat, suos milites, qui tributa solebant exigere, in vnum cogat. & reliquos copias, qua aderant, assumat, quo multitudinem congregatam, dissipent, verbis fustibusq; cedant, & alijs instrumento bellicis. Si opus sit, castigent.* Itaq; *Præfectus prima luce imperatum facit. Qui dum per forum ambulat, nubeculam infantem gestantem manibus & admodum properantem videt. quã* (inquit Sozomenus) *ipse celeritate anniculum, contra quam sexum mulebrem deceret, negligenter sibi circumtecerat. nam multitudine omnibus contempta, primũ eorum perrupit agmen: quandoquidem animus eius diuino amore*

c Socrat. l. 4. c. 14. QVID IN EDESSA ECCLESIAM VALENS.

d Soz. l. 6. c. 18.

e Theod. l. 4. c. 16.

EXERCITVM EXEMPLVM MVLIERIS CHRISTIANÆ. Fusius l. 6. c. 18.

successus hominum violentiam nihil extimuit; sed huius simul terrores pro risu habuit ac ludibrio. Quam tum conspicatus Præfectus, cum quid factum esset intelligeret, eam iubet ad se adduci: rogat, quo se conferre velit. Tum illa: Cognosci, inquit, insidias contra famulos Dei parari, & in animo esse ad fratres fide mecum consentientes contendere, magno flagranti desiderio eadem à vobis intentata mecum illa subeundi. At infantem, inquit Præfectus, quorsum tandem tecum fers? Vt mecum, inquit, mortis optatissimæ particeps fiat. Quæ cum Præfectus à muliere accepisset, & ex eius animo aliorum omnium alacritatem perspiceret, refert ad Imperatorem, & eadem illu frustra allatam fore, docet: Nam & ipse, inquit, nihil prater dedecus inde consequemur, & eorum tamen propensum ac paratum studium haudquaquam extinguemus. hactenus de his Theodoretus & alij.

CIX. BARSÆ EPISCOPI EDESSÆ EXILIVM.

At de Edessæ Episcopo iam ante aduentum Valentis in exilium misso, alisque eiusdem Ecclesiæ clericis tunc exulare iussis atq; male habitis, hæc idem scribit Theodoretus g. *Barsen preterea, cuius gloria etiam hoc tempore perillustris est non Edessæ solum, quam gubernabat, & ciuitatibus ei finitimis, verum etiam in Phœnicia, Aegypto, & Thebaide (per has namque nationes vniuersas fama eius propter virtutis splendorem permanauerat) primum Valens Arabum insulam incolere mandauit. At vbi intellexit, infinitas hominum multitudines ad eum confluere (etenim Apostolica repletus gratia morbos verbo depulit) Oxyrinchum, quod est oppidum Aegypti, relegauit. Rursum postquam eius gloria omnes etiam eo frequentes pertraxit, ad castellum misit in extremis oris illius regionis positum, vicinumq; barbaris, quis illic habitant, cuius nomen Pluvio est, Valens senem illum, adonetum sane regno colorum incolam, abducendum curauit. Verum eius lectum in Arabo insula ad bodiernum diem remanere, multo sane honore decoratũ: nam multi morbis vexati, vbi in eo decubuerint, ad integram valetudinem per fidem restituuntur.*

CX. LVPVS ARIANVS EPISCOPVS EDESSÆ.

Valens autem grege pastore orbato, Lupum in pastoris locum substituit. Et quoniam omnes, vrbe relicta, extra mœnia conuentum agebant, ipse Edessam proficiscitur. vbi viso spectaculo multitudinis Orthodoxorum in agro conuenientium, flagrantiq; studio martyrium expetentium, vniusque mulieris illius perculsus exemplo, ficuti abstinere præcepit à nece populi; ita in Ecclesiæ ministros qui aderant, iram conuertit. Quid autem in eos decreuerit, idem auctor sic narrat h: *Eius præsides (presbyteros dico & diaconos) iubentur abduci, & alterum è duobus prestare, nempe vel communicare cum Lupo, vel in victimas Imperij oras relegari. Itaq, vt primũ omnes in vnum Præfectum cogerat, leni & blanda oratione conatur persuadere, vti legibus Imperatoris morem gerant: Nam est, inquit, extrema dementia, vt pauci homines Imperatori tam multis atq; propotentibus viris moderãti resistant. At quoniam omnes taciti constitere: Præfectus Eulogium eorum presbyterum primarium, virum sane magna laude prædicandum, sic alloquitur: Cur tandem non respondes ad ea, quæ modo dixi? Sane, inquit, non putabam, me minime rogatum, quicquam debere respondere. Atqui, inquit Præfectus, multa verba feci, quo vos ad ea, quæ sient vobis emolumento futura cohortarer. Tum Eulogius: Est, inquit, tua ad omnes habita oratio; & propterea absurdum certe putaui, vt ipse, alijs à respondendo excluſis, solus vellem dicere. Verum si à me libet quicquam scisciari, non te celabo, quid sentiam.*

h Theod. l. 4. c. 16.

CXI.

Cui rursus Præfectus: Proinde, inquit, communica cum Imperatore. Ad quem Eulogius dissimulanter quidem, sed valde facete respondit: Numquid cum Imperio est ei iam sacerdotij dignitatem consecutus? Præfectus igitur intellecta ironia, cœpit grauiter succensere, comunicta in presbyterum iacere, & hæc quoque verba addere: Non istud dixi, ô stupide; sed vos, vti quibuscum communicet Imperator, cum isdem communicetis, hortatus sum. Atq; simul vt finem dixerat se habere pastorem, cuius nutum sequerentur: Præfectus octoginta pariter comprehensos in Thraciam amandauit, atrumpentibus enim (vt dictum est) *in earum regionum partes Gothis, insanienteque Athanarico eorum Rege in Christianos, ad necem potius, quam ad exilium iidem missi esse videbantur. Quicum abducerentur* (subdit Theodoretus) *in exilium, cultu & obseruantia summa digniti sunt. Nam ciuitates & pagi processerunt illis obuiã, & maximũ honorem, vtpote inuictis Christi athletis, detulerunt. Sed aduersarij inuidia armati referũt ad Imperatorẽ idẽ ipsum, quod hisce bonitatis dedecori fore putabatur, summũ honorẽ attulisse. Quæ re cognita, Valẽs dat mãdatũ, vt bona diuitaxa,*

OCTOGINTA CONFESSORES EXVLES.

simul eant, & parsin Thraciam, pars ad extremos Arabiæ fines, alij in quadam Thebaidis oppidula dispergantur. Verum autem crudelissimorum quorundam opera, tum eos, quos natura coniunxerat, distractos fuisse, tum qui fratres erant, ab se inuicem segregatos; Eulogium vero, qui aliis præfuit presbyterii, & Protogenem secundum ab eo, in Antinoem, quæ est in Thebaide, relegatum: quorum virtutem oblitione obrui non finam.

CXII. EVLOGII ET PROTOGENIS EXILIVM.

Postquam enim compererunt Episcopum illius vrbis eandem secum fidem amplexi, Ecclesiasticis conuentibus communicarunt illi quidem: sed cum viderent paucos admodum in vnum conuenire, & ciuitatis habitatores Gentiles esse, doluerunt certe plurimum, vt par erat & eorum infidelitatem grauiter lamentati sint: attamen non satis esse censuerunt dolore propterea tangi, sed quoad poterant, eorum animos sanare laborarunt. Nam Sanctus Eulogius in cella conclusus dies noctesq; totas vniuersitatis gubernatorem Deum oratit. Protogenes autem vir apprime admirabilis, in literis educatus ab Eunomio, & in celeriter scribendo exercitatus, cum locum reperisset idoneum, ludum aperuit, & pueris docendis operam dedit, atque eos non modo exercuit ad cleri manus scribendum, verum etiam sacra Dei eloquia edocuit. Nam hymnos Dauidis, tanquam dictata, illis proposuit; & eas Apostolica doctrinæ sententias, quas eorum ingenijs accommodatas putabat, edisserendas tradidit.

CXIII. PROTOGENIS CONVERTIT GENTILES AD FIDEM.

At cum vnus ex pueris in morbum esset delapsus, venit ad domum eius, & dexteram ægrotantis tangens, precibus morbum depulit. Qua re intellecta, aliorum puerorum patres eum ad suas quoque ædes deduxerunt, orarunq; vt liberis morbo vexatis opem ferat. At ille respondit, se non prius Deum deprecaturum, vti morbum depellat, quam qui ægrotaret, baptismi lauacro tinctus esset. Cui rei à patribus libenter assensum est: nam sanitatis desiderium eos ad istud faciendum impulit; & simul tum animo, tum corpore sanati sunt. Verum si quando quenquam ex numero ægrotantium ad diuinam Spiritus sancti gratiam recipiendam induxisset: eum ad Eulogium deducit, pulsat ostium, orat, vti tum aperiat, tum sigillum Dominicum ei, quem verbo Dei ad fidem traxisset, imponat. At cum Eulogius ægre ferret, velut precibus interruptis: tum Protogenes: Est, inquit, errantium salus magis necessaria. Itaque mirati omnes Protogenem, cum eum huiusmodi miracula edere, & tam multis lucem diuinæ cognitionis impertire cernerent, primas Eulogio concessisse, & eos, quos verbo Dei caperat, ad illum deduxisse. Merito igitur multo maiorem præstantiorem q; virtutem in eo esse suspicati sunt. Postea vero quam persecutionis tempestas sedata fuit, & Ecclesiis allata tranquillitas, istique duo suis domum reuerterunt; omnes eos producere, lamentari eorum discessum, lachrymas fundere cæperunt, & maximè omnium Ecclesiæ illius Antistes, quippe qui illis in agro Dominio colendo deinceps careret. Vbi in patriam veniunt, Sanctus Eulogius, Barsa illo magno ad vitam nullis asperſam molestijs translato, Ecclesia ab eo gubernata clauum obtinet. Protogeni autem illi admirabili dabatur in mandatis, vti Chartas coleret, vrbem sane incultam, & spinis Gentilium refertam, multosq; & graues requirentem labores. Atq; hæc quidem, pace in Ecclesia constituta, acciderunt. hactenus de his Theodoretus. Porro horum illustrium cõfessorum Barsæ & Eulogij Edessæ Episcoporum, nec non Protogenis Chartis Præfecti viget in tabulis Ecclesiasticis *a* memoria diuersis diebus annotata, quibus ex hac vita eos feliciter migrasse contigit.

a Martyrol. Rom. die 30. Ian. 5. & 6. Maij.

CXIV. QVID IN SCYTHIÆ ECCLESIAM VALENS.

Iam quod reliquũ est peregrinationis & persecutionis Valentis Imperatoris simul absoluamus: vtrumq; n. ipse vna simul coniunxit, nempe peregrinari & persequi: instarq; impetuosi torrentis, per fines, quos transijt, omnia deuastauit. Quid autem cum peruenisset in Scythiam, aduersus eius prouinciæ Ecclesiã egerit, Sozomenus, ita describit *b*: Prædicant fideles Scythas simili de causa in ea ipsa fide persistere. Gens sua multas quidẽ habet vrbes, pagos, & castella, sed principatum obtinet Tomis, qua est vrbs magna & opulenta prope mare sita ad Istrum, cum quo ad pontum Euxinum nauigat. Vetus consuetudo est, quæ ibi etiamnum seruatur, vt vnus Episcopus totius illius gentis Ecclesiæ præsit. Itaq; tempore, de quo iam loquimur, illas administrauit Bretannio, quando etiam Imperator Tomim aduenit. Postquam autem accessit ad Ecclesiam, & pro more suo ei persuadere conatus est, vt cum Arianis communicaret: Bretannio constanter admodum apud Imperatorem & libere pro doctrina Concilij Nicæni locutus, recessit ab eo. & ad alteram Ecclesiam se contulit: quem populus quoq; secutus est. Fere autem ab vniuersa ciuitate eo concursum est, partim quo Imperatorem viderent, partim quod aliquid nouarum rerum cum moliturum expectarent.

b Socom. li. 6. c. 22.

CXV. VALENS VIRTVTE SCYTHAS REVOCAT EORVM EPISCOPŨ AB EXILIO.

Valens igitur cum suis derelictus, illud velut contumelia loco factum grauiter tulit: atq; Bretannionem comprehensum in exilium deduci mandauit: quem non multo post dextra reduci permisit: Nam cum videret, credo, Scythas Episcopi exilium miquo animo pati, non parum vertus est, ne non reliqui studerent: quos quidem & sortes esse sciret, & ipso locorum situ Imperio Romano necessarios, quippe qui impetum barbarorum illam Orbis partem incolentium propulsarent. Itaq; Imperatoris conatus sic à Bretannione compressus est, viro cum in alijs rebus spectato, tum ob diuinam virtutem adeo insigni, vt etiam ipsi Scythæ laudis testimonium ei tribuerent. His ergo de causis Imperatoris ira in cunctum totius Orbis terra clerum, Ecclesijs solum Occidentis exceptis, suam vim exercuit. hactenus Sozomenus. Est celebris Bretannionis memoria in Ecclesia Dei, ex tabulis Ecclesiasticis quolibet ann. VIII. Kal. Ianuarij rediuiua. Successit Bretannioni Gerontius, qui interfuit Concilio Constantinopolitano œcumenico sub Theodosio Imperatore.

CXVI. EVSEBII VERCELLENSIS CIVIS TEMPVS.

Hoc item anno relata habetur in Sancti Hieronymi Chronico mors S. Eusebij Episcopi Vercellensis: nam licet sub septimi anni horum Imperatorum latet culo posita reperiatur; quod tamen idem Hieronymus incipiat numerare annos eorũdem Augustorum ab anno sequẽti eorum electionis, in hunc ipsum incidit annum octauum eorundẽ Imperij, qui ab ipso septimus numeratur. Cæterum quod in primis ad tempus obitus spectat: haud hæc sine dubitatione pertransierunt; cum tamen absq; cõtrouersia recipiendum sit, quod idem Hieronymus *c* testatur alibi, ipsum Eusebium sub ijsdem Imperatoribus ex hac vita migrasse. Quod enim retardare maximè potest animum, ne hoc anno, sed vt longè post presens tempus putemus Eusebiũ diem obiisse, illud est; quod S. Ambrosius, qui nõnisi post triennĩ, anno nimirum Domini trecentesimo septuagesimo quarto creatus est Episcopus Mediolanensis, ad Vercellenses scribit *d* litteras, cum adhuc ipsa Vercellẽsis Ecclesia esset destituta Episcopo successore. Cæterum hæc facile refelluntur, si quis rectè cõsideret, nõ fuisse Epistolam illam ab Ambrosio scriptam cum vacaret sedes ob mortem Eusebij, sed obitu successoris eius Limenij, qui reperitur interfuisse Cõcilio Aquileiensi sub Damaso: cũ tamen illa Epistola data appareat tempore Siricij Papæ, ipso ortu hæresis Iouiniani, vt quæ præcedunt eorundem Ambrosij atq; Siricij Epistolæ declarant.

c Hier. de scrips. Eccl. in Euseb. Vercellens.

d Ambros. epist. 82.

His de tẽporis eius obitus ambiguitate dilutis, de mortis genere perueſtigandum est. Haud enim leuis est hæc controuersia, num re vera martyrio occubuerit, quo titulo in Ecclesia sua colitur, & in tabulis Ecclesiasticis adscriptus habetur: cum tamen S. Ambrosius eundem sæpe confessorem tantum appellet, imo & à martyrio disertis verbis excludat, cum in nuper citata Epistola ad Vercellenses hæc dicat: *Itaq; vt Sanctus Eusebius prior leuauit vexillũ confessionis; ita beatus Dionysius in exilij loco, propriore martyrium titulo exhalauit.* hæc ipse. Quid igitur propriore martyrij titulo Dionysius Mediolanensis Episcopus mortuus dici posset, si & ipse Eusebius æquè ab Arianis occisus interijt? Quin si (vt volunt) idem Eusebius ab Arianis impetitus lapidibus necatus est: certè propriore titulo martyrij dicendus erat Eusebius occubuisset, quã Dionysius, qui in exilio positus, absq; vi alia adhibita, quieuit in Domino. Sed & Gregorius Turonensis *e* cum agit de miraculis in eius Ecclesia fieri solitis, confessorẽ appellat, & inter cõfessores admumerat: cũ alioqui nec indignus fuerit martyris titulo, secundũ veterem loquendi vsum, quo (vt superius dictũ est secundo Annalium tomo) illi etiam martyres dicebantur, qui fidei causa post confessionẽ aliquid in corpore passi essent, etiam si ex illatis pœnis minimè contigisset spiritum exhalare.

CXVII. EVSEBIVS CONFESSOR À MAIORIBVS DICTVS.

e Greg. Turon. de glor. confes. c. 31.

Cæterum ipsum etiam præter graues illas, quas exulãs passus est ærumnas, post læuam illam sub Constantio factam sanctissimi viri per scalas protractionem, postquam

CXVIII.

EVSEBIVS Ā SCRIPORIBVS Ā BYRSTIĀ NOMINATVS.

est reuersus in patriam, Arianorum insultu, lapidum ictibus morte affectum, monumenta Vercellensis Ecclesiæ docent, quæ eum magis proprio titulo martyrem dicũt, & à cõfessore distinguunt. Quæ enim sub Bononio eius Ecclesiæ Episcopo, & Gregorio Papa XII Leius vita conscripta est, hæc de Eusebij martyrio habet: *Aliquot vero post diebus, domum vbi Sanctus Episcopus habitare consueuerat, quidam confertissimo agmine veniunt: à quibus is primũ raptatus, mox cruciamentis varie tortus, tum lapidibus, quorũ aliqui adhuc sanguine aspersi in sepulchro eius nuper inuenti sunt, obrutus, capite confracto, miserrimo cursu egregiè confecto, superatis, tam tumultuosissimis religionis Catholicæ hostibus, victor, & rerum cum primis admirandarũ nomine maxime illustris, annos octoginta octo fere natus, in cælum migrauit ad Dominum, pro cuius diuina gloria perpetuo dimicauit.* hæc auctor, qui & huius martyrij genetis ante recensuit hos astipulatores, Antoninum Archiepiscopum Florentinum, Volaterranum, & ipsius Ecclesiæ Vercellensis Ecclesiasticum officium: quorum omnium testificatione cũ illud asseritur, adeo audax facinus Arianos aggredi præsumpsisse, quod Valens Arianus Imper. regnater, narratæ historiæ fides minuitur: siquidem Valens non nisi Orientis Imperij habenas moderabatur, Occidentis vero Valentinianus, quem omnes veteres historici Catholicum fuisse dicunt. Optassem hæc de martyrij genere ex antiquioribus esse deprompta scriptoribus. Magna n admiratione sum affectus, quod in his, quæ collegit diligens auctor cuncta eius Ecclesiæ monumenta, & inter alia octo sermones ab antiquis Episcopis in Eusebij anniuersariis natalitijs, ad populum dictos, aliisq; , quæ idem Eusebius ab Arianis fidei causa passus fuerit, summo studio in memoriam restituis; de eiusmodi tamen martyrij genere, quod lapidibus obrutus finem viuendi fecerit, nihil prorsus habeatur, nisi in nouissimo tantum illorum: cum alioqui & in aliis sermonibus interdũ confessor, & martyr aliquoties appelletur: eo (vt diximus) titulo dignus, quod tormenta & carceres sub Constantio apertus fuerit, etiam si nihil præterea pati contigisset: quandoquidẽ in primo eorum sermone, qui sub nomine Ambrosij aliquãdo editus fuit, ex diro illo supplicio, quo per scalas tractus quassatus est capite, & membris contractus, martyris nomen consecutus ostenditur.

CXIX. EVSEBIVS VERC. IN EPITAPHIO VERSIBVS ACROSTICHIS MARTYR DICTVS.

Sed & in Epitaphio ad sepulchrũ eius inuento, acrostichis versibus cum martyrij titulus egregiè habeatur expressus; quo autem lapidibus consummarit, ne verbum quidem: dici posse videtur inde martyrij titulus cõparatus, quod haud dubium consteret ipsum fudisse sanguinem, sed infecisse etiam tũc cruore fracto capite lapideos gradus, vel alios deorsum, vt assoler, in via positos sparsos lapides sanguine conspersisse: quos à suis collectos, & ad sepulchrum, tanquam victoriæ trophæa positos, æquum est existimare, atque etiam asserere poterit, qui assertam de lapidatione sub Catholico Principe historiã, contra Ambrosij sententiã recitatam, haud facile admittendam putarit. Sed quid interest, nũ illiso lapidibus capite, sparsoq; cruore, vel ictibus lapidũ fracto itidem capite, fuso sanguine, fuerit Eusebius martyrij titulum consecutus: cum alioqui licet priori illo supplicio & aliis in Palæstina additis pœnis minimè cõsenserit ex hac vita migrare; tamen ipsum dignum titulo martyrij omnis antiquitas prædicet? At de his hactenus: ad hæc n. digressi sumus occasione S. Ambrosij præferentis martyrium Dionysij, qui exul finem viuendi fecit, Eusebio, qui in suam Ecclesiam rediit post liminio. Quod autem ad lucubrationes eius spectat: cum Græcarum æquè ac Latinarum litterarum fuerit callentissimus, haud otiosus absq; scriptione vitam exegisse creditur, vrgentibus præsertim ad hoc eum quotidie aduersariis: verum de illis nulla est memoria, nisi de translatione in Latinum facta cõmentarij Eusebij Palæstini super Psalmos, quæ & excidit. Cæterũ sic ipse hæretici homitis cõmentarium Latinitate donauit, vt tamen (quidem S. Hieronymus *a* testatur) quæ ad hæresim pertinerent, omitteret; quæ vero pia sanctaq; esse videntur, acceperit. Sed dolem nobilissimi ingenij nihil aliud superesse, nisi Epistolã illam ad suos è carcere Scythopoli datam, quam suo loco supernis recitauimus. Porro eius memoria tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia vbiq; semper clara refulsit, quæ Kalendis Augustianniuersaria celebritate recurrit.

a Hier. ap. 75. aduers. Vigilant.

Quanta autem miraculorum effulserit post obitum gloria, adeo vt oleo lampadum in Ecclesia ipsius ex more ardentium dæmones ab energumenis pelleretur, Gregorius Turonensis certam fidem reddit, dum hæc de eo in libro illo de Gloria Confessorum describit *b*: *Eusebius Vercellensis Episcopus magnum huic Hilario aduersus Arianos contra hæreses fuit, qui viuere se post tumulos, præsentibus virtutibus manifestat. Nam in die natalis sui cum multi infirmi saluentur, energumeni tamen votatim valido per totam Ecclesiam debacchantes, & nimio confitentes se torqueri cruciatu, eleuati in aera lychnos, qui ad officium luminis succenduntur, manu verberantes effringunt: de quorum perfusi liquore, illico discedente dæmone, personæ purgantur: sicq; tunc populus tot infirmos esse mundatos, quot viderit lychnos effractos. Sed & omnia, quæ sub diuina basilica eius habentur, ita pia protectione conseruat, ne exinde quicquam auferatur ab aliquo. Nam videres inter hostes iniquos greges pecorum, inmentorumq; & omnium, nec penitus à quoquam attingi, cum vox sonuerit, Confessoris hæc sunt Eusebij. Huius sanctis reliquias mater mea in oratorio domus suæ locauit. Factum est aũt quadam die per hyemem, dum collocutione hilari pro longitudine noctis diutius ante focum, qui multa lignorũ strue compositus fuerat, resideret: familia iam dormitante, surrexit, & se lectulo haud procul ab ipso igne locauit. Dormientibus autem cunctis, scintillæ flammarum ad trabes vsque conscendunt, de quibus apprehensa vna earum valide cæpit flammas spargere: sed credo virtute sancti illius, cuius reliquiæ propinquæ erant, flamma contra naturam deorsum incuruata retorquetur, nec ad tectum, vt mos est, extenditur, sed deorsum fluit, vt putares non flammam, sed vellera lanæ de trabe pendere: nec exurebat trabem, nisi tantum ardens per ipsam vagabatur: donec expergefacta mater familias, vocatis seruientibus, aqua superposita, restinxit incendium, quo facile omnis domus, cunctis dormientibus, exuri potuisset, si virtus beati defuisset,* hæc Gregorius, atque de Eusebio hactenus.

CXX. MIRACVLA FIERI SOLITA IN ECCLESIA S. EVSEBII.

b Greg. Tur. de Gloria Confes. cap. 3.

Eodem quoq; anno, quo Eusebij obitus à S. Hieronymo in Chronico ponitur, æquè & eius gentilis licet cõmunicatione diuisi, recensetur interitus Luciferi Episcopi Calaritani in Sardinia, de cuius obitu superius egimus, cum eius in schisma lapsum suo loco mœrentes deplorauimus. De quo tamen cum dicat S. Hieronymus: *Lucifer Episcopus Calaritanus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum & Philone Libyæ nunquam Arianæ se miscuit prauitati.* non sic quidem hæc accipiẽda quis putet, vt hi dumtaxat ex omnibus Episcopis imunes fuerint ab Ariana hæresi: nam in Occidente vix aliquem Episcopum, præter Auxentium & paucos illos damnatos in Concilio Aquileiæ, fuerit facile reperire, qui eiusmodi fuerit sectator impietatis: sed ita dictum, quod idem nominati Episcopi abstinuerint à communicatione Episcoporum illorum, qui cum Arianis quantumlibet pœnitentibus communicarant; hoc enim sensu accipienda esse S. Hieronymi verba, quæ superius de Lucifero dicta sunt, manifeste declarant.

CXXI. OBITVS LVCIFERI EPISCOPI CALARITANI.

Quod autem secundum Apostolum, sapientibus & insipientibus debitor sum: hic, vbi agitur de Luciferi obitu, quod contemnens omiseram, addere, impulsus ab amicis, nõ prætermittam aduersus delira prorsus scripta cuiusdam Ioannis Arcæ natione Sardi, qui dum de Sanctis Sardiniæ insulæ volumen edidit, in tertio eius libro, vbi agit de Lucifero Calaritano, cum nouo miraculo ex schismatico conflat in Sanctum, sed in conflatorio mendaciorum conflator ipse apertissimus falsitatũ. Nam in primis cum hæc ait: *Calaritana Ecclesia, in qua mortuus & sepultus fuum tam sanctum venerata Præsulem, natalem eius celebrauit sanctissime, erecto sub eius nomine prope Calarim templo, in quo sancti martyres iacent Cosellus & Camerinus. Sic enim habet de martyribus iste vetustissimus codex.* hæc dum dicit ipse, quem citat antiquum codicem, vbi locorum esset, significare debuisset, sed voluit eiusmodi verborum inuolucro mendacia, quæ texuit, operire. Sed nolens idem ipse illa detexit, vbi in fine eius opusculi, cum recitat Kalendarij

ADVERSVS IOANNEM ARCAM, QVI LVCIFERVM CALARITANŨ EPISCOPŨ SCHISMATICVM SANCTORVM NVMERO ADSCRIBIT.

Sancto-

Sanctorum Sardiniæ Insulæ, ab omnibus hactenus receptum & custoditũ, in quo per singulos menses certis diebus Sancti, quibi colãtur, positi annotantur: cum in nullo totius anni curriculi die viderit legi Luciferum, ad calcem ista ipse addidit temere admodum: *Sanctus Lucifer. Quo mense tamen, nescimus.* hæc audax homo, addere præsumens Sanctum Kalendario, quod nec eius loci Archiepiscopo facere licuisset, Sede Apostolica inconsulta. Sed attende, quomodo mendacia dum regit, detegit: Qui nuper dixerat, ac mentitus fuerat, Calaritanam Ecclesiam veneratam esse Luciferum, natalemque eius sanctissimè celebrasse: quomodo non solum quo die celebrãdus fuerit eius Natalis, sed nec quo mense, notum esse, negauit? Sed & si verum esset, quod nunquam probare poterit, celebratum ibi natalem Luciferi statim post obitum eius, & tunc certa sciretur dies, sed intermissa fuerit oblitione deleta: tuncipsum rogo, dicat, quæ potuit causa intercessisse intermissionis huiusmodi specialis in Lucifero, cum de nullo alio Sanctorum illorũ, qui in eadem coluntur Insula, id factum appareat? nisi quod si quando ibi eius solenni cultu dies natalis fuerit celebrata, eadẽ iure vetita penitus exoleuerit, vt etiam ab omnium memoria omnino recesserit. Verum nec celebratam aliquando, vel semel saltem quis poterit demõstrare, quod ipse asseruit mentiẽdo. Sed & turpius mentitus conuincitur, cum ait, eiusdem Luciferi nomine erectum fuisse templum, ipsi tribuens, quod in Martyrum memoriam longe ante Luciferum fuerat ædificatum. Ablq; memoria autem, sine Ecclesia, inquam, illic peculiares loci Martyres cultos esse, quis dixerit? Potro ab ipsis Gentilibus suis Romæ degentibus, quos de his rogaui, mendax idem conclamatur auctor atq; vesanus, qui ista finxerit de templo Luciferi, quod nunquam extiterit. Quod vt credamus, inde magis inducimur, dum & in his, quæ ibidem scribit de Vercellensi Ecclesia, reperimus intigniter esse mentitum, ait enim: *Coniuncta Calaritana Vercellensi Ecclesia diuinas laudes in hymnis Eusebij persequens, auxilium à Lucifero implorare consueuit & opem.* At aduertius ista adeo falsa reclamat & exclamat eadem ipsa Vercellensis Ecclesia, querens se pati calumniam. Nam qui & hodie in Vrbe est ipsius Ecclesiæ Episcopus Ioann. Stephanus Ferrerius, vir præstanti fide atq; doctrina, qui res S. Eusebij, & aliorum eiusdem Ecclesiæ Episcopotum dignè coscripsit, his auditis, exhorruit, mendaciumq; pudentissimum id esse testatus, & detestatus, asseruit nullam mentionem prorsus in Vercellensi Ecclesia de Lucifero, nisi historicè fieri, in precibus nullo modo eius opem & auxilium implorari. Explosis igitur falsis ab auctore prolatis, exufflemus iam inania ad suam vanam sententiam probandam adducta. Nititur auctoritate Petri de Natalibus, qui Luciferum in suo Sanctorum catalogo scripserit. sed non eius est facultatis, nõ sanctos sua scriptione reddere sanctos, quem in Nostris rẽdarguimus, etiam hæreticos in illo suo catalogo miscuisse cum Sanctis. Nec sunt maioris auctoritatis quos citat dixisse, Luciferum defunctũ esse Catholicum cum alioqui respectũ ijdem habuisse potuerint ad successores Luciferianos, qui ex schismate transierunt in hæresim, à qua Lucifer abhorruisse sciatur. Somniat vero cum cæteris, qui dixere, Luciferianos non à Lucifero Calaritano esse denominatos, sed à cõficto quodam Lucifero Smyrnensi Episcopo, antiquionibus penitus refragantibus, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Ruffino, Socrate, & etiam Marcellino eiusdem scholæ professoribus, eiusdem sæculi scriptoribus, & aliis innumeris hos secutis. Delirat magis, cum ait, Luciferum errorem suum depositisse in Synodo Alexandrina, quem constat ad illud vsque tempus nunquam errasse, postea vero schismate deuiare cœpisse. Sed & frustra in subsidium sanctum Hieronymum nominat, quod aliquando Luciferum beatum dixerit: nam ad illa prioris Luciferi tempora ipse respectum habuit, cum ille omni gloriæ titulo dignus esset; quẽ idem paulo post, ab Ecclesia scissum schismate docet, dolens viri tanti naufragium. Quem vtinam ostendi posset non errasse, vel de errore palinodiam recantasse. Quam nihil iucundum & optatum foret, offusam caligine illellam iterum suo nitore fulgentem in Regno cælorum (quod est Ecclesia) cernere; & quod cecidit potius, quam occidit Lucifer astrum iterum post mille ducẽtos atq; triginta annos nouum inferens orbi Catholico diem conspicere. Sed Dei, non hominis arbitrio cælum hoc vertitur, *cuius est* (quod ait Sanctus Iob a) *stellas claudere quasi sub signaculo: ipse q̃, claues Dauid, qui claudit, & nemo aperit.* Quod autem ad eiusdem Luc feri consortes schismatis pertinet, præcipue vero quod spectat ad Gregorium, quem Hispaniarum Episcopum nominat: hunc fuisse Episcopum Eliberi, quis de eo extant scripta in libello Marcellini atq; Faustini schismaticorum significãt: siquidem hic olim patiter ibi dicitur esse execrãt, quos & Lucifer detestabatur Episcopos: quatratione à Catholicæ cõmunionis Episcopis vna cum aliis nonnihil exagitatus est: quam ob causam pro eo supplicatum fuit Theodosio Imperatori: qui cum de ipso Gregorio, tum de aliis ad Cynegium in hæc verba rescripsisse repetitur b:

a Iob 9.

GREGORIVS ELIBERRINVS EPISCOPVS CONSORS SCHISMATIS.

b *Extant in libello Marcellini.*

CXXII. QVID THEODOSIVS IMP. PRO GREGORIO ET COLLEGIS.

Esi nulla humanu. & infra: Cytogi carissime & pater amantissime, sublimitas tua preceptum nostræ serenitatis, quo Catholicam fidem omnes sanxerunt, & sine qua salui esse non possumus, ita iubeat custodiri, vt Gregorium & Heraclidam (erat hic Episcopus Oxyrinchi in Ægypto) *sacræ legis Antistites, cæterosq, consimiles Sacerdotes, qui se pariter obseruantia dederunt, ab impiorum hominum atque hæreticorum tueatur ac defendat iniuriis: sciantq, cunctis id fedele animis nostris, vt cultores omnipotentis Dei, non alios nisi Catholicos esse credamus.* hæc Theodosius de Gregorio atque socijs, quod pro ijsdem querelæ schismaticorum fuissent, ab hæreticis male habitos esse: illos nimirũ fugillantium, qui ex Ariana hæresi ad Ecclesiam rediissent. Nam eodem libello explicuerunt, hos ab Arianis Episcopis in Ecclesiam receptis multa passos eam ob causam; quod nollent illis cõmunione misceri. Mentio quoque in eodem libello de Vincentio quodam Hispano presbytero habetur, qui etiam eo q̃ communicare cum huiusce modi Arianis recusasset, à Lucioso & Hygino Episcopis grauissima passus fuerat: cum (vt eodem libello testantur) ijdem cum fustibus in Ecclesiam irruẽtes, vbi plebs illi commissa conuenerat, nonnullos illic occiderunt: ex quibus quidam liberti decurionatus honore insigniti, nihilominus in carcere detrusi fuerint, vnus q; ex ijdem peremptus. Rursum vero de ijsdem addiderunt eo libello, eosdem, cum idem Vincentius cum suis in agro synaxes haberet, in eos irruẽtes, adeo deturbasse, vt altare sublatum contemptus gratia sub pedibus posuerint idolorum.

CXXIII. QVÆ PASSI SINT SCHISMATICI.

Habet libellus & illud, Aurelium quendam Episcopum, ex eo quod cum dicto Gregorio communicasset, Romæ pœnas dedisse: sed & de Macario presbytero illud additur, cum cum eiusdem esset cum Gregorio communionis, Romam quoque vocatum fuisse supplicium, atq; à Damasi Papæ communione abhorrentem, ab Vrbis Præfecto fuisse exilij sententia condemnatum; atq; à militibus acceptum, cum perductus fuisset ad Ostia Tiberina, illic animam exhalasse. Meminit & de aliis Luciferianæ communicationis hominibus Romæ male mulctaris à militibus, &, vt mentitur, Damaso impellente: Ita plane schismatici illi apud Theodosium agentes, Imperatoris inuidiam in Romanũ Pontificem concitare studuerunt; sibi vero inde gratiam conciliantes, quasi essent fidei Catholicæ acerrimi defensores: quos scimus (vt supe ius est manifestissimè demonstratum) in sanctissimos probatosque Catholicæ religionis Episcopos plurimas eosdemq; ingentes coacteuasse calumnias. Sæpè enim Romæ (vt vidimus) eiusmodi schismatici ab Vrbana præfectura pulsi atque repulsi, inque diuersa loca in exilium acti; cum omni destituerentur auxilio, ex calumniis in diuersos confarcinatis sibi patrocinium quæsiuere.

CXXIV. GREGORIVS ELIBERRINVS GLORIATVR DE FIDE SINCERE SERVATA.

Cæterum quod ad Gregoriũ spectat, qui ex Theodosij rescripto liber dimissus est: ipsemet in commentatio illo, quem de Fide scriptum ad Gallam Placidiã dedit, de incorrupta fide seruata, nec vtiquã communione se pollutũ

hæreti-

a *Greg. de fide ad fratr.*

hæreticorum magnopere gloriatur, cum ait *a*: *Piam confessionem in nobis ex Dei gratia præstitam cupimus vsque ad mortem auxilio eius, qui præstitit, vindicare sine labe communionis hæreticorum atque præuaricatorum: quia, & Deo teste, metuimus eorum damnationis participes inueniri. Viderit si quis putat se de eorum societate reum non posse fieri, habens conscientiæ propriæ fiduciam, quia fidem integram vindicat ita, vt numquam eius fidei præuaricator extiterit. Tamen ego in causa Dei cautus timore compellor: siquidem & de ipsis cautum legimus* b: *Hæreticum hominem post vnam correctionem deuita, sciens quoniam peruersus est huiusmodi, & peccat & est à semetipso damnatus. Sed & de pœna præuaricatorum legimus, dicente Isaia* c: *Et veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem, dicit Dominus Deus, & procedent sancti, & videbunt membra hominum, qui præuaricati sunt in me: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in visione omni carni. Sed & Apostolus ait* d: *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quin & alibi idem Apostolus post descriptionem malorum: Non solum, inquit* e, *qui faciunt ea sed etiam qui consentiunt facientibus ea: & multa alia testimonia diuina, quibus supradictorum consortium prohibetur. Sed ego hæc ipsa licet breuiter, mirabar, ne nos de vana superstitione credat aliquis nolle cõmunicare cum talibus, quos perspicit per diuinam sententiã reprobari.* ita Gregorius Eliberinus pro sua defensione, causam reddens, cur noluit cum Arianis cõmunicare, qui ad Ecclesiam reuerti essent itiam de aliis in hæresi permanentibus nemo Catholicorum ab eo vnquam potuit dissensisse. Hæc igitur cum ex Marcellino atq; Faustino collega, tum etiam eiusdem ipsius Gregorij scriptis deprompsisse voluimus, vt locus citatus S. Hieronymi in Chronico, quo ait, tum Luciferum, tum Gregorium & Philonem nunquam communicasse cum Arianis, cunctis elucidatus atq; perspicuus redderetur.

b *Tit* 3.

c *Isai.* 66.

d 2. *Cor.* 6.

e *Rom.* 1.

CXXV. Porro Gregorius creditur postea saniori menti redditus, duramq; austeritatem illam flexisse in Catholicæ obseruantiæ rectitudinem: nam Orthodoxorũ nonnullorum præconijs celebratus habetur: nisi hæc quis dixerit eos turpiter ignorasse; quod affirmare nunquã auderem. Quæ autem spectant ad eius res gestas cum Osio, quas ex eorundem schismaticorũ libello recitat Isidorus: cuiusnam fidei sint, superius est demonstratum. Sed & quod de eodem Isidorus ait in Osio, Gregorium fuisse ex numero vindicantium fidem integram; ex verbis S. Hieronymi petenda est verborum horum interpretatio; nam rum significatum, cum aliquando fuisse eiusdem cum Lucifero sententiæ.

CXXVI. Post Luciferi exitum, qui ante illi inhæserant, pertinacijs in sententia perstitere, vt affirmarẽt non communicandũ cum illis, qui Arianos Episcopos vel inferioris ordinis clericos ad Ecclesiam redeuntes, cum honoribus & ordinibus, quibus antea ministrassent, in communionem recepissent: quam quidem quæstionem parui momenti fuisse ait S. Hieronymus *f*, dum verbis & non rebus à nobis ijdem dissentirẽt, nec dignam quidem, vt ab Ecclesia ea de causa se diuiderent. Erat aũt horum numerus sane exiguus, qui se in Hispaniam receperunt: ibidẽ, vt solos sanctos & puros à reliquis omnibus Orthodoxis diuisos cõsedisse, idem S. Hieronymus docet, his verbis *g* per ironiam illis exprobrans, qui se solos mundos prædicabant: *En sibi Britannias, Gallias, Orientem, Indorũ populos, barbaras nationes, & totum simul mundum possidet Satanas, quomodo in angulum vniuersæ terræ Crucis trophæa collocata sunt? Nimirum aduersarius potens concessit Christo Hiberiam & Celtiberos; luridos homines, inopemq; pronunciam dedignatus est possidere.* quasi hi soli à Christo in hæreditatem fuerint vindicati; qui & veritatis vindices dici volebant. Hos quidem, quod refugerent Catholicorũ communionem, nonnihil vexatos esse à vicinis Episcopis, libellus Theodosio datus (vt superius dictum est) indicat.

f *Hier. ad init. Lucif.* LVCIFERIANI IN ANGVLO HISPANIARVM COLLECTI.

g *Hier. aduer. Lucif.*

CXXVII. LVCIFERIANI REIECTI AB OMNIBVS CITO EXTINCTI.

Porro hos vt schismaticos nõ solum vicini cauebant Episcopi, sed alij oẽs Catholici: cuius rei experimentum præstitit Satyrus S. Ambrosij *h* Mediolanensis Episcopi frater, cum ex Africa in Italiam nauigans, ad horum ora maris tempestate delatus, baptismi cupidus exhorruit ab ipsorum Episcopo baptizari; quod & superius, dum de eius in Italiam ex Oriente reditu egimus, verbis eiusdem Ambrosij enarrauimus, deq; eiusdem Luciferi obitu egimus, & cuius æstimationis apud posteros fuerit, patiter cum luctu ob lapsum eius ingessimus: ve non sint iterum hic repetenda, vbi de Luciferianis quæ reliqua sunt, tantummodo sermo est. Sed & hi ipsi, licet turbas plurimas in Ecclesiam concitauerint, & apud Imperatores aduersus Catholicos obstrepuerint: tamen quod post Theodosium Augustum de Luciferianis nulla sit mentio, eos hoc ipso, quo oborti sunt sæculo, extinctos esse putamus.

h *Ambr. offal in fun. ejus.*

Eodem anno Valentinianus Imperator de Scenicis pœnitentib. & Christianos fieri cupientib. ita rescripsit *i*: *Scenici & Scenicæ, qui in vltimo vitæ, necessitate cogente interitus imminentis, ad Dei summi Sacramenta properarint, si fortasse euaserint, nulla posthac in theatralu spectaculi constitutione reuocentur. Ante omnia tamen diligenti obseruari ac tueri sanctione iubemus, vt vere & in extremo periculo constituti id pro salute poscentes (si tamen Antistites probant) beneficij consequantur. Quod vt fideliter fiat, statim eorum ad Iudices, si in præsenti sunt, vel curatores vrbium singularum, desiderium perferatur. Quo inspectoribus missis, sedula exploratione quæratur, an indulgeri his necessitas poscat extrema suffragia.* Dat. III. Id. Febr. Treuer. *Gratiano A. II. & Probo Coss.* Eiãt Scenici & Scenicæ serui publici ad lætitiã publicam theatricis spectaculis mancipati. Quod autem legibus Ecclesiasticis vetitum erat Christianos theatrales esse: ac proinde q eiusmodi essent, simul ac per baptismũ Christiani efficerentur, scenicũ munus exercere amplius non valerent: vetuit Imperator, haud quidem pie, eiusmodi homines non nisi in mortis articulo baptizari. Vides, quam perperam & inconsulte Principes, ea, quæ sunt Ecclesiastici muneris, tractare consueuerint.

i *Li. de Scen. C. Theo.* QVID DE SCENICIS CONVERSIS IN FINE VITÆ.

Sed his haud iustiora idem Valentinianus sanxit, cum licentiam Gentilibus dedit aruspicinam exercendi, dummodo id facerent absq; magia, ita ad Senatum ignominiose rescribens *k* de impertita colendi deos patrios facultate.

CXXIX. ARVSPICINA CONCESSA GENTILIBVS.

k l. 9. de malef. & math C. Theod.

Aruspicinam ego nullum eum maleficiorum causis habere consortium iudico, neque ipsam aut aliquam præterea concessam à maioribus religionem genus esse arbitror criminis: testes sunt leges à me in exordio Imperij mei datæ, quibus vnicuiq, quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est. Nec aruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. Dat. IV. Kal. Iuny. *Treuer. Gratiano A. II. & Probo Coss.* ex his quidem & aliis ab eodem Imperatore Gentilibus concessis indulgentiis factũ est, vt ab iisdem ipse fautor eorum superstitionis sic habitus: nam Symmachus in relatione ad eius filium Valentinianum iuniorem missa sic habet in fine: *Eum religionum statum petimus, qui diuo parenti culminis vestri seruauit Imperium, qui fortunato Principi legitimos suffecit heredes. Spectat senior ille diuus ex arce cælesti lachrymas Sacerdotum, & se culpatum putat, more violato, quem libenter ipse seruabat.* hæc Symmachus pro Gentilicia superstitione causam agens.

CXXX. VALENTINIANVS PERMISIT ARAM VICTORIÆ.

l Ambros. epist. 30.

Permisit & ille, sicut aliàs, aram Victoriæ in Capitolio stare, illicq; Senatores Gentiles sacra facere: licet eum S. Ambrosius, quod tantũ nefas ignorauerit, excusat, cum ait *l*: *Quid respondebis etiam patri? qui te maiori dolore commeret, dicens: De me fili, pessime iudicasti, qui putasti, quod ego Gentilibus cõmunicantiam præstitissem. Nemo ad me detulit, aram esse in illa Romana curia: nunquam tantum nefas credidi, quod in communi illo Christianorum Gentiliumq, concilio sacrificarent Gentilibus, hoc est, insultarent Gentiles præsentibus Christianis, & inuitis Christiani interesse sacrificiis cogerentur. Multa & diuersa crimina, me imperante, commissa sunt: vltus sum quæcunq, sunt deprehensa. Si quis tunc latuit, debet ergo dicere me probasse, quod ad me nemo detulerat? De me pessime iudicasti si mihi superstitio aliena, non fides mea seruauit Imperium.* hæc Ambrosius, & puto quidem rhetoricè potius ad deliniendum Valentiniani iuniotis Imperatoris animum, atq; reuocandum, ne paterno exemplo permitteret Gentilibus aram Victoriæ: quæ in publico loco exposita, m, Orbi ob frequentiam accedentium notam, Imperatorem dumtaxat ignotasse, haud fidem inuenit. Sed & hoc eodem anno eiusdem Valentiniani rescriptum legitur pro Sacerdotibus Gentilicij ritus, quibus priuilegium indulsit, honoremque Exco-

mitibus

mitibus exhiberi solitum ijsdem impertijt, prout eius rescriptum sub huius anni Consulibus ad Viuentium Præfectum Prætorio datum docet: sic enim se habet *a*:

Qui ad Sacerdotium prouincie & principalis honorem gradatim & per ordinem muneribus expeditis, non gratia emendicatus, sed suffragio, & labore peruenerint, probatis actibus, si consona est ciuium fama, & publicè ab vniuerso ordine comprobantur, habeantur immunes, otio fruituri, quod continuis laboris testimonio promererentur: liberumq; sit corpus eorum ab his muneribus, quæ honoratos non decet sustinere: Honorem etiam eis Excomitibus addi censemus, quem ij conse. qui solent, qui fidem diligentiamq; suam in administrandis rebus publicis approbarint. Dat. IV. Kalend. Julij Treuer. Gratiano 11. & Probo Coss. & ne quis putet de Sacerdotibus hic agi Christianæ religionis, legat eiusdem Imperatoris rescriptum datum item Treueris sequenti anno ad Probum Vicarium *b*. Sic igitur videas Symmachum, qui Gentilicæ superstitionis maiorem gerebat Pontificatũ, iure appellasse Valentinianum seniorem ritus veteris conseruatorem: vtpote quod (vt dictum est superius, diceturq; alibi plurib⁹) ipse Imp. Valentinianus fuerit Gentiles pro arbitrio deos colere. Vnde quidem errare eum facile contingat, qui legens Prudentij carmen aduersus Symmachum in fine viderit commendari fidem antecessoris Imperatoris, quod vetuerit sacrificia, cum ait *c*:

Ille Vrbem vetuit taurorum sanguine tingi, putans ad Valentinianum iuniorem esse sermonem illum, quem constat dictum esse ad Honorium Imperatorem de Theodosio patre, cuius tempore (vt suo loco dicetur) Prudentius aduersus Symmachum scripsit.

a *l. 7. de Decurion. C. Theod.*

CXXXI. FAVIT VALENTINIANVS SACERDOTIBVS GENTILIVM.

b *l. 7. de Decur. C. Theod.*

c *Prudent. l. 2. contr. Symmach.*

IESV CHRISTI
Annus 372.

DAMASI PAP. Annus 6. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 9.

I. QVALES CONSVLES MODESTVS ET ARINTHEVS.

CHRISTI annus trecentesimus septuagesimus secundus ingreditur vna cum Consulatu Modesti atq; Arintheiamboq; Consules ex Valentis familia, ijdemq; fama notissimi, sed diuersi inter se studijs fuere: nam horum alter Arianus, ad inflectendos Orthodoxos (vt vidimus) Valenti vsui erat; alter vero, nempe Arintheus, pius & de Ecclesia Catholica benemeritus. At qualis hic fuerit, dicamus aliqua, & in primis quæ de eius obitu ex literis d S. Basilij datis ad ipsius coniugem consolatoriis prodantur, vt cum ait: *Me vero præcipua quædã tristitia replente, recogitante, quo me vir ille sit honore prosecutus, tum quæ sit Ecclesiæ communiter adempta gubernatio*, nimirum quod Arianis quibusdam pulsis, his Catholicos subrogauit, ac de eodẽ rursus inferius. *Erat quidem ille honestus, magnis celebris, & animi virtutem robore corporis adæquabat, quod & ipse fateor, & vtroq; nomine excellebat: attamen homo erat & mortuus est sicut Adam sicut Abel sicut Noe sicut Abraham sicut Moyses, & si quem alium eiusdẽ naturæ conserrem nominaueris.* hæc Basilius. Præualidus quidem dux erat, de quo pluta Ammianus e, & inter alia quod exercitu cohibuisset Persas inuadentes Armenos: nam hæc de eo: *Hæc clade late diffusa, Armenia omnis pergisset, ni propugnatoris Arinthei aduentu territi Persæ eam incursare demo distulissent.*

d *Basil. ep. 5 in addit.*

e *Ammian. lib. 27. in fi.*

II. f *Basil. ead. epist.*

Per eius vxorem hunc redditum Christianum, inque vitæ fine baptizatum esse, idem Basilius tradit, cum ait *f*: *Decessit morienti splendide, nec senectute decrepitus, nec aliqua parte celebritatis suæ diminutionem passus, sed magnus adhuc in præsenti hac vita, & magnus in futura, nec ex præsenti splendore damni quicquam in futura ac speratæ gloriæ expertus; propterea quod in ipso vitæ exitu cunctam maculam lauacro regenerationis accepto purgauit, cuius rei cum illa conciliatrix & operatrix fuerit, maximam ex ea consolationem cape.* &cæt. hæc quidem de Arintheo hoc anno Consule, Catholicæ Ecclesiæ defensore.

Quo quidem tempore, magna Dei dispensatione, huic sicut pietate non impar, ita & muneribus haud inferior Terentius extitit, cui (vt idem Ammianus g est auctor) duodecim parebant legiones; qui Sancto Basilio æquè familiarissimè vsus est, vt ex ipsius litteris ad eum datis, de negotiis Ecclesiasticis cõstat. Horum Basilius vallatus præsidio, inuitis non Arianis cæteris tantum, sed ipso quoq; Valente Imperatore, nõ solum in sua Ecclesia tutus agebat, sed & aliis etiam longe positis suppetias prompte ferebat. At hic opportune egregium facinus eiusdem ducis maxime pij ex Theodoreto narrare, pergrum est: ait enim: *Cum Terentius dux longe præstantissimus, & pietatis insignibus egregiè exornatus, ab Armenia, erectis victoriæ trophæis, reuertisset: Valens, ei imperasset, vt donum aliquod pro labore peteret: ipse, donum quod cupiebat, dignum homine pietatis institutus educato Valenti indicasset (petebat enim non aurum, non argentum, non agros, non domum, sed vt vna Ecclesiis illis, qui pro doctrina Apostolica se in discrimen obtulissent concederetur) Valens accepto libello supplici, & cognitu rebus, quæ in eo continebantur, admodũ stomachatus, illum dilacerauit, iussitq; vt alias vs peteret. Terentius vero collectis laceris libelli particulis: Accepi, inquit, iam abs te, ô Imperator donum, habeoq;, neque aliud petã. Nam quid ego animo instituerim, iudicet ille, qui huius vniuersitatis iudex est.* hæc Theodoretus. De Epistola autem ad hunc ipsum Terentium à Basilio scripta suo loco agemus: nunc vero de tertia eiusdem Basilij ad Damasum Papam & omnes Occidentales Epistola missa dicendum.

g *Ammian. lib. 27.*

III. TERENTII DVCIS SPECTATA PIETAS.

h *Theod. lib. 4. c. 28.*

Meminisse debemus, anno superiori ad datas ab eodẽ Basilio & aliis Orthodoxis Orientis Episcopis ad Damasum & cæteros Occidentis Antistites, ab eisdẽ officij plenas literas redditas esse. At quoniam sub Ariano Imperatore Ariani magis magisq; a diuersus Catholicos insolescerent: idem S. Basilius alios rursus Legatos in Occidentem mittit, qua quidem legatione quid ab eis ipse optarit, perfectis datis litteris significauit, quas pro certioti rerum notitia hic describemus. Deest illis germana inscriptio, sed tantũ, Ad Occidentales, titulus ponitur, cum tamen primo loco eas ad ipsum Damasum Romanum Pontificem esse conscriptas, quæ superius dicta sunt atq; docentur euidentissimè doceant. Litteræ autem sic se habent *i*:

IV. TERTIA LEGATIO BASILII AD OCCIDENTALES

i *Bas. ep. 74* V. BASILII EPISTOLA AD OCCIDENTALES

Tantum cuiq; vestrũm Dominus Deus noster, in quem speramus, largiatur gratia, vt proposita spe potiamur, quanto ipsi gaudio pectora nostra repleuit, cum per litteras, quas nobis per desideratissimos compresbyteros nostros scripsistis, tum ex eo, quod calamitatibus nostris, tanquam viscera commiserationis indulti condoletis, quem admodum nobis predicti fratres indicarunt. Nam eti eruti vulnera nostra eodem modo perseuerant, nonnihil tamen inde releuamur, quod paratos habemus medicos, qui velocem ac maturam possint, si detur opportunitas, dolori bus nostris afferre medelam. Quapropter iam denuo vos per dilectos hosce fratres compellamus & obsecramus, ne, si dederit vobis Dominus copiam ac facultatem accedendi, imuisere nos detrectetis: maximum enim Domini mandatum est infirmorum visitatio. Si vero optimus Deus ac sapiens vitæ nostræ moderatur hanc gratiam ad aliud tempus reiecit: saltem scribite nobis, quæ vos cum ad consolationem afflictorum, tum ad erectionem confractorum scribere decet. Plurimũ enim iam confracta est Ecclesia, cuius nomine & nos multum in medium contristamur. Non est autem quod alicunde opem expectemus, nisi per vos Dominus, à quibus & sinceræ colitur, curationem inuenit. hæc præfatus Basilius admonet de Eustathio Sebasteno dolose inter Catholicos agente, cuius ipse Basilius (vt anno superiori vidimus) simulatione deceptus eidem cõmunicationem fuerat impartitus: qua de causa in suspicionẽ haud leuem ac reprehensionem Orientalium Orthodoxorum Episcoporum inciderat. Ne igitur aduersariorum calumniis eadem infamia laboraret apud Romanum Pontificem & alios Occidentis Episcopos, prudenter profecto de Eustathio meminit, eiusq; scelera commemorans, eiusdem criminum accusatorem, agit, atque ait:

VI.

Improba quidem & impudens Arianorum hæresis manifestè ab Ecclesiæ corpore diuulsa proprio immoratur errori, parumque

BASILIVS DEFERT EVSTATHIVM DAMASO. ET ALIIS OCCIDENTALIBVS EPISC.

nos lædit, propterea quod illius impietas omnibus nota est. Qui vero ouinam pellem induti, mansuetudinem ac placiditatem externe quidem simulant, interne vero gregem Christi crudeliter lacerant, & hoc nomine, quod ex nostro gremio progrediuntur, simpliciores facile lædunt: vi sunt pernitiosi illi, & qui non ita facile caueri possunt: quos per vestram diligentiam omnibus Orientis Ecclesiis publicari ac manifestari petimus, vt vel recta gradientes sincere nobis coniuncti sint, vel si peruersi esse perrexerint, pestem suam sibi ipsis solis contineant, nec posthac per incautam communionem morbum suum vicinioribus afferre possint. Puto te, lector, hæc prudenter attendere, maximi ponderis à Basilio æstimari iudicium Apostolicæ sedis, ipsius, inquam, Romani Pontificis, cuius sententia damnari Eustathium petit. eiusq; iudicij calculum Orientalibus omnibus innotescere, cum alioqui deterrimus homo in pluribus Synodis fuerit prædanatus. hæc sane enixius à Damaso Basilius petit, quod probe sciret, illos omnino ab omnibus esse habendos hæreticos, atq; vitandos absq; aliqua ergiuersatione vel cõtrouersia, quos ab Apostolicæ primæ sedis Antistite constaret esse reiectos: nã Synodis aliis aliæ aduersæ Synodi obiici potuissent, & Episcopis Episcopos contradicere: quod autem à summo totius vniuersalis Ecclesiæ Præsule factum esse sciretur, omnes, nisi qui extra Ecclesiam esse vellent, amplecterentur; cum (vt sæpe superius demonstratum est) eiusdem Romani Pontificis Formatarum cõmunione, quis Catholicus, quisve esset hæreticus, tantummodo intelligi posset. Sed rursum ibi Basilius.

VII. EVSTATHII CAVSA AB EXORDIO REPETITA.

Necessarium vero est, vt mentionem istorum nominatim faciã, vt & ipsi cognoscatis eos, qui nos cõturbant, & offendicula gignunt, illosq; Ecclesiis vestris manifestos, vt vitari possint, faciatis. Qua enim nos loquimur, multis suspecta sunt, quasi propter priuatas quasdam contentiones metum & pusillanimitatem illis incutere velimus. Vos vero quanto ab his remotiores estis, tanto plus apud plebem habetis fidei ad quod & hoc accedit, quod ac curandos oppressos adiumento vobis est gratia Dei. Quod si plures quoque vnanimes eadem decreueritis; manifestum est, quod multitudo eadem decernentium indubitatam omnibus efficiet dogmatis susceptionem. Est itaq; vnus ex illis, qui plurimum excitant turbarum, Eustathius ex Sebastia minoris Armeniæ. Hic olim institutus ab Ario, cum is Alexandriæ florens impias aduersus vnigenitũ Dei blasphemias struebat, sectator illius, & inter selectissimos discipulos connumeratus fuit. Postea quam vero ad suos reuersus, cum à beatissimo Hermogene Cæsareæ Episcopo propter impiam opinionem condemnaretur; confessionem illi obtulit sane fidei, atque ita manus impositionem ab ipso obtinuit. Vbi vero dormitionem accepit Hermogenes, mox ad Eusebium Constantinopolitanum se se contulit (fuerat hic ante Episcopus Nicomediæ) qui & ipse nihilominus impium Arij dogma tuetur. Inde post quibusdam de causis pulsus, ad patriam se recepit, illicq; denuo erroris purgationem obtulit, sed ita vt celata & obtecta mentis impietate, quandam exhiberet verborum rectitudinem. Mox vero vbi vtcunq; adeptus esset Episcopatum, anathematismum contra homousion in Synodo Ancyræ habita scripsisse deprehenditur, & ex illa ad Seleuciam profectus, cum illis, quos eiusdem habet opinionis, ea gesisit, quæ omnes norunt. Constantinopoli vero iterum ad ea, quæ ab hæreticis proposita sunt, consensit. Atq; ita Episcopatu eiectus, propterea quod iam in Melitina Synodo depositus esset, viam sibi ipsi, per quam restitueretur, excogitauit, eam videlicet, vt ad vos proficisceretur. Quæ vero sint illi a beatissimo Liberio Episcopo proposita, & ad qua consenserit, nobis claim est, nisi quod Epistolam attulit, per quam restitueretur: eam vbi Tyanæ Synodo exhibuit, in suum locum restitutus est.

VIII.

Iste quidem iam fidem eam, in qua receptus est, depopulatur, cumq; illo furit, qui homousion anathemate percellunt. Deinde & hæresi patrocinatur eorum, qui Spiritum sanctum spoliant diuinitate. Quoniam vero istinc vires accepit ledendi Ecclesias, ac publicandæ impietatis fiducia, quam vos dedistis, ad subuersionem multorum vsus est: necesse est, vt istinc quoq; veniat malorum istorum correctio, scribaturq; Ecclesiis, quibus quidem conditionibus ad communionem susceptus sit: simul vero adjiciatur, quo modo iam immutatæ sententiæ, gratiam à Patribus, qui tunc erant, acceptam irritam reddat. hactenus de Eustathij causa Basilius, qui eadem plane de eodẽ habet in Epistola ad Patrophilum a. At nemo putet hanc ab eo Epistolam scriptam, antequã ab ipso Eustathius reciperetur, eo quod nullam eius rei

a Basil. ep. 82.

faciat mẽtionem: nam cum hac eadem Epistola interim damnandum dicat Apollinarem, qui tunc temporis ipse nesciens communicabat; satis perspectum habetur, illa antea accidisse, quam hæc Epistola scriberetur.

IX.

Tacuit prudenter de Eustathio Basilius, quod cõtigit in Nicopolitano conuentu, vbi idem Eustathius, edita sincera fidei professione, ab ipso Basilio susceptus fuit, reclamantibus Orthodoxis, vt anno superiori huius dictũ est: idcirco n. ista tacuit, quod iam apud Occidentales communicationis cum Eustathio fuerat in suspicionem adductus: qua vt se purgaret, atque ostenderet Eustathio præ cæteris aduersari, tot tantaq; aduersus eum hac Epistola voluit cõgessisse. Nam ad Eusebium Samosatenum ipse scribens, hæc de Occidentalium conflata aduersum se suspicione habet b: *Senior Euagrius filius Pampani Antiochenses, qui quondam migrauit cum Sancto Eusebio versus Occidentem, redijt nunc Roma petens à nobis litteras eadem illorum scripta ad verbum continentes: Vxisum retulit, quia nostra non probantur à doctoribus, qui illic sunt, & legationem quandam per viros fide dignos iam adornare, vt coram sit occasio nos insperiendi. Qui nostram doctrinam profitentur, Sebastenj Eustathij improbatæ doctrinæ vlcus retegentes purulentum, petunt à nobis quandam Ecclesiasticam procurationẽ.* hæc ipse. Porro Euagrium illum, quem tradit profectum esse cum Eusebio in Occidentem illo scil. Eusebio Vercellensi Episcopo, vt alias diximus, eundem esse cum Euagrio illo putamus, qui ex sententia S. Hieronymi ad Innocentiũ, valide oppugnauit Auxentium Arianum Mediolanensem Episcopum. Hic enim Vercellis apud Eusebium fuisse videtur vsq; ad eius obitum, eoq; defuncto redijsse in Orientem, atq; ea Basilio significasse.

b Basil. ep. 2. BASILIVS LABORANS SVSPICIONE APVD OCCIDENT. SEPVRGAT.

X. DE CAVSA APOLLINARIS.

Rursum vero, quod idem Basilius apud nonnullos in crimen adductus fuisset, quod litterarum consuetudine cum Apollinari hæresiarcha communicasset; ipseque se pariter excusasset, nescisse hominem alicuius esse prauæ opinionis auctorem: re tamen postea comperta, tum vt se suspicione initæ cum eo communionis penitus liberaret, tum etiam vt latentem adhuc sub Catholico nomine hæresiarcham omnes agnoscerẽt damnatum esse ab Apostolica sede: Damasum rogar, vt cum suis Episcopis illud ipsum agat, ita subdens c: *Alter ex illis, de quibus vos admonemus, est Apollinaris, haud parum & ipse Ecclesias contristans: facilitate namq, scribendi, qua per occasionem ad quoslibet irrepit, coniunctam habens sufficientem lingua facultatem, Orbem libris suis repleuit, contempto Ecclesiaste d, qui cauendum esse dicit, ne multi fiant libri. In multitudine autem certum est quod multa delinquantur: nam quo modo potest in multiloquio vitari peccatum? Sunt vero qua scribut, etiam ad Theologiam pertinentia, non ex Scripturæ probationibus, sed ex humanis argumentis astructionem habentia. Scripsit & de resurrectione quadam fabulose, immo Iudaicè composita: in quibus dicit, nos iterum ad cultum à lege præscriptum reuersuros, ita vt iterum & circumcidamur, & Sabbatum obseruemus, & à cibis à lege prohibitis abstineamus, sacrificijq; Deo offeramus, & in templo Hierosolymis adoremus, atq; prorsus ex Christianis Iudaj reddamur: quibus quidnã poterit ridiculum magis, magisq; alienum ab Euangelio dogmate dici? Deinde & de incarnatione tantam mouit fratribus perturbationem, vt pauci eorum, quibus colloquij cum illo nonnihil intercesit, priscum pietatis charactẽrem conseruent; multi vero rerum mutationi attendentes, ad quæstiones & contentiosas inutilium verborũ hæreses auersi sint.* hæc de Apollinari Basilius. At Cur Apostolicæ sedi defert damnationẽ Apollinaris hæresiarchæ: cur non ipse Cappadociæ Metropolitanus eã hæresim cum auctore damnauit? Nosti causam, lector, si memoria tenes, quæ superius sæpe sunt repetita, atq; exemplis sæpius demõstrata: nimirum illum viguisse vsum ab ipsis Apostolorum temporibus, vbi primum sedes Petri Romæ locata est, vt noua hæresis, recensq; emergẽs hæresiarcha, nõ ab alio quopiam eiusuis auctoritatis Episcopo, quã à Romano Pontifice, causa exacte perquestigata, Apostolica damnarentur auctoritate. Quo modo vero Damasus, his à Basilio acceptis de Apollinari atq; eius erroribus, Romæ coegerit Synodum, atq; eandem hæresim cum auctore damnarit, dicemus suo tempore.

c Basil. ep. 4

d Eccl. 12.

ROM. PONT. SOLVS DAMNAT NOVAS HÆRESES CVM HÆRESIARCHIS.

Atquid

XI. DE CAVSA PAVLINI EPISCOPI ANTIOCHENI.

At quid insuper egit apud Damasum hac missa Legatione Basilius? Ipse subdit, cum ait: *Paulinus vero an aliqua in re, quod manus impositionem concernit, reprehendendus sit, vos ipsi dicetis.* parcius hæc Basilius atque modestius, quod de insignis nominis viro ageret; eodemq; Antiocheno Antistite instituto à Lucifero Episcopo Calaritano Apostolica legatione fungente; cum ante ipsum (vt suo loco dictum est) Meletius ab Arianis olim præfectus, conuersus ad fidem Catholicam, ibi eandem valde propugnauerit, cuius causa exilia passus antea fuerat; atq; hactenus pateretur: cui quidē (vt diximus) Basilius studebat, vtpote illi intima familiaritate coniunctus, stantibus Occidentalibus à parte Paulini, vt paulo inferius dicturi sumus.

XII. DE HÆRESI MARCELLI ANCYRANI EPISCOPI.

Insuper eadem legatione Basilius de Marcelli hæresi hæc ad Damasum habet in fine: *Nos sane contristat, quod Marcellis dogmatibus fidem habet, & sectatores illius sine discrimine ad communionem admittit.* De Marcelli causa pluries superius actum est. Inuenit ille fidem, dum vixit, quod eius causa cognita in Romano Concilio, necnon œcumenico Sardiceno, semper magna gloria fuerat absolutus, aduersariorum vero repulsæ atq; confutatæ calumniæ: nec alia postea reperitur ab Orthodoxis habita esse Synodus, in qua fuerit Marcellus condemnatus: cum præsertim Athanasius eundem nunquam condemnare præsumpserit, vtpote (quo refert Epiphanius *a*) qui habuerit ipsum, qui se purgasset, & haud vehementer errasset, subdit tamen de eo Basilius enormia, quæ verane essent, an ab aduersariis calumniosè composita, haud satis exploratum est nobis: nam si verum Marcelli illud dogma fuisset, non ita perfunctorie à quoquam dissimulari potuisset, præsertim à Magno Athanasio, cuiusq; hæresis infensissimo hoste, ac veritatis Catholicæ acerrimo propugnatore. Porro hæc addit de eo Basilius *b*:

a *Epiphan. hæres 72.*

XIII.

Scitis, colendissimi fratres, quam omnem spem nostram irritam faciat dogma Marcelli, quod neque Filium propria ac discreta hypostasi præditum confitetur, sed productū, & in eum ipsum iterum conuersum, ex quo venerat, tradit. Neq; Paracletum propriam habere hypostasim contendit. Ita vt non aberret, si quisquam hanc hæresim prorsus esse alienam à Christianismo determinet, ac corruptum quendam Iudaismum appellet. Horum curam à vobis requirimus: Eam adhibebitis, si vniuersis Orientis Ecclesiis scribere dignabimini, vt eos, qui veritatis doctrinam ad hunc modum adulterarunt, tum demum ad communionem admittant, si quando errata correxerint; si vero contentiose rerum nouarum immorari voluerint, ab illis secedant. Caterum haud ignoramus & ipsi, quod oporteat nos vestra prudentia assessores communi de his rebus consideratione tractare: verum quoniam nec temporis id ratio permittit, & dilatio perniciosa est, propterea quod hominum istorum pestis radices altius infixit: necessitate adacti fratres hosce misimus, vt simul quæcunq; literis fingunt, denuo vos perdocentes, pietatem vestram eo inuitent, vt quæsitum Ecclesiis Dei auxilium exhibeatis. hactenus Basilius.

b *Basil. ep. 74*

XIV. MARCELLI ANCYRANI OBITVS TEMPVS.

Quod insuper ad Marcellum Ancyranum pertinet: ex Epiphanio datur colligere, hoc eodem ipso anno illum ex hac vita desisse: siquidem cum de eo agit, hæc habet *c*: *Marcellus fuit in Ancyra, qui sane huncusque peruenit, & duobus plus minus annis ante hunc annum è vita discessit.* hæc ipse. Porro cum ea scriberet (vt ipse testatur ipso exordio d operis) anno vndecimo Valentiniani Imperatoris, Gratiani autem septimo: plane opus est asserere hoc ipsum anno defunctum, addito tamen illo, plus vel minus, ab Epiphanio posito.

b *Epiphan. hæres 72.*
d *Epiphan. lib. 1. circa prine.*

XV. BASILIVS MALE AVDIVIT APVD ROM. PONT.

At quid hac legatione Basilij actum est? nihil penitus. Accidit enim, vt ipsius Basilij aduersarij, qui tot calumnis, quas anno superiori recensuimus, eum obruere conati sunt, haud satis habuerint, illum ipsius gētilibus fidei dubiæ, immo & hæresis (vt vidimus) suspectum reddere: quin etiam eadem in eum Romam intulerint ad Romanum Pontificem: nec illas quidem leuiter effusas, vel ab hæreticis diffamatas, aut in ventum dissipatas, quæ nullam apud audientes inuenirent fidem, sed plane eiusmodi, vt Catholici Episcopi, ijdemque Basilio familiaritate coniuncti, immo & eius alumni sanctissimi monachi, fidem eas dictantibus (vt superius demonstratum est) adhibuerint. Quā ob causam Damasus, his acceptis, dignum existimauit ad aliquod temporis spatium, quousque videlicet de his aduersus Basilium prolatis error redderetur, abstinere à consuetudine literarum. & quamuis à Basilio scripta minime sprenerit (nam de cogenda Synodo aduersus Apollinarem, ex eius sententia in animum induxit) nihil tamen per Legatos rescripsit: plura enim erant, quæ ipsum Romanum Pōtificem cautius agere cum Orientalibus admonebant.

XVI. BASILIVS MITTIT PETRVM LEGATVM AD ROM. PONT.

Hæc sane cum Basilius resciuisset, magno animi dolore confectus, quod res maximi ponderis videretur, aliquatenus à se experiri Romanum Pōtificem: iterum ad eundem legationem mittit, nec eam cuicunque credidit, sed Petro suæ Ecclesiæ presbytero: quem eiusdem nominis germanum ipsius existimamus, ex monacho (vt dictum est ex Gregorio Nysseno) creatū ab eo presbyterum Cæsariensis Ecclesiæ mox vt Episcoparum accepit: cui eiusmodi functionē delegauit, eidemq; literas ad Romanum Pōtificem & alios collegas Episcopos dedit: quas hic recitare dignum existimamus: magni n. momenti legationum vel apicem prætermittere, religionem putamus. sic autem se habent *e*:

c *Basil. ep. 77*

XVII. BASILII EPIST. AD DAMASVM ET ALIOS OCCIDENTIS EPISCOPOS.

Magno desiderio congressum vestrum expetenti, semper impedimenti aliquid accidit, vnde prohibeor, ne voti compos euadam. Aut enim corporis imbecillitate impedior, quam plane haud ignoratis, quanta mihi sit a prima ætate ad istam vsque senectam cum mecum educata, nempe iuxta iustum Dei iudicium, qui omnia sapienter disponit, castigans, & erudiens: aut solicitudo nos Ecclesiarum, vel certamina, quibus resistendum est vel potius sermonem impugnantibus, renouantur. Quocirca in hunc vsq; diem in multa tristitia & mœstitia dego, sciens, quod ope vestra destituor. Ego enim quoniam audiui à Deo, qui ob id per carnem ad nos accessit, vt & factorum suorum exemplis vitam nostram institueret, & voce sua Euangelium regni nobis annunciaret f: In hoc cognoscetis omnes, quod mei discipuli eritis, si dilectionem habueritis adinuicem: & quod pacem suam veluti extremum munus discipulis suis, cum tam dispensationem, quam in carne obibat, absoluturus esset, reliquerit dicens g: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non possum mihi ipse persuadere, quod sine mutua charitate, & nisi quātum in me est, paci erga quoslibet studeam, seruus Iesu Christi digne vocari queam.

f *Ioan. 13.*
g *Ioan. 14.*

XVIII.

Multum iam temporis expectaui, an aliquando & à vestra dilectione aliqua nostri haberetur ratio. Non enim clam vobis est, quod publicè quibuslibet expositi, velut eminentes maris scopuli, furias hæreticorum fluctuū excipiamus: qui vbi nobis illisi infringuntur, quæ retro nos sunt haud quaquam redundant, aut alluunt. Quando vero de nobis dico, non ad humanas vires refero, sed ad gratiam Dei, qui in mortali imbecillitate potentiam suam declarat: quemadmodum Propheta sub persona Domini loquitur dicens h: An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui? Arena namque, re omnium infirmissima & nullius momenti, amplitudinem ac magnam molem maris cohibuit potens Deus. Cum itaq; ad hunc modum se habeant res nostræ: debeant continuo à vestra dilectione ex sincero fratribus aliqui mitti, qui nos afflictos & oppressos inuiserent; & multo crebrius amica ad nos vestra destinari litteræ, quibus vel in proposito confirmaremur, vel si qua in re offendimus, corrigeremur: non enim negamus innumeros nos erroribus obnoxios esse, cum homines simus, & in carne viuamus.

h *Iob 26.*

XIX.

Verum quoniam superiori tempore, fratres colendissimi, vel quia quid ex decoro faciendum fuerit, ignorastis, debita nobis obsequia exhibita non sunt, nempe per pacificas literas communicatio: vel quia quorundam malitia factum est, vt in calumnias, quibus traducimur, abrepti & præoccupati, indignos nos amica visitatione iudicaueritis: ecce iam literis vos ipsis prouocamus, & causas huius rei, qua nobis adscribuntur, fatemur, parati vestram hac in re institutionem amplecti: hoc tantum orantes, vt si quos admiseritis, qui nos traducant ac vituperent, in conspectum nostrum coram vestra pietate constituantur. Nos enim si conuincamur, peccatum nostrum cognoscemus, & vobis post eam reprehensionem à Domino non imputabitur. si communionem nostram tanquam peccatorum declinaueritis: deinde & præmium habebitis, si nos reprehenderitis, vt qui occultam nostram malitiam patefeceritis. Sin vero antequam communicamur, nos condemnaueritis: equidem vos nihil inde dispendij accipiemus: propterea quod omnium

pretiosissimum bonum nostrum, charitas videlicet, qua erga vos præditi sumus, ladi nequit: vos autem & hoc ipsum nobis amissa pertinemini, & Euangelio repugnare videbimini dicenti: Num lex nostra iudicat a hominem, nisi primum audierit, cognouerit, quid faciat?

a Ioan. 7.

XX. Qui vero nobis calumnias quidem effundit, non autem quæ dicit, certo probat: videbitur sibi ipsi mali nominis accersere appellationem, ex eo, quod verbis insequè & absurde vtitur. Quo namq; alio nomine delatorem vocare conueniet, nisi ea appellatione, quam ex re ipsa, cui studet, sibi ipse imponit? Neque igitur qui nos vituperat diabolus sit, sed accusator, imo neq; accusatoris nomen accipiat, sed frater sit in dilectione nos admonens, & ad emendationem reprehensionem nostri inducens: nec vos auditores situ conuiciorum sed redargutionum probatores & examinatores: neq; nos sine remedio relinquamur, nondum patefacto nobis quid deliquerimus. Nolim enim vos hac teneri cogitatione, qua dicatis: Quoniam loca transmarina inhabitamus, extra periculum sumus earum afflictionum, quæ complures occupant, neq; opus habemus aliorum auxilio: ita q; quid proderit nobis, vt cum aliis communicemus? Nam insulas quidem Dominus a continenti per maris interstitium diuisit: insulanos vero cum his, qui terram continentem & firmam inhabitant, per charitatem coniunxit. Nihil nos separat, fratres, nisi animi propositio separationi eam suffragij demus.

XXI. Vnus nobis est Dominus, una fides, spes eadem. Sive caput vos ipsos vniuer sali Ecclesiæ reputatis: Non potest pedibus dicere capiti: Non est mihi opus vobis. Sive reliquum vos Ecclesiasticorum membrorum ordinem locatis: non potestis nobis dicere, qui in eodem vobiscum corpore constituti sumus: Non istis nobis necessarij. Nam & manum manui iam inter se operam necessariam habent, & pedes mutuo sese firmant, & oculi per concordiam habent, quod obiecta clare & illucide apprehendunt. Nos quidem nostram ipsorum imbecillitatem agnoscimus, & vestram auide concordiam requirimus. Nouimus enim, quod etiam si corpore non adfueritis, precium tamen auxilio magnum nobis grauissimis istis temporibus emolumentum afferre poteritis. Vobis vero nec coram hominibus decorum erit, nec coram Deo gratia quicquam conciliabit, si talibus volueritis vti vocibus, quibus nec gentes, quæ Deum non nouerunt, vsæ hactenus sunt. Nam & illas audimus etiam, vbi pro omni sufficientia agrorū fructus demetunt, propter futurorum incertitudinem, mutuum obsequium amica inuicem salutatione offerre & mutuum commercium inter se tanquam rem vtilem sectari. Nos vero cum simus ex patribus, qui vel modicis inducias consortij symbola de terræ finibus ad fines vsque circumferenda, & quosuis eiusdem fidei pro cultoribus & familiaribus habendos esse putarunt: tam nos ipsos a reliquo Orbe separamus, & neque de singularitate erubescimus, nec damni quicquam concordiæ diruptionem afferre putamus; neque horremus, quod in nobis formidanda Domini Prophetia adimpletur, qua dixit b, quod propter inquitatis abundantiam refrigesceret charitas multorum?

b Matth. 24

XXII. CONTESTATIO BASILII DE RETINENDA SEMPER CHARITATE. Nolite fratres colendissimi, nolite hoc perpeti: sed cum propter precedentia nos literis pacificis consolemini, & amicis salutationibus, veluti natis quadam & blanda contrectatione pectoris nostri vlcus, quod ipsi nobis præterita nostri negligentia inflixistis, mitigate: tum sive volueritis ad nos proficisci, & per vos ipsos infirma nostra scrutari, an vere ita se habeant, vt audistis, vel ex falsis adiectionibus grauiora de nobis sint ad vos relata delicta; fiat & hoc. Parati namq; sumus obuijs manibus vestrum excipere aduentum, nosq; ipsos diligenti sistere examini; dum taxat in his, quæ sunt, superrores habeat charitas. Sive vestro iudicio locum quendam designare placuerit, in quo & quod nos concernit, visitationis debitū implebimus, & quantum fieri potest, nostri experientiam offeremus, vt & præterita curentur, & nullus deinceps calumniæ locus relinquatur, per nos licebit, vt & hoc fiat: nam omnino, licet infirmam circumferamus carnem; tamen donec spirare datur, nostri est officij vt nihil omittamus eorum, quæ ad Ecclesiarum Christi ædificationem pertinent.

XXIII. Ne veluti igitur astutis nos rationibus hac, quam petimus, consolatione fraudare; ne in eam nos necessitatem constituatis, vt & aliis nostrum reuelare dolorem cogamur. Nam hactenus, vt scitis, fratres, modestiam nostram in nobis ipsis contegimus, pudore prohibiti, quo minus consortibus nostris procul dissitis vestram erga nos abalienationem significemus; ne & illos tribulemus, & qui nos odio prosequuntur, gaudendi occasionem demus. Hæc quidem solus tam, attamen ex omnium Cappadocię fratrum sententia scripsi, qui me & hoc rogarunt, ne quouis tabellione ad vos vtar, sed virum mittam, qui quicunque per Epistolam assecuti non fuimus, veriti ne vltra competent: in mensuram sermonem extendamus sua prudentia, quam ex gratia Dei habet, ipse sufficienter exequi valeat: Dicimus autem desideratissimum ac religiosissimum fratrem & sympresbyterum nostrum Petrum: quem & in charitate complectimini, & cum pace ad nos, ut rerum secundarum sit nuncius, ante vestrum aduentum præmittere dignabimini. hactenus Basil us, expectans & expetens adhuc, quod aliis literis efflagitarat, ab Ecclesia Romana mitti in Orientem Legatos.

Quid autem ad hæc rescripserint Damasus & al j Episcopi Occidentales, vel an rescripserint, haud apparet: illud quidem certius, eosdē minimè rescripsisse. nam quæ anno sequenti ad Occidentales eiusdem Basilij datæ sunt literæ, eandem querelam ingeminant, nullas literas ab eis datas, nullosq; Legatos fuisse missos. Sane quidem non nihil diffidentiæ, ne dicam simultatis & odij (nam salua charitate, hæc omnia actitata esse, Basilij modo recitatæ literæ indicant) inter Basilium & Occidentales intercessisse, certum est: vt licet inter eos communicatio ablata minime fuerit, vsum tamen eius, quousq; omnia exploratiora haberentur, fuisse intermissum, ex ijsdem ad eos Basilij literis possimus intelligere. Iam ante augurat' hæc ipse Basilius fuerat, ex eo tempore, quo edicto Valentis cœperunt Orientales Episcopi exulare, cum Gregorius Nyssenus ab Ecclesia pulsus est, vt eius literæ ad Eusebiū c datæ significant, quibus postquā de exilio fratris & aliis egit, hæc de Occidentalibus subdit:

c Bas. ep. 40

XXIV. SIMVLTAS INTER ORIENTALES ET OCCIDENTALES. Etenim si Dominus sit nobis propitius, quali adminiculo indigemus? sin autem ira Dei permanserit, quale nobis auxilium ab Occidentalium superciliо & fastu aderit? qui veritatem neq; norunt, neque dicere sustinent: verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius tu Marcello patrarunt; nempe cum ijs, qui veritatem ipsis annunciant, contendentes, hæresim autem per se ipsos stabilientes. Ego sane ipse absq; communi literarum fœdere volebam ad eorum animi signum scribere: de Ecclesiasticis quidem n. hil nisi per enigmata: quoniam nec intelligunt nostratium veritatem, neq; viam, qua possint addiscere, amplectuntur. In vniuersum hoc literis volebam significare, non per afflictiones oppressis humiliatus; neq; insultandam, neque dignitatem æstimandam superbiam, quod etiam solum peccatum Deum inimicum reddere sufficit. huc usq; ipse. Cæterum ab hac sententia recessisse, hinc ipsius ad Occidentales datæ post hæc literæ officij plene aperte demonstrant: vt videas sanctissimos viros interdum impetu haud omnino in omnibus rationi cōsentaneo commoueri, & q. naturæ est, facere; mox vero, quod virtutis est, eundem motum, antequam exiliat, carceribus coercere. Quænam, rogo, officiosiores, animo q; submissiori à quouis scribi literæ potuerunt, quam illæ à Basilio datæ postea ad Occidentales?

XXV. SVSPICIANTVR TVRPI NOTA OCCIDENTALES.

Sed plane maxima ex verbis Basilij instar obiectio: cuiusnam rei occasione, quæve sint istæ querelæ ab ipso Basilio vtrinq; prolatæ. Sunt hæc magna consideratione perueſtiganda, ac patiter expendenda. Quis enim nouatium hæreticorum ista perlegens, non continuo & manu plaudet, exclamabit q; Basilij sententia Occidentales omnes, ac potissimum ipsum Romanum Pontificem veritatis desertores haberi, atq; hæresis condemnari? At bona verba quæso (vt Comici istud vsurpem) sed accommodatius hoc Euāgelij d: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. & quidem non sine fœnore. Ad hos isthæc clamorose & insulse obiectātes vno istu penitus prosternēdos atq; inscitiæ infanzeq; temeritatis arguendos, illud vnum sufficere posset argumentum, si dixerimus: Quonam pacto habuit Basilius re vera Occidentales omnes hæreticos, si crebris, cum publicis, tum priuatis legationibus, atq; literis tam suis, quam Athanasij & aliorum procuratis, adeo aude, tantoque studio, dixerim & importune interpellarit, experieritq; ipsorum opem, literas, & Legatos; & retardantes illos literis ardentionibus excitarit: cum alioqui hæreticorum communio à Catholicis reijciatur etiam oblata? Sed perquiramus, quid sibi velint verba Basilij.

XXVI. NOVANTIVM FORTIS OBIECTIO DISSOLVITVR.

d Matth 18

Quid est igitur, quod Basilius ait: *Vt olim factum est in* XXVII.

causa

causa Marcelli, Occidentales contendere cum his, qui annunciant veritatem, atq; hæresim stabilire? Quod ad Marcellum cum Romæ, tum in Cöcilio Satdicensi absolutum spectat, satis ea sunto, quæ haud pridem & alias sæpe ante diximus, ne tædio legentium eadem crebrius repetamus: sed in eo, quod sequitur, versemur. In quibusnam, rogo, Occidentales altercantes cum ijs, qui veritatem annunciant, hæresim stabiliere? Hæc est illa, lector, vetus controuersia inter Orientales & Occidentales de vocibus, substantia, & subsistentia, de qua fusius actũ est superius ex Actis Concilij Alexandrini anno Domini trecentesimo sexagesimo secundo, cum ex harum vocum diuerso modo facta interpretatione pars altera aduersaris impingeret Arianismum, Sabellianismi vero altera alteram redargueret: cum tamen (vt idem testatur Theologus *a*) ambæ partes id ipsum re vera sentirent, & æquè Catholicæ essent, prout S. Athanasio satis exploratum fuisse confirmat.

CONTROVERSIA DE HYPOSTASIS NOMINE.

a Greg. Nazian. or. in laud. Athanasij.

XXIIX. Sed ex pluribus, quæ superius dicta sunt, hic satis erit repetere dumtaxat verba Gregorij Nazianzeni, quæ sic se habent: *Cum essentia vna & tres hypostases à nobis piè dicerentur, quod alterum diuinitatis naturam, alterum personarum trium proprietates declaret: ac similis quidem modo apud Romanos intelligeretur, ceterum ob linguæ illius angustiam, verborumq; inopiam, hypostasin ab essentia distinguere non possent, eamq; ob causam in illius locum, personarum aduenxissent nomen, ne tres substantias admittere viderentur. Quid tandem contigit? res profecto ridicula, vel potius miseranda. Diuersæ fides sit, ecce præbuit leuis illa circa vocis sonum contentio. Hic deinde aly Sabellij errori adstipulari visi sunt, quod tres personas dicerent: aly impietatem ampiecti visi sunt Aryj, quod reiectis personis, tres hypostases nominarent: quorum vtrumq; pertinax contendendi studium effinxerat. Quid postea? Cum parua quædam (vt in contentione fieri solet) molestia causa semper accederet: eo tandem res adducta est, vt periculum esset, ne orbis terrarum fines vna cum syllabis à se inuicem distraherentur & abrumperentur, &c.* subdit de S. Athanasio eiusmodi ambarum partium sententiam peruestigante, & inter se eas simul conciliante. *Vtraq; parte, inquit, leniter & humaniter accersita, verborumq; sententia diligenter & accurate perpensa, postquam concordes reperit, nec quantum ad doctrinam quicquam inter se dissidentes, ita negotium transegit, vt nominum vsum ipsis concedens, rebus eos constringeret.* hæc Nazianzenus.

VERBORŨ, NON SENSVS DISCREPANTIA.

XXIX. Rursum vero quod apud Latinos (vt S. Augustinus *b* testatur) idem esset nomen hypostasis, quod substantiæ; ac dicere vnam vsiam & tres hypostases, nihil aliud esset, quam affirmare vnam essentiã & tres subsistantias; abhorruisse Latinos tradit ab hypostasis nomine, & tutius tres professos esse personas. Et hoc ipsum profecto est, quod S. Basilius vbi supra de Occidentalibus air, quod veritatem ignorent, nec discere velint, vtpote qui haud facile admitterent nomen hypostasis, quasi eius vocis ignari. At licet Latini, callentes præsertim Græcas litteras, differentiam inter vsiam, substantiam, & hypostasim, id est subsistentiam; optime nossent: tamen quod apud ipsos Latinos (vt testatur Victorinus, & ita obtinuisse vsum loquendi affirmat S. Augustinus) idem esset hypostasis, quod substantia; scire quidẽ iureq; à noua voce abstinere satius iudicarunt: qua etsi vterentur, æquè penes Græcos scientes illud nomen apud Latinos pro substantia vsurpari, suspecti essent: quod docuit experimentum: nam de se, cum in Syriæ eremo S. Hieronymus ageret, ad Damasum scribens, sibi hæc his prope temporibus cõtigisse testatur *c*: *Nunc igitur, inquit, proh dolor, post Nicænam fidem, post Alexandrinum inuicto pariter Occidente decretum, trium hypostaseon ab Arianorum Præsule (hic erat Euzoius Episcopus Antiochenus) & à Campensibus (hi erant Catholici partis Meletij, sic dicti, vt vidimus, quod pulsi Antiochia in campis synaxes agerent, quibus Basilius communicabat) nouellam à me homine Romano nomen exigitur. Qui, quæso, ista Apostoli prodidere? Quis nouus magister gentium Paulus hæc docuit? Interrogamus: Quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi? Tres personas subsistentes, aiunt. Respondemus, non ita credere. Non sufficit sensus ipsum nomen efflagitant, quia nescio, quid veneni in syllabis latet. Clamamus: Si quis tres hypostases, aut tria ενυποστατα, hoc est, tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non eliscimus, hæretici iudicamur. Si quis aũt hypostasim vsiam intelligens, nõ in tribus personis vnam hypostasim dicit, alienus à Christo est. Et sub hac confessione nobiscum pariter cauterio vnionis inuritur.* En quam perspicuè vides, lector, cuius rei causa vna cum S. Damaso Hieronymus in crimen hæresis adducebatur.

b Aug. de Trin. lib. 5. c. 8. 9.

HYPOSTASIS QVID APVD LATINOS.

c Hieron. epist. 57.

At quam iuste, id docet, quod subdit: *Tota secularium literarum schola nihil aliud hypostasin, nisi vsiam nouit: & quis rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit?* Et infrà: *Quisquis tria esse, hoc est, tres esse hypostases id est, vsias ducit, sub nomine pietatis tres conatur naturas asserere. Si ita est, cur ab Ario parietibus separamur perfidia copulati?* & paulo post: *Sufficiat nobis dicere, vnam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, coæquales, coæternas. Taceantur tres hypostases, & si placet, vna teneatur. Nam bona suspicionis est, cum in eodem sensu verba dissentiunt: sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostases cum suis interpretationibus debere nos dicere, non negamus: sed mihi credite, venenum sub melle latet: transfigurat se angelus Satanæ in angelum lucis. Bene interpretantur hypostasin; & cum id, quod ipsi exponunt, habere me dicam, hæreticus iudicor. Quid tam anxiè vnum verbum tenent? quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt, vt interpretantur, non damno, quod retinent: si sic credo, &c.* Ecce tibi tanquam in tabula picturam, ex verbis rebusq; gestis S. Hieronymi, causa omnis Occidentalium, ipsiusq; Romani Pontificis Damasi ob oculos posita: iudica, quæso, quisquis es, num hæresis crimen iure obijcerent illi Hieronymo, vel Basilius Occidentalibus omnibus, vel insciticæ nomine ijdem iure redarguendi essent.

HYPOSTASIS NOMEN AMBIGVŨ ET SVSPECTVM.

XXX.

XXXI. Accidit autem deinde, vt post editas à S. Basilio, Theodoreto, & aliis de nominis hypostasis interpretatione scriptiones, atq; agitatas ea de re controuersias, velut assidua confricatione, q; nouum, asperum, & ambiguũ videbatur nomen hypostasis, redditum fuerit tandem ex vsu iam vetus, lene, facile, atq; certum: vt vox hypostasis, æquè ac personæ, à Latinis omnibus intrepide secuteq; fuerit vsurpata. At vero, vt demum his finem imponamus, te à Sancto Basilio accurate considerata, tantum abest, vt Occidentales hæresis suspectos habuerit, vt eos solos puriores remansisse prædicet Orthodoxos vltimis literis ad ipsos anno sequenti datis; in quibus hæc verba leguntur *d*: *Cunctis mortalibus prædicamini, quod in fide illibati permaneatis, & Apostolicum depositum illæsum seruetis: non sic habent res nostræ, &c.* hæc Basilius: describemus autem eam Epistolam integram suo loco. En, quam probe, intueris, lector, sublimes illos Nouantium fluctus, cum ad litteras veritatis adhæserint, in spumas graciles dissijci atq; resolui.

TANDEM NOMEN HYPOSTASIS RECEPTVM.

d Basil. epist. 1. in addit.

XXXII. At quid (dicet aliquis) cum idem S. Basilius erecti supercilij æquè insimulet Occidentales? Et alibi de Romana Ecclesia dicat: *Odi fastũ illius Ecclesiæ.* vtpote quæ ex dictis superius causis detrectaret Legatos in Orientem mittere, suppetias ferre, atq; demum pacificas litteras reddere? Condonandum quidem esse etiam sanctissimis viris afflictis animo, ærumnis pressis, oppressisq; densa molestiarum caligine, si in aliquod interdum verbum erumpant exorbitans, facile indicabunt, qui præstantissimos illos Iob atque Hieremiam considerant, veniamq; puto concedent. Absit tamen omnino, vt in Basilium, dum fastum Romanæ exprobrat Ecclesiæ, in ipsum, inquã, maxime pium, maxime sanctum, illud Platonis in Gynicum calcantem ipsius fastum scomma retorqueam: *Sed maiori fastu.* quamuis Gregorius Nazianzenus de eodem Basilio testetur, ipsum fastus atque supercilij nomine ab alijs reprehensum: cum tamen ipse cum exclamans, hæc dicat *e*: *Quid ad hæc nobis dicturi sunt, qui homini fastum supercilium q; obijciunt? iniqui sane & acerbi rerum huiusmodi iudices, &c.* At quod mireris, idem ipse Gregorius, qui modo Basilium ait fastus expertem, eumq; excusat & defendit, alibi tamen, cum ab eo inuitus Sasimis præficeretur Episcopus, non sine stomacho illum fastus insimulat, cum de eo sic ait *f*:

OBIECTIO DE FASTV DILVITVR.

e Greg. Nazian. or. in laud. Basil.

f Greg. Nazian. in carmin. de Vita sua.

—— An te, summe vir, parua mouent,
Tuumq; fastum, quem tibi mouerit thronus?

Ex quibus cuiderter, lector, intelligis, quod nuper diximus, sanctorum quoque virorum animos interdum ex perturbatione, instar Solis alioqui semper effulgentis, ad breue temporis spatium pati deliquium. At de his hactenus.

XXXIII. Iam ad S. Hieronymum ad Damasum ex Syriæ eremo scribentem redeamus, & de tempore eius illuc accessus pariter pertractemus. Hoc namq; anno, quo (vt dicemus) defuncto Magno Athanasio, dira persecutio exagitauit Ecclesiam Alexandrinam, totamque Ægyptum, ipsum Hieronymum ex Syriæ solitudine ad Ruffinum Ægyptum petentē, & monachos illic confessiones inuisentem, scripsisse, literæ tunc ab eo datæ significant *a*. Sed quando illuc contigerit proficisci Ruffinum, vt ex ijs pariter intelligamus Hieronymi in eremo incolatum, exquiramus. Instituisse vero eiusmodi peregrinationem Ruffinum vna cum Melania Romana clarissima fœmina Hierosolymam, sed in Ægyptum primo ad inuisendos illic agentes sanctos monachos nauigasse, idem S. Hieronymus ad Florentium, nec non ad Ruffinum scribens *b*, duabus Epistolis declarauit, quas ex Syriæ solitudine dedit. accedunt his alij testes: confirmat enim hoc ipsum de peregrinatione Ruffini cum Melania sanctus Paulinus *c* in Epistola ad Severum, necnon Palladius de eadem Melania agens.

a Hieron. epist. 41.

MELANIÆ ET RVFFINI PEREGRINATIO.

b Hier. ep. 5. & 41.

c Paulin. epist. 9.

XXXIV. Quoniam vero potissimum tempore eiusmodi Ruffini cum Melania peregrinatio acciderit, diuersæ ea de re reperiuntur sententiæ: nam Palladius ipso exordio Valentis Imperij id factum esse, affirmare videtur: sed apud S. Hieronymi Chronicon anno decimo eiusdem Imperatoris hæc leguntur: *Melaniæ nobilissimæ mulierum Romanarum & Marcellini quondam Consulis filia, vnico prætore tunc Vrbano solio derelicto, Hierosolymam nauigauit, vbi tantum gratiam præquasq; humilitatis fuit miraculo, vt Thecla nomen acceperit.* hæc ibi: quæ intelligenda putamus, non cum primum Roma profecta est, sed cum ex Ægypto Hierosolymam peruenit. Nam quod spectat ad profectionem in Ægyptum cum ipsius Ruffini, necnon Palladij assertione constet Melaniā aceius comites, viuente adhuc Athanasio, fuisse Alexandriæ, quem liquet hoc ipso anno ex hac vita migrasse, vtique ante decimum Valentis annum eam cum suis in Ægyptum profectam esse, affirmare necesse est. Quod enim contigerit, ipso viuente adhuc S. Athanasio, Melaniam Alexandriā peruenisse, Palladius ex eo perspicuè demonstrare videtur, cum ait Melaniam ab ipso Athanasio donatam esse ouina pelle, quam dono accepcrat à Macario abbate, ablataipsi munere à leone pro gratiarum actione de eadlis cæcis ab ipso luci redditis, cuius rei adeo admirandæ Ruffinus *c* historiam narrat: qui & ait, se præsentem fuisse. Cum persecutio est illata monachis post Athanasij obitum ab Arianis: *Ea enim, inquit, quæ præsens vidi, loquor, & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui.* hæc ipse. De eadem Melaniæ peregrinatione dum Palladius agit *f*, ait eam duce Isidoro eremum Ægypti lustrasse, & inter alios magni nominis monachos inuisisse Pambonem, eidemq; pro monachorum vsu donasse trecentas libras argenti. Cum aūt (vt diximus) tunc contigerit Hieronymum eam Epistolam scribere ad Ruffinum, cum ille inuiserer monachos persecutione vexatos (quod hoc ipso anno factum est post obitum Athanasij, de quo paulo post dicturi sumus) affirmandum esse videtur, hoc eodem quoq; anno à S. Hieronymo ad Ruffinum eas literas datas esse, vbi inter alia: *Audio te*, inquit, *Ægypti secreta penetrare, monachorum inuisere choros, & cælestem in terris circumire familiam.* & inferius: *Rursum susceptam voto mutante mentem, quidam Alexandrinus monachus, qui ad Ægyptios confessores & voluntate iam martyres pro plebis laudandum fuerat transmissus obsequio, manifestum ad credulitatem nuncij auctor impulerat.* & paulo post: *Ruffinum Nitriæ esse, & ad beatum peruexisse Macarium, crebra commeantium multitudo referebat.* hæc ipse.

MELANIA AB ATHANASIO DONATA PELLE OVINA.

c Ruffin. l. 2. c. 4.

f Pallad. in Lausia c. 2. Lipo. to. 3.

g Hieron. epist. 41.

XXXV. Quibus omnibus redditur manifestum, Melaniam cum Ruffino hoc anno, superstite adhuc Athanasio, Alexandriam peruenisse, & S. Hieronymum (vt dictum est) post Athanasij obitum, excitata hoc anno ab Arianis persecutione in Ecclesiam Alexandrinam & incolas eremi, illam ad Ruffinum Epistolam conscripsisse ex Syriæ eremo, vbi agebat subægrotans, nam ait: *Ægrotum esse me doluit: & nisi me attenuati corporis vires quadam compelle præcidissent, nec medie feruor æstatis, nec nauigantibus semper incertum maris pericula cum festinatione gradienti valuisset obsistere.* hæc ipse. At de rebus magna laude dignis à Melania gestis eiusmodi persecutionis tempore, inferius erit: hæc enim non ad insinuanda Acta Melaniæ atque Ruffini, sed ex eorundem peregrinationis tempore, incolatus tempus Hieronymi in eremo voluimus demonstrasse: etenim sic ex longe petitis sæpe contigit tempora reddi certa.

HIERON. EX SYRIÆ EREMO SCRIBIT AD RVFFINVM.

XXXVI. Quam autem diximus Melaniam cum Ruffino atque sociis ante obitum Athanasij certū esse Alexandriam ex Vrbe venisse: quonam potissimum tempore id accidisse putandum? Si Palladio assenserimus affirmanti id factum circa exordia Valentis Imperij, ipsum Ruffinum *h* adiungere possemus adstipulatorem, vbi ait annis sex se Alexandriæ commorarum esse, & postea iterum ad aliquot dierum spacium illuc reuersum commorari contigisse: Sed hoc rursum dissuadet vt credamus, quod ex nuper citata Hieronymi Epistola ad Ruffinum inauditus antea & inopinatus aduentus eius in Ægyptum & quam recentissimus fuisse videtur, vt superius dictum est.

h Ruffin. in Hieron. inuect. 2.

XXXVII. Sed ad Hieronymi in Syriæ eremum accessum redeamus. Quando autem cōtigerit, vt ipse sic monasticæ vitæ arripuerit institutum, diligenti rerum ac temporum discussione perueſtigandum est. Cæterum quod in re dubia & incerta versemur, nitendum est coniecturis, aliisq; argumentis, quantumlibet videri possint à longe petita: sic enim accidit sæpe per angustas timulas perspicere, quæ indagatur solicite veritas. At quod ad hanc rem pertinet: haud assentiri possumus affirmanti *i*, Hieronymum cum Ruffino atque collegis itinetis sociis primum Hierosolymam petisse, inde vero inter se diuisos, Ruffinum in Ægyptum, Hieronymum autem in diuersas prouincias peregrinationem instituisse, atque illinc defecta Syriæ petisse. Nam Ruffinum Roma recessisse cum Melania, profectumq; in Ægyptum, indeque Hierosolymam peruenisse, cum iam Sanctus Hieronymus in Syria monachus degeret; tum quæ superius dicta sunt, tum quæ dicētur inferius, perspicuè demonstrabunt. Ex peregrinatione vero ipsius Hieronymi à se descripta possumus pariter intelligere tempus ipsius ex Occidente in Orientem migrationis: ad Ruffinum enim, cum ille iam peruenisset in Ægyptum, ex eremo Syriæ scribit *k*, se primo profectum in Thraciam, inde in Pontum atque Bithyniam, postea in Galatiā & Cappadociam, deinde per Ciliciam in Syriam descēdisse, vbi consedit in solitudine monachus. hic totius eius est peregrinationis periodus, vna cum fidissimis comitibus Euagrio presbytero Antiocheno, Innocentio, Heliodoro, &, vt ait, cum Hyla S. Melanij famulo.

i Maria. Victor. in Vit. S. Hieron.

k Hieron. epist. 4.

XXXVIII. At quod primum ad Euagrium Antiochenum spectat, hunc insigniter eruditum diximus iam supertius temporibus Iuliani Apostatæ, eumque vna cum Sancto Eusebio Episcopo Vercellensi in Occidentem venisse, idq; testificatione S. Basilij de eo ita testātis in Epistola ad Eusebium Samosatenum *l*, vbi ait ipsum redeuntem ex Italia ad se literas attulisse. Cum igitur reperiamus Euagrium individuum comitem fuisse Sancti Hieronymi: æquè etiam cum eo Hieronymum peregrinatum ex Occidente in Cappadociam, par est credere, cum de se tradat ipse Hieronymus, cum eo profectum esse in Cappadociam. Hæc igitur vt asseramus, eadem certa Hieronymi atque Euagrij in Cappadociam peregrinatio persuadet. hunc que ipsum Euagrium, de quo Sanctus Basilius meminit, eundem esse cum Euagrio Hieronymi socio atque comite, cum nomen, tum munus presbyte-

l Basil. ep. 8. PEREGRINATIO HIERONYMI ET EVAGRII EADEM.

ij. tum patria, nempe Antiochia, nec non locus ipse, vnde venit; nimirum ex Italia, æquè demonstrant: eundemq; Euagrium illum esse, qui egregiã illam nauauerat operam Mediolani aduersus Auxentium, de quo ad vnum ex comitibus Innocentium *a* ante Hieronymus scripserat, nos suo loco retulimus.

a *Hier ep. 49.*

XXXIX.

Quando autem acciderit Euagrium ad S. Basilium in Cappadociam peruenisse, ex eadē Basilij Epistola possumus intelligere: qua, antequam de Euagrio faciat mētionem, de vehementi morbo, in quem tunc incideràt, agit, cum ait *b*: *Quinquaginta hìc diebus aeger decubui, quibus mihi fidulo affuit dilectus & omnium studiosissimus frater noster & cooperator noster Elpidius. Multum enim febre consumptus, penuria nutrientis materiæ, arida hac carne vix lucernarum papyro circumdatus, marcida longaq; aegritudine laboraui: antiquum vulnus huic accedens, à cibis me abstraxit, oculis somnum ademit, tandem morti & vitæ confinem me effecit, tantum viuere permittens, quantum ad dolorem sentiendum opus est.* hæc & alia pluta de eadem corporis infirmitate Basilius, quam ei contigisse superius diximus anno, quo creatus est Cæsareæ Episcopus, qui numeratur Domini trecentesimus septuagesimus: quo pariter dixerimus Hieronymum cum eodem Euagrio & aliis sociis deuenisse in Syriam, inde vero eiusdem prouinciæ deserta petiisse, non ante (mea sententia) annum Domini trecētesimum septuagesimum primum: quod quidem & insinuate videntur citatæ eiusdem superius literæ ad Ruffinum. Ex his igitur inducimur, vt credamus præsentem annum esse secundū eius in eremo incolatus. Quonam autem suadente, Hieronymus ad habitandum Syriæ eremum elegerit, paulo post dicturi sumus.

b *Bas. ep 8.*

QUANDO EVAGR. ET HIERON. IN CAPPADOCIAM PROFECTI.

XL.

S. HIERONYMI PRIMORDIA.

Decens est enim, vt antea tanti Patris hic summatim in hanc diem vitæ cursum recēseamus, ex suis ipsius scriptis elicitū. Natus est Stridone oppido in Dalmatia, honestis quidem parētibus & substantiis haud infimis, quas postea pro ædificatione monasterij per Paulinianum fratrem distraxit *c*: non enim de se ipso, sed de voluptuosis clericis atque monachis, ex persona tamen sua illa ait *d*: *Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario panerugentem saturare poterat ventrem, nunc similam & mella fastidio, &c.* Bonosum habuit collactaneum *e*, & cum eodem coaluit in liberalibus disciplinis, prædiuite adolescente: à puero n. excolendus bonis literis traditus est præceptori: de quo ipse *f*: *Memini me puerum cursitasse per cellulas seruulorum, diem festatum duxisse lusibus, & ad Orbilium sauientem de auia sinu tractum esse captiuum.* Romam veniens cum eodem ipsius gentili Bonoso, Donatum audiuit, ipsum enim suum nominat *g* præceptorem; tum, vt ipse tradit *h*, scholastico more luxit in controuersiis declamandis. Ibi adulta ætate sacro Baptismo initiatus *i* est: quo suscepto, paulo solutiorem vitam, quam gesserat, cōtinuo emendauit: nam priori amissa corporis integritate, secundam quam vocat continētiam post baptisimum semauit inmaculatam *k*. Totus piis officiis deditus vna cum eiusdē instituti sodalibus, singulis diebus Dominicis (vt ipse tradit *l*) inuisebat in subterraneis cœmeteriis reliquias sanctorum martyrum. Nihilque cæteris diebus otij sibi relinquens, totus erat in describendis libris: sic enim Bibliothecam Romæ, summo studio atque labore sibi confecisse testatur *m*. In Gallias post hæc peregrinatus cum ipso Bonoso, eadem siti librorum, Treueris Sancti Hilarij libros de Synodis manu sua descripsit, aliosque ibi positos antiquos codices, vsus opera amicorum, atq; inter alios Florentij, describendos curauit *n*.

c *Hier ep 26*
d *Hier. ep. 2.*
e *Hier ep. 41*
f *Hier. Apol. aduer. Ruffin.*
g *Hier. in Chron. an. 20. Constantij.*
h *Hier. l. 1. aduers. Pelag. & in ep. ad Gal. c. 2.*
i *Hier ep. 57*
k *Hier. Apol. pro lib. aduers. Iouin.*
l *Hier. in Ezech. c. 40*
m *Hier. ep. 22.*
n *Hier. ep. 6 & 41.*

XLI.

Contigit autem post hęc, vt qui semel peregrinari cœperat, proficisci quoq; in Orientem, in animum induxerit, id quidem cum eruditionis, tum etiam religionis causa, vt ex his, quæ gestūr, inspiciete licet. Potro peregrinationis eius quæ remanent vestigia assectantes, dicimus eū cum Bonoso comite è Galliis reuertentē, Aquileiam peruenisse, consedisseq; ibi aliquo temporis spatio fruiturus consortio sanctissimorum virorum, nimirum S. Valeriani eius ciuitatis post Fortunatianum Episcopi, Heliodori, Nepotiani, Russini, Chromatij, Iouini, Eusebij, Bonosi, Florentij, Nicææ subdiaconi, Chrysogoni monachi, ad quos omnes intimæ necessitudinis testes eiusdem Hieronymi *o* literæ extant.

o *Hier. ep. 41. 42. 43. 44.*

Summa quidem laude florebat tum Aquileiensis Ecclesia, vbi extincto Fortunatiano Episcopo Arianæ sectæ fautore, eam Arianorum labe fœdatam Valerianus vir sanctissimus ab omni prorsus impietatis fæce purgauit, vt idem Sanctus Hieronymus tradit *p*, adiciitisq; ad officia Ecclesiastica viris optimis ac eruditis, sic clarut, vt de eis ipse Hieronymus in Chronico ita dignè meminerit: *Aquileienses clerici, quasi chorus beatorum habentur.* per quos omne Ariani quondam dogmatis *q* virus exclusum est. sed & quod qui ibi erant clerici, essent & monachi, hoc præconio ex ipsdem tres potissimum laudantor in Chronico, cum ait: * *Florentius, Bonosus & Russinus insignes monachi habentur: ex quibus Florentius tam misericors in egenos fuit, vt vulgo Pater pauperum nominatus esset.* ab hoc adiutum Heliodorum in Orientem peregrinationem confeciisse, eiusq; expensis Hieronymum complures libros exscribendos curasse, eiusdem literæ ad eum datæ *r* significant, quibus rursus eiusdem viri misericordia erga pauperes commendatur illis potissimum verbis: *Prætermitto innumerabiles, in quibus Christum sustentasti, pauisti, vestisti, visitasti &c.* Horum igitur suauissima consuetudine aliquantisper detentus est S. Hieronymus Aquileiæ, cum inde recedere cogitur nescio quo improuiso rerum euentu, vt ipse ex eremo ad Ruffinum scribens testatur verbis illis *s*: *Postquam me à tuo latere subitus turbo conuulsit postquam glutino charitatis hærentem impia distraxit auulsio, &c.* Tunc Aquileia recedens, in Dalmatiam patrium solum veniens, sororum inuenculam ætatis lubrico lapsam; primum viro maximè pio Iuliano diacono, qui eam ad meliorem frugem restituit, deinde etiam per literas Chromatio commendauit *t*. Post hæc, iuté vna cum dictis supra comitibus recensitas prouincias peragrauit, nempe Thraciam, Pontum, Bithyniam, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam, atque Syriam, vbi cum Euagrio Antiocheno in via comite, Antiochiæ consedit.

p *Hier. ep. 43.*

XLII.

ECCLESIA AQUILEIENSIS ILLORENTISS.

q *Hieron. ep. 41.*

* Florentius,

r *Hieron. ep. 5. 6.*

s *Hier. ep. 41*

t *Hier. ep. 37. & 43.*

Erat Euagrius prædives ac nobilis, dominusq; villæ, Maronia d ctæ, vbi aliquando agens Hieronymus cum eodem Euagrio, nactus ibi sanctissimum illum Malchum monachum, totius vitæ ipsius cursum, quam postea factus senex cōscripsit, accepit: testatur id quidem Hieronymus ipse, cum ait *u*: *Maronia triginta fere milibus ab Antiochia vrbe Syriæ haud grādis ad Orientem distat viculus: hic post multos vel dominos, vel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad Papæ Euagrij necessarij mei possessionem deuolutus est, quem idcirco nunc nominaui, vt ostenderem, vnde nossem, quod scripturus sum.* nominat Hieronymus Euagrium Papam, quod cum ipse senex ea scriberet, iam ipse Euagrius factus fuerat (vt suo loco dicemus) Episcopus Antiochenus. post vero descriptam egregiè vitam Malchi, ista ad postremum: *Hæc, inquit, mihi senex Malchus adolescentulo retulit, hæc ego vobis narraui senex, & castu historiam castitatis expono.* quo plane Malchi exemplo, & aliorum plurimorum monachorum, quibus (vt vidimus) Syria tunc florebat, incaluit cor eius ad consectandum vitæ monasticæ institutum: cum & ad Theodosium magni nominis virum, & alios præclaros anachoretas literas *x* dedit, petens eorum precibus solui vinculis sæculi, vbi hæc inter alia: *Nunc vestrum est, vt voluntatem sequatur effectus: meum est, vt velim: obsecrationum vestrarum est, vt quod velim, & possim.* Inter hæc temporis spatia, cum quid esset decernendum de statu suo, DEVM seruosque DEI ita consuleret, agens Antiochiæ docentem audiuit Apollinarem, de quo ipse ad Pammachium *y*: *Apollinarem Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter, & colui, & cum me in sanctis Scripturis erudiret, nunquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi.* hæc ipse. Porro cum (vt superius dictum est) Apollinaris nondum perfectè cognitus, neque damnatus esset, licenter docebat, audiebaturque licentius.

u *Hieron. in vita Malchi.* QVID HIERON. ANTIOCHIÆ.

x *Hieron. ep. 38.*

y *Hieron. ep. 65.*

XLIII.

XLIV.

Quod autem ad Theodosium anachoretam spectat,

HIERON. CVLTOR EREMI FACTVS.

a *Theod. in Philoth. c. 10.*

cuius precibus adiutus S. Hieronymus monasticæ vitæ ardentium institutum animo ardenti arripuit: idem ille est, qui hoc tempore in iis regionibus egregia claruit sanctitate: cuius res præclare gestas Theodoretus a conscripsit, eumque partim Antiochenum, eo sanctitatis peruenisse tradit, vt nautæ, eius nomine inuocato, tempestatem maris ingruentem sedarent: quem Antiochiæ defunctum affirmat, sepulturaque sanctorum honorifice tumulatum. De loco vero à S. Hieronymo in Syriæ solitudine ad habitandum delecto, ad Chromatium scribens b, ita ipse meminit: *In ea eremi parte delata sunt, quæ scilicet litera, qua inter Syros & Sarracenos vastum limitem ducit.* eadem habet ad Florentium c. Chalcidis prouinciæ ea erat (vt alibi d ipse testatur) solitudo. Fuere eius comites Innocentius atque Hylas, accessitq; postea Heliodorus. His omnibus Eusagrius Antiochenus cuncta necessaria ministrabat e, quin & eius impensis Hieronymo ad scribendos libros suppeditati sunt antiquarij: illis enim se ibi abūdasse testatur f: eiusdemque Eusagij opera, literæ, quæ diuersis ex locis Antiochiam efferebantur, eidem reddebantur, vicissimque ad alios mittendæ ab ipso ille accipiebat.

b *Hier mihi. 45.*

c *Hier. ep. 6.*
d *Hier. præfat. in Abdiam.*
e *Hier. ep. 42. 43.*
f *Hier. ep. 6.*

XLV.

Sed rebus in hunc modū probe dispositis, illud funestum in primis accidit, vt dulcissimo comite Innocentio morte extincto, pr uaretur g, Heliodorusq; cito recessetit h, spe tamē redeundi: ipse vero crebris laboraret corporis i infirmitatib. quod sæpe queritur ad diuersos amicos scribens k. Quas insuper præter hæc passus sit impugnationes dæmonum, & quæ enumeraverit pœnitentiæ carnis, hic retexam ex eiusdē Epistola ad Eustochiū l: *O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta Solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse delicijs! Sedebam solus, qui amaritudine plenus eram: horrebant sacco membra deformia, & squalidum cutis situm Æthiopicæ carnis obduxerat: quotidie lacrymæ, quotidie gemitus; & si quando repugnantem somnum in nonnullo oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia colludebam. De cibis vero & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere clausi, cum solus scorpionum tantum socius & ferarum, sæpe chori mihi interesse videbar puellarum: pallebant ora ieiunijs, & mens desideriis æstuabat in frigido corpore, & ante hominem suæ iam carne præmortuum sola libidinum incendia bulliebant. Itaq; omni auxilio destitutus, ad Iesu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non erubesco confiteri tot delictatis meæ miseriam, quin potius plango me non esse, quod fuerim. Memini me clamantem diem crebro transisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam vrebret, Domino increpante, tranquillitas. Ipsam quoq; cellulā meam, quasi cogitationum mearum conscium pertimescebam, & mihi seuerus & rigidus salus deserta penetrabam; & sicubi concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi mihi orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum: &, vt ipse testis est Dominus, post multas lachrymas, post cælo inhærentes oculos, nonnunquā videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus gaudensq; dicebam m: Post te in odorem vnguentorum tuorum curremus.* hactenus ipse.

f *Hier. ep. 6.*

g *Hier. ep. 42.*
h *Hier. ep. 137.*
i *Hier. ep. 3.*
k *Hier. ep. 37. 42.*
l *Hier. ep. 22.*

HIERON. QVÆ SIT PASSVS IN EREMO.

m *Cant. 1.*

XLVI.

Verum nō ieiunia solum, aliasq; afflictationes ad carnis impetus infrenandos adhibebat, sed & iuge studiū literarum: vnde ipse ad Rusticum scribens, hæc ait n: *Dum essem iuuenis & solitudinis me deserta vallarent, incentiua vitiorum, ardorem q; naturæ ferre non poteram: quem cum crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat, ad quam eloquendam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me discipliam dedi, vt post Quintiliani acumina, Ciceronis flumen, grauitatemq; Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum discerem, & stridentia anhelantiaq; verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quoties cessauerim, & contentione discendi rursus incœperim, testis est conscientia tam mea, quæ passus sum, quā eorum, qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Deo meo, quod de amaro semine literarum dulces fructus carpo.* hæc ipse.

n *Hier. ep. 4 HIER. IN EREMO VACAT LITERIS HEBRAICIS.*

XLVII.

Ex multis vero arumnis, quibus ibi grauiter afflictatus est, illæ quidē ibi maximæ vsæ sunt; quod Occidentalis ipse homo, collegis parum cognitus, sulpectæ illis fidei haberetur: cumq; scissa esset ichismate Ecclesia Antiochena, totaq; illa prouincia, ipse pariter inuitaretur in schisma, atque cogeretur alteri saltem partium inhærere, siue Paulini, siue Meletij, Orthodoxis ambobus Episcopis, alijs cum Paulino cōmunicare e ipli suadentibus, cum Meletio alijs, alijs insuper cum Vitale antefignano hæresis Apollinaris, magnumq; etiam illi à Syriæ monachis factum est negotium (vt diximus) ob nomen hypostasis: cum ipse tunc his vallatus angustijs, quid actutis esset, consulit Romanum Pontificem Damasum o, quem hisce primum vocibus interpellat:

HIERON. à SCHISMATICIS IN DIVERSA DISTRAHITVR.

o *Hier ep. 7*

XLVIII.

Quoniam vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indissutam p Domini tunicam & desuper textam minutatim per frusta discerpit, & Christi vineam exterminant q vulpes, vt mihi et locus contritus, quia quam non habeam r, difficile, vbi fons signatus & hortus ille conclusus sit s, posse intelligi: Ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc meæ animæ postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Nec, vero tanta rastitas elementi liquentis, & interiacens longitudo terrarum, me à pretiosa margarita potuit inquisitione prohibere. Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & t aquilæ: profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta patrum seruatur hæreditas. Ibi cæspite terra fœcundo, dominici seminis peritatem centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumenta in zizaniū auenaq; degenerant. Nunc in Occidente Sol iustitiæ oritur, in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, supra sidera u ponit thronum suum. Vos estis lux mundi, vos sal terræ: Vos aureos vasa & argentea: hic testacea vasa, vel lignea verrunam seruant & aternum opperiantur incendium: Quanquam igitur tu me terreat magnitudo imitat tamen humanitas. A Sacerdote victimam salutis x pastore præsidium ouis flagito. Faciat sanctitas, Romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris & discipulo Crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio y. Quicunq; extra hanc domum agnum comederit z, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit, regnante diluuio. Et quia pro meis factionibus ad eam solitudinem commigrani, quæ Syriam vncto barbaria fine disterminat, nec possum sanctum Domini, tot interiacentibus spatijs, à sanctimonia tua semper expetere: ideo hæc collegas tuos Ægyptios confessores sequor, & sub onerariis nauibus paruæ naucula delitesco. Non noui Vitalem Meletium: ignoro Paulinum. Quicunq; tecum non colligit, spargit. hoc est, qui Christi non est, Antichristi est, &c. quæ enim subdit post hæc de controuersia vocis hypostasis, iam superius sunt recitata. Rogat demum, vt cuinam illarum trium se sectarum auctoribus communicare debeat, litteris significet Antiochiam ad Euagrium dandis.

p *Ioan 19.*
q *Cant 2.*
r *Hier. 2.*
s *Cant. 4.*
t *Luc 17.*

u *Isai 14.*
x *Matt 5.*

y *Matth 16*
z *Exod. 12.*

XLIX.

Quod autem diu expectans, nondum tamen cui communicare deberet, Damasi responsum acciperet, atq; interim factio schismaticorum magis magisq; ipsum vigeret: rursus ad eundem Romanum Pontificem eodem argumento literas dedit a, quibus hæc inter alia: *Ita me incessabilis mimi us post tergum secutus est, vt maiora in solitudine bella, nunc patiar. Hinc n. prasilis sulta mundi Ariana rabies fremit: hinc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat. Menachorum circa me anentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri iungitur, meus est. Meletius. Vitala, atq; Paulinus, tibi hærere se, dicunt. Possem credere si hoc vnus assereret: nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obtestor beatitudinem tuam per Crucem Domini, per necessarium fidei nostræ decus, per passionem* CHRISTI, *vt qui Apostolos honore sequaris, sequaris & merito.* Ita in solio cum duodecim iudicaturus sedeas: ita te alius senem cum Petro cingat: ita municipatum cœli cum Paulo consequaris, vt mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est. hæc ad Damasum Hieronymus: at non hoc anno, sed saltem post biennium ambæ hæ scripæ sunt à Hieronymo Epistolæ ad Damasum, nimirum, cum iam Sanctus Ambrosius creatus fuisset Episcopus; nam in superiori ad Damasum Epistola meminit de Auxentio atq; Ambrosio, quem constat anno vndecimo

a *Hieron. epist 58.* RVFVS DE EADEM HIER. AD DAMAS.

Valen-

L. CVM EO COMMVNIC. SE DVM DICEBANT DAMASVS.

Valentiniani fuisse factum Episcopum, post sequentem videlicet annum, de quo suo loco dictum fumus.

Quid autem ad haec respondere Damasus, licet literae eius non extent; tamen ex multis constat ipsum respondisse, vt cum Paulino communicaret. Id quidem primo ex eo redditur manifestum, quod idem S. Hieronymus ab eodem presbyter ordinari voluit: quod certe minime facere autsus fuisset, nisi scisset Romanum illi Pontificem literis pacificis communicare. Rursum vero ex his, quae sanctus Basilius ad Terentium scribit a, liquet Damasum ad Orientales dedisse literas pro Paulino, nam ait: *Super istiusmodi autem fama iterum apprehendit nos anditus, quod & fratres, qui cum Paulino constituti sunt, colloquuntur aliqua tuae rectitudini de ea, qua nobiscum est, vnitione: nos autem dico partis hominis Dei Meletij Episcopi.* * *Quos audio & literas mittere Occidentales alium circumferre, praecipientes eos alium habere Episcopum Antiochenae Ecclesiae, reijcientes admirabilem Episcopum veram Dei Ecclesiae Meletium. Et non admiror istud. Quidam enim omnimodo ignorant ea, quae in istis sunt partibus: quidam autem etsi videntur scire, conscrutando magis, quam veritatem dicendo, ea referunt. Et illos quidem nihil mirum est aut ignorare veritatem, aut occultare causam, propter quam ad scribendum Paulino perductus est beatissimus Episcopus Athanasius. Tuam autem perfectionem ibi agentem, quae postea sub principatu Iouiani inter Episcopos facta sunt, integre referre rogamus, vt ab ipsis quae facta sunt, discas. Verumtamen quia nullum accusamus, oramus autem magis ad omnes habere charitatem, & maxime ad domesticos fidei: congratulamur iis, qui apparuerunt de Romae literis, & si magnam aliquam & venerabilem habent eorum testificationem, & oramus illam veram esse, & ex operibus ipsis confirmari. Non autem propter hoc possumus nobismet ipsis aliquando suadere, quia Meletium ignoremus, vt aut eam, quae sub ipso est, Ecclesiam obliuiscamur, aut inquisitiones, pro quibus ab initio dissensio facta est, minimas arbitremur, aut potentes modicam habere differentiam ad eam, quae de pietate est intentionem.* haec Basilius de his quae spectant ad causam Meletii.

LI.

Ex his in primis videas Athanasii cum Paulino communione persuasum inductamq; Romanum Pontificem cum eodem Paulino communicasse. Quod autem expectat à Terentio perquiri mittique ad se Acta Concilii Antiocheni sub Iouiano illâ puto causam, quod in eo Concilio cognitus fuit Meletius eius Ecclesiae Episcopus, in cuius Synodali epistola primo loco ille subscriptus habetur b. Vides ex his etiam Basilii modestiam, qui licet eidem plurimum deferret Meletio, excusat tamen iudicium de Paulino Romae prolatum, nimirum haud vera illue de Meletio esse perlata. Caeterum non sic exclusus Meletius & Paulinus receptus fuisse videtur, vt tamen Meletio communicantes, anathematis damnatione ferirentur, & ita extorres fierent ab ecclesia: id quidem haud Basilius tacuisset, cuius sententia in primis venit ipse damandus: imo nec Meletius ipse, licet priuatus sede illa, fuit sententia Damasi excommunicatus, vtpote vir Catholicus probe notus, deque Catholica veritate optime mentus.

b Soer. li. 3. c. 11. & Sozom. lib. 6. c. 4. QVALIS FVERIT SENTENTIA DAMASI PAPAE DE MELETIO.

LII. TRANSACTVS INTER MELETI. ET PAVLIN.

Sed quid accidit? Cum omnes fere Orientales Episcopi Catholicae religionis reperirentur studere Meletio, atque auersari Paulinum, indigne que ferre, Episcopum ob fidem Catholicam saepe exulem, post immensos perfunctos labores ignominiose sede priuari, resque iam eo statu repositae esset, vt non nisi magno scandalo, quae decreta fuerant, perfici possent: placuit, & quidem puto assentiente, vel saltem ratum habente ipso Romano Pontifice, vt amicabili transactione inter eos intercedente, res ita componeretur, vt sic ambo federent, regens quisque illorum gregem sibi subiectum, vt tamen alterutro ex hac vita migrante, nullo ei substituto alio Episcopo succedente, qui superesset alteri, solus vniuersam illam curaret Ecclesiam: quando autem id fieri contigerit, suo loco dicetur ex Socrate c, atque Sozomeno d, refelleturque Theodoreti commentum. Porro Hieronymus postea admonitus literis Damasi Papae, Paulini communionem amplexus est, cui & inhaerebat Euagrius eius perneceſſarius, & eiusdem Paulini deinde in sede successor.

c Soer. lib. 5. cap. 5. d Sozom. li. 7 c. 3.

Quid autem ad eundem sanctum Hieronymum de tribus hypostasibus exquirentem Damasus Papa rescripserit, licet eius non extent literae; tamen nonnisi ex sententia eiusdem Hieronymi respondisse videtur, nempe confitendum tres in Trinitate personas, tacendumque nomen hypostasis: id sane assequi possumus ex Cyrillo Alexandrino Episcopo inter alia ita scribente ad Acacium e: *Quod beato Paulino accidit, qui detrectabat tres dicere hypostases, discrete cum virtute & veritate eadem sentiens ac tractans. Adhesit autem Occidentalibus Deo dilectissimus Episcopus: propterea quod angustior est Romana lingua, quam quae iuxta nostram Graecorum phrasin tres hypostases dicere queat. Verum quoniam nos omnes, qui Ecclesiae Dei & condolere & compati possumus, magno aestimare debemus, si vox illa expresse pronunciata reprimi posset, ne ea occasione detur iis, qui ad hoc parati sunt, vt Ecclesiam Dei diuidant ac scindant, &c.* haec Cyrillus, plane docens eam Occidentalium de tacendo hypostasis nomine fuisse sententiam, quam ipse Paulinus ex eorum praescripto fuerit amplexatus. Verum (vt dictum est superius) cum ex pluribus Orientalium scriptionibus innotesceret, nomen hypostasis nullam in eo pronunciando habere fallaciâ, sicut à Graecis, ita quoq; à Latinis susceptum esse, atq; vsu frequentatum apparet, adeo vt vox Graeca in Latinitatem fit equêti vsu transierit.

LIII. QVID DE TRIB. HYPOSTASIBVS DAMASVS.

e Cyr. Alexan. ep. 15.

Caeterum etsi Meletius laude dignissimus haberetur, cui merito fuissent magni nominis Orientales Episcopi; tamen eo absente his temporibus, exule (vt vidimus) causa fidei, illi, qui ab eo dicti sunt Antiochi Meleiani illa quidem culpa minime caruere, cum vt praestarent viribus, pollerentque multitudine, coniunxerunt se Tarsensibus, sic dictis, haereticis: Erant hi Semiariani à Silvano f ipsorum Episcopo ita instituti, qui cum horrere Arianos profiterentur, confitentes in Dei filio diuinam substantiam, nolebant tamen cum Orthodoxis asserere eius consubstantialitatem, iis de causis, quae superius sunt memoratae. Attamen non omnes, qui Meletio communicabant cum Meletianis pariter iuncti cum Tarsensibus participationem habebant. siquidem sanctus Basilius exhorrebat Tarsenses haereticos: hinc illa eius deploratio de Tarsensi ciuitate ab haereticis occupata, vt suo loco superius dictum est. Porro licet sic diuisi inter se essent Catholici Antiocheni; in eo tamen haud inuiti conueniebant in vnum, vt Euzoium illic Episcopum Arianum execrarentur, qui pulso olim Meletio ab Arianis fauore Imperatoris fuerat institutus ipsorum Antistes, de quo Gregorius Nyssenus g: *Iam, inquit, multum temporis intercesserat, cum quidam adulter animo immaculatum lectum coniugalem aggrediatur, sed sponsa non poterat corrumpi, &c.* de haeretico enim illic instituto Episcopo ipsum intelligere, quae subdit ibi, significant.

LIV. MELETIANI IVNCTI TARSENSIBVS.

f Sozom lib. 6 c 4.

g Gregor. Nysse orat. in fun. Meleti.

Sed de rebus Antiochenis hactenus: redeamus ad sanctum Hieronymum in eiusmodi prouinciae eremo commorantem, recenseamusque eius illic lucubrationes elaboratas. Coepit ibi primum ipse sui experiri vires ingenii, atque vt pullus aquilae primo volatu celsa petens, culmen propheticae eminentiae ausus est penetrare, cui tamen aetate grandiori sublimiora scandenti, humilia sunt visa, ita vt illa ante elucubrata omnino desperit, posterioribus priora emendans. Fuit hic Commentarius in Abdiam Prophetam, quem cum inuenis elaborasset, erubuit postea senex audiens per Italiam circumferri, quem obliuioni putabat esse deletum. Scripserat illum priorem hic, puto, vel sequenti anno, quo dictam ad Rufinum dedit epistolam, cum Heliodorum ad se venisse testatur h, antequam ille recederet, quem haud diu ibi cõmoratum esse constat, ait enim in eiusdem Commentariorum praefatione ad Pammachium i: *Hoc illud tempus, mi Pammachi, ac lucedulcior, quo egressi scholam rhetorum diuerso studio seruebamur: quando ego & Heliodorus carissimus pariter habitare solitudinem Syriae Chalcidis statuebamur.* haec ipse.

HIERON. TRICENARIVS SCRIBIT SVPER ABDIAM.

h Hieron. epist 41.

i Hieron. praefat. in Abdiam.

Quotennis autem tunc S. Hieronymus esset, idem plane ibidem supra declarat, vbi ait: *Quanto magis ego, qui nec dum ad aetatem perfecti viri & in mensuram Christi veni, mereri debeo veniam, & inferius, tot annis postea, quot habebar, quãdo*

LVI.

ipſe ſcripſerat, allatum ad ſe ab Italia tradit exemplar, nempe triginta annum paulo poſt: *Nec difficor, per boſce triginta annos in eius opere me hoc labore fudaſſe.* Ita q; videat ex verbis ipſius S. Hieronymi illum elici ſenſum, iam natum annos triginta illa ſcripſiſſe, poſt annos vero item triginta eadē correxiſſe, nēpe ſexageſimo ætatis anno, Chriſti vero circa quadringenteſimum ſecundum. Nec eſt, quod alius ſenſus accommodari poſſit Hieronymi verbis, cuius teſtificatione *a* cōſtat, anno quartodecimo Theodoſii Imperatoris nondum edidiſſe ſecundā in Abdiam interpretationem. His inſuper conſentiunt, quæ idem in fine eiuſdem poſterioris Commentarii in Abdiam ita habet: *In hoc Propheta & adoleſcentuli luſimus, & ſenes præſumpſimus.* adeo vt omnis prorſus ambiguitas auferatur, ne quis vel poſſit exiſtimare anno trigeſimo ætatis ſecundam ipſum edidiſſe in Abdiam interpretationē, ſed re vera poſt annos triginta à prima elaboraſſe ſecundam: quot enim annos natus erat, cum iam prioré elucubrarat, tot ſane annis poſtea interlapſis (vt ait *b*) poſteriorem elaborauit.

a Hier. de Script. eccl. & præfat. in Amos.

b Hier. præfat. in Abdiam.

LVII. DE HIERONYMI ÆTATE DISCEPTATIO.

At quorſum, dices, tam exacta de Hieronymi ætate, cum primo in Abdiam Commentarios ſcripſit, temporis exploratio? Haud quidem intelliges otioſe ſuſceptam, ſi de ætate Hieronymi diuerſas conſideres diuerſorum ſententias, eaſdemque longè à verbis eius abhorrentes. Vt in primis cum teſtetur S. Proſper in Chronico S. Hieronymum diem obiiſſe Theodoſio iuniore nouum, & Cōſtantio tertium Coſſ. (eſt is annus Domini quadringenteſimus vigeſimus) addatque eum tunc fuiſſe ætatis annorum nonaginta vnius: ea ratione dicendum eſſet, hoc anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo peruenisſe iam ad annum ætatis ſuæ quadrageſimum tertium. At quo modo hæc concilies cum pluribus eiuſdem Hieronymi locis citatis ſuperius & aliis inferius adducendis, quibus ſe adoleſcentem, vel adoleſcentulum ſæpe nominat? Quod ſi cum aliis dixeris Hieronymum peruenisſe ad annos ætatis nonaginta octo vel nouem: iam hoc tempore quinquagenarium ipſum conſtitues. Sed plane & hallucinati ſunt iidem, dum habent *c*, ipſum deceſſiſſe anno duodecimo Honorii Imperatoris, qui eſt annus Domini quadringenteſimus ſeptimus. qua ratione illud ſequeretur abſurdius, ac plane portentum, ipſum hoc tempore annorum fuiſſe ſeptuagintatrium: quo (vt diximus) ſe adoleſcentulum ſæpe nominat.

c Bed. Vſuard. Ado in Martyrol. Sigeber. in Chron. Author incert. in Vita S. Hieron.

LVIII. ÆTAS HIERONYMI TEMPORE IVLIANI OBITVS.

Sed miſſis his, Proſperi tantum Chronologiæ nobis habenda ratio eſt, vtpote res ſui temporis conſignantis: quem ſicut non dubitamus certum verumq; annum eius obitus ex Conſulibus demonſtraſſe, quod res illa eſſet ob egregiam viri famam omnibus manifeſta: ita de numero annotum, quo vixit (cum de his haud ita certa & explorata veritas eſſe contingeret) putamus errāſſe. Nam quem ea ratione conſtat hoc tempore fuiſſe annorum quadraginta trium, tempore obitus Iuliani Apoſtatæ eum natū fuiſſe annos triginta quatuor dicendum eſſet: nam Iulianum certum eſt obiiſſe anno Domini trecenteſimo ſexageſimo tertio. At ſi ita eſt, quonam pacto verū erit, quod de ſe teſtatur S. Hieronymus *d*, tunc temporis fuiſſe puerum & grammatici facultatibus adhuc ſub gentili imbui præceptore? Sed ſecundum veriorem à nobis ex verbis ipſius Hieronymi initam rationem, quem hoc vel ſequenti anno diximus ſuæ ætatis annum trigeſimum attigiſſe, erat ipſe tempore obitus Iuliani annum agens circa vigeſimum.

d Hier. in Abac. c. 3.

LIX. Sed quonam modo, rurſum inſtabis, ſe puerum eſſe ait, & adhuc ſub magiſtro grammatices, quem pernicitate ingenii eiuſmodi rudimenta ante pubertatem aſſecutum eſſe, quiſq; iure putarit? Ex his perſpicio, lector, quātum abhorreas ab aliorum ſententia de maiori numero annorum ætatis ipſius ſancti Hieronymi, qui nobis longe minorem ſtatuentibus minime acquieſcis. Vt autem cuncta magis perſpecta habeas, illud in primis attende: Facile erit, vt in mille labatur errores & in diuerſa feratur, qui eiuſdem ſancti Hieronymi in locutione tropos minime conſiderauerit & figuras, cum interdum attenuatione, amplificatione vero aliquando vtatur. Et quod ad præſens pertinet argumentum, nihil eſt, quod mireris, ſi ſe annorum viginti puerum vocat: nam & cum de commoratione ſua in eremo ad Nepotianum ſcribit, ſic ait *e*: *Dum eſſem adoleſcens, immo pene puer, & primos impetus laſciuientis ætatis eremi duritia refrenarem, &c.* cum alioqui, vt ex ipſius aſſertione vidimus, eſſet tunc annos natus amplius triginta: nam conſtat de eo loqui tempore, quo iam ex eremo Heliodorus receſſerat, quem illis, de quibus meminit, proſecutus eſt literis. Sed quid ampliùs? quod magis mireris, agens de memorabili illo terræmotu & Orientis clade, cum maris excreſcentia vrbes obruit, quam ex Ammiano vidimus accidiſſe ſub Conſulatu Valentiniani atque Valentis, anno Domini trecenteſimo ſexageſimo quinto: ipſe tamen Hieronymus poſtea iam ſenex, cum eius meminit in Commentariis in Eſaiam *f*, ea prodigia accidiſſe dicit in ſua infantia: cum iuxta minimam annorū à nobis initam rationem appareat, cum tunc fuiſſe ætatis annorum viginti duorum: Sed & quem tradit Commentarium in Abdiam, de quo eſt ſermo, anno trigeſimo ætatis elucubraſſe, poſtea cum iam ſexagenarius in idem opus rurſum incubuit, ait *g*: *Per vetera veſtigia rurſum ingrediar, emendans, ſi fieri poteſt, curuos apices literarum: infans eram, nec dum ſcribere noueram: tutubabat manus, tremebant articuli.* & quæ ſequuntur.

e Hieron. epiſt. 2.

f Hier. in Eſa. c. 13.

g Hier. præfat. in Abdiam.

LX. Cæterum quod non puerum tantum ſe fuiſſe ſignificat tempore obitus Iuliani, ſed qui Grammaticis litteris imbuerētur: nec quidem, puto, dabis viginti annorum numerum ætatis eius. Verum attendē verba illa Hieronymi: *Dum eſſem puer, & in Grammatica ludo exercerer*: haud ita accipienda eſſe, quaſi tunc addiſceret rudimenta Grammatices, ſed quod eadem voce ſignificatur, in ipſa verſaretur recte loquendi atque ſcribendi ſcientia, quæ ita ex ſententia Quintiliani, quod multiplex & varia ſit, ac copioſa, viros quoque faciat eſſe diſcipulos, hiſque ſanctum Hieronymum non modo vſque ad illum ætatis annum fuiſſe detentum, ſed etiam (vt ipſe teſtatur *h*) vſq; ad profectionem in eremum, dum ait, poſt Quintiliani, Ciceronis, Frontonis atque Plinii perlecta volumina, cœpiſſe Hebraica addiſcere elementa. Sed & cum dicat alibi *i*, ſe puerum in controuerſiis luſiſſe, plane declarat, quid eſt, quod item ait, ſe puerum tempore obitus Iuliani in ludo Grammaticæ exercuiſſe, cum tamen aliarum ſcientiarum facultates minime prætermiſerit: nam ipſe alio in loco *k*: *Ab ipſis*, inquit, *cunabulis inter Grammaticos & Rhetores atque Philoſophos detriti ſumus*, vt intelligas, qui ſe Grammatices tradit tunc imbutum diſciplinis, aliis ſimul facultatibus excultum fuiſſe: ac plane cognoſcas, haud tunc ſub ferula puerum, ſed adoleſcentem etiam inter Philoſophos verſatum eſſe.

h Hier. ep. 4. & ep. 120.

i Hier. lib. 2. cont. Pelag. & in epiſt. ad Galat. c. 2.

k Hier. præfat. in lab. ep. 119.

LXI. Hac igitur de annis ſancti Hieronymi accurata habita ratione, quem hoc tempore dicimus fuiſſe annorū triginta, vel paulo amplius, conſentientes pariter Proſpero affirmanti ſub nono Conſulatu Theodoſii iunioris, anno videlicet Domini vigeſimo ſupra quadringenteſimum, defunctum eſſe, dicimus eum vixiſſe annos ſeptuaginta & octo, vel nouem, natumque ſub Conſtantio Imperatore, Chriſti trecenteſimo quadrageſimo ſecundo, vel tertio. Sed ad ſcripta eius in eremo redeamus. Origenis homilias ab illo ad populum dictas ſe adoleſcentem in Latinum vertiſſe tradit *l*. Indeque etiam epiſtolas complures dedit, vt inter alias ad Ruffinum, qua eum de Bonoſi peratduo arrepto vitæ inſtituto reddidit certiorem: & quas recenſuimus epiſtolas duas ad Damaſum, nec nō illam ad Heliodorum, cum ab eo receſſiſſet, ad Florentium duas, ad Iulianum diaconum, & Nicæam ſubdiaconum, ad Chromatium, Iouinum & Euſebium fratres, necnon ad Chryſogonum monachum. Quantum vero temporis in ea permanſerit ſolitudine, dicemus poſtea.

l Hier. Apol. aduer. Ruffin. lib. 2.

LXII. OBITVS PATRIS GREGOR. NAZ. Hoc ipſo tempore Gregorius Nazianzenus parentum obitu exſoluit ſe ab adminiſtratione Eccleſiæ Nazianzenæ, prout ante condixerat, cum ad eius regimē, cogente parente, inuitus attractus eſt; quod contigiſſe dixi-

mus,

mus anno præterito. Parentes vero modicum post tempus elapsum ex hac vita migrasse, eiusdem Gregorii testificatione retulimus. Defunctus est igitur pater (vt ipse Gregorius ait) cum annos quadraginta quinq; eidem Ecclesiæ præfuisset, natus annos quasi centum: *Cum autem,* inquit *a*, *centum ferme annos vixisset, hoc est, vltra Dauidicos de temporis nostri statu terminos, ex quo sacerdotio quinq; & quadraginta, quæ fere vitæ humanæ mensura est, exegisset, ita demum in bona senectute vitam claudit.* hæc Gregorius illa ipsa oratione, quam in funere patris habuit, præsente S. Basilio, quem contigit tunc adesse, cum etiam matrem adhuc licet viuentem eadem oratione laudauit, eiusdem, qua pater, ætatis: nam ibi de ea: *Restat iam, vt cum spirituali Sara, magni nostri patris Abrahæ coniuge, atq; eiusdem ætatis, de iis, quæ ad sanctos spectant, philosopher.* quantum autem post obitum Gregorii senioris ipsa superstes fuerit, haud compertum habetur: sed quod ipse dicat cito se post susceptam curam Ecclesiæ Nazianzenæ parentibus orbatum fuisse, eam quoq; non diu superuixisse possumus intelligere: nam ait *b*:

Abi vt parentes vltimo functi die
Tenuere sedes expetitas perdix:
Liber relictus sum, q; plane incommode.

Sic igitur Gregorius orbatus parentibus, haud adduci potuit, vt vel diem vnum in administratione Ecclesiæ Nazianzenæ perseueraret, rogante licet S. Basilio, & aliis simul Episcopis & ciuibus precibus importunis id ipsum efflagitantibus: à quibus omnibus, captata fuga, se abripuit, profectus Seleuciam pietatis ergo ad Memoriam S. Theclæ, quo frequens fidelium peregrinatio esse solebat, vt ipse hisce iambis cecinit *c*:

Non desinebam dicere gregi Præsulum,
Magna hoc ab ipsis muneris poscens loco,
Episcopum quendam oppido vt præponerent:
Illudq; vere dicitans, nullam mihi
Datam esse sedem publico præconio:
Ac rursus istud pectori iam olim meo
Sedisse, amicos linquere & negotia.
Cum non mouerent hæc eos, vel quod mei
Amor hos teneret, vel quod hos fastus grauis:
Primum fuga me confero Seleuciam,
Vbi virgo Thecla fanum habet celebre admodum:
Siu forte, dicens, temporis fieri mora
Tradent habenas cupiam, hoc fieri non fore,
Illic peregi tempus haud sane breue.

Permansit autem Seleuciæ Gregorius vsque ad Valentis obitum: quando reuersus, licet Ecclesiam Nazianzenam reperisset adhuc pastore carentem. Episcoporum tamen concilium haud amplius de eo præficiendo illi Ecclesiæ laborauit, sed salubrimum illud consilium init, vt ipsum mitteret Constantinopolim ad erigendam iacentem Ecclesiam tot annis sub Arianis Episcopis Arianoq; Imperatore gementem. Quo modo autem hæc se habuerint, & quo potissimum anno id acciderit, suo loco dicemus. Quod ergo ait ad sanctæ Theclæ Martyrium Seleuciæ haud breue tempus peregisse: si quis numeret tempus medium interlabens ab anno præsenti vsq; ad Valentis necem, sex ibi eum annos consedisse inuenier.

LXIII. ORITVR ATHAN. EPISCOPI ALEXANDRINI.

Hoc item anno, iidemque Consulibus. S. Athanasius Episcopus Alexandrinus post innumeros pro tuenda fide Catholica susceptos labores, cum sedisset annos quadraginta sex, sexto Nonas Maii, solutus carnis vinculis, acceperus immortalitatis coronam, migrauit in cœlum. Hic primo corrigimus, quod aliquando cum Socrate nos dixisse meminimus, ipsum anno superiori, nempe trecentesimo septuagesimo primo, defunctum esse. Porro, cum constet, anno sequenti à Nicæno Concilio, nempe Domini trecentesimo vigesimo sexto, fuisse creatum Episcopum Alexandrinum, atque annis quadraginta sex superuixisse, ad hunc vsq; annū oportuit peruenisse, licet apud Hieronymi Chronicon anno sequenti ponatur substitutio successoris. De tempore sedis eius Ruffinus, qui tunc cum Melania erat in Ægypto, ita scribit *d*: *Igitur ea tempestate, cum quadragesimo & sexto anno sacerdotij sui Athanasius post multos agones, multasq; patientiæ coronas quieuisset in pace, sescitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem & socium delegit,* hæc ipse: item que S. Cyrillus eiusdem Ecclesiæ Episcopus, de tempore, quo sedit idem Athanasius ad monachos scribens, hæc ait *e*: *Celebris memoria Pater noster Athanasius, qui Alexandrinæ Ecclesiæ sedem integros quadraginta sex annos cum decore moderatus est, & loquacibus impiorum hæreticorum nugis inexpugnabili quadam & Apostolica prudentia restitit, quasi flagrantissimo quodam vnguento ipsum cœlum scriptis suis exhilarauit, &c.* Sic igitur ex sententia Cyrilli, quem hæc omnia exploratissima habuisse oportuit, vtpote eiusdem Ecclesiæ Episcopum, quadraginta sex annos, eosdemque integros Athanasius sedisse traditur. mendacii arguitur Socrates. qui cum totidem eius sedis annos eidem tribuat, decessisse tamen ait anno superiori, Gratiano & Probo Consulibus. At hæc satis de tempore.

LXIV.

Porro de eius obitu sic Gregorius Nazianz. *f*: *In bona,* inquit, *senectute vitam claudit patribus q; suis Patriarchis, & Prophetis, Apostolis & Martyribus, qui pro veritate dimicauerant, adiungitur. Atque vt Epitaphium quoddam paucis complectar, excellentiori honore in discessu decoratur, quam quo in ciuitatis ingressibus cumulatus fuerit: sic videlicet è vita migrans, vt multas lachrymas excitaret, maioremque in rebus, quæ in aspectum cadunt, nominis sui gloriam in omnium animis reconderet.* hæc & alia plurima in eius laudem Gregorius, qui probe sciens precibus sanctorum hic adiuuari fideles, ad postremum ipso fine orationis eundem eiusmodi interpellat apostrophe: *Nos autem vtinam ipse benignus è cœlis aspicias, atque hunc populum gubernes, perfectum perfectæ Trinitatis, quæ in Patre & Filio & Spiritu sancto contemplatione percipitur & colitur, adoratorem: meq; siquidem res placatæ futura sint, in vita retinens, gregem mecum pascas: si autem Ecclesia bello flagratura est, reducas atque assumas tecum, & cum tui similibus colloces, tametsi magnum sit, quod postulo.* hæc ipse in oratione panegyrica habita in die anniuersaria natalis illius, quæ ficut Orientalibus, ita & Occidentalibus remansit perpetua memoria consecrata.

LXV.

Sunto hic loco epitaphii, quæ idem Gregorius Nazianzenus in oratione, quam habuit in laudem Heronis, de Athanasio prædicat, cum hi de titulis eum celebrat, nominatque *Orbis oculum, sacerdotum Antistitem, confessorem, ducem & magistrum, sublimem vocem, fidei columen, secundam Christi lucernam, præcursorem.* At prægrandis quidem liber conficiendus esset, si omnes præstantissimi sacerdotis laudes à Patribus editas quis simul in vnum congereret: cum nihilominus impar sit omnis lingua ad celeberrima eius recensenda certamina, primo sub Constantino, sub Constantio postea, inde sub Iuliano, atq; ad vltimum Valentiniano Imperatoribus, pro fide susceptis: vt nullus alius (fidenter dicam) sit inueniri post Apostolos in Ecclesia Dei qui acerbiora diuturniora que subierit prælia pro Patrum fide tuenda, ac Magnus hic, imo maximus Athanasius.

LXVI. SCRIPTA S. ATHANASII.

Reliquit præclara scriptorum suorum monumenta, de quibus hæc in primis S. Hieronymus *g*: *Feruntur eius aduersus Gentes duo libri, & contra Valentem & Vrsacium vnus, & de Virginitate, & de persecutionibus Arianorum plurimi, & de Psalmorum titulis, & historia Antonij monachi vitam continens, & ad Serapionem epistolæ,* de festis scilicet diebus conscriptæ; *& multa alia, quæ numerare longum est.* dolemus epistolarum eius factam esse iacturam, quas alibi etiam idem Hieronymus *h* laudat. erat vna ex ipsis epistola ad Ruffinianum, cuius fragmentum recitatur in Concilio Nicæno i secundo. Ex Athanasii scriptis hæc recitat Damascenus *k*: *Scimus beatum Athanasium sanctorum reliquias non in vrnis collocandas, sed humi condendas esse, eo consilio censuisse, vt abiurdum Aegyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebant, sed in lectulis & sympodiis collocabant.* meminimus alias de eiusmodi Ægyptiorum consuetudine. Ex antiquo autem Ecclesiæ vsu altaria esse solere sepulchra martyrum, supertus est demonstratum: scimus tamen Alexandriæ etiam sub Theophilo eius sedis Episcopo perseuerasse morem illum, vt reliquiæ martyrum extra tumulum positæ populo certis diebus venerationi exponerentur; vt Eunapius Sardianus, cum agit de Serapidis

templi

a Gregor. Naz. orat. in fun. patris.

b Gregor. Nazian. in carmin. de Vita sua.

c Gregor. in carm. de vita sua.

d Ruffin. l. 1. c. 3.

e Cyril. Epist. 1.

f Gregor. Naz. orat. in laud. Athanasii.

CELEBRIS MEMORIA ATHANASII.

g Hier. de script. Eccl. in Athan.

h Hier. ad Lætum, ep. 7

i Concil. Nican. 2. Act. 1.

k Damasc. de imag. orat 1.

templi ruina, testatur. De Athanasii scriptis magna a-
a Phot. spi- uiditate perquirendis, perquisitisque colendis, est illa
rit. c. 40. præclara Cosmæ a Abbatis apud Sophronium sententia: Cum, inquit, ex sanctis Athanasii opusculis aliquid inueneris, nec adscribendum chartæ habueris, in vestimentis tui scribe illud.

LXVII. PETRVS IN LOCVM ATHANASII SVBROGATVS.

Sed iam ad ea, quæ post sanctissimi viri obitum gesta sunt Alexandriæ, funesta quidem & deplorata, conuertamus orationem. Qui stabat pro muro domui Israel, sublato patiente, quo stante, Arianorum nemini, ac ne ipsi quidem Imperatori ad Alexandrinam Ecclesiam inuadendam accessus patuit: mox iidem fidei hostes magno impetu atque furore in eam grassari sunt. Defuncto scilicet Magno illo Athanasio, eius calculo probatus successor Petrus eiusdem Ecclesiæ presbyter, ætate senex, virtutibus omnibus consummatus, quem Gregorius b Nazianzenus summis laudibus celebrat, euectus in thronũ, mouit vehementer Arianorum inuidiam: qui freti auxilio Præsidum, & in primis Valentis Imperatoris auctoritate atq; potentia, qua pollebant, Lucium illum omnium Arianorum nequissimum, quem olim necato Gregorio illo teterrimo, in locum eius subrogauerant successorem, Alexandrinum ostentant Episcopum, ad eiq; vni parendum populum vi adhibita militari compellunt. At quonam modo cuncta hæc gesta fuerint, ex Theodoreto c in pauca petita prosequamur historia, qui à suffectione Petri narrationem aggreditur verbis istis:

b Gregor. Naz. orat. ad Epist. Aegypt.

c Theod. li. 4. c. 18, 19.

LXVIII. PETRVS FVGATVS A PRÆSIDE ROMAM PETIT.

Petrus vir facile optimus præsulatum illum obtinuit, quem primum beatus Athanasius suo suffragio designarat: eiusque electioni ab omnibus tam sacerdotibus, quam magistratibus assensum est: populusque vniuersus acclamationibus, quantum lætitiæ percepisset, demonstrauit: nam laborum ab Athanasio susceptorum socius particeps fuit, & cum eo tum ibi vitam degente, tum peregrinante, semper versatus est, & varios labores cum illo vna exantlauit. Quapropter Episcopi vicini eo simul ire maturant; & qui vitam seuera disciplina exigebant, nempe monachi, ij ea relicta, ad Petrum in sede Athanasii collocandum se conferunt. Postquam vero in sede Episcopali locatus erat, Præfectus illius prouincia collecta Gentilium & Iudæorum multitudine, Ecclesiæ parietes circumsedit, deditque Petro mandatum, vt exiret: atque adeo minatus est, eum, nisi exiret, imitum inde exturbaturum. Atque ista egit, simulans quidem se velle Imperatori gratificari, & contrariam doctrinam tuentes grauibus afficere incommodis; sed re vera vt impia ira, qua ardescebat, indulgeret: nam colendu simulachrũ penitus addictus erat, & festis splendidissimi loco habuit turbulentam Ecclesiæ iactationem. Proinde Petrus ille admirabilis, cum bellum ex inopinato ortum videret, de Ecclesia egreditur, & conscensa naui Romam contendit.

LXIX. POPVLVS AVERSATVR LVCIVM.

Paucis intermissis diebus, Euzoius Antiochiæ Episcopus Lucium secum ducens, Alexandriam aduentat, eique tradit Ecclesiæ, de cuius impietate ac scelere Samosata satis fecisset periculi. Populus autem doctrina Athanasii educatus, & cum contrarium alimentum sibi præberi cerneret, conuentus Ecclesiasticos deserit. Quapropter Lucius subsidio satellitum, qui simulacra colebant, vsus, alios verberibus cædere, includere in carcerem alios, nonnullos per vim in fugam vertere, quorundam ades instar barbarorum vastare cœpit. hæc ipse. Sed antequam vlterius progrediamur, de fuga Petri quid alij scripserint, in medium afferamus. Sozomenus d enim habet, Euzoium vna cum Magno Quæstore venisse Alexandriam, arreptumque Petrum detrusisse in carcerem, ipsum vero inde clam fuga lapsum, conscensa naui. Romam ad Romanum Pontificem se contulisse, vtpote eiusdem Catholicæ fidei protectorem. hæc eadem quoque Socrates e: sed Ruffinus f nihil de Petri carcere. At grassationem hanc primo factam ab Arianis, ex Gregorio Nazianzeno eam exacte describente reddamus, qui hæc ait g in primis de Lucio: Postquam ille, Athanasius, extremo vita die sanctus est, ac secunda quadam Aegypti plaga se in ipsam Ecclesiam immisit, ille, inquam, veritatis proditor, ille soporum pastor, ille per caulam transcendens latro, secundus ille Arius, turbida illa, & amara cuersio, ille impio fonte vberior fluuius: pigret me quidem temporis illius flagitia, immanesque cædes, cum quibus sacrosanctam sedem homo ferus & barbarus inuasit, nefasque illius ingressus præludia refere re: ex multis tamen pauca deplorabo, quæ vos quoq; mecum deplorabitis, & iam ante deplorastis, ad eamq; etiam Dauidis h verbis vtar: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam. & paulo post:

d Sozom. li. 6. c. 19.

e Socr. li. 4. c. 16. 17.

f Ruffin. l. 2. cap. 3.

g Gregor. Naz. orat. in laud. Hieron.

GRASSATIO FACTA PER EVCIVMIDEM ALEX. ECCLESIAM.

Ducis munere fungebatur homo sceleratus, Deique contemptor, ne Christiani quidem nomen gerens (hoc enim totius contumeliæ indignissimum est) verum ab idolis ad Dei templum properans, ab impuris sacrificiorum cruoribus ad execrabiliores & detestabiliores, ac fortasse huiusmodi aduersus nos contumelia quasi victima quadam dæmonibus litans (Palladius hic erat Gentilis homo, Ægypti Præfectus.) Prodibant in aciem copia tracundia feruentes, immanis & importunus exercitus aduersus inermes homines, bellicæque rationis ignaros: expellebatur Antistes Athanasii successor, quem præter inaugurationem rite atque ordine spiritualiter peractam, canicies & prudentia decorabant: regnabat autem Tabeel alienæ sedis heres i; aduersus sanctos armæ, aduersus eas res, quas deripi nefas erat, impura manus; aduersus psalmos tubarum clangor.

h Psal. 78.

LXX.

i Esai. 7.

LXXI. DEPLORANDA CALAMITAS ECCLESIÆ ALEXANDRINÆ.

Iam quæ sequuntur, consulere a, cadentes viros in locis sanctis pedibus protritas mulieres, nonnullas etiam cum naturæ onere præmaturos partus, vel vt aptius dicam, non partus, virgines miserabiles in modum distractas, sæuius etiam cruciatas (iam & ob fœminas & ob viros pudore impedior, quo minus crudelitatis modum exponam, atque occulta dedecoris sermone denudem, vtpote ob quæ etiam tum denudatas erubescam) alias in interioris templi puteos sese deijcientes, alias ex editiore loco se ipsas in præceps dantes propter earum rerum, quas cernebant, indignitatem, alias denique super eas, quæ iacebant, acerualim collabentes. Adde cædes cadibus, casus casibus succedentes, sancta profanis pedibus calcata, altaria per obscœnos gestus & impudicas cantiones, atque vt audito (boccine lingua audax proferet) saltationes, fœdaq; membrorum inflexiones probro & contumelia habita. Adde blasphemas linguas in sacrosanctis thronis concinnantes, mysteria sugillata, psalmodias silentio compressas, gemitus in earum locum excitatos, fluentes sanguinis riuos, lachrymarum fontes, sacerdotes per vim abductos, monachos laceratos, expressam denique incursionis illius imaginem, qua quondam Assyrij sanctam Hierosolymam populati sunt, quam nec oratio vt dignum est, exprimere, nec auris capere potest: vnus vt Hieremias ad eam calamitatem pro dignitate deplorandam adhibendus sit, qui etiam lachrymarum k fontes exposcit, atque ex vrbis mœnibus ob easdem calamitates ad luctum l homines hortatur, iuq; Sion luctum indicit, eo quod nullos, à quibus festa celebrentur, addecant. Hanc tragœdiam Orions quidem vidit, at Occidens quoq; deflenit, cui immanitatis huiusce signa fugitiuus Antistes publice spectanda proposuit.

k Hier. 9.

l Thren. 1.

LXXII.

Nam pro cadaueribus cruentas vestes Ecclesiæ Romanæ protulit, & per tacitam accusationem omnibus lachrymas mouit, vt calamitatis magnitudinem in oculis & aspectu defigeret, atque auxilium nanciscretur, quem admodum etiam nactum esse scimus. Fit enim fere, vt qui opibus & potentia præcellit, ad infirmi afflictique miseriam subleuandam maxime inflectatur, ac spontanea benevolentia affectu ad eum, qui dignitate imminutus est, se adiungat. hæc quidem Damasus Petro præstitit, sed de his postea. Ista itaque à Gregorio Nazianzeno summatim recensita scias, pauciscque narrata: extat enim ipsius Petri Episcopi Alexandrini circularis epistola tunc ad omnes Christianæ religionis toto Orbe diffusas Ecclesias scripta, quam hic describendam putamus, vt se habet apud Theodoretum m, prætermisso eius exordio & aliis, à narratione sic inchoantes.

m Theod. lib. 4. c. 20.

LXXIII. EPIST. PETRI ALEXANDR. EPISCOPI DE CLADE ALEXAND. ECCLESIÆ.

Prouincia illius Præfectus Palladius, professione Gentilis, & simulacris colendis semper deditus, quoniam sæpe animo instituerat bellum contra Christum gerere, tandem copias, quas supra dixi, in vnum coactis, Ecclesiam non aliter, quam barbaros subiugare matur at. Tum vero, tum inquam, facinora longe improbissima admissa fuere, quæ dum volebam solum commemorare, eorum memoria tantum mihi attulit dolorũ, vt immensam vim lacrymarum profuderim. qua sane ægritudo me diu admodum oppressisset, nisi diuina quadam cogitatione eam leuare aggressus fuissem. Nam copiæ in Ecclesiam Theona (sic enim vocabatur) ingressæ, pro verbis grauibus & Ecclesiæ dignis, simulacrorum laudes decantare, pro diuinarum literarum lectione, plausus indecoros edere, fractasque voces cum obscenitate fundere, & contumelias in Christi virgines iacere non sunt veritæ: quas quidem contumelias lingua referre reformidat, quippe cum dictu turpes sint: nam quisnam bene sanus,

cum

cum eas tantummodo audiret, non aures penitus obstrueret, imo vero optaret septies surdum esse quam vt tantam obscenitatem auribus percaperet? Sed vtinam verborum turpitudine contenti in ea re solum deliquissent, & non improbitate factorum verborum petulantiam longe superassent. Nam conuitium, qualecunq; illud sit, esto quidem tolerabile, præsertim his, in quorum animis Christi prudentia & doctrina diuina habitat. At isti vasa ira aperta ad interitum nati quis strepitum lasciuorum sonorum, & velut ex aqua ductu (vt ita dicam) erumpètem per nares effundebant: vestes sanctarum Christi virginum, quarum pia vita cultus exemplar viuendi sanctorum Angelorum expressit, dilacerare: easq; nudas vt in lucem edite erant per vrbem triumphi loco ducere, & pro sua libidine petulanter & obscœne irridere cœperunt.

LXXIV. IMMANIA IMPIORVM SCELERA.

Denique, quæ perpetrata sunt, tum crudelia erant, tum peregrina. Quod si quis his rebus ad misericordiam indultus, eos vel vi prohibere, vel hortando à talibus facinoribus dissuadere conaretur, non sine vulneribus discessit. Verum, proh dolor, multæ virgines per vim stuprata, complures etiam fustibus in capite cæsa mortua iacuerunt: quarum corpora tumulis mandandi nulla omnino permissa potestas est, & propterea complura earum corpora, quæ sunt ab illarum parentibus cum multo gemitu quæsita, nondum reperiuntur. Sed quid inter res magnas, eas, quæ sunt exigui momenti prosequor? Aut quid in his immoror, & non ad eas, quæ propter acerbitatem me ad se rapiunt, propere sermonem transfero? quarum, certo scio, vos magna capiet admiratio, & velut attoniti iuxta nobiscum consistetis, obstupescentes admodum, quod Dominus tanta clementia vsus sit, & non sinditus hanc vniuersitatem deleuerit. Nam quæ neq; facta sunt, vti scriptum est, neq; audita in diebus patrum nostrorum, hæc impij in ipso altari designarunt. Etenim velut in proscenio, in quo turpis aliqua ageretur fabula, puerum masculum, qui sexum denegauerat virilem, & muliebrem sibi effinxerat, quiq; tum oculos habebat (vt scriptis prodtum est, nempe de Iezabel) stibio oblatos, & vultum simulacrorum more fuco rubentem, habitu muliebri in ipso sancto altari, vbi pro Spiritus sancti descensu inuocari solet, corpore in orbem acto, & manibus huc illucque cum gestu iactatis saltare compulerunt, atq; in risum immoderatum effusi nefarias voces ore extulerunt.

LXXV. MONSTRVOSA PRÆSVMPTIO.

Rursus cum istud quoque ad rectum ordinem spectare, & præterita facinora decora potius quam nefaria existimarent: vnum ex suis turpitudine insigniter nobilitatum, & vt pudore, ita vestibus sicut natus erat, nudatum in summo Ecclesiæ solio collocant, turpemque contra Christum concionatorem appellant: Nam pro verbis diuinis turpitudinem, pro rami orationepetulantiam, propietate impietatem, pro continentia stuprum, adulterium, concubitum cum masculis prædicauit: docuitq; tum alia, tum furtum, cibum & potionem vitæ hominum vtilia esse. Quæ cum ita se haberent, & ipse de Ecclesia decessissem: qui enim vbi manere poteram, vbi incursiones à militibus factæ, vbi multitudo argento conducta ad seditionem, vbi nimia pecuniæ cupiditas, vbi turba Gentilium amplissimis promissis ad maleficia inuitata? Noster scilicet successor Lucius, qui partes lupi nequitia & improbe factis agere impense studebat, quiq; Episcopatum non consensu Episcoporum Orthodoxorum in vnum conuenientium, non suffragiis vere clericorum, non postulatione populi, vti sacræ Ecclesiæ canones præscribunt, sed pecunia tanquam dignitatem quandam (vt ita dicam) secularem emerat, illo cum mandato aduenit. Ipsum autem comitati sunt (solus enim in vrbem ingredi non poterat) non Episcopi vlli, non presbyteri, non diaconi, non populi multitudo, non monachi hymnos ex sacris libris de promptos canentes, sed Eunomius qui iam pridem in sancto & celebri Nicæno Concilio, cum diaconus esset in vrbe nostra Alexandria, vna cum Ario abdicatus fuerat, nunc autem Præsul Ecclesiæ Antiochenæ, quam velut postis labefactat; & Magnus quidem Comes prouincialium largitionum cum ingenti militum manu, vir nullo non impietatis genere semper nobilitatus, qui Iuliani temporibus Ecclesiam Berithi ea tamen est vrbs Phœnicie perillustris) incenderat, sed Iouiano pie memoriæ Imperatore regnante, eandem suis ipsius impensis erat denuo ædificare coactus, parumq; aberat, quin securi fuisset percussus, nisi multis pro eodem precantibus, veniam ab Imperatore impetrauisset.

PETRI FVGAE LVCII SVBSTITVTIO.

LXXVI. LVCII EXCELLENS AMPLITVDO.

Itaque vos, qui incredibili pietatis studio flagratis, quorum spem ad hæc scelera vindicanda implore: hinc considerare debetis, quæ & quanta maleficia ab isto, quem dixi, tyranno Lucio, qui in nos impetum fecit, contra Ecclesiam Dei designata sint. Nam non à vestra pietate solum, verum etiam ab Episcopis omnibus Orthodoxis sæpenumero abdicatus, ciuitatem sibi iustu de causis admodum infensam occupauit. Quinetiam non modo, vti insipiens ille blasphemus in Psalmis loquitur: Dixit insipiens, non est Deus, scilicet quod Christus non sit vere Deus; sed etiam vitæ institutis & ipse corruptus est, & alios corrumpit, inquemalodictis contra Saluatorem ab his, qui creaturam loco creatoris colunt, iactatis plurimum delectatur. Et quid, quæso, causæ est, cur cum similis cum Gentilibus opinione imbutus sit, non noua quadam & inaudita impudentia sceleratus Deum colere audeat? In cuius conspectu Gentiles has laudes prædicarunt: Gratus est nobis tuus, ô Episcope, aduentus qui solum Dei negat. Serapi te amplectitur, huncque adiuuit. Atque isti quidem in eo excipiendo nomen simulacri sui patroni recitarunt.

LXXVII. MAGNI PRÆSIDIS CRVDELITAS.

Porro autem vix momentum temporis iam præterierat, cum Magnus, quem supra nominaui, indutus impietatis istius comes, sæuiles truculentus, satrapa crudelissimus, copiis commissis sua cura in vnum collectis, presbyteros & diaconos numero decem & nouem, quorum nonnulli octogesimum ætatis annum præteriissent, comprehendit, & de illis velut in aliquo scelere, eoq; Romanorum legibus contrario deprehensis, iudicium publicum exercere, & ignarus legum quæ sunt pro Christiana pietatis defensione sancitæ, eos compellere cœpit, vti auitam fidem ab Apostolis per Patrum successiones nobis traditam proderent. Affirmantq; Valentem Augustum Imperatorum clementissimum hac re vehementer delectatum iri. Postremo cum maxima contentione vocis hæc verba protulit: O miseri, obsequimini Ariane opinioni assentite. Nam dominum numen, licet illa, quam colitis, religio vera sit, si non vestra sponte, sed necessitate adducti ab ea discedatis, veniam vobis daturum est: etenim in his, quæ necessitate peccantur, reliquitur excusationis locus: sed cum sua sponte quisquam deliquerit, carere reprehensione non potest. Quocirca his rationibus ante oculos mentis positis, abiecta omni cunctatione, alacri animo nostræ accedite sententiæ, & dogmati Ariano, quod iam Lucius (eum namque nominauit) palam prædicat, subscribite: pro certo persuasi, quod si istius doctrinæ obtemperaueritis, siris pecuniam, opes, & honores ab Imperatoribus consecuturi: sin autem vestiteritis, tum carceres, tormenta, quæstiones, flagella, & carnificinæ vobis subeunda sunt, tum pecuniis vna cum possessionibus orbati eritis, tum denique eiecti è patria, ad loca molestissima incolenda condemnabimini.

LXXVIII. LIBERA CONFESSIO CATHOLICORVM.

Ad hunc modum igitur generosus iste dux, minis cum fraude temperatis, omnes à pia doctrina & sententia, partim cohortando, partim cogendo deducere studuit. At vero illi quoniam pietatis prodiuonem plus habere acerbitatis (vti re vera habet) quam vllum cruciatus genus, existimabant: demum necessitate compulsi, his verbis ei respondérunt, virtuteque & virili animorum celsitate fraudem eius pariter & minas profligarunt: Desine posthac, desine his vocibus nos perterrere: à verbis inanibus proferendis tu te cohibe. Nam nos neque nouitium, neque recentem colimus Deum. Ac tametsi tu velut fluctibus iactaris, spumam ore temere fundis, & tanquam ventus violentus in nos cum impetu ruis: tamen nos ad extremum vsque spiritum sumus doctrinæ pietatis formæ adhæsuri. Neque certe vnquam sensimus, Deum potentiæ, sapientiæ, aut veritatis expertem esse: neque Patrem interdum existere, interdum non existere, vti impia Arianorum opinio fert: neque Filium in tempore ortum, aut momentaneum esse, opinati sumus. Nam si Filius (sicut Ariani somniant) creatura sit, & non sit Patri consubstantialis: inde efficeretur, vt Pater quoque non sit: quippe si, vt illi sentiunt, quodam tempore non extabat Filius, Pater etiam quodam tempore non fuit. Verum si Pater semper existit, Filio videlicet vero germine, & non ex seminis profluuio enascentis existente (Deus enim impatibilis) quid est, cur non demens & insanus existimetur ille, qui Filium, per cuius gratiam factum est, vt sint omnia, quodam tempore non fuisse sentiat? Nam Patres nostri per vniuersum orbem terrarum diffusi, ex quorum fide isti excedentes, merito sane patres carere dicantur, Nicæa in vnum conuocati, peruersa Arij opiniones, cuius patrocinium nouitius iste suscepit, anathema denunciarunt: & Filium non ex alia essentia, quam Patris, quod tu nos iam dicere vrges, sed ex eadem ipsa constare asseruerunt. Quod quidem præclare & pia cogitatione complexi, Filium & crebra vocum è sacris literis petitarum collocatione Patri consubstantialem ingenue professi sunt.

LXXIX. CONFESSORES DETRVSI IN

Itaque cum hæc & alia similia dixissent, ad multorum dierum spatium in carcerem eos conclusit Magnus, ratus se eo pacto illos à pia sententia deductorum. Verum illi, non aliter, quam fortissimi

in sta-

CARCEREM, CÆSI ET EXILIVM.

in stadio athleta, omni metu penitus deposito, se rebus præclare à Patrono diuina mente & cogitatione gestis quasi perurgentes, multo excelsiores animos ad pietatem propagandam habuerunt, tormenta nihil aliud, quam virtutum gymnasium arbitrati. Sic igitur cum decertarent, & spectaculum (vt scribit B. Paulus) tum Angelis, tum hominibus fierent: accerrit tota ciuitas, visura Christi athletas, verbera Iudicis eos torquentis tolerantia vincentes, & contra impietatem per patientiam erigentes trophea, & triumphos aduersus Arianos agentes: quos quidem per minas & fraudem oppressos diruit iste hostis libidini eorum, qui impietatem contra Christum exercebant, se dedituram censuit. Cum igitur tormentis crudeliter eis infligendis fatigatus esset, populusq; vniuersus variis querelæ generibus & multo luctu vteretur: truculentus ille dux, qui omnem excerat humanitatem, consuetus suis copiis denuo ad cædem tumultum collectis, Christi athletas ad iudicium, imo vero ad iniustam condemnationem vocat, eosque ad littus maris fisti iubet: in quo loco cum simulacrorum cultores, & Iudæi mercede conducti, more suo contra eos vociferarentur; & illi manifesta insanorum Arianorum impietati cedere nollent; sententiam de illis, populo vniuerso ante tribunal grauiter lamentante, pronunciat Magnus, vt Alexandria exacti, ad incolendam Heliopolim vrbem Phœnicis transportarentur, in qua sane vrbe ne vnus quidem habitabat, qui Christi nomen audire (omnes enim simulacra colebant) omnino sustineret.

LXXX. *Itaque iussis illis actutum nauem conscendere, ille ipse in littore stans (nam in balneis publicis, qua prope inde aberant, eos condemnauerat) ensem distractum illis ostendit, ratus quidem se terrorem iniecturum eis, qui ancipiti gladio spiritus infestos dæmones sæpenumero vulnerarunt. Dat igitur mandatum, vt tam cum neque commeatum vllum in nauem imposuissent, neque quicquam omnino haberent, quo exilij molestias subleuarent, inde soluant. Quo quidem tempore ipsum mare (quod plane mirandum est & prope incredibile) vndis agitatum sæuire cœpit, rei indignitatem, credo, ægre ferens, & penitus (vt ita dicam) recusans eos viros excipere, ne eo pacto iniqui mandati exequendi particeps fieret: quippe his, qui ignari erant, barbaram & immanem Iudicis voluntatem perspicue patefecit: adeo vt vere dici posset, hæc re cœlum ipsum obstupuisse.*

LXXXI. EJECTVS A LEXANDRINORVM CATHOLICORVM.

Quin etiam tota ingemuit ciuitas, & adhuc lugere non desinit. Nam pars alternis manuum illidens pectora tundendo, ingentem strepitum edere: pars misericordiæ simul & oculos ad cælum tollere, quo Deum de vi sibi illata testarentur, & ita fere loqui: Audi cælum & auribus percipe terra, quam iniqua atque adeo indigna Iudæa sint facinora. Denique omnia luctu redundare, planctus & eiulatus per vniuersam vrbem persuadere, flumenque tantum lacrymarum derepente manare, vt ipsum mare sua inundatione obruere quodammodo videretur. Cum autem Dux iam ad littus astans imperaret remigibus, vt vela erigant: tum fiebat fletus promiscuus virginum fœminarum senum & iuuenum, tum lamenta cum amaris lacrymis permixta, tunc clamores ab omnibus tam ingentes edити, vt mœrore vndosi murmur, quod tumulti fluctus mutuo colliso excitare solent, propemodum obscurarent. Vt primum vero athletæ Christi, quos diximus, appulere Heliopolim, vbi omnes erant superstitioni dediti, vbi instituta diaboli ad voluptatem explendam comparata, vbi horrenda ferarum latibula; nam montes vndique cœlum propter altitudinem pene attingentes vrbem illam obuallabant: omnes deinceps in media vrbe communiter, & singuli priuatim lamentari, & lugubres voces fundere cœperunt. Dabatur mandatum à Palladio vrbis illius Præfecto, homine superstitioni deditissimo, vt omnino lachrymari desinerent. Vnde multi, qui plorabant, hicque pro diuino zelo strenui Ecclesiæ propugnatores arrepti, primum in custodiam conijciebantur, deinde verberibus cæsi, lacerati, & tormentis affecti, ad metalla in Pheno & Proconneso amandabantur: inter quos complures erant monachi ad numerum viginti trium, qui quo seuerius disciplinam excolerent, in solitudine habitarunt, quibus cum vna diaconus, qui literas tum consolatorias, tum communionis à Damaso Episcopo Romano ad nos attulerat, manibus à tergo colligatis, à lictoribus palam tanquam maleficus insigniter improbus trahebatur.

CATHOLICI VETITI LVGERE.

LXXXII. QVID IN DAMASI DIACONVM ARIANI.

Qui acerbioribus tormentis, quam quisquam homicida, excruciatus fuit, cuius ceruices lapidibus & plumbo crudeliter verberatæ erant. Postremo naue ad trajiciendum conscensa eodem modo cum eo atque cum cæteris actum est: nam omni ope ac subsidio destitutus erat, & propterea signo S. Crucis frontem signauit: sicque metallis aneis in Pheno traditus est. ita impie actum aduersus diaconum à Damaso Roma tunc missum Alexandriam. Sed pergit: *Porro autem cum Iudex teneræ puerorum corpora torqueret, quidam eorum post cruciatus remansere extincti, & rite sepultura defraudati: idque cum parentes, fratres, cognati, & totapene diuersa ciuitas, postularet, vt vnum hoc atque adeo vltimum vitæ solatium illis tribueretur. Sed ô sanam iudicantis, imo vero condemnantis crudelitatem! Nam qui pro pietate decertarint, idem cum homicidis iudicium subeunt, corporaque eorum manent insepulta: & qui pro fide strenue dimicarint, bestijs & volucribus obijciuntur ad vorandum: qui denique patres casorum conscientiæ causa commiserati sint, tanquam impij sacrilegij auctores securi feruntur. Quæ Romanorum lex, quæ barbarorum sententia iudicauit in eos, qui patribus cæsorum condoluerunt? Vbinam tale scelus à quoquam veterum fuit vnquam patratum? Olim Pharao inferat Hebræorum masculos trucidari: verum inuidia & metu adductus hoc mandatum dedit. At quæ tum gerebantur, quanto sunt his, quo modo designata sunt, mitiora: quanto optabiliora, si iniuria opere vlcisci? quanto tolerabiliora, si scelus cum scelere (cum aliud ab alio seiungi nequeat) velimus comparare? Sunt ista, quæ commemoro, incredibilia quidem, immania, dira, crudelia & barbara sine misericordia, amara: sed tamen amentes Ariani in illis insolenter gloriati sunt, atq; adeo tripudiarunt.*

QVID ACTVM IN PVEROS ET EORVM PARENTES.

LXXXIII. a Exod. 32. EPISCOPI IN EXILIVM ACTI DIOCÆSAREAM IN PALÆSTINA.

Cum enim tota ciuitas in luctu & mœrore esset (nulla enim domus erat, in qua, vti in Exodo a scriptis proditum est, non iaceret mortuus) hi, quorum crudeles animi nullo modo exacerbari poterãt, non conquieuerunt, sed scelus de integro exercere aggressi sunt. Nam voluntatem suam, quæ ad deteriora inclinabat, patefacientes, suæ malevolentiæ virus in illius prouinciæ Episcopos effundere cœperunt. Siquidem opera Magni, quem diximus, Comites largitionum, satellites ad iniuriam satis instructi, nonnullos eorum in iudicium addacere: alios, quo libitum erat modo insidias parare, eo consilio, vt omnes vbique impietatis laqueis irretirent, nihil intentatum relinquentes. Quin etiam omnia loco circuire, non aliter atque diabolus ipsorum hæreseos parens, quærentes quem deuorent. Atqui cum in eo, quod conabantur, ab omnibus se destitutos viderent: vindictam tamen Episcopos Ægypti, viros, qui ab incunte ætate ad summam vsque senectutem solitudinem seuerę disciplinæ causa incoluerant, qui sanctam ac sinceram fidem audacter & libere prædicarant, qui pietatis dogmata vna cum lacte nutricis suxerant, qui victoriam contra dæmones reportarant, qui virtute aduersarium repressarant, qui Arianam hæresim suis (vt aiunt) coloribus depinxerant, Magno illo, quem supra nominauimus, velut instrumento crudelitatis vsi, in exilium eiecerunt: oppidumque nomine Diocæsaream à Iudæis, qui Dominum interfecerant, inhabitatum, incolere compulerunt. Et tamen non aliter, quam orcus, morte fratrum minime satiati, vbique terrarum velut amentes ac stupidi, sua crudelitatis monumenta relinquere non verentur, atque adeo maleficijs se nobilitare studeant.

LXXXIV. ANTIOCHENOS PERTIGIT PERSECVTIO.

Ecce enim rursus Ecclesiæ Catholicæ clericos, qui Antiochiæ commorabantur, quique cum quibusdam monasticæ vitæ spectatis, tragicæ eorum scelera testata apud omnes relinquere constituerant istis vocibus maledicis contra eos in auribus Imperatoris infusis, Neocæsaream vrbem Ponti relegandos curauerunt: qui quidem propter locorum asperitatem vita quoque breui expoliati sunt. hucusque ex epistola Petri narratio apud Theodoretum, qui mox subdit: *Tales quidem tempora illa tulere tragœdias: quæ tametsi silentio & oblitione obruenda sunt, tamen literarum monumentis produntur ad eos coarguendos, qui lingvis petulantibus Dominum sunt infestati: qui quidem morbo blasphemiæ infesti, non modo in totius vniuersitatis Dominum & Moderatorem Deum conuicia iacere, verum etiam contra pios eius famulos bellum exitiale suscipere non dubitarunt.* hæc ipse. Meminit quoque eiusdem diræ persecutionis S. Epiphanius *b*, qui & præter alia supplicia Catholicis Ægyptiis irrogata, nonnullos ex illis tradit fuisse damnatos ad bestias. Sed & Cassianus de sanctis monachis cum sub Lucio in Pontum & in Armeniã relegatis hac meminit occasione *c*: *Temporibus siquidem Lucij, qui Arianæ perfidiæ Episcopus fuit sub Valentis Imperio, dum diaconiam nostris fratribus deferremus, his videlicet, qui de Ægypto & Thebaide fuerant ob Catholicæ fidei perseverantiam metallis Ponti atque Armeniæ relegati, licet cœnobiorum disciplinam in quibusdam ciuitatibus rarissimam videremus, anachoretarum tamen apud illos ne ipsum quidem nomen auditum fuisse comperi-*

b Epiphan. hæres. 68.

c Cass. coll. 3 6.7.

rimus. hęc per Abbatem Piammonem Cassianus; in quem potius, quam in illum ad eius libitum inter loquentem reiicienda culpa est, si de Ponto, quod ait, & Armenia, mendacii arguatur ex iis, quæ superius recitata sunt ex Gregorio Nazianzeno atque Basilio, de Ponticis eremis abundantibus anachoretis.

LXXXV. PERSECVTIO ARIANORVM ADVERSVS ÆGYPTI MONACHOS. a Rufin. l. 2. c. 3. & 4.

Quod autem ad Ægypti monachos spectat diriſſime à Lucio exagitatos: Ruffinus, qui cum Melania in Ægypto agebat, hæc de illis ſcriptorum monumentis poſteris legenda tradidit a: *Inde poſt fugas ciuium & exilia, poſt cades & tormenta, flammaſque, quibus innumeros confecerat, ad monaſteria furoris ſui arma conuertit, vaſtat eremum, & bella quieſcentibus indicit. Tria millia ſimul, aut eo amplius viros per totam eremum ſecreta & ſolitaria habitatione diſperſos oppugnare pariter aggreditur: mittit armatam equitum & peditum manum: Tribunos, præpoſitos, & bellorum duces, tanquam aduerſus barbaros pugnaturus, eligit. Qui cum veniſſent, nouam belli ſpeciem vident, bauſtes ſuos gladio obtectare ceruices, & nihil aliud dicere, niſi: Amice ad quid veniſti? Per id tempus Patres monachorũ, vitæ & antiquitatis merito, Macarius, Iſidorus, aliuſque Macarius, atque Heraclides & Pambus Antonij diſcipuli per Ægyptum, & maxime in Nitria deſerti partibus habebantur viri, qui conſortium vitæ & actuum non cum cæteris mortalibus, ſed cum ſuperni Angelis habere credebantur.*

Quæ præſens vidi, loquor, & eorum geſta refero, quorum in paſſionibus ſocius eſſe promerui. & in epiſtola ad Anaſtaſium Romanum Pontificem hæc ita ſe paſſim eſſe gloriatur, cum ait: *Quamuis igitur fides noſtra perſecutionis hæreticorum tempore, cum in ſancta Alexandrina Eccleſia degeremus, in carceribus & in exiliis, quæ pro fide inferebantur, probata ſit: tamen & nunc ſi quis eſt qui vel tentare fidem noſtram cupiat, ſciat, &c.*

LXXXVI. b Hier. Apol. lib. 2. ct. Tom. 4. RVFFINVS IACTANTIA CONFESSIONEM OSTENTAT.

At hæc de ſe ſumma iactantia ab ipſo Ruffino eſſe commenta, exclamat ſanctus Hieronymus, cum his recitatis ipſius verbis, ſic ſubdit b: *Miror, quod non adiecerit: Vinctus Ieſu Chriſti & liberatus ſum de ore leonis &c, & Alexandriæ ad beſtias pugnaui, & curſum conſummaui, fidem ſeruaui: ſupereſt mihi corona iuſtitiæ. Quæ, malum, exilia, quos iſte carceres nominat? Pudet me apertiſſimi mendacij: quaſi carceres & exilia abſque iudicum ſententiis irrogentur. Volo tamen ipſos ſcire carceres, & quarum prouinciarum ſe elicat exilia ſuſtinuiſſe. Et vtique habet copiam de multis carceribus & infinitis exiliis vnum aliquod nominandi. Proderat nobis confeſſionis ſuæ Acta, qua huciuſque neſciuimus, vt inter alios Alexandriæ martyres hucus quoque geſta recitemus, & contra latratores ſuos poſſit dicere* d: *De cætero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* hęc Hieronymus.

d Gal. 4.

LXXXVII.

Certe quidem Melania clariſſima fœmina, Conſulis Marcellini neptis, antiqua nobilitate & filii Præfecturæ Vibanæ magiſtratu toti Romano orbi notiſſima, apud quam primum locum Ruffinus obtinebat, omnium Præfectorum, quocunq; pergeret, frequentabatur obſequiis: tantumq; abfuit, vt vel ipſi, vel alicui ex eius familia irrogata exilia fuerint, q Ruffinus iactat, vt etiam qui perſecutionem fidei cauſa paterentur, ad ipſam tanquam ad aſylum confugerent, ab eademq; pariter in tuto collocarentur, atq; etiam aleretur, vt quæ de ea proxime dicturi ſumus, cum ipſa proceſſit ad iudicẽ, fidem certam faciũt. At cur Ruffinus, ſicut aliorum, non etiam ſuam recenſuit confeſſionem exemplo Pauli Apoſtoli? quod præſertim ſciret, rem tantam haud ab aduerſatiis facile ratam fore habendam abſque aliqua certiori probationis fide, cum alioqui aliorũ confeſſiones adeo exacte deſcribat? Si qua tamen tunc Alexandriæ contigit Ruffini cõfeſſio, ea tantum fuiſſe exiſtimatur, cum prouocata Melania ad iudicium, quod faueret Orthodoxis, ipſe putetur eam comitatus eſſe: ſed dimiſſa illa quantocyus, vtique & qui cum ea erant, rediere domum. Sed de his ſatis.

LXXXVIII. MIRACVLIS PROBATA FIDES CATHOLICA.

Pergens Ruffinus recenſere res tunc geſtas à Nitriæ monachis, hæc ſubdit: *His ducebãt exercitum Domini non mortalibus telis, ſed fide religionis armatum, exercitum moriendo vincentem, & qui ſanguinis ſui profuſione victor Chriſtum ſe iuuaturo ad cœlum. Quique dum in tabernaculo poſiti & orantes expectarent interfectores ſuos: delatus eſt ad eos honoratiorum membris omnibus & & præcipue pedibus aridus, ſed cum ab eis in nomine Domini oleo fuiſſet perunctus, ſtatim confirmãte ſanctæ plantæ eius. Et dicentibus eis: In nomine Ieſu Chriſti, quem Lucius perſequitur, ſurge & ſta in pedibus tuis, & redi ad domum tuam: continuo & exurgens & exiliens, benedicebat Deum, oſtendens, quia vere erat in eis Deus. Ante aliquantulum vero temporis cæcus quidam rogabat deduci ſe ad cellulam Macarij, qua erat in deſerto, itinere trium dierum: quo poſtquam cæcus multo ductantium labore peruenit, Macarium non reperit domi: & contriſtatus valde, nullatenus mitigare mœſtitiam poterat, ſanitatis ſolatio carens. Tum vero feruore fidei concalefcens: Deprecor (inquit ad eos, qui deduxerant) applicate me ad illam partem parietis, vbi cubare ſenior ſolet. Et cum fuiſſet admotus, parum luti aridi, vnde paries oblitus videbatur, aſſumens, palmæ ſuæ ſuperpoſuit. Rogat etiam, vt aquam de puteo, ex quo bibere ſolebat, hauirent: qua reſoluens glebulam, eodemque luto oculos ſuos ſuperungens, & lauans de aqua, quæ hauſta fuerat, repente recepit viſum, ita vt nullo indigens adminiculo rederet ad ſua. Sed ne ſecundum leproſos illos ageret, quos à ſe curatos in Euangelio ingratos Dominus notat, cum omni domo ſua regreſſus, & Deo gratias referens, rem, vt geſta fuerat, indicauit.* ſubdit poſt hæc Ruffinus de eodem Macario, qui leunculos cecitate curauit, proque gratiarum actione à leæna pelle ouina donatus eſt. at hæc contigiſſe diximus viuente adhuc Magno Athanaſio. ſubiungit vero Ruffinus:

LXXXIX. MONACHI ELEGANTVR IN INSVLAM.

Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reuerentiæ virtutum mirabilibus detulit: quinimo iubet, Patres ipſos ablatos à grege ſuo, imo clam raptos, in inſulam quandam Ægyptiorum deportari, in qua compererat neminem prorſus eſſe Chriſtianum, quo per hoc vel abſque ſolatiis, vel abſque conſuetis actibus viuerent. Senes igitur cum duobus ſolu pediſſequis noctu ad ripam deducuntur, in qua erat templum quoddam ſummæ veneratione à loci incolis obſeruatum. Cumque primum nauicula ſenum orans ſolo illius contigiſſet: ecce ſubito ſacerdotis templi illius virgo filia correpta ſpiritu cum ingenti vociferatione & clamoribus vſque ad cœlum datis, agi per medios populos cœpit; & crebros dentes rotatus, ſtridens, huc atque illuc rabida ora vibrare. Cumque ad ſpectaculum tam ingentis monſtri, maxime quod eſſet ſacerdotis filia, qui in honore præcipuo apud illos erat, populi conueniſſent: per aures eam raptam ſequentes peruenient vſque ad nauiculam ſenum. Ibi vero proiecta eorum pedibus & proſtrata, clamare cœpit: Quid veniſtis huc, ô ſeruis Dei ſummi, antiquis nos & veteroſis euoluere domiciliis? In hoc loco depulſi, vndique latebamus: quomodo vos vsquaquam latere potuimus? Cedimus antiquis ſedibus populos veſtros, terraſque recipite. Cum hæc diceret, incepitus ab eu erroris ſpiritus effugatur: & puella ſana vna cum parentibus ſuis iacebat ad pedes noſtri temporis Apoſtolorum. *Qui talibus exordiis prædicantes eis fidem Dominis noſtri Ieſu Chriſti, in tantam conuerſionem repente eos perduxerunt, vt ſtatim manibus ſuis antiquiſſimum templum & in ſummæ veneratione habitum deſtruerent, & eccleſiam confeſtim adificarent. Nec ad deliberandum ſpatio temporis egerunt, quibus fidem rerum fecerant non verba, ſed virtus. Sed hoc cum fuiſſet Alexandriæ nunciatum: veritus Lucius, ne forte etiam ſuorum in eum odia iuſta conſurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus, ſed Deo indicerent; occulte eos reuocari, & in eremum remitti iubet.* hactenus de his aduerſus ſanctos monachos geſtis Ruffinus præſens omnium teſtis, in Ægypto tum (vt dictum eſt) cum Melania agens.

POPVLI AD FIDEM CONVERSI PER MONACHOS EXVLES.

XC. AVCTORIS DIGNA CONSIDERATIO.

Vide, lector, bella Domini, & conſidera: ſtare pro Arianis Præfectos, Prætores, ſatellites, apparitores, truculentoſque carnifices, æſtuare de Catholicis carceres, exeri gladios, parari ſecures, incendi ignes, ſolui virgarũ faſces, beſtias introduci, armari Iudæos ſimulque Gentiles cum Arianis, ſcribi ſententias, proſcribi Catholicos, repleri metalla piis, exulibus & extorribus exundare prouincias, cædibus demetiri ciuitatem, ſanctorũ carnibus paſci volucres atq; canes: contra verò intuere, ſtare pro piis Deũ, ac ſuam præſentiam euidentiſſimis reddere certam miraculis, cogereque impiorum omnium ductores dæmones ſuam ipſorum fateri imbecillitatem, victos recedere, ſedibus abſcedere diutius occupatis: vt occinere illud libere liceat c: *Nobiſcum Deus.* atque illud maiori fiducia prædicare *f*: *Plures pro nobis, quam contra nos.* Sunt hæc adeo perſpicua, omniq; fide digniſſima, & quauis exiſtimatione maiora, vt neminem putem ita impium, mentecq; alienatum ſuiq; oblitum, qui illa conſiderans, non potius ſtans me-

c Iſa. 7. f 4. Reg. 6.

dius eligat in castris sanctorum mereri, quam à Lucii partibus stare: cui militare scias non Arianos tantum, sed omnes hæreticos, qui quacunq; occasione à fide Catholica defecerunt: sub qua quidem non illos tantum agere, certum est, quos diximus sanctissimos anachoretas, sed pios omnes hæresim aduersarios, eandem in hanc diem fidem Catholicam profitentes, quam Athanasius, Antonius, ipsorumq; alumni magna constantia tectabantur, eamque à maioribus acceptam, ad posteros propagatam, atque ab ipso virtutum Domino tot signis euidentiorib. confirmatam retinentes, quamque ipsa præsens quoque Ecclesia retinet, atque docet, firme custodientes.

XCI. VALENT. IMP. EDICTVM.

Sed quod ad eandem persecutionem spectat, Socrates *a* addit accessisse ad sæuitiam Præfidum Valentis Imperatoris iussionem: *Nam*, inquit, *ex edicto Imperatoris mandatum est, vt omnes, qui fidem Consubstantialu tenebant, non Alexandria solum, sed ex vniuersa etiam Aegypto penitus expellerentur. Quin etiam Præfecto imperatum, vt cum ingentibus copiis omnes vbique persequeretur, quos Lucius indicaret.* hæc ipse: eademque à Ruffino sunt recitata. Itemque Sozomenus *b*, nec non Theodoretus *c* fideles testes sunt miraculorum in confutationem hæreticæ impietatis tũc editorum. Sed & quod silentio Ruffinus præteriit memoria tunc officium exhitum à Melania nobilissima Romana fœmina, his ex Paulino iungamus: scribens enim ad Scuerum inter alia dignã præconia Christianæ fœminæ Consularis hæc habet *d*:

a Socr. lib. 4. c. 17, 19.

b Soz. lib. 6. c. 12.

c Theod. li. 4. c. 19.

d Paulin. ep. 10.

XCII. MELANIA OCCVLTAT ET PASCIT MONACHOS.

Tempore illo Valentis, quando Ecclesiam Dei vsus furor Arianorum, Regio fretus imperio, persequebatur, hæc erat princeps & particeps cunctis pro fide instantibus: hæc fugatos recipiebat, aut apprehensos comitabatur. Sed cum eos recepisset in latebram, qui propter impiam fidem & maiore hæreticorum odio infestabantur, & occultantium tangebantur inuidia: grauis tunc seditione diabolicis facibus inflammata, quasi contra legem publicam contumax, protrahi ac patibula fixa est quæ illos manebant, nisi prodere maluisset. Processit impunde, cupida passionis, & iniuria publicationis exultans, quamuis non expectasset trahi, tracturos anteuolans ad Iudicem: qui confusus veneratione præsentis, non executus est infidelitatis iram, dum fidei mirratur audaciam. Eadem tempestate per triduum quinque millia monachorum latentium suis pauibus pauit: vt per eius manus iterum Dominus & Iesus priscorum numerum in deserto pasceret, tanto quidem nunc impensiore clementia, quanto minori licentia fouebantur occulti, quam illi quondam, qui ad Dominum voluntarie in libertate & pace conuenerant. Sed hæc nec timida deprehendi, interdictum securæ prabebat officium: nec volens gloriæ operationis agnosci, tamen operis magnitudine prodebatur, totidem apud homines testimonijs gloriosa, quot pastis, Deo conscio.

e Matt. 14. Marc. 16. Luc. 9

MELANIÆ CONSTANTIA.

hæc Paulinus, mirifica prædicatione tam egregia facta celebrans: quæ sanè gesta esse in Ægypto, non autem in Palæstina, illud persuadet, quod nullibi tam ingens numerus monachorum simul collectorum nisi in Ægypto fuerit reperiri, mansisse quidem ipsam Melaniam in Ægypto mensibus octo, Palladius *f* docet. Porro ab his diuersa esse noscuntur, quæ de eiusdem Melaniæ officiis, quibus profecuta est in Palæstina relegatos confessores, idem Palladius tradit, quæ paulo post narraturi sumus.

f Palla. in Lausiac. c. 31.

XCIII.

Vt autem tam ingenti opere, in occultandis atque pascendis monachis quinque millibus in deserto, veluti contumeliis prouocatus Præfectus, libens eius responsionibus cesserit; summa fœminæ claritudo, quæ apud hostes quoque reuerentiam sibi cõciliabat, in causa fuit. Erat quidem Melaniæ nomen (vt dictum est) non Romæ tantum, sed vbiq; locorum Romani Imperii cognitum, atque honore habitum tum nobilitate generis, tum egregiæ pietatis præstantia: de qua hæc idem qui supra Paulinus *g*: *Mulier celsiore gradu ad humilitatis cultum ob amorem Christi delecta sublimiter, vt viros desides in infirmo sexu fortis argueret, arrogantes in sexu vtroque personas pauperata diues, & nobilis humilitate confunderet. Igitur Marcellino Consule auo, de ambitu generis & opum luxu in teneris adhuc annis nuptias passa, & breui mater, sed infelicitate mortalium non longum potita est, ne diu terrena diligeret. Nam præter alias orbitates, quas irrito in fœtibus abortiuis labore, adhuc marito participe desleuit: ita creuit æruumis, vt duos filios & maritum intra anni tempus amitteret, vnico tantum sibi paruulo ad memoriam potius, quam ad compensationem affectuum derelicto.* hæc & alia de ipsa Paulinus: sed quod eam dicat habuisse Marcellinum auum Consulem, Hieronymus *h* filiam eius appellat: at Ruffinus *i* Paulino consentit, qui etiam eam neptem Marcellini Consulis nominat: Palladius vero res ab ea gestas conscribens, cum Hieronymo Marcellini filiam vocat. gessisse reperitur Consulatum ordinarium Marcellinus cum collega Probino anno Domini trecentesimo quadragesimo primo, vt legitimi Fasti Consulares indicant. Porro Melaniæ filio hoc tempore Præturam Vrbanã fungenti iunctam fuisse constat in matrimonium Albinani *k*; Melania vero iunior eius neptis Piniano in matrimonium tradita fuit: sed de his infrà.

g Paulin. ep. 10.

MELANIÆ GENVS.

Laudat S. Hieronymus fœminæ summam constantiam, quod simul siccis oculis sepelisset virum suum ac duos *l* filios; vno vero superstite derelicto, peregrinata fuerit in Ægyptum primo, inde Hierosolymam: ibique ad quinque lustra esse commoratam, Paulinus tradit *m*, amplius vero annos duos, nempe vigintiseptem, Palladius *n* affirmat.

h Hier. in Chron. *i* Ruffin. l. 2. hist. c. 1. in Hieron.

k Palad. c. 55.

l Hieron. ep. 25.

m Paulin. ad Seuer. ep. 10.

n Palla. in Laus. c. 55.

Porro Melaniæ in Ægypto commoratio magnũ plane cum ipsi, tum Ruffino attulit detrimentum: siquidem cum Didymo Alexandrino magni nominis viro, & ob eximiam cõiunctam cum oculorum cæcitate peritiam plane cunctis admirabili, intimam consuetudinem habentes, propinante illo ipsis sitientibus, quem mitifice prædicabat, Origenem suum, hauserunt isti vna cum dulci potu venenum.

XCIV.

Huius autem vt hic repetamus exordia, anno hic quinto ætatis suæ (vt auctor est S. Hieron. *o*) oculos perdidit, sed tamen lectore adhibito tanta didicit, vt admirationi omnibus esset, ac plane miraculo, quod geometricas assecutus fuerit facultates, quæ vt addisci possint, maxime visu indigent: testatur id quidem Hieronymus de eo *p*. De cuius vitæ instituto hæc quoq; Ruffinus *q*: *Indefinenter Dominus deprecabatur, non vt oculorum carnalium visum, sed vt illuminationem cordis acciperet: misscebat autem precibus studia & laborem, & inges continuas, vigilias non ad legendum, sed ad audiendum adhibebat, vt quod aliis visus, hoc illi conferret auditus. Cum vero post lucubrationis laborem somnus, vt fieri solet, legentibus adueniret: Didymus silentium illud non ad quietem vel otium datum ducens, tanquam mundum animal, ruminans cibum quem ceperat, ex integro reuocabat; & ea, quæ dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognouerat, memoria & animo retexebat, vt non tam audisse quæ lecta fuerant, quam descripsisse mentis suæ paginis videretur. Ita in breui, Deo docente, in tantam diuinarum humanarumq; literarum eruditionem ac scientiam venit, vt scholæ Ecclesiasticæ doctor existeret, Athanasio Episcopo, cæteris q; sapientib. in Ecclesia veris Dei admodum probatus, sed & in cæteris sine Dialecticæ, siue Geometriæ, Astronomiæ quoq; vel Arithmeticæ disciplinis ita esset paratus, vt nullus vnquam Philosophorum aliquæ ex his artibus proponens, obtinere eum, vel concludere quiuerit; sed statim vt responsiones eius acciperet, magistrum eum etiam illius, de qua proposuisset, crederet disciplina. Huius aliquanti dicta vel communiter disputata, vel proponentibus responsa, adhibitis notariis, descripsere, quæ & nunc in magna admiratione habentur. Nos autem, qui vnius vocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, & ea, quæ à nonnullis, dicente eo, descripta legimus: longe maiorem gratiam, & diuinum nescio quid ac supra humanam vocem sonare, in illis magis sermonibus, qui de ore ipsius proferebantur, agnouimus.* hæc Ruffinus de eorres vero gestas cum Antonio superius diximus, eadem quoque Theodoretus *r*, atq; Sozomenus *s*. Quantum eum coluerit S. Hieronymus, dicemus suo loco.

o Hier. in Chron hoc anno 9. Valent.

p Hieron. de Scrip. eccl. in Didym.

q Ruffin. l. 2. c. 7.

DE DIDYMO ALEXANDRINO.

Sed illud plane lugendum, vt Didymus, qui ex cæco factus sit scientia videns, eadem ex videte cæcus euaserit: quippe qui sui Origenis amore captus, ita erga eum affectus est, vt quæcunq; ille scripserat, velut à cœlo lapsa acceperit, magnoq; Ecclesiæ detrimento aliis communicauerit: necid quidem palam vel omnib[o], sed furtim in aures curiosorum audientium instillaret, quos facile omnis agitaret doctrinæ vẽtus. Talibus ab ipso compertis (proh dolor) Melania atque Ruffino, sic eorum animis Periarchon Origenis infudit, vt eo tãquam magno thesauro di-

r Theod. li. 4. c. 27.

s Soz. l. 7. c. 14.

tati cuperent totum Catholicum orbem locupletari: sed plane aspidis oua fouerunt; quibus ruptis, prodiere serpentes, quorum lethali veneno quam plurimi misere petiere. At de his inferius suis locis pluribus agendum erit: hæc modo satis in his, quæ spectant ad Melaniæ & Ruffini consuetudinem cum Didymo in Ægypto hoc tempore, quo illuc sunt peregrinati. Mentio est apud Socratē a de alio Didymo monacho sene solitarie agente, ab hoc, de quo igitur, longe diuerso.

a Socr l. 4. c. 19.

XCVI. His de Didymo Alexandrino narratis, iam Melaniæ vestigia assectemur: Quæ hoc eodem anno, quo ex Petri Alexandrini literis vidimus Ægypti Episcopos & monachos relegatos esse Diocæsaream oppidum in Palæstina situm, illis ministratura, magno fidei ardore successa, Hierosolymam profecta est. Quid vero ipsa ibi egerit; Palladius docet his verbis b: *Post hæc autem, cum Alexandriæ Præfectus Augustalis Isidorum, Pithymum*, Adelphium, Paphnutium, Pambonem, inter quos etiam senem Ammonium vnam habentem auriculam, & duodecim Episcopos, presbyteros q, & alios quosdam vsque ad centum duodecim numero circa Palæstinæ Diocæsaream damnasset exilio: istos hæc beatissima omnes secuta est, & propriis facultatibus eis ministerium suum præbuit. Cumq, ab illis, qui in memoratorum custodia erant, prohiberetur hæc facere (sicut mihi & ipsi sæpe referebant; nam & ego S. Pithymum & Isidorum & Paphnutium vidi.) benedicta tunc illa, sumpta veste seruili circa vespertinas horas, omnia eis vitæ necessaria afferebat.*

b Palla. in Lausiac. c. 11. * Euthymium.

MELANIÆ PROSECTIO IN PALÆSTINAM.

XCVII. PRÆFECTVS PALÆSTINÆ QVID IN MELANIA.

Quo cognito, Palæstinæ provinciæ Consularis, credens, quod sinus suos posset summa quadam acq, terrore ex pecunia eius implere: insuper eam (ignota enim ipsi erat) scorripi, & in carcerem trudi. Ex quo loco tunc ei per internuncios quosdam sancta illa mandauit: Ego, inquit, illius filia, & illius comes fui, ancilla vero nunc Christi sum: ne ergo me ob vilitatem præsentis habitus contemnendam putaueris; quia facile extollere, si velim, me possum: nec terrere igitur me in aliquo vales, neque quicquam mihi de rebus meis auferre. Atque ideo ne forte sis ignorans periculum aliquod aut crimen incurras: idcirco ista tibi mandaui, quasi qua diceret, interdum enim necesse est aduersus imprudentes hæc agi, & veluti accipitre vel cane contra eos arrogantia vti, quæ congruo tempore superbos comprehensura imitatur. Talibus ergo verbis mox ipse territus Iudex excusauit eidem factum suum, & ita eam, vt meruerat, honorauit; & iussit, vt ad illos viros quoties vellet, accederet. hactenus de illius ministerio exhibito confessoribus.

XCVIII. QVÆ EGERIT MELANIA HIEROSOLYMIS.

De commemoratione vero eius Hierosolymis sic mox subdit: *Hæc autem, reuocatis ab exilio memoratis viris, monasterium apud Hierosolymam sibi fecit, in quo viginti & septem annorum tempus impleuit, quinquagintā secum sorores virgines habens. Erat etiam cum ea Rufinus quidam nomine, Italus, ciuis ex Aquileiensi oppido, vir nobilium & in proposito singulari satis fortium morum, qui ad presbyteratum postea meruit peruenire: quo nullus mansuetior, fortior, & placidior, tanquam omnia scirem, in sexu virili potuit inueniri.* hæc quidem de Rufino Palladius, de Origenis sectatore Origenista, Hieronymus eam ob causam perinsensus: vt non miremur, si qui Rufinum immensis laudib. ornat, Hieronymum eodem in commentario contumeliis laceret. Sed de Palladio suo loco plura inferius; qui de instituto Melaniæ atque Ruffini toto illo temporis spatio, quo vixerunt Hierosolymis, ista subdit:

XCIX. OPERA MELANIÆ ATQVE RVFFINI.

Isti igitur in viginti & septem annis omnes apud Hierosolymam sanctos, atque peregrinos Episcopos & monachos, virginesque (hoc enim vouerant Deo) susceperunt propriis sumptibus adhonere consueuerunt, omnesq, ad se venientes meliores tanti animi ac talium rerum contemplatione fecerunt. Illos enim quadringentos numero monachos, qui propter Paulinum, Antiochenum Episcopum scilicet, se ab Ecclesia separabant, sanctæ rursus Ecclesiæ reddiderunt. Omnes etiam prætor hos pernerse secta homines, & contra Spiritum sanctum sacrilego ore certantes, ad Ecclesiam nostram, vera siladendo, ac ingiter cunctos docendo, reuocauerunt, honorantes quidem ac sæpe pascentes eiusdem loci clericos: & hoc pariter facientes, vitam suam pro studio finierunt, nulli quidem ex se vel leuem dantes scandali suspicionem, totum vero orbem terrarum spirituali ædificatione plenissimum relinquentes. hactenus Palladius. Sed iam his de peregrinatione Melaniæ recensitis, ad cladem Alexandrinæ Ecclesiæ prosequendam reuocemus iamdiu intermissam orationem.

Cum autem tantæ cladis Ecclesiæ Alexandrinæ fama præ sui immanitate toto Christiano orbe diffusa esset; sanctus Basilius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, ea accepta, ciusmodi ad Alexandrinos consolatorias literas dedit c:

C. S. BASILII LITERÆ AD ALEXANDRINOS. c Bas. ep. 91.

De persecutionibus apud Alexandriam & reliquam Aegyptum iamdudum ad nos fama peruenit, animosque nostros, vt par erat, affecit. Expendimus enim astutiam belli diabolici: quo modo is vbi Ecclesiam ex persecutione ab inimicis illata multiplicari, magisque florere vidit, insidias suas mutauerit: vt iam nos non ex aperto oppugnet, sed occultas insidias struat, consilii sui per nomen Christianum, quod hæretici prætexunt, obtegens: vt & eadem cum patribus nostris patiamur, & tamen haud videamur pro Christo pati, propterea quod & ipsi persecutores nostri Christianorum nomine censentur. Ista considerantes plurimum temporis ex iis, quæ apud vos gesta nunciata fuerant, animos nostros stupore repleuerunt & perculerunt. Re vera namq, insonuerunt vt ag, nostra aures, vbi cognouimus impudentem & humano generi inimicam hæresin eorum, qui vos persecuti sunt: quomodo nec aliquam reuerriti sint ætatem, nec molestias canicici, nec plebis dilectionem, sed corpora verberarunt & dehonestarunt, inque exilia eiecerunt, ac bona diripuerunt, quæcunq, accipere potuerunt, neque humanam veriti condemnationem, neque terribilem iusti Iudicii retributionem præuidentes. ista nos stupefecerunt, & ipso prope sensu destituerunt.

CI. EX DIRA PERSECVTIONE QVID IN MENTEM BASILII VENERIT.

Accesit autem ad hæc animi mei disceptationes & ista cogitatio: An Ecclesias suas prorsus reliquit Dominus? An nonsum, hora est, & hoc pacto initium sumit defectio, vt iam deinceps reueletur iniquus ille filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur super id omne, quod dicitur Deus, aut numen? Attamen si re temporaria est ista tentatio, forte tam vt boni Christi athletæ: siue omnimodo res nostra tradita sunt corruptioni; ne socordes simus ad ea, quæ accidunt, sed reuelationem è cælo & apparitionem magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi expectemus. Si namq, vniuersa creatura soluetur, & transmutabitur figura huius mundi, quid fuerit insolentia si & nos, qui creatura portio quadam sumus, communes afflictione tulerimus, tribulationibus, traditi fuerimus, quas pro mensura potentiæ suæ super nos iustus inducit Iudex, qui nos tentari non sinet supra quam ferre poterimus, sed & cum tentatione exitum dabit, vt ferre possimus?

CII. BASILII EXHORTATIO AD ALEXANDRINOS.

Expectant vos, fratres, Martyrum corona: parati sunt confessorum chori, vt manus vobis porrigant, atque ex operum suorum vos recipiant. Memores estote veterum sanctorum, quam nemo sit illorum deliciis & assentationibus patientiæ coronis dignus effectus, sed omnes per magnas tribulationes ingressi, experimentum sui dederint. Alij enim illusionibus & flagellis probati sunt, alij tentati sunt, selli sunt, occisione gladij mortui sunt. Hæc sunt, vnde decorantur sancti. Beatus est, qui dignus habetur, vt pro Christo patiatur: beatior is est, qui abundantiores afflictiones tulit: afflictiones enim huius temporis non sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quod si ipse ad vos venire potuissem, congressu vestro nihil fuisset carius, vt & athletas Christi viderem & complecterer, & precum donorumque spiritualium, quæ vobis data sunt, consortia peterer. Quoniam vero corpus habeo diuturno morbo confectum, ita vt ne lecto quidem descendere queam: & multi sunt, qui instar luporum rapacium vobis insidiantur, occasionem venantes, an aliquo pacto oculus Christi aliquando vacare possit: necessario per literas inuisere vos institui, obsecrans cum primis quidem, vt continue pro nobis precemini, quo reliquos dies aut etiam horas Domino secundum Euangelium regni seruire mereat: deinde vero, vt & imperitiæ meæ & literarum tarditati ignoscatis. Nam ægre nobis eius hominis copia facta est, qui desiderio nostro seruire queat: dico autem de Eugenio monacho filio nostro, per quem vos obsecro, vt pro nobis & vniuersa Ecclesia oretis, deque rebus vestris rescribatis, vt cognitis illis alacriores reddamur. hactenus Basilius ad Alexandrinos.

CIII. IMP. ROM. APOSTASIA. ET SARACENORVM REGINÆ CONFESSIO.

At quid interea magna admiratione dignum accidit? Dum negat Romanus Imperator fidem Catholicam, & confitentes illam ignominiis afficit, direque persequitur; profitetur eam ac prædicat Regina Sarracenorum; quosque ille spernit, hæc honorat; ille fugat, hæc reuocat; pellit ille Episcopos, pulsos ipsa petit: atque adeo vbi crudelis & ignominiosa Alexandriæ viguit persecutio, Catholicus ibi Dei nutu honore habetur Episcopus, atque magno exemplo fides Catholica prædicatur, & Arianus ipse respui-

CVI.

resuscitur Antistes. Sed quonam modo tantum prodigiũ factum sit, aggrediamur enarrare. Iecerat iam ante fundamenta fidei apud Sarracenos S. Hilarion Abbas, qui (vt testatur S. Hieronymus *a*) multos Sarracenorum arreptos à dæmone frequenter liberauit, cultuique Veneris addictæ gentis illius sacerdotem conuertit ad fidem: qui quidẽ nec ipsum Hilarionem abire passi sunt ante, quã futuræ Ecclesiæ lineam mitteret. Qui ergo adeo magna ab Hilarione sunt consecuti; eo defuncto, illi patrem quæsierũt dari sibi hominem Episcopum Orthodoxum. At quo modo res se habuerit, Rufinum audiamus auctorem: *Dũ, inquit b, Lucius omni arrogantia atque sæuitia ageret, Mauuia Sarracenorum Regina vehementi bello Palæstinã & Arabici limitis oppida atque vrbes quatere, vicinasq; simul vastare prouincias cœpit. cumq; frequentibus bellis Romanum attriuisset exercitum, & plurimũ percepto reliquos vertisset in fugam: orata pacem non aliter se amplexuram permittit, nisi Moysen quidam nomine, monachum gentis suæ ordinaretur Episcopum, qui in eremo paruibus suis propinqua vitam solitariam ducens, merito & virtutibus, ac signis, quæ faciebat Deus per illum, mirificè inmineret.*

a Hieron. in vita S. Hilarionis.

b Rufin. l. 2. c. 6.

CIV.
MOYSES ELECTVS LVCIVM ARIANVM REIICIT.

Petitio tam Principi inaudita Romano sine vlla dilatione inbetur impleri à ducibus nostris, qui ibi infeliciter pugnauerant. Captus Moyses ad sacerdotium suscipiendum Alexandriam ex more deducitur. Adest Lucius, cui ordinandi ferebatur officium. Quo viso, Moyses præsentibus ducibus, qui perurgebant, & populis ait: Ego quidem me Deo esse dignum tanto sacerdotio iudico: verumtamen si aliquæ in me luce indigno diuina dispensatio putatur explenda: Deum nostrum cœli ac terræ dominum testor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutus & scelerum super me non vincet in amu. Cumque Lucius tam grauis noxæ immunem se videret in oculis plerorumq; Quare, inquit, ô Moyses, tam facile condemnas eum, cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquid de me aliter indicauit: audi fidem meam, & tibi ipsi magis, quam alijs crede. Tum ille: Desine, inquit, ô Luci, dolosis tuis me quoque imaginibus aggredi: Bene mihi nota est fides tua, quam protestantur serui Dei per metalla damnati, Episcopi in exilium trusi, presbyteri & diaconi extra Christianum nominis habitaculũ relegati, bestiis aly, aly etiam ignibus traditi. Numquid potest vertor esse fides, quæ auribus capitur, quam quæ oculis pernoscitur? Apud me certum est, quod qui Christo recte credunt, ista non faciunt. Et ita Lucius maiore dedecore deformatus (quoniam perurgebat necessitas Reipublicæ consulendi) compulsus est acquiescere, vt ab Episcopo, quos in exilium truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto, & gentis ferocissimæ pacem tenuit, & fides Catholica custodiuit inuenerat ac consortia. hucusque Rufinus: eadem etiam Socrates *c*, Sozomenus *d*, atque Theodoretus *e*. Pacis quoque fœdera stricta fuisse vinculo nuptiarum, dum huius Reginæ filia desponsata fuit Victori exercitus duci, Socrates auctor est. Meminit huius Victoris Ammianus *f*, fuisseq; tradit Magistrum equitum, sed & Præfecturæ Orientalis magistratum gessisse.

c Socr. li. 4. c. 29
d Soz. li. 6 c. 38.
e Theod. li. 4 c. 2.
f Ammian. lib 26. & lib. 30.

CVII.
S. HILARIONIS OBITVS.

* octauus

m Hier. in vita S. Hilarionis.

CV.
g Coteler. li. 2. c. 12.

De Moyse autem Episcopo Sarracenorum creato, quid apud eos egerit, Theodoretus *g* & Sozomenus paucis tractant. Theodoretus igitur hæc habet: *Postremo Moyses, vbi cum fide admirabili gratiam Episcopalem recepisset, ad illos, qui eum requirebant, profectus est, & partim doctrina Apostolica, partim miraculo eos ad veritatem traduxit.* hæc ipse: eadem ferme Sozomenus *h*, qui & hæc admiranda addit: *Fertur etiam, id temporis gentem quandam vniuersam ad religionem Christianam traduxisse, Zoomo eius principe, & rectore talis de causa baptizato. Iste cum fabulis omnino expers esset, ad monachum fama illius adductus venit, vti cum eo colloqueretur: apud quẽ de sua calamitate grauiter conqueri cœpit: siquidem tum Sarracenis tum omnibus aliis, credo, barbaris, liberos procreare, permagni æstimari solet. Monachus autem iubet eum bono animo esse, & precibus Deo adhibitis, cum dimittit, pollicitus pro certo, eum filium habiturum, si modo in Christum crederet. Vbi vero Deus promissa re ipsa præstiterat, & filium Zoomo natus erat: ipse Baptismi ministerio initiatus est, suoque subiectos ad idem ipsum induxit.* Sed de Sarracenis idem ait, quod haud diu ante Valentis Imperium, per monachos iuxta ipsos degentes didicerint Christianam pietatem; cum postea (vt dictum est) aucto fidelium numero, Moysen sibi dati Episcopum postularint, qui Lucii impietatem publica est detestatus confessione.

h Soz. lib. 6. c. 38.
FIDEI PROPAGATIO APVD BARBAROS.

Hæc autem de Sarracenis occasione persecutionis sub Lucio factæ Alexandriæ & in vniuersa Ægypto sunt recensita: quam quidem sicut exortam scimus hoc anno post obitum Athanasii, nequaquam tamen hoc eodem anno cessauit, sed vsque ad vltimum ferme Valentis annum perduraut: quod vero haud licuit distinguere, quid quoto eius anno factum sit, hic in vnum cuncta, quæ ex antiquioribus monumentis de his repetimus, sub hoc ipso anno iure descripsimus. Quibus addimus, horũ martyrum perseuerare iugem memoriam in chartis Ecclesiasticis descriptam, publiceque recoli in Ecclesiis tertio Idus Maii *i*.

i Martyrol. Rom. 13. Maij.

At quo modo alia quoque via Valens Imperator aggressus sit persequi monachos, cogendo eos adscribi militiæ, inferius suo tempore dicturi sumus. Quod autem ad Petrum Episcopum Alexandrinum spectat, de eius quoque Romam aduentu meminit sanctus Hieronymus *k*: quem mansisse apud Damasum constat, quamdiu eiusmodi persecutio perduraut: ea vero quiescente, testatur Socrates *l*, Alexandriam rediisse munitum eiusdem Damasi literis, quibus cum fides Catholica, tum etiam eiusdem Petri ordinatio probaretur. sed de his suo loco agendum.

k Hiero. op. 16.
l Socr. li. 4. c. 30.

Hoc ipso anno sanctus Hilarion præstantissimus monachorum, post innumera miracula edita, clarissimus sanctitate ex hac vita migrauit anno ætatis suæ (vt testatur sanctus Hieronymus) octogesimo: ex cuius etiam testificatione colligitur, eundem hoc ipso anno ex hac vita discessisse: siquidem ipsum tempore obitus Antonii Magni, qui contigit anno vigesimo primo Constantii Imperatoris (hic est annus Domini trecentesimus quinquagesimus septimus*) egisse annum ætatis sexagesimũ quintum tradit: quibus si addas annos quindecim, vt peruenias ad octogesimum, quo obiit; vtique deduces annos ætatis eius vique ad præsentem trecentesimum septuagesimum secundum. Scripsisse de laudibus Hilarionis epistolam sanctum Epiphanium, idem testatur Hieronymus, cuius occasione se vitam eius literis commendasse tradit, cum *m* ait: *Quanquam enim sanctus Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quæ vulgo legitur: tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti propriam narrare virtutem: vnde & nos fauore magis illius, quam inuentæ, coptum ab eo opus aggressuntes, maledicorum voces contemnimus.* hæc ipse.

CVIII.
EPIPHANII PRIMORDIA.

Sed quod de Epiphanii cum Hilarione consuetudine ex Hieronymo mentio facta est; dignum videtur, vt eiusdem Epiphanii his primordia coniungamus, ac explodamus ea ipsius Acta, quæ complurib⁹ conferta reperiuntur esse mendacijs: cum enim rebus ab eo gestis qui postea sequuntur anni intexti sint, haud æquum est ipsius ignorasse principia. Quod primum ad Epiphanii ætatem spectat, vt eius natalis temporis aliqua ratio haberi possit: sanctus Hieronymus de eo agens in commentario de viris illustribus, ipsum ad extremam senectutem iam peruenisse tradit *n*: optime namque eum nouerat, cui & magno erat consuetudinis & amicitiæ vsu coniunctus. Porro quando hæc de Epiphanio ipse scribebat, erat annus (vt ipse testatur *o*) Theodosii Imperatoris decimus quartus, Christi vero trecentesimus nonagesimus secundus. Quirigitur eo anno ad vltimam peruenerat senectutem, possumus æque opinari hoc tempore ipsum non minorem sexaginta annorum fuisse; & quidem tantæ æstimationis Episcopum, vt (quod dictum est superius) Valens Imperator persecutor eum vexare timuerit. De eius patrio solo & exercitatione monastica ab adolescentia, hæc Sozomenus habet *p*; cum monachos Palæstinos recenset:

n Hiero. de Scrip. eccl. in Epiphan.
o Idem ibidem in fin.
p Soz. lib. 6. c. 32.

Ex eorum numero fuere Hesychius Hilarionis sodalis, & Epiphanius, qui postea Salaminæ, quæ est vrbs Cypri, fuit Episcopus. At Hesychius eo ipso in loco, in quo magister eius vitam egit monasticam: Epiphanius autem circiter Besanducem pagum in tractu Eleutheropolitano situm, vnde etiam ortus fuerat, in eodem vitæ genere colendo se collocauit: qui ab ineunte ætate à monachis præstantissimis institutus, & in Ægypto longissimo tempore eadem de causa ver-

satus

satus in disciplina monastica, cum apud Ægyptios, tum apud Palæstinos illustrissimus habitus est. hucusque Sozomenus.

CIX. Quidnam vero Epiphanio periculosum, cum esset in Ægypto, contigerit, adeo vt parum abfuerit, quin seduceretur à Gnosticis: ipse narrat a, cum de iisdem turpissimis Gnosticis agit, his verbis: *In hanc hæresim, ô charissimi, etiam ipse incidi, & ex are eorum, qui hanc tractant, hæc in propria persona audiui. Mulieres autem sic deceptæ, non solum de his verba apud nos fecerunt, & talia nobis reuelarunt, sed etiam in Aegyptia illa perniciosa ac flagitiosa Archimagiri terra, eadem effrenis audacia nos attrahere in iuuentute nostra, lasciuia concita aggressæ sunt.*

a Epiphan. hæres. 26.

EPIPHANIVS A GNOSTICIS.

Verum qui tunc astitit sancto Ioseph, etiam nobis assuit; & eum, qui illum liberauit, nos indigni & insufficientes inuocantes, misericordiam consecuti sumus, & pernitiosas ipsarum manus effugimus: ac Deo sanctissimo hymno decantato, etiam ipsi dicere potuimus: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare. Non enim similis iustitiæ illius virtute, sed suspiriis ad Deum misericordiam consecuti, seruati sumus. Imperabant enim mihi pernicioſæ illæ mulierculæ, & deridebant me, velut indicabant ipsæ sibi ipsis mutuo illudentes, nimirum: Non potuimus, inquiebant, seruare adolescentem, & demissimus ipsum in manibus Principis perire. hæc illæ impudentes, quod ex præscripto nefandi dogmatis, perire dicerentur, qui continentem vitam ageret. & paulo post: *At misericors Deus ab improbitate ipsarum nos liberauit, vt etiam post lectos à nobis ipsorum Gnosticorum libros, & vere cognitam eorum opinionem, neque abductus sim, & effugerim, ac tunc non infectus fuerim, sed studium adhibuerim, vt etiam Episcopis illius loci eos ostenderem, & nomina in Ecclesia latentia deprehenderem, quo iidem ciuitate exigerentur (erant autem nomina circiter octuaginta) & ciuitas à tam grauis ac spinis eorum purgaretur.* hucusque Epiphanius, qui iterum inferius se ab omni eorum sorde impollutum cunctas ipsorum lustrasse fæces affirmat: Ista quidem adolescens, sed subsit Sozomenus:

CX. EPIPHANIVS CLARVS TOTI ORBI.

Postea quoque apud Cyprios non minore gloria fuit: apud quos electus est primaria vrbis totius insulæ Episcopus. Vnde, credo, in vniuerso prope dixerim orbe terrarum est maximam nominis celebritatem consecutus. Nam cum in multitudine hominum, & in vrbe ampla, eaque maritima sacerdotio fungeretur, ob præstantiam virtutis, qui etiam negotiis ciuilibus occupatus vsui est, breui tum ciuibus, tum peregrinis cuiusque nationis notus factus est: illis quidem, vt quis eum coram vidisset, eumq; pie vitæ fecisset periculum: his autem, vt qui illi idem de eo narrantibus, fidem adiunxissent. hæc Sozomenus. Auctor, qui Epiphanii Acta b conscripsit, Ioannes nomine, qui & se eius fuisse comitem in Ægypto tradit, de eodem ait, disputasse cum Hierace hæresiarcha, ipsumque diuino miraculo mutum reddidisse testatur eidemque pœnitenti vsum linguæ restituisse. Verum scias auctorem esse mendacem, multaque finxisse: nam quod ad Hieracem spectat, necdum natus Epiphanius erat: quando Hierax in Ægypto docebat. Accedat de his testis ipse Epiphanius, qui Hieracem mox post Manetem ordine ponit, etiam ante Meletium atque Arium: deque ipso pluribus agens, nihil penitus de miraculo vel pœnitentia Hieracis habet: hoc quidem minime prætermisisset, quod in primis exigebat argumenti ratio enarrati. At alia complura his monstruosiora idem compingit auctor, quæ suis locis confutanda erunt. Cæterũ claruisse ipsum miraculis, floruisseque doctrina cum vitæ admirabili sanctitate, fama eius vbique diffusa, ac reuerentia, qua coerciti sunt infensissimi ipsius hostes Ariani & ipse Valens, certo esse possunt argumento. Res autem ab eo gestas, annis singulis, adhibita ratione temporum, inferius describemus: iam vero quæ reliqua sunt anni huius acta recenseamus.

b Apud Metaphr. die 12. May Surium. 3.

CXI. MANICHÆI LEGE VETITI.

Hoc item anno, Valentinianus Imperator Treueris in Galliis agens ad Ampelium Præfectum Prætorio aduersus Manichæos ita rescripsit c:

c l. 3. de hæret. C. Th.

Vbicumque Manichæorum conuentus vel turba huiusmodi reperitur, doctoribus grauis censione mulctatis, domus & habitacula, in quibus profana institutione docetur, fisci turibus indubitanter adsciscantur. Datum VI. Non. Mart. Treuer. Modesto & Arinthæo Coss, cuius quidem legis sanctus Ambrosius d visus est meminisse, cum ait, impietatem Manichæorum Imperatoris auctoritate damnatam. Quænam autem præcesserit occasio, vt Manichæos iam diu ante etiam Diocletiani lege proscriptos oporteret iterum Christiani Principis auctoritate damnari, deque his scribere Romam ad Præfectum Prætorio, sanctus Augustinus satis manifeste insinuare videtur eo Commentario, quo agit de Manichæorum moribus, his verbis e: *Quid dicam de moribus vestris? Dixi quæ ipse comperi, cum in ea essem ciuitate, vbi ista commissa sunt. Romæ autem, me absente, quid actum sit, longum est explicare, dicam tamen breui. Eo enim res erupit, vt occulta esse non posset absentibus: & ego quidem postea Romæ cum essem, omnia vera me audiuisse firmaui: quamuis tam familiaris & mihi probatus, qui præsens erat, ad me rem pertulerat, vt omnino dubitare non possem. Nam quis vester Auditor in illa memorabili abstinentia mihi Electis cedens, qui & liberaliter instituta esset, & vestram sectam copiose vellet & soleret defendere, molestissime ferebat, quod ei vage pessimeque habitantium pastumque viuentium Electorum mores perditissimi sæpe disputanti obiciebantur. Cupiebat ita que, si posset, omnes, qui secundum illa præcepta vitam degere parati essent, congregare in domum suam, & suis sumptibus sustinere: erat enim & non mediocris pecuniæ contemptor, & non mediocriter pecuniosus. Querebatur autem impediri tantos conatus suos Episcoporum dissolutione, quibus aduersantibus implere debebat.*

d Ambros. ep. 81.

e Aug. de Morib. Manich. li. 2. c. vlt.

Interea autem Episcopus quidam, Manichæorum scilicet, *homo plane, vt ipse expertus sum, rusticanus atque impolitus, sed nescio quo modo ea ipsa duritia seductor in custodiendis bonis moribus videbatur. Hunc diutissime desideratum & aliquando præsentem arripit ipse, exponit voluntatem suam: laudat ille atque consentit: placet, vt in domo eius prior ipse incipiat habitare. Quod vbi factum est, eo congregati sunt Electi omnes, qui Romæ esse potuerunt. Proposita est viuendi regula de Manichæi epistola. Multis intolerabile visum est: abscesserunt, remanserunt tamen pudore non pauci. Cæpit ita vivs, vt placuerat & vt tanta præscribebat auctoritas: cum interim Auditor ille vehementer omnes ad omnia cogeret, neminem tamen ad id, quod non prior ipse susciperet. Interea vixæ inter Electos oriebantur creberrimæ: obiciebantur ad inuicem crimina: quæ ille gemens omnia audiebat; dabatque operam, vt se ipsos in turgando incautissime proderent. Prodebant nefanda & immania. Ibi cognitum est, quales essent, qui tamen inter cæteros vim præceptorum illorum subeundam sibi putauerunt esse. Iam de cæteris quid sufficiendum erat, aut quid potius iudicandum? Quid plura? Coacti aliquando nouum iurauerunt, sustinere illa mandata non posse. Inde in seditionem.*

CXII. MANICHÆVM CONVENIT ROMÆ.

CXIII. MANICHÆI ROMÆ DETECTI.

Agebat Auditor causam suam complexione breuissima; aut illa omnia esse seruanda; aut illum, qui talia sub tali conditione præcepisset, quæ nullus posset implere, stultissimum existimandum. Vicit tamen (non enim aliter poterat) vnius sententiam effrenatissimus plurium strepitus. Postea etiam ipse cessit Episcopus, & cum magno dedecore aufugit. Huius sane cibi præter regulam clanculo accepti & sæpe inuenti ferebantur, cum eis de proprio sæculo diligenter occultato pecunia copiosa suppeteret. Hæc si falsa esse dicitis, nimis apertis & pernulgatis rebus obsistitis. hactenus Augustinus. Quisnam autem fuerit Auditor iste adeo opulentus, vt omnes Manichæos in domum suam reciperet suis sumptibus alendos, idem S. Augustinus agens contra Faustum eiusdem sectæ patronum prodit f his verbis: *Adhuc in rebus humanis est ille Constantius, modo tam frater noster Catholicus Christianus, qui multos vestrum Romæ in domum suam congregauerat propter implenda præcepta Manichæi, satis quidem vana & inepta, sed tamen quæ magna existimatu: quibus cum vestra infirmitas oneraret, dispersi estis quisque in viam suam. Vnde illi, qui in eis perdurare voluerunt, à vestra ciuitate scbisma fecerunt. Et quia in mactis dormiunt, Mactarij appellantur: à quorum stratis longe dissimiles fuerunt plumæ Fausti & caprinæ lodices; qua delitiarum affluentia non solum Mactarios fastidiebat, sed etiam domum patris sui hominis pauperis Mileuitani. Auferte ergo peditanæ simulationem, &c.* at. Lege itaque Valentiniani iidem cum innotuissent Manichæi, vetiti sunt conuentus agere. Quod igitur simulando summam affectarent sanctitatem; in calumniam iesunantium Christianorum versa Romæ res est, vt (quod ait sanctus Hieronymus g) quem viderent pallentem atque tristem, miserum & Ma-

f Aug. contra Faust. lib. 5. c. 6. CONSTANTIVS MANICHÆVS CONVERSVS AD FIDEM.

g Hieron. 22.

nichæum vocarent. At quoniam modo qui lege proh biti sunt in vnum conuenire, clandestinos conuentus postea egerint, resque maxime abominandas perpetrarint, infestius dicturi sumus.

CXIV. SABÆ GOTHI MARTYRIVM.

Hoc item anno, iisdemq; Consulibus, Saba Gothus, perseuerante persecutione Athanarici, de qua plura superius, martyrium consummauit: extant eius martyrii Acta & quidem fidelia, in quibus hæc in fine de tempore necis ipsius: Martyrio coronatus est quinta die sabbati post Pascha, hoc est, pridie Idus Aprilis, Valentiniano & Valente Imperatoribus, Consulatum gerentibus *Modesto & Arintheo*. hæc ibi: qua pariter die adscripta reperitur ipsius memoria in Ecclesiasticis tabulis. meminit eius quoque Suidas.

CXV.

Nec prætereundum, quod sanctus Hieronymus sub anno octauo absoluto, nono tamen inchoato Valentiniani & Valentis Imperatorum (est hic ipse annus) in Chronico ait: *Presbyter Sirmij iniquissime occiditur, qui Ostalianum ex Proconsule apud se latitantem prodere noluisse.* hæc ipse. Persimile namque huic factum de Firmo Episcopo narrat sanctus Augustinus ad Cosentium ita scribens *a: Quanto ergo fortius, quanto excellentius dices. Nec prodam, non mentiar. Fecit hoc quondam Episcopus Tagastensis Ecclesiæ, Firmus nomine, firmior voluntate. Nam cum ab eo quæreretur homo iussu Imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se confugientem delegarat, quanta poterat, occultauerat: respondit quærentibus nec mentiri se posse, nec hominem prodere: passusque multa tormenta corporis (nondum enim erant Imperatores Christiani) permansit in sententia. Deinde ad Imperatorem ductus, vsque adeo admirabilis apparuit, vt ipsi homini, quem seruabat, indulgentiam sine vlla difficultate impetraret. Quid autem hoc fieri potest fortius & constantius?* hæc sanctus Augustinus: ex quibus videas æquiorem erga Episcopum fuisse Ethnicum Imperatorem, quam contra presbyterum Valentinianum, ab omnibus crudelitatis nimiæ condemnatum. huius autem Firmi dies natalis in sanctorum memoriam descriptus habetur, pridie Kalend. Augusti.

a *Aug. ad Cosent. de mendac. c. 13.*

CXVI.

Hoc patiter anno de curanda Constantinopolitana bibliotheca Valens ad Clearchum eius Vrbis Præfectum ita rescripsit *b*:

Antiquarios ad bibliothecæ codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Græcos, & tres Latinos scribendi peritos legi iubemus, &c. Dat. VIII. Idus Martij, Modesto & Arintheo Cos.

b *l. 2. de stud. liber. C. Theod.*

IESV CHRISTI
Annus 373.

DAMASI PAP. Annus 7. VALENTINIANI VALENTIS IM. 10.

I. CONCILIVM ROM. ADVERSVS APOLLINARIVM.

VAlentinianus & Valens Augusti, quarto inito Consulatu, dedere nomen in Fastis anno Christi trecentesimo septuagesimo tertio, quo Romæ celebratum est à Damaso Papa Concilium aduersus Apollinarem hæresiarcham, in quo & aliæ grassantes in Oriente hæreses damnatæ sunt. Quod autem ad tempus spectat: cum exciderint plane Synodi Acta, ex quibus id accipere licuisset, aliunde ratio confignati temporis petenda est: ad quā insinuandam, illud in primis meminisse oportet, ex tertia legatione Basilii ad Damasum missa anno superiori, inter alia (vt vidimus) significatum esse de hæresi Apollinaris damnanda, quæ hactenus nulla cohibita lege Ecclesiastica, libere ab auctore Antiochiæ docereturi: imo quod auctor vir pius atq. eruditus existimaretur, ac proinde qualis re vera esset, ignoraretur; non Basilium tantum & Gregorium Nazianzenum, sed etiam Damasum atque Hieronymum (vt dictum est) ad præsens vsque tempus cum homine ad litterarum consuetudine saltem communicasse certum est. hæresi autem eius curiosius explorata, quam primum Orthodoxi Orientales sese ab eius communicatione diuisere, deque ipso sanctus Basilius ad Damasum scripsit anno superiori: qui acceptis ea de re à sancto Basilio literis, aduersus Apollinaris hæresim Romæ Concilium conuocauit. res enim haud longiori mora retardanda erat, ne patientia Damasi, cum eo communicantis mutuæ cum Apollinare societatis suspicionem afferret. Rursum vero quod eadem Apollinaris hæresis Romæ damnata esse dicatur à Damaso atque Petro Episcopo Alexandrino Romæ tunc existente: cum eiusdem Petri Romam aduentum ex persecutione Arianorū concitata post ingressum Lucii Alexandriam, contigisse oporteat prope finem anni superioris: iure in præsentem annum. idem Romanum Concilium referri debet; de quo Sozomenus *c*: *Hanc quidem Apollinaris hæresim apud multos serpere Damasus Episcopus Romanus, & Petrus Episcopus Alexandrinus cernores facti, primi omnium, Concilio Romæ conuocato, eandem alienam esse ab Ecclesia Catholica pronunciarunt.* hæc ipse, atque hactenus quo ad tempus.

c *Soz. l. 6. c. 25.*

II.

Quod autem eius Synodi Acta penitus excidisse videantur: ex fragmentis hinc inde petitis, quantum fas, restituamus in integrum. Ac primum illud non ignorandum, Vitalem Antiochiæ agentem patronum hæresis Apollinaris, ea de causa in crimen vocatum, ad dicendam causam apud Damasum Romam se contulisse, edidisseque Catholicæ fidei formulam, qua neque iniuste hæresis accusatum exclamasse. Cum igitur fidei libello edito, vt Catholicus probatus esset, ab eodem Romano Pontifice sic acceptus est, vt eius causam Paulino Antiocheno Episcopo cognoscendam delegauerit, libellumque ad eundem Paulinum dederit: cui Vitalis subscripsit: quod postquam à Vitale factum est, in communionem Catholicam fuit acceptus. Sic igitur Vitalis, Damasi communionis virtute, ab aliis quoque *Orthodoxis in communionem admissus est, & inter eos à Gregorio Nazianzeno*: qui postea eius rei causa insimulatus, *ad Cledonium* d *scribens, sic se apud eum excusat: Ne autem nos, inquit, hoc nomine accusent, quod Vitalis, vestris nobis carissimi fidem, quam ita postulante Damaso Papa Romæ Episcopo, literis confignatam edidit, prius quidem probauerimus, nunc vero repudiemus: de hac quoque re pauca disseremus, &c.* post multa vero: *Quoniam igitur eadem voces, si recte intelligantur, cum pietate coniuncta sunt, si perperam exponantur, impietate non carent: quid mirum, si Vitalis quoque verba nos quidem, ita suadente voluntate, in pium sensum accepimus, alij vero ad eorum, quæ scripta sunt, mentem exasperantur & inflammantur? &c.*

d *Gr. Naz. Cledon. adversus Apoll. ep. 2.*

III.

Quænam igitur fuerit Vitalis Romæ edita fidei confessio, vtra à Damaso minime reiceretur, ex iis, quæ ibidem Gregorius Nazianzenus habet, satis apparet. Quod enim Vitalis atque Apollinaris eius magister hæresis accusarentur, quod affirmarent Christum fuisse mentis expertem, carnemque tantum absque mente suscepisse humanam: cum ipse Vitalis diserris verbis sua fidei professione confessus esset in Christo sicut carnem, ita & mentem: quisnam in tam aperta confessione credi poterat laqueus occultari? Sed latentem dolum aperit idem ipse Gregorius, cum ait *e*: *Pias quidem dictiones consentur, verum circamentem dolum struunt, non quidem animæ, nec rationis, aut mentis expertem, nec imperfectum hominem confitentes, externum animæ ac rationis ac mentis loco diuinitatem inducunt.* & infra: *Christum mentem habere prauæ & per quam stolidæ interpretantur; nimirum pro Christi mentem diuinitatem significari contendentes, non autem hunc locum more nostro exponentes, &c.* At quid faciendum fuisset, quæritur, si verba pia atque Catholica falsa interpretatione Vitalis callide corrupisset, falsoque intulisset?

e *Gr. Naz. vbi supra.*

IV.

Audiamus ab Elia Cretensi *f* totam hanc de Vitali Romæ causam actam, eum eam his verbis enarrat: *Hic igitur Vitalis cum apud beatissimum Damasum (erat autem hic veteris Romæ Episcopus) tanquam Apollinaris sectator accusatus fuisset, postea cum sanctissimo illo Episcopo, vt fidem suam exponeret, eam scripto mandatam edidit. Et quia prima fronte recta & sana esse visa est: ideirco & Damasus, & item diuinus hic magister, nempe Gregorius Theologus, eam admiserunt, quod abditam & occultam fraudem nullo modo deprehendissent, nec versutam malignitatem sub verbis latentem animaduertissent. Etenim in suo de*

f *Elias Cretens. apud Gr. Naz. epist. 2. ad Cledon.*

fide

fidelibello diuinæ scripturæ verba sine vlla depravatione collocabat, nihil prorsus immutans, nec orationis seriem adulterans: at veropietatis sensum apud eos, qui sincero erga ipsum animo erant perueretere minime desinebat; exsurgens videlicet & inuertens, atque ad hæresis suæ sententiam obtorto collo trahens. Quid igitur? Statim vt dolum suæ fraudulentum ac versutum hominem, vt merebatur, ab Ecclesia proscribunt. Quo nomine eum ab iis, qui mutationis eorum causam minime cognitam habebant, in crimen vocarentur: idcirco vir sanctus adductus est, vt & pro Damaso Romæ Episcopo, & pro se ipso causam diceret. hæc Elias de his, quæ ad historiam pertinent. Cæterum constat, nequaquam Romæ à Damaso tunc susceptum esse Vitalem, probatamque penitus eius confessionem, sed eius causam delegatam fuisse (vt diximus) Paulino Episcopo Antiocheno; quod sane Damasi indicant literæ postea ad Paulinum ipsum datæ: extant ipsæ, quibus eiusmodi affixus est titulus *a*:

a Tom. 1. Concil. edit. nouæ. V.

Ad Paulinum Antiochenum Episcopum de fide & libelli formula, cuiusmodi qui ab hæresi reuertuntur, debeant profiteri.

EPIST. DAMASI AD PAVLINVM DE RECIPIENDO VITALI.

Dilectissimo fratri Paulino Damasus.

Per filium meum Vitalem ad te rescripta direxeram, tuæ voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens; & per Petronium presbyterum breuiter indicaueram me in articulo tam profectionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde neque tibi scrupulus resideret, & volentes forsitan Ecclesia copulari tua cautio probanda differret: fidem nostram misimus, non tam tibi, quæ eius fides communione sociaris, quam his, qui in ea subscribentes, tibi, id est, nobis per te voluerint sociari, dilectissime frater. Quapropter si supradictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari: primum debent in ea expositione fidei subscribere, quæ ad Nicænam pia Patrum voluntate firmata est. Deinde quoniam nemo potest futuru vulneribus adhibere medicamen, ea hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente ducitur pullulasse. Id est, confitendus ipsa Sapientia, Sermo, Filius Dei humanam susceptasse corpus, animam, sensum, id est, integrum Adam, & vt expressius dicam totum veterem nostrum, sine peccato, hominem. Sicuti enim confitentes eum humanum corpus suscepisse, non statim ea & humanas vitiorum adiungimus passiones: ita & dicentes eum suscepisse & hominis animam & sensum, non statim ducimus & cogitationum eum humanarum subiacuisse peccato. Si quis autem dixerit, Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum; hunc Catholica Ecclesia anathematizat, necnon eos, qui duos Saluatores filios confitentur, ad est, alium ante incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex Virgine, & non eundem Dei filium, & ante & postea confitentur. Quicunque huic epistolæ subscribere voluerit, ita tamen, vt in Ecclesiasticos canones, quos optime nostis, & in Nicænam fidem ante subscripserit: hunc habebis absque aliqua ambiguitate iusceptum. Nos quæ hæc ipsa, quæ nos scribimus, non potuerit consentiendo suscipere onere; sed quod tibi consensus nostræ libertatis in suscipiendo trahat exemplum. hactenus epistola Damasi ad Paulinum.

VI. VITALIS DOLOSE HONESTVS VERBIS HÆRESIM OCCVLTAT.

At quid igitur Vitalis Auditi ex Gregorio Theologo & Elia Cretensi Subscripsit, probauitque oblatam à Damaso Catholicæ fidei confessionem, in communionemque fuscepturus est. At quo modo Catholicus non inuentus? eo quod pura sinceraque eius verba in prauum illum, qui dictus est, dictum conuertit. Detectus autem, Apostolici iudicii censuram, quam metebatur, excepit. Nam hæc omnia in præsens, de quo agitur, Concilium Romanum; allata cum fuisset; detecta eius impietate, fuit ipsa hæresis omnium damnata calculo, atque auctores hæresis, eiusdemque sectatores ab Ecclesia pœna excommunicationis electi. De eiusmodi autem Damasi habito Romæ iudicio ita meminit idem Gregorius Nazianzenus *b*, vbi ait: *Quod etiam in causa fuisse ea, cur ipse quoque Damasus, cum postea rectius edoctus fuisset, simulq; in pristinis ipsos expositionibus perstare audisset, eos ab Ecclesia cœtu abdicarit, fideique libellum* (oblatum scilicet ante Romæ *cum anathematismo deleuerit; tum etiam quod fraudem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permoleste ferret.* hæc Gregorius, haud conscius (vt apparet) rem ipsam integram fuisse à Damaso Paulino Antiocheno Episcopo delegatam.

b Gr. Naz. epist. 1. ad Hellen.

VII. Qui igitur damnauit Vitalem, Apollinari eius auctori & primario hæresis inuentori Damasus nequaquam pepercit, sed & in hoc Concilio Timotheum alium eius discipulum pari ter condemnauit. testatur id quidem ex eiusdem Damasi literis Theodoretus, cum ait *c*: *Damasus item vir omni genere laudis florentissimus, simul vt hanc sectam exortam accepit, non Apollinarem solum, verum etiam Timotheum eius discipulum abdicauit: Quam rem Episcopis etiam Orientales Ecclesias gubernantibus significauit per litteras, quas in historiam illigare, non incommodum existimauit:* sic enim se habent:

c Theod. lib. 5. c. 10. DE DAMNATIONE APOLLINARIS ATQVE TIMOTHEI.

VIII. *Quod vestra charitas debitam sedi Apostolicæ reuerentiam tribuit, filij honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo sane honori est. Nam tametsi S. Ecclesia, in qua S. Apostolus sedens nos docuit, quo pacto illius gubernacula, quæ suscepimus, tractanda sint, nobis primæ partes deferuntur: tamen consistentur, nos illo dignitatis gradu longe inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, vt ad gloriam beatitudinis eius, si qua ratione possimus, tandem aliquando perueniamus.*

Sciatis velim, fratres, nos Timotheum illum profanum Apollinaris hæretici discipulum cum impio suo dogmate iampridem abdicasse: & ob eam causam credimus reliquias eius nihil in posterum momenti habituras. Quod si antiquus ille serpens semel atque iterum ictus ad suam ipsius pœnam augendam reuixerit, & extra Ecclesiam cæcitus nonnullos etiamnum fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitium trahere non cessat: vos hanc eius astutiam velut pestem quandam delinate, & recordamini sedulo tum fidei ab Apostolis traditæ, tum huius vel maxime, quæ est à sanctis Patribus in Concilio Nicæno scriptis prodita: inque eam gradum firme defigentes, immobiles perstate: & ne posthac sustineæ, vt ne vel clerici vestri, vel laici inanes sermones quæstiones ve obscuras audiant.

IX. *Iam enim semel formulam edidimus, vt qui se Christianum profitetur, illud teneat, quod ab Apostolis traditum est. Quippe diuinus Paulus ſi. loquitur d: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.*

d Gal. 1.

Nam Christus filius Dei Dominus noster generi humano per passionem suam plenissimam salutem reddidit, vt totum hominem peccatis implicatum ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfectam humanitatem, aut imperfectam diuinitatem habuisse dixerit: spiritu diabolo completus, se filium gehennæ ostendit. Itaque quid est, cur abdicationem Timothei à me rursus requiratis, qui etiam hic iudicio sedis Apostolicæ, Petro inquæ Alexandria Episcopo præsente, abdicatus est vna cum magistro suo Apollinare, qui eodem iudicio debitas pœnas & supplicia persoluet? Quod si ille, qui veram spem in Christum vna cum fidei confessione mutarit, velut spem quandam salutis retinens, alios quosdam, qui sunt leuiores, ad suam perducat sententiam: sciant illi, se propterea cum eo similiter peritu-ros, quod in animum aliquando induxerint Ecclesiæ canoni repugnante. Deus autem vestri honoratissimi seruet incolumes. hactenus Damasi epistola ad Orientales.

X. Scripti sunt autem ab eadem Synodo anathematismi non aduersus tantum hæresim Apollinaris, sed etiam contra alias ingruentes hæreses Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii, & Photini recitat eosdem Theodoretus *e* ex epistola ad Paulinum Thessalonicensem, imo puto legendum, Antiochensem, ad quem tunc sedentem Antiochiæ Episcopum superius citata extat epistola. sic vero illi se habent:

e Theod. lib. 5. c. 11.

XI. ANATHEMATISMI ADVERSVS HÆRESES HORVM TEMPORVM.

Quoniam post Concilium Nicænum eiusmodi error emersit, vt quidam profano ore dicere audeant, Spiritum S. per Filium factum esse: Anathema denunciamus omnibus, qui non libere prædicant Spiritum S. vnius & eiusdem cum essentia, tum potestatis cum Patre & Filio.

Pari ratione anathema indicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eundem esse.

Anathemate item damnamus Arium, & Eunomium, qui pari impietate licet ea bis discrepent, tum Filium, tum Spiritum S. creaturam esse asserunt.

Sint porro Macedoniani nullatenus anathemate, qui ex radice Ariana exorti, non impietatem, sed nomen solum immutarunt.

Photino quoque sit pœna anathematis irrogata, qui hæresin Ebionis renouans, Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria solum editum asseuerat.

Illi præterea anathemati addicantur, qui duos filios esse affirmant, vnum ante sæcula; & alium post carnem ex Maria assumptam.*

*sumptam

Anathema etiam illis adiudicauimus, qui asserunt, quod in carne humana Verbum Dei loco animæ rationis participii habitauit. Nam idem ipsum Dei Verbum non animæ rationis & mentis compotu locum in corpore, quod sibi sumpsit, obtinuit, sed nostram animam, hoc est, ratione & mente præditam, expertem tamen peccati accepit seruanitq.

Denique sit illis inflictum anathema, qui dicunt Verbum Dei productione & contractione à Patre secerni, ipsumque essentia expertem esse, aut morte interiturum, scelerate impieque prædicant: Quæ autem sequuntur vsque ad sequentem anathematismum, habet amplius Theodoretus, videlicet: Eos autem, qui ab Ecclesiis, in quibus vixerunt, ad alias se transtulerint, vsque eo sint à nostra communione alieni, quo ad ipsas vrbes redierint, in quibus erant primum ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in alterius locum, qui sedem mutauit, cooptatus sit; tantisper à sacerdotali dignitate vacet ille, qui cuiuscunq; propriam deseruerit, dum qui eis successerat, obdormierit in Domino.

XII. Si quis non dixerit, Patrem semper esse, semper esse filium, & semper Spiritum S. anathema esto.

Si quis negauerit filium genitum à Patre, hoc est, ex diuina eius essentia, anathema esto.

Si quis negauerit filium Dei perinde verum Deum, vt Pater verus Deus; & omnia posse, omnia scire, Patrique æqualem esse, anathema esto.

Si quis dixerit, filium Dei, cum in carne viueret, inque terris degeret ætatem, non in cœlis etiam cum Patre fuisse; anathema esto.

Si quis dixerit, filium Dei cum passus sit in cruce, non in carne solum & anima rationis participe, quam accepit in forma serui, vti sacris literis proditum est, sed in sua etiam diuinitate dolorem sustinuisse, anathema esto.

Si quis negauerit, Verbum Dei passum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in carne, & primogenitum ex mortuis factum, quatenus vita est, & Deus auctor vitæ, anathema esto.

Si quis negauerit, eum in carne, quam assumpsit, sedere ad dexteram Patris, in qua etiam venturus est ad iudicium de viuis & mortuis exercendum, anathema esto.

Si quis negauerit, Spiritum sanctum vere & proprie ex Patre esse, perinde atque filium ex diuina essentia, & Deum Dei Verbum; anathema esto.

Si quis dixerit, Spiritum sanctum non perinde omnia posse, omnia scire, & vbique terrarum adesse, vt Patrem & filium, anathema esto.

Si quis dixerit, Spiritum S. creaturam esse, aut per filium factum esse, anathema esto.

Si quis negauerit, Patrem omnia per filium incarnatum, & Spiritum sanctum condidisse, hoc est, visibilia & inuisibilia, anathema esto.

Si quis negauerit vnam Patris & Filij & Spiritus S. diuinitatem, auctoritatem, potestatem, gloriam, vnam, dominatum vnum, vnum regnum, voluntatem, & veritatem, anathema esto.

Si quis negauerit tres veras personas esse Patris, Filij, & Spiritus S. semper viuere, omnia continere visibilia & inuisibilia, omnia posse, omnia iudicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricari, omnia conseruare, anathema esto.

Si quis negauerit Spiritum S. ab omni creatura perinde adorandum, vt Patrem & filium, anathema esto.

Si quis de Patre & filio recte sentiat, de Spiritu S. autem non item, hæreticus est: quandoquidem omnes hæretici, qui de filio Deo & de Spiritu S. prauè sentiunt, in Iudæorum & Gentilium infidelitate versari deprehenduntur.

Si quis Deitatem diuiserit; dixeritque Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum separatim: affirmauerit quoque etiam Deos dici, & non Deum, propter vnam diuinitatem & potentiam, quam credimus & agnoscimus Patris & Filij & Spiritus S. cum sit vnus Deus in tribus personis: aut rursum ita acceperit * Filium & Spiritum sanctum, vti Patrem solum Deum dici, aut vnum credit Deum existimet; anathema esto. Nam nomen Deorum & Angelis & omnibus sanctis à Deo donatum est. In Patre & Filio & Spiritu sancto propter vnam æqualemque diuinitatem, non nomina Deorum, sed nomen Dei nostri offertur, & significatur, vt credamus, quod in Patrem & Filium & Spiritum S. baptizati sumus, & non in nomine Archangelorum, aut Angelorum, sicut hæretici, Iudæi & Gentiles delirant.

*excepetit

Hæc igitur Christianorum salus est, vt credentes in Trinitatem, id est, in Patrem & Filium & Spiritum S. & baptizati in eandem, credamus quoq; vnam in ea Deitatem esse, vnam potentiam, vnam diuinitatem & essentiam deniq; vnam. hactenus Damasi Papæ in Concilio Rom fidei decretum.

XIII. Sed quod rursum ad eosdem Damasi anathematismos pertinet: non prætereundum, quod Iustinianus Imp. ait, ab eo excommunicatos fuisse omnes siue adhuc viuentes, siue defunctos, qui Nicænam sactosanctam fidem violassent: sunt enim hæc verba ipsius in epistola, cuius titulus est, *Ad Ioan. Rom. Pontificem*, sed tamen scripta Vigilii Papæ tempore: eius autem est exordium: *Scientes, quod nihil aliud, &c.* vbi post multa prope finem: *Etiam, inquit, quod est amplius, dicemus: quia quidam ex ipsis, qui in Nicæna S. Synodo conuenerunt, & exposita ab ea fidei diffinitioni vel symbolo subscripserūt: quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, aliy quidem viui, aliy autem post mortem anathematizati sunt à Damaso sanctæ memoriæ Papa antiquioris Romæ, & ab vniuersali Sardicensi Concilio, prout testatur S. Athanas.* hæc ipse. Sed desiderantur eiusmodi Damasi scripta Athanasio cognita, cuius tempore in alia aliqua Synodo id à Damaso factum oportuit ab hac diuersa: nam huic Petrus eius successor interfuit.

XIV. Quod autem ad huius anni Rom. Conc. res gestas spectat: hic in eo damnati sunt Apollinaris, Vitalis, Timotheus, aliiq; oēs eiusdem sectæ participes, vt etiam vna cū ipsis omnia eorundem hæresum capita fuerint condēnata, vt illud in primis, quod ad antiquam hæresim. Millenariorum spectabat; idem Apollinaris, scribens aduersus Dionysium Alexandrinum illam destruentem, restituere conatus est. Sicq; actum, vt post damnatum Romæ in Apollinare eam hæresim loquacem antea, omnino cōticuerit, vt vix fuerit aliquando audita. Erant Apollinaris hæresis alia quoque capita, eademque cum auctore damnata, quæ singula recensebimus. Plane accidit de Apollinare, vt quod magna cum laude versatus fuerit in Ecclesia, eius errores haud crediti fuerint, vel saltem excusati, vt ex Epiphanio *a* superiori tomo diximus: Magnæ quidem ipsum fuisse in Ecclesia æstimationis, ostendit etiam Cyrillus Alexandrinus *b*, cum sic eum redarguit: *Quid n.* inquit, *vilitatis Apollinaris Laodicenus attulit, vnus ex primoribus magnus ille agonista, qui cum pro recta fide adeo fortiter contra inimicos dimicarit sua ipsius sapientia fretus, velletque in puram & sinceram Christi fidem ex perplexis, & inuisis meatus quosdam introducere: an non hoc effecit, vt inter schismaticos à Catholica reputetur Ecclesia? &c.*

MILLENARIORVM ERROR DAMNATVS.

a Epiphan. hæres. 70.

b Cyrol. ep. 15. ad Acac.

XV. Sed quid accidit? cum male omnino audire cœpisset, resq; ipsius eo statu essent, vt excusari dissimulariq; minime possent: factum est, vt in eum pii omnes sty lum acuerint, atq; in eius scriptis accuratius perueſtigatis alios cōplures errores inuenerint, vt in primis illū, cuius ex Gregorio Nazianzeno *c* supetius mentio facta est, quo iungeretur cum Ario & Macedonio, dum scilicet constitueret Trinitatem ex magno, maiore & maximo: cuius Apollinaris sententiæ Theodoretus quoque meminit *d*, atque damnat, dum ille diceret maximum esse Patrem, maiorem autem Filium, magnum Spiritum sanctum, ridiculum plane existimans, quod cum Apollinaris Nicænæ fidei assertor é sese diceret, ista tam absurda deliraret. Rursum vero Theologus ex libello eiusdem Apollinaris portentosas quasdam eius sententias patefecit *e*, nimirum effutiisse blasphemiam, atque dixisse, carnem Christi de cœlo allatam esse, addidisse insuper, Christum in sua diuinitate passum esse. At idem Gregorius ad Cledonium scribens *f*, cum decem statuit anathematismos aduersus hæreses Apollinaris, totidem cum ab ipso, tum à suis impias proiectas esse sententias, imo horrendas blasphemias, docet. Sunt autem hi, qui sequuntur.

APOLLINARISTARVM MVLTIPLICES ERRORES.

c Gr. Naz. ad Cledon. ep. 1.

d Theod. hæret. fab. lib. 4.

e Gr. Naz. ad Nectar.

f Gr. Naz. ep. 1. ad Cledon.

XVI. *Si quis S. Mariam Deiparam non credit; extra diuinitatem est.* asserebat id Apollinaris, dum carnem Christi de cœlo sum, tam esse dicebat. vnde & subdit:

Si quis

ANATHEMATISMI GREG. NAZIAN. ADVERSVS HAERESES APOLLIN.

Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem decurrisse ac defluxisse, ac non in ea diuino modo, quia absque viri opere, humano, quia procreationis lege formatum esse dixerit; is similis impietate versatur.

Si quis creatum hominem fuisse, Deumq; postea subisse, pronunciauerit, damnationi obnoxius est.

Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre, non autem vnum eundemq; induxerit, is ab ea quoq; filiorum adoptione excidat, qua recte credentibus promissa est. & post nonnulla aduersus hanc blasphemiam dicta, subdit:

Si quis diuinitatem in eo velut in Propheta per gratiam operatam fuisse, ac non secundum essentiam connexam fuisse, atque connecti dixerit, diuino afflatu careat, imo contrario, nempe diabolico, *impleatur.*

Si quis Cruci affixum non adoret, anathema sit, atque in eorum, qui Deum interemerunt, numerum adscribatur.

Si quis enim ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post baptismum, vel resurrectionem a mortuis in filium adoptatum fuisse dixerit, quem admodum quos Graeci deos adscriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id, quod coepit, aut progreditur, aut perficitur, Deus est: tametsi haec de eo idcirco dicantur, quod paulatim hominibus innotuerit.

Si quis sanctam carnem nunc exutam & abiectam, diuinitatemq; corpore spoliatam esse, non autem cum assumpta parte & esse & venturam esse dixerit, praesentiae illum gloriam non cernat. & paulo post:

Si quis carnem è coelo descendisse, & non hinc atque à nobis esse dixerit, anathema sit. ac demum:

Si quis in hominem mente carentem sperat; amens profecto est, nec dignus, qui totu salute donetur. quod enim Apollinaris negans in Christo mentem, Christum semihominem colere videretur, idcirco eodem Theologo eadem epistola subdit: *Tu Sarcolatra siquidem ego Anthropolatra sum.* haec ex Gregorio Nazianzeno de erroribus Apollinaris, eiusque discipulorum, quos potentissime confutat. Erant omnes horum errorum sectatores ab Apollinare dicti vno eodemque nomine Apollinariani, siue Apollinaristae, cum tamen inter se non vnius eiusdemq; essent sententiae assertores. nam & recitatae modo eorum prauae sententiae longe inter se reperiuntur esse diuersae: accidit enim (quod Epiphanius in Panario atque in Ancorato testatur) vt ex Apollinaristis alii alia atque diuersa sentirent.

XVII. ATHAN. IMPVGNAVIT APOLLINARISTAS.

Primus autem omnium, qui Apollinaristarum errores confutarit, Magnus Athanasius fuit, vt ex Epiphanio liquet, qui ait missum fuisse ad eum ab Epicteto Corinthiorum Episcopo exemplar commentarii errorum ipsorum: aduersus quos eruditam illam ad eundem Epictetū idem Athanasius scripsit epistolam, quam ipse etiam Epiphanius *a* recitat; vbi inter alia haec quoque ex ipsorum blasphemiis, quod scilicet asserentes carnem Christi descendisse de coelis, eam Verbo coaequalem dixerint: itemque illud, quod affirmarent Verbum sic carnem factum, vt mutatum in ipsam fuerit: quodq; Verbum ipsum passum sit, & alias purulentas assertiones, quas in vnum colligés Athanasius sic de illis ad Epictetum *b*: *Qualis insanus erucl fuit, vt coessentiale dicatur corpus genitum ex Maria Verbi Deitati? Aut quod Verbum in carnem & ossa ac pilos & totum corpus transmutatum sit, & à propria natura immutatum? Quis vero omnino audiuit à Christianis, quod adoptione & non natura corpus gestarunt filii? Aut quis adeo impius fuit, qui dixerit simul & senserit quod Deitas ipsius, qua est coessentialis Patri, ipsa circumcisa est, & imperfecta ex perfecta facta, & quod clauis affixum erat, non erat corpus, sed ipsa coipsius naturae essentia? Quis vero audiens quod non ex Maria, sed ex sua essentia transmutauit sibi ipsi Verbum deificatum corpus, dixerit Christianum esse enim, qui haec dicit? Quis autem nefariam hanc excogitauit impietatem, vt vel in mentem venerit, vt diceret: Qui dicit ex Maria esse Dominicum corpus, non amplius Trinitatem sed Quaternitatem in Deitate docet? Quare propter hoc his, qui sic sentiunt, carnem, quam induit Saluator ex Maria, essentiae ipsius Trinitatis dicunt. Vnde vero rursus erucl sunt aliquis aequalem praedictis impietatem, vt dicant non esse recentius corpus Deitate ipsius Verbi, sed consempiternum ipsum per omnia genitum esse?* ac posteà:

XVIII.

Qui igitur adeo audaces fuerunt, vt dixerint Christum carne passum & crucifixum, non esse Dominum ac Saluatorem, & Deum, & filium Patris? Aut quo modo Christiani volunt nominari hi, qui dicunt, in S. hominem, velut in vnum ex Prophetis venisse Verbum, & non ipsum hominem factum esse, accepto ex Maria corpore, sed alium Christum esse, & alium Dei filium, qui ante Mariam, & ante saecula filius est Patris? Aut quo modo Christiani esse possunt, qui dicunt, alium Deum esse, & aliud esse Dei Verbum? Haec erant in commentariis indifferenter quidem dicta, vnam vero eandemq; habentia sententiam respicientem ad impietatem. Isthaec adeo insana cum deploret Athanasius, aeque dissoluit atque reiicit illa ad Epictetum scripta epistola, vt apud Epiphanium, vt allata leguntur, alia vero versione apud ipsum Athanasium habentur: sed illud primo in Apollinarem ipsum Athanasius cinxorsit spiculum ea oratione qua omnes haereses insectatur: etenim eo tempore ille tantum Apollinaris ergo innotuerat, quo diceret, *corpus solum à Verbo assumptum ex Virgine, non integrum cum anima hominem.* At non his tantum scriptis, sed egregio edito Commentario de Incarnatione Christi, hos omnes refellit errores, meminitque vnius ex his, Rhetorii nomine, qui diceret illud nefas, Christi carnem necesse esse fateri increatam, vt adorationem consequi posset, cum nihil creatum adoratione diuina sit dignum: haec, inquam, omnia cum validissime confutet, ostendit pariter magnam his cum Manichaeis intercessisse coniunctionem, vtpote qui sicut illi dicerent peccatum ex natura esse. Rursum vero aduersus Apollinarem idem Athanasius, quo in omnibus relinqueret posteris testatam fidem Catholicam, eruditum illum commentarium scripsit, De salutari aduentu Christi.

a Epiphan. haeres. 77.

b Athan. ad Epict. Epiphan. vbi supra haeres. 77.

c Athan. or. aduer. omnes haeres.

Quod rursus spectat ad praua Apollinaris dogmata: fuisse de origine animarum eius communem cum Tertulliano sententiam S. Hieron. testatur *d*, eas nimirum ex traduce generari, atque instar corporum ex corporibus, sic animabus animas pariter propagari. De eodem quoq; haeresearcha Theodoretus haec habet *e*: *Hic ergo rursum in nonnullis scriptis hypostaseon, seu personarum proprietates confundebat, & idem faciebat in Trinitate. vnde etiam insimulatus est, quasi esset Sabellianus.* Displicuit Magno Basilio illud etiam in Apollinare, quod Genesim interpretatus, totum se conuertit, spreta litera, ad allegoricum sensum. Sed & fastus & arrogantiae fugillatus est Apollinaris, cum pro antiquis Ecclesiasticis canticis ex diuina scriptura acceptis, nouos in Ecclesiam à se editos psalmos & diuersa genera canticorum introduxerit, atq; multiplicitate librorū sibi gloriam studuerit comparare. Vnde Gregor. Nazianz. haec ad Cledonium *g*: *Quod si prolixi libri & noua psalteria Dauidiq; ex aduerso resonantia, & versuum lepos pro tertio quodam testamento habentur: nos quoq; psalmos elaborabimus, & multa conscribemus ac modulabimur, quandoquidem ipse quoq; Spiritum Dei habere videmur. si tamen Spiritus gratia hoc est, & non potius humana nouatio. Haec te apud plebem protestari volumus, ne hominum sermonibus, veluti huius modi nō alium dissimulantes obruamur, ac pestiferum dogma propter inertiam nostram & socordiam latius grassari atque malescere videatur.* haec Gregorius, quod scilicet Apollinaristae calumniose gloriarentur, ipsum Apollinarem eadem cum Catholicis sentire. Imo eo procaciae peruenerunt, vt cum damnati Romae à Damaso Papa essent; mentirentur tamen, atque dicerent, se ab eo fuisse receptos; vt idem Gregorius eadem ad Cledonium epistola testatur, sed de se in primis his verbis *h*: *Sed quod nos in eadem opinione ac sententia esse mentiuntur, hamum suum hac esca circumtegentes, atque hoc fuco & praetextu cupiditatem suam nefarie explentes: simplicitatemq; nostram, qua fiebat, vt non alienorum loco eos haberemus, sed fraterna benevolentia complecteremur, in sceleris occasionem arripientes.* atque addit

d Hier. ep. 82. ad Oceanum.

e Theod. haer. fab. l. 4. ALII APOLLINARIS ERRORES.

f Basil. in Hexaemeron. 3.

g Gr. Naz. ep. 1. ad Cledon.

h Gr. Naz. ad Cledon. ep. 1.

XIX.

Illud etiam indignitatis accedit, quod ab Occidentali Synodo se, vt audio susceptos esse affirmant; à qua eos prius condemnatos esse nemini est obscurum. Quod si vel nunc, vel ante susceptos sunt, qui eum Apollinare sentiunt: hoc ostendant, & nos acquiescemus. Perspicuum enim erit, eos rectae doctrinae assentiri (nec enim aliter fieri haberi potest) si hoc consecuti sint. Id autem omnino liquebit, si vel Synodalem codicem, vel epistolas, quibus ad cōmunionē admitti iubebātur, protulerint: nam hic Synodorū mos est. haec Theologus.

XX. APOLLINARISTAE MENTIVNTVR SE RECEPTOS A DAMASO PP.

XXI.

In his vero illud in primis obserua, quod dum ait in Occidentali Synodo Apollinaristas (quod notum dicit omnibus) iam fuisse damnatos: de nulla alia Synodo Occidentali potuit intellexisse, nisi de qua nunc agimus, vbi à Damaso (quod testatur idem ipse Gregorius in posteriori epistola ad Cledonium) iidem Apollinaristæ damnati sunt: nullum enim aliud vel somniari potest in Occidente hoc tempore contra Apollinaristas Concilium congregatum, nisi Romanũ. Sed & habes hic, lector, quod magnopere admiteris, Gregorii scilicet erga auctoritatem Romani Pontificis incomparabilem obseruantiam, dum illud putaret à se tuto recipiendum fore, quod constaret ab illo esse decretum: & licet videri posset, ipsum posterioribus deleuisse priora, nullum tamen crimen in eo putauit considerandum esse præuaricationis, extraque legem positum, qua Apostolus ait *a*: *Si quæ ædificaui, hæc destruo, nonne præuaricatorem me constituo?* Ecce tibi Theologus, Theologorumque vertex, quantumlibet sciret Apollinaristas complurium accusatos errorum, quos eadem ipse impugnat epistola, quosq; omnibus compertum esse dicit in Occidentali Concilio fuisse damnatos: tamen si verum esset, q; illi mendaciter asserebant, ab eadem Synodo iterum congregata esse receptos, se acquieturum, neq; illis aduersaturum amplius, pollicetur: sic namque contestatus est verbis illis hic iterum repetendis: *Ab Occidentali Synodo fese, vt audio, susceptos esse affirmant; à qua prius condemnatos esse, nemini est obscurum. Quod si vel nunc, vel ante susceperi sunt, qui cum Apollinare sentiunt: hoc ostendant, & nos acquiescemus.* sed cur id dubium mox subdit: *Per sicuum enim erit, eos rectæ doctrinæ assentiri (nec enim aliter se habere reßotei?) si hoc consecuti sunt.* vt plane appareat, ex arbitrio pependisse Romani Pontificis, fidei decreta sancire & sancita mutare, atque decernere quibuscum à reliqua Ecclesia communicandum esset. At non eo sensu à quoquam accipi velim hæc nostra verba Fidei decreta sancire, & sancita mutare. vt dictum existimet, quod semel de fide Catholica à Romano Pontifice definitum est: idem ab ipso mutari posse, atque contraria priori decreto sanciri. Absint hæc ab auditu fidelium. nimis enim crassæ stultitiæ est id Orthodoxum quempiam affirmare. Sed secundum quod à Domino dictum est Ieremiæ: Constitui te super gentes & regna, vt euellas, & plantes, destruas & ædifices. non vt ab ipso Propheta voluerit simul præstari contraria, vt eadem quæ euelleret, plantaret, & quæ destruerer, rursum ædificaret, absque præuaricationis nota, secundum illud Apostoli *b*: Si quæ ædificaui, hæc destruo, præuaricatorem me constituo. sed intellexisse haud dubium voluit, vt operaretur illa circa diuersa: ita dictum accipias de Romano Pontifice, sancire decreta fidei atque sancita mutare; nimirum rectam fidem decreto sancire, male vero sancitam à peruersoribus delendo mutare, à cuius decreto cæteri Orthodoxi ita dependeant, vt quę recipienda pronuncier, omnino recipiant; quæ vero reiiciendo mutauerit, auersentur; prout sanctus Gregorius Theologus, de quo est sermo, feciße cognoscitur ab eo dependens, vti perfectissimus Orthodoxus (quod profiteretur) in recipiendo, vel damnando, ex ipso Romanæ Sedis arbitrio Apollinaristas, nempe reiiciendo ipsos, quos sciret damnatos ab ipsa, recipiendo eosdem, quos ab eadem sciret esse receptos, vtpote iam rectę fidei consentientes. His igitur ita recensitis occasione Synodi hoc anno Romæ habitę, iam describamas, quæ de codice Athanasii Romę tunc sub Damaso ab Apollinaristis deprauato Ruffinus narrat his verbis *c*:

Damasus Episcopus, cum de recipiendis Apollinarianis deliberatio haberetur, editionem Ecclesiasticæ fidei (cuiusmodi editioni, si Ecclesia iungi velint, subscribere deberent) conscribendam mandauit cuidam amico suo presbytero viro disertissimo, qui hoc illi ex more negotium procurabat necessarium visum est dictanti, in ipsa editione de incarnatione Domini, Hominem Dominicum dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristæ: nouitatem sermonis incusare cœperũt. Adesse sibi cœpit, qui dictauerat, & ex auctoritate veræ scripturæ Catholicorum virorum confutare eos, qui impugnabant. Accidit vt vnus ex ipsis, qui nouitatem sermonis causabantur, ostenderet in libello Athanasii Episcopi scriptum esse sermonem, de quo quæstio habebatur. Quasi suasum tantum illi, cui probatum fuerat, rogauit sibi dari codicem, quo & alii ignorantibus & contradicentibus satisfaceret. Accepto codice inaudutum exogitauit adulterationis genus. Locum ipsum, in quo sermo ipse erat scriptus, rasit, & ipsum sermonem rursum rescripsit, quem raserat. Codex redditur, simpliciter receptus est. Mouetur iterum pro eodem sermone quæstio. Ad probationẽ codex profertur. Inuenitur sermo, de quo erat quæstio, ex litura in codice positus. Fides proferenti talem codicem derogatur, eo quod litura illa corruptionis ac falsitatis videretur indicium. Sed quoniam (vt iterum eadem dicam) vinculi hæc facta sunt à viuente: continuo egit omnia, vt fr. suis commissi sceleris undaretur, & nequitiæ macula non innocenti viro, qui nihil tale gesserat adhæreret, sed in auctorem facti, atque in vberiorem eius infamiam redundaret. hactenus Ruffinus.

Quæ quidem de se dicta, vtpote familiare Damasi, & qui illi esset ab epistolis Synodicis, existimans S. Hieronymus *d*, totam historiam fabellæ loco ducit: ad illã namq; Synodum ipse ea visus est retulisse, quæ sub eodem Damaso, imperante Theodosio, collecta est, quando Orientalibus quoq; Episcopis conuocatis, Paulinus Antiochenus ad eam se contulit cum Epiphanio, quibus ipse Hier. comes adhæsit: Cæterum q̃ longe ante nempe hoc anno (vt vidimus) cum Petrus Alexandrinus Episc. profugus Romæ esset, aliam sub eodem Damaso contigit itidẽ Romæ peragi Synodum, in qua primum actum de Apollinare & Apollinaristis hæreticis, cum & à Damaso diximus scriptum esse libellum, cui subscriberent, qui ab hæresi Apollinaris ad Ecclesiam redire vellent: nonnihil animi pendeo, imo magis adducor, vt credã de aliquo alio presbytero Damaso inhærenti Ruffinum intellexisse, quam de Hieronymo, cum dubium non sit, multis annis anteq̃ Hieronymus eo ministerio illi vsui esset, alios ad eandem functionẽ Damasum habuisse ministros. Quod si in hac Synodo, de qua est sermo, ea à Ruffino narrata contigisse dixerimus: de alio potius, quam de S. Hieronymo ipsum intellexisse oportuit: siquidem certum firmumque est, ipsum Hieronymum his temporibus in eremo Syriæ degisse: nec venisse Romam, nisi sub Theodosio Imp. vt suo loco aperte constabit. Cæterum si consenserimus, Ruffinum de S. Hieronymo intellexisse, tunc affirmare necesse est, easdem de Apollinaristis altercationes reficatas esse in alio Concilio Romano Theodosii tempore à Damaso celebrato, cui idem Hieronymus præsens fuit.

Sed hæc omnia fuisse Ruffini figmenta, illud me magnopere persuadet: Nam quid est, quod ait, complexionem illam, Dominicum hominem, à Damaso positam ad sugillationem hæresis Apollinaris, ab Athanasio (vt tradit) acceptam ab ipsis Apollinaristis quasi nouam esse reiectam; adeo vt eius obliterandæ causa, eo modo codicem deprauarint: cum e contra constet ex Gregorio Nazianzeno; eas fuisse peculiares Apollinaristarum voces: ait enim ad Cledonium e scribens aduersus eosdem Apollinaristas: *Ne imposturam faciant homines, vicissimque ipsi fallantur. Hominem Dominicum (vt ipsi loquuntur) vel potius Dominicum nostrum, & Deum mentis expertem esse asserentes: non enim hominem à diuinitate separamus, sed vnum eundemque profitemur, &c.* & Elias Cretensis ibidem locum Gregorii explicans fuisse has voces ab Apollinaristis vsurpatas, ostendit.

In quam sententiam & Athanasius *f*, cum inuehitur in eosdem, hæc ait: *Quam igitur causationem excogitatis? Aut qua simulatione pretextum quæritis? Ac cur non potius expressim dicitis, eum non accepta forma serui, hominem esse factum, sed quasi hominem apparuisse? Hunc enim intellectum habet vester sermo, quo ad pretextum dicitis hæc verba: Qui idem est, idem est.* ideoque obtendere vera dispensationi humanitatis assumptæ per sycophantiam satagitis dicentes, Christum hominem deificatum esse; ac rursus illud: *In principio erat Verbum, quod accepta forma serui homo sit genitum: aut hominem cum dicitis qui cum Deo sit, aut hominem Deo implicatum, aut hominem pro mundo mortuum. & qui pars aliquæ mundi erat, aut hominem peccati incapacem, aut hominem Angelo dominantem, aut hominem à rebus creatis adoratum, aut hominem Dominicũ *, cũ Apostol⁹ dicat: Paulus seruus Iesu Christi: aut hõiem*

* Dominũ

crusi-

a Gal. 2.

Fidei decretum semel sanctum pontifex Romanus nunquam mutat.

b Gal. 2.

c Ruffin. de aduli. lib. Orig. apud Hieron.

XXII. Athan. codicem apollinarista corrumpit.

XXIII. Ruffini historia as. Hier. impugnata.

d Hier. Adu. Ruffin. l. 2.

XXIV. Christum appellatum esse Dominicum hominem ab Apollinaristis. e Gr. Naz. ep. 1. ad Cledon.

f Athan. de aduent. Christi aduers. Apoll.

crucifixum, Dominum gloriæ, aut hominem audientem. Sede à dextris meis: aut hominem venientem, vt iudicio iudicet. hæc est lutulenta vestra ex imo subrutta aqua, quam ebibendam hominibus offertis, &c. Cur autem illi sic semper Christum hominem, nunquam Deum dixerit subdit paulo post: *Ideo enim dicebat Deum ex Virgine natum esse, ac non Deum hominem, vt Euangelistæ desint, ne genitur am carnis confitendo, necessitas vos cogat, vt naturalem eum esse cognoscatis, &c.* pluribus enim agit de eiusmodi differentiis, quibus prauum suum ipsorum dogma illi astruere contendebant. Cæterum à pijs pio sensu has voces vsurpatas esse constat, & ab ipsomet Athanasio in expositione fidei, vbi ait: *Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram exhibuit, conditus est, vt esset initium viarum, &c.* & in sermone maiore contra Apollinarem pro fide hæc habet: *Dominicus autem homo non infirmatus, neq; nolens mortuus est.* citatur hic textus in Synodo Lateranensi sub Martino Papa & martyre in Secretario quinto.

XXV. DOMINICVM HOMINEM CHRISTVM HAVD RECTE DICI à *Aug. retract. li. 1. cap. 19.*

Cæterum cõplexio ista, *Homo Dominicus*, etsi à Catholicis interdum fuisse vsurpata noscatur: tamen haud rute dici, S. Augustinum eadem aliquando vsus existimauit, qui hæc in retractationibus habet *a*: *Non video, vtrum recte dicatur, Homo Dominicus, qui est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, cum sit vtique Dominus: Dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici? Et hoc quidem vt dicerem, apud quosdam legi tractatores Catholicos diuinorum eloquiorum: sed vbicunq; hoc dixi, dixisse me nollem: postea quippe vidi non esse dicendum, quamuis nonnulla possit ratione defendi* hæc ipse, ex quibus etiam suspecta redditur tota illa Ruffini narratio.

XXVI. *b Greg. Nyss. in ser. de S. Ephr.* LIBRI APOLLINARIS OLYMPIO COMPACTI.

At quonam ludibrio eundem Apollinarem hæresiarcham sanctus Ephræm affecerit, cum ad publicam ipsum disputationem aliquando prouocasset, Gregorius Nyssenus *b* ita describit: *Sermone quodam, qui fama etiam potius, quã scriptis ad nos deuenit, vnde ipsum veritatis studiosissimum extitisse, facile intelligi poterat; Apollinarem leuem, imo dementem ac insanum nuncupabat; qui res nouas moliens, multa impia Scripturaque sacræ aduersantia duobus comprehensa libru, è suo eructans ventre admodum insulse ac temere proloqueretur. Illos vero libros cuidam, quam in deliciis habuisse ferebatur, fœminæ asseruandos commiserat. Quæ cum magno immutassent Ephræm, eiusdem se esse opinionis consingens, fœminam, qua libros custodiebat, adijt, & de se, quis sit, & quam fausta ei ex eremo afferat, parefecit: nonnullaque forte id genus alia adijciens, tandem rogat, vt præceptoris sibi scripta publica vtilitatis causa exhibeat; vt nobis scilicet, quos tunc hæreticos vocabat, repugnare commodius posset. Quibus capta verbis fœmina, eumque ex illis vnum, qui Apollinarij sustinerent partes reputans, libros præbuit, eos tamen sibi celeriter restitui deprecans. Cæterum magnus hic Iacob dementem supplantans Esau c, ac flagitiosa illa primogenita rapiens, prudenter oppressit: nam piscis glutino omnes illinens chartas, ita solum folio connexuit, vt cum pars vna ab altera ob firmam coniunctionem plane secungi nequiret, in vnam quasi tabulam singuli libri apparerent redacti: sicque eos mulieri, à qua commodato acceperat, reddidit. Quæ quidem artificij huiusmodi vti mulier ignara, tum formam eorundem exteriorem saltem esse cernere t: quidquid intrinsecus esset, diligentius inspicere neglexit.*

c Gen. 25. & 27.

XXVII. APOLLINARIS DELVSVS AB EPHRÆM.

Dies vero haud ita multi elapsi erant, cum Orthodoxis quibusdam defertur sanctus senex, qui Apollinarium accinisset, & cum eo sermones contulisset. In iudicium itaque vocatus, impijs illis libris fretus, ad statutum diem venit: ac ducere quidem pro se, quod grauis iam premeretur senio, renuit: postulauitque ideo sibi proferri libros, vt ex illis responderi posset, atque contradicere. Cum ergo istius delatoris socij frementes in medium libros produxissent: inuectus ille dicrum malorum iniustitia iudex, vnum ex eis in manus sumens, aperire atque explicare nitebatur: sed quod glutino vinctus non cederet, ad partem eius mediam aperiendam est aggressus, eamque ipsam eodem conglutinatam modo inuenit. Quare sua illa ex priore libro frustratus spe, ad alterum se contulit: quem quidem totum ita firmiter connexum cernens, vt prorsus explicari nequiret, tanto rubore atque pudore suffusus est, animoque vsque adeo perturbatus, vt ex eo consessu abiens, quasi mentis atque consilij inops, & exanimatus in morbum lapsus sit: illamque ignominiæ notam ita egre & moleste tulit, vt parum admodum abfuerit, quin tum mortem obiret. hactenus de his Nyssenus: eo autem morbo Apollinarem periisse, habet Metaphrastes, quod quidem si verum esset, Ephræm nequaquam ante præsens tempus, sed post ipsum Apollinarem ex hac vita discessisse dicendus foret; quod tamen falsum est, testante S. Hieronymo, Ephræm sub Valente, Apollinarem vero sub Theodosio esse defunctum: nisi quis dixerit hæc de Apollinare seniori minoris patente esse intelligenda.

XXVIII. *d Hieron. de script. eccl. in Apoll. & de eodem ep. 65. e Hier. Apoll. aduer. Ruffin. f Hier. ep. 151.*

Quod pertinet ad eiusdem Apollinaris scripta: testatur sanctus Hieronymus *d*, reliquisse illum præter innumera pene volumina, triginta libros aduersus Porphyrium, qui inter cætera eius opera maxime probarentur. Conatum insuper eum fuisse diuinorum librorum transiationes omnes in vnum alluere, idem tradit S. Hieronymus *e*, qui tamen opus minime probauit. Eiusdem quoq; Apollinaris in Prophetas commentarios, nec nõ in Matthæum Euangelistam, idem auctor citat, quos ita se legisse affirmat *f*, vt habito delectu, ex stercore aurum seligeret. Patrem eum eloquentiæ prædicat Philostorgius; sed tamen quæ esset verbosa potius, quam neruosa. Multis rursum voluminibus complures hæreses oppugnasse, tradit Vincentius Lirinensis; sic de eo accidisse ait, vt quem populi quasi atietem gregis sequebantur, eum deinceps vt lupum fugere cœperint.

XXIX. *g Theod. haret. fab. lib. 4.* HÆRESES ALIÆ EX SCRIPTIS APOLLINARIS.

Ex scriptis autem Apollinaris Polemium quendam, Theodoretus *g* testatur, illam hæresim deduxisse, qua affirmaret, Verbi atque carnis commixtionem confusionemque factam esse: à quo denominatos esse Polemianos hæreticos tradit. Rursum vero discipulos quosdam eiusdem Apollinaris in Arabia hæresim aduersus Dei Genitricem dissemin asse, Epiphanius habet: illamque horrendam iactasse blasphemiam, qua dicerent post natum Christum Ioseph o viro coniunctam esse: quam scelestissimam opinionem impius Heluidius in Occidente studuit propagare, sed ne profanæ quidem & impiæ mentes tantam blasphemam calumniam in aures admittere toleraruntquamobrem vtrobique prauum semen exaruit. Sed de Heluidio dicendum infertius. Ad hos confutandos hæreticos, dictos Antidicomarianitas, rogatus S. Epiphanius epistolam scripsit ad Ecclesiam, quæ est in Arabia *h*: qui & in Panario aduersus eosdem pluribus disputauit, vbi ipsa epistola ad Arabes scripta legitur *i*.

h *Epiphan. hæres. 77* i *Epiphan. hæres. 78.*

XXX. *k Epiphan. hæres. 78.* COLLYRIDIANI HÆRETICI.

In ea etiam prouincia addit exortam tunc esse aliam hæresim, dictam Collyridianorum, qui eandem sanctissimam Virginem vt Deum colerent, placentamque illi sacrificantes offerrent; de quibus ita Epiphanius *k*: *Admirati, inquit, sumus, cum aliud rursum audiuissemus, alios nimirum ita decipere, vt in tractatione de ipsa S. semper virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrant enim, quod quadam mulieres in Arabia è partibus Thraces hanc vanitatem inuexerunt, vt in nomen semper Virginis collyridem quandam sacrificent, & simul congregentur, & in nomen sanctæ Virginis vltra modum quid tentent aggredi nefario ac blasphemo negotio, & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres: quod totum impium est & nefarium, alienum à traditione sancti Spiritus.* & alibi *l* de iisdem: *Quædam enim mulierculæ currum quendam siue sellam quadratam ornantes, expanso super ipsam lintea in quadam illustri die anni, per aliquos dies panem proponunt & offerunt in nomen Mariæ: omnes autem panem participant, &c.*

l *Epiphan. hæres. 79.*

Cum autem Epiphanius hæresim confutat, primo loco demonstrat, procul à more Catholicæ Ecclesiæ abhorrere, vt mulieres sacrificent: deinde pluribus docet, nequaquam Dei genitricem colendam tanquam Deum. Cæterum Catholica Ecclesia sic semper suscepit cultum sanctorum, vt tamen nunquam ipsis, vel in nomine ipsorum obtulerit sacrificia, sed in eorum commemorationem duntaxat eadem Deo offerat; quod primo Annalium tomo fusius dictum est. Quam procul autem abhorreret Epiphanius ab Agiomachotum sententia, qua sanctorum cultus impugnatur, plane docet, vbi agit de Vitis sanctorum Prophetarum; vbi sæpe confirmat morem Ecclesiæ, cum tradit fideles supplicare solitos ad Hieremiæ sepulchrum: Isaiæque intercessione multa petentibus beneficia impertiri, eademque præstari in sepulchris Ezechielis, & aliorum.

Hoc

XXXI. LITERÆ BASILII AD OCCIDENTALES. a *Basil ep. 1. in addit.*

Hoc item anno, qui est decimustertius à persecutione à Constantio indicta in Oriente ex Synodo Constantinopolitana post Concilium Ariminense (vt suo loco dictum est) in qua decreta sunt ab Imperatore Constantio exilia Episcoporum, S. Basilius, vt ipse testatur, iterum scribit ad Occidentales, nempe ad Romanum Episcopum, & alios (quarto loco data hæc est epistola) exposturlans toties imploratum auxilium, minime hactenus impertitum: literæ autem sic se habent a: *Quoniam in se sperantibus Dominus pollicitus est, quod eos ex omni tribulationis genere velit eluere: quamuis in medio malorum pelago detineamur, ac fluctibus procellis à spiritibus malitiæ excitatis agitemur; perduramus tamen in Christo, qui nos confirmat; nec vigorem eius studij propter excrescentem tempestatem desperantes, animis dissolutionem patimur: sed adhuc, quod eius fieri potest, omnem operam impendimus, scientes etiam eum, quem cetus deuorauerat, quoniam animitus non desponderat, sed ad Dominum clamauerat, salutem esse consecutum.*

Ad hunc sane modum & ipsi, licet in extrema mala inciderimus, spem tamen, quam in Domino collatam retinemus, non abscindimus: sed vndique quæ auxilium illius circumspicientes requirimus. Vnde est, quod ad vos quoque respeximus, fratres venerandissimi, quos in præsenti tribulationum tempore frequenter ad nos venturos speramus.

Verum spe ista frustrati, ipsi quoque illud nobis occinimus: Expectauimus qui simul contristarentur, & non fuit, & qui consoleretur, & non inuenimus: Sunt enim eiusmodi nostræ afflictiones, vt & hi, qui extremum Occidentem incolunt, merito ad hunc nostrum Orbem sese recipere debeant. Et quoniam vno membro affecto, reliqua simul omnia compatiuntur: conueniebat, vt & nobis iam diu admodum labor antibus, affectu commiserationis condoleretis. Non enim locorum vicinitas, sed conuentio spiritus conciliare & propinquos facere solet; quam inter nos ac dilectionem vestram interclusere persuasi sumus.

XXXII. BASILII IVSTA EX POSTVLATIO.

Qui sit igitur, quod nullas consolationis literas, nullam fratrum visitationem, nec aliud quicquam normæ ac debito dilectionis conueniens à vobis accepimus? Iam enim tertius decimus annus est, ex quo nobis hæreticum hoc bellum exortum est, in quo pluribus tribulationibus afflictata sunt Ecclesiæ, quæ ab eo tempore commemorari possunt, quo primum Euangelium annunciari cæpit. Quarum vobis singulas recensere nolumus, nec malorum illorum eundem etiam sermonis nostri imbecillitas subobscuret. Simul etiam haud necessarium esse iudicamus, vt hisce de rebus doceamus, cum veritatem illarum tam olim vel famæ iudicio cognoueritis.

XXXIII. STATVS MISERANDVS ECCLESIÆ ORIENTALIS.

Summa enim mali huius est: Plebs oratoriis relictis, insolitudine congregatur. Spectaculum videretis miserabile: mulieres, parunli, senes, & alias imbecilles imbrium vehementissimorum, niuium, ventorumque molestiam sub gelu hiemali, consimiliter & Solis ardorem æstate sub dio agentes perferunt: & hac propterea patiuntur, ne prauum illud Arij fermentum recipere cogantur. Quo modo autem fieri poterit, vt ista vobis sermone aliquo perspicua reddantur, nisi ipsa vos experientia & spectaculum in oculos incurrens, ad compassionis affectum permoueat? Obsecramus itaque, vt vel nunc tandem manum Orientalibus porrigatis Ecclesiis, quæ iam velut in genua depressæ inclinant: ac viros aliquos mittatis, qui illas de præmiis admoneant, quæ patientia ac passionibus pro Christo toleratis, reseruantur.

Haud enim tantum habet efficacia sermo consuetus, quantum vox peregrina ad consolandum deiectos valet: præsertim si illa afferantur à viris, qui cum primis gratia Dei instructi esse cognoscuntur: quales vos cumctis mortalibus prædicamini, quod in fide illibate permaneatis, & Apostolicum depositum illæsum seruetis. Non sic habent res nostræ, sed sunt apud nos quidam, qui gloriæ desiderio, & maximo insaniæ ista, quæ Christianorum animis subuertuntur, perciti, verba quædam nouandi studio excogitata inducere præsumunt. Vnde Ecclesia debilitata, quasi vascula quædam laxata, influentem hæresim receperunt. Vos itaque, b dilecti, & desiderati fratres, situs vulneratorum medici, & eorum, qui adhuc sani sunt, padotribæ, quod morbidum est curantes, & quod sanum ad pietatem instituentes. hucusque Basilii epistola ad Occidentales, & quidem aliqua ex parte decurtata: non enim ex more, cui has literas dedit perferendas, quemve legauerit in Occidentem, mentionem aliquam habet. Quænam autem causæ intercesserint, cur Damasus terat dauerit legationem, visitationemque Orientalis Ecclesiæ, satis recensitæ sunt anno superiori: ex his vero literis abunde declaratur, longe abesse, vt à communione Occidentalium se Basilius continuerit, ac longe longius procul esse, vt idem Basilius Occidentales hæresis nomine suspectos habuerit, quos solos puros sinceroque Orthodoxos permansisse testatur his literis.

Sed quod ad Orientalem Ecclesiam spectat, iure deplorat eius calamitatem Basilius, aptequi comparat diuersarum ciuitarum Ecclesias laxatis vasculis vndiq; hæresim ebibentibus. Nam præter Sabellianam, Arianam, Macedonianam, Eunomianam, Photinianam, & alias superius recensitas, accesserunt quas nuper diximus diuersæ Apollinaristarum hæreticorum classes, vt taceamus de schismatibus inter Catholicos excitatis. At tolerandum quoquo modo malum videri poterat, si non nisi vna ciuitatis vnius populum hæresis seduxisset: sed videre funestissimum erat, quot domos, tot pene hæreses peculiares fuisse, sed & impossibile est dicere de singulis, ex iis, quæ contingebant Ancyræ primatiæ in Galatia ciuitatis, cæterarum Orientis vrbium statum possumus intelligere. Etenim sanctus Hieronymus, qui Ancyram inuisit, cum in recensita superius peregrinatione ex Cappadocia atque Galatia venit in Syriam, hæc habet b: *Sed mecum qui vidit Ancyram metropolim Galatiæ ciuitatem, quod nunc vsque schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum varietatibus constuprata. Omitto Cataphrygas, Ophitas, Borboritas, & Manicheos: nota nimis hæc humana calamitatis vocabula sunt. Quis vnquam Passolorincitas, & Ascodrobos, & Artotyritas, & cætera magis portenta, quam numina in aliqua parte Romani orbis audiuit?* hæc ipse. Meminit de his Philastrius c, Borboritasque esse ait, qui dediti cõcupiscentiis futurum negarent iudicium: Passalorincitas, qui digitum naribus orique imponentes, perpetuum silentium serjantes, nihil præterea curatent: Ascodrogitas, siue Ascodrobos, qui Bacchanalia in Ecclesiam introduxerunt *: Artotyritas autem, qui in sacrificio panem & caseum offerebant. hæc monstra alebat his temporibus Ancyra, licet sanctissimus eidem præsset Episcopus Athanasius, quem defunctum Basilius adeo luxit atque laudauit d, post quem Leo sanctissimus monachus, cuius meminit Sozomenus e, cum hæc ait de monachis Cappadociæ atque Galatiæ. *Inter monachos autem, quos illic vixisse accepi primas tulit Leo, qui postea Ecclesiæ Ancyræ Episcopus creatus est.* Si igitur ciuitas, cui præerant magni nominis Episcopi Orthodoxi, adeo lancinata erat diuersis sectis hæreticorum: quid putandum de aliis, quibus vel segnes præerant Antistites, & magna ex parte fugatis illis, pastoribus quoque carebant, vel hæreticos accepere Præfectos? Iusta igitur angebat doloris causa mentem Basilii, vt ita ab Oriente vociferanturad Occidentem. Sed hoc cæteris deterius (vt dictum est) malum operata est astutia Satanæ, vt inter Occidentales & Orientales, Damasum atque Basilium, tum occasione nominis hypostasis, tum defensione Meletii, vel Paulini, atque etiam calumniis de eodem Basilio vbique sparsis, damnosa admodum diffidentia orta esset, magno totius Ecclesiæ Catholicæ detrimento.

XXXIV. HÆRESIBVS INNVMERIS EXAGITATA ECCLESIA ORIENTALIS.

b *Hier. in procem. in ep. ad Gal. lib 2.*

c *Philast. c. 74. 75. 76.*

* induxerunt.

d *Bas. ep. 67.*

e *Soz. lib. 6. c. 14.*

Hoc pariter anno Valentinianus Imperator cum adhuc in Galliis ageret, Donatistas Episcopos rebaptizantes cohibuit, dato hoc ad Iulianum Proconsule Africæ rescripto f:

XXXV. ECCLESIA AFRIC. VEXATA A DONATISTIS ET TYRANNIDE FIRMI.

f *Ll. 1. ne S. Baptist. ster. C. Theod.*

Antistitem, qui sanctitatem Baptismi illicita vsurpatione geminauerit, & contra institutum omnium, eam gratiam iterando contaminauerit: sacerdotio indignum censemus. Dat. X. Kalend. Mart. Treuer. Valentiniano & Valente IV. AA. Coss. hæc vero post liberatam à Firmo tyrannio Africam fuisse rescripta putamus. Inualuerat enim in Africa his temporibus Firmi tyrannis: ad quem oppugnandum Theodosius senior, Theodosii Imperatoris pater, à Valentiniano in Africam missus est: qui post diuersas pugnas eundem oppressit, subleuauitque Africam ea clade diutius afflictatam. Res gestas Ammianus accurate descripsit g, ad quem lectorem hæc cupientem plenius enarrata reiicimus: illa hic tantum, quæ argumenti nostri esse videntur, nolumus

g *Am. l. 26. & 29.*

præter-

pacem, cum scilicet viribus fractus Firmus legatione Episcopotum à Theodosio pacem expetiit, de quibus hæc ipse a: *Fessus ærumnis gemini prælij Firmus, imoq; æstuans corde, ne quid vltimæ rationis omitteret, Christiani vitus Antistites oraturos pacem cum obsidibus misit. Qui quoniã susceptí lenius, pollicitiq; victui congrua militibus (vt præceptum est) læta retulere responsa: præmissis muneribus Maurus ipse fidentius, ad Romanum pertexerat ducẽ, æquo insidens apto ad ancipites casus. Cumq; propevenisset fulgore signorum & terribili vultu Theodosij perstrictus, tumento desilyt, curuataq; ceruice, humi pene affixus, tenere tatem sitam flebiliter incusabat, pacem obsecrando cum venia. Susceptusq; cum osculo (quoniã id Reipublicæ conducebat) bona tam sæva plenus, sufficientia præbuit alimẽta; & quibusdã propinquis suis ad obsidiũ vicem relictis, abscessit, captiuos, vt spoponderat, redditurus, quos primis turbarũ exordijs rapuit. Biduoq; post Icosium oppidum, cuius supra documimus conditores, militaria signa & coronam Sacerdotalem cum cæteris, quæ intercesserat, nihil cunctatus restituit, vt præceptum est.* hæc de pace.

XXXVI. Quod spectat ad coronam Sacerdotalem redditã; illa esse creditur pretiosior mitra sic dicta, qua in solemnio ib. functionibus vti solẽt Episcopi. Fuit huius Firmi tyranni frater Gildo nomine, vt Ammianus *b* atq; Claudianus *c* testantur: qui tyrannidem fratris collapsam reparans, Romano Imp. in Africa negotiũ facessiuit, partesq; Donati vehementer suscipiens, maximo fuit Catholicis detrimento: vnde factum est, vt quidam Donatistarum Episcopus, Optatus nomine, quod palam cum Gildone læuiret, fuerit cognomento dictus Gildonianus, sed de his inferius. Finis vero Firmi ille fuit, vt rursus tyrannidem exercens, rursum per Theodosium oppressus, eo desperationis redactus sit, vt spontaneo nectens collum laqueo, miserè vitam finierit. At quid gratiæ redditum sit Theodosio, qui Africam ab infestissimo tyranno liberauit; audi Orosium *d*: Post, inquit, *cum experientissima prouidentia totam cum Mauritania Africam meliorem pristino legibus reddidisset: instimulante & obrepente inuidia, iussu interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorũ præoptauit: & postquã Sacramentum Christi, quod quæsierat, assecutus est, post gloriosam sæculi vitam, etiam de vitæ æternitate securus, percussori iugulum vltro præbuit.* hæc Orosius. Quæsitum quoque fuisse ad necem Theodosium iuniorem eius filium, sed diuina voluntate antecuertisse periculum, Sanctus Ambrosius illis verbis testari videtur, vbi in oratione in funere eius habita ita dicit *e*: *Portauit ingum grane Theodosius à iuuentute, quando insidiabantur eius saluti, qui patrem eius triumphatorem occiderant.* Fuisse autem ipsum hoc tempore primã lanugine pubescẽtem, Ducemq; Mœsiæ aduersus Sarmatas fines Romani Imperij inuadentes electum, egregiaq; virtute spectatum ob plures de eis victorias reportatas, Ammianus *f* affirmat: inde vero tantam æstimationem rei bellicæ ex his sibi Theodosius conciliauit, vt postea ad subleuandum collapsum in Oriente Romanum Imperium, Dux & Imperator à Gratiano electus fuerit, vt idem auctor Zosimusq; *g* testantur. Vnde autem contigerit, vt Theodosius patens post tot præclaras victorias capite truncatus sit, & Theodosius filius eodem modo pene periclitatus sit: neminem inueni, qui tradat. Factum tamen id existimatur dolis atque insidiis Valentis Imperatoris, qui post patefactum oraculum, successorum sibi fore, qui his literis primis, THEO, conscriptum nomen haberet, complures (vt vidimus) Theodoros, atq; alios his nomine similes subiecerat quæstionibus, ac morte mulctarat. At vero eo clariores Theodosij filij victoriæ aduersus Sarmatas effulsere, quo reliqua facies Occidentalis Imperij lugubrior apparebat: siquidem repentino motu Quadi ac Marcomanni (vt Ammianus *h* est auctor) Alpes transgressi Iulias, Opitergium exciderunt; Aquileiam vero diutius obsederunt, parumq; abfuit, quin Constantij Imperatoris filia Gratiano nuptura, in villa Pistensi agens, caperetur à Barbaris. Perseuerasse autem has clades etiam post obitum Valentiniani, Hieronymus tradit *i*.

a *Ammian. lib. 29.*
b *Ammian. lib. 29.*
c *Claud. de bello Gildon.*
d *Oros. lib. 7. c. 33.* THEODOSIUS SENIOR INGRATE OCCIDITVR.
e *Ambros. ora. in fun. Theodos. in fin.* THEODOSII FILII SPECTATA VIRTVS.
f *Ammian. lib. 29.*
g *Zosi. li. 4.*
h *Ammian. lib. 29.*
i *Hieron. ep. 3.*

IESV CHRISTI
Annus 374.

DAMASI PAP. Annus 8. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. II.

SEQVENS Domini annus trecentesimus septuagesimus quartus exorditur Consulatu Gratiani Augusti tertio & Equitij: quo, absoluto anno decimo Imperatorũ Valentiniani atq; Valentis, & vndecimo inchoato, *post Auxentij* seram mortem (vt ita dicam cum S. Hieronymo) Mediolani *Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad rectam fidem Italia conuertitur.* Sic ipse. Quæ quidem verba ita accipienda sunt, quod morte Auxentij factum fuerit, vt vnico illo Ariano Episcopo extincto, nihil superesset amplius in Italia Arianæ cõtagionis: quo superstite, ea Ecclesia Ariano polluebatur Antistite, ac proinde ea ex parte Italia dicebatur immunda: munda vero tota, cum illo sublato de medio, Catholico illic Episcopo cõstituto, sordes omnes videri possent ablutæ. Scimus Cedrenum anno superiori, nempe decimo Imperatorũ, referre ordinationem Ambrosij: sed præstat audire Hieronymum res suorum temporum conscribentem. Quonam autem modo eiusmodi Ambrosij electio se habuerit, Theodoretus in primis narrat his verbis *k*:

I. AMBROSIVS CREATVR EPISCOPVS MEDIOLANEN.

k *Theod. li. 4. c. 5. 6.*

II. ORATIO IMP. AD EPISCOPOS.

Cum Auxentius Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus labẽ Arianæ infectus, & in nostris Conciliis abdicatus, è vita exiuisset: Imperator iste, Valentinianus videlicet, *accersitis ad se Episcopis, sic apud eos verba fecit: Est nobis, vtpote sacris & diuinis literis institutis, explorate cognitum, qualis debeat esse is, qui sit ad Episcopatum gerendum delectus; & quod necesse sit gregem non dextrinæ solum, verum etiam præclara viuendi ratione moderari, & se cuiusq; virtutis exemplar ei præbere, suaq; disciplina veltam vitæ & morum institutionem testem habere. Quare hominem ita instructum in sede & gradu Episcopali iam collocate: vti & nos, à quibus hoc gubernatur Imperium, ei vere & ex animo capita inclinemus, & illius reprehensionem (nam cum homines simus, errore labi necesse est) velut medicinam amplexemur.* hucusque dixit Valentinianus: subdit his Theodoretus hæc verba:

III. QVOMODO ELECTVS AMBROSIVS.

Hac oratione ab Imperatore habita, Concilium Episcoporum contendit ab eo, vti ipse, vtpote sapientia & pietatis insignibus præclare ornatus, Episcopum eligat. At ille: Maior est, inquit, hac prouincia, quam quæ viribus nostris sustineri possit: proinde vos diuina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo melius hoc Episcopi deligendi negotium transigetis. Illi igitur egressi separatim per se de eo deliberare cœperunt: Ciuitatis autem habitatores inter se ipsos dissidere; quorum alij hunc, illum alij deligere contendebant. Nam qui errore Auxentij erant imbuti, hi suæ opinionis fautoribus suffragati sunt: qui vero à partibus sana sinterasq; doctrinæ stabant, illi rursus Episcopum secum de fide consentientem habere laborarunt. hæc Theodoretus de partis vtriusq; studiis in Episcopo deligẽdo. Commendatione quidem digna fuit Valentiniani modestia, cum oblatam sibi electionem tantæ Ecclesiæ Episcopi recusauit, secundum quod alias (quod dictum est superius) fuerat cõstatus, sui muneris minime esse Ecclesiasticis se immiscere negotiis. At quid post hæc?

IV. Cum igitur eo modo in electione noui Episcopi partiam studia essent inter se diuersa, magnaq; timerentur conflari dissidia: Ambrosius illius prouinciæ Præfectus, Mediolani cum esset, veritus, ne quid nouarũ rerum diuersæ factiones molirentur, propere ad Ecclesiam contendit: *Vbi* (inquit Paulinus *l*) *cum alloqueretur plebem, subito vox fertur infantis in populo sonuisse, Ambrosium Episcopum. Itaq; qui ante turbulentissimè dissidebant, quia & Ariani sibi, & Catholici sibi Episcopum cupiebant, superatis alterutris ordinari; repente in hunc vnum mirabili & incredibili concordia consenserunt.* hæc Paulinus.

l *Paulinus in vita S. Ambros.*

V. Ambrosius vero repentino casu perculsus, ac veluti improuiso quodam tonitruo territactus: vt primum

AMBROSIVS MVLTIS MODIS TENTAT EVADERE.

sese collegit, cogitare cœpit, quibus vale et artibus posset illum & Episcopis ab eiusmodi sententia euocare. Quid facit? *Egressus Ecclesia* (Paulinus ait) *tribunal sibi parari fecit, quippe mox futurus Episcopus, altiora conscendit: tunc contra consuetudinem suam,* (minus enim sibi tunc vtile ratus consilium Probi) *personis iussit adhiberi tormenta*: nec se iam vt Episcopum, sed senem simum iudicem exhibet. Conscendit tribunal, truces carnifices assistere, simulque tormenta congeri, vinctosq; catenis miseros reos adduci, palamque torqueri, nulla adhibita commiseratione, minaci vultu ad incutiendum terrorem composito, præcipit, quasi vir sanguinis esset, indignus altaris ministerio, & à pastorali consuetudine alienissimus. Sed cum hæc spectans populus, magis magisq; clamaret, *Ambrosium Episcopum*: spe ille frustratus, ad portiora remedia conuertit animum: eoque progressus est, vt speciem quandam præseferens hominis impotissimi, & ab Episcopali castitate & vita remotissimi, quo populum ab eo consilio dimoueret, impudicas mulieres ad se publicè ingredi faceret. At cum hæc, velut in scena, ficte repræsentari populus nõ ignoraret, eaq; ex causa ardentiori studio postulare Ambrosium Episcopum non intermitteret: seque populus peccari illius, quod specie quadam & simulatione efficium esse non dubitabat, reum clamaret, totamque adumbrati criminis pœnam in se reciperet, subique imprecaretur: omni prorsus ille consilio destitutus (quod tantummodo reliquum esse videbatur) in sola fuga spem ponit.

VI. AMBROSII FVGA IAPITA.

Itaque nocte intempesta, ciuitate egressus, Ticinum versus dirigit iter, neque ad memoriam reuocans, nõ esse hominis dirigere vias suas *a*. Cum enim se Ticinum peruenisse putauit, diuino quodam interceptus numine, cursu reflexo Mediolanum redijt, iamque luce clara portam Romanam ante oculos positam videt. Tum vero incredibili stupore affectus, animoque consternatus re ipsa experitur, non esse consilium contra Dominum *b*. Quid faceret? Qui magistratu præerat cæteris, fasces deponit, victum se faretur: rotius populi voluntati, immo verius diuinæ auctoritati se subijcit. Audit populus, custodiam adhiberi, ne iterum fugam arripiat; idq; ad extremum vsquequaque perfici sedulo curat, quod tanto studio exoptaneret. Igitur ad Valentinianum Principem relatio mittitur: illius enim requiri videbatur assensus: nam Imperatoriis sanctionibus *c* vetitum erat, ne Decuriones vel publicis obligati functionibus adsciscerentur in clerum. Ea re percepta, Imperator *d* summoperè lætatur, actales à se constitutos magistratus esse, qui in Episcopos eligantur, accipit libentissimo animo: Probus q; suum de Ambrosio iudicium, ac præiudicium cum prælagio felici euentu comprobatum, gaudebat.

a Prouer. 16

b Prouer. 21.

c L. 3. & 9. de Epis. & cler. Cod. Theod.

d Paulinus in vita S. Ambros.

VII. AMBROSII BAPTISMVS.

At pendente adhuc ea relatione, Ambrosius fallens suos custodes, iterum fuga sibi consuluit, atque in suburbano Leontij clarissimi viri delituit. Sed vbi relationi responsum est, & Imperatoris decretum publicatum, quo iubebat Ambrosium extemplo sactis initiari mysteriis *e* (adhuc enim catechumenus erat) & Episcopum ordinari, idque Vicario in mandatis datum, vt rebus perficiendis iuuaret: mox Leontius Ambrosius prodit; qui statim Mediolanum perducitur. Hosce ipsius conatus, quibus sæpius reluctatus est, ne Episcopus crearetur, non Paulinus tantum, sed reliqui omnes tum Latini *f*, tum Græci historici prosequuntur. Quin etiam ipse scribens ad Vercellensem Ecclesiam hæc eadem his verbis affirmat: *Quando, inquit, resistebam, ne ordinarer? postremo cum cogerer. saltem ordinatio prolaretur? Sed non valuit præscriptio, præualuit impressio.* hæc ipse. Differendo enim ordinationem putabat cludere posse populum ipsum postulantem Episcopum: præscriptio autem præcedebat, non tantum ne catechumenus nondũ plene Christianus, sed vt nec neophytus ordinaretur Episcopus: quibus suffragabantur canones Apostolici *g*, necnon Nicænum *h* Concilium. Cum igitur, ipso licet inuito, omnia perficienda essent: ipse se professionis esse Catholicæ, illo potissimum argumento perspicuè demonstrauit; dum (quod Paulinus ait *m*) nõnisi à Catholico Episcopo petiit baptizari. Octaua vero die post baptismum fuisse ordinatu Episcopum, idem affirmat, quod contigisse septimo Idus Decembris, Dei Ecclesia hactenus celebrans illam diem, anniuersaria solemnitate testatur.

e Theod. l. 4. c. 6.

f Ruffin. lib. 2. c. 11.

g Socr. lib. 4. c. 25.

h Soz. li. 6. c. 24.

i 1. Tim. 3.

k Can. Apost. 80.

l Conc. Nicæn. c. 2.

m Paulinus in vita Ambros.

Iterfuisse eius ordinationi Valentinianum Imperatorem, auctor est Theodoretus, de qua hæc habet *n*: *Postea vero quam Ambrosium diuinum sacrosancti baptismatis munus adeptus est, & gratiam Episcopalem recaperat; dicitur Imperator longe præstantissimus (nam rebus ii gestis interierat) hymnum ad gratias Saluatori ac Domino agendas recitasse, his ferme verbis: Gratia tibi sit Domine omnipotens & Saluator noster; quod cum ipse corpora huic viro commisissem, tu ea etiam animas commendasti, indeq; declarasti meam iustam fuisse sententiam.* subdit his Paulinus *o*: *Cum primum autem ordinatus esset Episcopus, omne aurum atq; argentum, quod habere poterat, Ecclesiæ vel pauperibus contulit: prædia autem, quæ habebat, reseruato germanæ suæ vsufructu, donauit Ecclesiæ: nihil sibi quod his suum diceret, relinquens, vt nudus & expeditus Christum Dominum sequeretur.* hæc ipse. Sic igitur Ambrosio ordinato Mediolanensi Episcopo, totus cõgaudet Catholicus orbis, communicatoriæq; literæ ex more vltro citroque reddantur. Quid autem ad eum scripserit Basilius Magnus (vt quæque annis reddantur suis) dicemus anno sequenti; nam cum Ambrosij ordinatio in fine anni contigerit, non prius eas potuit dedisse Basilius. Si quis vero integram, seriemq; rerum gestarum continuatam legere cupit Vitam Ambrosij: sciat nos eam ex Annalibus hisce depromptam, monitu Sixti Papæ Quinti, simul contexuisse; quam ipse recenti à se factæ operum Ambrosij editioni præponi, edique iussit: cum tamen nos huc addere aliquid, vel mutare contigerit.

n Theod. li. 4. c. 6.

o Paulinus in vita Ambros.

VIII. AMBROSIVS CREDITVR DEM.

Quod autem Annalium scribendorum ratio nihil importunius à nobis exigat, quam vt quæque res gestæ certis suis quibusq; reddantur annis, atq; sic institutæ Chronographiæ ex firmis probationibus pateat demonstratio: cur hoc anno contigisse dixerimus Ambrosij Episcopatum (cum alij ea de re aliter sentiant) iam vt dicamus, astringimur. Ac primum quid senserint alij, in medium afferamus. Errandi in his illa nonnullis præcessit occasio: quod Rufinus *p*, & Socrates *q*, simulac de Damasi Papæ agunt electione, statim subdunt narrationem de Ambrosij electione; perinde ac ijdem Annales scripserint, & non historiam: cum sæpe contingat, eos post alias res gestas recensitas, de electione quorundam præcipuarum sedium Episcoporum simul agere, quos tamen constat plurium interdum annorum interstitio inter se fuisse discretos. Rursum vero recentior quidam auctor *r* tempus electionis Ambrosij recitans ad tertium annum Damasi Pontificatus, rationem inijsse visus est ex Probi Præfecturæ exordio, à quo credita est Ambrosio prouinciarum administratio. At quis nescit, Probi Præfecturam Prætorij sæpe repetitam, atque diutius propagatam, id Ammiano *s* testante? ipsumque Ambrosium, antequam in prouincias mitteretur, in eiusdem Præfecti Prætorij Probi auditorio (quod testatur Paulinus) causas orasse? vt plane appareat, nequaquam vt Probus illum adeptus est magistratum, Ambrosium prouincias suscepisse administrandas. Sed qui locus esse potuit electioni Ambrosij, superstite adhuc Auxentio? post cuius obitum ipsum electum, cum Latini, tum Græci absque controuersia omnes affirmant *t*: imo ipse Sanctus Hieronymus sub præsenti vndecimo Imperatorum anno, Auxentij obitum cum Ambrosij electione consignat. Aut quo modo vel fingi potest cum Auxentio simul Ambrosium consedisse; is cum tot certaminibus exagitatus Auxentius ab Hilario Pictauiensi Episcopo, Eusebio Vercellensi, Philastrio Brixiano, Euagrio presbytero Antiocheno Mediolani tum agente, & si remotiores quæras, à Sancto Athanasio de his perscribente ad Damasum, ab ipsoque Romano Pontifice in Concilio Episcoporum damnatus sit, de quibus omnibus diximus suis locis superius; toto tamen hoc tempore de Ambrosio nulla vel leuis mentio habetur? Quæ cum ad-

p Ruffin. li. 2. c. 11. 12.

q Socr. li. 4. c. 25. 26.

IX. DE TEMPORE ELECTIONIS AMBROSII.

r Paulin. in Vita.

s Ammian. lib. 27. 28. 29. 30.

t Ruffi. li. 2. c. 11. Socrat. lib. 4. c. 1. 5. Sozom. li. 6. c. 24. Theod. li. 4. c. 1.

uersus

uersus Auxentium Ambrosij certamina recensentur, ea contra iuniorem Auxentium esse habita, & post obitum Valentiniani senioris, suo loco perspicue demonstrabimus. Quod igitur nulla antehac Ambrosij Episcopi facta mentio reperiatur, quodq; ad hunc vsq; annum testificatione Hieronymi cariosum senem Auxentium peruenisse constet; eiusdem auctoritate hoc anno ponimus electionem Ambrosij.

X. Sed posset quis obijcere, vtraque, nempe exitum Auxentij & creationem Ambrosij reijcienda esse in annum sequentem, quod scilicet ibidé apud Hieronymi Chronicon sub eodem laterculo signetur annus post Consulatũ Gratiani & Equitij, qui sequens numeratur. Sed scias, lector, annum illum post Consulatum ibi positum restituẽdum esse sub sequenti laterculo (vt emendatiores codices habẽt) sub ipso anno duodecimo Valentiniani, quo ipsum mori contigit: nam nõ peruenit vllo pacto ad annum sequentẽ post dictorum Consulatũ, quo creati sunt Cõsules Valens quinto & Valentinianus maioris filius; sed ipso anno Consulibus vacuo (vt dicetur) finem viuẽdi feci. Hisce quidem vltimis Valentiniani senioris temporibus, contigisse Ambrosium creati Mediolanensem Episcopum, ex eo intelligi põt, dum de rebus gestis cum eo nihil præterea legitur, nisi quæ Theodoretus his verbis enarrat *a*: *Paucis post diebus*, ab ordinatione Ambrosij scilicet, *cum S. Ambrosius valde libere apud Imperatorem verba faceret, reiq; nonnullas tamquam minus recte à magistratibus administratas coargueret; respondit Imperator: Noui iampridem tuam in loquendo libertatem, qua explorate cognita, non modo tuæ in Episcopum ordinationi non restiti, verum etiam suffragatus sum. Quare, sicut diuina præscribit lex, nostrorum animorum erratu medicinam facito.* hæc Theodoretus. cæteræ autem Ambrosij res gestæ sane quidé cum Gratiano & Valentiniano filio, non amplius cum patre leguntur esse transactę; de quibus singulis suo loco. Ac de Ambrosij electione iam satis.

AMBROS. QUID CVM VALENTINIANO. a *Theod. li. 4. c. 6.*

XI. Eiusdem anni Consulibus datæ habentur litteræ nomine Damasi ad Aurelium Episcopum Carthaginensem, positæ ab Isidoro Mercatore in suæ collectionis exordio; quas præcedunt litteræ eiusdem Aurelij nomine ad Damasum primo scriptæ, quibus petierat ab Apostolica sede ad se mitti decreta Romanorum Pontificum. At quid opus fuit (pace illius dixerim) mendaciis exornare vestibulum amplæ domus, vt in non leuem suspicionem adducat cætera, quæ vera intus habentur? Quo modo, quæso, potuit Aurelius Episcopus Carthaginensis scripsisse ad Damasum Romanum Pontificem, & hunc ad illum litteras reddere hoc potissimum anno, sub his præsertim Consulibus, si adhuc cum S. Augustinus factus Christianus est, reuersus in Africam, reperit dictum Aureliũ diaconum agere Ecclesiæ Carthaginensis, post aliquod vero temporis spatium factum esse eiusdem ciuitatis Episcopum? testatur id quidem ipse Augustinus, ac disertis plane verbis *b*, cum in commentario de Ciuitate Dei meminit de reditu suo ex transmarinis partibus Carthaginem, recensetq; miraculum illud de Innocentio ex incurabili morbo sanato, atq; demum hæc ait: *Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus tunc Vzalensis beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat, & ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam Episcopus cũ honore à nobis debito nominandus Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re sæpe collocuti sumus, cumq; valde meminisse, quod commemoramus, memineramus.* ita ipse. Vides igitur ad quanto posteriora tempora sit referendus Aurelij Carthaginensis Episcopatus; & quam longe absit, vt ipse iam Episcopus hoc anno ad Damasum scripserit, nec acceperit à Damaso litteras: cum certum sit, reditum Augustini in Africam, postquam Christianus iam effectus Mediolano recesserat, & à Portu Romano soluerat, contigisse anno Domini trecẽtesimo octogesimo nono; vt appareat nec post annos quindecim Aurelium creatum esse Episcopum Carthaginensem, sed perseuerasse diaconum. Vides igitur quo modo recta temporum norma tortuosa aliorum figmenta improbentur: vt non miretis, si in dignoscenda certa temporum ratione crebrius atq; solertius occupemur.

COMMENTITIA LITERÆ NOMINE DAMASI ET AVRELII. b *Aug. de Ciuit. Dei. lib. 22. c. 8.*

Celebratum habetur hoc anno, ijsdemq; Coss. Concilium Valentinum in Gallia IV. Idus Iulij: cuius extant quatuor tantummodo canones, & perbreuis Epistola de ordinationibus legitimè faciendis, deq; lapsorum pœnitentia. In eo primum locũ tenuit Fægadius, qui ille putatur, ad quem simulq; ad Delphinum Episcopum Burdegalensem S. Ambrosij *c* Epistola scripta legitur. Interfuit eidem Rodanius, quem alium esse puto ab illo Episcopo Tolosano, quem fidei causa cum S. Hilario exilium passum esse atq; exulem defunctum, ex Seuero superius diximus. Euortius quoq; adfuit, qui iam à tempore S. Siluestri Aurelianensem signo cœlesti accepit Ecclesiam gubernandam. Dignum planè memoria est, quid statuerint Patres de his, qui oblati Sacerdotij fugiendi occasione, aliquod admisisse delictum confessi essent, his verbis *d*: *Licet non ignoremus, multos verecundia, & nonnullos horrore suscipiendi Sacerdotij, & vt trepidos (quæ signa sunt sanctitatis) falsa in se, recipiendi honoris causa, dixisse: tamen quia omniũ fere ad ea, quæ sunt peiora, proclive iudicium est; & hinc materies disputationum in obtrectatione Sacerdotum Dei quæritur: sedet in Synodo (placuit nimirum) vt quisquis de se vel vera, vel falsa dixisset, fides, quam suimet testimonio confirmaret, haberetur.* hæc ibi. quid simile nuper vidimus in Ambrosio: nam vt Sacerdotij dignitatem effugeret, crudelis atq; impudicus vniuerso populo videri voluit: at ne sic quidem voluit onus effugere, qui huius canonis paulo ante promulgati auctoritate nonnihil iuuari potuisset, nisi populi in eo petendo constantia fuisset quauis lege superior.

XII. CONCILIVM VALENTINVM. c *Ambros. ep. 55.* d *Epist. Clerici Valent. ad Forojul. to. 1. Conc.*

XIII. LEGATIO EX PAMPHILIA. Quod autem ad res Orientales pertinet, ijsdem Consulibus missa est legatio à magistratu & clericis Ecclesiæ Suedrorum in Pamphilia ad S. Epiphaniũ, qua petierunt de fide Catholica eius literis plenius instrui & informari. Extant binæ eodem argumento ab eisdem ad ipsum Epiphanium datæ literæ *e*. Quibus ille acceptis, Epistolam reddidit, immo commentarium, quem librum Ancoratum nominauit, eruditum quidem, continentem cum fide Catholica hæresum omnium cõfutationem: in quo his notis præsentem annum designat *f*: *Hic annus est nonagesimus Diocletiani, & Valentiniani & Valentis decimus (quo & exordiatur vndecimus) Gratiani sextus, Consulatus Gratiani Augusti tertium & Equitij illustrissimi, inductio secunda.* ex quibus certam habes Chronologiam de annis Diocletiani, quoto nimirum Domini anno ille regnare cœperit, nempe ducentesimo octogesimo quarto. Cur autem librum de fide nominauerit Ancoratũ, ita ipse alibi ait *g*: *Verum iam de his à me tractatum est in magno de fide sermone, siue libro, in quo rursus iuxta nostram mediocritatem ac debilitatem coacti à fratrum exhortatione scripsimus de fide: cui libro imposuimus Ancorati nomen. Etenim quemadmodum exigua mens nostra valuit per Dei auxilium, ex vniuersa Scriptura doctrina Dei veritatem congregantes, velut ancoram his, qui volunt Sanctam Patrum fidem, Apostolicamq;, ac Propheticam & ab initio vsque huc in sancta Dei Ecclesia prædicatam, clare proposuimus, quo quis contineatur & muniatur,* &c. Sed ad sequentis anni res gestas transeamus.

e *Apud Epiphan. ante Ancorat.* f *Epiph. in Ancorat.* g *Epiphan. hæres. 69.*

IESV CHRISTI
Annus 375.

DAMASI PAP. Annus 9. VALENTINIANI VALENTIS IMPP. 12.

I. CHRISTI Redemptoris nostri annus trecentesimus septuagesimus quintus, quod ordinarijs, qui dant nomen anno, Consulibus caruit, post Consulatum Gratiani & Equitij in Fastis inscribitur. Cur autem desierint ex more creari Consules, Sanctus Hieronymus rationem affert *h*. Sed fortasse nec Consulum ordina-

h *Hieron. in Chron.*

rum hic annus exoris fuit: nam cum Pontius Paulinus, vt dicetur, Consulatum ordinarium gessisse reperiatur apud Ausonium, eius tamen nomen desideratur in Fastis. Ait Hieronymus: *Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastauerunt, eidem Consules permansere.* Qui enim compescebantur fortitudine Theodosij, eo inuidia fugato, actiori odio in Romanum Imperium, quod victa antea sæpe fuerant, exarsere. Mœroris igitur eo signo notatus est annus, qui lætis nonorum Consulum auspiciis atq; muneribus consueuerat inchoari: sed tristior atque infelicior reddidit as est repentino obitu Valentiniani Imperatoris, cum aduersus Quados mouit exercitum: quo modo autem id contigerit, Ammianus *a* docet; sed prius nobis dicenda sunt, quæ hoc eodem anno ipsi ante obitum acciderunt.

a Ammian. lib. 30.

II. VALENTINVS EP. SC. QVID ATVD VALENTI-NIANVM.

Hoc ipso anno, antequam Valentinianus è vita migraret, S. Martinus simulac creatus est Turonēsis Episcopus, ad eundem Valentinianum Imperato-rē se contulit: quid vero apud eum egerit, Seuerus narrat in hæc verba *b*: *Eodem fermè tempore, quo primum Episcopi datus est, fuit necessitas adire Comitatum. Valentinianus tum maxime rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare nolebat; iussit eum Palatij foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac superbum vxor accesserat Ariana, quæ totum illum à sancto viro, nec is debitam reuentiam præstaret, auerterat. Itaque Martinus, vbi semel atque iterum superbum Principem frustra adtrectauisset, recurrit ad nota præsidia: cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo potuq; abstinet, orationes diebus noctibusq; perpetuat. Septimo vero die astitit ei Angelus, iubet cum ad Palatium ire securum, reseras fores quantumlibet clausas sponte recedaturas, Imperatoris spiritum superbum mollicturas. Igitur iussis modi præsentia Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, Palatij petit. Patent limina, nullus obsistit: postremo vsq; ad Regem, nemine prohibente peruenit. Qui cum venientem eminus videret insrendens, cur fuisset admissus, nequaquam assurgere dignatus est astanti, donec regium sellam ignis aperiret, ipsumq; Regis ea parte corporis, qua sedebat, aistaret incendium. Ita solio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multumq; complexus, quem spernere ante decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio frequenter adsciuit. postremo abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ cultor, cuncta reiecit.* hæc Seuerus: eadem quoque Venantius Fortunatus carmine cecinit *c*.

b Seuer. dial. lib. 1. c. 6.

c Venantius Fortunat. Vit S. Martin lib. 3.

III. TEMPVS EPISCOPATVS MARTINI.

Cum hæc autem S. Martini sedis exordio contigisse, Seuerus affirmet: hoc anno fatendū est ipsum fuisse creatum Episcopum: nam cum sedisse eum dicat Gregorius Turonensis annos viginti sex, menses quatuor, & dies viginti septem; hac ratione ipsum peruenisse oportet ad annum Domini quadringentesimum secundum, ad quod vsque tempus sanctum Martinum vixisse, ex Seuero colligimus *d*: ipse enim eum dicat, sub Consulatu Euodij, anno Christi trecentesimo octogesimo sexto, Martinum iam fuisse sexagenarium, vixisseq; ab eo tempore annos sexdecim; ad dicitur annum Domini quadringentesimum secundum oportuit fuisse superstitem; ad quod tempus cum eius Sacerdotium fuerit propagatū, ab hoc anno incœpisse dicendum est. At licet à Seuero discrepet ipse Gregorius, dum ait *e*, octauo Valentiniani anno Martinum fuisse electum Episcopum: præstat tamen Seuerum audire, vtpote Martini pernecessarium; cuius sententia, additis ex Gregorio annis, quibus Martinus sedit, affirmandum est hoc anno, quarto Nonas Iulij esse creatum Episcopum; ea enim die id factum fuisse, idem Gregorius Turonensis alibi tradit *f*. Verum de annis eiusdem S. Martini superiori tomo plurib. actum est, dum de tempore eius baptismi prolixius disseruimus, & inferius dicturi sumus in ipsius morte.

d Seuer. dial. lib. 1. c. 7. & dial. 3.

e Greg. Turon. hist. lib. 10.

f Greg. Turon. hist. Franc. lib. 1. c. 14. & lib. 1. miracul. c. 6.

IV. VALENTINIANVS IMPER. OBITVS.

Cæterum quod spectat ad Valentiniani obitū, quem hoc anno accidisse constat mense Nouembri: de eo ita Ammianus *g*: *Post hæc* (cum scilicet Valentinianus esset in procinctu, & iam trans amnem in Quados traiecisset exercitum.) *Quadorum venere Legati, pacem cum prætertorum obliteratione supplices obsecrantes: quam vt adipisci sine obstaculo possint, & tyrocinium & quosdam vtiles rei Romanæ postulabantur. Quos quoniam suscipi placuit & redire, inducias, quæ poscebantur, indolui (quippe eos vexari dantes nec ciborum inopia, nec alicuius temporis anni patiebatur) Equitio in Consistorium introducente, sunt intromissi. Cumq; membris incurruatis starent metu debiles & præstricti, docere ipsi quæ ferebant, vsitatas illas cauſationum ſpecies, iurandi fidem addendo, firmabant, nihil ex communi mente procerum gentis delictum asseuerantes in nostros, sed per eximios quosdam latrones, annuq; confines enitisse quæ inculiter gesta sunt; etiam id quoque addendo vt sufficiens ad facta purganda, formantes, quod munimentum exercitus captum nec iuste, nec opportune ad ferociam animos agrestes accendit.* ad coercendos enim barbaros præsidia ædificari Valentinianus iusserat.

g Ammian. lib. 30.

V. *&repente cohibito

Ad hæc (subdit Ammianus) *Imperator ira vehementi percussus, & inter exordia respondendi tumidior, increpabat verborum obiurgatorio sono nationem omnem vt beneficiorum immemorem & ingratam: paulatimq; lenitus, propensior, tanquam ictus è cælo, vitalij, via, voceq; simul obstructa suffocatus igneo lumine cernebatur,* *erumpente subito sanguine, lethali sudore perfusus, ne laboretur, spectantibus & vilibus, concursu ministrorum vita secretioris ad cubiculum ductus est intimum: vbi locatus in lecto, exiguas spiritus reliquias trahens nondum intelligendi minuto vigore, cunctos aguoscebat astantes, quos cubicularij, ne quis eum necatum suspicaretur, celeritate maxima corrogarant. Et quoniam viscerum flagrante compage, laxanda erat necessario vena, nullus inuenire potuit medicum hanc ob causam, quod eos per varia sparserat curaturos multitem pestilentia morbo tentatum. Vnus tamen repertus, venam eius vterum supinij, pungendo, ne guttam quidem cruoris elicere potuit, internis maniestate calorum ambustis, vel vt quidam existimabant, arefactis ideo membris, quod meatus aliqui (quas hæmorrhoidas venas vocant) obseratis sunt gelidis frigoribus consrictati. Sensit immensa vi quadam vrgente morborum, vltimæ necessitatis adesse præscripta: direcrej, conatu aliqua vel mandare (vt singultus illa crebrius pulsans, stridorq; dentium, & brachiorum motus velut castibus dimicantium indicabat) tam superatus, luctantibus q; multis interfusus, animam diu colluctatam efflauit, ætatis quinquagesimo anno & quinto, Imperij nimis centum dies secundo & decimo.*

hactenus Ammianus. addit his Socrates *h*, eum defunctum in Bergitione castello xv. Kalend. Decembris: sed idem corrigendus est, dum ait vixisse eum annos quinquaginta quatuor, & imperasse tredecim. Remansit posteris Valentinianus humanæ calamitatis exemplum: vnde S. Hieronymus *i* ad Heliodorum: *Valentinianus vastato gentali solo, & inultam patriam derelinquens, vomitu sanguinis extinctus est.*

h Socrat lib. 4. c. 26.

i Hieron. ep. 3.

VI. GRATIANVS IMPERAT CVM PATRE ET PATRVO.

Eo defuncto, Gratianus, Augustus iam ante annos septem nuncupatus, solus imperare cœpit cum Valerite. Corpus autem Imperatoris Constantinopolim translatum esse, vt inter Christianorum Imperatorum reliquias humaretur, idem Ammianus affirmat. Cum interea *k* sexto die post patentis obitum, opera Cerealis anunculi, Valentinianus tum quadrimus, Iustinæ filius, Augustus solemni more nuncupatus est: quod factum Gratianus animi benignitate præditus ratum habuit. Quod autem Ammianus eum quadrimum fuisse testetur, haud probari potest: aduersatur enim Socrates, qui cum natum affirmat Consl. Gratiano & Dagalaipho, hac ratione hoc anno nouennē fuisse, asserere oportet. Confirmant & Tabulæ consulares, dum anno Christi trecentesimo sexagesimo nono habent Consules Valentinianum nobilem puerum & Aurelium Victorem. Ex eadem *l* quoq; Iustina genitas Valentinianus iunior sorores habuit, Gallam, Gratam, & Iustam; quarum duæ posteriores in virginitate vitam duxerunt, Galla posteà iuncta connubio Theodosio fuit.

k Ammian. lib. 30.

l Socr. lib. 4. c. 26.

VII.

Quod autem ad Cerealem anunculum spectat, penes quē tanta in esse videbatur creandi noui Imperatoris auctoritas: non alius hic putandus est ab illo, qui sub Constantio præfecturam Vrbanam gessit, & sub eodem posteà Consulatum: alius enim ab isto nullus reperitur clarus memoria hoc tempore Cerealis. Hunc igitur ipsum

esse

esse iure dixerimus, quem nuptias quæsisse S. Marcellæ, S. Hieronymus meminit: de quo ad Principiam virginem scribens, hæc ait *a*: *Orbata Marcella patris morte, viro quoq; post nuptias septimo mense primata est. Cum igitur tam Cerealis, cuius clarum inter Consules nomen est, propter ætatem & antiquitatem familiæ, & insignem (quod maxime viris placere consuevit) decorem corporis ac morum temperantiam, ambitiosius peteret, suasq; longæuus policeretur diuitias, & non quasi in vxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere: Albinaq; mater tam clarum præsidium viduatæ domus vltro appeteret; illa respondit: Si vellem nubere, & non æterne me cuperem pudicitiæ dedicare, vtiq; maritum quærerem, non hereditatem. Illoq; mandante, posse & senes diu viuere, & iuuenes cito mori: eleganter lusit: Iuuenis quidem potest cito mori, sed senex diu viuere non potest. Qua sententia repudiatus, exemplo fuit cæteris, vt eius nuptias desperarent.* hæc de Cereali Hieronymus. Quod autem Cōsulatum hunc gessisse dicat, cōtigit ille anno Domini trecentesimo quinquagesimo octauo vna cum Daciano collega: cuius & eiusmodi reperitur inscriptio in basi statuæ ipsi dicatæ:

a Hieron. epist. 16. CEREALIS VIR CONSULARIS.

b Romæ in ædibus Camelis via Iulia.

b NERATIVS CEREALIS V. C.
CONS. ORD. THERMARVM
RESTITVTOR CENSVIT.

extat & alia in Via lata eiusdē sententiæ inscriptio de restitutione thermarum factæ per Cerealem Consulem; atque alia rursum, qua de eiusdem Præfectura Vrbana mētio habetur, superius tertio tomo secunda editione suo loco restituta, quæ errore posita erat tempore Constantini. Porro ex amplissimo Cerealis nomine & auctoritate metitur S. Marcellæ clarissimæ fœminæ excellentem inter omnes Romanas mulieres amplitudinem, quæ eo maioribus creuit accessionibus, quo propter Christum ab ipsa magis despecta est: vt vere non in Vrbe tantum, sed toto Romano otbe effulserit egregium Christianæ pietatis exemplum: sed de ipsa sæpe inferius, imo & quinto Annalium tomo pro temporis ratione dicturi sumus. At iam reliquas huius anni res gestas ordine prosequamur.

VIII. THEMISTIVS CVRARE STVDET VISALIAM VALENTIS.

Eodem tempore, quo Valentinianus exinctus est (inquit Sozomenus *c*) *Valens Antiochiæ, quæ est in Syria, ætatem degens, maiore odio indies in suæ opinionis aduersarios exardescere, acerbeque affligere & exagitare cœpit. Cum vero Themistius Philosophus librum ei dicaret, hortabatur, docebat q; non oportere murari dissensionem, quæ in Ecclesiasticis opinionibus versabatur, cum multo inferior, multo q; minor sit, quam quæ extaret apud Gentiles: nam permultæ sunt apud ipsos opiniones; & dissensionem ob multitudinem dogmatum susceptam, complures contentiones de eiusmodi rebus & disceptationes excitare necessum est: siquidem Deo fortasse visum sit, vt ipsenum facile nosceretur, & varie existerent de eo opiniones; quo singuli magis eum venerentur, cum exquisitam eius cognitionem comprehendere non possint, secum reputantes quanta sit, & cuiusmodi ille quidem, ad cuius cognitionem venire cogerant. Hac oratione à Themistio habita, Imperator etsi factus animo aliquanto mansuetior, nec tam acerba aduersariis vt antea supplicia irrogauit, non tamen iram suam contra Sacerdotes arcessam penitus restinxisset, nisi cura de Republica sibi iniecta fuissent impedimento, quominus ad eiusmodi scelera suum studium & operam conferret,* &c. Gothorum namque nouo bello fuisse exagitatum tradit, de quo inferius.

c Sozo. li. 6. c. 35.

IX.

Quod ad Themistium Philosophum spectat: cum plura de eo superius dicta sint, hic his addendum (quod ratio exigit argumenti) ipsum erga Orthodoxos propēsiorem fuisse: multis enim id signis apparuit: vsusq; est eo familiarissimè Gregorius Nazianzenus, vt ex literis *d* ad eum scriptis intelligere facile est: ex quibus etiam habetur, ipsum non Philosophia tantum celebrem, sed etiā apud Imperatores potentia claruisse; quippe qui iam ab ipsis Constantij temporibus functus sit amplissimis magistratibus. Vnde ad eum inter alia Gregorius *e*: *Tu vero id, quod à tuo Platone dictum est, confirma nempe, ciuitatibus non ante malorum finem habituras esse, quam Philosophia cum potentia coniuncta sit: verasque enim re posses. Egenti manum porrige, cum videlicet, vt consentaneum erit, monens, ac iuuans. Nihil certe melius Philosophari possis, quam sic nunc iustitia patrocinium*

d Greg. Naz. ep. 139. 140.

e Greg. Naz. epist. 140.

suscipias: ne dicam quod hac quoque re nos laudum tuarum præcones beneficio afficies. hæc ipse. sed illa aduerte verba Gregorij ad Themistium; *A tuo Platone dictum est.* sic esse accipiēda, quod in his, quæ ad politica pertinerent, primo loco Platonem haberet, secundo vero Aristotelem: prout videre est in orationibus eius, ac præsertim in sexta, vbi ait: *Adiuuabit autem me in primis in te instituendo egregius ille Plato, & admirabilis Aristoteles.* in naturalibus autem speculationibus Aristoteli primas detulit. Quam vero familiarissimè vsus sit eo Theodosius Imperator, suo loco dictum fuit. At non licuit orationem illam, quam etiam Sozomenus, inuenire: sed intueris, puto, lector, ex eius argumento, eo prolapsam hæreticorum amentiam, atque furorem ipsorum progressum, vt etiam Gentiles ad commiserationem Catholicorum inflexerint; vsque adeo, vt pro eis apud ipsum Imperatorem aduersarium Themistius causam agere non dubitarit.

X. VALENS COGIT MONACHOS AD MILITIAM.

At Valens Imperator nequitia exardescens, sic oratione Themistij visus est ab Ecclesiarum persecutione abstinuisse, vt tamen alia via, nouo excogitato prætextu, diram aduersus monachos persecutionē conflarit, cum eos exutos monastica professione, è monasteriis, lege lata, ad militiam reuocari præcepit, hoc ipso anno, quo Valentinianus ex hac vita sublatus est, vt S. Hieronymus habet in Chronico his verbis: *Multi monachorū Nitriæ per Tribunos & milites cæsi: Valens enim lege data, vt monachi militarent, nolentes fustibus interfici iussit.* & Orosius *f*: *Valens illuc, post fratris obitum, velut effrenata libertatis audacia lapsus dedit, vt monachi, hoc est, Christiani, qui ad vnum fidei opus, dimissa secularium rerum multimoda actione, se rediguntad militiam cogerentur. Vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasq; diffusas, quas propter sitim, ac sterilitatem, perculosissimamq; serpentum abundantiam conuersatio humana non nōsset, magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Huc Tribuni & milites missi, qui sanctos & veros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent: interfecerunt vbi agmina multa sanctorum.* hæc Orosius. Coniungit hanc persecutionem Socrates illi, quæ Alexandriæ per Lucium Arianum (vt dictum est) commota fuit.

f Oros. lib. 7 c. 33.

XI.

Præcesserant iniquissimæ persecutionis huius ante præludia, cum ad Modestum Præfectum Prætorio de ijdem ipse Valens ita rescripsit *g*:

g l. 63. de Decurr. n. C. Theod. & Cod. Iustin. eod. tit. l. 16.

Quidam ignauia seductores, desertis ciuitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, & specie religionis cum cœtibus Monazontōn congregantur: Hos igitur, atque huiusmodi intra Ægyptum deprehensos, per Comitem Orientis erui è latebris, consulta præceptione mandauimus, atque ad munia patriarum subeunda reuocari, aut pro tenore nostræ sanctionis fumiliarium rerum careve illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. P.P. Beryti Kal. Ianuar. *Valentiniano & Valente AA. Coss.*

XII. MONACHI PERSECVTIONEM PASSI A VALENTE.

At non adscriptos tantum militiæ monachos ita vexauit Valens Imperator, sed reliquos omnes dira exagitauit exactione tributi, quos antea Constantinus atq; Cōstantius ab huiusmodi pensitatione capitationis census exemerant. Extant de his scripta Gregorij ad Iulianum, necnon carmen ad Helenium, quem illum ipsum puto, ad quē Vicariam Præfecturā Constantinopolitanæ ciuitatis agentem extat Theodosij Imperatoris rescriptum *h*. Ad Iulianum enim de ijdem monachis ita scribit, cum eidē illos commendat: *Philosophorum, inquit, cœtum commendō, qui scilicet nullo vinculo humi tenentur; qui sola corpora, nec ea quidem tot apposident, qui Cæsari nihil, Deo omnia habent, hymnos, preces, vigilias, lachrymas, hoc est, huiusmodi opes, quæ manibus premi nequeunt; qui mundo mortui sunt, Christo viuunt, carnem confecerunt, animam à corpore abstraxerunt: hos si mutuo tractaris, aut etiam omnino Dei seruos & discipulos, & cœlestium rerum inspectores, has, inquam, generis nostri primitias, hæc columina, has fidei coronas, has pretiosas margaritas, hos templi illius lapides, cuius fundamentum & lapis angularis Christus, hoc est, egregy Ecclesiæ complementi, hos, inquam, si Deo plane vtaddideris, præclarissimè vtiq; & ipsi & nobis & tibi consuluerit,* &c. At longe pluribus cumulat eos laudibus, cum in carmine ad Helenium eosdem commendat.

h l. 2 de cursu. Kalend. Greg. Naz. erat ad Iul. Trib. exeq.

XIII. Præcesserunt ista de tribus istis diris hanc, de qua est sermo, aduersus monachos persecutionem Valentis: qua non Ægyptij tantum monachi, sed in aliis quoq; regionibus agentes vexati sunt. ex eo enim quod cognitū fuit eiusmodi genus hominum esse Imperatori inimicum, quibuscunque scelestis in eosdem debacchandi vires creuit audacia, vt ex S. Basilij ad ipsos monachos scripta Epistola intelligere possimus, quam ad rerum gestarum concinnationem & veritatem hic describemus: est vero huiusmodi a:

a Bas. ep. 19.

XIV. BASILIVS CONSOLATVR EXT MONACHOS.

Desideratissimis ac religiosissimis fratribus, & sympresbyteris Acacio, Aetio, Paulo, Silvano, & Diaconu etiam, & religiosis monachis fratribus Basilius Episcopus.

Cum de graui persecutione aduersum vos excitata percepissem: & quod confestim post Paschæ qui ad lites & pugnas iecunarant, in tabernacula vestra irruentes, labores vestros igni tradiderint, cognouissem (qui vobis quidem domum in cælo sine manibus constructā sibi ipse vero ignis, quo ad vocandum vobis vsi sunt, thesaurum parauerunt) ingemui quidem super eo, quod accidit: non vt vobis, fratres (absit) sed vt illis condolerem, qui vsque adeo absorpti sint à malitia, vt in tantum vsque facinus malitiam suam extenderint. Verum expectabam futurum, vt confestim ad humilitatem nostram, tanquam paratum refugium, vniuersi accurreretis: sperabam, flaturum mihi Dominum indefinentem dolorum meorum refocillationem è vestro complexu; & fidere vilo, quem propter veritatem distillatis, in corpus hoc otiosum excepto habitaturum me consortium præmorum illorum, quæ vobis à iudice veritatis sunt recondita.

XV. *Postquam autem ad vobis ne in mentem quidem venit, nec aliquid refocillationis à nobis expectastis; cōtinuam mihi ad vos scribendi occasionem dari optauit: vt quemadmodum aliqui decertantibus acclamant, ita ego & bono vestro certamini adhortatione aliqua per literas acclamarem. Fuit autem nobis ne hoc quidem facile facu facile, id, duabus de causis, vna, quod ignorabam, vbinam locorum ageretis; altera, quod non adeo multi sunt, qui ad vos proficiscantur. Nunc vero obtulit nobis Dominus desideratissimum ac religiosissimum fratrem Sacerdotium presbyterum, per quem charitatem vestram salutamus obsecramusq;, vt pro nobis quoque vrgetis, letantes & exultantes, quod merces vestra multa est in cælo. Et quoniam fiduciam habetis in Domino; ne cessetis noctes & dies clamare ad illum, vt certamen hoc Ecclesiarum compescat plebium pastores restituat, & Ecclesiam ad suam pristinam dignitatem reficiat. Persuasus enim sum, si vox aliqua reperiatur, quæ optimum Deum flectat, non elongaturum eum misericordias suas, sed daturum nobis posthac vna cum tentatione & exitum, vt ferre possimus. Omnibus in Christo fraternitatem nostro nomine salutate.* hactenus Basilius.

XVI. MONACHI SYRIÆ CŌSVLVNT EPIPHANIVM.

Puto autem hos nominatos hic monachos primores fuisse archimandritas in Syria apud Chalcidem habitantes: si quidē eius nominis ibi Acacius clatuit, cuius est frequens mentio apud Theodoretum in commentario historiæ sanctorum Patrum; nam huius, necnon Pauli, cuius hic item nomen exprimitur, archimandritarum extat Epistola ad S. Epihanium, qua petierunt cōscriptum librum de hæresibus ad se mitti: anno enim superiore eum elaborare cœpisse Epiphanium, ipse eius exordio indicat b, signans illa sua tempora, Valentiniani & Valentis anno vndecimo, & Gratiani *septimo: ipsi autem Epistolam scripserunt hoc anno, librum, quem scripserat, ab eo exigentes, vt insc:iptio litteris affixa testatur, quæ sic se habet:

b *Epiphan. in præfat.*

* OCTAVO

Epistola scripta nonagesimo secundo anno regni Diocletiani, Valentiniani & Valentis anno duodecimo, & Gratiani anno octauo ad Epiphanium Palæstinum Eleutheropolitem, qui fuit pater monasterij in eisdem Eleutheropolis vicinis; tunc vero vrbis Constantiæ prouincie Cypri Episcopus extitit, ab Acacio & Paulo presbyteris & archimandritis, hoc est, patribus monasteriorum partium Chalcidis & beroeæ Cœlæ Syriæ, de eo, quod contra omnes hæreses scripsit, imo quod & multi adhortati sint, ac cogerint ipsum ad hoc opus aggrediendum.*

* BIENNIO

XVII. EPIPHANII EVOCATVR LVCVBRATIONES.

Quanta vero hi Epiphanium coluerint obseruantia, illis in primis verbis indicant: *At quando via intercepta est per infirmitates & æruminas corporales, non potuimus ipsi proficisci, & ad pedes tuos prouolui,* &c. vides priscum morem cultus & venerationis etiam Abbatum ad pedes se Episcoporum prosternendi. & paulo post: *Confitemur enim non solum nos, sed etiam omnes, quod in hoc seculo nouū te Apostolum & præconem Dominus excitauit, Ioannem nouum, & præcursorem, qui debent seruari ab his, qui cursum hunc propositum habent.* hæc & alia ibi. Reddidit ad eosdem ipse Epiphanius litteras vna cum libro, quas & præfationem totius operis esse voluit, & inter alia rationem affert, cur Panarium, nempe cassulā medicā, voluerit nuncupari, egregium plane opus, & Catholicæ Ecclesiæ valde proficuum.

XVIII. Hoc item anno S. Basilius, cum ante de mirifica electione Ambrosij in Mediolanensis Ecclesiæ Episcopum ipsius literis certior factus esset, ingenti perfusus gaudio ad eum ita rescripsit c:

Bas. ep. 55. BASILII LITERÆ AD AMBROSIVM.

Magna semper & multa quidem sunt Dominū nostri dona, quorum nos, magnitudo mensuram abilis, neque tum intellectu numerabile est. Vnum vero quod inter maxima reputari possit ab his, qui non difficili benefitiorum Dei in se collatarum semie tanquam, & præsens hoc est, quod quam longissime propter locorum distantiam seiuncti per literarum allocutionem mutua exhiberi debet. Largitur enim duplicem cognoscendi modum, vnum per præsentis conuictum & congressum; alterum per consuetudinem literariam. Quantumigitur re vera æquale locutio ex, cognoscimus: cognouimus vero non ex eo, quod nota mediorum corporis tui membra nostra impressa sit, sed quod interioris hominis tui pulchritudinem vitæ ex variegata sermonum pictura nouimus: quæq; nostrum ex animi tui arca loquitur.

XIX. *Glorificamus autem Deum nostrum; qui ex quauis mortalium generatione eos, qui sibi placuerint, delegit: quosdam quidem ex pastoribus eorum populo suo Principes excitauit, & animo de gregibus earum sumptum spiritu sapientiæ instruxit, & ad Prophetiam dignitatem extulit: nunc vero virum ex vrbe regia, cui totius gentis principatus concessus erat, sapientiæ sublimem, generis claritudine, vitæ splendore, eruendi facultate, & rebus secularibus illustrem ad gregem Christi pastorem transit. Qui primum in omni vitæ operibus vniuersis, proh, quanta habitat, vt Christum inueniret, commutata sibi magna ac præclari nauigij, Ecclesiæ videlicet Dei, in fide tristi gubernacula accepit. Age igitur, ô bona Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti; aut de libris Euangelium Christi, sed ipse te Dominus è media tribunali arce deiecturus ad prosidentiam Apostolicam euocauit: vera bonum certamen corrige ac moderare infirmitatem populi. si qua Ariana vesanie labe tactus est: renoua pristina Patrum vestigia & quod salectionis ergā nos sanctamentum accepisti, in ipsam structuram ædificatæ mutuæ nostri colloquij excitare ac proinebere fide: nam hoc pacto spiritu poterimus communes esse, licet terrestri habitatione quam longissime alter ab altero distet simus.* huiusq; Basilius ad Ambrosium.

XX. BASILII CVM AMBROSIO NECESSITVDO.

Perseuerasse quidem mutuam inter vtrumq; literarum consuetudinem, certum est; siquidem cum tum ante eos nosceretur esse transacta. Experti sse enim Ambrosium à Basilio eius lucubrationes tum explicantes diuinā scripturam, tum prauā dogmata cōfutantes; facile intelliget, qui vtriusq; legerit commentarios in Hexameron & de Spiritu sancto; videbitq; magna ex parte quæ Basilius Græcè ēdidit, Ambrosium tradidisse Latinis. Sed & illud erga Ambrosium Basilij pium intercessse officium, dum corpus S. Dionysij Mediolanensis Episcopi & martyris, qui pro fide Catholica exul obierat in Cappadocia, procurante Auxentio Episcopo, è Cappadocia Mediolanum translatum est.

XXI. ELECTIO AMBROSII PROBATA AB OMNIBVS. d *Ambr. ad Vercell. ep. 32.*

At vero non vnus dumtaxat Basilius in Oriente Ambrosij electionē, quamuis reluctante canone actam probauit, sed omnes Occidentales & Orientales Catholicæ cōmunionis Episcopi: quod ipse ea sententia declaratit, qua ait d: *Ordinationem eam Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probarunt,* quibus illud in primis innuit, quod minus rite actum videbatur; id iudicio sedis Apostolicæ publico decreto esse firmatum: Orientales vero & exemplo probasse, dum quod factum est Mediolani in creando Ambrosio Episcopo, Orientales idem præstiterint Constantinopoli postea eligendo Nectarium catechumenum. Cæterum eiusmodi licētia quam plurimos abusos esse ex laicis & neophytis ad

sacros ordines & Episcopatum etiam irrepere fauore diuersorum solicitantes, fuit postea querela Siricii Papæ, qui inter alia hæc habet: *Certe illud etiam non fuit prætermittendum, vt quod semel aut secundo necessitate hæreticorum intulit contra Apostolica præcepta, veluti lege licitum, præsumi; neophytum vel laicum, qui nullo Ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum, vel diaconum ordinare, quasi meliores Apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum. Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum, nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem Ecclesiæ laicus postulatur? Quæ ne fiant vltra admoneo.* hæc Siricius. Porro de huiusmodi abusione in Ecclesia Dei licentius vsurpata, vt laici & ipsi etiam coniugati ad Episcopatum postularentur, Sanctus Hieronymus *b* agens contra Iouinianum meminit. Quod vero Siricius dicat bis in Ecclesia id vsurpatum propter hæreticos: puto eum intellexisse de ordinationibus San. Hilarii, necnon etiam S. Ambrosii, quas constat multum proficuas fuisse Catholicæ fidei, cum à duobus his hæresis Ariana in Occidente potissimum fuerit profligata.

a Siric. ep. ad Orthodoxos.

ABVSVS INVALVIT IN ELECTIONE EPISCOPORVM.

b Hier. contra Iouin. lib. 1.

XXII. At Ambrosius cum sic ex laico esset ordinatus Episcopus, vndique sibi auxilium comparare sategit. cui etiam longe positi Antistites adiumento fuere: siquidem præsto fuit eidem in fide tyroni suis scriptis (vt diximus) San. Basilius: sed ad nouæ præfecturæ regimen missus est ad illum à San. Damaso Papa egregiæ eruditionis & spectatæ probitatis Romanæ Ecclesiæ presbyter sanctus Simplicianus *c*, de quo nonnulla superius: quem cum in omnibus S. Ambrosius habuerit monitorem atq; doctorem, vt patrem obseruare consueuit, cuius scientiam in dicendo, dexteritatemq; in agendo, satis exploratam reddidit conuersio Marii Victorini celebertimi oratoris, de qua superius actum est. His denique aliisq; auxiliis, sed præcipue diuina accedente gratia, quasi miraculo factum est, vt qui nuper è tribunali populo ius reddebat, è cathedra cũdem diuinam legem edoceret.

c Augustin. Conf. li. 8. cap. 2.

XXIII. Porro quod Simpliciani status humilis, Ambrosii vero sublimis esset, illud in eo excolendo consilium init, vt ipse licet magister, discipulum ageret, Ambrosiumque tanquam magistrum difficillimis interdum pulsaret quæstionibus, ita prouocans ad volandum pullum suum: ad quem aliquando sic Ambrosius *d*: *Quid est*, inquit, *quod ipse dubites, & à nobis roguras, cum fidei & acquirendæ cognitionis diuinæ gratia totum Orbem peragraueris, & quotidiana lectionis nocturnis ac diurnis vicibus omne vitæ huius tempus deputaueris, acri præsertim ingenio etiam intelligibilia complecteris? vtpote qui etiam philosophicæ libros quam à vero sint deuij, demonstrare soleas, & plerosque tam imanes esse, vt prius scribentium in suis scriptis serpo, quam vita eorum defecerit.* hæc ipse de Simpliciano, de quo plura inferius. Sic igitur bene accidit, diuino operante Spiritu, à quo ad tantum regimen assumptus erat, vt catechumenus in Episcopum, & discipulus in Ecclesiæ doctorem fuerit continuo transformatus, iunxeritque in regimine Episcopatus vitam monasticam cum muneribus & officiis clericalibus. Ipso enim in Episcopatum ingressu sic vitam instituit, vt curam rerum domesticarum Satyro fratri reliquerit (quod ipse testatur) sese vero totũ spiritualibus Ecclesiæ curis penitus mancipârit, erat Satyrus frater adeo spectatæ virtutis, vt in rebus agendis ac moderandis ipsum habere consueuerit consultorem & arbitrum *e*.

SIMPLICIANVS NOM. PRESBYTER. IVNGITVR AMBROSIO.

d Ambros. epist. 2.

AMBROSII VITA INSTITVTIO.

e Ambros. orat. in fun. fratris.

Ad sacrificium celebrandum ita assiduus erat (quod ipse tradit *f*) vt quotidie illud egerit, summa præuia animi præparatione: quolibet vero die Dominico (vt auctor est Sanctus Augustinus *g*) in ecclesia pro concione populum docendum susceperit: cætera autem munia Ecclesiastica sic strenue solus obierit, vt (quod ait Paulinus *h*) circa baptizandos ipse solus impleret, quod post eius obitum vix quinque Episcopi perficere potuerunt. Cæterum ita curauit Ecclesiastica, vt externa & sæcularia minime neglexerit, verum audiret frequentes litigantes, causas iudicaret, componeret, & æquissimus arbiter, vtrisque acquiescentibus partibus, definiret. Hisque aliis ex causis Episcopum requirentibus omnibus, in omnibus se paratum exhibuit, vt nemini ad eum aditus esset aliquando interclusus, nullius ostij velum esset oppansum, nec qui ad eum duceret, esset ab eius è cubiculariis officium requirendum. testatur id quidem S. Augustinus admiratus hominis in audiendis omnibus tolerantiam. Corpus vero ea disciplina coercuit, vt ieiuniorum custodiret assiduum, nunquam prandendi (vt Paulinus ait) vsum admittens, nisi religio, Ecclesiæque illius consuetudo mandasset, nempe sabbatho, die Dominico, & natalitiis martyrum, quibus diebus prandium reuocaret, quo etiam non solum pauperes reficerentur, sed & viri clarissimi exciperentur: hisce enim charitatis obsequiis etiam duces exercitus demerete consueuit, vt de Arbogaste Comite acstrenuissimo duce constat, qui magna gloria prædicare solebat, se ab Ambrosio sæpe acceptum esse continuo & id ipsum quoq; Vincentius Galliarum Præfectus sibi cõcessum, pro magno munere ostentabat. At licet sic ipse omnes exciperet, nunquam tamen ad conuiuium inuitatus accessit: tradit enim Possidius *m* in Augustino, quod etsi Ambrosius factus omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret, ab tribus tamen perpetuo se continuit, nimirum vt neminĩ vxorem quæreret, nulliq; militiam suaderet, neq; ad conuiuium inuitatus accederet. Hæc sunt quæ summatim collecta ab ipso in eam sedem tog. essu ad exitum vsq; Ambrosius sibi seruanda præscripsit, quæ hic tantum attigisse sat est.

f Ambr. in epist. 1. ad Marc. & epi. ad sororem.

g Augustin. Conf. li. 5. c. 13.

h Paul. in vit. Ambr.

Augustin. Conf. li. 6. c. 3.

k Possid. in vit. Ambr. l Seue. dial. li. 1. c. 17. in fine.

m Poss. vit. Aug. c. 27.

XXV. Quod vero Ecclesiam diu ab Arianis possessam, instar dumoli nemoris prorsus incultam inuenerat, in qua ex tanta populi multitudine vix paucos esset reperire, qui aliqua ex parte vel leuiter saltem non essent Arianæ communionis labe infecti, contagiosi vt par erat ad recipiendos eos in Ecclesiam pœnitentes, omnibus fores Ecclesiæ patere iussit: cuius rei causa quod facile esset ad indulgẽtiam (quod accidit postea quoque Gregorio Nazianzeno Constantinopoli) multorum inuidiam pulsus eli de quibus sic ipse *n*: *Vos indignamini, & queritis contra Ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in Ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta vetera resuscitari. Itaq; quod in vobis est, per inuidiam rursus vultis interficere suscitatos,* &c. Interim vero de ipso ita conante, magna animi modestia se tabidi ex aduersantium inuectiuis: *Dicitur. Ecce ille non in Ecclesiæ meritis fuit, non edoctus à puero, sed raptus à tribunalibus, abductus à vanitatibus huius sæculi, à præconis voce ad pleraq; assuefactus tanquam, in sacerdotio manet non virtus sua, sed Christi gratia, & inter conuiuas mensæ cælestis recumbit. Serua Domine mouus tuum: custodi donum, quod contulisti etiam refugienti. Ego fateor, quod non eram dignus vocari Episcopus, quamia dedit mihi sæculi huius: sed gratia tua fum id, quod sum, & sum qualem me uoluisti esse tuorum Episcoporum, & infimus merito. Tamen quia & ego laborem aliquem pro sanita Ecclesia tua suscepi: boni fructum inde, inquam per ditum vocasti ad sacerdotium, cum sacerdotale parere partum: ac primum vt condolerem meritibus peccantibus affectu humano.* hæc ipse. Et quidem cumulate, quod à Deo sic est precatus; obtinuit. nam (vt de eo Paulinus *o* habet) *quotiescunq; aliquam ad promerendam pro peccatis veniam illa ipsi confessionis ara, sibi intima cordis contritione afficiebatur, vt defleret audita peccata, ad fletum flendum; pœnitentia prouocaret assistentes. Tuisse autem eiusmodi peccatorum secreta confessionem, perspicue illis verbis Paulinus insinuat, dum ait, quod crimina ab illo accepta, intimisq; Domino apud quem intercedebat, loquebatur, petitionis exemplum posteris sacerdotibus, vt intercessores apud Dominũ sint magis quã accusatores apud homines.* hæc Paulinus. Quo modo vero post eiusdas delinquentium per pœnitentiam ipsius Ecclesiæ agrum culturæ redditum sanctis seminibus fecerit, suo loco dicemus.

n Ambr. de pœnit. l. 2. c. 8.

AMBROSII INDOLIS HVMILITAS.

o Paulin. in vit. Ambr.

XXVI. Hoc eodem anno duodecimo Valentis decessisse ex hac vita nequissimum hominem hæreticarum Photinum, S. Hieronymus notat in Chronico: plura eum scripsisse volumina alibi *p* tradit, in quibus præsertim contra Gentes & aduersus Valentinianum libri: at de ipso plura superius.

p Hieron. de scr. Eccl.

IESV CHRISTI

Annus 376.

DAMASI PAP. VALENTIS 13.
Annus 10. GRATIANI 10. IMPPP. VALENTIN. 1.

I. GRATIANVS VITAT CONVENTVS HÆRETICORVM.

CHRISTI annus trecentesimus septuagesimus sextus Coss. Valente quintum & Valentiniano iuniore Impp. incipit. Cessit humanitas Gratiani anni huius Consulatum ordinarium fratri, quem etiam Imperii collegam habere consensit, cum fratris primus annus notetur imperii, Gratiani vero mense Augusti decimus inchoetur, qui nouem ante cum patre regnarat. Ipse vero probe intelligens nimia indulgentia partis permittentis Arianos in Ecclesia Occidentali pacifice agere, immo & Episcopatus gerere, vt vidimus de Auxentio tot annis Ecclesiæ Mediolanensi incubante, aduersante licet Damaso Romano Pontifice, & aliis Orthodoxis Episcopis, hæreticos audaciores factos magno Catholicæ pietatis detrimento; sancita lege vetans eos conuentus agere, à Fisco vindicandum statuit locum illum siue in ciuitate, siue in agro, vbi ad synaxim celebrandam conuenissent. Est mentio eius institutionis in rescripto hoc anno dato ad Hesperium Præfectum Prætorio his verbis *a*:

a *l. 4. de hæret. C. Theo.*

II. *Olim pro religione Catholicæ sanctitatis, vt cœtus hæreticæ usurpationis conquiescerent, iussimus, siue in oppidis, siue in agris extra ecclesias, quas nostra pax obtinet, conuentus agerentur, publicari loca omnia, in quibus falso religionis obtentu altaria locarentur. quod siue dissimulatione Iudicum, seu prophanorum improbitate contigerit, eadem erit ex vtroque pernicies* .... cætera desunt. nam hæc mox ibi: *Dat. X. Kalend. Maij Treuer. Valente & Valentiniano AA. Coss.*

III. IVDICVM IGNAVIA GENTILICIA SVPERSTITIO REVIVISCIT.

Porro eorundem Iudicum dissimulatione non solum hæretici talia præsumpserant; sed & Gentiles quam sub Valentiniano seniore Augusto vsurpauerant sibi licentiam idola colendi, suam ipsorum superstitionem exercere pergentes, eapdem publicis quoque monumentis testaram relinquere ausi sunt. Inueniuntur istiusmodi audaciæ testes in antiquis inscriptionibus semper loquentes, quæ huius anni Consulibus notatæ habentur *b* in Romanæ Vrbis veteribus monumentis.

b *Apud Smetium in Inscrip. pag. 10. n. 1.*

DIS. MAGNIS

MATRI. DEVM. ET. ATTIDI. SEXTILIVS. AGESILAVS. ÆDISIVS. V. C. CAVSARVM. NON. IGNOBILIS. AFRICANI. TRIBVNALIS. ORATOR. ET. IN. CONSISTORIO. PRINCIPVM. ITEM. MAGISTER. LIBELLORVM. ET. COGNITION. SACRAR. MAGISTER. EPISTOLAR. MAGISTER. MEMORIÆ. VICARIVS. PRÆCEPTOR. PER. HISPANIAS. VICE. S. I. C. PATER. PATRVM. DEI. SOLIS. INVICTI. MITRÆ. HIEROPHANTA. HECATÆ. DEI. LIBERI. ARCHIBVCOLVS. TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IN. ÆTERNVM. RENATVS. ARAM. SACRAVIT. DD. NN. VALENTE. V. ET. VALENTINIANO. IVN. AVGG. COSS. IDIB. AVGVSTIS.

Sub iisdem quoq; Consulibus alia id genus inscriptio sic se habet, eodem die notata *c*:

c *Apud eundem vbi supra. pag. 19. nu. 11.*

DIS. MAGNIS

VLPIVS. EGNATIVS. FAVENTINVS. V. C. AVGVR. P. V. D. P. R. Q. PATER. ET. HIEROCERYX. D. S. I. M. ARCHIBVCVLVS. DEI. LIBERI. HIEROPHANTA. HECATÆ. SACERDOS. ISIDIS. PERCEPTO. TAVROBOLIO. CRIOBOLIOQ. IDIBVS. AVGVSTIS. D. D. N. N. VALENTE. AVG. V. ET. VALENTINIANO. AVG. CONSS. FELICITER

ibidem hi versus:

VOTA. FAVENTINVS. BIS. DENI. SVSCIPIT. ORBIS
VT. MACTET. REPETENS. AVRATA. FRONTE. BICORNES

At hæc non tam ob nominatorum Consulum memoriam descripsisse voluimus, quam ad infelicia hæc tempora significanda, quibus publicæ aræ diis dedicabantur, & sacrificia in eisdem immolabantur, impartita iam semel Valentiniani & Valentis Augustorum Imperii exordio cunctis gentibus facultate, vt quę vellet quisque numina coleret: quod suo loco superius diximus. Erant enim quam maxime, qui putant quæ ad finem carminis aduersus Symachum Prudentius *d* habet, à parente Imperatoris illius, quem alloquitur, vetita fuisse sacrificia: ad Valentinianum seniorem esse referenda. non enim Valentinianum iuniorem auctor alloquitur, sed Honorium Imperatorem: vt manifestum sit ipsum intelligere de eius patre Theodosio, qui re vera omnia sacra Gentilium abolerit. In quem errorem nos etiam fidem secutos aliorum illapsos ipsi correximus. Permisisse quidem Valentinianum seniorem, vt quam quisque vellet religionem amplecteretur, eiusdem Imperatoris assertione demonstratum est superius Imperii eius exordio, editi abeo auctoritate rescripti. Quod licet pluspuam satis ad certam astruendam fidem esse possit; accedit tamen his insuper testificatio Ammiani disertis verbis ista firmantis, vbi ait *e*: *Postremo hoc moderamine Principatus inclaruit, quod inter religionum diuersitates medius stetit: nec quemquam inquietauit: neque vt hoc coleretur, imperauit, aut illud: neq; interdictu minacious subiectorum cernicem ad id, quod ipse volut, inclinabat; sed intemeratas reliquit has partes, vt reperit.* hęc Ammianus, ab ipso, vt vides, plurimum commendata, quod superstitioni Gentilicię bene cesserit tanta facilitas Imperatoris: vt non veteres tantum frequentarentur sacrificiis aræ, sed & recentes erigerentur. Ex quo etiam fonte manauit, vt idem fineret in Occidente inter Christianos quam quis vellet fidem amplecti, atque pro arbitrio hæreser consectari. Hinc videas Mediolani Auxentium secutum egisse, ipsumq; Valantinianum coniugium Arianæ fœminæ Iustinæ minime detrectasse.

d *Prud. ad uer. Symmach.*

e *Ammia. l. 30.*

VALENTINIANVS LIBERVM SINAM DEORVM CVLTVM A DEO PVNITVR.

IV.

V.

At quam ista ipse consulte, exitus declarauit. Duo enim filii, iidemque Augusti, factione ac proditione Gentilium necati sunt, Gratianus à Maximo, conspirantibus cum eo Gentilibus Senatoribus, & Valentinianus iunior proditione æq; Gentilium laqueo strangulatus: factumque est diuini libramenti iudicii, vt transferetur Romanum Imperium in Theodosium, qui deorum omnia demoliretur cum idolis aras & templa, omnesq; hæreses seuerissimis propulsaret edictis. Vnde hæc ipse considerans, cogor illud *f* Dauidicum vehementius inclamare: *Et nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram.* Atiam quæ sunt reliqua, prosequamur.

f *Psalm 2.*

VI.

Quod ad rerum Ecclesiasticarum componendum ordinem spectat: ibidem Treueris Gratianus ad Episcopos ita rescripsit *g*:

Impp. Valens, Gratianus & Valentinianus AAA. Artemio, Eutidico, Appio, Gerasimo, & cæteris Episcopis.

Qui mos est causarum ciuilium, idem in negotiis Ecclesiasticis obtinendus est, vt si quæ sunt ex quibusdam dissensionibus, lenibusq; delictis ad religionis obseruantiam pertinentia, locis suis & à suæ diœceseos Synodis audiantur: exceptis, quæ actio criminalis ab ordinariis, extraordinariisq; Iudicibus, aut illustribus potestatibus audientia constituit. Dat. XVI. Kal. Iun. Treuer. Valente V. & Valentiniano AA. Coss. grauiora namq; crimina, per quæ etiam pœna sanguinis irroganda foret; per seculares Iudices exerceri siuerunt Episcopi.

g *L. 23. de Episc. & cler. C. Theo.* QVID GRATIANVS DE IVDICIO ECCLESIASTICO.

VII.

Quod autem ad res Orientis pertinet: hæc ex Ammiano *h* collegimus; prodigioso quodam motu, sed nonnisi numine impellente, Hunnos vltra paludes Meoticas incolentes, in Alanos, qui Scythicas solitudines habi-

h *Ammia. li. 31.*

tabant,

BARBARI IN ORIENTE GRASSANTVR IN ROMANVM IMPERIVM.

tabant, irrumpentes ab illis repulsos descendisse in regiones trans Istrum, quas occuparant Gothi: Hi vero sub Regibus Alarico & Fritigerne (Athanaricus autem ad tutiora loca confugerat) per legatos apud Valentem Imperatorem egere, vt Thraciæ ipsis darentur ad habitandum; spondentes se Romanis subditos fore, tutaturosque fines Romani Imperii ab omnibus aliis barbarorum incursibus. Permissi sunt igitur magno Romani Imperii damno barbari Istrum transire: sed & aliæ proximæ nationes se iisdem adiunxere, transmiseruntque & ipsæ Istrum Romanis licet inuitis. Meminit horum sanctus Ambrosius barbarorum, & aliorum inter se confligentium, & quæ Ammianus pluribus chartis est prosecutus, ipse his paucis absoluit, vbi ait a: *Quanta enim prælia, & quas opiniones accipimus præliorum? Hunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Taifalos & Sarmatas insurrexerunt. Nos quoque in Illirico exules patria Gothorum exilia fecerunt: & nondum est finis. Quæ omnium fames, lues pariter boum atque hominum, cæteriquepecorum? vt etiam nos, qui bellum non pertulimus, debellatis tamen pares fecerit pestilentia.* hæc Ambrosius. Quam autem immensa, nempe vniuersam Europam occupans, quam dira animalium pestis ista, & quomodo à Christianis per signum Crucis facillime curaretur, quo tanto miraculo Gentiles ad Christi fidem conuerterentur: est elegans Ecloga Seueri Sancti Endeleichi Rhetoris, (huius meminit S. Paulinus Nolanus) vbi hæc post alia:

a *Ambros. commen. in Luc. lib. 9. c. 11.*

Buculus —— *Dic age Tityre,*
Quis te subripuit cladibus his Deus,
Vt pestis pecudum, quæ populata sit
Vicinos, tibi nulla sit?

Tityrus.

Signum, quod perhibent esse Crucis Dei,
Magnis qui colitur solus in vrbibus:
Christus, perpetuæ gloria numinis,
Cuius filius vnicus.
Hoc signum mediis frontibus additum,
Cunctarum pecudum certa salus fuit.
Sic vero Deus hoc nomine præpotens
Saluator vocitatus est.
Fugit continuo sæua lues greges,
Morbis nil licuit. Sic tamen hunc Deum
Exorare velis, credere sufficit.
Votum sola fides iuuat.
Non vllis madida est ara cruoribus,
Nec morbus pecudum cæde repellitur,
Sed simplex animi purificatio
Optatu fruitur bonus.

Buculus.

Hæc si certa probas, Tityre, nil moror
Quin veris fauulen relligionibus:
Errorem veterem deffugiam libens.
Nam fallax & inanis est.

Tityrus.

Atqui iam properat meus me visere
Summi templa Dei. quin age, Bucule,
Non longam pariter congredimur viam:
*Christi & * numen agnoscimus.*

Ægon.

Et me consilijs iungite prosperis.
Nam cur addubitem, quin hominis quoque
Signum prosit idem perpete sæculo,
Quo vis morbida vincitur?] hæc de peste, signo

* numina nescimus

VIII. sanctæ Crucis propulsari solita. Quod pertinet ad res bellicas, factum est, vt barbari, qui Istrum transierant, victus impio laborantes, grassari cœperint in vicos & oppida, vnaque conspirantes tentarent etiam ciuitates, prouocati ciuium contumeliis, & Lupicini in Thracia Romani Ducis exercitus auaritia atque perfidia. Qui aduersus eos copias parans, vnuersum Romanum exercitum barbaris ad internecionem subiecit; fuga vero ipse sibi consulens, ad Marcianopolim proximam ciuitatem confugit: ibique occisorum Romanorum armis, barbarorum est armatus exercitus. hæc quidem hoc anno facta esse, ex eodem Ammiano auctore colligitur, profectionem vero Valentis Antiochia Constantinopolim contigisse anno sequenti. Si autem tot tantaque fusius scripta scire lector cupis, consule Ammianum: licet & ipse rerum immensitate superatus, nonnisi strictim se historiam hanc persecutum esse, testetur illis verbis: *Id lecturos obtestamur, ne quis à nobis scrupulose gesta, vel numerum exigat peremptorum, qui comprehendi nullo genere potuit. sufficiet enim, veritate nullo velata mendacio, ipsas rerum digerere summitates.* ita ipse. Verum illud velim accuratius contempleris, quam æquâ diuini pensata lance iudicii talia impius Imperator pati cogatur. Qui enim haud pridem (vt vidimus) sanctos monachos ad militiam subeundam adigere conatus est, & renuentes militare necauit: incautus volens libensque in Romanum solum hostes, per quos occideretur, adduxit: vt plane perspicuo fuerit demonstratum exemplo, nihil aliud esse piis sanctisque virtis negotium facessere, atque eos persequi, quam in Reipublicæ certam cladem hostes armare.

Ex recitata nuper auctoritate Ambrosii commentariorum in Lucam, qua bella tunc inter barbaros ingruentia narrantur; plane declaratur, ipsum tunc temporis eandem præ manibus habuisse lucubrationem. Iam cessetant Ariani ad tempus saltem, ipseque Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi pacifice agebat; qui eo otio bene vsus ad eos commentarios conscribendos vtiliter dignoque stylum admouit. De pace enim, qua tunc ea potiebatur Ecclesia; hæc ipse paulo superius b: *En, inquit, tempus acceptabile, quo non hiemalibus perfidiæ caliginis pruinis annus riget, nec altis nimbis informis crusta blasphemiæ gelu durante concrescit; sed procellis sacrilegij liberata, nouos fructus terra iam parturit. veteres præterit. Dissensionum quippe omnium procella deferbuit: cunctis sæcularis cupiditatis ardores, æstusque omnes, quibus Italia populus per Iudaicæ olim, Arianæ proximæ sanitatis incendia coquebatur, sereno iam spiramine temperatur. Sedata tempestas est, concordia nauigat, fides spirat: certatim nauta repetunt fidei, quos reliquere portus, & dulcia patriæ oscula littoribus affigunt, liberatos se periculis, absolutos erroribus gratulantes. Salue vinea tanto digna custode,* &c. hæc S. Ambrosius, in memoriam reuocans quot fluctibus haud pridem ipsa Ecclesia Mediolanensis, & tota simul Italia ex Arianorum procella fuerit agitata. Quæ quidem aura lenis pacem & tranquillitatem adducens, anno sequenti spirare cœpit in Oriente, vt proxime dicturi sumus.

IX. PAX MEDIOLANENSIS ECCLESIÆ

b *Ambros. comment. in Luc. lib. 9. c. 20.*

Quo tempore hæc actitarentur (inquit Socrates c) *Euzoius, qui Antiochiæ Arianæ sectæ Episcopus fuit, extremum vitæ diem confecit ad quintum Consulatum Valentis, Valentiniani autem iunioris primum, in cuius locum Dorotheus suffectus est.*

c *Socr. l. 4. c. 28.*

EVZOII OBITVS, DOROTHEI ORDINATIO.

X.

IESV CHRISTI
Annus 377.

DAMASI PAP. Annus 11. VALENTIS 14. GRATIANI 11. IMPPP. VALENTIN. 2.

QVI sequitur annus trecentesimus septuagesimus septimus, Consulatu Gratiani quarto cum collega Merobaude reperitur Fastis adscriptus. Est mentio horum Consulum in ara, quæ vetustate corrosa hos habet versus inferius d, qui leguntur:

I.

GRATIANO. IV. ET MEROBAVDE CONSVLIBVS DEDICAVIT.
ANTIQVA GENEROSE DOMO CVI REGIA VESTÆ
PONTIFICI FELIX SACRATO MILITAT IGNE
IDEM AVGVR TRIPLICIS CVLTOR VENERANDE DIANÆ

d *Romæ in ædibus Conclaui nel Ara quam vide apud Sanctum pag. 20. n. 41.*

PERSI-

PERSIDICIQ. MITHRÆ ANTISTES BABILONIÆ TEMPLI.
TAVRIBOLIQ. SIMVL MAGNI DVX MISTICE SACRI.

II. VALENS EXVLES ORTHODOXOS RELAXAT EXILIO.

Adsunt ibi sculpta signa immolantium, nempe mactati arietes: quibus intelligas impietatem adhuc publicos sibi vendicasse honores.

Quo anno, Valens Imperator, accepta immensa clade illata Romano exercitui sub Lupicino, funestaque Thraciarum à Gothis facta depopulatione, Antiochia a cito digressus est Constantinopolim peruenturus: *Tunc* (inquit Socrates b) *destitit ab illis in exilium mittendis, qui fidem Consubstantialu amplexabantur.* sed verius S. Hieronymus, qui hoc anno decimoquarto Valentis de eo ita habet in Chronico: *Valens de Antiochia exire compulsus, sera cæ mitentia nostros de exilijs reuocat.* eadem & Orosius c: quin & ipsum Socratem id significasse oportuit, dum Petri Episcopi Alexandrini restitutionem Alexandriam, adhuc Valente Imperatore viuente, factam affirmat, cum inferius ait d: *Per idem tempus, simulatq; Valens Imperator Antiochia decesserat: omnes, qui vbique persecutionis tempestate iactabantur, & Alexandriæ potissimum, magnopere recreati fuerunt propterea quod Petrus Roma cum literis Damasi Episcopi Romani eo reuersus erat, quæ quidem & bonorum fidem confirmabant, & Petri creationem. Populus igitur illu confusus expellat Lucium, Petrum autem in eius locum introducit.* hæc ibi. Vides summam in Romano Pontifice auctoritatem, cuius arbitrio Alexandrinæ Ecclesiæ primæ sedis post Romanam Episcopus in suam Ecclesiam restituitur: quem eiusdem auctoritate redeuntem, contempto Valentis Imperio, imo tyrannica potestate, populus in sua cathedra collocat, electo eiusdem sedis turpissimo inuasore. Eadem habet de restitutione Petri facta per Damasum Sozomenus: ex quibus erroris arguuntur, qui post obitum Valentis Petrum restitutum affirmant: maior certe auctoritas Sancti Hieronymi, ac cæteris præferenda, hoc eodem tempore degentis in Syria, & cum Valentis Imperio finem Chronico imponentis.

III.

Intueris, lector, nouum Pharaonem, Valentem Imperatorem, nonnisi potenti grauique Dei manu cogente, relaxasse tandem liberum populum Dei; atque inuitum licet, grauioribus tamen imminentibus hostibus, vrgentibusque periculis, indulsisse, quod nulla persuasione iustorum, diuinarumque operatione virtutum tot annis potuit extorqueri. Sed & hoc quoque signo penset aliquis grauius fuisse Valentis delictum, dum Pharao ille aquas sceleris sensit vltrices, hic vero ignem impietatis expertus est vindicem. At de eius obitu anno sequenti.

IV. RICOMERES DVX CVM EXERCITV MITTITVR IN ORIENTEM.

Hoc autem anno, periclitanti Imperio Orientali Gratianus e laturus suppetias, Ricomerem illuc cum copiis misit: qui iunctus Ducibus Valentis Imperatoris, iidem simul diro prælio barbaros afflixere, attrit tamen & ipsi ab aduersariis multa cæde. sed autumni tempore ob nouos barbarorum in Gallia motus, Ricomeres in Occidentem reuocatur à Gratiano: cum interea Gothi, aliis barbaris in societatem adscitis, non Thracias tantum, sed alias interiores depopulati sunt regiones. hæcita vsque in annum sequentem funesta iugique clade perseuerarunt, quæ cuncta Ammianus copiosiore tractat historia.

V.

Quod rursum ad res Ecclesiasticas pertinet: hic ipse annus est, qui decimus septimus numeratur à tempore probrosi illius Constantinopolitani Concilii, quod sub Constantio celebratum diximus anno sequenti à Concilio Seleucien si, nempe Domini trecentesimo sexagesimo: quo, inquam, ipso anno Sanctus Basilius scripsit epistolam ad Ecclesiam Euaisenam in Armenia sitam, vt ipse in ea testatur f. ex qua nonnulla, quæ ad præsentem Orientalis Ecclesiæ statum spectant, habentur; nimirum Acacianos, Eudoxianosque, qui olim Semianeos in dicto Concilio Constantinopolitano excommunicantes sedibus deposuere, transactione inter se quadam facta, prout commodum cuiusq; suadebat, inter se fœdere iunctos esse, sedesque partitos Episcopales. Illud quoq; obseruatione dignum, quod etsi Semiariani omnes aduersus Spiritus sancti diuinitatem blasphemias docuissent, scripsissent, ac promulgassent, milleque modis insinuare curassent: haud tamen perficere potuerunt, vt multos inuenirent hæresis huiusmodi sectatores: nam sic ad eos S. Basilius g: *Ipsum Orbem inspicite, & videte, quam modica sit ea portio, quæ hoc morbo laborat: reliqua vero vniuersa Ecclesia, quæ ab Orbis finibus vsque ad fines Euangelium recepit, sanam hanc & rectam doctrinam sectatur, à cuius communione vt ne excidatis, petimus.* hæc Basilius. Cæterum etsi pauci essent, qui eiusmodi detestandam hæresim sectarentur; tamen vix erat reperire in Oriente Ecclesiam (quæ alicuius hæresis penitus expers esset; nam idem Basilius ipso exordio eiusdem epistolæ eos commendans hæc habet: *Reuera namq; insolens tam est, ac vehementer rarum, Ecclesiam videre sinceram, quæ nihil sit à malitia temporum istorum lasa, sed integram & inoffensam seruet Apostolicam doctrinam; qualem præsentibus temporibus vestram ostendit, qui singulis generationibus eos, qui vocatione sua digni sunt, manifestat.*

VI. DONATISTÆ REBAPTIZANTES COERCENTVR.

Quod autem ad statum Occidentalis Ecclesiæ spectat; Gratianus Imperator, noua edita sanctione, Donatistas in Africa iterum baptizantes compescuit; locaque occupata Catholicorum, tempore Firminæ tyrannidis, iisdem restituenda præcepit; ita rescribens ad Flauianum Vicarium Africæ h.

Eorum condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lauacri nomine pollnentes. Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris iubebit absistere, ecclesiis, quas contra fidem retinent, restitutis Catholicæ, eorum quippe institutiones sequenda sunt, qui Apostolicæ fidem sine intermutatione baptismatis probauerunt. Nihil enim aliud precipi volumus, quam quod Euangeliorum & Apostolorum fides & traditio incorrupta seruauit, sicut & lege diuali parentium nostrorum Constantini, Constantii, Valentiniani decreta sunt (hæc spectant ad Donatistas: quæ autem sequuntur, ad Manichæos.) *Sed plerique expulsi de ecclesiis, occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum, seu fundorum illicite frequentantes: quos fiscalis publicatio comprehendet, si piaculari doctrinæ secreta præbuerint, nihil vt ab eo tenore sanctio nostra diminuat, qui dato dudum ad Nitentium* * *præcepto fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis, domesticoq; secreto, soli tamen foueant veros impiæ disciplinæ. Dat. XVI. Kal. Nouemb. C.P. Gratiano A. IV. & Merobaude Coss.* Porro hanc posteriorem sanctionis partem de Manichæis decernere, huic similis citata i lex Valentiniani superius docet.

MANICHAI IN AFRICA COMPRESSI.

Erat inter Manichæos in Africa tum commorantes S. Augustinus Auditor, annumque agens quartum sub eorum disciplina sectator, suæ vero ætatis vigesimum tertium: quod quidem à natali die ratione subducta ex scriptis ipsius (vt inferius demonstrabimus) certa supputatio collecta declarat. Natus est ipse anno Domini trecentesimo quinquagesimo quinto, Arbetione & Lolliano Consulibus, Constantii Imperatoris decimo nono, Idibus Nouembris: eam enim diem natalem suum dicit in libro de Vita beata k. Idemq; decimo septimo ætatis suæ anno, Domini autem trecentesimo septuagesimo primo, litterarum studii causa (vt ipse testatur l) Carthaginem petiit, quo & orbatus est patre m. Decimo nono vero, nempe Christi trecentesimo septuagesimo tertio, impegit in Manichæos, de quibus ait n: *Incidit atque in homines superbe delirantes, carnales nimis & loquaces, in quorum ore laquei diaboli & viscum confectum commixtione syllabarum nominis tui, & Domini Iesu Christi, & Paracleti consolatoris nostri Spiritus Sancti. Hæc enim nomina non recedebant de ore eorum, sed sono tenus & strepitu linguæ, cæterum cor inane veri. Et dicebant, Veritas, & Veritas: & multum eam dicebant mihi, & nusquam erat in eis.* & inferius o: *Per idem tempus annorum nouem ab vndeuigesimo anno ætatis meæ vsque ad duodetrigesimum seducebamur & seducebamus, falsi atque fallentes in variis cupiditatibus, & palam per doctrinas, quas liberales vocant,*

occulte

a Ammian. lib 31.
b Socr. li. 4. c. 28.
c Oros. li. 7. c. 33.
d Socr. li. 4. c. 30.
e Ammian lib 31.
f Basil. epist. 72.
g Basil. ep. 74.
h L. ne sanct. bapt. iter. C. Theod.
i L. de hæret. C. Theo.
k Aug. de Vit beat circa prine.
l Aug. Confes. l. 4. c. 1.
m Aug. ibi. li. 3. c. 4.
n Aug. ibi. li. 3. c. 6.
o Aug. ibi. li. 4. c. 1.
HÆRESIS MACEDONII HAVD PROGRES-
SA LONGIVS.
AVGVSTINVS CARTHAGINE SEDVCTVS A MANICHAIS.
* Vincentium. Vincentium.

occulte autem falsa nomine religionis, hic superbi, ibi superstitiosi, ubique vani, ac populari gloriæ sectantes mutabilem usque ad theatricos plausus & contentiosa certamina, & agonem coronarum farinearum, & spectaculorum nugas, & intemperantiam libidinum. & infra a: Docebam illis annis rhetoricam, &c.

a Augustin. Conf. lib. 4. vi.

VIII. DIVINAM VISIONEM DE FUTURA CONVERSIONE FILII MONICA ACCIPIT.

Quid autem tunc sanctissimæ matri eius Monicæ viduæ deploranti filii perditionem, eam consolaturus ostenderit Deus, ipse narrat his verbis b: *Misisti manum tuam de alto & de hac profunda caligine eruisti animam meam, cum pro me ploraret ad te mater mea, fidelis tua amplius quam flent matres corporeâ funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide & spiritu, quem ex te habebat: & exaudisti eam Domine, nec despexisti lacrymas eius, cum profluentes rigarent terram sub oculis eius in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Nam vnde illud somnium, quo eam consolatus es, vt viuere me secum crederet, & habere secum eandem mensam in domo, quod nolle caperat, auersans & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula lignea, & adnitentem ad se nuntium splendidum, hilarem, atque arridentem sibi, cum illa esset mœrens, & mœrore confecta. Qui cum causas quæsisset ab ea mœstitiæ suæ, quotidianarumque lacrymarum, docendi (vt assolet) non discendi gratia: atque illa respondisset: perditionem meam se plangere: iussisse illum, quo secura esset, atque admonuisse, vt attenderet & videret, vbi esset illa, ibi esse & me. Quod illa vbi attendit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Vnde hoc, nisi quia erant aures tuæ ad cor eius? O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquemque nostrum, tanquam solum cures, & sic omnes tanquam singulos. Vnde illud etiam, quod cum mihi narrasset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, vt illa se potius non desperare futuram esse quod eram: continuo sine aliqua hæsitatione: Non, inquit: non enim mihi dictum est: vbi ille, ibi & tu: sed vbi tu, ibi & ille.* atque paulo post c:

b Augustin. Conf. lib. 3. cap. 11.

c Augustin. Conf. lib. 3. c. 12.

IX. QVID EPISCOPVS AVGVRATVS ESSET DE S. AVGVSTINO.

Dedisti alterum responsum per sacerdotem tuum quendam Episcopum nutritum in Ecclesia & exercitatum in libris tuis. Quem cum illa fœmina rogasset, vt dignaretur mecum colloqui, & refellere errores meos, & dedocere me mala, & docere bona (facebat enim hoc, si quos forte idoneos inuenisset) noluit ille: prudenter sane, quantum sentio posse. Respondit enim me adhuc esse indocilem, eo quod inflatus essem nouitate hæresis illius, & nonnullis quæstiunculis iam multos imperitos exagitasse, sicut illa indicauerat ei: Sed sine, inquit, illum ibi, & tantum roga pro eo Dominum: ipse legendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impietas. Simul etiam narrauit, se quoque paruulum a seducta matre sua datum fuisse Manichæis, & omnes pene non legisse tantum, verum etiam scripitasse libros eorum, sibique apparuisse nullo contra disputante & conuincente, quam esset illa secta a fugienda, itaque fugisse. Quæ cum ille dixisset, atque illa nolle acquiescere, sed instare magis deprecando, & vberrimis fundo, vt me videret, & mecum disseret: ille iam subfastidiosa barba tædio: Vade, inquit, a me, ita viuas: fieri enim non potest, vt filius istarum lacrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse, inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur, ac si de cœlo sonuisset. Incipit, qui hoc tempore in his totus erat: sed quando tandem hæc fœmina fecit, dicendum suo loco erit: *Gratiamus autem cum accepisse ab huiusmodi nebulonibus curiosam iuuentutem ducere captiuam, hia & alios, quos dicemus, legibus eos exagitare curauit.*

X. AMBROSIVS SCRIBIT DE VIRGINITATE. d Ambr. de Virgin. li. 2.

Hic ipse etiam annus est, quo S. Ambrosius, mense Ianuario, ipso die natali S. an. Agnetis exorsus de virginitate sermonem, propagauit illum in libros tres ad sororem conscriptos de Virginibus: profitetur enim id ipse, cum ait d: *Hæc ego vobis, sanctæ virgines, nondum triennalis sacerdos manuscula parani, licet vsu eruditus, sed vestris eloctus moribus. Quantus enim adolescere vsus poterit in tam parua initiata religionis ætate?* hæc ipse. Porro hic ille est annus, quem tertium agebat in sede Ambrosius, absolutendum post decem menses & semis: vnde iure illud: *Nondum triennalis sacerdos.*

Sed miraculum plane istud ingens, vt qui necdum Christianus ad docendum alios Episcopus creatus est, hoc ipso anno, secundo iam in cathedra expleto & mense vno cum dimidio, tot tantaque de fide, moribus, & Ecclesiæ institutis Ecclesiastica elucubrauerit monumenta, iuppe qui anno superiori in Lucam commentatus

per eruditos scripserit, hoc vero anno de Virginibus luculentam elaborauerit tractationem: vt te vera apparentia nonnisi diuino eum afflatum spiritu hæc adeo magnas tantaque copia præstare voluisse. Qui igitur semel ad culturam eam sedulo studio tedegisset Ecclesiam, fertilem quidem terram, Ariani autem antistitis impietate factam sterilem; quæ nobiliora essent in Ecclesia Catholica semina, nempe sanctæ virginitatis, in ea serere laborauit? nec tamen fessus est aliquando, si reddere solita terra fructum centuplum, ne iactum quidem semen ingrata, tependeret. hinc ipse e: *Dicet aliquis: tu nobis quotidie virginum canis laudes. Quid faciam, qui eadem quotidie canitio, & proficio nihil? Sed non mea culpa. Denique de Placentino sacrando virgines venunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt, vt hic vel gutur. Magnam rem videtis: hic tracto, & alibi persuadeo. Si ita est; alibi tractemus, vt vobis persuadeamus. Quid quod etiam qui me non audiunt, sequuntur: qui audiunt, non sequuntur? Nam plerasque virgines cognoni velle, & prohiberi etiam prodire à matribus, & (quod est grauius) videri, cum quibus hic mihi sermo est.*

d Ambr. de Virg. li. 3.

e Ambr. de Virg. li. 1.

XI.

Aderat tunc in auditorio, cum hæc S. Ambrosius concionaretur, S. Eusebius Bononiensis Episcopus: de quo ipse f: *Bene, inquit, accidit: quia nos laboraturos Dominus scibat: & auxilium de socio ministrauit. Adest piscator Ecclesiæ Bononiensis aptus ad hoc piscandi genus.* hæc idcirco Ambrosius, quoniam Eusebii cultura & studio Bononiensis Ecclesia ea præclara fœcunda admodum vocabatur, vt idem Ambrosius eodem libro primo testatur, ad quem & scripsit commentarium, cuius est titulus, *Institutio virginis.*

f Ambr. de Virg. li. 3.

XII. VIRGINES IN ECCLESIA MAGNVM DEVS.

Erant plane sacræ virgines Ecclesiæ gemmæ ornantes Episcoporum coronas, eædemque Deo dicatæ duplicis erant generis, alterius nimirum eæ, quæ in domo paterna cum suis parentibus & cognatis agebant, è quarum numero S. Marcellina Ambrosii soror fuit, quæ Romæ à Liberio Papa Deo sacrata domi degebat, atque alias ipsa dies in eandem professionem & consortium sibi adlegerat, sicut & Romæ itidem Eustochium, Principia, Demetria, & aliæ apud suos habitantes, atque Deo seruientes. alterum autem earum genus erat, quæ sub vno conclaui, nempe in monasterio religiosam vitam ducerent, quorum supra suo loco meminimus. De Orientalis quoque Ecclesiæ eiusdem institutionis obseruantia, duplicique genere distinctis sic is virginibus sanctus Gregorius Nazianzenus in carmine ad Hellenium g his verbis meminit: *Multæ quidem in omnibus illis regionibus, quas salutifera Christi doctrina peragrauit, inuenire est, quæ partim in sodalitio viuunt, eandemque cœlestis vitæ cupiditatem fouent, atque idem vitæ institutum sequuntur, partim infirmis suis parentibus aut fratribus, quos castitatis suæ testes habent, seduli assident: mihi quidem etsi paruus est huiusmodi numerus: cœlestibus tamen, pulcherrimisque Christi sideribus adeo gestio atque exulto, vt pro paucis his meis de virtutis præstantia cum multo pluribus in contentionem venire non dubitem.* hic ille.

SACRARVM VIRGINVM GENVS DVPLEX. g Gregor. Naz. ad Hellen.

Eiusmodi autem sacris virginibus ad Ecclesiam venientibus, locus ab aliis tabulari interstitio separatus dabatur, & quidem ornatus diuersis appositis ex diuinis scripturis virginitati congruis monumentis; prout sanctus Ambrosius, virginem lapsam alloquens, docet his verbis h: *Nonne & illum locum tabulis separatum, in quo in Ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiosæ matronæ & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes, quæ sanctiores & meliores teerant? Nonne vel illa præcepta, quæ oculis tuis ipse scriptus paries ingerebat, recordari debuisti? Dimissa est mulier & virgo: Quæ non est i nupta, cogitat, quæ Domini sunt, quo modo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in contrarium vertens dictum, &c.*

h Ambr. ad Virg. lapsam c. 6. 1. Cor. 7.

Porro etsi in his Ambrosius admodum versatus est; nihil tamen apud eum antiquius fuit, vel curauit propensius, quam ad exactam absolutamque Ecclesiasticam disciplinam clerum componere: cuius rei causa tres illos egregios de Officiis libros scribere postea est aggressus, cui aliquandiu populum docuisset, in quorum exordio ita

XIII. AMBROSIVS COMPONIT CLERVM.

præfa-

præfuturā: *Ego enim raptus de tribunalibus atque administrationis infulis ad sacerdotium, docere vos cœpi, quod ipse non didici. Itaque factum est, vt prius docere inciperem, quam discere. Discendum igitur mihi simul & docendum est, quoniam non vacauit ante discere. Et quantumlibet quisque profecerit: nemo est, qui doceri non egeat, dum vnit.* ita ipse. Qualem autem delectum habuerit in clericis deligēdis, quamq; in singulos ad officia Ecclesiastica cooptandos fixerit oculorum obturum: quæ ipsemet habet in iisdem tunc à se editis commentariis, his verbis significat *b: Meministis, filij, quendam amicum, cum sedulò se videretur commendare officijs, hoc solo tamen in clerum à me non receptum, quod gestus eius plurimum dedeceret: Alterum quoque cum in clero reperissem, inspisse me, ne vnquam præiret mihi, quia velut quodam insolentiæ incessus verbere oculos feriret meos. Idque dixi, cum * redderint post offensam numeri: hoc solum excepi. Nec fefellit sententia. Vterque enim ab Ecclesia recessit, vt qualu incessu prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Ariana infestationis tempore fidem deseruit: alter pecuniæ studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quædam scirrarum percursantium.* hæc ipse.

a *Ambr. de offi. li. 1. c. 1.*

b *Ambr. de of li. 2. c. 18.*

* redderentur

XIV. AMBROSIVS CORRIGIT PRAVOS VSVS.

At sicut ex Ariani Episcopi administratione populum magna ex parte corruptum curauit, atque clarum Ecclesiastica disciplina solutum correxit: ita ad Gentilicios mores incuria ministrorum coalitos quantocyus extirpandos incubuit. Fidem horum facit declamatio illa aduersus Ianuarij c Kalendas superstitiose colentes. Acclamationesque illas in Lunæ defectu paratus sustulit, auctorque extitit, vt diem illum Kalendarū, quo populus Gentilis genio indulgebat, Fideles ieiunando transigerent. Sed & quæ symbolo aliquo & affinitate Gentilicijs titibus viderentur esse coniuncta, protinus aboleuit, vt inter alia piorum illa conuiuia, Agapes nominata, in Ecclesijs peragi consueta, quorum meminit Augustinus e: quæ quod imaginem quandam Parentalium repræsentarent, Ambrosij exemplo idem S. Augustinus postea in Africana Ecclesia auferenda curauit f. In eo quoque multus fuit vt prauam illam consuetudinem, quæ tam in Occidente, quam etiam in Oriente vsu temporis coaluerat, qua Fideles quam plurimi vsq; ad prouectiorem ætatē baptismum differrent; penitus vt malum germen ex agro Dominico euelleret, & quod se fecisse doluit, ab alijs ne in posterum fieret, vehementer admonuit g: præstiteruntq; hoc ipsum apud Orientales Basilius atque Gregorius Nazianzenus, necnon Gregorius Nyssenus, vt ipsorum de Baptismo editæ orationes significant. At de rebus ab Ambrosio gestis hoc tempore hactenus: conueniemus eum sæpe in futurum.

c *August. Confes. l. 6. c. 2.*

d *Ambr. serm. 30.* d *Ambr. serm. 82.*

e *August. Confes. l. 6. c. 2.*

f *Concil 3. Carth. cap. 17. Aug. epist 64.*

g *Ambr. serm. de sanctis & alibi in locis.*

XV.

Hoc eodem anno idem Imperator pro clericorum immunitate ita rescripsit *h: Presbyteros, diaconos, subdiaconos atq; exorcistas, & lectores, ostiarios etiam & omnes penitus, qui primi sunt, personalium munerum expertes esse præcipimus. Dat. III. Non. Mart. Gratiano IV. & Merobaude Coss.*

h *l. 2. c. de Epi. & cle. C. Theod.*

XVI. SYMMACHI HONORES.

Hoc pariter anno, magno fauore Imperatorum tum Romæ, tum etiam Constantinopoli Symmacho Consulari, ipsis Principibus catissimo dedicata statua est: eius autem, quæ Romæ erecta est, basis eiusmodi habuit inscriptionem *i*:

i *Lib. inscript. edit. Plant. pag. 704.*

PHOSPHORI

L. AVR. AVIANIO. SYMMACHO. V. C. PRÆFECTO. VRBI. CONSULI. PROPRÆFECTIS. PRÆTORIO. IN. VRBE. ROMA. FINITIMISQVE. PROVINCIIS. PRÆFECTO. ANNONE. VRBIS. ROMÆ. PONTIFICI. MAIORI. QVINDECEMVIRO. S. F. MVLTIS. LEGATIONIBVS. PRO. AMPLISSIMI. ORDINIS. DESIDERIIS. APVD. DIVOS. PRINCIPES. FVNCTO. QVI. PRIMVS. IN. SENATV. SENTENTIAM. ROGARI. SOLITVS. AVCTORITATE. PRVDENTIA. AT QVE. ELOQVENTIA. PRO. DIGNITATE. TANTI. ORDINIS. MAGNITVDINEM. LOCI. EIVS. IMPLEVERIT. AVRO. INLVSTREM. STATVAM. QVAM. A. DOMINIS. AVGVSTISQ. NOSTRIS. SENATVS. AMPLISSIMVS. DECRETIS. FREQVENTIBVS. IMPETRABIT. IDEM. TRIVMPHATORES. PRINCIPES. NOSTRI. CONSTITVTI. APPOSITA. ORATIONE. IVSSERVNT. QVÆ. MERITORVM. EIVS. ORDINEM. AC. SERIEM. CONTINERET. QVORVM. PERENNE. IVDICIVM. TANTO. MVNERI. HOC. QVOQVE. ADDIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PARI. SPLENDORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM. COLLOCARET. à dextero latere eiusdem basis hæc: DEDICATA. III. KAL. MAIAS. D. N. GRATIANO. IV. ET. MEROBAVDE. COSS.

Hactenus inscriptio Symmachi, de qua moniti, errorem corrigimus, siquidem secuti fallaces duces, cum ipsis errauimus, dicentes hunc ipsum esse Symmachum Vrbis Præfectum, qui pro Ara Victoriæ laborauit. Verum errorem corrigimus, asserentes hunc ab eo diuersum, parentem tamen ipsius prænomine Lucium Auianum, filium vero Quintum esse dictum, cuius tamen Vrbana præfectura non ante annum Domini trecentesimum octogesimum quartum contigerit, post annos septem. At visis his quæ Principes sæculi Romæ Symmacho præstiterunt: quid ibidem maioris honoris contulerit Deus Ambrosio haud tacendum: accidit enim, quo anno, nescitur (post aliquot enim annos ab Ambrosij ordinatione cōtigisse tradit Paulinus eius Romam aduentum) vt illud insigne miraculum ederetur, quod idem auctor describit his verbis *k: Per idem tempus cum Transiberim apud quandam clarissimam inuitaretur, vt sacrificium in domo offerret: quadam balneatrix, quæ paralytica in lecto iacebat, cum cognouisset ibidem esse Domini sacerdotem, insellula se ad eandem domum, ad quam ille inuitatus aduenerat portari fecit, atque oranti & imponenti manus vestimenta attigit: qua eum exoscularetur, statim sanitate recepta ambulare cœpit: vt impleretur illud Dominicum dictum ad Apostolos l: Etiam maiora his facietis credentes in nomine meo. Quod tamen signum sanitatis vt mirabile fuit, ita etiam nec occultum: nam ego post annos plurimos, S. virum referentibus, positus in Vrbe cognoui.* hæc Paulinus. Vides ex his pariter pristinam illam adhuc perseuerare Romæ consuetudinem, quæ tempore persecutionis vsu fuerat necessario introducta, nempe vt in domibus priuatis sacra agerentur Missarum solemnia: quod pluribus exemplis tomo secundo Annalium est demonstratum. quo modo vero post hæc Ecclesiastico canone decretum sit, ne in priuatis ædibus sacrificia offerrentur, suo loco dicendum erit.

S. AMBROSII ROMÆ MIRACVLVM.

k *Paul. in vita Amb.*

l *Ioan. 14.*

IESV CHRISTI
Annus 378.

DAMASI PAP. VALENTIS 15.
Annus 12. GRATIANI 12. IMPPP. VALENTIN. 3.

I. S. BASILII MAGNI ORTVS TEMPVS.

ANNVS trecentesimus septuagesimus octauus aperitur nouis Consulibus Valente sextum & Valentiniano iuniore: cuius exordio, ipsis Kalend. Ianuarij. Sanctus Basilius octo annis, mensibus sex, & diebus sexdecim in Episcopatu perfunctus, scilicet ad Deum ex hac vita migrauit: quibus agitur in Ecclesia eius natalis dies, per anons singulos iugi memoria repetendus, sed & dies electionis eiusdem decimooctauo Kalend. Iulij in Ecclesiasticis tabulis adnotatur. Annum vero octauum Basilium in sede absoluisse, nouumque inchoasse, testificatione Gregorij m fratris ipsius Nysseni Episcopi superius in eius electione dictum est: sed & Gregorius Theologus in ipsius epitaphio octo itidem annos eum in sede absoluisse confirmat: vt nulla plā-

m *Gregor. Nyss. ep. ad Olym. de obitu S. Macrinæ.*

ne de

ne de his remaneat dubitatio. Quod si San. Hieronymus sub Gratiano, absq; Valentis Imperii mentione dicat sanctum Basilium decessisse: hæc ideirco, quod maluit retulisse obitū eius ad tempus pii Imperatoris, qui hoc ipso anno, extincto Valente, Orientis quoq; sibi subiectum administrandum suscepit Imperium. His vero de tempore obitus Basilii elucidatis, iam ipsam de morte eius historiam prosequamur, petitam ex Gregorio Nazianzeno, qui eam ita describit a.

a Gregor. Naz. orat. in laud. Basil.

II. b Deut. 32. QUALIS BASILII OBITUS.

Cum autem cursu confecto, fideque servata, resolutionis desiderio teneretur, tempusque coronarum appeteret, atque illud quidem non audivisset b: Ascende in montem, & morere: verum: Morere, & ad nos ascende: hic quoque miraculum edit superioribus neq; quaquam inferius. Nam cum ferme mortuus & inanimis esset, maximaque ex parte vita perfunctus, circa extremos sermones insalescit, vt cum pectoris vocibus abscederet, ac fidelissimis suis cultoribus ad Ecclesiasticos gradus promovendis manum & spiritum præberet, ne sacrario frandarentur, quos discipulos atque in sacerdotio adiutores habuerat. & paulo post: Iacebat ille extremos spiritus ducens, atque à cœlesti choro, ad quem iam pridem oculos conuersos habebat, expectitus. Circumfusa autem illi erat tota ciuitas calamitatem hanc egerrime ferens, ac discessum perinde ac tyrannidem accusans, eiusque animam non secus, ac si vel manibus, vel precibus retineri, ac cogi posset, arripere tentans. Mentis enim errorem ex mœrore contraxerant, nec quisquam erat, qui non aliquam suæ vitæ partem, si fieri posset, illius vitæ addere paratus esset.

III. c Exod. 16. & Psal. 30. BASILII FUNUS.

Vt autem vicli sunt (oportebat enim eum hominem inueniri atque conuinci) atque ipse ad Angelos eos, à quibus adducebatur, postrema hæc prolocutus: In manus tuas commendo spiritum meum: ei animam iam exhalasset, non ante tamen, quam sacrosancta doctrina eos, qui aderant, nonnihil instruxisset, extremisque alloquiis meliores effecisset: tum vero miraculum omnium, quæ vnquam fuerunt, celeberrimum designatur. Efferebatur vir sanctus sanctorum manibus exaltatus: atque omnes operam dabant, partim vt fimbriam arriperent, partim vt vmbram, partim & feretrum, quo sanctus portabatur, vel solum attrectarent, (quid enim illo corpore sanctius ac purius?) partim vt propius ad eos, qui corpus ferebant, accederent, partim vt aspectu solo fruerentur, tanquam eo quoque vitalitatis aliquid afferente. Plena erant fora, porticus, duplicia & triplicia tabulata hominum illum deducentium, præeuntium, sequentium, assectantium, seque inuicem coiculcantium: multa millia hominum omnis generis & ætatis ad eam diem incognita: psalmodiæ luctu interrumpebantur ac vincebantur, patientia doloris magnitudine frangebatur. Certabant nostri cum exteris, cum Ethnicis, Iudæis aduenis, inque vicissim nobiscum, vtris vberiores lacrymæ vberiorem vtilitatem afferrent. Vt finem faciam, in periculū etiam luctus desinit, pluribus nimirum hominibus illa propulsionis & protrusionis violentia extinctis, atque hinc simul cum eo digressis: qui etiam mortis nomine felices existimati sunt, vt ipsius itineris comites, atque (vt seruientium quispiam dixerit) funebres victimæ. Tandem corpus vix raptoribus elapsum, ac prosequentium victor in parentum sepulchro conditur, ac sacerdotibus sacerdotum princeps, prædicatoribus magna vox, meisque auribus insonans, martyribus martyr adiungitur.

IV. BASILIVS IN COELO PRO HIS, QVI IN TERRA VNT PRECATVR.

At nunc ille quidem in cœlis est, illicque vt opinor, sacrificia pro nobis offert ac pro populo preces fundit (neque enim ita nos reliquit, vt prorsus reliquerit) ego autem semianimis & semiconfectus Gregorius, vtpote à præclara illa coniunctione abreptus, ac tristem vitam & difficilem trahens, vt probabile est enim, qui ab eo disiunctus sit, haud scio, quid de me tandem fiet illius castigatione priuato. quamquam nunc quoque ab eo admoneor, ac per nocturna visa castigor, si quando ab officio recessero. &c. summo dolore ex Basilii obitu Gregorius affectus est, vtpote illi ætate æqualis, educatione similis, religione frater, sacramento collega, professione par, studiis laboribusq; coniunctus, atq; amicitia idem ipse vnus cum eo, pro vt hæc omnia ipse deplorans in orationis eius fine testatur. Quam ob causam diu multumque flenit Basilium, non vt amicum tantum ac fratrem, sed vt Ecclesiarum Orientis lumen & gloriam. Vnde ipse hoc tempore ad ipsius Basilii germanum Gregorium Nyssenum, audita eius morte, gemens hæc scribit d:

d Gregor. Naz. ep. 37.

Hoc quoque erumnosæ huic vitæ reliquum erat, vt Basilij mortem audirem, sanctæque illius animæ peregrinationem, quæ à nobis peregre profectus est, vt præsens sit apud Dominum, vtpote toto vitæ curriculo hoc vnum meditatus. Mihi vero præter alia hoc quoque ereptum est (quod etiamnum grauis, ac periculoso morbo laborem) vt & sanctum cinerem exosculer, tibique præsto sim conuenientibus muneribus perfungenti, cum omnibusque amicis nostris consolationem adhibeam. nam Ecclesiæ solitudinem intueri huiusmodi gloria detonsa & spoliatæ, atque huiusmodi corona excussa, tam graue est, vt nec oculis spectari, nec auribus concipi possit cordatis vtique & prudentibus viris. Tu vero quamquam & amici multi & sermones ad consolationem tibi adsint: tamen à nullo perinde mihi solatium capere posse video, quam à teipso, illiusque recordatione, quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueris; ac velut regula quædam spiritualis tam moderationis in rebus secundis, quam tolerantiæ in aduersis. Quamobquidem duo hæc nouit philosophia, nimirum & prosperitate modeste vti, & calamitatem honeste ferre. Atque hæc à nobis ad præstantiam tuam scripta sunt. Me vero hæc scribentem quod tempus, quæ ratio consolabitur præter tuam societatem & congressionem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, vt virtutes illius vitæ quasi in pulchro & perspicuo speculo intuentes, illum quoque habere existimemus? hactenus ad Nyssenum Theologus, cum & ad Eudoxium ethetorem eodem argumento pauca his;

e Gregor. Naz. ep. 39.

VI. STATVS GREG. NAZIAN. f Psal. 26.

Quæris, quo statu res nostræ sint? admodum acerbo. Basilium non habeo. Calarium non habeo, fratrem meum, & corporalem: pater meus & mater mea dereliquerunt me (vt cum Dauide loquar) corpus aduersa valetudine laborat, sed Deus caput premit, curæ aliæ aliis inexuntur, incursant negotia, infidi amici, Ecclesia res pastore & gubernatore caret: percunt bona, nuda & aperta sunt mala: nauigatio in nocte, sæua nusquam, Christus dormit. Quid faciam? Vna mihi malorum depulsio mors. At res etiam alterius vitæ mihi formidolosa sunt, ex huius vitæ rebus coniecturam ducenti.

Porro idem Gregorius luculentam quidem funebrem habuit orationem, qua eiusdem Magni Basilii res gestas contexuit, dignum plane atque nobile monumentum, nobilis instar columnæ & vitæ statuæ, in qua cum Basilii egregia relucet imago, tum Gregorii excellens exprimitur artificium, vtrumque vbique perspicuum & immortale. Laudarunt autem Basilium non solum Gregorius Nazianzenus atque Nyssenus clarissimi huius sæculi oratores, sed & magnus ille Syrus Ephræm diaconus Edessenus eidem postrema persoluit, qui & huiusmodi præconiis, instar tituli sepulchralis, hac apostrophe ad finem orationis apposita, amicum, quem adeo coluit, sepeliuit:

VII. QVAS LAVDES BASILIO TRIBVIT EPHRÆM.

O fidelis, inquit, Basili, velut Abel acceptus es, sicut Noe saluatus, tanquam Abraham amicus Dei vocatus: vt Isaac pro victima Deo oblatus: instar Iacob tentationes fortiter pertulisti; & sicut Ioseph magnifice glorificatus es: vt Moyses, Pharaonem posteriorem virga Crucis demersisti, mare passionum secans: vt Aaron, summus sacerdos Domini fuisti: vt Iesus filius Naue, inimicos in fugam vertisti: vt Phinees æmulator, gratia dignus habitus: vt Isaias, spiritualiq; mundatus: vt Ezechiel, sedentem super Cherubim spectasti: vt Daniel, ora leonum obturasti: & sicut tres pueri, aduersariorum flammam recte conculcasti. Instar Petri prædicasti, instar Pauli docuisti, instar Thomæ Filium Dei passum confessus es: instar Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis de rebus diuinis differuisti: instar Apostolorum, impios eruditi, impios conuertisti, & Deo gratus fuisti: deprecare pro me admodum miserabili, & reuoca me huius intercessionibus pater. hæc & alia plura in laudem Basilii Ephræm, vir quidem ab adulatione remotissimus, verique si quis alius studiosissimus, ac proinde ab historia minime explodenda. Quidni summis efferret virum præconiis, quem diuini Spiritus scitet aperta testificatione laudatum? siquidem (vt auctor est Gregorius Nyssenus & eius vitæ Acta testantur) cum illum conuenit, vidit super Basilii dexteram insidentem columbam, eidem concionanti sermonem suggerentem. columbam quidem hieroglyphicum esse Spiritus sancti, ex S. Euangelio omnibus notum est.

VIII.

Tanta porro refulsit Basilius claritudine, vt eū omne

BASILIVM IMITATI SVNT OMNES.

rãnquam omnibus numeris absolutum ibi proponerint imitandum exemplar, nullum putantes in eo habendum esse delectum, vt quid delegendum, seligẽdum vero quid in eo existimarint: sed quæcunque eius essent dicta vel facta, etiam quibus natura minus feliciter astitisset, eadem ex eo tantum, quod Basilii essent, exacta perfectaq; putarint. Audi de his Gregorii testimonium a: Tanta, inquit, ipsius virtus gloriaque præstantia fuit, vt multa etiam ex parvis illius virtutibus, atque adeo ex corporeis defectibus ab aliis ad gloriam nominisque claritudinem parandam excogitata sint: cuius generis sus: pallor, barba, cervix incedendi modus, cum etiam ad loquendum minime promptum esse, sed vt plurimum cogitabundum atque intro collectum (id quod multi non recte intuentes, nec animadvertentes, in odiosam quandam tristitiam incidernnt) vestio etiam genus, & lecticuli species, & cibi sumendi modus: quorum nihil ille dedita opera, sed simpliciter ac fortuito faciebat. Ac multos iam Basilios specie tenus videre licet, statuas nimirum in umbris: multum enim fuerit, si repetitam Echus vocem esse dixero: nam illa quamvis postremam dumtaxat vocis partem, expressius tamen effingit: hi autem longius ab eo distant, quam quantum accedere concipiunt. Illud vero non parva, sed maxime etiam moventi ad gloriam haud immerito existimatur, consuetudinem cum eo aliquando habuisse, aut cum coluisse, aut quippiam ab eo vel voco, vel serio dictum, aut factum, monumenti loco ferre: quemadmodum ipse quoque me hoc nomine sæpe gloriatum esse scio; quoniam quæ ab illo velut obiter fiebant, multo præstantiora erant, quam ea, in quibus alij elaborant at de his hactenus.

a Gregor. Naz. orat. in laud. Basil.

IX. BASILII SCRIPTA.

Quod autem spectat ad Basilij scripta, Sanctus Hieronymus hæc tantum relegit, cum ait b: Egregio contra Eunomium elaborauit libros, & de Spiritu S. volumen & in Hexameron homilias nouem, & ἀσκητικὸν, & breues variosque tractatus. hæc ipse, ea tantum (vt par est credere) enumerans, quæ ad manus ipsius pervenissent; cum longe plura ab eo fuisse scripta elucubrata ex Cassiodoro c possimus intelligere, dum Basilium numerat inter eos Græcos scriptores, qui à principio ad finem vsque diuinam scripturam sunt interpretati. quanam vero cura Basilius adhibuerit, vt ipsius scripta quam accuratissime describerentur, elegantì epistola ad suum librarium data significat d, & alia ad notarium docet e. Extant eiusdem S. Basilii compluta decreta, quæ ecclesia Occidentalis pie sancteque obseruanda susceperit, vt quæ continentur in tribus epistolis ad Amphilochium datis, in alia ad Theodorum scripta, alia ad Gregorium, siue Parægorium, qua vetuit senem septuagenarium habitare cum fœmina & ad Cotepiscopos de ordinandis. insuper & perstrinxit grauiter simoniacos f, sed & nundinationes fieri solitas in festis sanctorum martyrum vetuit g.

b Hieron. de scrip. Eccl. in Basilio.

c Cassiod. in præf. lib. instit. diuin. lection.

d Basil. epi. 188.

e Basil. epi. 178.

f Basil. epi. 76.

g Basil. reg. fusi. disput. interrog. 40.

Qui autem tam monachis, quam clericis, necnon laicis viuendi regulas præscripsit, ipse factus erat (vt dictum est) forma omnibus. nam vt omittamus interiora; quod ad abstinentiam spectat & puppertatem, hæc omnia paucis his Gregorius h absoluit: Illi tunica vna, & pallium vnum, & humicubatio, & balnei contemptus, illa eius decora ornamenta & vigilia, & cœna suauissima atque pulmentum illi erat, nouum, inquam, illud condimentum panis & sal, & potio sobria & vberrima, quam nobis nihil latorantibus fontes proferunt. ei ga proximum vero talem se præbuit, vt ægrotos amplexibus atq; osculis quoq; foueret. Hæc & alia plura Gregorius. Post Basilii vero obitum suffectus est in locum eius Helladius ipsius discipulus, à quo scriptas fuisse res ab eodem S. Basilio gestas, auctor est Damascenus i, sed non extant: quæ autẽ Amphilochii falso nomine fertur Vita Basilii, haud digna satis habetur, quæ eruditorum auribus ingeratur; nih adeo sint perspicaces, qui in eis quæ sint vera à falsis disquirere atque secernere valeant: complura enim ibi vera esse, inficias nemo iuerit, vt ea præsertim, quæ ab ambobus Gregorijs, Nazianzeno atq; Nysseno, necnon ex Ephræm esse noscuntur accepta, vel ab Helladio mutuatus est auctor.

h Gregor. Naz. orat. in laudem Basil.

i Damasc. de sanct. or. 1.

XI. BASILII EFFIGIES.

Porro ad postremum ex anonymo Vaticano, qualis esset S. Basilii effigies, hæc accipe: Magnus Basilius procero fuit habitu corporis & recto, fusco, graculi, color eius fuscus, vultus temperatus pallore, tristis naso, supercilia in erbent inflexa & addu-

cta, cogitabundo simili fuit, pauca in vultu rugæ, eoque renidentes, gena oblongæ, tempora aliquantum cana, promissa barba, & modio vix tecnis. hæc de vultu ibi: quæ autem subduntur, ab alio aliquo auctore addita esse putantur, quod veritati minime consentiant, dum ista ibi leguntur: Quadraginta natus annos in Episcopalem sedem euectus est: annos quinque Ecclesiæ præfuit. natu certioribus initis rationibus, & simulioribus testificationibus, rem aliter se habere iam declaratum est. Accepimus hæc à viro diserto Petro Motino Parisiensi, qui vna cum aliis ex eodem codice in Latinum vertit.

XII. DE TEMPORE EPHRÆM OBITVS.

Hoc eodem anno Kalend. Februarii S. Ephræm diaconus Edessæ ex hac vita discessit, post mensis vnius spatium à Basilii migratione, vel (vt Græci eius diem natalem colunt) duodetrigesimo die. Expetierat id ipse ab eo in fine orationis panegyricæ, quam post obitum eius habuit, illis videlicet verbis ad finem positis: Deprecare pro me admodum miserabili, & reuoca me tuis intercessionibus, &c. Vt autem hæc de tempore eius exitus statuamus, euidens certaque ratio persuadet. Etenim testificatione San. Hieronymi in commentario de scriptoribus Ecclesiasticis liquet ipsum mortuum esse Valente adhuc Imperatore regnante; quẽ constat hoc ipso anno, mense Augusto, vt dicemus, extinctum esse. Rursum vero cum certum pariter sit, ipsum superuixisse Basilio; nam (vt demonstratum nuper est) in eius laudem panegyricum dixit: vtique cogimur affirmare, tempore hoc interlabente inter Basilii obitum atque Valentis, ipsum Ephræm vltimum clausisse diem, nec alio quidem, quam qui vel à Latinis, vel Græcis repertus eius memoriæ dedicatus, nempe à Latinis prima Februarii dies, à Græcis vero vigesimaoctaua Ianuarii. Qui autem ista conuellenda putat, necesse est, vt S. Hieronymũ erroris arguat, ostendatq; Ephræm superuixisse Valenti: siquidem superstitem fuisse post Basilium, negari minime potest, oratione illa testimonium perhibente, quam esse dictionem Ephræm, qui eius scriptis assueuerunt, nunquam inficias ierint, hæc, quæ ad temporis rationem pertinent, satis.

XIII.

De obitu modo dicendum. Extat oratio & quidem peregregia ab eo iam proxime morituro astantibus fratribus habita, quæ ea de causa Testamentum Ephræm est appellata; vtpote quod illa diuinam hæreditatem sanctis admonitionibus consignatam suis possidendam reliquit eum inter cætera de vitandis hæreticis plurima inculcauit nominans inter alios Vitalianos, illos nimirum, qui à Vitale Antiocheno Apollinaristarum Episcopo ita vocati erant. Rursum vero inter alia, quæ eo testamento suos admonitos voluit, illud fuit, quod perfectæ humilitatis, quam viuens præ cæteris virtutibus excoluit, egregium specimen edit, dum magna contestatione prohibuit, ne exhiberi solita sanctis viris sumptuosa funera animi suo corpori impenderentur: tũcũ tamen illa postrema, quæ à San. Ecclesia pro salute animarum præstari solent officia, nempe preces, & sacrificia, ea sibi impendi solicitius postulauit, ac in primis his verbis:

XIV. EPHRÆM VITA FVNGENDI PRO SE PRECES OFFERI AD DIVM VOLVIT.

Hortor vos, vt loco suauis aromatum odoris, vestris me admuneribus orationibus, in ipsis continue mei memoriam facientes. & infertius: Commemini me psalmis & orationibus vestris, & assidue pro mea parvitate offerre dignemini; & cum trecentesimum diem complevero, mei memoriam faciatis. Mortuis enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum Sanctorum viventium. hæc ipse: qui tamen fefuit cætera, quæ honoris essent, defunctorum corporibus exhiberi solita, quod se illis indignum pertis iudicaret; vtpote qui se (vt ibi præfatus est) scelestissimum peccatorem existimaret, cum alioqui sanctissimus esset. Tale vltimis illis verbis, quorum maior cæteris in vnoquoque ratio haberi solet, quasi testamento & fide publica consignatum postremum reliquit elogium non suis tantum Edessenis, sed vniuersæ Catholicæ Ecclesiæ Magnus Ephræm. Qui (inquit S. Hieronymus k) ad tantam venit claritudinem, vt post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis eius scripta recitentur.

k Hieron. de scrip. Eccl. in Ephræm.

Quis ergo sanę mentis homo non auscultandum tantoviro potius iudicarit (etiam si cætera innumera ea de re

testimo-

testimonia minime suffragarentur) quam Nouantibus vna cum fide Patrum traditiones Ecclesiæ cõuellentibus? Lucubrationes eius, quod Syrio * idiomate essent conscriptæ, haud confestim Græcorum, aut Latinorum Ecclesiis innotuere: nam S. Hieronymus vnius tantum voluminis meminit, quod ex Syro in Græcum translatum accepit: pedetentim autem alia complura viri egregii monumenta per Græcorum alueos in Latinam Ecclesiam confluxere: quorum omnium in vnum colligendorum, edendorumque fuit opus eruditi viri Gerardi Vossii. Quod autem dicatur presbyter à San. Basilio ordinatus, minime assentiri possumus; cum præter alia, quę repugnant, haud esset Basilii iuris, Syrum hominem ordinare.

*Syro.

XV. PAVLINVS DISCIPVLVS EPHRÆM INTRANSVERSVM ACTVS.

Rursus vero quod ad postremos illos perpetua memoria dignos eius affatus pertinet: auctor est Gennadius *a*, Ephræm commonuisse Paulinum discipulum suum cauteagere, ne in hæreseos barathrum se præcipitem daret: nam de his hæc ipse: *Paulinus presbyter discipulus beati Ephræm diaconi, homo acris valde ingenij, & in diuinis doctus valde scripturis; sed viuente magistro clarus in doctoribus Ecclesiasticis fuit & maxime ex tempore declamator. Post illius autem obitum, amore primatus & nominis, separans se ab Ecclesia scripsit contraria fidei multa. Huic obiurgans beatus Ephræm astanti sibi dixisse fertur: Vide, Paulине, ne te subrumpant cogitationibus tuis, & eleueris: sed cum te ad parum comprehendisse putaueris Deum, crede nec intellexisse. Præsenserat enim illum ex studijs vel sermonibus nouæ inuestigare, & in immensum intellectum hæreseon tendere: vnde & frequenter Bardesanem nouellum vocabat.* hæc Gennadius, quæ tamen desiderantur in testamento, vbi complurium aliorum discipulorum eiusdem Patris benedictiones & monita recensita leguntur.

a Gennad. de viris illustr. cap. 3.

CONTEMPTVS EPISCOPATVS EXEMPLVM.

At infelicissimo Paulino satis ad Episcopatus dignitatis contemptum esse poterat eiusdem Ephræm exemplũ, quod à Sozomeno narratur his verbis *b*: *Quodam tempore quidam ei ad Episcopatum gerendum suffragatis, comprehendere hominem conantur, vti ad locum, in quo crearetur Episcopus, deducerent. Quod simul vt intellexit, in forum cursitat, atque incomposite incedendo, vestem lacerando, & cibum palam capiendo se furere monstrat. Vbi vero hi, qui eum comprehendere aut illum è mentis potestate eximere arbitrarentur, & appetitio, qua ad eum constituendum Episcopum ferebantur, resilucta esset: ille idoneum tempus nactus clam aufugit, & tamdiu latitauit, dum alter eius loco creatus esset Episcopus.* hæc inquam, si Paulinus considerasset, & desideriis habenas iniecisset, magistri gloria haud impari claruisset. At de Ephræm satis, cuius memoriam Catholica Ecclesia anniuersaria commemoratione prosecuta est, in qua & S. Gregorius Nyssenus orationem ad populum habuit, atq; res ab eo gestas omni fide testatas complectitur.

b Sozom. li. 3. cap. 15.

XVI. GRATIANVS ADVERSVS GOTHOS PARANS EXERCITVM FIDE SE MVNIT.

Hoc eodem anno Gratianus Imperator cum expeditionem aduersus Gothos Thracias deuastantes, suppetias Valenti laturus, pararet: in ipso ferme militari procinctu, quo scuto fidei melius, quam quibusuis armis seruaretur incolumis gladioque verbi Dei validus, quam lanceis hostes conficeret, petijt à Sancto Ambrosio, quem sinceriss. simum nouerat Orthodoxum, libellum fidei: cum ille, secundum Domini admonitionem *c*: *Si quis petit pallium, da ei & tunicam: & si quis te angariauerit mille passus, vade cum eo & decem millia.* duos elucubratos scripsit ad eum de fide libros, quibus & tertium postea addit: in quotum exordio hæc de Gratiani studio pietatis *d*: *Petis à me fidei libellum, sancte Imperator, profecturus ad prælium. Nosti enim, fide magis Imperatoris, quam virtute militum queri solere victoriam. Nam & Abraham e trecentos decem & octo duxit ad bellum & ex inimicis trophea hostibus reportauit. signoque Dominicæ Crucis & nominis, quinq; Regum victricium quæ turmarum subacto robore, & vltus est proximum, & filium iuerunt & triumphum. Iesus Naue quoque filius Naue, hostes, quos totius exercitus manu valida superare non poterat, septem tubarum sacerdotalium sono vicit, vbi ducem militiæ cœlestis agnouit. Ergo & tu vincere paras, qui Christum adoras: vincere paras, qui fidem vindicas, cuius à me libellum petisti. Mallem quidem cohortandi ad fidem subire officium, quam de fide disceptande: in altero enim religiosa confessio est, in altero incauta præsumptio. Sed quoniam neque tu cohortatione indiges, neque ego excusandi liber: audax negotium verecunda occasione suscipiam, vt de fide pauca disceptem, de testimonijs plura conexam. De Conciliis id potissimum sequar, quod trecenti decem & octo sacerdotes, tanquam Abrahæ electi indutio, consona fidei virtute victores, velut trophæum toto Orbe, subacto perfidi, extulerunt: vt mihi videatur hoc esse diuinum, quod eodem numero in Concilio fidei habemus oraculum, quo in historia pietatis exemplum.* & in fine posteriorisi libri g:

c Matth. 5. & Ambr. de fide ad Grat. Li. I. I. e Gen. 14.

g Ambr. ad fide ad Gratian. lib. 2. prope fin.

XVII. VICTORIAM CERTA VATICINATVR AMBROSIVS.

Progredere plane scuto fidei septus & gladium spiritus habens: progredere ad victoriam superioribus promissam temporibus & diuinis oraculis prophetatam. Nam & saturam nostri depopulatum nem, & bella Gotherum Ezechiel illo iam tempore prophetauit h: sic enim habes, Propterea propheti za filii hominis, & dic: O Gog hæc dicit Dominus: in die illa, cum constitueretur habitare populus meus Israel in pace, surges & venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, & Gentes tecum multa, sessores equorum omnes, congregatio multa & magna & virtus copiosa, & descendet ad populum meum Israel, vt nubes operiat terram in nouissimis diebus, &c. Gog iste Gothus est, quem iam videmus exisse, de quo promittitur nobis futura victoria, dicente Domino: Et deprædabuntur eos, qui deprædati eos fuerant, & despoliabunt eos, qui sibi spolia dere xerunt (dicit Dominus) erit que in die illa, dabo Gog, hoc est, Gothis locum nominatum, monumentum in Israel, multorum virorum congestum, qui superuenerunt ad mare, & per circuitum struet vallis perisiomium, & obruet illic Gog & totam multitudinem eius, & vocabitur Polyandrium Gog, & obruet eos domus Israel, vt purgetur terra.

h Ezech. 38.

XVIII. CÆDIVM THRACIARVM CAVSA.

Nec ambiguum, sanctum Imperator quod qui persecutionem alteram pugnam excepimus, fidei Catholicæ in te vigentis habitum summo auxilium. Euidens enim ante hæc diuina indignationis causa præcessit, vt ibi primum fides Romano Imperio frangeretur, vbi fracta est Deo. Non libet confessorum neces, tormenta, exilia recordari, piorum sacerdotia, peritorum munera. Nomine de Thracia partibus per Rupensem Dacianam & Mysiam, omnemque Valeriam Pannoniorum, totum illorum limitem sacrilegio pariter vocibus & barbaricis motibus audiemus inhorrentem? Quid poterat nobis vicina tam seralis inuehere? Aut quemadmodum res Romana tali tuta poterat esse custodia? Sed iam satis superque omnipotens Deus, nostro exilio, nostro, sanguine confessorum neces, exilia sacerdotum, & nefas tanta impietatis hominis: satis claruit, eos, qui violauerunt fidem, tutas esse non posse. Conuertere Domine fidelis, tua tolle vexilla. Non hic aquila militaret, neque volatus animum exercitum ducunt, sed tuum Domine nomen & cultus. qualia nam esse soleant hæc signa Occidentalium Imperatorum Gratiani & Valentiniani, hic impressa ipsorum numismata declarant, nempe Christi nomine Labara insignita, vt ipse probe intueri potes: in quo (vt inscriptiones in orbe ipsorum positæ docent) virtutem inesse exercitus, & Rempublicam collapsam restitui in aduersa parte numismatis Valentiniani pueri manifestissimo signo declaratur, & inscriptione aperte docetur.

AMBROS. in APOSTROPH.



i Extat ap. Lælium Pasqualinum.

k Prægrande numismatum aurorum extat apud Lælium Pasqualinum.

Iure igitur: *Non hic aquilæ exercitum* (inquit Ambrosius) *ducunt, sed turum Domine nomen.* Iam vides patenter, lector, militaria signa Christi nomine insignita, quibus sanct. Ambrosius certam victoriam consequendam fore ante prædixit. Sed subdit Ambrosius de eiusdem Imperatoris Gratiani exercitu:

XIX. *Non hic infidelis aliqua regio, sed ea, quæ confessores mittere solet Italia, aliquando tentata, mutata nunquam: quam dudum ab hoste barbaro defendisti, nunc etiam vindicasti. Non hic Imperatoris meæ lubrica, sed fides fixa. Ostende nunc cuidens tua maiestatis indicium: vt is, qui te veram virtutem Dominum, & cœlestis militiæ ducem, is, qui te veram Dei virtutem credit esse atque sapientiam non temporalem vtique & creaturam, sed sempiternam (sicut scriptum est a) Dei virtutem & diuinitatem, tua maiestatis fultus auxilio fidei sua trophæa increatur.* hactenus Ambrosius, hisque fidem imponit posteriore volumini. Quomodo autem vera vaticinatus sit sanctus Episcopus, & quam exercitus optarat victoriam consecutus, imo & maiorem quam prædixerit, à Deo acceperit fide roboratus exercitus, proxime dicturi sumus.

a 2. Cor. 1.

XX. Hic vnum illud non prætereat, de Gog vaticinum Ezechielis, quod sanctus Ambrosius existimauit ita intelligendum esse de Gothis, sancto Hieronymo haud probanti in omnibus: ipse enim ad Eustochium *b* in primis hæc habet. *Illud, quod vir noster ætatis haud ignobilis ad Imperatorem scribens, scuet hac natione dixerit: Gog iste, Gothus est. Cui qua ratione possint omnia, quæ in ea scripta sunt, coaptari, non est mouum, sed eorum, qui hoc putant, differre.* hæc ibi: alibi vero sic: *Scio quendam, Gog & Magog, tam de præsenti loco, quam de Ezechiele, ad Gothorum nuper in terra nostra vagantium historiam retulisse: quod verum verum sit, præsagipsius fine monstrabitur.* hæc ipse. Scimus sanctum Proclum *c* vaticinio Ezechielis de Gog ad aliam de barbaris victoriam obtentam aptasse, vt suo loco nos infetius dicemus. Tu de his interim consule Augustinum *d*, haud enim patitur historiæ prosecutio, in his diutius immorari.

GOG NON INTELLIGI POTEST S. AMBROSIVS

b Hier. præfat. in Ezech. ad Eustoch.
c Hieron. quæst. in Genes.
d Ap Socr. lib. 7. c. 22. Niceph. lib. 14. c. 38.
e Aug. de Ciuit. Dei lib. 20 c. 11.

XXI. Mira plane diuini consilii dispensatione actum est; vt exercitus fide armatus, cui & iure victoria deberetur, sic vicerit, vt tamen impiæ Imperatorem Valentem nequaquam ab internecione, diuina vindicta parata, seruauerit: eo vero primum extincto, atque cum ipsa impietate sepulto, & fide Catholica restituta, magna Dei virtute ab Italiæ exercitu hostes fuerint penitus debellati. Quomodo autem omnia ista contigerint, rerum gestarum ordine referemus. Auctor est Ammianus, f barbaros Lentienses, populum Alemannicum, audita expeditione Gratiani aduersus Gothos suscepta, motæ impatientes; antequam ille è Gallis recederet cum exercitu, huius anni mense Februario Rhenum gelu peruium cum copiis depopulaturos Gallias transiisse, icto nuper fœdere perfide fracto. Quo factum est, vt paratas copias ad bellum Orientale aduersus eos dirigens Gratianus, apud Argentariam commisso prœlio, ipsos penitus superarit, occideritque omnes, exceptis quinque millibus montana petentibus; quos postea in deditionem acceptos, liberos abire iussit, cum fuisset horum exercitus quadraginta millia armatorum, vel vt habet alii, septuaginta millia. Subdit his præterea hæc Ammianus g: *Hanc victoriam opportunam & fructuosam, qua gentes bebetauit Occiduas, sempiterni nominis nutu Gratianus, incredibile dictu est, quanto cum vigore exerto, celeritate alacri sunt properans, expediens præclara indolis adolescens, facundus, & moderatus, & bellicosus, & clemens, ad annulationem lectorum progrediens Principum, dum etiam tum lanugo genis superperet speciosa, &c.* quod autem subdit postea esse mutatum: agemus de his inferius. Tam præclaris breui temporis spatio rebus gestis, Galliarumque turbis compositis, Gratianus magna celeritate recedens, Sirmium vsque peruenit: cum Valens eo non expectato, temere, cum hostibus de rerum summa decernens, turpiter victus est, mutuisque igne crematus. Sed quo modo hæc se habuerint, vt singula clarius innotescant, rescindas ab eodem Valente hoc anno gestas in primis recensea-mus.

f Ammian. lib. 31.

g Ammian. lib. 31.

Qui (vt vidimus ex Ammiano) Valens Imperator ob tumultus Thracios anno superiori recesserat Antiochia, hoc anno (idem addit *h*) longitudine viatum immensa venit Constantinopolim: vbi eum moratum dicit paucissimos dies populi num seditione pulsatum. Ex his erroris arguitur Theodoretus *i*, qui Valentem longo tempore Constantinopoli mansisse tradit. De aduentu autem eius hoc anno Constantinopolim hæc Socrates *k*: *Imperator Valens ad sextum sumum Consulatum, Valentinianum autem secundum, tertio Kalend. Iunij aduentans Constantinopolim, populum in mœrore magno constitutum offendit.* Quænam autem ea fuerint, & cuius causa populus mœstus esset ex seditione concitata, dicendum, & in primis de Lucio, de quo habet Socrates *l*, Lucium Episcopum Arianum Alexandria, recepto Petro per Damasum restituto, pulsum, venisse ad Valentem Imperatorem Constantinopolim. Addit vero Sozomenus *m*, quod Valenti (vt est verisimile) curis implicato, vim in istos, qui expulerant Lucium, inferendi, otium minime suppeditabat. *Siquidem*, inquit, *barbari & Thraciam populati, & ad vsque suburbia progressi, iam ipsa vrbis mœnia, nemine prohibente, oppugnare aggressi sunt. Quibus de rebus, ciuibus in eum grauiter commotis; Imperatori, quod non restitit hostibus, sed bellum gerere distulit, idem crimini dabant, dispalabantque rumorem, hostes ab illo in vrbem deductos fuisse. Tandem vero cum ludis Circensibus interesse viderent, palam contra eum, vtpote Reipublicæ salutem contemnentem, vociferari, & arma postulare cœperunt, vt illi ipsi cum hoste confligere possent. Itaque Valens hiis assectus contumelijs, ad bellum cum barbaris faciendum proficiscitur: minaturque si redeat, se populum tum harum contumeliarum causa, tum quod ante Procopij tyranni se adiunxerant, probe vlturum.* habet eadem quoque Socrates *n*.

h Ammian. lib. 31.

i Theod. l. 4. c. 29.

k Soc. li 4. c. vlt.

l Soc. l. 4. c. 30.

m Soz. li. 6. c. 39.

n Soc. li 4. c. vlt.

Subdit vero Theodoretus de eodem Valente aduersus nobilem ducem Traianum temere concitato, propterea quod in prætenta pugna Gothica posteriores retulisset, eiusque ignauiæ illud adscribente, quod ipsius impietati potius fuerat tribuendum. Insignis plane religione Traianus fuit: cuius vxor, Candida nomine laudatissima fœmina, post viri obitum magno animo monasticum vitæ institutum arripuit, secumque duxit filiam virginem Christo dicandam: quarum in suscepto instituto laudabilem perseuerentiam & optimum finem Palladius *o* in Lausiacis testarum reliquit. Ait igitur Theodoretus *p*: *At postquam Traianus ab hostibus superatus reuertit: Valens illum conuicijs valde lacerare, & molliciem, ignauiamque ei obijcere cœpit. At ille libere, vti virum generosum decebat: Non ego, inquit, ô Imperator, victus sum, sed tu ipse prodidisti victoriam: qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita eius auxilium barbaris conciliat: nam abs te oppugnatus, se illis adiunxit. Atque Deum semper sequitur victoria, & ad eos accedit, quibus Deus se ducem præbet. Non nostis, inquit, quos viros Ecclesijs exposuerit, & quibus eas tradiderit? Ista quidem ita se habere, & Arinthæum & Victorem, qui duces quoque erant, ingenue confessi sunt: Imperatoremque hortati, ne reprehensiones cum veritate communicat, tanquo animo ferret.* hæc Theodoretus. Spectato pietate Traiano duci *q* Ammianus affirmat pedestres copias commissas fuisse, sed à Valente exauctoratum eo munere, collatumque illud Sebastiano ex Italia accersito duci strenuo, atque militia diu summa cum laude perfuncta egregie nobilitato.

o Palad. in Lausiac. c. 44.

p Theod. l. 4. c. 29.

q Ammian. 31.

At rursum Theodoretus *r*: *Ferunt Isacium, qui in eo loco cellam habebat monasticam, vbi vidit Valentem cum exercitu egredi, conuenta voce ei dixisse: Quo proficiscere, ô Imperator, qui auxilio Dei, contra quem bellum gesseris, prorsus destitutus es? Nam quoniam tu multorum linguas ad blasphemias aduersus eum loquendas acuisti, & pios laudibus illum celebrantes Ecclesijs exturbasti; idcirco ille barbaros aduersus te concitauit. Desine igitur & bellum contra eum facere, & ipse bellum contra te commotum sedabit. Redde gregibus optimos pastores, & victoriam facile reportabis. Quod si his omnibus neglectis, bellum suscipias; rerum euentu experiere, quam durum sit contra stimulos calcitrare. Nam neque ipse reuerteris, & exercitum propterea amittes.* Cui admodum iratus Imperator: *Reuertar*, inquit, *& te interficiam*

r Theod. l. 4. c. 30 QVID ISACIVS ADVERSVS VALENTEM.

falsaque prædictionis pœnas abi te repetam. Tum ille minas neutiquam veritus, clara voce: Ecce, inquit, si quid falsi me dixisse deprehenderis. hæc Isacius ad Valentem. Quod autem Theodoretus ait, eum expetiisse ab Imperatore, vt destitutis suis pastoribus Ecclesiis, iidem redderentur; plane apparet, sic à Valente Episcoporum Orthodoxorum esse solutum exilium, vt tamen suæ ipsorum Ecclesiæ iisdem minime fuerint restitutæ. sed subdit: *Bretannion quoque omni genere virtutis insigniter decoratus totius Scythiæ Episcopus, animo diuino pietatis amore incenso, pestiferam dogmatum Arianorum corruptelam & iniqua facinora contra sanctos edita coarguit, & cum sanctissimo Dauide* a *clamauit: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar.* hactenus Theodoretus.

a *Psal.* 118.

XXV. VALENS INVIDET GRATIANO VICTORIAM.

Egressus (vt dictum est) Constantinopoli Valens, ad Melantiada villam Cæsarianam cum exercitu quieuit; vbi accepit nuncium de Alemannis victis à Gratiano, deque eius profectione in Thracias cum exercitu, aduentuque Sirmium. Cuius gloriæ æmulus, quasi ad maiorem certamque proficisceretur ipse victoriam, inde recedens, Hadrianopolim veniens, in suburbiis castra locauit, vbi susceptis Ricomere præmissum à Gratiano, qui nunciaret eius proxime futurum aduentum. Ibidem degens, Regis Gothorum Fritigetnis Christianæ religionis presbyterum Legatum excepit, rogantem ab eo honestis conditionibus pacem. Sed mali dæmonis impulsu Valens nec Gratianum expectandum putauit, licet præstantissimi duces id suaderent; & legationem Gothi Regis inanem remisit; concitusq; ad pugnam prosiluit, se suosque incautus in discrimen adducens. Commissoque prælio, suis mox in fugam conuersis, & ipse fugiens, inter gregarios milites latens, sagitta percussus est, delatusq; à suis tuit in agrestem casam, quam intus occlusam cum expugnare barbari in prædam effusi, & terere tempus haud vtile sibi putarent, suppositis lignis & stipula incenderunt. cum vnus ex comitibus inhærentibus Imperatori, è fenestra elapsus, ardere intus nunciauit Imperatorem. Extinctique sunt eodem prælio præcipui militiæ duces, Traianus atq; Sebastianus.

VALENTIS INTERITVS.

XXVI.

Contigit tum dira clades quinto Idus Augusti, eiusdem Valentinis quinquagesimo ætatis anno, Imperii decimoquarto, adiectis mensibus quatuor, & diebus nouem. hæc omnia ex Ammiano b eadem ferme Ruffinus c, Socrates d, Sozomenus e, Theodoretus f habent. Addit his Nicephorus g. Isacium agentem Constantinopoli monachum, ea ipsa hora, qua male periit Valens, diuino afflatum spiritu, dixisse: *Nunc Valens igne torretur, & nares profluentem ab eo ingratum odorem sentiunt.* De eodem S. Hieronymus h: *Valens*, inquit, *Gothico bello victus in Thracia, eundem locum mortis habuit & sepulchri*, sed in Chronico plenius: *Lacrymabile*, inquit, *bellum in Thracia, in quo, deserente equitum præsidio, Romanæ legiones à Gothis cinctæ, vsque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse Imperator Valens, cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cuiusdam villulæ casam deportatus est: quo persequentibus barbaris, & incensa domo sepultura quoque caruit.* Sed & S. Ioannes Chrysostomus i ex Valentis miserando casu consolans alios hæc habet: *Ecquid vero mirum, si multi ex ducibus hoc modo intereunt, quando & Imperator ipse in vicum quendam cum paucis militibus conclusus, exire quidem & sese inuadentibus opponere, minime ausus est, sed intus manens, accenso ab illis igne, vna cum iis omnibus, quos secum habebat, combustus est, nec viris solum, sed etiam equis, & trabibus, & nuru, & omnia in vnum atque eundem cinerem abierunt? Atque hunc nunciumi, qui cum Imperatore ad bellum profecti erant, loco Imperatoris ipsius ad vxorem* (hæc erat Dominica Augusta) *reportantes, redierunt.* vt plane propheticam illam indignationis diuinæ pœnam Valens incurrerit k: *Sicut ignis, qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in furore tuo conturbabis eos.* Post barbarorum discessum (inquit Zonaras) *cum Imperatoris corpus quæreretur, inuentum est in iis ædibus, vbi combustus fuerat, vetus sepulchrum cum hac inscriptione:* HIC MACEDO MIMAS IMPERATOR EST SITVS. quod quidem spectabat ad oraculum illud Valenti antea demonstratum eo districho,

Miser ad Mimanta magnum iter capessito
Citus: hic te saeua mortis opprimet dolor.

hæc enim in somniis ipsi dicta testatur auctor, ab eruditis interpretata de Mimante monte Asiæ ad mare sito. Præcesserunt & alia signa prænuncia mortis Valentis, vt inscriptio illa reperta Chalcedone; necnon vulgi clamores Antiochiæ editi, VIVVS ARDEAT VALENS. & alia quæ Ammianus m narrat.

b *Ammia. lib.* 31.
c *Ruffin li.* 2. *c.* 13.
d *Soc. l.* 4. *c.* vlt.
e *Soz. li* 6. *c.* vlt.
f *Theo. li.* 4. *c.* 31.
g *Nic. li.* 11. *c.* 50.
h *Hieron. epist.* 3.
i *Chrys. ad Viduam iuuenem.*
k *Psal.* 82.
l *Zonar. Annal.* 3.
m *Ammia.* 31.

XXVII. GENTILES QVID IN CHRISTIANAM RELIGIONEM

Ex huiusmodi acerbissima illata à barbaris clade sub Christiano Imperatore, datum est Gentilibus occasionem omnem captantibus in Christianam religionem insultandi argumentum haud leue: ad quos Orosius, dum de his agit n: *Consoletur se, sed in hoc solo, pernicacia, miseriaque Gentium, quia temporibus & Regibus Christianis tanta simul congesta clades pressam Reipublicæ onerauere cervicem, euersa prouincia, deletus exercitus, Imperator incensus. Magnum re vera hoc est ad nostrum dolorem, magisque miserum, quo magis nouum. Sed quid hoc ad consolationem proficit Paganorum, qui palam perueniunt, & in his quoque persecutorem Ecclesiarum fuisse punitum? Vnus Deus vnam fidem tradidit, vnam Ecclesiam toto Orbe diffundit, hanc aspicit, hanc diligit, hanc defendit. Quolibet se quisquis nomine tegat; si huic non sociatur, alienus; si hanc impugnat, inimicus est. Consolentur se Gentiles in quantum volunt, ludibrium, hæreticorum q, supplicijs: tantum & vnum Deum esse fatendi personarum acceptorem non esse, vel ex hac potissimum Valentis extincti probatione fatentur. Gothi antea per legatos supplices poposcerunt, vt illis Episcopi, à quibus Christianæ fidei regulam discerent, mitterentur. Valens Imperator exitiabili prauitate doctores Ariani dogmatis misit: Gothi primæ fidei rudimentum, quod acceperè tenuerunt. Itaq; iusto Dei iudicio ipsi eum vicum incenderunt, qui propter eum etiam mortui, vitio erroris arserunt.* hucusque Orosius, & quidem appositè accidit, vt quos Valens ex fide Catholica ad sectam Arianam capessendam adduxisset, immo conditione pacta icti fœderis coegisset, ab iisdem flammis vltricibus crematetur, digno supplicio impiorum.

n Oros. li. 7. c. 33.

XXVIII.

Quod ad cladem acceptam spectat: equidem perfidia Imperatoris tot tantisq; malis exagitatum esse Romanũ Imperium, cum prudentes omnes æque sentirent, sanctissimi quoq; viri Ecclesiarum magistri sua ipsorum testificatione posteris scriptorum monumentis reliquere testatum; nam ante Orosium Gregorius Nazianzenus reficiens istâ adeo tristia, sic dixit o pro concione Constantinopoli: *Grauia sunt insuper, quæ nunc partim cernimus, partim audimus. Patria captiuitate oppressa, innumerabiles copiæ ferro procumbentes, terra cruore & cadauerum mole laborans, externa natio alienam regionem velut propriam percurrens, non ob defensorum molliciem & ignauiam* (neq; enim eam quisq; accuset; hi enim illi sunt, qui vniuersum pene Orbem bello atq; armis subegerunt) *sed propter vitia nostra, impiamq; doctrinam aduersus Trinitatem inualescens.* hactenus Gregorius: eadem quoque (vt vidimus) S. Ambrosius p vaticinando ante testatus est; nempe ob impietatem Principis, & blasphemias suorum gregalium in Filium Dei, atq; persecutiones aduersus pios sanctosque viros ab eisdem excitatas, digna peccatis vltione pensata, traditos esse eosdem in manus barbarorum: fore tamen, vt per impios illata tam grauis Romano Imperio iactura, per pios viros, nempe Italos, vt ait, Catholicos, inquam, ipsos, sub gratiano ad bellum proficiscentes, resarciretur, pellendosq; esse barbaros, & in pristinum statum restituendum Imperium, quæ cuncta vera, exploratag; in omnibus probauit euentus.

o *Gregor. Naz. or. at. de pace.*
PERFIDIA NON IGNAVIA PERDIDIT ROMANVM IMPERIVM
p *Ambr. de fide ad Gratian. lib.* 2.

XXIX. SARRACENI LIBERANTVR CONSTANTINOPOLIM.

Antequam autem aduentaret Occidentalis exercitus, audita clade Orientalium, neceque Valentis, confedit ad tempus Sirmii, donec aduersus victores Gothos maiorib. fulciretur auxiliis: alii vero, qui erant in Oriente, Catholici, Constantinopoli periclitanti suppetias attulere. Etenim veluti miraculo accidit, vt præsto fuerint Sarraceni, iidemq; non Christiani solum, verum & Orthodoxi (vt vidimus) sub sanctissimo Episcopo Moyse anachoreta. Ammianus q enim de Gothis post victoriam confectam

q *Ammia. li.* 31.

tradit, tentasse primo crebris assultibus Hadrianopolim, sed spe frustratos cōcessisse Perinthum; verum inde quoque eiectos, venisse Constantinopolim, eamque obsidione cinxisse. Quo modo autem sic laborantes ciues à Sarracenis sint liberati, Socrates a ita narrat, atque Sozomenus b: *Barbari* (inquit iste) *victoria elati Thraciam vniuersam depopulati sunt, & in ipsa suburbia demum Constantinopolis incursiones fecerunt. Rebus tunc in discrimen adductis, ingenti præsidio fuere primum pauci quidam ex conscelerati Sarracenis à Mauia ipsorum Regina submissi: deinde & ex ipso populo quamplurimi. Hi enim, quia Dominica Valentis vxor ipsis ex ærario certum stipendium persoluebat (vt quisque poterat) armati obuiam hostibus ierunt, eosque factum impetu procul ab vrbe fugarunt.* hæc ipse: sed paulo tutius ac dilucidius Ammianus his verbis c: *Sarracenorum cuneus (super quorum origine & moribus diuersis in locis retulimus supra) ad sortem magis expeditionalium rerum, quam ad concursatorias habilis pugnas, recensi illuc accersitus, congressus, barbarorum globo repente conspecto, à ciuitate fulenter erupit; diuque extento certamine pertinaci, aquis partes discessere nocturnis. Sed Orientalis turma nouo, neque ante viso superauit euentu. Ex ea enim crinitus quidam, nudus omnia præter pubem, subarcuum, & lugubre strepens, educto pugione, agminis se medio Gothorum insinuit, & interfecit hostis iugulo labra admouit, effusumque cruorem exhausit. Quo monstruoso miraculo barbari territi postea non ferocientis more, cum agendum appeterent aliquid, sed ambigua & tristibus incedebant.* hæc Ammianus. Addit vero his, Gothos omnes iam fœderatos ante, in militiamque acceptos atque curos, vna die opera Iulii Magistri militiæ trans Taurum ex improuiso esse inclusos occidi, datis ad alia loca, vbi degerent, ad prouinciarum rectores fecetis literis.

a Socr. lib. 5. c. 1.
b Soz. lib. 7. c. 1.
c Ammia. li. 31.

XXX. ACHOLIVS EPISCOP. THESSALONIC. FVGAT GOTHOS.

At quantum roboris esset ad barbaros, eosdemque hæreticos propellendos fides Catholica etiam in homine inermi & infirmis viribus, satis apparuit in Sancto Acholio Episcopo Thessalonicensi, qui eosdem barbaros ab ingressu eius ciuitatis his temporibus sæpe repressit: quod Sanct. Ambrosius docet his verbis d: *Hunc ipsum, nimirum Acholium, totis ingruentibus Gothorum catervis, neque quaquam tamen potuerunt barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus error. Denique in cetera populatores loci, illic pacem rogabant. Mirantibusque quid sibi suus miles vllo obsisteret: à prudentioribus intimabatur, Elisæi tutus imitatorem & vel ætate sapparem, non imparem spiritu: cauerent, ne exemplo Syriaci agminis, sibi quoque cæcitas effunderetur. Et tamen circa discipulos suos diuersa sunt dona Christi. Elisæus quidem in Samariam captiuat aciem induxit Syrorum: sanctus autem Acholius precibus suis fecit, vt de partibus Macedoniæ victores fugarent. Nonne & hoc intelligimus virtutis superioris fuisse, vt vbi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nonne & hoc cautatis est, vt fugerent, quos nullus vrgebat? Sed vrgebat, & præsidiabatur sanctus Acholius, non gladio, sed orationibus, non telis, sed meritis. An incognitum nobis est, diuincare sanctos etiam, cum ferimur:* & paulo post: quo modo pulsi sint, declarat hæc addens:

d Ambr. epist 33.

XXXI. IVGA EXERCITVS GOTHORVM.

Non enim inani metu, nec superstitiosa suspicione, sed sæuiente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gothi ac territi sunt. Denique tum fugerunt, vt euaderent, regressi postea pacem rogauerunt, vt viuerent. Vidimus itaque in tanti viri merito superiora secula, & opera Prophetarum, qua legebamus, aspeximus. Quasi Elisæus inter arma, inter acies dum vixit, versatus est meritis suæ componens præsidia. hactenus S. Ambrosius. Ex quibus plane perspicue declaratum est, datum esse Gothorum agminibus aduersus Romanum exercitum robur propter peccatum ipsam scilicet per fidiam Imperatoris: quibus vbi fides vera licet ineimis occurrit, easdem in ferratas barbarorum cohortes redditas esse prorsus imbelles; superasseque fenem vnum omnem exercitum Barbaricum, qui victor Regem dimidiæ Orbis partis subegerat, extinxeratq; vna cum filio eorum Imperatorem. Adeo vti haberent Gentiles, quid oblatrarent in religionem Christianam ob perfidum ducem; non deesset quid mirantes prædicarent ob sanctum Episcopum legitimum fidei Catholicæ cultorem ac defensorem.

XXXII.

Recessisse ex his regionibus perfractos Gothos, atque retrogressos deuenisse vsque ad Iulias Alpes, Ammianus e affirmat: eosdemque palabundos omnia, quæ sibi occurrerent, deuastasse, San. Hieronymus tradit, dum non hanc tantum hoc anno illatas per barbaros clades, verum alias simul congerens, quæ postea per quatuor lustra acciderunt, ita scribit ad Heliodorum f: *Viginti*, inquit, *& eo amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaliam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni vastant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobilitaque corpora his belluis fuere ludibrio! Capti Episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officia clericorum, subuersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossa reliquiæ: vbique luctus, vbique gemitus, & plurima mortis imago: Romanus orbis ruit, & tamen cervix nostra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant barbari?* hæc Hieronymus, ex cladibus mundi consolans Heliodorum lugentem nimium Nepotianum: cæterum eadem Gothorum incursione patriam suam, Stridonem ciuitatem, fuisse subuersam, alibi idem tradit g.

e Ammia. lib. 31.
f Hier. ep. 3.
g Hier. de Scri. Eccl.

Extincto Orthodoxæ fidei perduelle Valente, irrita pariter reddita sunt eius edicta pro Ariana hæresi aduersus Catholicam fidem sæpe statura: cum & qui (vt dictum est) anno superiori exules relaxati sunt, etiam facultas iisdem data fuit ad suas reuertendi Ecclesias, à quibus, Arianis Episcopis subrogatis, eiecti fuerant. Agens de his Sozomenus hæc ait h: *Gratianus interim vna cum fratre vniuersum Romanum Imperium adeptus, cum patrui sententiam non probaret, quod ille pertinaciter ipsos,* nempe Catholicos, *fuerat persecutus, qui religione ab eo discrepabant, omnibus iis, qui ab illo vigente religionis errore in exilium pulsi fuerant, redditum concessit* (ad suas scilicet Ecclesias) *legemque tulit, vt quisque libere quamcunque religionem, quem cunque catum vellet, sectaretur, exceptis Manichæis, Phot ianis, & Eunomianis.* ita ipse: satis namque visum Imperatori, vlcerosum morbum pederentim curare, hocque primo initio fidem Catholicam postliminio restituere, ac vitos Catholicos suis Ecclesiis reddere, illosque comprimere hæreticos primum omnium, qui execrabiliores haberentur. nam Eunomiani eius prauæ æstimationis erant, vt ipsos Ariani quoque testatentur, licet re vera impietate consortes: de iisdem enim ita Ambrosius ad Gratianum i: *Sed quem potissimum legam? Eudoxium, Eunomianum, an Arium, vel Actium eius magistros: plura enim nomina, sed vna perfidia, vsurpantur non dissonans, communione discordans, non dissimulo fraude, sed cogitatione discreta. Cur enim secum nolunt conuenire, non intelligo. Eunomij personam diffugiunt Ariani, sed eius perfidiam asserunt, impietatem excquuntur. Aiunt eum prodidisse confessum, quæ Arius scripserat. Magna cacitatis effusio, auctorem probant, executorem refutant. Itaque nunc in plures sese dixisse formas: alij Eudoxium, alij Eunomium, vel Actium, alij Palladium, vel Demophilum, atque Auxentium, vel perfidiæ ipsi hæreses sequuntur, aliqui eos.* ita Sanctus Ambrosius de vna Ariana hæresi diuersis capitibus sibilante, quorum duo illa præcipua primo demerenda præsenti sanctione hoc anno Gratianus constituit: cuius etiam editæ legis meminit Socrates k.

h Soz. li. 7. c. 1. GRATIANI EDICTVM PRO CATHOLICIS.
i Ambr. de fide ad Gratian. lib. 2.
k Soc. lib. 5. c. 1.

XXXIV.

At licet de Arianis nullam factam esse in edicto mentionem Socrates demonstrare videatur: tamen satis eos lege Gratiani perstrictos esse, videri poterat, cum iussu eiusdem Imperatoris iuberentur, Catholicis, quas occupauerant, Ecclesias cedere, de qua quidē lege hæc Theodoretus l: *Conscripsit*, inquit, *legem, qua inhibebat, tum pastores eiectos in exilium reuire, suisque gregibus restitui, tum sanctas Ecclesias tradi iis, qui Damasi communionem amplexarentur. Hic Damasi Episcopus Romanus fuit in illius Ecclesia administratione successor Liberij, vir sane propter vitæ præstabilis ornamenta insignis; qui quo ad eius fieri poterat, doctrinam Apostolicam assidue tutatus est. Verum lex, quam dixi modo, maiorem haberet auctoritatem, misit cum ea Ducem Saporem, virum id temporis propter nomnis & famæ celebritatem facile præstantissimum; cui dedit in mandatis, vt tum Arianæ blasphemiæ præcones, tanquam*

l Theo. li. 2. c. 2. GRATIANI LEX AD VERSVS ARIANOS.

feras quæstiam agrestes, ex sacrosanctis templis exigeret, tuns optimos pastores sanctiu eorum gregibus restitueret. hæc Theodoretus. Vides, lector, quam scite atque prudenter in tanta hæreticorum ac diuersarum hæresum colluuie norit prudentissimus Imperator, vna data tessera, Catholicos distinguere ab hæreticis, nempe communicatione cum Romano Pontifice; nimirum ex more, illos dumtaxat Orthodoxos esse significans, quibus tali edito signo sinceræ & solidæ fidei comprobatis, tuto committendæ forent Ecclesiæ. Subdit Theodoretus *a*, ipsum Saporem Ducem à Gratiano cum edicto in Orientem missum, venisse Antiochiam, edictumq; promulgasse, cuius occasione illic Concilium celebratum fuit.

a Theod. li. 5. c. 3.

XXXV. CONCILIŪ ANTIOCHENVM.

Qui igitur Valentis primum edicto ab exilio relaxati sunt Episcopi Orthodoxi, Gratiani vero sanctione suas Ecclesias recepere; vnanimi conspiratione, mutuoq; cōsensu hoc anno mense Septembris Antiochiæ conuenerunt, vt prostratæ Orientali Ecclesiæ partibus votis consulentes, superiasq; laturi, quid agendum esset, vna decernerent. Sed antequam de rebus in eo Concilio gestis narrationem aggrediamur; ne quid animi arbitrio absq; maiorum testificatione temere effundere videamur: q ad tempus spectat, docet id in primis Gregorius Nyssenus in Epistola ad Olympium monachum de vita obituq; S. Macrinæ sororis: cum n. ibi dicat eiusmodi Synodū, cui ipse interfuit, Orthodoxorum Episcoporum collectam Antiochiæ nono mense ab obitu S. Basilij, quem superius demonstrauimus huius anni exordio, ipsis Kalendis Ianuarij, ex hac vita migrasse; plane eiusdem inefragabili auctoritate dicendū est, eam hoc anno mense Septembr. fuisse habitam. Sed subdam verba Gregorij *b*: *Post hanc tabernam* (nempe obitus S. Basilij, Episcopi Cæsareæ Cappadociæ) *nonus mensis aut paulo amplius, cum Episcoporum Concilium inductum est Antiochiæ, cui nos itein interfuimus.* hæc quod ad tempus pertinet.

b Greg. Nyss. ad Olymp. apud Surium. tom. 4.

XXXVI. CONCILIATI SIMVL RELETIVS ATQVE PAVLINVS.

Quæ autem in eo Concilio gesta sint, ex abditis perquirenda sunt locis. Atq; in primis memoria repetendū, quod sæpe sæpius diuersis obortis occasionib. dixisse meminimus: Catholicos Antiochenos Nicænæ fidei professores fuisse lōgo schismate, nempe à tempore Iuliani, abinuicē separatos, inhærentibus alijs Meletio, Paulino aliis cōmunicantibus: negotium aūt tale erat, vt totus ferme Oriens, & fortasse etiam Occidens in schisma inducī facile potuisset, pro cuiusq; studio alterutri parti aliis fauentibus, aliis aduersantibus. Quod igitur desperata protinus videretur, ac frustra tentata omnis medela erigendarum Orientis Ecclesiarum, nisi in vna eademq; pacis & vnitatis concordia conuenirent: ante omnia eiusmodi inueteratum schisma tollendū, Patres necessarium existimarūt. Huius itaq; rei causa Antiochiæ (vbi malū exortum erat, atq; in immēsum coaluerat) duxerunt illi celebrandū esse Concilium. Vbi, quod neutra pars alteri cederet, remediū illud excogitatum est, vt inter vtramq; partem ita transigeretur (quod superius diximus) nempe, vt cum alterutter ex duobus, Paulinus, vel Meletius, prior ex hac vita decederet; qui superstes esset in locū demortui nullo alio creato Episcopo succederet, solus remaneret Ecclesiæ illius Antistes: ad quod præstandū interiurando adegerunt sex primores Ecclesiæ illius presbyteros, qui propinquiores ad eum gradum cōsequendum esse videbātur, quod quidem, ambabus partibus consentientibus, fuit salubriter constitutum. testantur id Socrates atque Sozomenus *d*, & alij hos secuti, quibus potius standum esse quisq; iure sentiet, quam Theodoreto, quem in suo narrationis contextu errores admiscuisse cognoscet, dum ipse res tunc Antiochiæ gestas sic narrat *e*:

c Socr. lib. 5. c. 5.
d Sozo. li. 5. c. 5.
e Theod. li. 5 c. 3.

XXXVII. FLAVIANVS QVID IN PAVLINVM.

Id temporis autem aduentante Antiochiam Sapore Duce, cum legem Gratianiostendisset: Paulinus se a partibus Damasi stare constanter affirmat: idem quoque affirmat, morbo erroris sic occultato, Apollinaris. At diuinus ille Meletius se & quiete gessit, & ab eorum contentione continuit. Flauianus vero vir sapientissimus, qui adhuc fuit ex numero presbyterorum, ad Paulinum, Duce audiente, sic verba facit: Si Damasi communionem, ô amice amplecteris, nobis tua & illius doctrina consentiem, cognationemq; manifeste commonstra: Nam ille vnam Trinitatis essentiam confitetur, treis, personas palam prædicat: at tu contra personarum trinitatem penitus tollis. Quare ostende doctrina consentiem, & Ecclesias capesse, vti lex iubet. Qui cum illi os hac refutatione obturasset, ita Apollinarem alloquitur: Demiror ô amice, te non solum tam impudenter velle veritati repugnare, cum certo scias, Damasum, virum sane admirabilem, affirmare perfectam nostram naturam à Deo Verbo sumptam esse; verum etiam contrariam te opinionem docere: nam mentem nostram salute priuas tu quidem. Quod si nos hæc tibi obiectando falsa dicimus, tam ergo tute nouam doctrinam à te primum in lucem editam dempta, Damasi doctrinam amplectere, & sacrosanctas Ecclesias capesse.

Cum autem sapientissimus Flauianus certis verbis, vt tot rationibus eorum compressisset audaciam: Meletius vir omnium mansuetissimus comiter admodum & benigne Paulinum compellat his verbis: *Quoniam & mihi istarum ouium procurationem commisit Dominus, & tu aliarum curā suscepisti, ipsaq; oues inter se ipsas vere pietatis communione consentiunt: greges, ô amice, concordia vinculis coniungamus, atque contentionem de primatu deponamus: & cum oues communiter pascamus, communem illu vitæ moderandi curam adhibeamus. Quod si sedes contentionem gignit? ego hanc contentionem à nobis repellere conabor. Nam ponamus, quæso, in ea librum Euangelij, & vtrinque nos sedeamus. Quod si ipse prius è vita abiero, tu solus, amice, gregem moderaberis: sin autem tibi illud contigerit, ego rursum curam ouium pro viribus geram. Verum tametsi ista placide & leniter à Meletio dicebantur: Paulinus tamen illu minime acquieuit. Itaq; Dux Sapores, cum, quæ vtrinque dicta erant, Iudex constituus, magno Meletio Ecclesias tradidit: Paulinus autem omnes, quas ab initio à reliquis segregauerat, Antistes permansit.* hucusq; Theodoretus. At non sunt hæc perfunctorie transeunda, sed magna consideratione adhibita expendenda, quod de re haud leui controuersia agitetur.

XXVIII. QVID MELETIVS CŌ PAVLINO.

XXXIX. DEFENDITVR PAVLINVS à CALVMNIA FLAVIANI.

Hic primum attende, Theodoretum vel ignorasse, vt dissimulasse Synodū Antiochenam hoc anno (vt perspicuè est demōstratum) à Catholicis Episcopis congregatam: sed iudicium causæ tanti momenti vni tribuere Saporī Duci: idq; præsertim contra præscriptum sanctionis, quam ibi promulgauit, Gratiani Imperatoris, cuius illa erat certa disertis expressa verbis assertio, vt illis tribuerentur Ecclesiæ, quos constaret cum Damaso Romano Pontifice communicare. Porro Paulinum iunctum fuisse communicatione literarum formatarum ipsi Damaso, superius luce clarius est demonstratum. Sed & extitisse calumniam Flauiani, & Vitalis primum, Paulinum distinctionem personarum auferentem in Trinitate, consentientē fuisse Sabellio; ea, quæ suis locis superius de eo sūt enarrata, manifeste declarant, demonstrantq; ipsum semper integerrimè in omnibus fidei Catholicæ assertorem fuisse probatum.

Scias, lector, eam de Sabellianismo calumniam iam olim tempore Iouiani Imperatoris, cum Athanasius & Epiphanius Antiochię essent, fuisse à Vitale Apollinaris hæresis patrono obiectā Paulino; ipsum vero edita tunc oblataq; Athanasio fidei suæ professione, qua & inter alia Sabellium quoque damnaret, se, qualis semper fuerat, demonstrasse Catholicum, purissimæq; Pattum fidei assertorem: recitat enim, qui interfuit, hæc omnia Epiphanius f. nosq; suo loco pluribus egimus: demonstrauimusque ex litteris Damasi ad Paulinū, non solum illum ipsi fuisse cōmunione coniunctum, sed & tantæ apud eum æstimationis, vt qui recipiendi Antiochiæ essent, eiusdem Paulini arbitrio crederet.

f Epiphan. hæres. 77.

XL. THEODORETI SYRO PHA DETEGITVR.

At cogimur tandem lapsum Theodoreti detegere. Nec quis tamen ob id aduersum me clamet, reuelari à me ignominiam Patris: nam vulgatum est omnibus, Theodoretum male cœpisse, miseticordia autem Domini bene consummasse; eundemq; veracem in reliquis historicum cōprobari, in his vero, quibus priuato fauit, effectu, indigere censura, prout prudens lector intelliget. Quod enim post mortem Meletij etiam idem constatū schisma perseuerauerit in posteris, & Flauianus contra præstitum iniurandum fuerit suffectus in locum Meletij, ipseque Theodoretus eiusdē Flauiani partes sectatus sit: hoc mo-

do inuersa alea, res gestas in Antiocheno Concilio aliter, quã se habebant, in gratiam ac exultationem Flauiani narrauit, & contra aduersarium eius Paulinum male congessit. Cuius infensi animi aduersus eundem Paulinum & illud certum accipe argumentũ. Quod enim sciret ex literis Synodicis Damasi ad Paulinum de fide Catholica scriptis manifestè probari mutuam inter eos cõmunionem, ac proinde aduersariæ partis causam infirmatiquid indignũ quouis Christiano homine, necdum Catholico Episcopo ausus est perpetrare? Dicere cogor inuitus, dicam tamen studio veritatis, cui tantum absque aliqua priuata affectione ex instituto deuinciot.

XLI. THEODORETVS DEPRAVAT INSCRITIONEM EPISTOLÆ DAMASI. *Vide infra anno 381. num. 16.*

Scripta fuit Synodalis Epistola à Damaso ex Romano Concilio ad Paulinum Episcopum Antiochenũ, quæ cõtinet anathematismos aduersus omnes adhuc oblattantes hæresi: eam cum intexuit Theodoretus loco nõ suo in historia, pro Paulino Antiocheno, posuit Paulinum Thessalonicẽsem, ne videlicet ex illis saltem litteris communicatio Damasi cum Paulino conuinci posset. Latina omnia exemplaria, quæuis consulas antiquitus scripta atque etiam typis excusa, habent Paulinum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum. Theodoretus autem ita disertis verbis eius Epistolæ titulum ponit *a*: *Confessio fidei Catholicæ, quam Damasus Papa misit ad Paulinum Thessalonicæ vrbis Macedoniæ, sine Macedoniæ*, ita ibi, & perpetã quidem; nisi ad eam excusandum dixerimus, eiusmodi mendum titulum aliquo alio esse appositum. At quam prudenter omisit antiqua lectione, & auctoritate Latinorum exemplarium, in recentiore Conciliorũ editione facta Venetiis in Nicolini typographia, posita sit ea Epistola ex Theodoreto cum falsa illa inscriptione; ipse videat, quisquis auctor exstitit, qui & superioris Epistolæ titulum ad eundem Paulinum inscriptum ex eo ambiguum quoque reddidit, ponens in margine pro Antiocheno Thessalonicensem. Quisnam quæso, dixerit rextum vnum Græci auctoris præferendum sexcentis Latinis, in rebus præsertim primum Latinè conscriptis in Ecclesia ipsa Latina.

a *Theod. lib. 5. c. 11.*

XLII. EPISCOPI THESSALONICENSES HVIVS TẽPORIS.

Sed manifestum in nomine conuincamus errorẽ, atque videamus, quisnam eo tempore, quo Theodoretus scriptam esse à Damaso, quam vult Epistolam, cum ageretur Constantinopolitanũ Concilium sub Theodosio, Thessalonicensis Ecclesiæ præerat Episcopus, num Paulinus, ad quem vult eam datam Epistolam, an alius aliquis. At te legamus catalogum Episcoporum Thessalonicensium huius sæculi. Tempore Constantini præfuit illi Ecclesiæ Alexander, qui interfuit Nicæno Concilio, cuius extant literæ ad Athanasium: tempore vero Concilij Sardicensis eius Ecclesiæ Episcopus erat Aetius; post autem Conciliũ Ariminense Ireminus*, de quo Athanasius in Apologia ad Constantium. post vero Ambrosij *b* certa testificatione cõstat, his temporibus, quibus Orientis afflictabatur à Gothis, præfuisse Ecclesiæ Thessalonicensi Acholiũ Episcopum sanctitate clarissimum, de quo haud pridem dictum est. Quin etiã inuenies idem nomen Acholij in Epistola Synodali Concilij Constantinopolitani apud ipsum Theodoretum *c*: etenim idem Acholius cum Paulino, Epiphanio, & aliis compluribus Orientis Episcopis Romã ad Synodum se contulit: vt plane intelligas, ipsius quoq; Theodoreti testificatione eo tempore non alium quempiam, quam dictum Acholium Ecclesiæ Thessalonicensi Episcopum præfuisse, dum recitat titulum Epistolæ Synodi Cõstantinopolitanæ scriptæ ad Episcopos Romæ in Concilio congregatos, vbi inter alios Acholij nomen habetur expressum.

* Ireneus *b Ambros. ep. 59.*

c Theod. li. 5 c. 9.

XLIII.

At si hæc non sufficiunt, suffragetur etiam apertissima fides de Acholio Episcopo, Thessalonicæ hoc tempore præsidenti, vtpote qui anno sequenti (vt auctor est Sozomenus *d*) bãptizauit Theodosium Imperatorem morbo laborantem. Constat etiam auctoritate Ambrosij *e*, Acholio subrogatum Anysium, eumque vixisse diutius: nam liquet eiusdem Ambrosij assertione *f*, ipsum fuisse superstitem post Concilium Capuanum, quod celebratum esse dicemus anno Domini trecentesimo octogesimo nono, Siricij Papæ anno Pontificatus vndecimo. Vides igitur, lector, ne fingi quidẽ posse, vt Paulinus, quem iactat Theodoretus, s. erit Episcopus Thessalonicensis tempore Concilij Constantinopolitani, nec ante vel postea, quoscque sederunt Acholius atque eius successor Anysius: quamque præstet in his auscultare Socratem atque Sozomenũ, vtpote externos homines neutri harum partium addictos Nouatianos. Visa est ista iusta reprehensio Theodoreti, quouisq; consulutimus rextum Græcum, ex quo idem Theodoretus omni carere culpa probabatur, interpres autem hallucinatus conuincitur. sic enim se habet:

d Soz. li. 7. c. 4. & Socr. li. 5. c. 6.

e Ambr. ep. 59. & 60.

f Ambr. ep. 9.

Ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ὁ Πάπας Δάμασος ἀπέστειλε πρὸς Παυλῖνον τὸν τῆς Μακεδονίας, οὐχὶ νυνὶ δὲ Θεσσαλονίκης, id est, *Confessio Fidei Catholicæ, quam Damasus Papa misit ad Paulinum Episcopum in Macedoniam, cum esset Thessalonicæ.* At de his hactenus. Iam reliqua eiusdem Synodi Antiochenæ Acta prosequamur.

XLIV. FIDEI REGVLA FIRMATA IN CONCIL. ANTIOCHENO. *Apud Theod. li. 5. c. 9.*

Rursum vero recognitam in eodem Concilio fuisse rectam fidei regulam ac stabilitam, apparet ex Synodica Epistola Concilij Constantinopolitani ad Damasum, vbi hæc leguntur *g*: *Atque ista de fide à nobis libere ingenueq; predicata summatim diximus, de quibus plenorem cognitionem animis poteritis percipere, si libellum, Concilio Antiocheno conuocato, de fidei decisione editum, & eum etiam, qui superiore anno à Concilio generali compositus est, legere placuerit, in quibus tum fidem nostram vberius exposuimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis proditum denunciauimus.* hæcibi, quibus etiam innuitur recens obortam hæresim Apollinaris in hac eadem Synodo Antiocheno fuisse damnatam.

XLV. DECRETÆ LEGATIONES IN DIVERSAS PROVINCIAS.

Præterea (quod maximi ponderis negotium visum est) decretæ sunt legationes cõplures ad visitandas Orientis Ecclesias, easq; subleuandas, atque in fide Catholica stabiliendas. Electi ad hoc opus qui præclariotis nominis in ea Synodo interfuissent Episcopi, nempe Gregorius Nyssenus, Eusebius Samosatenus, Gregorius Nazianzenus, atq; Meletius Episcopus Antiochenus: agemus autem de singulis. Legationis in primis Gregorij Nysseni testis est ipse, cum sanctam Macrinam sororem ita sibi loquentem introducit *h*: *Te ad ferendum auxilium, te ad res constituendas Ecclesiæ mittunt, & Dei munus non aspicis?* Idemq; missum se alibi testatur ad inuisendam atq; componendam Ecclesiam prouinciæ Arabiæ, cum ita ait: *i Mihi propter hanc vitandi rationem in qua vt viuam, ab eo, qui dispensat vitam nostram, constitutus sum: necesse fuit pro sancto Concilio habito, emendandæ Arabiæ Ecclesiæ gratia ad loca ista proficisci. At cum esset ea abia locis Hierosolymitanis contermina, pollicitus eram me cum his, qui sanctis Hierosolymitanis præsunt Ecclesiis, disceptaturum, quod rerum illis esset status perturbatus, ac quodam, qui medium intercederet, egerent. Præterea vero ipso quoque possimo Rege via facilitatem concedente curru publico, nulla nobis necessitas fuit ea perpeti, quæ etiam alias cogitabamus. Vehiculum enim nobis pro Ecclesia & monasterio erat, omnibus per totam vitam simul psallentibus, & seiunctantibus in Domino.* hæc ipse. Placuit tamen, vt antequã collatum sibi munus obiret, rediret in patriam, sororemque sanctam Macrinam virginem in monasterio agentem inuiseret, quam octo annorum spatio, quibus extortis ab Ecclesia atq; à patria fuerat, reinquam viderat. Accidit id quidem diuino plane consilio, vt sanctam sororem proximè moriturum videret, de cuius obitu in via per visum admonitus fuit, vt ipse testatur ea Epistola, quam de rebus ab ea præclare gestis ad Olympium scripsit.

h Greg. Nyss. de Olymp. monach. & S. Macrina vita apud Sur. tom. 4.

i Greg. Nyss. de peregrinat. Hier.

GREGORIVS ADIIT S. MACRINAM SOROREM ET MORTIS EIVS INTERFVIT.

Porro Gregorij eam inuisendi illud fuit institutum, vt de obitu Basilij aliquam ab ipsa, vtpote sanctissima atq; doctissima fœmina, consolationem acciperet: quo tempore idem Gregorius ex ijs, quæ tunc soror ipsa cum eo distulit, librum illum aureum conscripsit de Anima & resurrectione, in quo eam ob ipsius insignẽ eruditionem nominat sæpe magistram. Quanta vero emineret illa vitæ sanctitate, ex eadem Epistola ad Olympium potuit quisque abunde cognoscere. Quam autem prædiuitem Gregorius ex bonis eius post obitum acceperit hæreditatem, haud erit otiosum referre, cum ex ijs sanctorum

XLVI.

erga

CRVX FERREA ANVLVS CVM LIGNO CRVCIS.

erga sancta pium studium referetur: ait enim hæc Gregorius, vt plurima de ea digna memoria præermittam.) *Illa, de qua mentionem feci, Vestiana, quæ curam ornandi suum corpus acceperat, illudq; munus obiret, propriis manibus ornatis sacrum caput illud, cum eius cernici manum submisisset: Ecce (inquit ad me respiciens) quale è collo sanctæ monilia ornamentum pendet. Et hæc dicens, soluta à tergo vincula protendit manu ferreum Crucis signum, & annulum quendam ex eadem materia: quæ quidem vtraq; cordi semper adhærebant. Et ego: Communia, inquam, si hæc possidet: at tu quidem habes Crucis insigne, mihi autem hæreditas annuli satis erit: significans in huius etiam pala Crucem erat impressa. At cum mulier intuens, rursum ad me: In deligendo, inquit, non aberrasti: etenim excantatus est annulus sub ipsa pala, ibiq; de ligno vitæ particulam conditam habet, quod superadiacens pala simile nota significat.* hæc ibi, atq; satis ad alia festinanti, cum alioqui iucundissimum foret integram illam Epistolam de clarissimæ virginis vita & obitu à sancto fratre conscriptam audire.

XLVII. Gregorius vero religiose curato sanctæ sororis purissimo corpore, Ecclesiæ antiquo more, cum psalmorũ cantu, noctis priuilegio, & accessis ceteris ad martyrum ædem religioso funere collocato, susceptum legationis munus obiuit, scripsitque dictam ad Olympium sanctissimum monachum Epistolam, quem Antiochiæ, dum ibi Gregorius huiusce modi causa Synodi moraretur, cognouit illac transeuntem, Hierosolymam ad sancta loca visenda peregrinantem, prout idem Gregorius in eadem ad ipsum Epistola scripta præfatur. Cætera autem eius legationis monumenta penitus excidere: sed quæ præstiterit, ex S. Eusebij collegæ functionibus possumus existimare, nimirum quod horum in diuersas prouincias Legatorum idem muneris esset, vt quos scirent Catholicos Sacerdotes, Ecclesijs ab Arianis obsessis Episcopos constituerent: hoc quidem exhibuisse in sua legatione officium magnum illum virum, de quo sæpe superius mentio facta est, Eusebium Samosatenum Episcopum, Theodoretus *a* docet his verbis:

a Theod. li 5 c 4.

XLVIII. EVSEBII SAMOSATENI LEGATIO. *Chalcidis

*Porro Magnus Eusebius ab exilio reuersus, Acacium, qui in magna gloria apud omnes fuit, Beræa Episcopum ordinauit, à Theodotum autem Hierapolis, cuius seuera vitæ disciplina ad hodiernum diem ab omnibus celebrata est: Eusebium Chalcedonis *, & Cyri nostræ Isidorum Antistitem constituit, virumque admirabilem & diuino pietatis studio egregie exornatum* (fuerant hi præstantissimi monachi, quorum idem Theodoretus *b* alibi meminit.) *Ferunt quoque eundem, Eulogium illum, qui pro doctrina Apostolica strenue decertauerat, quiq; apud Antiochenos vna cum Protogene relegatus erat, pastorem Edessæ* (iam enim diuinus Barses è vita excesserat) *creasse: Protogenem vero eorundem certaminum socium Charen vrbi haud sana doctrina imbutæ, tanquam medicum ad eius errores curandos præfecisse: postremum autem Episcopum ab eodem diuino viro ordinatum fuisse Marin, quem Dolichæ parvo oppido, & per id temporis morbi Ariani contagione admodum infecto præposuit. Quem quidem Marin, virum sane præstantem, & omni virtutum genere excine illustratum, cum Eusebius ipse Magnus in sede Episcopali collocare vellet, Dolichum contendit.*

b Theod. in hist. sanct. Patr. c. 3.

XLIX. EVSEBII SAMOSATENSIS MARTYRIVM.

In quod oppidum mulier quædam peruersæ Arij doctrinæ pestè admodum laborans, regulam è superiori loco deiecit, qua ea qui eius diminutum fuit: quo quidem vulnere paulo post ex hac vita longe præstantiorem vitam migrauit. Qui cum haud esset moriturus, eos, qui aderant, vtrisq; vsus obstrinxit, ne vllum supplicium de ea, quæ fecimus fecerat, omnino sumerent. Etenim in eo imitatus est tum Dominum suum, qui pro his qui eum Cruci affixerant, sic orauit ei Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt: tum consortem Stephanum, qui post ex ictibus lapidum illius, quibus obrutus erat, clamauit ei: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Tali mortis genere Eusebius ille Magnus post multa pro fide confecta certamina occubuit: qui licet barbarorum in Thracia effugisset crudelitatem, impiorum tamen hæreticorum manus haudquaquam effugit, sed per eos coronam martyrij consecutus est. hactenus de Eusebio Theodoretus: qui licet ab Antiochena Synodo eum esse legatum ad illud opus, silentio prætereat; tamen certum constansque est, eum ipsum vnius ciuitatis Episcopum in altera metropoli tot tantaq; præ-

c Luc. 23.

d Act. 7.

sumpsisse, vt in Syria atq; Mesopotamia Episcopos ordinarit; cum nonnisi ex Synodi decreto potuerit tam ampla illi tunc facile impertita auctoritas. Verum præstantissimi Præsulis ingens memoria cum Orientalis, tum etiam Occidentalis Ecclesia profecta est, diem natalis eius, quo coronatus martyrio triumphauit in cœlo, incertum publicis Ecclesiæ monumentis, annuersaria memoria celebrans.

L. GREGOR. NAZ CONSTANTINOPOLIM À SYNODO MITTITVR

Inter alios autem Episcopos, qui ab eadem Synodo ad diuersas prouincias legati sunt, sanctus Gregorius Nazianzenus missus est à Patribus Cõstantinopolim ad ruinas tantæ Ecclesiæ reparandas: quo enim difficilior prouincia, opusque durius acpene desperatum videri poterat, eo doctior atq; sanctior, animiq; viribus præstantior ex sacro illo confessorũ conuentu delectus est. Quis nã satis valeat Ecclesiæ illius statum deploratissimum mente assequi, cui tot annis hæc hæreticorum Eudoxius, idemq; perditissimus hæresiarcha præfuit, & post eum Demophilus æquè impius atq; nefandus? adeo vt qui ibi reliqui erant pauci Catholici, sicut oues errantes absq; pastore, luporum semper paterent incursui. Eligitur ad illos expugnandos, hos autem subleuandos atq; firmandos, potens opere & sermone Theologus, qui aliquot annis à parentis obitu (vt dictum est) à pastorali cura liber, in abscondito faciei Domini, Seleuciæ apud sanctã protomartyr ẽ Theclam magno negotio otiosus agebat. Putes tunc inde abduxisse secum Melerium, cum ab exilio ex Armenia rediit Antiochiam? Quid aũt adeo nobis legatione perfunctos egerit dicturis per singula, ante omnia certa ratio temporis eius Constantinopolim profectionis exquirẽda nobis est, quod sciamus alios eiusdem Gregorij res gestas profecturos longe ante præsentem annum eius aduentum Constantinopolim posuisse.

LI. TEMPVS ADVENTVS GREGOR. NAZ. CONSTANTINOPOLIM

Etenim Gregorius presbyter, quod encomiastica oratione, vitam eiusdem Gregorij Nazianzeni tractauit, cum tradat ipsum duodecim annis egisse Constantinopoli, constetq; eiusdem tempus certũ, quo inde recessit: ex eius sententia dicendum esset, ipsum anno sexto Valentiniani atq; Valentis Imperatorum se Constantinopolim contulisse, Christi vero anno trecentesimo sexagesimo nono, quem liquet recessisse tempore œcumenicæ Synodi illic habitæ, Syagrio & Euchario Cossi anno Domini trecẽtesimo octogesimo primo. In eandem quoq; sententiã de annis duodecim cõmorationis Gregorij Constantinopoli visus est Nicephorus in Chronico abijsse, dum ait eũ sedisse annis duodecim Cõstantinopolitanum Episcopũ. Prætermittimus autem recẽsere alios hos secutos, eadem quoq; scribentes, à quorũ omniũ sententia vt penitus abhorreamus, ipsemet Gregor. Nazianzenus in primis admonet, dum in carmine de Vita sua de se testatur, non recessisse Nazianzo, nisi post obitum patris, quem tempore Niceni Concilij redditum Christianum, sedisse tradit Episcopum annos quadraginta quinque, sicq; propagasse vitam ad annum Domini saltem trecentesimum septuagesimum secundum. At postquã Nazianzo recessit, cum testetur ibidẽ, sed ad Ecclesiam S. Theclæ profectum esse Seleuciam, ibiq; esse diutius commoratum; nihil esse loci potest dictæ ipsorum sententiæ de annorum duodecim commoratione Constantinopoli quam qui sequuntur, ipsi Gregorio deformiter aduersari noscuntur: nam præter hæc, idem ipse alibi certũ definit annorum numerum, quibus Constantinopoli detentus est: vt plane nullus de his remaneat amplius dubitandi locus.

LII. TRIENNII MORÆ GREGORII CONSTANTINOPOLI

e Greg. Naz. in Carm. de Epist. edit. Leuuenklai.

f Russin. li. 2. c 9.

Ipse inquam Gregorius Theologus, cum tantum triennio tradat se commoratum esse Cõstantinopoli, certe non ante præsentem annum illuc profectum esse declarat: sunt enim hæc verba ipsius *e: Vos laborum meorum testes estis. Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium vel verbis protuli, vel designaui toto hoc tam triennio? vtinam (licet exceptis, quod malis perpercrim, à quibus ingressu primo lapidatus, hoc ipsum constanter toleraui, &c.* hæc ipse, quibus probe cõsentit Russinus, qui ea ferme, quæ præ oculis habebat, temporum suorum gesta scribebat, dum ait *f* de Gregorio: *Reddita vero pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendam*

venire cohortatus, non abnuit: vbi breui tempore tantum ad emendandum populum vetustu haereticorum infectum venenu profecit, vt tunc primum Christiani fieri viderentur, &c. Quod igitur nonnisi reddita pace Ecclesiæ, illuc Gregorium accessisse, breuique tempore permansisse dicat; plane tecitate ipsius Gregorij sententiæ de triennio assentitur. Sed illud male Rufinus, dum ibi affirmat, Gregorium ante creatum fuisse Episcopum Nazianzenum: nam eodem in loco ipse Gregorius, vbi agit de aduentu suo Constantinopolim, sic ait: *Nequaquam deserto populo cui aliqua necessitudine obligatus essem: nam illa sunt hostium meorum figmenta, falsiq; sermones, &c.*

LIII. Quod vero illuc non sponte profectus sit, sed coactus ab Episcoporum conuentu, Catholicis, qui erant reliqui, Constantinopoli, maximè id petentibus, alibi ipse etiam Gregorius testatur, cum ait *a*: *Huic orationi testimonio sum ego ipse, qui hæc dico. Cum supra res spectabiles positas essem, & mente cum solu intelligibilib. versarer abiecta gloria, possessionibus ipse, doctrina, delicias ex eo ipso capiens, quod delicias nullas sectarer, exiguo pane contentus iucundam vitam agerem ab omni petulantia liber: præter omnem spem, à bonis his abreptus me quispiam longe abduxit. Et quis ille fuerit, dicere non habeo, diuino ne Spiritu, an peccata mea, vt electionis pœnas darem. Hoc quidem manifestum est, impulisse me huc pastorum conuentum, & populum recte sentientem, qui tamen vondum amplus & copiosus erat.* hæc ipse, qui & in carmine de vita sua:

Ad hos (quod esse crederemur in Deo
Seruire vitæ, & nobiles, quamuis ferè
Semper secuti rusticum vitæ genus)
Me misit almus Spiritus, vocantibus
De plebe multis, atq; item pastoribus,
Plebem vt iuuarem, pro side arma sumere.

Et paulo post:

Sic sum profectus, sponte non certe mea,
Verum coactus, vt fidem defenderem.

Sic itaq; cum ipsius iterata assertione liqueat, coactum à conuentu Episcoporum Constantinopolim profectum esse: licet vbi eiusmodi Synodus Episcoporum collecta sit, minimè dicat tamen quod nullũ aliud reperiatur hoc anno connocatum Concilium Episcoporum, nisi Antiochenum; imo quod nec alibi ab aliis colligi potuerit, cum eo tempore perpauci, qui erant in Oriente, Episcopi Orthodoxi (vt dictum est) coierint Antiochiæ: sed & quod nec quæuis alia Synodus in Oriente celebrata tantæ auctoritatis esse potuerit, vt ad curandam Constantinopolitanam Ecclesiam valuerit renitentem Gregorium cogere: necessitate adstringimur profiteri id factum in Antiocheno Concilio, in quo & aliæ huic similes (vt diximus) legationes decretæ fuerunt.

A SYNODO ANTIOCHENA GREG. NAZ. MISSVS CONSTANTINOPOLIM.

LIV. De vi autem, quam tunc passus est, hæc idem ipse Cõstantinopoli cum esset, pro concione ad Arianos *b*: *Ego paruulus ille obscura & ignobili patria natus* (obiectabant enim hæc in eum Ariani) *ad vos accessi, idq; non vltrò, nec me ipsum offerens, vt moris est hodie plerisq;, qui ad Ecclesia gubernacula temere prosiliunt: sed accitus, ac vi compulsus, ac timori Spiritui, obsecutus. Quod si falsa loquor: hoc mihi pro sceleris pœna imprecor, vt diutius hoc belli molestias incassum sustineam, nec quemquam errore liberem, sed vosi sui compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur.* hæc ipse. At antequam Gregorij proficiscentis Cõstantinopolim vestigia asse ctemur, pauca, quæ reliqua huius Antiochenæ Synodi sunt, his addamus.

LV. Theodoretus addictus Meletio, & à Paulino perquam auersus, nulla penitus de collega in munere pastorali & societate laborum habita mentione, nec aliorum, qui Synodo interfuerũt, sed omnia in ea gesta Meletio tribuẽs, ita narrat *c*: *Diuinus vero Meletius Diodorum illum, cuius ante mentionem feci, qui nauem Ecclesiæ in grauissima tempestate incolumem seruauerat, Tarsi pastorem designauit. Cilicumq; gentem ei concredidit: Episcopum vero Apameæ Ioannem creauit, qui illustri genere ortus quidem fuit, sed suis ipsius recte factis multo maiorem splendorem, quam ex maiorum rebus præclare gestis est consecutus: nam non doctrina solum, sed præstabili vitæ ornamento insigniter decoratus erat. Hic turbulentis procellis temporibus, conuentum eorum, qui fide secum sentiebant gubernauit, secumq; habuit & adiutorem Stephanum virum cum primis laudatum. Verum istum diuinus Meletius ad alia transtulit certamina; nam vbi intellexit Germaniam labe Eudoxy infectam, eum velut medicum (nam & humaniore litteratura & sacris litteris ab incunte ætate instructus fuerat) ad morbum curandum misit. Nec certe spes eum frustrata est. Siquidem Spiritualis doctrina subsidio lupos in oues mutauit.* hactenus Theodoretus, a: q; finis esto Synodi Antiochenæ: si quæ autem alia ibi decreta sunt, nos latent. Addimus tamen his appendicẽ de Meletio: qui cum visitaret diœcesim, Ecclesias erigens, & Syriæ quoq; monachos inuiseret sibi subditos, inuenit inter alios Simeonem Stylitam, habitationẽ sibi super columnam statuisse, inauditumq; hactenus vitæ institutũ arripuisse: quem cum vinctum quoq; arcte ferro spectasset, iussit acciri fabrũ, qui solueret ferri vincula, illud addens: *Amanti Deum homini satis pro vinculo esse mentem.* In cæteris cum ab instituto minime dimouere voluit. Fuerant hæc eiusdem Simeonis primordia, & quidem Deo iuuante felicia, vtpote qui in eodem, immo arctiori viuendi genere propagauit ætatem vsq; ad tempora Theodosij iunioris. hæc modo satis indicasse de eo ex Theodoreto *d*: cæteta autem alias, vt occasio feret, inferius.

a Greg. Naz. in Carm. de Epiſc. edit. Leuuenklai.

b Greg. Naz. orat. ad Arian.

c Theod. lib. 5. Patrum c. 4.

Theod. li. 5 c. 4. MELETIVS NOV. ORDINAT EPI SCOPOS.

At prosequamur iam Gregorium properantem Constantinopolim. Cum enim illuc peruenisset, hospitio excipitur à pijs vitis sanguine sibi coniunctis: testatur enim id ipse, cum ait *e*: *Quod si grauauimus, parcendo potius & repudiando, quam accipiendo graues fuimus. Huius rei si causam quæritis: domus quædam pia Deiq; amore flagrans, non secus atque Elisæum Sunamitidis domus, nos refocillauit, hominum corporis spiritusq; cognatione mecum conuenientium, ac singulari liberalitate peregrinatorum: apud quos hic quoq; populus compactus est, cum furtim adhuc Orthodoxam fidem persecutionibus vexatam atque afflictam hauriret nequaquam libere ac sine periculo. Rependat illis Dominus in die retributionis.* hæc Gregorius. Erat hic Nicobolus Nicoboli iunioris parens, de quo inferius. Quod igitur maxima ex parte ciuitas illa Arianis hominibus conferta esset sub Ariano Episcopo præpotente, quamuis Valens extinctus esset, Gracianique edictum fuisset promulgatum: haud tamen his poterat contineri procacia atq; ferocia Arianorũ publicè in Catholicos debacchantium: cuius rei causa ipse sui aduentus initio domi clandestine docebat.

e Greg. Naz. orat. in laudat. Basil. Et 4. Reg. 4. GREGOR. NAZ. HOSPITIVM CONSTANTINOPOLI.

LVII. At diuino plane miraculo factum, vt domus illa in Ecclesiam conuerteretur; atq; crescret in basilicam; quod & ipse ante prædixit, nempe vt Iebus in Hierosolymam, & Bethlehem mutaretur in Silo: quæ ab ipso vocata est Anastasia, ea de causa, vt idem testatur, quod compressa & extincta fides Catholica in ea ciuitate *g*, ibi excitata reuixerit. Cæterum haud assentiri possumus Gregorio presbytero, qui locum illum antea Anastasiam appellatum putat, fuisseq; Ecclesiam ab Arianis velut ignobilem delictam: nam illam ipsam priuatã domum extitisse, & ab effectu eo nomine decoratam, idem ipse Gregorius sæpe affirmat, de qua ita ait *h*: *Illa primum Dei verbum, quod prius in radicibus manebat, ad supremum montis cacumen euexit, ob idq; Anathasia nomen adepta est, Anastasia, inquam, illa laboriosum manus mea opus insigne.* Porro ob loci angustiam (vt dictum est) eandem læpe Bethlehem nominauit. Sed & illam dicatam fuisse in memoriam sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, Sozomenus testatur; qui & ait *i*, sententiam quorundam fuisse, ex eo dictam Anastasium, quod mulier grauida è sublimi porticu, cum verbum Dei audiret, deorsum lapsa, atq; extincta, communibus omnium precibus reuocata ad vitam fuerit. Sed præstat audire Gregorium ipsum tantæ fabricæ architectum, qui à fidei resurrectione locum nomen adeptum, sæpe confirmat. Potuit verũ esse, quod de muliere collapsa Sozomenus tradit: siquidem ob loci angustiam & sexus honestatẽ structa illic fuerant tabulata, ex quibus Dei verbum fœminæ audirent, vt apparet ex eiusdem Gregorij carmine de insomnio Anastasiæ.

g Greg. Naz. orat. ad ciues quinquag. Epiſc.

h Greg. Naz. in somnio Anaſtaſ.

i Sozo. li. 7. c. 15.

Accidit postea, vt quæ lationibus fidei terminis longe lateque crescens totum ambitum ciuitatis complexa

LVIII.

fuit,

fuit, æq. è creuerit amplior bus murorum spatiis : nam post hæc Martianus a nobilis ciuis, idemq; præditus, ingẽrem ibi suo patrimonio extruxit Ecclesiam, in qua ipse presbyter semper vixit. Auctor est Theodorus Lector in Collectaneis, ob nomen Anastasiæ, illuc postea fuisse delatas Anastasiæ sanctissimæ martyris reliquias, eiusdemque martyrij die natali ipsam basilicam in eius memoriam consecratam. His addimus (ne quid prætereat) fuisse Cõstantinopoli aliam eiusdem nominis Ecclesiam, Anastasiam dictam, sed (vt habet Sozomenus b) fuisse Nouatianorum, ab Arianis dirutam, ab ipsis vero denuo excitatam, vnde & consecuta fuerit id ipsum nomen, Anastasia : sed hæc ab Anastasia Gregorij longè diuersa, in qua ipse tanquam certaminis campo omnes profligans hæreticos, victricia erexit trophea victoriæ : illic enim pro concione insignes quinque illas inter alias de Theologia habuit orationes, ex quibus nomen est Theologi consecutus, quib. exsultantes & insultantes repressit hostes : qui diutius summa rerum potiti, nemine aduersante, fastu tumido incedentes, magna cum potentia ex perfidia & impietate sibi gloriam cõparauerant; sed cum fortis ille armatus c fores obseruaret, quo tuta esset absque extrubatore possessio; fortior illo veniens, nempe in Gregorio, Christus, ablata aucta fœnore recuperauit. Quam autẽ opportunus atq; pernecessarius fuerit Gregorij tunc aduentus, & qualis esset vrbis ipsius status, ex ijs intelliges, quæ ipse aliquando pro concione ad ingratum populum dixit d: nimirum non secus, ac si naui tempestate iactatæ & periclitanti manum portexisset, aut vrbi obsidione cinctæ, vel ædibus flammarum ardore conflagrantibus, instrumentis extinguendæ flammæ accommodatis opem tulisset, his & aliis symbolis vsus est ipse, apologiam habens aduersus eos, qui ipsum ambitionis nomine redarguerent.

a Martian. Act. apud Metaphr. die 10 Ian.

b Soz. li. 4. c. 19.

c Luc. 11.

d Greg. Naz. de non affect. cæcbed Constantinop.

LIX.

Cum autem detectus esset Gregorius fuscepisse patrocinium Catholicæ fidei, mox sensit Arianos infestos, qui eo audaciæ atque furoris adacti sunt, vt eum hæreticum inclamarent, atque etiam lapidibus sanctissimum virum impeterent: testatur id ipse pluries, & in Vita sua his versibus e:

e Greg. Naz. in Vit. sua. GREGOR. PRIMO INGRESSV QVÆ PASSVS.

At qui mearum tunc fuit rerum status?
Ingressus vrbem plurimis iactor malis.
Exarsit in me tota primum ciuitas,
Multos perimde ac si deos inducerem.
Mirum nec est hoc: instituti sic erant,
Ignota prorsus vt quibus fides pia
Esset, modoq; trina quonam est Vnitas,
Atque vna rursum Trinitas, siquidem piè
Intelligantur hæc duo.

Sic namq; res habebat hoc tempore : quod reciperetur ab omnibus nomen hypostasis, hactenus pro substantia vsurpatum; plane accidebat, vt qui tres hypostases dicerent, ac proinde tres substantias alias subsistentias prædicarent, trium deorum assertores inclamarentur; sicut è contra qui eam vocem non reciperent, ab istis nominatẽtur Sabellianizare, vt nuper vidimus de Paulino, dictuq; fumus de S. Hieronymo. Sed de furente in ipsum plebe hæc ibidem subdit :

FLEBS LAPIDIBVS GREGORIÙ PETIT.

—— Plebiq; insuper
Lassis famere sucus, vt tum Præsuli
Suo, vicem eius grauiter insanstam ferens:
Plebs tanta & animus plena non in omnibus
Superare telum, quæ probrum ingens duceret,
Imbres tacebo saxeos, epulas meas:
Vanos fuisse quos queror tantummodo,
Hæc assecutos, assequi qua vel unquat.
Necem nec inferre. Ista plebe Ariana Gregorius passus est.

GREGORIVS RAPTVS AD TRIBVNAL.

Qui autem modestius cum eo visi sunt agere; eundem raptum ad tribunal, quasi maleficum ac seductorem, fa Vaque doctrinæ auctorem, traxerunt. Nam ipse hæc mox addit :

—— —— Post velut sicarius
Vultu superbo præditos ad Præsides,
Queriq; vna studio lex erat plebi obsequi,
Trabor ipse sceleris qui nihil patraueram,
Nec cogitaram: discipulum Christi vt decet.
At tum patronus astitit Christus mihi, &c.

Etenim magna fiducia Gregorius in se Dei sæpe expertus auxilium (licet vndique impendere sibi mala conspiceret, & ex multitudine Arianorum, florentiq; rerum statu cõsterni animo potuisset) diuinitus cõfortatus spe certa melioris temporis, his se consolabatur alloquius se: *Hic,* inquit, *mecum cogitans aiebam : Domos Ariani habent, nos inquilini: hi templa, nos Deum. Idq; præterea, quod Dei vere templa sumus, victimæ vnæ, holocausta spiritualia sacrificia perfecta, Deidemque, Trinitatis adoratæ beneficio: hi vulgus habent, nos Angelos: hi temeritatem & audaciam, nos fidem : hi minas, nos preces & orationes : hi feriendi insolentiam, nos patientiam : hi aurum & argentum, nos purgatam fidei doctrinam: Feci ſti tibi (vt cum Scriptura g loquar) duplices & triplices contignationes, domum fenestris distinctam : At hæc fide mea nondum sublimiora sunt, cœlisve ad quos excelsius feror: At mihi grex exiguus, sed ad præcipitia non fertur : At angusta mihi caula, sed lupis inaccessa, & latrones non admittens, atq; eiusmodi, vt nec à furibus, nec ab extraneis transcendi queat. Nec dubito, quin eam quoq; aliquando latiorem perfectiorem sim : multi enim ex vis, qui in luporum numero sunt, à me inter oues recenſebuntur, ac fortasse etiam inter pastores. Hæc mihi feliciter annunciat bonus ille pastor, propter quem ego animam meam pro ouibus pono.* hæc Gregorius, quem Deus aliqua visione (vt olim h Petro ostenso lintẽo) eorum, quæ futura essent, bonorum, fuis in tanta tetum angustiis consolatus. At ista modo satis de Gregorij primis illis diebus cõmoratione Constantinopoli : reliqua autem ab eo gesta reijcimus in sequentem annum.

CONSOLATIO GREGORII. f Greg. Naz. ad Aria. & alie se ipso.

g Act. 1.

h Act. 10.

LX.

HIERONYMVS CALVMNIAM PASSVS IN EREMO.

Sed vt ad res Syriæ redeamus. Eandem prorsus calumniam, quam Paulinus Episcopus Antiochenus (vt vidimus ex Epiphanio atque Theodoreto) passus est à Vitale primum, ac deinde à Flauiano, cum ab eis Sabellianus appellaretur; pati cogitur S. Hieronymus in Syriæ solitudine apud Chalcidem in eremo degens, quod communicaret cum eodem Paulino, à Meletij puto studiosis exagitatus, nominatus & ipse ab ijsdem Sabellianus, adeoq; vexatus, vt coactus fuerit inde recedere. Tradit hæc omnia ipse scribens ad Marcum presbyterum Chalcidensem (vt habet vetus exemplar) non Celedensem : degebat n. ipse (vt dictum est) in Syriæ solitudine Chalcidensi, cum quæ pateretur ab illis, narrat his verbis i:

i Hieron. ep. 77.

Decreueram quidem vt nullum mihi psalmista voce dicenti k: *Cum consisteret aduersus me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Et iterum* l: *Ego vero tanquam surdus non audiebam, & tanquam mutus non aperiens os suum, & factus sum vt homo non audiens. Sed quia charitas omnia superat, & propositum vincit affectus, non tam auctoritati faciunti reddo vicem, quam tibi respondeo postulanti. Apud Christianos enim non qui patitur (vt quidam ait) sed qui facit contumeliam, miser est. Et primo quidem, antequam de fide mea, quam optime nosti, tecum loquar; aduersus barbariem huius loci versu cogar clamare vulgato* m?

k Psal. 38.

l Psal. 37.

m Virg. li. 1. Æneid.

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? Hospitio prohibemur arenæ:
Bella cient, primaq; vetant consistere terra, &c.

Quæ idcirco de Gentili Poeta sumpsimus, vt qui Christi pacem non seruat, pacem saltem discat ab Ethnico. Hæreticus vocor, homoysion prædicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, veras, integras, perfectasq; personas indefessa voce pronuncians. Si ab Arianis merito: Si ab Orthodoxis: qui huiusmodi arguunt fidem Orthodoxi esse deserunt: Aut si ita placet: hæreticum me cum Occidente, hæreticum me cum Ægypto, hoc est, cum Damaso, Petro, condemnarunt. Quid vnum hominem, exceptis socijs, criminantur? Si vnus tenetur fluit, non est alicui culpa, sed fonti. hæc idcirco S. Hieronymus, quod cum Damaso, Petro Alexandrino, totaque Ecclesia Occidentali, dicere maller tres in Trinitate personas, quam hypostases; cum (vt diximus) per hypostases intelligerent Latini substantias : quod etiam ex eiusdem Hieronymi ad Damasum Epistola n cognosci potest. At obserua, lector, qua etiã aduersarij reuerentia prosecuti sint Roma-

n Hieron. ep. 57.

nos

REVERENTIA ERGA ROMAN. PONT.

nos Pontifices: vt licet Flauianus & alij cum Paulinum, tum Hieronymum Sabellianæ hæresis insimularent, aduersus tamen Damasum, ex cuius ore pendebant, nequaquam ausi sint loqui. Sed subdit idem S. Hieronymus:

LXI.

Pudet dicere. De cauernis cellularum damnamus Orbem: in sacco & cinere volutati, de Episcopis sententiam ferimus. Quid facit sub tunica pœnitentis regius animus? Catena, sortes, & comæ non sunt diadematis signa, sed fletus. Permittant me, quæso, nihil loqui. Cur enim lacerant, qui non meretur inuidiam? Hæreticus sum: quid ad te? quiesce, iam dictum est. Ita quidem Hieronymus, quod non esset monachorum, sed Episcoporum hęc perscrutari atq; punire. sed paulo post: *Hæc venerabilis & sanctæ patet, cum quali gemitu, cum quali dolore cõscripserim, testis est Iesus. Tacui: nunquid semper tacebo, dicit Dominus? a. Non mihi concedatur vnus angelus eremi. Quotidie exposcor sed cum: quasi sine fide renatus sim. Confiteor vt volunt, non placet: subscribo, non credunt. Vnum tantum placet, vt hinc recedam. Iam iam cedo, abruperunt partem à me animæ meæ, carissimos fratres. Ecce discedere cupiunt, immo discedunt, melius esse dicentes, inter feras habitare, quam cum talibus Christianis. Et ego ipse, nisi me & corporis imbecillitas, & hyemis retineret asperitas, tam modo fugerem. Verumtamen dum vernum tempus adueniat obsecro, vt paucis mihi mensibus eremi concedatur hospitium: aut si hoc tardum videtur, abscedo: Domini* b *est terra & plenitudo eius. Ascendant solis cultum: propter illos tantum Christus mortuus sit: habeant, post fidem, & florentem, mihi* c *autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, &c.*

EPISCOPORVM, NON MONACHORVM ESSE DE FIDE COGNOSCERE.

a *Isai. 42.*

b *Psal 23.*

c *Gal 6.*

LXII.

Hæc quidem passus est S. Hieronymus, non (vt multi putant) ab hæreticis, sed ab iis, qui communicantes Meletio, infectabantur Catholicos Paulini cõmunionis, qualis erat ipse Hieronymus, vt superius plurib. demonstratum est. At plane consilium Dei fuit, vt his turbis S. Hieronymus exagitatus, eremum licet inuitus relinquere cogeretur, cum tamen nunquam monachus esse desierit: factumque est, vt sub modij angustia lucerna latent, super candelabrum in Ecclesiæ amplitudine collocata, longe lateq; splendoris sui radijs effulgeret.

Quo autem profectus sit ipse egressus ex Syriæ eremo certe quidem Hierosolymam ante abijsse, quam Romam veniret ad Damasum, ex ipsius assertione probatur, dum in præfatione ad Paulinum in Didymi commentarium de Spiritu sancto, recedens tunc Roma post obitum Damasi, se postliminio Hierosolymam reuersum affirmat: & in Epistola ad Atellam d, quã Roma egressus, nauem conscensurus conscripsit, ait: *Ora autem, vt de Babylone Hierosolymam regrediar.* quibus intelligas, tam ante ipsum Hierosolymis versatum fuisse, quam Romam veniret ad Damasum. Quantum vero temporis Hierosolymis manserit, haud satis liquet: cõstat tamẽ eum posthac esse profectum Constantinopolim, vbi audiuit illic docentem Gregorium Nazianzenum: quando autem id contigerit, suo loco dicemus.

d *Hier. ep. 99.*

LXIII.

Cum vero S. Hieronymus Hierosolymis moraretur, totus erat in rebus Hebraicis perscrutandis, prout intelligi pot ex eius ad Damasum eo tempore datis literis e. Quando etiam Damasus Papa eundem Epistolis frequẽtabat, crebris eum diuinæ scripturæ quæstionib. pullans prout eiusdem Damasi literæ ad eum datæ significãt. Intercurrebat tanta viarum spatia Etherius tabellarius, idemq; diaconus, cuius cum in Damasi, tum etiam in Hieronymi literis is habetur mentio f. Admiratione quidẽ dignum erat, tantum Antistitem, atq; doctorem, qui nõnere pastorali ex sublimiori cathedra in medio Ecclesiæ sita omnes doceret; tamen nõ dedignatum aliqua, vt plenius disceret, à priuato homine percontari. vt ex his saltem videas, quam procul ab omni fastu, cuius aliquando insimulatus fuerat, Damasus abhorreret: quod & facilius ex eiusdẽ Damasi verbis intelliges, cum ad Hieronymum scribens postquam Syriæ reliquerat solitudinem, hisce verbis eum compellat g:

e *Hieron. ep. 125.*

f *Apud Hieron. ep. 124. & 125.*

g *Apud Hieron. ep. 14.*

LXIV. DAMASVS AD OMNI FASTV A-

Dormientem te longo iam tempore, legentem potius, quam scribentem, quæstiuncula ad te missa excitare disposui: non quo & legere non debeas (hoc enim veluti quotidiano cibo alitur & pascitur oratio, sed quo lectione in fructus ipse, si scribas. Itaq; quoniam Etherio tabellario ad me remeanti iam te Epistolas habere dixisti, excepta hac, quas aliquando in eremo dictaueras, quasque tota ciuitate legi atque describi: & vltro pollicitus es, te fortuito noctium operis aliqua si vellem, posse dictare: libenter accepto ab offerente, quod rogare volueram, sine negasses. Nec, vllam puto de nostrorum disputationum nostrarum confabulationem fore, quam si de Scripturis sermocinaremur inter nos, id est, vt ego interrogem, tu respondeas: qua vita nihil puto in hac luce iucundius; quo animæ pabulo omni amarulenta superantur. hæc & alia quam familiarissimè Damasus cum Hieronymo. Quibus iisdem literis, nõ nuper eum ex eremo egressum, sed iampridem inde recessisse demõstrat: sed quotonam potissimum anno Domini id acciderit, ignoramus: quatuor tamen anni mansionis eius in eremo ab incerto auctore h numerantur: qua ratione dicendum esset, ipsum egressum ab eremo ante annum superiorem, nimirum Domini trecentesimo septuagesimo sexto. at quoniam haud solidæ fidei auctor ille est, qui complura de S. Hieronymo mendacia consarcinauit, noluimus hæc dubia certo superius consignare annos; sed hic portus occasione calumniæ Rufiani in Paulinum eiusdem meminisse. At de lucubrationibus ipsius Hieronymi ad Damasum agemus inferius.

LIBRVS CONSVLIT S. HIERONYMVM.

h *Extat apud Hieron. ep. 3.*

LXV. HIERONYMVS PRESBYTER ORDINATVS A PAVLINO

Placuit Paulino Episcopo Antiocheno eundem S. Hieronymum ordinare presbyterum: cui tamen sic ipse assensit, vt nõ pateretur alicui adscribi ibi Ecclesiæ, quippe qui sic consentiret in clerum adsciri, vt tamen nollet deserere esse monachus, sed pro animi arbitrio liberi, quo vellet, pergeret. testatur id ipse Hieronymus, cum à Ioanne Episcopo Hierosolymitano ipsius Ecclesiæ subijci tentaretur, ad Pammachium i scribens, ipsum Ioannem ita compellans: *Porro quod dicis, te petisse, vt subjicerentur Ecclesiæ Dei, & non scinderent eam, neque proprium sibi facerent principatum: de quibus dicas, non satis intelligo. Si de me & presbytero Vincentio: satis multo dormisti tempore, qui post annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris. Ob idenim & ego Antiochiam, & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non vt se in populis prædicantem laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adolescentiæ peccata deflentes Christi in nos misericordiam deflecteremus. Sin autem de Paulinimo tibi seruo est: vides eum Episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non vt tuum, sed vt alienum, eius videlicet, à quo ordinatus est. Quod si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine viuere: quid tibi debet, nisi honorem, quem omnibus debemus Episcopis? Fac à te ordinatum: idem ab eo audies, quod à miserrimo homine sanctæ memoriæ Episcopus Paulinus audiuit: Num rogaui te, vt ordinaret? Si sic presbyterum tribuit, vt monachum nobis non auferas: tu videris de iudicio tuo. Sin autem sub nomine presbyteri rotulo mihi propter quod sæculum reliqui: ego habeo quod semper habui: nullum discrimen in ordinatione passus es.* hæc ipse.

i *Hieron. ep. 61.*

LXVI.

Ex his vides, nequaquam sustinuisse Hieronymum alicui, cum ordinatus est, adscribi titulo, nec postea in aliquam referri Ecclesiam tolerasse: imo de ambobus, nempe de Hieronymo & Vincentio, Epiphanius k ad Iohannem scribens testatur, nec precibus abduci vnquam potuisse, vt vel saltem in monasterio sacerdotis munere fungerentur. At si quod pleriq; dicunt, idem Hieronymus à Damaso Papa factus est Cardinalis tituli S. Anastasiæ; cur cum rediret ad Ioannem sub Ecclesia Hierosolymitana, nõ æquè excepit, sicut de ordinatione à Paulino facta, ita de Cardinalatu, quo dicunt à Damaso Romæ donatum? Vel cur ex illa facta cõtestatione Paulino, se omnino liberum esse declarat, si postea à Damaso in titulum Cardinalis cooptatus est? Sed cum omnino se liberũ fateatur, nec vnquam tituli vinculo voluisse astringi testetur: vide, quo modo subsistat, vt fuerit ipse creatus à Damaso presbyter Cardinalis. Dat igitur presbyterum Cardinalem sine titulo, & acquiescent qui de his dubitãt dicentibus Hieronymum ordinatum à Damaso presbyterum Cardinalem: sunt enim correlatiua, & ad aliquid significantia antiquo more presbyter Cardinalis & titulus, vt alterum sine altero esse nõ valeat. Nec est, quod fingere quis possit, Hieronymum, postquam recusauit adscribi

k *Apud Hieron. ep. 60.*

Eccle-

Ecclesiæ Hierosolymitanæ, venientem rursus Romam, passum à Damaso in titulum Cardinalis adscribi: nam illa epistola (vt ibi testatur) decimo tertio anno scripta est, postquam Hieronymus Hierosolymis commoratus est, totitemque & amplius post obitum Damasi. sed de his rursum inferius.

IESV CHRISTI
Annus 379.

DAMASI PAP. Annus 13. — GRATIANI 13. VALENTIN. 4. IMPPP. THEODOSII 1.

I. CONSVLATVS AVSONII GALLI.

TRecentesimus vndeoctogesimus annus Domini Ausonium Gallum & Olybrium habuit Consules ordinarios. Eiusmodi honore primatio Gratianus Augustus Ausonium magistrum suum ornare voluit; illud probe sciens, magistris æque ac parentibus haud dignam meritis vicem referri posse. Rependit illi pro munere & ipse Ausonius egregiam gratiarum actionem, quam coram ipso Imperatore & amplissimo Senatu dixit: qua & hęc inter alia *a*: *Tu Auguste venerabilis, districtus maximo bello, assultantibus tot millibus barbarorum, quibus Danubij ora protexitur, Comitia Consulatus mei armatus exercet. Tribunitia ista quod in vrbe Sirmio geruntur, an vt quod in procinctu, Centuriata dicentur? an (vt quondam) Pontificalia vocabuntur? sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio? sic potius sic vocentur: qua tu Pontifex Maximus Deo participatu habuisti. Non est ingenij mei, possime Imperator, talia comminisci: verba sunt litterarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi nominis & tuæ voluntatis amplificas sic enim loqueris: Cum de Consulibus in annum creandis solus mecum volutarem, vt me nosti, atque vt facere debui, vt velle te scius: consilium meum ad Deum tuli. Eius auctoritati obsecutus, te Consulem designavi, &c.* hæc ibi: & inferius de Gratiani pietate: *Nullum tu vnquam diem ab adolescentia tua, nisi adorato Dei numine, & reus voti, & illico absolutus, egressi lautis manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & (quod in paucis est) cogitatione sincera.* hæc ipse. Ista voluimus retulisse ad insinuandam Christiani Principis pietatem: cui etsi hucusque cum Imperio titulus ille nomine tenus potius, quam re inhæreret, Pontificis Maximi, sicut aliis superioribus Christianis Imperatoribus: ipse tamen (vt dicemus) pietatis purus cultor abiecit.

a Auson. grat. act. pro Consul.

PIETAS GRATIANI.

II. b Auson. in præfat. grad. Kal. Ian. adyl. 4.

Porro autem idem Ausonius *b* in precatione illa, qua sui Consulatus auspicia occinuit, hęc haud vane anni huius augurata est bona, dum post alia ita habet:

Lane veni, nouus anne veni renouate veni Sol,
Hostibus edomitis, qua Francia mixta Sueuis
Certat ad obsequium, Latiis vt militet armis:
Qua vago Sauromates sibi iunxerat agmina Chunis,
Quaq; Getis socijs Histrum adsultabat Alanis.
Hoc mihi præcipuus Victoria nunciat alis.
Iam venit Augustus, nostros vt comat honores
Officio exornans, quos participare cupiscet.

Et paulo post:

Ecce vbi se cumulat meæ purpuræ mitibus Auris
Auribus hoc Nemesis post me dignatur oriri
Augustus Consul, plusquam conferre videtur
Me sibi, qui iussit nostros præcedere fasces.

de Theodosio nimirum eodem mense Imperatore creato intelligens.

III. c Socr. l. 5. c. 2. THEODOSIVS IMPERATOR RELIGITVR.

Nam paulo post, nempe eiusdem mensis Ianuarii *c* die decima sexta, idem Gratianus Augustus proxime spectans imminentes in cladem totius Romani Imperij Gothorum victrices turmas: cum ipse reuocaretur in Gallias ob Alemannos iterum rebellantes Imperatoris absentia, & ob cladem Orientalem ferociotibus animis inhalescentes: Sirmij agens, adoratoque numine, eius instinctu, publicis Comitijs militaribus creat Orientalis Imperij in locum Valentis defuncti Theodosium Imperatorem annum agentem ætatis tertium supra trigesimum, qui tempore Valentiniani senioris post præclara aduersus barbaros tes gestas, inuidiam passus, atque ad necem quæsitus, seruatus tamen fuit magno Dei consilio ad erigendum collapsum in Oriente Romanum Imperium ob incursiones barbarorum, & ad vindicandum Occidentale è cruentis sanguine regio manibus tyrannorum. Affulsisse diuinitus numen in eius natalibus, vt bonorum futurorum prænuncium nomen consequeretur, Theodosiusque diceretur, auctor est Aurelius Victor, qui ait *d*: *Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacrauisse, vt Latine intelligimus, A Deo datum. De hoc etiam quibusdam oraculis in Asia diuulgatum est, cum eum Valenti dicerent successurum, cuius nomen è Θ, E, O, atque Δ, Græcis litteris initiaretur. qua cognatione principij deceptus Theodorus, cum sibi Imperium præsumeret, sceleste a cupidinis supplicia percepit.* hæc Victor, qui eum patre Honorio, matre Thermantia, genere Hispanum, originem à Traiano traxisse dicit. Cæterum quod ad parentem eius spectat, non Honorium fuisse, sed Theodosium, S. Ambrosius *e*, Orosius *f*, Ammianus & alii testantur: patriam vero ipsius Marcellinus *g* tradit Italicam, Zosimus autem *h* eũ Cauęæ Galleciæ oppidi natum dicit. Vnus hic inter tot tantosque Imperatores inuentus, sententia Claudiani *i*, qui non quæsierit purpuram, sed ipse quæsitus sit ab ea: nam ait:

d Aurelius Victor. in Theod.

e Ambr. de in funere Theod. f Oros. li. 7. c. 33. g Marcel. in Chron. h Zos. l. 4. i Claud. de 4. Consulatu Honor.

Hæc sunt innumeris per se quæsita trophæis:
Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus vltro se purpura supplex
Obtulit, & solus meruit regnare rogatus.

IV.

Laudatur summopere de Theodosij electione Gratianus, vtpote qui prospiceret publice potius, quam priuatæ vtilitati, fortissimo duci dimidium cedens Imperium, qui reliqui dimidii iam ante fratrem adsciuisset sibi consortem. Commendat eum sanctus Augustinus his verbis *k*: *Gratianus Theodosium regni participem fecit, cum paruulum haberet & fratrem, auidior fide societatis, quam nimia potestatis*, ita ipse. Porro de creatione Theodosij errasse conuincitur Theodoretus, dum ait, nonnisi post adeptam victoriam de Gothis fuisse à Gratiano nominatum Imperatorem; cum reliqui omnes antiqui historici dicant eum ante creatum fuisse Augustum, postea vero cum exercitu profectum esse contra barbaros. Pugna autem ab eo inita aduersus Gothos, victoriaque adepta sic ab ipso Theodoreto describitur *l*:

k Aug. de Ciu. Dei li. 5. c. 25.

l Theod. l. 5. c. 5. THEODOSIVS DE BELLAT GOTHOS.

Theodosium fide communitus, alacri animo & erecto iter suscipit: & ingressus in Thraciam, barbarosque ex aduerso venientes conspicatus, aciem velut prælium facturus instruit. Facta autem leui pugna; cum barbari Romanorum impetum sustinere non possent, aciem deserunt, atque terga dantes fuga se in mandant: quos Romani, quantum poterant, persequuntur, magnaque barbarorum sit cædes: nam non à Romanis solum, sed ab se mutuo interfecti concidere-runt. Quare cum quamplurimi essent ad hunc modum trucidati, & pauci, qui latere poterant, Istrum trauecissent: Dux ille longe præstantissimus Theodosius, copias suas ad vicinas vrbes distributis, ad Imperatorem Gratianum celerrime, quo sua victoriæ ipse nuncius esset, proficiscitur.

Atque cum Gratianus Imperator, quæ narrabat, ne credibilia quidem putaret, & factum supra modũ miraretur: illi, quos stimuli pungebant inuidiæ, aiunt eum & fuga se dedisse, & exercitum amisisse. Theodosius igitur postulat ab illis, qui contra aduerent, vti mittãt nuncios, per quos eos multitudinem barbarorum interfectorum diligenter cognoscant: facile namque esse ex spoliis numerum addiscere. Cui oratioui assensus Imperator, missi nuncios, qui res gestas explorarent, eique postea referrent.

Duci autem optimo Theodosio interim apud Gratianum commoranti diuina quædam visio ab ipso omnium rectore Deo obiecta est. Videbatur n. videre diuinũ Meletium Ecclesiæ Antiochenæ Præsulẽ, lanam sibi Imperatoriã imicere, & corona illi honori conuenientem capiti imponere. Quæ cum noctu sic ipsi quietem vidisset, prima luce cuidam ex familiaribus indicauit. Ille somnium manifestũ esse, & nihil obscuri ambiguique in se complecti dixit. At pauci dies tam intercesserant, cum redierunt nuncij, qui ad res à Theodosio gestas explorate cognoscendas profecti fuissent, retulerunt q, permulta barba-

V. VISIO OSTENSA THEODOSIO.

vorum nulla esse traiudata, &c. hæc de victoria Theodosii, postquam perpetuam ipsi sim creatum Imperatorem: quamobrem & visionem necessitam longe ante contigisse oportuit. Non enim vno, sed multis ante prœliis victos à Theodosio Gothos, testantur Victor & Marcellinus. Quanti momenti fuerit ista victoria, Claudianus his versibus cecinit *a*:

Nulla rebella foret Romani nominis vmbra,
Ni pater ille tuus tantam rueturæ subisset
Pondera, turbatamq; ratem, certaq; leuasset
Naufragium commune manu, &c.

a Claud. de 4. Consulatu Honorij.

VI. Sozomenus de bello nihil, sed Gothos per Legatos tradit pacem petentes in amicitiam esse receptos; Gratianum autem profectum contra Alemannos, eos feliciter debellasse: nam ait *b*: *Sub hoc tempus Gratianus, Alemannis Gallatæ, Gallos scilicet, Occidentales adhuc insistantibus, ad paternum Imperij sortem reuersus est; quam ipse, fratrisque ipsius gubernandam reliquerat, cum prius Illyricos & Orientu Imperium Theodosio commisisset. Res autem illi ex voto contra Alemannos, vt & Theodosio contra Istrum accolentes barbaros, confecta est. Illos quidem bello subegit, hos in amicitiam populi Romani supplices recepit: à quibus acceptis obsidibus firmata pace, Thessalonicam venit.* hæc Sozomenus.

b Soz. l. 7. c. 4. GRATIANVS VICIT ALEMANNOS.

VII. Sane quidem ingentem hostium multitudinem à Gratiano prostratam, reliquos vero in deditionem acceptos fuisse, Zosimus auctor est. Sed vnde tanta hæc Gratiano, nisi precibus sanctissimi sacerdotis Ambrosii? Accipe quid ipse de litteris postea redditis Gratiano *d* habeat, cum se excusat, quod redeunti ipsi ex Illyrico profecturo in Gallias non occurrerit: *Reuertenti tamen* (inquit) *etsi non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurrideo? Quando enim abfui, quem toto sequebar affectu, cui sensa ac mentibus inhærebam? Et certe maior animorum præsentia est. Tuum quotidianum vtar legebam, nocte ac die in tuis castris cura & sensu locatus orationem excubiis grato debebam, etsi inualidus merito, sed affectu fidelis.* Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hic adulationis est, quam tu non requiris, & ego alienam nostro duco officio: sed plurimum gratia, quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter, quem fateris, & in quem pie credis, rectica viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria, meque non solum officio publico debitum pendere preces, sed etiam amore priuato. Reddidisti enim mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora atque, quod vtinam, & corda clausisti, & hoc non minore fidei, quam potestatis auctoritate fecisti. hæc ipse.

c Zosim l. 4.

d Ambr. ep. 26.

VIII. PIORVM VOTA PRO GRATIANO. At non Ambrosius duntaxat pro Gratiani victoria solicitus tuges obtulit Deo preces, sed fidelium omnium vota publica nuncupata sunt, frequensque tunc pro eo piorum ad basilicas concursus prosperatis illi assidue postulantium: vnde Ausonius huius anni Consul in gratiarum actione: *Non forum, & basilica olim negotijs plena, nunc votis votiuis, pro tua salute susceptis: nam de sua cui non, te imperante, securitas?* Ex his plane intelligis hoc esse tempus, quo Gratianus Imperator eas litteras ad Ambrosium dedit, quibus ab eo petit scribi non libros fidei (nam hos iampridem dederat) sed de Spiritu S. quos post sequentem annum ab ipso Ambrosio esse conscriptos, infetius demonstrabimus. Qui ergo adeo perspicuis cognouisset exemplis, pietate Deum conciliari, præstoque ipsum esse cultoribus religionis; reuersus è prœlio nihil antiquius habuit, quam in veram incumbere religionem: quamobrem vt eam omni studio perfectam omnibusque numeris absolutam redderet, Ambrosium ad se his litteris accersiuit, *e*

e Apud Ambr. ep. 25.

Ambrosio religiosissimo sacerdoti omnipotentis Dei Gratianus Augustus.

IX. LITTERÆ GRATIANI AD AMBROSIVM. *Cupio valde, vt quem recordor absentem, & cum quo mente sum, cum eodem corpore sim præsenti. Festina igitur ad me religiose sacerdos, vt doceas doctrinam vere credentem: non quo contentum studeam, aut velim magis Deum verbis quam mente complecti, sed vt magis aperto pectoris reuelatio diuinitatis tuæ fulgeat. Docebit enim me tale, quem non nego, quem fateor Deum ac Dominum esse meum; non ea obijciens, quam in me video creaturam, qui Christo nihil me addere posse confiteor; verumtamen vt etsam Patri me commendem, fetum prædicando. Non ego in Deum verebor inuidiam, non me talem laudatorem putabo, qui diuinitatem verbis augeam. Ego infirmus & fragilis, quantum possum prædico, non quantum est ipsa diuinitas. Rogo te, vt mihi de ipso tractatu, quem dederas, augendo illic de Spiritu S fidelem disputationem, Scripturis atque argumentis Deum esse communicas. Diuinitas te seruet per multos annos, cultor Dei æterni, quem colimus Iesum Christum.* hactenus Gratianus ad Ambrosium.

Abierit ne ad eum Ambrosius, licet quid certi minime affirmari possit: non defuisse tamen ipsum adeo religiose petenti, par est credere. cæterum antequam proficisceretur, liquet ad eiusdem Gratiani recitatas litteras rescripsisse: extat ipsa epistola *f* omni plena officio, ex qua ea, quæ paulo ante sunt recitata, hic exscripsisse sufficiat, & meminisse tituli, cum Christianissimum Principem nominat. Insuper excusans, sciptionem elaborandam de diuinitate Spiritus sancti haud ita cito à se mittendam, cum magni momenti esset opus, hæc ait: *De Spiritu vero interim ventam scriptioni peto: quoniam quem iudicem mei sim sermonis habiturus, agnoui, &c.* porro non ante biennium eam lucubrationem ab Ambrosio absolutam, & ad Gratianum missam, suo loco dicturi sumus. Expetisse interim ipsum Ambrosium lucubrationes Basilii eo argumento conscriptas, facile intelliget, qui leget vtriusque doctoris ea de re commentarios editos; quod & sanctus Hieronymus probe nouit.

f Ambr. ep. 26.

X.

XI. Post tantam autem adeptam victoriam, quamnam gratiarum actionem Gratianus Deo, populoque fideli pro precibus impensis munus rependit? vtiq; illud, quod ait Ambrosius: *Reddidisti mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora atque (quod vtinam) & corda clausisti.* quonam vero modo hoc? vtique sanctionem pio dignam Imperatore promulgando, qua hæreticorum omnium ora blasphema compescuit, ad Hesperium Præfectum Prætorio ita scribens *g*:

g l. 5. de hær. C. Theod. & eod. tit. C. Iustin. l. 1. GRATIANI LEX ADVERSVS HERETICOS.

*Omnes vetitæ legibus & diuinis & Imperialibus hæreses perpetuo conquiescant. Quisquis opinionem plectilibus * Dei profanus imminuit: sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pādat. Quisquis redempta venerabilis lauacro corpora, parata morte, tabificat; id auferendo quod germinat (nempe baptismum) sibi solus talia nouerit, alios nefaria institutione non perdat: Omnesque peruersa istius superstitionis magistri parater & minustri, seu illi sacerdotalis assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximum est presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur. seu etiam se diaconos, cum nec Christianis quidem habeantur, appellant: his conciliabulis damnatæ dudum opinionis abstineant. Denique antiquatæ rescripto, quod apud Sirmium nuper emersit; ea tantum super Catholica obseruatione permaneant, quæ perennis recordationis pater noster & nos ipsi vectura in æternum æque numerosa tuitione mandauimus. Dat. III. Non. Augusti. Mediol. Accept. XIII. Kalend. Septemb. Ausonio & Olybrio Coss.* hæc ex Codice Theodosiano, vt antiquiori, depromptimus: in Codice autem Iustinianeo *h* cum hæc habeantur summatim perstricta, his additur ista appendix: *Hæreticorum autem vocabula cognoscentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio Catholicæ religionis & tramite deuiasse fuerint deuiare.* hæc ibi.

h l. 1. C. de hæret.

Porro iam intelligis absque alia admonitione, lector, vna cum hæresi in regna cladem inuehi, & cum fide Catholica salutem ferri: perdidisse profanam hæresim simul cum Imperatore pariter Orientis Imperium, restitutum tamen ipsum atque amplius & pulchrius redditum, simulac fides Catholica imperauit; sicque in Occidente cumulari victoriis Gratianum, & frementes vndiq; barbaros reddi debiles ac prostratos imbelles, cum in castris excubat cum gratia atque precibus sacerdotum sancta religio; contra vero felicissimum ac tranquillissimum Imperii statum inuerti sentiens, mox vt Augustos hæreticis fauere videris, atque pro defensione Catholicæ veritatis totpetere, vel religiosos Antistites ab iisdem impie pertrahi. adeo vt perspicue intelligas, alatam Victoriam (si dicere ita licet) religionem penitus consequi; hæreses vero tristes Erymnas euocatas ab inferis secum duecere. hæc enim sanctus Ambrosius in libris ad Gratianū de

XII. VICTORIA RELIGIONI CONIVNCTA.

fide ſcriptis conſideranda proponit, atq; in iis etiam, quos de Spiritu S. ad eundem adiecit, in mentem reuocat, vt diximus ſuo loco, & inferius dicturi ſumus.

XIII. Compeſcuit hoc item anno, dato reſcripto ad eundem Heſperium Pp. Gratianus auaritiam clericorum exercentium mercaturam, quos à luſtrali collatione nonniſi in denis vel quindenis ſolidis voluit immunes eſſe *a*. Extat præterea hoc eodem anno eiuſdem Gratiani reſcriptum *b* ad Caterium Comitem ſacrarum largitionum, virum pietate inſignem, cuius memoria viget titulo ſanctitatis apud Tolentinates: Acta tamen eius, quæ vidimus errotibus ſcatent. Sed iam ad res Orientalis Eccleſiæ huius anni ſe conuertat oratio.

a Lit. de luſtrali collat. C. Theod. *b* Lit. de Val. ſacra. larg. C. Theod.

XIV. ARIANI ADHVC PROCACES. Quod autem hoc anno poſt edomitos Gothos Theodoſius nequaquam Conſtantinopolim ſe contulerit, imo nec vltra Theſſalonicam ſit progreſſus, ſed ibidem ei hiemare contigerit; quodq; inſuper idem Imperator adhuc catechumenus neſciretur, à cuiuſnam ſectę baptizari vellet Antiſtite, cum præſertim in baptizandis Imperatoribus in Oriente Ariani id ſibi muneris arrogaſſent, baptizatis ab eis Conſtantio atque Valente, imo de Conſtantio Magno id ipſis mendaciter aſſerentibus: inde accidit, vt iidem Ariani adhuc animis erecti Catholicos inceſſerent, laceſſerentque illis præſertim in locis, in quibus numero præſtarent, atque fauore magiſtratuum auctoritate pollerent, vt inter alia loca ſcimus accidiſſe Conſtantinopoli. Ibi enim Sanct. Gregorium Nazianzenum fidem Catholicam edocentem, lapidibus primum impetiere, traxereque vt maleficum ad tribunal: cum ille inter hæc diuina confortatus ſpe de magno ex prædicatione futuro prouentu, omnia ſuſtinebat propter electos, ſciēs agrum Dominicum afferre ſolere fructum cētuplum in patientia: ſicque appetitus lapidibus tolerans, contumeliiſque vexatus, vberes benedictiones rependens, plane effecit, vt etiam complurium perditorum animos ſibi conciliaret, atque ad fidem Catholicam ſuſcipiendam magnopere prouocaret.

GREGOR. NAZIAN. QVANTA PASSVS AB ARIANIS

XV. Id quidem de ſe ipſe coram ampliſſimo Synodi auditorio, coactus ſua proſequi inſtituta: atque pro concione ſuæ ſementis fructus oſtendere, his verbis ſignificat *c*: *Vultis aliquid elatius adijciam? Videtis aduerſarias linguas poſita feritate, miteſcentes, atque eos, qui diuinitati bellum induxerunt, nihil iam turbarum nobis laceſſentes? Id quoque ſpiritus, id quoque agriculturæ noſtræ eſt. Non enim inſcite atque imerudite docemus, nec aduerſarios conuiciis & conuiciis inceſſimus, quem admodum plerique faciunt, non cum dogmate, ſed cum dogmatis aſſertoribus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes, non aliter ac ſepias ante ſe atramentum vomere aiunt, vt piſcatores effugiant, aut conſpectum ſui eis eripiant. Verum nos pro Chriſto bellum gerere perſpicuo argumento declaramus, dum ſecundum illum pacificum & clementem Chriſtum, atq; infirmitates noſtræ portantem, dimicamus. Neque enim cum vera atque Orthodoxa fide pernicie pati ſtudemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, vt moderationis, & æquitatis famam colligamus (nouerunt enim quod bonum eſt, male aucupamur) atque interim tamen pacem colimus, legitime nimirum pugnantes, atque intra limites noſtros, ſpiritus, regulam noſmet continentes. Ac de his quidem ita ſentio, cunctiq; animarum diſſenſatoribus recte atque doctrinæ arbitris legem ſtatuo, vt nec aſperitate ſua aduerſariorum animos exulcerent, nec ſub miſſione inſolentiores efficiant, ſed prudenter & conſulto in fidei cauſa ſe gerant, nec in alterutro horum mediocritatis lineas tranſiliant.* hæc Gregorius.

c Gr. Naz. or. ad ſuo. Epiſc.

GREGOR. NAZIANZ. IN DOCENDO MODESTIA.

Hiſce quippe exemplo & doctrina Chriſti comparatis ad expugnandos implacabiles hoſtes armis Gregorius vicit tandem, cum alioqui aliis exciſis contemptui eſſet atque deſpectui haberetur, vt ipſe teſtatur his Iambicis *d*:

GRE. NAZIANZ. CONTEMPTVI HABITVS.

d Gre. Naz. in car. de vita ſua.

Nec enim ferebant pauperem plane virum,
Rugis aratum, viſibus fixis humi,
Vilig, veſte, tabidum fletu & fame,
Metu & futuri, cæterūq, etiam malis,
Nec eleganti pradicum vultu, hoſpitem,
Vagumq, tenebris horridis terra abditum.

At plane accidit, vt quemadmodum ſi fumus clareſcat in flammam, qui ante moleſtus oculis erat, ſuo ſplendore viſum illuſtret, exhilaretque; ita ſane euenerit de Gregorio, vt quod vitæ duritia, vultuſque aſperitate horridum & tetrum aſpectum præſeferret; puritate tamen doctrinæ luceſcens, animique moderatione, aliarumque virtutum fulgore reſplendens, hoſtium quoque oculos in ſe conuerteret, alliceretque eos, atque adduceret ad rectam ſemitam veritatis: adeo vt quæ cæcutientibus oculis prius eſſe videbantur horrori, fierent eadem ad pietatem illecebræ, ſicque quod ſcriptum eſt in Prouerbiis *e*: *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſq; ad perfectam diem.* Gregorius longe lateque doctrina & ſanctitate refulgēs, admirationi eſſe cęperit cunctis, etiam abſentibus. Haud enim vtbis licet ampliſſimæ ambitu valuit contineri inſignis nomen Gregorii, quin etiam prouincias remotiſſimas penetraret.

XVI. GREGORII NAZ. VIRTVTES INNOTESCIT. *e* Prou. 4.

XVII. HIERON. VENIT CONSTANTINOP. AD GREG. NAZIANZ. Gregorii enim fama permotus, impulſuſque ſanctus Hieronymus vna cum collega Vincentio, è Syria, tam longinquo terrarum ſpatio, contulit ſe Conſtantinopolim. Res plane admiratione digna eſt; hominem, quem ob inſignem eruditionem conſulerent Occidentales Epiſcopi, imo ipſe Epiſcopus Epiſcoporum Damaſus id crebrius factitaret, tam longa difficiliaque itinera peragraſſe, vt Gregorii eſſe mereretur auditor, ac ſub tanto magiſtro poſſet profiteri diſcipulum, inde ſibi ſummum gloriæ decus conciliaturum exiſtimans cum acceſſione doctrinæ.

Quam autem magni ipſe hoc idem fecerit, audi, quanta gloria id oſtentet: *Eo ego* (inquit *f* aduerſus Ruffinum agens) *magiſtro glorior & exulto.* & alibi ad Domnionem ſcribens, Gregorium Nazianzenum ſuum catechiſtam appellat *g*, quaſi eius comparatione plane rudis, qui fidē eo explanante didicerit, videretur: & aduerſus Iouinianum *h* agens, putans tanti nominis auctoritate perfringi poſſe procaciam petulantis hæreſiarchæ, eum ſic citat: *Præceptor meus Gregorius Nazianzenus virginitatem & nuptias differens Gracis verſibus explicauit.* & cum alibi præclara eiuſdem Gregorii ſcriptorum recenſet monumenta, quanta gloria id exaggerat; cum ait *i*: *Gregorius Nazianzenus Epiſcopus, vir eloquentiſſimus.* ſed non id ſibi ſatis; inde illud addit: *Præceptor meus.* & hoc parum, niſi adiicias: *Quo Scripturas explanante didici.*

f Hier. ad Pammach. aduerſ. Roffin. *g* Hier. ep. 51. *h* Hier. ad uerſ. Iouin. li. 1. *i* Hier. de Scrip. Eccl. in Gr. Naz.

XVIII. Quæ autem ipſe ſitiens ex vberrimo limpidiſſimoque fonte potauit, ita mente retinuit, vt non ea ſolum, quæ ſerio ab ipſo explanata eſſent in cathedra, ſed & quæ familiariter ioco iactata eſſent, tenacis memoriæ theſauro condita cuſtodierit, poſterisque tradiderit, vt illud ad Nepotianum *k* docet, cum ait: *Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me, vt exponeret, quid ſibi vellet in Luca* l *ſabbatum δεύτερο πρωτόβ τοῦ*: eleganter luſit: *Docebo te, inquiens, ſuper hac re in Eccleſia: in qua mihi omnis populo acclamante cogeris inuitus ſcire quod neſcis: aut certe ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus iniuſtitia condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam & indoctam concionem lingua volubilitate decipere: quæ quicquid non intelligit, plus miratur.* hæc Hieronymus: ex quibus & illud plane ſignificatur, iam agnitum Gregorium Conſtantinopoli eo æſtimationis peruenille, vt excipi ſoleret magno plauſu, quicquid ipſe diciſſet. At eiuſdem Gregorii dexteritas quam ſuauis, dum ſe à diſcipulo magiſtrum extempore magna quæſtione pulſante ſic comiter liberauit, & pulchra honeſtaque tergiuerſatione deluſit!

k Hier. ep. 2. *l* Luc. 6. GR. NAZ. FACETE ELVDIT HIERON.

XIX. Inhærens tunc Greg. Hieronymus, vt magnæ aquilæ pullus, qui eius interdum humeris portaretur, auſus eſt ſublimi volatu ſuperare cœlos, & vſque ad Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum peruenire, ſeque admiſcere Seraphinis: vbi quæ didicit arcana myſteria, ſcriptis mandata tradidit Damaſo Romano Pontifici, teſtatur id ipſe, cum ſextum Iſaiæ caput poſt annos triginta interpretaturus, his ſe verbis excuſat *m*: *De hac viſione ante annos circiter triginta, cum eſſem Conſtantinopoli, & apud virum eloquentiſſimum Gregorium Nazianzenum tum eius vrbis Epiſcopum ſanctarum ſcripturarum ſtudia erudirer:*

HIERON. DVCE GR. NAZ. CELSA PETIIT.

m Hiero. in Iſa. l. 6.

seu me breuem dictasse; subeuntque tractatum, vt experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. Ad illum itaque libellum nunc lectorem, oroque vt breui huius temporis expositione contentus sit. hæc Hieronymus. Ex amicis iubentibus Damasus præcipuus fuit, ad quem ipse tractatum illum inscripsit *a*. Porro quod tanto doctore quæ didicit secutus scripserit; haud opus habuit post annos triginta eandem repetens interpretationem, ptiora (vt fecerat secundo interpretatus Abdiam) delere posterioribus, aut amplioribus eam terminis dilatare. Hoc plane ipsum tempus cõsignat, cum de erroribus Origenis ad Pammachium & Oceanum Hieronymus scribens epistolam, ait *b*, ab hoc tempore, quo edidit eiusmodi interpretationem in Isaiæ caput sextum, intercurrisse spatia annorum viginti.

a Hier. ep. 142. 143.

b Hier. ep. 65.

XX. GREGOR. NYSSEN. INNOTESCIT HIERONYMO.

Quantum autem temporis contigerit Hieronymum apud Gregorium Constantinopoli commorari, exactius disquiramus ex consignata ab ipso superius eius scriptionis chronographia, cum testatur se illa scripsisse, Gregorio ipso iam facto Constantinopolitano Episcopo: contigit id post annum sequentem. quod insuper se ibi Gregorium Nyssenum cognouisse testetur, quem tempore indictæ Constantinopolitanæ Synodi illuc cum aliis Episcopis contigit proficiscì: ex his, inquam, (si à præsenti anno numeres) inuenies Hieronymum tribus ferme annis Constantinopoli audisse Gregorium. Ipse vero de Gregorio Nysseno ita meminit *c*: *Gregorius Nyssenus Episcopus frater Basilij Cæsariensis ante paucos annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, &c.* Sed redeamus ad Theologum Constantinopoli publicè profitentem.

c Hieron. de Scrip. Eccl. in Gr. Nyss

XXI. GREGOR. NAZIAN. QVALIS CVM HIERON.

Quonam modo qui inter alia nobilissima ingenia Hieronymum Gregorius discipulum habuit, ad eum docendum est comparatus? num supercilio præceptoris, doctorisue tumido fastu? minime gentium, sed familiariter omnia, ac velut cum socio & æquali (nisi quando ille è suggestu doceret) mutua collocutione disceptationeque pari: vt interdum ab omni arrogantia ipse Gregorius procul abhorrens, se minorem impares mq; sublimi Scripturæ sensu fateri non erubesceret. Sit in exemplum quod de ipso in commentariis in epistolam ad Ephesios idem Hieronymus docet his verbis *d*: *Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens & in Scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, solebat dicere: Vide, quantum ipsius capituli sacramentum sit, vt Apostolus in Christo & in Ecclesia illud interpretans, non se ita asserat, vt testimonij postulabat dignitas, expressisse sed quodammodo dixerit: Scio, quia locus iste inæstimabilibus plenus sit sacramentis, & diuinum cor quærat interpretis.* hæc Hieronymus: qui quidem mente retinens sublime illud in Gregorio dicendi genus, scriptaque eius ferri velut flumẽ exundans, in quod omnium scientiarum riui confluxerint; non potuit non suscensere Ruffino, qui exiguo angusto q; alueo illud in Latinos deriuare præsumpserit, ob id iure illud in eum exclamans *e*: *Responde, cur scribere aliqua ausus sis, & virum disertissimum Gregorium pari eloquij splendore transferre: Vide tibi tanta verborum copia, scientiarum lumen, translationum varietas? &c.*

d Hier. ad Ephes. c. 5.

e Hier. ad Pammach. & Oceanum aduersus Ruffi.

Cæterum quod gloria patris sit filius sapiens, disciplique excellens doctrina decori sit præceptori, secundum illud antiquum: *Multi discipuli prudentiores magistris.* si conferas Hieronymum cum Gregorio, inuenies aliqua, quibus amplius hic excellat: vt veram iudices Ennodii Ticinensis esse sententiam, ita dicentis: *Hieronymus noster, nisi præceptorem suum Gregorium diceret, illo melior conferetur: sed illis applicanda sunt bona nuncupatim, à quo sumpsisse videntur originẽ.* hæc ipse. Certe quidem in his, quæ spectant ad multiplicium linguarum peritiam, quam in diuinis explicandis scripturis, & diuersarum linguarũ scriptoribus consulendis, magni momenti esse nemo negarit, absque cõtrouersia Gregorium primas dare Hieronymo certũ est, vtpote qui profiteatur etiam Latinam linguam toto orbe Romano diffusam sepenitus ignorasse: quod ad Posthumianum Græcam Latinamque linguam callentem, scribens, ita testatur *f*: *Sublimis es eruditione, & quidem vtroque eruditionis genere, & vtraque dicendi facultate: alterum enim quantam famam auduimus? (nec enim lingua Romanus sum, nec Italicam doctrinam calleo) alterum autem periculum ipsi fecimus, &c.* at. Factus vero postea Episcopus Constantinopolitanus Gregorius ordinauit presbyterum Vincentium Hieronymi comitem, ita tamen, vt non passus sit ille Constantinopoli, sicut nec ipse Antiochiæ retineri, prout idem Hieronymus testatur in epistola ad Pammachiũ g. Sed de Hieronymo satis: quando autem contigerit ipsum inde recedere, Romamque ad Damasum se conferre, dicemus suo tempore.

f Gr. Naz. ep. 71. ad Posthumianum.

g Hier. ep. 61.

XXIII.

At vero Gregorius Constantinopoli docens, haud ita felix in Euagrio Pontico suo discipulo fuit, sicut extitit in Hieronymo. Hunc quidem tradit Palladius *h* ordinatum fuisse lectorem à S. Basilio, secutum vero post illius obitum Gregorium Constantinopolim, ab eoque ordinatum fuisse diaconum, commendatumque ab eodem Cõstantinopoli recedente eius successori Nectario, sed coactum postea recedere ab vrbe profectum esse in Ægyptũ: vbi ipse cum Didymo Alexandrino Origenis studiosissimo consuetudinem habens dogmata Origenis comminiscens, renouansque illius prauas opiniones, factus est Origenistarum dogmatum assertor & propugnator: de quibus singulis dicendum est inferius pro temporis ratione, simulque recensendæ lucubrationes ab eo editæ, quas enumerat Socrates: qui tamen in eo magnopere erat, cum ait Gregorium Nazianzenum via cum Euagrio post abdicatam sedem esse profectum in Ægyptum. quonam vero se contulerit Gregorius, cum recessit Constantinopoli, dicemus inferius.

h Pallad. in Lausiac. c. 25. DE EVAGRIO PONTICO DISCIPVLO GREGOR. NAZIANZ.

i Socr. l. 4. c. 18.

Inter hæc autem Maximus ille Alexandrinus ex philosopho Cynico Christianus, qui se iactabat martyrum filium, & pro fide exulem in Oasis solitudine: quasi gloria confessionis illustris; Constantinopolim veniens, tanquã in scena ludens edidit ostentationis spectaculum ob oculos omnium: cum Gregorius, vt par esse videbatur, hominem suscepit, amplexatusque est, quasi à prœlio victorem redeuntem, inque laudem eius luculentam habuit orationem, de qua hæc sanct. Hieronym. *k*: *Scripsit Gregorius laudes Maximi philosophi post exilium reuersi, quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt, quia & ipse alius liber vituperationem eiusdem Maximi continens: quasi non licuerit eundem laudare & vituperare pro tempore.* hæc ipse. Venit quidem is dolose, vt exturbaret Gregorium Constantinopoli, ipse vero cathedram illam arripere et significat id sane Gregorius illis versibus *l*:

XXIV. MAXIMI CYNICI ADVENTVS CONSTANTINOPOLIM.

k Hier. de Scrip. Eccl. in Gr. Naz.

---improbe quod struxeras at
Sanec, solo scilicet me vt pelleret,
Cui nec thronus erat, vlla nec alia dignitas,
Instructor essem quam quod & custos gregis.

l Greg. Naz. in car. de vita sua.

excepit autem eum domi Gregorius, fœdęq; mensæ participem fecit, & inter suos primo loco habuit, vt paulo inferius idem ipse Gregorius ita docet:

Amicus ille sit mihi sic vt fide
In me anteret Maximus cunctos viros:
Mensæ, domusq, dogmatum hunc, & consilij
Consortem habebam. Porro maximus ad tantam rem, quam moliebatur, facere instituens fundamenta, aggressus est primum aucupare animum maioris Imperatoris, nempe Gratiani: quamobrem Mediolanum ad eum profectus, obtulit illi librum, & quidem (vt ait S. Hieron. *m*) insignem, de fide aduersus Arianos.

MAXIMVS ADIT GRATIANVM. Hier. de Scrip. Eccl. in Maxim.

Inter hæc autem, cum opera Gregorii creuisset magnopere numerus Orthodoxorum Constantinopoli: iidem Catholici, in odium Demophili Ariani in eadem vrbe Episcopi, ne ipsi soli pastore carere viderentur, Gregorium postulant eius vt bis Episcopum. cuius quidem postulationis licet nullus fuerit plenus cõsecutus effectus, quod ipse in solio inuidioso sedere penitus recusaret; tamen Petrus Alexandrinus eundem Gregorium instituit per literas Episcopum Constantinopolitanum, prout his versibus ipse Gregorius indicat *n*:

XXV. GR. NAZ. POSTVLATVR EPISC.

Qui Petrus ipse Præsulum illorum arbiter
Prius quidem nos litteris clarissimis

n Gr. Naz. in carm. de vita sua.

Fuco, vaccio, littera ipsa vt fidem
Faciunt, sacrato fixerit nos in throno.

EPISCOPI ÆGYPTI PRO MAXIMO AGUNT.

Sed haud iterit in sententia Petrus, qui ab instituto reuocatus, fauens Maximo aduersus Gregorium, manibus pedibusque nisus est, vt idem Maximus ordinaretur eius sedis Antistes, ad quod perficiendum septem legauit Episcopos, alia tamen occasione prætensa; nempe vt frumentum debitum Imperatori nauigiis impositum portarent Constantinopolim. erant hæc Episcoporum nomina, Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis, & Hermanubis. Hi vero quod Catholici essent, declinantes in vrbe communionem Demophili Arianorum Episcopi, Gregorio adhæserunt, à quo & benigne suscepti sunt, imo & ab eo laudati publica concione *a*, cuius est exordium: *Eos, qui ab Ægypto venerunt, prout debeo, saluto, &c.* qua quidem oratione cum sanctum Athanasium Petrum, totamque Ægypti Ecclesiam custodem Catholicæ fidei plurimum prædicauit: ipsos denique ex eo potissimum commendauit, quod Constantinopolim venientes declinassent Arianorum communionem, & Catholicis adhæsissent, aitque. *Non enim vos promiscuæ multitudini admiscuistis, nec hominũ numero pietatem desiuistis, nec miscellaneum vulgus potius esse sustinuistis, quam populus Dei verbo perpurgatus. Verum pesteaquam Cæsari, quæ sunt Cæsaris, vt par erat, cantulistis, Deo quoque, quæ Dei sunt, attribuistis, illi nempe vectigal, huic timorem. Ac nutrito cibis vestris populo, ipsi quoque cibi accipiendi causa ad nos perrexistis: nam & ipsi frumentum erogamus, &c.*

a Gr. Naz. orat. in Æg. Epis. appulsum.

XXVI. EPISCOPI FRUMENTARII.

Quod audis allatum ab Episcopis vectigal ad Imperatorem, nequaquam existimes id pensitatum ab Ægypti Ecclesia; nam tantum abest, vt Ecclesiæ tritticum pro tributo perferrent ad Imperatorem, vt etiam ab Imperatore clerici omnes ex Constantini munificentia (vt dictum est superius) soleront illud accipere. Publicum namque totius Ægypti vectigal, id erat, quod legatione Episcoporum Constantinopolim, Episcopi Alexandrini accedente opera, mitteretur: indeque accidit (quod suo loco diximus) vt inter alias calumnias in Athanasium ab Arianis consarcinatas, illa fuerit, quod comminatus esset, si vellet, impedire, ne frumentum Constantinopolim defertetur. id quidem ipsemet (vt hic etiam eadem repetamus) docet his verbis *b*.

b Athan. Apol. 2.

Sed frumentum ab Athanasio, nauesque detentas calumniati sunt: eumque gloriatum esse dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire posset. hæc ibi, & licet calumniose, ex vsu tamen rerum veri similitudo videri poterat comparata. Quin & Constantii quoq; Ariani tempore persolnebatur Ecclesiæ Ægypti frumentum ex Cõstantini munificentia annua pensitatione debitum. id sane epistola Synodalis Concilii Alexandrini testatur ad finem *c*: habetur ipsa intexta ab Athan. in secunda ipsius Apologia. Fortasse tunc accidit, vt quemadmodum postea lege Theodosii iunioris *d* scimus præceptum fuisse, vt ad prædam curialium auteuertendam, ad eiusmodi negotia frumentaria Alexandriæ alia certa designarentur officia; ita id muneris antea fuerit delegatum Episcopis. Sed ad Gregorium redeamus.

c Apud Athan. Apo. 2. & l. 1. de fruments Æthiop. C. Theod.

XXVII. STUDIA MAXIMI PROSEDE ABIPISCENDA.

Quid autem post hæc ausu temerario Maximus pertentarit, ipse Gregorius in carmine de Vita sua satis abunde explicat: cosse nimirum simul cum Maximo quẽdam presbyterum Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordine secundum, Catholicæ communionis, ob æmulationem vero atque liuorem in Gregorium infensissimum, quod præreptam fortasse doleret spem illius Ecclesiæ Episcoparus, quam conceperat ob toleratum multorum annorum bellum ab Arianis illatum. Hic itaq; aduersus Gregorium cum Maximo conspirauit. Qui quidem Maximꝰ suffarcinatus auro mutuo, accepto ab amico, quiappulerat Constantinopolim pecunia publica emporturus tabulas ad fabricam templi construendam. Ægypti Episcopos illicagentes illo sibi conciliat; idque iidem simul tractãt, quod gratum Petro ipsorum Episcopo esse scirent, gentilem suum sedi Constantinopolitanæ præficere cupienti; occasionis interea opportunitatem exspectantes, quo secretius, quoad fieri posset, Maximum detonta Cynica coma, Episcopum ordinarent. Quid plura? Accidit ex sententia, vt Gregorius ægrotans foris in suburbio esset: cum illi ea captata occasione, noctis tempore in eius irrumpunt Ecclesiam, atque in sede collocant Maximum.

d Gr. Naz. in carm. de vita sua.

XXVIII. MAXIMVS INTRVDITVR IN SEDEM CONSTANTINOPOL.

Mane autem facto, magnus clericorum Orthodoxorum excitatus est ob facinus deforme tumultus, atq; vniuersa commota est ciuitas, detestantibus omnibus etiam Arianis nefandum scelus: quod concinne à Gregorio his iambis concinitur *e*:

Nox erat, at ager ipse eram: cum isti, velut
Caulam introgressi conciti rabie lupi,
Nautas habentes plurimos pecunia
Partos, facile Alexandriam qui incendere
Solent (eos nam iunxit irrumpens cohors
Secum) locare in sede detonsum canem
Nituntur, antequam gregi ac primoribus
Hoc indicassent, aut mihi, saltem vt cani:
Sic imperatum nam sibi ipsi dictitant.

e Gr. Naz. in carm. de vita sua.

& paulo post ista subdit:

Vt luxit autem, clerus (etenim proxime
Habitabat) ira frendet, atq; celerrime
Dissemin atur ista res. Tum maxima
Hinc flamma surgit: nam magistratus statim
Multi, exteriq; conflluunt etiam notbi. Ariani videlicet.
Ob hoc fiebant, nam scelus cunctis, mihi
Pendis laborum præmia hæc cum cernerent.

At ne sic quidem, perfracta est illorum audacia, quæ eo impudentius vrget opus, quo vitibus premi contrariis sensit: siquidem quod perficere non licuit in Ecclesia, in scenici hominis diuertentes domum, sacrilegum munus explent. Subdit de his ita Gregorius:

ORDINATIO MAXIMI IN DOMO SCENICI.

Quid multa? referunt illico è templo pedem
Illud dolentes maxime, cæpta irrita
Cessisse. Verum ne mali in cassum forent,
Explere pergunt, deerat quod fabula.
Namq, in choraula sordidam ingressi domum
Graues superno & numine cari viri,
Ac quosdam habentes face de vulgi infima,
Canem reseclà Præsulem signabat coma.
Nequissimum, &c. Re autem comperta, quo animo id acceperint ciues, ita narrat ipse Gregorius:

Certe ob patratum tum scelus tantus dolor
Imasset Vrbem: nemo non vt tum foret,
Qui non fureret, ac multa in ipsum effunderet
Acerba, vix amq, illius prosciderei,
Ira efferente quicquid animus finxerat.
Hic illud, aliud ille promebat mali,
Quo pingeretur vnius pernersitas
Insignis. At quid tandem? ab iisdem ciuibus Maximus pulius est Vrbe: qui ne sic quidem cessit, sed Thessalonicam proficiscitur ad Theodosium Imperatorẽ, prout ipse Gregorius infertius narrat: quæ tamen reiicimus in sequentem annum, quod Theodosium constet Thessalonicæ diutius quieuisse: qua ratione & quæ de Maximo narrata sunt, hoc ipso anno contigisse oportuit.

XXIX. *f* Gr. Naz. in carm. de vita sua. GR. NAZ. RECANTAT PALINODIAM DE LAVDATO MAXIMO.

Hæc dum exacte copioseque Gregorius describit; addit *f* appendicem, excusationem de eo, quod talem hominem, immo monstrum recepisset, ac tantopere publice pro concione laudasset: excusat se, inquam, ita dicens:

Quid igitur? An non carus hic nuper tibi?
Non hunc ferebas laudibus summis primo?
(Fortasse dicet quispiam, hæc qui sciet,
Ac facilitatem vertat hanc mihi crimini,
Per quam colebam pessimos etiam canes.)
Culpanda prorsus hæc mea ignoratio:
Me gestus, Adamum vt, traxit in fraudem improbus.
Visu decorum lignum erat, ve non item.
Fidei fefellit larua me: fucum mihi
Fecere verba subdolo corde edita.

Sic plane Gregorius deceptus ab hypocrita Maximo. Sed & paulo post:

Quid erat agendum? dicite ô fortes viri,
Alindne quidd am cuipiam vestrum placet?
Angusta cum tam foret adhuc Ecclesia,
Stipulas vt ipse cogeret quog, legere:
(Nam ng, arcta tam tam non ferunt licentiam,
Quam lata quæ sunt tempora, & late fluunt)
Magni æstimabam, quod canis caulam meam
Tereret. Adeo namque tenues & exiles erant res Catholicorum ipsis primordiis aduentus Gregor. Constantinopolim, vt magno lucro duceret, si quem inuenisset Catholicum hominem sibi communicatione inhærentem, præferentem ignominiam Christi diuitiis Pharaonis.

XXX. LAVDES DICTÆ DE MAXIMO. Sed & quid amplius elucere videbatur in Maximo, si quæ ille iactabat, vera fuissent: illa omnia, quæ in ea qtatione in eius laudem, mutato titulo, in laudem Heronis scripta leguntur: nempe, vt paucis multa perstringam, quod se ex parentibus martyribus prognatum diceret, quodq; Christo ipse totum se addixisset, temporeq; persecutionis sæuissimæ sub Lucio Alexandriæ aduersus Catholicos excitatæ stetisset infractus pro fidei patrocinio, cuius causa dicr virgis cæsus fuisset, ad postremum vere in Oasin deportatus, illic quadriennio permansisset. Accedebat iis, quam hypocrita affectabat, Christiana in omnibus philosophia, nempe gloriæ diuitiarumque contemptus, modestia, animique facta submissio, charitas erga omnes, studium salutis omnium, & ad confutandos hæreticos, Gentesque conuincendas scientia minime vulgaris. His, inquam, coloribus pictam læuam, absolutissimum reddentem omnium virtutum exemplar, tali tempore, tali loco non potuit non magni facere Gregorius tantopere non indigens in tanto prælio non ducibus tantum fortissimisque militibus, sed lixæ cuiusuis etiam ministerio.

Alter hicplane Proteus; sic enim quoque ipsum appellat Gregorius: & vt proprius dicam, alter hic Luciani Peregrinus, qui ex Euangelio captans sibi gloriam, quæ sceleratus ob delicta passus esset, fidei defensionis causa se tolerasse iactaret: nam & id quoque testatur ita Gregorius *a*:

a Greg. in carm. de vita sua.

----Hocg, maius, quod fugam ob nox as graues
Velabat, vt si pro Deo hanc passus foret,
Qui vapularat vt nocens, hunc martyrem
Falso arbitrabar, &c.

XXXI. Postquam autem talia tamq; nefanda Maximus præsumpsisset: Gregorius è suburbano, ad quod valetudinis causa concesserat, Constantinopolim rediit, Ecclesiamque, quam tanto labore collegerat, schismate scissam reperit: nam presbyter ille nefarius cum adhæsisset Maximo, nonnullos è Catholicis eidem conciliarat. Hæc ergo sciens, imo oculis spectans ipse Gregorius, orationem illã habuit, cuius est exordium: *Desiderabam vos, filij, pariquè à vobis desiderio expetebar, &c.* post multa vero hac inuectiua perstrinxit Maximum ac sectatores ipsius *b*: *Iam*, inquit, *mihi quoque timorem inijciunt canes, per vim pastores sese constituentes, idque (quod absurdum est valde) cum ad pastoralis muneris administrationem nihil omnino aliud contulerint, quam quod comam, cui ornandæ & alendæ turpiter studuerant, rasserunt: qui nec in canum ordine manserunt, nec pastores facti sunt, nisi vt lanient ac dispergant, laboresque aliorum infringant.* & paulo post: *Ac proinde ne nunc quidem insolentius efferantur, qui canes aduersus gregem concitarunt, qui nec vnicularn quidem vnam proferre possunt, quæm adduxerint, vel conseruauerint, nec enim recte facere didicerunt, qui improbitatem studiosè coluerunt, &c.* Post multa vero in schismaticos dicta, eosdem contestatus, exprobrat animi sui moderationem, quam experti iam essent ab omni sedis cupiditate remotam; cum videlicet illi iam ante delegissent eum Episcopum, & in sede voluissent collocare, nec acquieuerit inquit enim *c*:

Gr. Naz. rediens ord. in Maximum.

b Gr. Naz. or. in Max.

c Gr. Naz. ad mat.

XXXII. *Quid praterea? agent ipsi scilicet. Episcopatum abrogabunt, & thronis dejijcient? Et quos tandem aut nunc, aut ante, promptos atque hilari animo conscendi? An vero eos, qui ascendunt, beatos prædicare soles? Scilicet, mihi eos dulces ac iucundos reddit, ita indigne concedens? Quid? ne hæc quidem, quæ nuper acciderunt, animi mei sententiam volunt atemque declararunt? An illa quog, deliria quædam & fucus erant, atque amoris erga me vestri & desiderij explorario? Nimirum callidi ac versuti homines facile adducuntur, vt vitia sua de aliis partim suspicentur, partim loquantur. Quid vero illa animi oppressio? quid illa imprecationes, quas aduersus nos ipsos publice concepimus: quid ille lachrymæ, quarum tantam vim profudimus, vt vobis etiam misericordiam moueremus, quamuis aliquo propter obtrectationem odio pene essemus?* hæc & alia Gregorius, illis in memoriam reuocans, quantopere refragatus fuerit, cum ab ipsis eligeretur Episcopus. Demum in Petrum Episcopum Alexandrinũ, quem propitium primo, postea vero sensit aduersum, ita iure conqueritur: *Nihil proprium factum est, quam vt Petrum etiam me abiuraret: Ac fortasse nec flet quidem amare, vt peccato medeatur.* ac rursus schismaticos eiusmodi compellat apostrophe: *Quomodo distracti estis, & distr axistis, quasi boues teneri vinculis soluti? Quomodo altare aduersus altare erexistis? Quomodo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quomodo & ipsi hac præcisione extincti atq, mortui estis, & dolorem nobis inuisistis? Quomodo pastorum simplicitate ad gregis euersionem & interitum abusi estis? non enim eorum imperitiam reprehendo, sed vestram malitiam accusabo.* sic Gregor. aduersus Ægypti Episcopos, qui Maximo manus imposuerant, additque alia fletu digna, quæ autem postea acciderint, sequenti anno dicemus.

Gre. Naz. non est passus fieri episcopus.

IESV CHRISTI
Annus 380.

DAMASI PAP. Annus 14. GRATIANI 14. VALENTIN. 5. IMPPP. THEODOSII 2.

I. THEODOSIVS BAPTIZATVR

CHRISTI sequitur annus octogesimus supra trecentesimum, Consulatu quinto Gratiani atque Theodosii inchoatus: quo idem Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo Thessalonicensi baptizatur. Qua autem occasione ibi eo sacramento ipsum initiari contigerit, sic narrat Socrates *d*: *Theodosius autem post erecta trophæa, Constantinopolim ire maturam, Thessalonicam peruenit. Ibi in morbum incidens, cupiebat baptismo donari: quippe ex maioribus religionem iam olim didicerat Christianam fideique Consubstantialis se totum addixerat. Et cum propter morbi grauitatem baptizari properaret & Episcopum Thessalonicensium ad istud munus obeundum requireret: primum scisc itabatur ab Episcopo, quam fidem amplecteretur. Et cũ Episcopus respondisset, opinionem Arij minime per Illyricum * peruasisse, neque nouam illius doctrinam eius regionis Ecclesias potuisse occupare, sed omnes, qui in illo versabantur, antiquam illam & vetustam fidem ab Apostolis traditam, inque Concilio Nicæno confirmatam semper obseruasse: Imperator ab Acholio * (ita enim vocabatur Episcopus) libentissimo animo baptismum recepit. Paucis igitur post diebus à morbo recreatus Constantinopolim contendit octauo Kalend. Decembris, Gratiano iam quintum Consule, eoque ipso Theodosio primum.* hucusque Socrates, in eo sane corrigendus, dum loco Macedoniæ ponit Illyricum: Thessalonica enim, cuius Acholius erat Episcopus, non in Illyrico, sed in Macedonia sita est. Cæterum ipsum delegisse ab Acholio baptizari ob insignem viri vitam miraculorum virtute conspicuam, existimamus. Qualia autem quantaque aduersus Gothos diuina virtute operatus sit, cum victorem exercitum, qui copias Romanorum vicerat, & ipsorum Imperatorem extinxerat, superauit, superiusenarratum est. Deo igitur omnia accepta ferens Theodosius, Imperium atq; vitam, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri: de quo S. Augustinus sic ait *e*: *Inter hæc omnia ex ipso initio Imperij sui non quieuit iustissimus & misericordissimus legibus aduersus impios labor anti Ecclesiæ subuenire, quam Valens hæreticus fauens Arianis vehementer afflixerat: cuius Ecclesiæ membrum esse, magis, quã in terris regnare gaudebat:* hæc ipse. Huius quidẽ rei fidẽ facit aurea illa sanctio ab eo hocanno Thessalonicæ promulgata, quæ sic se habet *f*:

* Macedoniam

* Acholio

d Socr. l. 5. c. 6.

e Augustin. de ciu. Dei l. 5. c. 25.

f l. 2. de fid. Cath. C. Theod. 11.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad populum vrbis Constantinopolitanæ.

Cunctos

THEODOSII SANCTIO DE FIDE CATHOLICA.

Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vsque nunc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: Hoc est, vt secundum Apostolicam disciplinam, Euangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus sancti vnam Deitatem sub pari maiestate, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos vero dementes, vesanosque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere: diuina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos. Datum III. Kalend. Martias, Thessalonicæ Gratiano A. quintum & Theodosio A. I. Coss. qua die hæc, quæ sequuntur, itidem Thessalonicæ rescripsisse reperitur *a*:

a l. 3. de Episc. & Cler. Cod. Theod.

Qui diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant & offendunt, sacrilegium committunt. Datum III. Kalend. Mart. Thessal. Gratiano Aug. V. & Theodosio A. I. Coss. sequenti vero mense de pio religioso que cultu sacri Quadragesimalis temporis ibidem loci ita ad Albucianum Vicarium Macedoniæ rescripsit *b*:

III. ALIA THEODOSII LEGES b l. 4. De quæst. C. Theod.

Quadragintæ diebus qui auspicio caremoniarum Paschale tempus anticipat, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæstionum. Dat. VI. Kalend. April. Thessalonicæ, Gratiano quintum & Theodosio I. Coss.

IV. MAXIMVS RAPIT ALEXANDRIAM.

Dum autem adhuc Theodosius Thessalonicæ moraretur: Maximus Cynicus, qui Constantinopolitanam sedem inuadens pulsus ab vrbe fuerat, Imperatorem cõuenit, rogans ab eo sibi cathedram confirmari: verum ab ipso penitus repulsus est atque reiectus; imo & nisi à cœptis desisteret, graues minæ intentatæ fuerunt. quamobrẽ desperatus infelix, magno æstimationis suæ mendacijs comparatæ dispendio se contulit Alexãdriam ad Petrum adhuc in humanis agentem. hæc omnia pluribus enarrata Gregorius ipse habet *c*. Quid vero idem Maximus insaniens nimia Episcopatus cupiditate Alexandriæ egerit, idem subdit his verbis:

c Gre. Naz. in car. de vita sua.

Aggreditur, atque non parum angustat senem, nempe eundem Petrum Episcopum Alexandrinum,

Poscens vel illam, finxerat quam sibe sibi
Sedem: vel eius in throno sese minans,
Sessurum. Hyparchus donec hanc (vt par erat)
Flammam expauescens, veteranæ ad mala quippiam
Adiungeretur, vrbis hunc pepulit solo:
At nunc videtur hic quidem quiescere,
At est verendum, ne graui quæ grandine
Est fœta nubes, aspero vento vocata
In non putantes grandinem effundat suam.
Nec enim quieti prauitas vnquam studet.

hæc ipse, & quidem prophetice. Etenim lapsus est in hæresim Apollinaris, cuius rei causa ab Episcopis (vt Theodoretus *d* ait) damnatus fuit. Constat insuper eundem Maximum post hæc aliqua aduersus ipsum Gregorium conscripsisse: quæ tamen vt valde inepta ipse contempsit, satisque sibi visum, qualis ille, qualiaue eius scripta essent, paucis occinere, cum ita rem exorditur *e*: *Quid de his dicam? Audesne tu quoque Maxime, aliquid scribere? Tune scribere audes? Proh quanta hæc est impudentia! Profecto hæc ex parte canes alios*, nempe Cynicos, *superat. Omnia scilicet quibuslibet iam tentare licet.* & inferius: *Orem incredibilem & inauditam! Saul vates est, Maximus librorum scriptor. Quis deinceps non vates esse volet? quis à scribendo manum continebit? Omnium scilicet est charta, vel anicula scriptorum sibi calamum vsurpent.* hæc & alia plura lepide quidem atq; animo imperturbato Gregorius. Cœpta itaque contentio Maximi cum Gregorio anno superiori, præsenti iam anno extincta fuit.

d Theod. li. 5. c. 8.

e Gr. Naz. car. in Maximum to. 2 edit. Leunenklas. MAXIMVS SCRIBIT IN GREGORIVM NAZ.

V. DAMASVS PAPA DAVIT GREGORIO.

Quod autem Theodosius eum cum primum vidit, despexit, à seque repulit, hominem alioqui professionem fidem Catholicam: id ea de causa opinamur contigisse, quod sciret Damasum Romanum Pontificem aduersus eum in capessendo Episcopatu fauisse Gregorio. Dolemus excidisse ipsas Damasi litteras tunc pro Gregorio contra Maximum scriptas, quarum meminit Nicolaus Romani Pontifex in epistola ad Michaelem Imper. in quibus hæc habet *f*: *Denique vt ex his paucis commemoremus: Nonne Maximus, postquam inultum à Damaso Papa (sicut eius ad diuersos epistola indicant) laboratum est, Constantinopoli pulsus est?* ita ipse. Equidem puto sanctum Hieronymum auditorem Gregorii (vt dictum est) Constantinopoli tunc agentem, apud Damasum pro ipso Gregorio litteris egisse: factumque, vt cum sententia Damasi innotuisset ciuibus Constantinopolitanis iidem ipsi cõfestim infelicem Maximum ab vrbe pellerent, deque his admonitus Theodosius Imperator eundem ad se venientem Thessaloni cam æque fugarit. Et quis dubitat de re tanta, cum scriberet Damasus in Orientem, eodem quoque argumento ex more scripsisse etiam ad Theodosium Imperatorem? Sedisse aliquantisper in sede Maximum, indicium illud est, quod fecit ibidem ordinationes, quas Synodus Constantinopolitana celebrata anno sequenti irritas penitus esse decreuit, vt ex eius Concilii Actis Sozomenus *g* testatur. At de Maximo hactenus: ad res autem Gregorii huius anni, Constantinopolitanæq; Ecclesiæ statum oratio conuertatur.

f Extat to. 1. Concil.

g Soz. l. 7. c. 9.

Perculsis licet Arianis nouo Imperatoris edicto dato ad populum Constantinopolitanum: tamen tantum abfuit, vt ita compressi quieuerint, quin potius maioribus audaciæ spiritibus sumptis, insolentius aduersus Catholicos insiliuerunt, instar fœuissimæ bestiæ, quæ ex iam semper noxia visa sit & infesta; cum sese laqueis constringi senserit, tunc violentius commouetur, & in quem cunque sibi obuium furit. Ariani enim cum se Theodosii legibus vinciri sciirent, acrius in Orthodoxos exacerbabantur, eoque furoris adacti sunt, vt in confessorem haud pridem ab exilio reuersum incidentes, eum lapidibus imperentes occiderint.

VI.

Testatur id quidem Gregorius Nazianzenus ea oratione, quam habuit ad Arianos: ibi enim Catholicorum commendans animi moderationem, qua feliciore tempore vterentur, illorum contra in pios viros ac in Ecclesiam ipsam Catholicam immania scelera perpetrata recenset; atque ad postremum quod nefas admisissent, ob oculos ponit his verbis: *Nonnulli, inquit h, atrociores quoque atque immaniores sese præbuerunt, quam temporis ratio ferre videretur, non secus ac fues, qui per septa quadam violentius impelluntur. Hominem meum posco, quem hesterno die trucidastis, senem, inquã, illum & Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntem & huc appellentem, medio die, in media vrbe saxis excepistis. At nos (nisi hoc dictu graue & inuidiosum est) obtruncatores etiam ipsos deprecatione nostra periculo mortis liberauimus.* & post multa in exprobationem ipsorum atrogantiæ & petulantiæ, in cõmendationem vero modestiæ Orthodoxorum hæc addit: *Et quid ex hac temporis insolentia perperam emulatus sum? idque cum talia exempla ob oculos posita haberem, quibus etiam remotis, à vitio tamen abstinere difficile atque arduum est, tot que exempli? De quibus Ecclesiis vobiscum contendimus? de quibus pecuniis? præsertim cum vtraque reipsi afflueretis, vtrinsque autem nos inopia premeremur? Ecquod Imperatoris edictum à vobis contemptum & pro nihilo habitum ardenti zelo persecuti sumus? Quos principes in perniciem vestram coluimus atque obseruauimus? Quorum importunam audaciam iudicio nostro produdimus? Domine ne statuas illis hoc peccatum, dicebam (nam opportune Stephani i verba in mentem venerunt) & nunc eadem vota facio. Maledicimur k, & peneduimus: persecutionem patimur, & sustinemus.* hæc & alia mutla id genus Gregorius obiecit ea oratione in Arianos, & quidem post Gratiani prius & Theodosii posterius promulgatum edictum, cum res Catholicis arriderent.

h Gr. Naz. orat. ad Arianos. ARIANI SÆVIVNT MAGIS.

i Act. 7. 1. Cor. 4.

VII. CATHOLICI GRAVIBVS AFFICIVNTVR INCOMMODIS.

Sed quid accidit? Tolerantia ista Gregorii, & pro illatis ab eis contumeliis atque cædibus officiorum compensatio, nonnullorum Orthodoxorum animum exacerbauit, illorum præsertim, qui in eam fere diem à temporibus Constantii Imperatoris ab eisdem insolescentibus Arianis ditissima iugiter passi essent: quippe hæc dictitare solebant, quæ ipse Gregorius in oratione, quam coram Episcopis ad Synodum conuenientibus

habuit, vt citat his verbis a: *Iam crimina quoque nostra, quaso expendite. Tanto iam tempore, inquiunt, Ecclesiæ preces, temporis fauore & auxilio fultus, Imperatorum, generoso impetu, quod maximè æstimari debet. Eo quod mutationis signum nobis assulsit? Quot hominum contumelias primi pertulimus? Quid à tributis passi non sumus? non iniurias? non minas? non exilia? non pecuniarum direptiones? non bonorum proscriptiones? non presbyterorum in mari conflagrationes? non templa profanata, atque ex templis in sepulchra mutata? non publicas senum Episcoporũ, aut vt magis proprio verba vtar, patriarcharum cædes? non eam immanitatem, vt pius solis inuius esset locus omnis? non denique quicquid calamitatis vllis verbis exprimere quisquam possit? Quorum quidnam iis, qui nos læserunt, rependimus? Quandoquidem vesis, vt par erat, rerum vicibus, rependenda potestas nobis facta est, atque eos, à quibus importune vexati fueramus, castigari oportebat. Atque vt omissis aliis calamitatibus, ad nostras, ne dicam ad tuas calamitates, veniamus, his fœlicior, quæ cum Gregorio iidem passi essent, postquam venissent Constantinopolim; Nõne persecutionibus vexati sumus? non iniuriis omnibus oppressi non Ecclesiis, domibus, & quod acerbissimum est, solitudinibus exturbati? non furentem populum tulimus? Præfectos violentos & importunos Imperatores simul cum edictis suis contumeliosè spretos? Quid postea? superiores extitimus, & persecutores nostri pœnas essegerunt.*

a Gr. Naz. or. ad Iul. Episcopos.

VIII. EXPOSTVLATIO CATHOLICORVM IN GREGOR.

Ista erant, quæ Catholici Constantinopolitani subinsense in Gregorium ab hoctempore ad finem vsque eius commorationis Constantinopoli iactare solerent: ad quos ille erat Gregorii responsio, quam subdit: *Ita sane est, inquam. Mihi enim aduersus eos, qui iniuriam intulerunt, satis grauis pœna esto. Ferenda iniuria potestas*, quæ quidem responsio haud illis arridere videbatur, qui (vt subdit) incitabant Gregorium ad vltionem, illa rursus verba ingeminantes: *Quis præfectus multi à tanto est? inquiunt. Quis populus castigatus est? Quinam plebis inflammatores? Quem terrorem nobis ipsis in posterum indulsimus?* ita illi quidem, qui hanc ob causam deinceps animo abalienato à Gregorio esse cœperãt. Sicque prope modum factum est, vt diuulsis ab eo Catholicorum nonnullis prius (vt diximus) schismate Maximi, complurib⁹ autem ab eo dictis ex causis animis fluctuantibus, res Gregorii paulatim diffluerent. verum populi amor erga eum erat immensus: cuius quidem rei periculum factum est, cum ipsum recedere cupientem non permisit.

IX. GREG. COGITAT DE DISCESSIONE.

His enim agitatus molestiis Gregorius, cum iam res Catholicæ fidei sub Catholico Imperatore in tuto collocatas esse videret, considerateque nequaquam se illius sedis astringi vinculis, vt ibi permanere cogeretur: etenim quamuis à populo electus, acclamatusque fuisset Episcopus, non tamen ea electio legitima, secundum canones Ecclesiasticos sibi videbatur: quamobrem recedendi Constantinopoli consilium iniit: sed cum clandestine facere minime licuisset; communicato cum populo animi sui decreto; piorum precibus, clamoribus, lachrymisque retinetur inuitus; sed quibus conatibus, ipse vertibus illis insinuat b:

b Gr. Naz. in carm. de vita sua.

Hæc verba simul ac audiit plebs, illico
Effrenis aleum quippiam questum dedit,
Populusq. surgit, agmen vt fumo solet
Apum: furitq., maximis clamoribus
Vter q. sexus, virgines, iuuenculi,
Pueri, senes q., nobiles, ignobiles,
Vita quieti, Præsides, ac militum
Nonnulli: amore quilibet & ira æstuans,
Iratus hosti, Præsulem exposcens suum.
At non decebat me genu ad vim flectere,
Nec capere sedem rite non mihi traditam. hæc ipse.

Ariani autem, qui absente Imperatore eius edictũ contemnere visi sunt, cum iam Thessalonica Constãtinopolim venientem cæperunt præsentem timere: contigit eius aduentus in vibem (vt ex Socrate c dictum est) hoc anno iisdemque Consulibus octauo Kalendas Decembris. At quid tũc primum in Arianos egerit, Marcellinus Comes d docet cum ait: *Hu Consulibus, Theodosius magnus, post quam de Scythis & Getis triumphauit, expulsis continuo ab Orthodoxorum Ecclesiis Arianis, qui iam fere per quadraginta annos eas sub Arianis Imperatoribus tenuerant, nostris Catholicis Orthodoxis restituit Imperator mense Decembri.* hæc ipse. Quomodo autem id factum sit, Sozomenus e sic narrat: *Imperator vero per nuncium præcepit Demophilo* (erat hic post Eudoxium Episcopus Constantinopolitanus hæreticus) *vt aut ex decreto Nicæni Concilij religionem propagaret, & populum ad concordiam reduceret, aut Ecclesiis excederet. Ille vero, conuocato populo, mandatum Imperatoris exposuit, & in posterum diem se extra vrbem concionaturum significauit: Quandoquidem, inquit, diuina lex iubet f, vt si vos ex hac vrbe pellant, fugatis in aliam. Hac cum præfatus esset, deinceps extra vrbem concionatus fuit, & vna cum eo Lucius, qui ab Arianis quondam Alexandrinæ Ecclesiæ præfectus fuit, & qui expulsus, exul, vt dictum est, Constantinopolim concessit, ibique mortuus fuit.*

c Soz. l. 7. c. 5.

f Matth. 10.

Postquam igitur Demophilus Ecclesiam reliquisset, ingressus Imperator preces fundit: & ex eo tempore qui consubstantialem Trinitatem profitebantur, templa recuperarunt. Erat autem hic annus, quo Gratianus quintum, Theodosius primum Consules fuerunt, quadragesimus fœlicet, ex quo Ariani Ecclesias occuparunt. hucusque Sozomenus, quæ quidem (vt dicemus) anno potius sequenti contigerunt: nam ab his diuersa ipse Gregorius tradit, nimirum Arianos totos in armis fuisse, vt primarium templum tuerentur.

XI.

Visus est autem Gregorio Theodosius paulo frigidius agere, si comparatio facienda fuisset cum Arianis Imperatoribus longe maioti animi ardore hæresim propagantibus: in carmine g sæpe citato, quo res suas contexit, hæc habet de Theodosii aduentu Constantinopolim.

g Gr. Naz. in carm. de vita sua. THEODOSIVS VIVES PAVLO FRIGIDIOR EXCVSATVR.

——*Dum statu nos hoc summo,*
En Imperator nobis aduenit repens
Terra ex Macedna, Marte domitis barbaris,
Stimularat ingens quos manus, & ingens furor:
Minime quidem ille vir malus, quantum ad fidem:
Tenere mentes posset, vt qui simplices,
Triadisq. sanctæ cultor esset maximus:
(Sic quippe & ipse sentio, & cuncti asserunt,
Qui fede flabili tuto amant insistere)
Feruore sed non præditus tanto tamen,
AEquaret vt cum pristinis præsentia,
Sanaret atq. temporis mala tempore.
Feruore vel si par erat, non par erat
Fiducia ne pectoris, an audacia
Dicam? Vocare præstat hoc prudentiam.
Suadere quippe est aquius, quam cogere. sic ille lenitati adscribens tarditatem atque remissionem Theodosii Imp. nam paulo post:

Hæc ille opinor, cogitans nulli grauem
Metum inferebat, comiter cunctos trahens,
Cuiusque mentem liberam lege & fœnes. hæc Gregorius de Theodosio.

XII.

Quomodo autem tunc, cum venisset Constantinopolim Imperator, ad Ecclesiam, vbi erat Gregorius & Catholici conuenerant, properarit, & quid ipsi Gregorio dixerit Theodosius, idem sic narrat:

QVID THEODOSIVS CVM GREGOR.

Vt ergo cupidus venit ad cupidos sui,
Complexus vt me sit statim, qua diuerit,
Quæ per lubentiorum sua aure acceperit,
Quid est necesse dicere? Pudendum foret,
Si gloriarer tum senex ob talia,
Quæ cuncta parui deputo præter Deum.
Tandem ista fatur: Dat tibi per nos Deus
Nunc hocce templum, dat tuis laboribus.

Hæc licet Theodosius Gregorio polliceretur: vt tamen præstaret effectu, impossibile tradit esse visum, resistentibus Arianis, quibus referta ciuitas erat, iisdemque incensis animis vt templum tutarentur, nec cederent sedem alicui, paratis etiam iis vis adhiberetur, in Gregorium impetum facere.

XIII. THEODOSIVS OCCVPAT TEMPLVM, INTRODVCITQVE GR. NAZ.

Post hæc autem Theodosius occupat templum, relinquitque ad custodiam militum partem, atq; reliquæ exercitus parti iubet, vt Gregorium ad templum perduceret, vt collocaretur in throno. Cum vero Ariani interim se resistere non posse cernerent, omnia miscent luctu

atque

X.

c Socr. l. 5. c. 6. THEODOSIVS VENIT CONSTANTINOPOLIM. d Marcell. in Chronic. hoc anno.

ECCLESIA ORIENTALIS

atque clamoribus: quæ quidem eleganter ipse ita describit a:

a Greg. in carm. de vita sua.

Iam tempus aderat, militum & vis maxima
Templum obtinebat, bellicos enses gerens.
Faciebat omnis impetum contra tumens
Populus, aruina vt, aut vt fluctus maris
Vsus & ira precibus & blandis simul,
Iratus in nos, Principi supplex. Erant
Plena vitæ, dromi q; plenæ omnes loci,
Plena domus q; tum vrbis, tum femminis
Aetate quassis, parvulis spectantibus,
Gemitus, dolores lacrymæ, clamor gravis,
Imago capti bellico insultu oppidi.
Ego vero fortis ille dux ac strenuus
Aegro tametsi corpore essem ac debili,
Spirante quoddam languidum ac fere mortuum;
Inter Ducem medium & inter milites
Iham bona spe fretus, & sursum videns,
In ade donec collocor, &c.

Subdit vero mirum quiddam accidisse, nimirū tunc temporis atram nubem sic radios Solis obtegisse, vt media die noctem ferme redderet: quo tanquam prodigio exultarent hæretici, meruerent autem pii, sed quasi miraculo factum, vt simulac Gregorius sacros cancellos introiuit, adorato numine, nube disiecta, Sol purissimis radiis effulserit; perinde ac si superi accensa cœlitus face, Gregorii lætum, Deoque gratum ingressum significarent. Secutaq; mox est Orthodoxorum omnium acclamatio, qua petierent Gregorium collocari in throno, reclamante tamen ipso Gregorio, atque dicente:

NON PATITUR GR. NAZ. COLLOCARI IN THRONO.

Hunc premite, quaso, premite clamorem, ô viri:
Nunc sunt agenda gratiæ summæ Deo.
Maiora quæ sunt, hu erit tempus suum.
Hæc verba plausu maximo plebs excepit.
Amica nam q; est omnibus modestia.
Abigit q; Princeps maxima hac laude efferens.
Hic concionis exitus tandem fuit.

XIV. Addiderque ob nimiam compressionem, confusionemque prementium, ensem euaginatum ad incutiendū terrorem à quodam, sed mox in vaginam reductum. Cum autem templi & ædium Episcopalium possessor effectus esset, Ariani æstuabant aduersus Gregorium immenso implacabilique odio: quos tandem ipsius Gregorii insignis animi modestia deliniuit: quæ cum in omnibus rebus quas gereret, eluceret, nouo casu adeo omnibus spicua atq; manifesta reluxit, vt sibi etiam hostium animos deuinciret. Accidit enim, vt ipso subægrotante Gregorio, in lectulo decumbente, sicarius ad eum conficiendum, clam ingressus sit, tectus multitudine accedentium, vt ei gratularentur de templo recepto, ab Arianisq; vindicato, pro quo munere vota Deo nuncupassent. Eoque perfuncto officio, cum discessissent, sicarius ille solus ibi relictus, manibus pedes sanctissimi viri prehendens, lacrymas copiose fundens atque lamentans supplex veniā postulauit. Gregorio autem sciscitante, quid hoc sibi vellet: atque præ immenso dolore, ipso tacente; vnus ex his, qui aderant, rem sentiens, Gregorio dixit: Hic ille carnifex tuus est, ô pater, qui à nonnullis subornatus, fertum tibi in præcordia defixurus erat, nisi Christus perspicue tibi auxilio fuisset: quod enim ad eorum voluntatem spectat, scelus est consummatum; proinde hic facti pœnitens ad pedes tuos lacrymis veniam petit. Ad quem conuersus Gregorius ait: *Propitius sit tibi Deus, tibi q; ignoscat, qui me seruauit: hoc que solum pro nox a peto, vt hæresim execrans, meus fias.* Hoc autem cum vniuersæ innotuisset ciuitati: hostium Gregorii, Arianorum hominum nonnihil emollita sunt corda, ergaque ipsum reddita propensiora. hæc omnia breui compendio recitata, ab ipsomet Gregorio fusius descripta sunt b.

GRE. NAZ. APPETITVR A SICARIO.

b Greg. in carm. de vita sua.

Quod autem sequenti anno Orientales Episcopi Orthodoxi Constantinopolim, vt Gregorium collocarent in throno, vocati fuerint à Theodosio Imperatore: id quidem suadente Damaso, qui (vt dictum est) Gregorii successit patrocinium, factum puramus. Cuius etiam admonitione, idem Episcoporum Concilium collectum Constantinopoli condemnasse hæresim Macedonii, quis est, qui non facile sibi persuadeat? Cum enim certum sit, Romanos Pontifices solere litteris salutare nouos Imperatores, ad eosdemque de tollendis hæresibus, sedantisque schismatibus scribere, hortari, viamque, qua id perficeret, aperire: par est credere Theodosium, Damaso suadente, ad hæc omnia perficienda sedulo animum addixisse: docet enim id etiam vehemens coniectura ex frequenti rerum vsu comparata, exemplisque sæpe monstrata. At de his suo loco pluribus agendum erit: hic vero iam est finis rerum Gregorii præsentis temporis.

XV. DAMASVS AGIT CVM THEODOSIO PRO

XVI. ORITVS PETRI, SVBROGATIO TIMOTHEI.

Hoc itidem anno moritur Petrus Episcopus Alexandrin", cum sedisset annos octo: in locumque eius est subrogatus Timotheus ipsius frater; cuius mentio habetur in Theodosii sanctione anno sequenti data c: in illa autem, quam datam diximus præsenti anno cum Petri fit mentio, plane apparet, alterum eorum, nempe Petrum hoc tempore desisse; alter ū vero, Timotheum videlicet, Episcopum eius Ecclesiæ creatum esse. Sunt qui, vt excusent Petrum fauentem aduersus Gregorium Nazianzen. Maximo Cynico, ea omnia, quæ dicta sunt, adscribant eiusdem Petri successori Timotheo: sunt hi Theodoretus d, Cassiodorus e, Nicephorus f, & fortasse alii. At certe nugæ sunt hæ; nam querelæ ipsius Gregorii de Petro satis perspicue extant, vt de his dubitandi omnis prorsus occasio auferatur. Non ita quidem de Petro ista se habent, vt illa, quæ in ipsum vulgo iactata tradit S. Hieronymus, nimirū, q; reuersus in Ecclesiam, adeo facilis fuerit ad recipiendis ad communionem lapsis hæreticis, vt nonnullis acceptæ pecuniæ in suspicionem venerit: nam scimus ex instituto Athanasii ad Basilium scribentis (quod supra suo loco demonstratum est) omnes Arianos ad Ecclesiam redire volentes, oblata fidei Nicænæ confessione, nullatenus debuisse repelli. Quod autem idem Petrus Maximo fauerit pecuniæ causa, vt credamus adduci non possumus, sed ab eo deceptum aliqua noua larua, sicut ab eodem vidimus ipsum Gregorium fuisse delusum.

d *Theod. l. 5. c. 8.*
e *Cassiod. l. 9. c. 13.*
f *Niceph. l. 12. c. 11.*

XVII. Cæterum quod pertinet ad Timotheum successorem: quantum libet Petrus defunctus esset, nulla tamen spes fuit sub Catholico Principe, Lucio Ariano Episcopo Alexandrino eam recuperandi sedem, ipso Theodosio resistente, è qua & pulsum ab eo tradit S. Hieronymus, qui de Lucii scriptis ita subdit: *Extant eius solemnes de Paschæ epistolæ, & panci variarum ad Hieronymum libelli.* Vendicarat sibi profanus Arianorum Antistes, vt Paschales epistolas scribere: et ad Catholicam Ecclesiam, quæ annis singulis dari solebant ab Episcopo Alexandrino vniuersis Christi fidelibus ad Paschatis certum tempus insinuandum. Cæterum Theophilum eiusdem Ecclesiæ postea Episcopum ab hoc anno Paschalem cyclum annorum centum inchoasse, nimirum à primo Consulatu Theodosii, testatur S. Leo Papa g in epistola ad Marcianum Imperatorem, erat tunc ipse Theophilus Ecclesiæ Alexandrinæ clericus apprime eiusmodi scientiam callens, quam ne quis hæreticus sibi in posterum arrogaret, centum ipse annos inclusit, quibus dies Paschatis exploratus annis singulis haberetur.

THEOPHILI CYCLVS PASCHALIS.

g *L. ep. 84.*

XVIII. IVSTINA AVGVSTA FAVET ARIANIS.

Eodem plane tempore, quo hæc agebantur in Oriēte, contigit Mediolanensem Ecclesiam perturbari cœptam esse à Iustina Augusta Valentiniani senioris Imperatoris coniuge. Ariana fœmina audacissima. Hæc quidem hę esi patrocinatura, cum accepisset Sirmiensem Ecclesiā (est Sirmium ciuitas posita in Illyrico h) destitutā esse pastore, illuc properauit, quo Arianum illi Antistitem perfici procuraret. Ambrosius etiam illuc se contulit (perseuerabat enim antiqua illa diuisio prouinciarum, qua lege Vatinia i coniuncta erat prouincia Illyrici Galliæ Cisalpinæ) vt Ecclesiæ Sirmiensi suæ diœcesis cōsulturus præficeret Catholicæ communionis Episcopum. Quænam autem rum tibi contigerint, Paulinus ita describit k: *Cum Ambros. Sirmium ad creandum Episcopum Anemium * perrexisset, ibique Iustina tunc temporis Regina potentia & multitudine condonata de Ecclesia pelleretur, vt non ab ipso, sed ab hæreticis*

h *Ammian. l. 15. & 16.*
i *Suet. in C. Iulio c. 22.*
k *Paulin. vita S. Ambr.*
* Auxentius

QVID IERMII AMBROSIVS.

Arianis Episcopis in eadem Ecclesia ordinaretur; esseteque constitutus in tribunali, nihil cerans eorum, quæ à muliere excitabantur: vna de virginibus Arianorum impudentior cæteris tribunal conscendens, apprehenso vestimento sacerdotis cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, vt ab ipsis cæsus de Ecclesia pelleretur: audiuit (vt ipse solitus erat referre) Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum: tamen te non committ, vel professionem tuam, in qualemcunque sacerdotem manus injicere, vnde debes vereri Dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat. Quod dictum exitus confirmauit: nam alio die mortuum ad sepulchrum vsque deduxit, gratiam pro contumelia rependens: Sed hoc factum non leuem aduersariis incussit metum, pacemque magnam Ecclesiæ Catholicæ in ordinando Episcopo tribuit. hæc Paulinus. Ordinatus est itaque Anemmius, quem cum constet anno sequenti interfuisse Aquileiensi Concilio, pariterque eius nomen reperiatur inter Episcopos Occidentales, ad quos Synodalis epistola è Concilio Constantinopolitano data est; plane declaratur Anemmii electionem ante sequentem annum contigisse, sed non quidem (vt putamus) ante præsentem: nam hactenus res Ambrosii tranquillissime se habuisse, quæ sunt recensita, demonstrant. Hoc vero tempore Arianos fauore Iustinæ tumultuari cœpisse liquet, atque adeo res perturbasse, vt Gratianus basilicam vnam, quam peterent ipsi Ariani sibi tradi, ab Ambrosio abstulerit, nō tamen illis dederit, sed eidem Ambrosio restituerit; vt ex iis, quæ S. Ambrosius ad eum scripsit, intelligi potest, dum ait *a*: *Neque enim aliud possumus dicere, nisi S. Spiritus hanc fuisse gratiam, quod ignorantibus omnibus subito basilicam reddidisti.* & paulo post: *Etenim basilicam sequestrasti, vt fidem probares. Implenit igitur propositum suum pietas tua, quæ sic sequestrauerat, vt probaret, sic probauit vt redderet. Nec fructum amisit, sed iudicium teneo. patuit q. omnibus in quadam facti discretione, discretam tibi nunquam fuisse sententiam: patuit, inquam, omnibus & tuum non fuisse cum sequestrares, & tuum esse cum redderes.* hæc Ambrosius.

a Amb. de Spiritu S. l. 1. c. 1.

XIX.

Cum autem Ariani instarent, & perinde atque iustam fouerent causam, quod Conciliabuli Ariminensis patrocinium suscepissent, eundem Gratianum Imperatorem hoc anno Sirmium venientem interpellant *b*, quærentes se à Catholicis vndique pelli: ob idque se generale postulare Concilium, quo in eo vniuersæ Ecclesiæ demonstrare possent, esse Catholicos, atque iniuria infamari hæresis Arianæ, instant, vrgent, obtundunt q; Principis aures, donec ab eo, q̃ petierant, extorserunt de indicendo generali Concilio. Cæterum cum hæc ab Imperatore esse decreta Ambrosius intellexisset: continuo intercessit, probrosum esse & indignissimum asserens, propter duos cauillosos hæreticos, totius Catholici Orbis Episcopos cōuocare magno Ecclesiarum detrimento, quæ pastoribus destitutæ, luporum paterent incursui. Sicq; ex sententia Ambrosii factum est, vt Imperator acquiesceret Aquileiense celebrari Concilium, in quo finitimi tantum conuenirent Episcopi, ex Africa autem & Gallia satis esse Legatos adesse. Indictio autem Synodi dilata est in annum sequentem Aquileiæ celebrandæ mense Septemb. in qua eorundem causa tractanda esset hæreticorū: nos vero de eā suo loco pluribus. Hæretici autem, qui id extorserunt à Gratiano, fuerunt Claudianus, alias Palladius & Secundianus Episc. quorū frequens est mentio in ipso Aquileiensi Concilio.

b Conc. Aquileiens. in princ. ARIANI AGVNT APVD GRATIANVM IMP. DE COGENDO CONCIL.

XX.

Nouissime autem quod ad priuatas res gestas anni huius pertinet: hoc ipso anno tertia Ianuarii (vt ex Eunapio Sardiano colligitur) Festus Proconsul in Asia cum idolorum cultui se dedisset, miserando modo diem clausit extremum. Quo v. pacto id se habuerit, Eunapius docet his verbis: *Tertius illuxerat dies à Kal. Ian. quas ita Romani nuncupant, quando omnes Festo gratulantes communum addicunt: ipse vero Eumenidum delubrum accedit, haud temere vnquam deos colere suetus: quippe qui omnes à se supplicio affectos haud potissimum ob causam de medio sustulerit. Ingressus ad eas narrat visum sibi somnium, atq; inter narrandum lacrymis vultum aspergit: id autē eius modi erat. Dicebat Maximum (philosophum nempe illum Iuliani Apostatæ magistrum, qui sub Valente accusatus magiæ male periit) numella collo iniecta, visum fuisse ipsum ad eorum pertrahere, sistendum Plutonis iudicio. Quo aderant, conterriti, vtamq; viri totam recolentes, lacrymas quisque pro se profusas siccabant, iubebantq; veniam & pacem à deabus precari. Ille dictis audiens, vota facit. Sed dum egreditur, ipse concidit humi, duobus pueris in terga delatus, vomitq; visu defectus tacuit, ac domum relatus, confestim expirauit. Ea res visa est à diuina providentia procurata.* hæc quidem Eunapius, qui & ipse deorum cultor & impius, talia effari de suis cogitur. Sed iam ad sequentis anni res gestas progrediamur.

c Eunap. vita Philosoph. in Maximo.

IESV CHRISTI
Annus 381.

DAMASI PAP. Annus 15. GRATIANI 15. VALENTIN. 6. IMPPP. THEODOSII 5.

I. * Eucharii

TRecentesimus octogesimus primus Christi annus Eucharii * & Syagrii Consulatus auspiciis aperitur, idemque numeratur decimus quintus Pontificatus Damasi, atq; ab exorto schismate Vrsicini: quo tribus iam lustris sæpe compressō, nusquam autem extincto Gratianus & Valentinianus in Occidente Imperatores nouissime aduersus eosdem schismaticos rescripserunt. Acciderat enim, vt etsi iidem schismatici sæpe damnati fuissent, atq; in diuersa loca exules amandati: iidem nihilominus, torpescentibus Iudicibus, inde recedentes, atque ad propria remeantes rursus seditiones turbasque conflarint non sine magno Catholicæ Ecclesiæ pacis detrimento. Quamobrem iidem Imperatores in primis redarguentes ignauos Iudices, quid ab eis post hæc de iisdem agendū esset, decernentes, rescriptum ad Vicarium ordinariorum iudiciorum dederunt, quod hic primo cudendum curauimus ex bibliotheca Vaticana acceptū, ex codice inquam illo, vbi descriptæ habentur complures Pontificum Romanorum epistolæ, à nobis sæpe citato: quod sane scatebat mendis, sed collatione habita cum alio exemplari, vt licuit, restituimus:

VRSICINI SCHISMA VIGENS.

II. QVID IMPERATORES IN SCHISMATICOS RESCRIPSERINT.

Gratianus & Valentin. AA. Aquilino Vicario Ordinariorum.

*Sententias Iudicum aut qua temporum lineæ, aut contumacis renunciatio, aut habitum coram patribus sanxit examen, nec à mediocri auctoritate labefactari, atque conuelli, nec à potentioribus, nec ab impudentibus pertimescunt nostra præcepta per vestram negligentiam destituta. Quæ tandem poterit ferri sententia, quā quidem dum differtis, non excitetis, vt longæ tolerantiæ in desperatos sumat effectum, & officium metus cogat agnosci? At nonne absurdum est, quod Vrsicini insit audentia, quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, vt omnes, qui impios catus profanata religione tentarent, vel ad centesimum Vrbis milliare pelleretur? vbi pertinax furor ab obsequentibus destitutus in eius tantum perniciem rueret, qui solus erraret, & vt condemnati iudicio rectæ sentientium sacerdotum, reditum postea vel ad Ecclesias, quas contaminauerant, non haberent, vel redintegrationem iudicij frustra à nobis impudenti pertinacia precarentur. Repetat laudanda & spectata tua sinceritas quales ad virum clarissimum Simplicium quondam Vicarium litteras clementia nostra transmiserit; & desinat iteratione * sperare mandati: quia pingendus mansuetudinis nostræ pudor est; instaurare præceptum.*

* expectare

III. VRSICINVS RELEGATVS IN GALLIAS INFESTAVIT.

Vrsicinum quidem Gallia coercet, & ne motus aliquos inquietos exerceat, cohibet Agrippina fœcessio: quem tamen ipsum per occursantes obtundentem sapius quam monentem, ad hoc vt sequentes abjceret, audiuimus. His acem remotus Hispaniæ angulus titulo damnationis inclusit. Non bene capiti consultum, si quid turbarum vesanus agitauerit Parmensis Episcopus, eo pernicioſior, quod inclyta Vrbis magis proximus, & imperitorum multitudinem magis exagitat, & Ecclesiam, de qua iudicio sanctorum Præsulum deiectus est, inquietat, inanem videlicet gloriam sententiæ grauioris expectans: quem si quid decessor tuus deuoti vigoris habuisset, protinus vltra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteolanus post damnationem, quam recto iudicio comitatus accepit, *mansuetudinem nostram inquietare conatus, dignum tulit in progressione responsum: post quintum decimum annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contaminare conatur, congressiones illicitas facere molitur, egentemque consilij multitudinem perditi animi persuasione depraua t, nostrorum videlicet Iudicum socordia fretus, qui priuata gratia Imperialia præcepta condenant,*

& religionem, quam nos iure veneramur (quam fortasse ipsi negligunt) inquietare patienter accipiunt.

IV. DECLAMATIO CHISMATICO.

Claudianum etiam ab hiis, qui contra diuina præcepta vitia religionis instaurant, ab his, inquam, quos expelli iusseramus, accitus, quasi parum facinoris aggressus esset sim Africa perstitisset. Romæ se dicitur intimasse, falsumq; præceptor vel expertes adhuc denio profanæ e mysterio, vel iam mutatos ex integro mititur flagitio maiore corrumpere, cum religionis sanctissimæ disciplinam non cumulet iteratio, sed euertat. Quem nos Claudianum dissimili pœna ac meruit prosequentes, repetere e tantummodo patriam hactenus, remota seueritate præcepimus: sed residere etiam nunc dicitur imperitos solicitans, & cassam omnino mercedem requirens perdit animas corporū redemptorum. Hinc illi insectatores sanctissimæ sedis, non solum Dei numine (quod satis erat) sed etiam iudiciorum examine exploratum mentis sanctissimæ virum (vt etiam divo patri Valentiniano est cōprobatum) turpissimis calumniis Episcoporum Damasum inquietare non veriti: postquam desperauerunt posse percelli, populum, pro quo ille diuinitati obsequi est, inquietant. Sed hactenus sterit ineris dissimulatio indicantium (nec est admonere necesse, quo possit sanctio contempta procedere) hactenus, inquam, sterit apparitorum supina desidia.

V. POENA IN SCHISMATICOS ITERATA.

Post hæc nisi omnes (vt nominatim iussionis nostræ summa complectitur, vel quos turbas istiusmodi molientes sanctorum Episcoporum Concilia consensu ostenderint) vltra centesimum miliarium ab vrbe depulerit, atque eorum cinis tatum simbus extorres esse præceperit, quarum plebem, vel Ecclesias, vel per se, vel per simile sui vulgus exercent: præter æstimationis iniuriam, cuius apud bonos non leuis iactura est, piaculum neglectæ sanctionis incurrit.

VI.

Volumus autem, vt quicunque iudicio Damasi, quod ille cum consilio quinque vel septem habuerit Episcoporum, vel eorum, qui Catholici sunt, iudicio vel consilio condemnatus fuerit: si iniste voluerit Ecclesiam retentare, vt qui euocatus ad sacerdotale iudicium per contumaciam non iusserit: vt ab illustribus viris Præfectis Prætorio Galliæ atque Italiæ, auctoritate adhibita, ad Episcopale iudicium remittatur, siue à Proconsulibus * vel Vicariis vt ad vrbem Romam sub prosecutione perueniat: aut si in longinquioribus partibus alicuius ferocitas talis emerserit, omnis eius causa edicto ad Metropolitæ in eadem prouincia Episcopi deducetur examen: vel si ipse Metropolitanus est, Romam necessario, vel ad eos, quos Romanus Episcopus iudices dederit sine dilatione contendat. Ita tamen, vt quicunque damnati sunt, ab eius tantum vrbis simbus segregentur, in quibus fuerint sacerdotes. Minus enim grauiter meritos coercemus, & sacrilegam pertinaciam lenius, quam meretur, vlciscimur.

* Consulibus

IVRISDICTIO EPISCOPORVM DIVERSA.

VII. ROMANÆ ECCLESIÆ SUPREMVM TRIBVNAL.

Quod si vel Metropolitani Episcopi, vel cuiuscunque sacerdotis iniquitas esse suspecta, aut gratia: ad Romanum Episcopum, vel ad Concilium quindecim finitimorum Episcoporum accersitum liceat prouocare, modo ne post examen habitum, quod definitum fuerit integretur. Iam vero illud, quod in negotiis quoque rerum minorum, & in leuibus causæ dictionibus animis nostris iustitia naturalis inserit, multo diligentius in causis iustissimis volumus consulescere, ne facile sit cuiquam predito notabili prauitate morum, aut infami calumnia notato personam criminatoris assumere aut testimonij dictionem in accusationem Episcopi profiteri. Hactenus Imperatorum rescriptum: ex quo cum Damasus calumnijs schismaticorum impetitus cognoscitur; tum Vrsicinus exilio longinquo mulctatus, eodemque in præsens continuato, percipitur. Ex his omnibus suspectum redditur falsitatis, quod habetur in libro de Romanis Pontificibus; ipsum Neapolis in Campania fuisse post schisma creatum Episcopum: cuius quidem Episcopatus nec Marcellinus eius fautor in libello dato Theodosio, quo eius causam prosecutus est, meminit: quod (vt puto) non tacuisset, si id vere accidisset. Hic quidem positum volumus Imperatorum à nobis recitatum rescriptum, cuius testificatione hoc anno decimoquinto Damasi datum constat: sed iam ad res à Theodosio Imperatore in Oriente pie gestas orationem conuertamus.

VIII.

Hoc ipso anno, iisdemq; Consulibus quarto Idus Ian. Theodosius Imperator cum aliis Imperatoribus aduersus hæreticos huiusmodi edidit sanctionem a:

a l. 6. de hær. C. Theod. THEODOSII LEX CONTRARIANOS.

Nullum hæreticis mysteriorum locum, nulla ad exercendi animi obstinationis dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum est, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illis vtis congregationibus turbæ. Vnius & summi Dei nomen vbique celebretur. Nicæna fidei dudum à maioribus traditæ & diuinæ religionis testimonio atque assertione firmatæ obseruantia semper mensura teneatur. Photinianæ labis contaminatio, Ariani sacrilegij venenum, Eunomianæ perfidiæ crimen, & nefanda monstruosis nominibus auctorum prodigia sectarum ab ipso etiam abolentur auctu. Is autem Nicænæ assertor fidei, Catholicæ religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & Christum filium Dei vnius nomine * confitetur, Deum de Deo, lumen de lumine, qui Spiritum S. quid, quod ex summo rerum parente speramus, accipimus, negando non violat: apud quem integerat fidei sensu viget incorrupta Trinitatis indiuisa substantia, quæ Græci asfertione verbi οὐσία, recte credentibus dicitur. Hæc profecto nobis magis probata, hæc veneranda sunt. Qui vero isdem non inseruiunt; desinant affectatis dolis alienum vera religionis nomen assumere, & suis apertis criminibus denotentur, ab omnium summoti Ecclesiarū limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. At si quid ex illo factio sa tentauerit, ab ipsis etiam vrbium mœnibus exterminato furore propelli iubemus, vt cunctis Orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ toto Orbe reddantur. Dat. 4. Id. Ian. C. P. Eucherio & Syagrio Coss.

* substantia

IX.

Huius quidem edendæ sanctionis causa efficax illa præcessit; quod cum ab ipso Theodosio (vt vidimus) in fine anni superioris tradenda esset Ecclesia primaria Gregorio Nazianzeno, Ariani adeo perstrepere, atque ciere tumultus, vt opus fuerit armato exercitu adire templum, illuc Gregorium introducere: quos omnes vna cum aliis hæreticis eiusmodi promulgato edicto Theodosius coercendos esse iure decreuit. Mentio huius legis, qua Photiniani interdicti sunt conuentus, est in Epistola Synodali Concilii Aquileiensis, de quo inferius. Post hanc autem sanctionem contigisse videtur, quod ex Sozomeno dictum est, Arianos exutos ecclesiis conuentus extra mœnia collegisse.

X. OBITVS ATHANARICI REGIS GOTHORVM

Hoc quoque Ian. mense (inquit Marcellinus b) Athanaricus Rex Gothorum, cum quo Theodos. Imperator fœdus pepigerat, Constantinopolim venit, eodemque mense morbo periit. de quo Ammianus c hæc ait: Athanaricus proximorum factione gentalibus terris expulsus, Constantinopoli fatali sorte decessit, & ambitiosis exequiis ritu sepultus est nostro. nempe Gentilitio: non enim Christianus, sed Christianorū persecutor exstiterat. Tanta clementia inerat Christiano Principi Theodosio, vt ea etiam voluerit hosti Christianæ religionis impertiri. Zosimus & ipse Echinicus hæc vehementer admiratus, ita rem gestam scribit d: Athanaricus à suis expulsus, se celeriter ad Theodos. contulit non ita pridem morbo liberatum, qui spem de vita dubiam fecerat. Theodosius vero hominem cum barbaris comitibus amanter excipit, spatium non exiguum extra Constantinopolim obtiam ei progressus. Cumq; consertum extinctus fuisset, regia sepultura mortuum terra mandauit: & tantam sepulturæ magnificentiam adhibebat, vt tam superbo fuisse barbaris omnibus obstupefactis, Scytha quidem domum redirent, nec Romanos amplius infestaret bonitatem Principis admirati: quotquot autem cum Rege vita defuncto venerant, custodiendæ ripæ flumnis Istri intenti, dū quo minus Romani vexarentur incursionibus, impedirent. hæc Zosimus.

b Marcell. in Chron.
c Ammian. l. 27.
d Zos. l. 4.

XI.

Sed & Themistius philosophus & ipse Gentilis, quanta bona Theodosii clementiam fuerint consecuta, admiratus hæc ait e: Quibus munitus, præsidiis, ô Rex, non sagittarijs, non armatis militibus, non Armenijs, aut Hispanis, non equorum armatorum agmine ad extinguendam Scytharum flammam equisti, sed quo vsus consilio & prudentia flamma illa per se extincta est. Verum & Orosius ex nostris: Vniuersa, inquit, Gothorum gentes, Rege defuncto, aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij, Romano sese Imperio dediderunt. In isdem etiam diebus Persa, qui Iulia interfecto, alioque Imperatoribus sæpe victis, nunc etiam Valente in fugam acto recentissime victoriæ fastidium crudæ insultatione vrgebant: victo Constantinopolim ad Theodosium misere Legatos, pacemq; supplices poposcerunt. Illumq, tunc fœdus est, quo vniuersus Oriens vsque ad nunc tranquillissime fruitur. hæc Orosius. At Pacatus g Persas munera detulisse ad Theodosium Imperat. affirmat.

e Themist. orat. 8.

XII.

Quis hæc tot tantaq; considerans, nō admiretur, quot mala hæreses innexerint in Oriē ē, & quot bona restituta

f Oros. l. 7. c. 34. QVID HÆRESIS, QVID VERA RELIGIO APPELLATI.

g Pacat. panegyr. Theodosio.

XIII.

QVOT QVANTAQVE BONA SECVM VEHAT FIDES CATHOLICA. a *Amb. in proleg. l. 1. de Spiritu S.*

posteliminio Catholica fides secũ attuleret: vt eodem ferme tempore, quo scriberet Theodosius leges pro Orthodoxa fide aduersus hæreticos, eodem è Gothis & Persis victoribus hostibus de incũda pace Legatos idẽ exceperit? Hæc tam perspicua considerans pariter S. Ambr. scribens ad Gratianum commentarios de Spiritu S. ista præfatur a: *Etiam Constantinopoli iam verbum Dei receptt, & eudentia meruit tui documẽta iudicij. Etenim quamdiu venena Arianorum suis fouebat inclusa visceribus, bellis finitimis inquieta, murus armis circumsonabat hostilib. Postea vero quam fidei exules abdicauit, hostem ipsum iudice Regum, quem semper timere consueuerat, dedítum vidit, supplicem recepit, morientem obruit * sepultum possidet. Quantos ergo & Constantinopoli, quantos postremo toto die in Orbe mundaster? Non mundauit Damasus* (Deumalloquitur) *non mundauit Petrus*, nempe Alexandrinus, *non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius nostra ministeria, sed tua sunt sacramenta.* hæc Ambrosius: quibus plane & illud innotescit, haud ante præsentem annum ipsum ad Gratianum Imperatorem scripsisse duos libros illos de Spiritu sancto.

* obtinuit

XIII. AMBROSII LIBRI DE SPIRITV S.

Porro hoc ipso anno hæc scripta esse ab Ambr. certum argumentum est, quod meminit Petri, de cuius obitu ipse nondum certior redditus esset: nam Timotheũ nominasset, si scisset ipsum in locũ Petri subrogatum fuisse. Quod vero spectat ad ipsum cõmentarium de Spiritu sancto ab Ambrosio ad gratianum elaboratum: nescio, quid sibi velit Ruffinus in his verbis b: *Ambrosius sanctus de Spiritu S. non solum verbis, sed & sanguine suo scripsit: obtulit enim persecutoribus sanguinem suum, quem in se fudit: sed à Deo ad alios adhuc referenda tur labores.* Hæc ipse; quem miror ignorasse libros illos, exposcente Gratiano Catholico Principe, scriptos, ab eo primum expeditos, atideq; susceptos, qui eundem Ambrosium, vt parentem coluit, & aduersus Arianos, vt ipse testatur, susceipit patrocinium.

b *Ruffin. in vrbll. in Hieron.*

XIV. CONFVTATVR RVFFINI CALVMNIA IN HIERON. c *Hier. ep. 125.*

Sed & calumnia Ruffini, ibidem in Hieronymum illa est, dum subdit ea de causa ipsum interpretatum esse Didymum de Spiritu S. vt Ambrosii furta detegeret: siquidem longe ante quam Ambrosius in opus incumberet, illud aggressus fuerat S. Hieron. vt testatur litteris ad Damasum scriptis ex Oriente, antequam Romam rediisset: nam in Orientem postea nõnisi post mortem Damasi reuersus est, quod suo loco dicem°: vt plane appareat aliud fuisse consilium Hieronymi in opere aggrediendo, quam quod Ruffinus calumniose fugillat.

XV. d *Pacat. in Panegyr. Theodos.*

Quod rursus spectat ad felicitatem Theodosii ex pietate comparatam: præstat audire Pacatum d, quã feliciter sub pio Principe barbari orbis Orientalis coluerint, obedierint, vel saltem timuerint Theodosium imperantem: *Si qui*, inquit, *forte sunt barbarorum, qui nondum virtutis tuæ fulmen exceperint: nominis terrore perculsi, & velut afflati quiescant. Tua enim, Imperator, auspicia non ha tantum gentes tremunt, quas ab Orbe nostro siluestrium internalla vel flumina, montesue distinguũt, sed quas æternis ardoribus inaccessas, aut continua hyeme separatas, aut interfusis æquoribus abiunctas natura disterminat. Non Oceano Indus, non frigore Bosphoranus, non Arabs medio Sole secretus est: & quo vix peruenerat nomen, ante Romanum accedit Imperium. Dicam ne ego receptos ad seruitium Gothos castris tuis militem, terris sufficere cultorem? Dicam à rebellibus Sarmatarum pannas polluti fœderis expetitas? Dicam interdictum Scythis Tanaim? & imbelles arcus esse fugientis Albani? Quæcunq; natio barbarorum robore ferocia, numero grauis nobis vnquam fuit; aut boni consulit, vt quiescat; aut latatur quasi amica. si seruiat. Perfis ipsa Reipublica nostræ retro æmula & multis Romanorum ducum famosa simeribus, quicquid vnquam in Principes nostros inclementius fecit, excusat obsequio. Denig, ipse ille Rex eius dedignatus antea se fateri hominem, tam fatetur timorem, & in his te colit templis, in quibus colitur, tũ legatione mittenda, tum gemmis, sericoq; prabendo: ad hoc triumphalibus bellis in tua essed à suggerendis, etsi adhuc non est fœderatus, iam tamen tuis cultibus tributarius est.* hucusque Pacatus.

XVI. e *l. 26. de Epise. & Cler. Cod. Theod.*

Quibigitur fauendo pietati, quam amplissimos inde prouentus se præcoci messe collegisse cognouit Theodosius Imperator, eandem magis magisq; excolere perseuerans paulo post sub iisdem Consulibus vltima die Martii clericis eiusmodi indulsit priuilegium e.

Vniuersos, quos constiterit custodes Ecclesiarum esse, vel sanctorum locorum ac religiosis obsequiis deseruire, nullius attentionis molestias sustinere decernimus. Quis enim eos capite censos patiatur esse decunctos, quos necessario intelligit supra memorato officio mancipato? Dat. Prid. Kal. April. Constantinopoli, Eucherio, & Syagrio Coss.

XVII. CONCIL. CONSTANTINOPOLITANVM. f *Socr. l. 5. c. 8.*

Hoc eodem anno mense Maii celebrata est Constantinopoli Synodus centum quinquaginta Episcoporum: ita sane Socrates, qui & causam huius indicendæ Synodi recensens hæc ait f: *Imperator nulla mora interposita, Concilium Episcoporum ipsius fidem amplectentium conuocat, quo tum fides Concilij Nicani corroboraretur, tum Constantinopoli designaretur Episcopus. Ac quoniam in spem venerat, se posse Macedonianos ad concordiam cum illis Episcopis, qui erant eiusdem cum illo fidei, reducere: Episcopos sectæ Macedonianæ accersiit. Itaque in vnum conueniunt qui fidem tenebant Consubstantialis, Timotheus Alexandriæ Episcopus, Hierosolymorum Cyrillus, qui id temporis pœnitentia adductus fidei Consubstantialis se totum addixerat: Meletius autem iampridem aderat, eo scilicet tempore, quo erat propter designationem Gregorij illo accersitus. Ascholius * etiam Thessalonicæ Episcopus, & alij complures: erant omnes numero centum quinquaginta. Partis Macedonianæ primas obtinuerunt Eleusius Episcopus Cyzici, & Martianus Lampsaci. Omnes illius sectæ erant ad numerum triginta sex, quorum maior pars è ciuitatibus Helle-sponti fuit. Ad Concilium igitur conueniunt Euchario * & Eusagrio * Coss. mense Maio.* hæc Socrates. Porro Concilium hoc nominatum esse Generale, ex epistola Synodali ad Damasum & alios Episcopos Romæ ad Synodum congregatos certum est.

* Acholius

* Eucherio & Syagrio

XVIII. QVI CONVENERINT AD SYNODVM ATQVE EA. g *Greg. Naz. in car. de vita sua.*

Quod vero Socrates ait, diu ante accersitũ fuisse Meletium Antiochia Constantinopolim, vt in throno Gregorium collocaret: haud dubium ante mensem Maii id factum apparet, sed non ab vno Meletio, verum ab ipsa Synodo Episcoporum, quam & ad hoc fuisse collectam, idem Gregorius docet his iambicis g versibus:

Mala auspicatur hic mihi celso à throno:
Nam quicquid Ortus Præsulum (Aegyptum citra)
Habebat vsque ad inclytam Romam nouam
Terra marisq, ex intimis recessibus
(Quo concitatum cœlitus pacto, haud scio)
Coit repente, firmet vt thronum mihi.
Quos inter vnus vir erat pius admodum,
Simplex apertis moribus, plenus Deo, &c. describit enim Meletium illis versibus, quos superius recitauim°. Ex his quidem duo cõsideranda sunt: asserere in primis Gregorium, hos Episcopos ad confirmationem electionis ipsius conuenisse, vt scilicet populus postularat & Princeps, iidem Ecclesiastico ritu perficerent: deinde aperte affirmare, eo tempore, quo isti conuenere, abfuisse Timotheũ Episcopum Alexandrinum, accessisse vero postea, vt dicemus: atque adeo conuentum hunc diuersum fuisse ab illo, quem mense Maii Socrates, & alii collectum fuisse tradunt, damnatumq; in eo Macedonium hæresiarcham & alios; hunc q; licet hoc anno, ante tamen illud tempus celebratum fuisse liquet, in eoque nihil præterea actum esse, quam de confirmatione electionis Gregorii, deque eiusdem cathedræ possessione adipiscenda.

XIX. VOCATIO SECRETA.

Sed quod Gregor. ait, se ignorasse, quonam modo totius Orientis Episcopi, vt confirmarent collatã sibi antea sedem, Constantinopolim vna conuenerint: putamus id ipsum latere voluisse auctores Synodi, q timuerint, ne si scisset, euestigio solum verteret. Cæterum quod Ægypti Episcopi minime vocati tunc fuerint: id quidem iure sibi visi sunt Antistites vendicasse, quod illi nefarium hominem Maximum sceleratæ admodum in Ecclesiam creatũ Episcopum intrusissent. Accidit vero, vt cum tot tantique in vnum conuenissent Episcopi, de Macedonii hæresiarchæ damnatione in Synodo ageretur, placuisse in primis id Damaso Romano Pontifici, ipsumque de his egisse apud Theodosium Imperatorem, iure opinari licet, quod sextæ Synodi Acta ope Damasi atq; fauore Theodosii id factum testentur his verbis: *Macedonius Spiritus negabat Deitatem & Dominum, eumque conseruum prædicabat: sed maximus Theodosius Imperator, & Damasus fidei adamas obstiterunt; quorum soledam mentem aggressiones atque conflictus*

DAMASVS ET THEODOSIVS IMVL. ADVNT PRO FIDEI TATE. h *Sext. Syn. Act. 18.*

nullate-

nullatenus sanciarunt. &c. hæc ibi. Sed huius quoque veritatis vetera reperiuntur Romanæ Ecclesiæ monumenta, quibus res gestæ Damasi describuntur, quæ in eadem Ecclesia Romana publice recitari solebant, extant ipsa in nostra bibliotheca: sed ne domesticos testes citare videamur; habentur eadem in scripto codice peruetusto Vaticanæ bibliothecæ, nec nō in alio S. Mariæ Maioris, in quibus hæc scripta leguntur: *Sententiam de damnatione Macedonij & Eunomij Damasus confirmari præcepit etiam in sancta secunda Synodo, quæ præcepto & auctoritate eius apud Constantinopolim celebrata est.*

XX. NON POTVIT SYNODVS AGI ABSQVE ROM. PONT. a Concil. Chal. Act. 1.

At quisnam de his potuerit dubitare, cum constet absque auctoritate Romani Pontificis eiusmodi Synodos congregare minime licuisse? cuius quidem veteris obseruantiæ probatum antiquitus vsum Lucentius Apostolicæ sedis Vicarius in Concilio Chalcedonensi libera voce his verbis testatus est *a*: *Indecij sui ipsum*, nempe Dioscorum *necesse est reddere rationem: quia cum nec personam iudicandi haberet, subrepsit, & Synodum ausus est facere sine auctoritate sedis Apostolicæ: quod rite nunquam factum est, nec fieri licuit*, ita ipse: sed de his esse regulas Ecclesiasticas & Patrum instituta, Paschasinus Legatus addit. Testatur & ipse Damasus *b*, nullius esse momenti decreta Synodi, cui ipse per se vel per Legatos assensum non præbuisset. Confirmat id Socrates *c*, prohibereq; ait Ecclesiasticum canonem, ne decreta abiq; sententia Romani Pontificis in Ecclesiis sanciantur: quod & Sozomenus pariter *d*, atte stat ur. Sed ad Gregorium redeamus. Ipse quidem sic dicit, se nescire, quo vocante conuenerint Orientales Episcopi Constantinopolim ad sui in eam sedem promotionem, quod res (vt dictum est) secretior ageretur: constat tamen eosdem litteris Imperatoris conuocatos: testantur enim id iidem ipsi, qui conuenerunt, Episcopi in sua ipsorum epistola Synodali *e* ad Episcopos Occidentales, affirmatque id ipsum Ioannes Chrysostomus in oratione dicta in laudem Meletii.

a Damas. epist. ad epi. Illyric. apud Theo. l. 2. c. 22.
b Soz. l. 3. c. 9.
c Socr. l. 2. c. 13.
d Soz. l. 3. c. 9.
LITTERIS IMP. VOCATI EPISCOPI.
e Apud Theod. l. 5. c. 9.

Inter alios autem insignes Episcopos Orientis, qui Constantinopolim venerant, fuit Gregorius Nyssenus frater S. Basilii, qui & secum attulit libros à se scriptos aduersus Eunomium, quos legit Gregorio Nazianzeno, nostroque Hieronymo, qui tunc (vt diximus) agebat *f* Constantinopoli; auditor Gregorii perseuerans. hos enim secum vexit ipse Nyssenus commentarios, quod persensisset conuocatos Episcopos post promotionem Gregorii Nazianzeni in Episcopatum Constantinopolitanum, aduersus hæresim Macedonii & Eunomii conuentus agitaturos; licet & ipse testetur primam causam huius cogendæ Synodi fuisse, vt Ecclesia suo traderetur Episcopo: id enim insinuat in oratione tunc habita in funere Meletii *g* cum ait eius aduentus Cōstantinopolim illam fuisse causam, vt sponsam sponso traderet.

XXI. GREGOR. NYS. VENIT AD SYNODVM f Hiero. de scrip. Eccl. in Greg. Nyss.

g Extat apud Sur. tom. 1. die 12. Febr.

Interfuerunt huic Synodo post Gregorium alii complures ex confessoribus, qui tempore persecutionis Valentis Imp. exilium passi fuerant, vt ipse Meletius inter primos adnumerandus, & alii, quos complexa est Theodosii constitutio, quam suo loco inferius recitabimus. Verum & præsto fuerunt plures ex illis, qui antea, Valentis tempore, pulsis Orthodoxis, Arianorum fauore, vacantes sedes acceperant: hi enim tempori inseruientes, sub Catholico Imperatore æque Catholicæ fidei defensores se præbuere, cum antea vel gratia ducum exercitus, vel fauore aliorum magistratuum in Episcopatum omnino licet indigni, nihilominus irrepsissent, de quibus omnibus fusius ipse Gregorius Nazianzenus inferius.

XXII. EPISCOPI INSIGNIORES HVIVS CONCILII.

Quod autem pertinet ad rerum in Synodo gestarum ordinem: errore quidem lapsi mihi videntur Socrates *h* atq; Sozomenus *i*, qui post creationem Nectarii tradunt transactas fuisse in Synodo controuersias, actumque de perperam facta electione Maximi & aliis, quæ in hac Synodo statuta esse reperiuntur. Nam quo modo id potuit accidisse, si testificatione Gregorii Nazianzeni (vt suo loco dicemus) satis aperte constat, post abdicationem ipsius Gregorii ante electionem Nectarii, qui prudentiores erant in Synodo Episcopi ob indignum facinus protinus

XXIII. h Socr. l. 5. c. 8. i Sozom. l. 7. c. 8.

secessisse? Rursum vero quo modo non prioris Synodi tempore de his actum esse dixerimus, si Meletius, qui ante abdicationem Gregorii mortuus est, ipsi Synodo reperitur esse subscriptus? Nos ergo concinnum magis ordinē rerum gestarum in Synodo prosequemur fimiori ratione subnixum. Qui igitur omnes conuocati Constantinopolim fuerunt, vt Gregorio sedem Constantinopolitanæ Ecclesiæ stabilirent: antequam id ageretur, aggressi sunt Maximi causam pertractare, qui aduersus Gregorii sedem erexerat, ordinatus ab Ægyptiis Episcopis eius sedis Antistes, & Episcopales ibidem functiones administrarat, vtpote qui aliquot ordinasset, & in clerum eius Ecclesiæ adscitus esset.

Percognita itaque fuit in primis, examinataque causa Maximi: iudicialis enim Ecclesiasticus ordo id exigebat, vt antequam in sede legitimus collocaretur Antistes, eius qui primo fuerat perperam ordinatus, causa Maximi tractaretur. Quamobrem præpostero plane ordine cum Theodoretus *k*, tum Sozomenus *l* post Nectarii etiam creationem, qui successit Gregorio, abdicationem à Synodo factam Maximi collocant. Cæterum de eodem Maximo constat S. Synodum in eam sententiam abiisse, vt communi consensu declararet, eum nec fuisse, neque esse Episcopum, clericos item ab eodem ordinatos omnis Ecclesiasticæ functionis & muneris expertes vacuos abire debere. hæc Sozomenus. Addit Theodoretus, eundem Maximum hæresis Apollinaris sectatorem quoque fuisse conuictum, ob idque etiam Ecclesiastica communione priuatum: sed alias id postea. Synodi vero canone quarto de damnatione Maximi ita decernitur:

XXIV. PRIMVM DE MAXIMI ORDINATIONE ACTVM. k Theod. l. 7. c. 8. l Sozom. l. 7. c. 9.

Quod ad Maximum Cynicum attinet, & ea, qua illius tempore inhoneste, indecenter, ac flagitiose Constantinopoli acciderunt, decreuimus, ac censuimus Maximum neq; Episcopum fuisse aut esse, neq; eos, qui ab eo in quocunque gradu Ecclesia ordinati sunt, clericos vel fuisse, vt esse debere: omnib. hu, quæ circa ipsum, vel ab ipso acta sunt, improbatis ac rescissis.

QVID DECRETVM IN MAXIMVM.

Eiecto igitur ab Ecclesia Maximo ante perperam intruso, cœtuq; Fidelium interdicto, communi Patrum calculo probata confirmataq; est electio Gregorii Nazianzeni, cui enim debebatur messis, nisi qui seminarat: cuive domus, nisi qui cum eam dirutam inuenisset, ædificarat. Id vero per gratum Deo, id hominibus veræ religionis cultoribus iucundum, id deniq; acceptum scientes Imperatori, omnes Episcopi mox læta citaq; nulla cunctatione præpedita de sede Gregorii tulere suffragia; solus ipse mœrens tunc erat & lugens, vt declarat illis versibus *m*:

XXV. GREGORIVS CONFIRMATVR EPISCOPVS CONSTAN.

m Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

——— *Sacris me collocant his sedibus*
Flentem, gementem, &c.

Addit enim, se vna illa causa permotum acquieuisse, vt dissidentes in Ecclesia Episcopos simul pace conciliaret. quod & perficere curauit: nam in dicendis sententiis in Synodo nonnisi paci consuluit; de pace enim tunc egregiam habuit concionem; adiecit & alia, de quibus suo loco dictum sumus.

XXVI.

Dato iam, obsirmatoque in Ecclesia Constantinopolitana Gregorio Episcopo, sublato in hunc modum schismate ad concordiam vnitatemq; omnib. vna redactis; ibi de his, quæ spectarent ad fidem Catholicam, actum est inter Patres. Hoc namque ordine Synodum progressam esse, declarant eiusdem Concilii litteræ ad Theodosium datæ inferius describendæ. De fide igitur tractaturis Patribus, exhibitum fuisse volumen Occidentalium, eiusdem Synodi canon quintus significat. At quodnam scriptum per illud volumen Occidentalium intelligendum sit, explorandum est. Ad quod assequendum, illud considerandum: cum in dicto canone comprobari dicatur cum eo volumine etiam fidem Antiochenorum vnam substantiam in personarum Trinitate consitentium: in eam sententiam adducimur, vt nihil aliud per volumen Occidentalium Patres intellexerint, quam professionem illam fidei à Damaso ex Concilio Romano *n* scriptam ad Paulinum Episcopum Antiochenum, quæ continet anathematismos aduersus omnes hæreses tunc temporis Orientalem Ecclesiam potissimum infestantes. recitat eam

EDITVM IN SYNODO CONSTANTINOP. NOMEN OCCIDENTALIVM.

n Extat item. 1. Concil. in Damaso.

Theodoretus *a*, sed perperam mutato titulo, cum loco Paulini Episcopi Antiocheni apposuerit ipse Paulinum Episcopum Thessalonicensem: quod cum de eadem scriptione egimus, superius dictum est. Rursum vero ipsum errasse diximus, cum eam suo loco minime ponit, post Concilium Constantinopolitanum collocans, quâ constat scriptam esse ex Romana Synodo superius recensita: nam quo modo potuit ea Damasus scripsisse ad Paulinū Episcopum Antiochenum, quem (vt demonstrabimus suo loco) liquet tunc vna cum Damaso præsentem fuisse Romano Concilio? Ex volumine igitur illo Occidentalium, nempe Damasi, elicitam esse plenissimam de Spiritus sancti diuinitate assertionem in Symbolo in hac Synodo instituto, collocatam, omnes, qui eam legent, intelligent: vt non mirum sit, si de his, quæ ad fidem spectant, Damasius Oecumenicam hanc voluerit Synodum nominari, in qua quid Occidens, quid Orions, quid vniuersa demum Catholica Ecclesia, ipseque præsertim Romanus Pontifex quid de Spiritu sancto sentiendum esset, patribus votis, vnaque sententia ediderint.

a Theod. l. 5. c. 11.

XXVII.

Quod vero Patres, qui eidem Constantinopolitano Concilio præsentes fuerunt, optime scirent Antiochenos communicationis Paulini recepisse à Damaso fidei professionem: haud potuerūt eosdem communicantes cum Damaso Romano Pontifice non recipere. Quamobrem ad euellendam omnem schismatis suspicionem; se eos recipere, publica attestatione decernunt, cum eiusmodi in eadem Synodo canonem statuerint:

Quod ad volumen attinet Occidentalium: etiam eos, qui sunt Antiochiæ, approbamus, vnam confitentes Patris & Filij & Spiritus sancti diuinitatem. hæc canon in libello Synodicatum constitutionum *b*, nec non apud Theodorum *c*, sed paulo diuerse. Sic igitur ex his plane intelligis, ita diuisos fuisse inter se Christianos Catholicos Antiochenos, vt tamen id fieri absq; schismatis labe contigerit: qua etiam conditione ea diuisio perseuerauit in posterum.

b Conc. Constan. 1 c. 5. c Theod. in Nomoc. Photij.

XXVIII.

DE DIVINITATE SPIRITVS SANCTI PATRES DECERNVNT.

Præter autem Damasi volumen fidei, cognitum patriter fuit in hoc eodem Concilio atq; ab omnibus absque cunctatione receptum Nicænum fidei Symbolum: Sed cum in eo parcius de diuinitate Spiritus sancti actum fuisset, eo quod nulla tunc hæresis ei aduersaria emersisset, placuit S. Synodo de Spiritus sancti diuinitate addere aliqua (vt olim de Filio in Nicæno Concilio factum fuerat) quibus aduersus omnes hæreticos eiusdem Spiritus sancti vna eademq; cum Patre & Filio diuina substantia prædicaretur, idemq; Dominus diceretur, quem seruum esse impij blasphemabant hæretici: scriptum namq; fuisse in hac Synodo à Patribus libellum fidei, iidem ipsi testari sunt in epistola sequenti anno data ad Damasum & alios Episcopos, qui Romæ conuenerant, his verbis *d*: *De his plenioremi cognitionem animis poteritis percipere, si libellum Concilio Antiochiæ conuocato de fidei decisione editurum, & eum etiam, qui superiori anno à Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram vberius exposuimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scripto prolatum denunciauimus.* hæc ibi. Porro ipsum libellum fidei, siue dixerimus Symbolum summa deliberatione sanctorum Patrum examinatum, atq; decretū, tradunt esc ipsum fuisse à S. Gregorio Nysseno Episcopo: quod sic se habet recitatum in Concilio Chalcedonensi his præmissis:

d Apud Theod. l. 5. c. 9.

e Niceph. l. 12. c. 13. & alij. Conc. Chal. Act. 2.

XXIX.

SYMBOLVM CONCILII CONSTANTINOP.

Sancta fides, quam exposuerunt sancti centum quinquaginta Patres, consona est sanctæ & magnæ Nicænæ Synodo.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non factum: homoüsion Patri (hoc est, eiusdem cum Patre substantiæ) Per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & nostram salutem descendit: Et incarnatus est de Spiritu sancto & Maria virgine humanatus est: Et crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus: Et tertia die resurrexit: Et ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & conglorificandum: qui locutus est per Prophetas. In vnam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum: Et expectamus resurrectionem mortuorum: Et vitam venturi sæculi. Amen. subditur ibi: *Omnes reuerendissimæ Episcopi clamauerunt: Hæc omnium fides: hæc Orthodoxorum fides: omnes sic credimus.* idem reperitur apud Latinos, diuersa tamen translatione, & cum illo additamento, FILIOQ. quod quando, quaue occasione appositum fuerit, suo loco dicturi sumus. Vt autem in Occidente infra sacrorum solemnia caneretur, recentior vsus fuit, non autem (vt aliqui putant) ex Damasi Papæ decreto: nam auctoritate Russini, g qui his temporibus scribebat, liquet nullum aliud Romanam Ecclesiam nouisse in sacris ritibus, quam Symbolum Apostolicum. Tantum namq; abest, vt id Damaso tribui possit, vt quod caeteri hac consuetudine Occidentalis Ecclesia, Toletanum *h* tertium Concilium eum se profiteantur ab Ecclesia Orientali accipere velle laudabilem vsum.

f Conc. Chal. Act. 2.

g Russin. in expos. Symbol. in prin.

h Concil. Tol. 3. c. 2.

XXX.

Post scriptum libellum fidei, consecutam esse in Synodo communi omnium Patrum sententia damnationem hæresum, decreto edito, eorum epistola ad Damasum scripta testatur i. Illum vero ipsum tunc ea de re ab iisdem Patribus sancitum canonem hic subiicimus, qui sic se habet *k*:

Nec reijcitur, reprobatorum fides trecentorum decem & octo Patrum, qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt: sed manet ea firma ac rata. Et extrema execratione ac detestatione damnator omnis hæresis perniciosæ & impia opinio, præcipue Eunomianorum siue Anomœorum, item Arianorum, siue Eudoxianorum, item Semiarianorum siue Pneumachomachorum, Sabellianorum, Marcellianorum, Photinianorum & Apollinarianorum. hæc canon. At non tantum hæreses, sed eorum auctores nominatim in hac Synodo fuisse damnatos, omnes æque consentiunt.

i Apud Theod. l. 5. c. 9.

k Ex libello Synod. Const. 1. 2. Conc.

PROBATVR FIDES NICÆNA, DAMNATVR HÆRESIS.

XXXI.

Quod autem hoc eodem canone damnati scribantur hæretici Eudoxiani, ita dicti ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano, de quo superius: cum iidem desierint Eudoxiani nominari, redactique essent, vnde exierant, in classem Arianorum: accidit, vt posteris obscurum redditum fuerit Eudoxii quoque nomen. Indeque est, quod sanctus Gregorius *l* ita scribit ad Eulogium Episcopum Alexandrinum: *Præterea idem frater noster*, nempe Cyriacus Episcopus Constantinopolitanus, *omnia in suis Synodis Catholice, Deo auctore, locutus est. quendam vero Eudoxium damnauit quem neque in Synodis damnatum inuenimus, neque à decessoribus eius in suis Synodis reprobatū. Et canones quidē Constantinopolitani Cœlij Eudoxianos damnant: sed quis fuerit eorū auctor Eudoxius, minime dicunt. Romana autem Ecclesia eosdem canones vel gesta Synodi illius hactenus non habet, nec accipit: in hoc autem eandem Synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum. Reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis iam Patribus damnatas reprobat. De Eudoxianis vero nihil hactenus agnouit. In historia autem Sozomeni de quodam Eudoxio, qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur: sed ipsam quoque historiam sedes Apostolica recipere recusat, quoniā multa mentitur.* hæc Gregorius. At præter Sozomenum, à pluribus antiquioribus Patribus Eudoxium nefandæ hæresis infamarum atq; conuictum fuisse, quæ dicta sunt superius, manifeste declarant. Sed ex Gregorii verbis facturam passa esse Romana archiua significantur, in quib. de rebus impie ab Eudoxio gestis & eius damnatione nihil præterea reperiri daretur, quam quæ à Sozomeno scripta essent. Cur autem factum sit, vt canones Constantinopolitani Concilii apud Occidentales in suspicionem adducti sint, vt eos nec vellet habere, nec recipere: dicemus postea id accidisse impostura Græcorum quorundum veteris falsa miscentium.

l Greg. l. 6. epist. 115.

XXXII.

m Socrat. l. 5. c. 8.

RECVSIT HÆRETICE OBSTINATIO.

Quod ad Semiarianos, de quibus sæpe superius damnatos hoc eodem Concilio pertinet: adhuc superstitem fuisse eorum antesignanum Eleusium Episcopum, & ad Synodum conuocatum, tradit Socrates *m*, cum ait: *Ab imperatore itaq; & Episcopis, qui eandē cum eo fidem amplexabantur, modis omnibus laboratum fuit, vt Eleusium cum suis ad concordiam fidei adducerent: eumque non solum legationis, quam Eustathius*

& aliquem illo eorum nomine ad Liberium iamdudum Romanum Episcopum obierant, in memoriam redegerunt: verum etiam quod cum multo ante, nullo habito discrimine, sua sponte cum illis, qui fidem Consubstantialis tuebantur, communicauerant: eosq; nequaquam pie & religiose facturos, si cum antea consentientem cum illis de fide opinionem agnouissent, iam rursus ea, quæ præclare decreuerant, penitus euertere molirentur. Verum apud illos nec admonitionis, nec reprehensionis locus relictus fuit: Nam se malle opinionem Arianam asseuerare, quam fidei Consubstantiali assentiri, dixerunt. Quæ cum respondissent, Constantinopoli abscesserunt; per q; litteras populo cuiusque ciuitatis significarunt, vt fidei Concilij Nicæni minime consentirent. hactenus Socrates. De consuetudine vero Eleusii cum Catholicis olim tempore Constantii, dictum est supra ex Hilario.

XXXIII. His autem in sacrosancto Patrum Concilio pro fide Catholica aduersus hæreticos eam labefactantes stabilitis: ad pacem inter Catholicos initam conseruandam aliud decrerum recentis mali occasione à sancta Synodo excogitatum est. Quod enim Ægyptii Antistites, Petro Alexandrino Episcopo (vt vidimus) annuente præsumpsissent in tam remota à sua diœcesi ciuitate Episcopum ordinare: eiusq; rei adeo perperam factæ causa destruendæ opus fuerit (vt diximus) tot ex vniuerso Oriente Constantinopolim Antistites conuenire, vt statum illius Ecclesiæ perturbatum componerent: ne id vlterius à quouis præsumeretur Antistite, quæ decreta fuerant in Nicæno Concilio de distinctione diœceseon innouantes, eiusmodi canonem Patres sanciuerunt a:

DECRETVM DE SERVANDIS LIMITIBVS DIOECESEOS.

a Concil. Constant. can. 2. ex libel. consist. Synod. tom. 1. Conc.

XXXIV. *Qui vltra quamq; diœcesim sunt Episcopi constituti, ne ad Ecclesias extra sua administrationi fines sitas accedunto, neque confundunto Ecclesias. Sed secundum canones b Alexandrinus quidem Episcopus res Aegyptii dumtaxat administrato, Orientis autem Episcopi Orientem solum regunto (reseruatis Ecclesiæ Antiochenæ iis, quæ in canonibus Nicæa editis continentur, dignitatibus, prærogatiuisue) Asiaticæ enim administrationis Episcopi res Asiaticæ diœceseos dumtaxat regunto. Item Pontici res Ponticas solas, similiter Thraciæ Episcopi res Thraciæ administrationis administranto. Inuocati autem neque accersiti Episcopi vltra diœcesim ne accedunto, neque ordinandi, neque aliæ Ecclesiasticas res administrandi causa, obseruato vetere suprascripto canone de diœcesibus. Nam hoc clarum & manifestum est, quod in quaque prouincia, præfecturaue ipsius prouinciæ Concilium administrare debebit ea, quæ Nicæa decreta atque statuta sunt: Ecclesias autem Dei in barbaricis nationibus constitutas administrari oportet secundum eam, qua obtinuit, & in vsu habetur, consuetudinem Patrum.* hactenus ibi: hæcque omnia ex præscripto Nicæni Concilii sibi visi sunt agere. Vnde in epistola Synodali anno sequenti ad Damasum data hæc leguntur c: *De administrationibus autem, quæ sunt cuiusque Ecclesiæ propriæ, cum vetus (vt nostis) lex est, tum sanctiorum Patrum in Concilio Niceno decisio: vt videlicet singularum prouinciarum Antistites vna cum finitimis, modo id ipsum visum fuerit Episcopis, ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum prouinciis ordinent. Ex cuius legis & decisionis præscripto scitote tum alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum illustrissimarum Ecclesiarum sacerdotes electos.* Sic ibi. Porro ad hunc canonem hæc habetur appendix adiecta d:

b Concil. Nicæn. c. 6.

c Apud Theod. l. 5. c. 7.

Constantinopolitanus tamen Episcopus obtineto præcipuum honorem & dignitatem secundum Episcopum Romanum, ideo quod Constantinopolis noua Roma est. hæc ibi. In cuius Canonis explanatione ait Theodorus, fuisse olim Byzantii Ecclesiam sub metropoli Heracleæ, sed hisce postea auctam priuilegiis cum à Constantino collatis, tum ab hac Synodo impertitis, primum post Romanam Ecclesiam locum obtinuisse. Sed quod in eo commentitium prorsus illud priuilegium (vt vidimus) habeatur, quo ea dicuntur, ab ipso eidem Ecclesiæ esse collata; quodque insuper (vt ex S. Gregorio nuper recitauimus) Romana Ecclesia nõ nisi quæ in causa fidei ab hac Syynodo essent decreta receperit: hinc illa libera voce Gelasius Papa eaduersus Acacium profert elogium: *Cuius sedis Episcopus?* Acacius scilicet: *cuius Metropolitanæ ciuitatis Antistes? nonne parochiæ Heracliensis Ecclesiæ?* &c. Siccine mutus fuit Timotheus Alexandrinus Episcopus, vt præferri sibi æquo animo Constantinopolitanum Antistitē passus esset? At præterid, quod constat hunc canonem à Romana Ecclesia minime fuisse receptum, impostura nomine etiam suspectus habetur imo plane additicius esse atque suppositus, vel ea saltem ratione docetur, quod in Synodo, immo post absolutam Synodum Chalcedonensem, id tanquam ibi in ea Synodo factum vsurpare conatus Anatolius Constantinopolitanus Episcopus, mox Leonem Romanum Pontificem expertus est sibi acerrime aduersantem. Quod si id ante Constantinopolitanæ sedi concessum fuisset ab hac Oecumenica Synodo: satis erat Anatolio præsentem citare canonem, cuius nunquam vel leuem saltem habuit mentionem: qui quidem canon si extitisset, fuisset omnino sæpe citandus, cum S. Leonis sibi ref. agantis litteris tantopere vrgeretur.

c Gelasius Papa epist. ad Episcop. Dardan. to. 1. Conc.

XXXV. Quod si quis obiiciat, huius canonis mentionem haberi apud Socratem *f* & Sozomenum: dicam maioris apud me argumenti esse, quod cum Episcopi, qui sequenti anno Constantinopoli conuenere, scripserint litteras ad Damasum de rebus hoc anno gestis in Synodo, nullam penitus habuere huius canonis mentionem: qui quidem si sancitus esset, minime prætermittendus fuisset. Rursum vero quod hic canon aduersari videatur superiori edito canoni: haud par est credere ab eadem Synodo eundem esse decretum. Quonam modo, quæso, ex præscripto Nicæni Concilii voluit S. Synodus quibuscunque prouinciis iura sua integra esse seruata, si in præiudicium aliarum Ecclesiarum vni Ecclesiæ Constantinopolitanæ tanta contulit? Certe si canonem istum commenticium fuisse dixerimus; ille saltem post hæc primo decreta, postque Nectarii electionem sancitus esse dicendus erit. ab iis, qui remanserunt Constantinopoli Episcopi Orientales; quorum (vt dicemus) tantum studium fuit, vt Orientalem Ecclesiam etiam præferrent Occidentali: ipsorumque decreto tunc factum, vt Episcopus Constantinopolitanus curaret Ecclesias non Thraciæ tantum & alias proximas, sed Asiæ quoque. Nam in Concilio Chalcedonensi, vbi actum est de iure ordinationis Episcopi Ephesini totius minoris Asiæ Metropolitani, hoc spectare ad Episcopum Constantinopolitanum, proclamarunt clerici eiusdem Constantinopoli anæ Ecclesiæ, id ibi ex huius Synodi canone vendicantes: hæc enim ibi leguntur g: *Clerici Constantinopolitanæ Ecclesiæ clamauerunt: Ea quæ sanctorum Patrum centum quinquaginta sunt, teneant priuilegia Constantinopolis, ne depereant: Ordinatio secundum morem ab Archiepiscopo nostro fiat.* ita ibi. Et ne putes iuris fuisse Episcopi Constantinopolitani Episcopum Ephesinum tãtum deponere & ordinare: ex S. Ioannis Chrysostomi Actis constat ipsum non solum eius vibis Antistitem deposuisse, sed & alios plures Asianos Episcopos, aliosque in ipsorum locum substituisse. Quinetiam ex aliis eiusdem Synodi Actione pariter intelligitur *h* Bythiniæ prouinciæ Ecclesia posita fuisse ex priuilegio sub diœcesi Constantinopolitana. At hæc quidem nonnisi huius Synodi auctoritate potuit huic tempori proximus sibi vendicare Chrysostomus, qui successit Nectario, substitutus ipse Magno Gregorio, qui hoc anno in eiusdē Ecclesiæ thronum ab hac Synodo electus est: haud enim par est credere tantum Episcopum ea sibi vsurpasse absq; maioris Synodi auctoritate.

XXXVI. f Socrat l. 5. c. 2. & Soz. l. 7 c. 8.

g Concil. Constant. Act. 11.

h Concil. Chal. Act. 3.

XXXVII Can. 6 & 7. ex libello Synod. to. 1. Conc.

Denique canoni in hoc eodem Concilio statutus reperitur de accusationibus Episcoporum; nouissime vero quo modo ab hæresi redeuntes hæretici recipiendi forent. Quibus omnibus absolutis, hæc ad Theodosium Imperatorem iidem Patres simul conuenientes conscripserunt k:

k Extatin libello consist. Synod. to. 1. Conc. SYNODI AD THEODOSIVM LITTERÆ PRO CONFIRMATIONE.

Religionis ac pietatis obseruantissimo, Deiq; amantissimo Imperatori Theodosio sanctum Concilium Episcoporum, qui ex diuersis prouinciis præfecturisue Constantinopolim conuenimus.

Initio quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias egimus Deo, qui tua pietati Imperium constituit ad communem pacem Ecclesiarum, & sana fidei confirmationem. Agentes autem Deo debitas gratias, necessaria quoque ea, quæ acta sunt in sancto Concilio, ad tuam retulimus pietatem: nempe quod ex quo tempore ex

mandato tuæ pietatis Constantinopoli conuenimus primum quidem inuicem inter nos concordiam renouauimus: deinde vero breues etiam præscripsimus ac prænumerauimus quosdam quasi terminos regulasque, quibus & Patrum, qui Nicæa congregati fuerunt, fidem confirmauimus comprobauimusque, & quæ aduersus eam obortæ sunt, pernersæ hæreses ac prauæ opiniones extrema cum execratione ac detestatione reprobauimus. Præterea etiam ad recte constituendum ac ordinandum statum & disciplinam Ecclesiarū certos canones statuimus ac præscripsimus. Quæ omnia huic nostro scripto subiecimus. Rogamus igitur tuam clementiam, vt per litteras tuæ pietatis ratum esse iubeas, confirmesque Concilij decretum: & sicuti litteris, quibus nos conuocasti, Ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam summam eorum, qua decreta sunt, conclusionem sententiæ atq; sigillo tuo corrobores. Dominus autem Imperium tuum in pace & iustitia stabiliat, transmittatq; & producat in multas & infinitas vsque ætates & generationes, atque ad terrenam potentiam cœlestis quoque regni gaudium & fructum adijciat. Gratificetur Deus Orbi terrarum, vt te, qui re vera pietatis studiosissimus, Deiq; amantissimus Imperator es, valentem omnibusque præclaris rebus florentem & excellentem videat: id quod sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt & orant. hactenus Patres, qui his sancitos canones subiecere.

XXXVIII. CVR VOLVNT CONFIRMARI AB IMP. DECRETA CONCILII.

Quod autem adeo studiose expoſcunt ſtatuta in Synodo ab eo confirmari, atque ſigillo muniri: id quidem prudenter, quod eo modo ſibi idem Imperatoris ſtabilem & inuiolatum oppignorarent: vtpote qui experti eſſent Valentem Imperatorem in deterius eſſe mutatum. Porro eandem Synodum Constantinopolitanam confirmatam fuiſſe à Damaſo Papa, Photius tradit & libello de ſeptem Synodis: quod ſane intelligendum eſt in his, quę ſpectant ad fidem Catholicam, vt ex ſententia S. Gregorii paulo ſuperius eſt declaratum. Cæterum auctoritate eiuſdem Damaſi, eadem ex parte, hoc Concilium conſtat obtinuiſſe nomen Oecumenici: eo enim nomine poſteri omnes ipſum nuncupare ſoliti ſunt. Etenim tantum oboris & firmitatis quæ libet Synodus conſequi ſoler, quantum eidem auctoritatis impertit Romana Eccleſia, ipſa Apoſtolica ſedes: quod multis exemplis demonſtratum eſt, & alias ſæpe continget inferius diuerſis temporibus demonſtrari.

XXXIX. DE SVBSCRIPTIONE EPISCOPORVM.

Poſt hæc autem conſecuta eſt ſubſcriptio Patrum, ita tamen, vt nomina poſtea ſuperuenientium Epiſcoporum nempe Timothei Epiſcopi Alexandrini, Dorothei Oxyrinchi in Ægypto Epiſcopi, & aliorum, immo & Nectarii, qui poſt abdicationem Gregorii creatus eſt Conſtantinopolitanus Epiſcopus, fuerint ſuperadiecta. Sed perperam factum, neſcimus à quo, vt quoniam Gregorius nunciam remiſit ſedi, qui ante ſubſcripſerat Epiſcopus Conſtantinopolitanus, inueniatur inter Epiſcopos prouinciæ Cappadociæ & vltimo loco poſitus, quaſi non fuerit Conſtantinopolis Epiſcopus, ſed Nazianzi. Nec eſt, quod quis dicere poſſit, poſt eius abdicationem, & ſubrogationem Nectarii, Patres Synodo ſubſcripſiſſe. Nam id omnino falſum eſſe, ex eo conuincitur, dum ſubſcriptus huic Synodo reperitur Meletius Epiſcopus Antiochenus, poſt cuius mortem liquet Gregorium ſedem reliquiſſe, eamque tandem collatam fuiſſe Nectario, qui vltimo loco habitæ Synodo ſuum appoſuit chirographum, ſed libratius, qui exciderit, imprudens, quidem (ſi tamen velimus dolum malum abfuiſſe) quod ſciret ſedem Gregorii collatam eſſe Nectario, ſublato à Gregorio eius ſedis titulo, ne duo ſimul inuenirentur ſubſcripti Conſtantinopolitani Epiſcopi Gregorius & Nectarius; illum inglorio patriæ tantum nomine, exiguæ ciuitatis Epiſcopum vltimo depoſuit Cappadocum Antiſtitum loco, Nectarium autem titulo Epiſcopi Conſtantinopolitani in eadem ſubſcriptione recenſuit, quod ſcilicet abſurdum ubi viſum eſſet, duos eiuſdem ſedis ibidem Antiſtites nominari.

XL. DE OBITV MELETII EPISCOPI ANTIOCHENI.

Licet autem ita, vt dictum eſt, ſacroſancta Synodus fuerit abſoluta, atque præſentium Epiſcoporum ſubſcriptione firmata: mouit tamen euentus retinuere Patres, ne recederent Conſtantinopoli, ſed illic diutius morarentur. Fuit moræ prima cauſa, ex qua aliæ confluxere, obitus Meletii Epiſcopi Antiocheni, viri quidem ob conſummatam longæuam ætatem inexilis, ad quæ obtuendam Catholicam fidem tum à Conſtantio, tum à Valente Arianis Imperatoribus ſæpius pulſus fuerat, aliaque pro pietate officia honeſtiſſime perfuncta, omnium ore laudati, ſummaque veneratione ab omnibus culti. Laudauit eum tunc Gregorius Nyſſenus *a* panegyrica illa oratione, cuius eſt exordium: *Auxit nobis numerum Apoſtolorum nouus Apoſtolus, qui coaptatus eſt in ordinem Apoſtolorum, &c.* Imo ante ipſum alius ex patribus, fortaſſe Amphilochius diſertiſſimus vir, pro concione pariter, eiuſdem profecutus fuit laudes Meletii: quod idem Gregorius illis verbis teſtari videtur, quibus ait *b*: *Meminiſtis omnino quem admodum vobis ante hanc noſtram habita oratio labores & certamina viri expoſuit, quod cum per omnia ſanctam Trinitatem honorauerit, etiam in numero certaminum honorem conſecutus erit, vt qui in tribus incurſionum tentationibus decertauerit: audiſtis continuationem, contextum & ſeriem laborum, qualis in primis, qualis in mediis, qualis eſſet in poſtremis, &c.* vtpote qui ſub Conſtantio primum, inde ſub Iuliano, demum ſub Valente Auguſtis glorioſa pro fide certamina obiiſſet. Quomodo autem publico & celebri funere fuerit honoratus, idem Gregorius in fine ſic habet:

XLI. FVNVS MELETII.

Exponite bonas narrationes, dicite miraculum, cui fides derogetur: Quomodo maris in modum condenſati, innumerorum hominum populus, vnum continuum corpus vniuerſi erant, tanquam aqua quædam circa tabernaculi pompam æſtuantes: Quomodo præclarus Dauid multifariam multiſque modis in innumeros ordines ſeſe diſtribuens inter diuerſa ſimul & eiuſdem linguæ homines circa tabernaculum tripudiabat & ſaltabat. ſignificat hac figura Gregorius diuerſorum ordinum pſalmodiam, qua venerandum corpus proſequebantur. Sed addit de luminaribus: *Quomodo vtrinque quaſi ignei amnes continentibus facibus, tractu continuo perpetuoque fluentes, quoad oculi longiſſime proſpicere poſſent, porrigebantur. Exponite ſtudium totius populi, Apoſtolorum contubernium, quomodo ſudaria facies eius ad proſidium atque euſtodiam Fidelium diſcerpebantur. Adijciatur orationi etiam Imperator mœrens ob calamitatem, & è ſolio exurgens totaque ciuitas vna cum pompa ſancti tranſiens: & conſolamina vos inuicem in ſermonibus iſtis.* poſt hæc vero de Meletio in cœlo cum Deo agente: *Intercedit autem pro nobis & populi erratis,* &c. hæc Gregorius Nyſſenus coram ampliſſimo Patrum Senatu; vt probe intelligas, id ipſum eſſe profeſsũ, quod vniuerſum Concilium & cum eo Catholica Eccleſia pie crederet, ſanctos in cœlo pro nobis apud Deum preces fundere.

XLII. MELETII CORPORIS TRANSLATIO ANTIOCHIAM. *Extat apud Lipſ. die 12. Feb. & Sur. eo. 12 die.*

Translatum deinde fuit corpus eius Antiochiam, ibique ſummo honore exceptum, anniuerſariaque celebritate perpetuaque memoria conſecratum, nomine eius relato in tabulas Eccleſiaſticas die feſto iugiter celebrando. Euolito autem luſtro, poſtea S. Ioannes Chryſoſtomus *c* in laudem eius habuit frequenti populo concionẽ. Quod vero tertio Idus Februarii Meletii memoria in publicis monumentis legatur adſcripta: non quidem quod ea die ex hac vita migrarit, id factum eſt, cum conſtet æſtiuo tempore eſſe defunctum; ſed quod more maiorum, vel ea die factit Epiſcopus ordinatus, vel forte quod Conſtantinopoli Antiochiam ea die tranſferri contigerit. De cuius translatione Gregorius Nazianzenus ita iambicis breuiter agit *d*:

Eccleſiamq; vectus eſt poſt ad ſuam
Theſaurus ingens, hoc bonum agnoſcentibus.

Rurſum vero de translatione reliquiarum Meletii hæc Sozomenus *e*: *Meletij reliquiæ Antiochiam translatæ, iuxta loculum Babylæ martyris conditæ fuerunt. Fertur autem, eas regia continue via ex Imperatoris mandato intra mœnia in ciuitatem fuiſſe receptas præter conſuetudinem Romanis vſitatam, & alternatis pſalmorum cantibus vnoquoque in loco honoratas, donec Antiochiam vſque tranſportarentur.* hæc Sozomenus. Gregorius Nazianzenus de eodem ſancto Meletio tradit, ipſum morientem commendaſſe Epiſcopis pacem Eccleſiæ. Ex cuius plane ſententia, de non ſubrogando aliquẽ in locum ipſius à prudentioribus in Synodo agi cœptum idem Gregorius affirmat: ſed per factioſos quoſdam

a Gregor. Nyſſ. orat. in funere Meletij.

b Gregor. Nyſſ. ibid.

c

d Gregor. Naz. in carm. de vita ſua.

e Sozom. l. 7. c. 10.

ACTVM IN SYNODO DE ORDINANDO SVCCESSORE MELETII.

Flauiani studiosos, qui in locum Meletii sufficiendum ipsum Flauianum Antiochenum presbyterum conabantur, conflatæ sunt turbæ, tumultusque concitati non leues: de his enim ita Gregorius:

De non mouenda re statum captum est agi,
Quam turbulenti scilicet vrgebant viri:
Hoc molientes improbi, vt tunc vnico
Opponeretur Præsuli Præsul nouus.

Iam dictum est, diuisum à tempore Iuliani, citra tamen schisma, Orientem ab Occidente ob Meletium atq; Paulinum Catholicos Episcopos Antiochenos, studuisseque Orientales Meletio, Paulino autem, quem creauerat Lucifer Calaritanus, fauisse Ægypti Episcopos & omnes Occidentales. Porro seniores prudentioresque pacis cupidi Patres ex facta iam ante transactione, quam diximus, cessandum esse ab ordinando successore Meletii, æqua lance rem tantam pensantes, existimabant: erat autem minor longeque inferior horum numerus, respectu eorum, qui contrarium suadebant, indigne ferentes ordinatum ab Occidentali Episcopo præesse Orientalibus populis.

XLIII. SENTENTIA GREGOR. NAZ. CELEBERRIMA. Cum de tanto negotio Patrum sententiæ rogarentur, Gregorius Theologus grauissimam sane sententiam dixit: cui quidem si paruissent cæteri, ingens illa discordia fuisset penitus consopita imo prorsus extincta. suaderi enim conatus est, vt fineretur Paulinius iam ætate consumptus, paucis diebus, quibus vita superstes foret, solus sedere Episcopus Antiochenus; eo vero defuncto (ne quid suorum iurium Orientales dispendii paterentur) in defuncti locum tunc subrogarent, quem cuperent: ita namque fore, vt Oriens & Occidens summa concordia iungerentur: quod si secus fieret, discordias nouas iterum pullulare, & veteres recrudescere oportere.

XLIV. Hanc autem ipsam, quam Gregorius sententiam dixit, in Vita sua carmine scripta iambicis exarauit metris, vbi post multa, quibus eos ad pacem exhortaretur, & exacerbatorum molliret animos, dicta, quid ipse sentiret, his explicat:

Thronum retineat, qui tenuit ad hunc diem, nempe Paulinus.

Quid hoc nocebit, paulo si diutius
Nos lugeamus hunc virum, mos vt vetus
Ferebat? Aetas post dabit cana exitum
Rebus secundum, quig, mortales manet
Omnes caduca terminus vitæ, bonus
Abibit ille morte, quo pridem cupit,
Functus, datori spiritum reddens Deo.
Plebiq, tum nos scilicet concordibus,
Antistitumq, calculis prudentium,
Alium, fauente Spiritu, dabimus throno,
Si forte præsens opprimi poterit malum. scitum sane probumque consilium. & post multa:

Cedamus ipsi paululum, palma amplior
Hinc vt paretur, nosq, seruemur Deo,
Seruemus atq, perditum Orbem pessime, &c.

GREGOR. FAVERE VISVS OCCIDENTALIBVS CONGITAT ADVERSARIOS. At quid consultissima hac sententia profecit Gregorius? nihil prorsus: tantumque abfuit, vt quod vellet, persuaderet, dissidentesque in concordiam reuocaret; vt contrariæ factionis Episcopos magis magisq; ad iram prouocarit, tedderitque eorundem animos odio concitatos, in se ipsum hæc sapientissime perorantem, iustaque suadentem, infensos ac plane implacabiles; vtpote qui illis visus esset ab Occidentalibus stare, eorum causam fouere, patrocinarique sententiæ Damasi Romani Pontificis Paulino studentis. id enim versibus illis Gregorius ipse significat, quibus ait:

Hæc conciones comprobant nostræ, licet
Saxis petitæ: liuor vnde in me improbus
Exarsit. & quæ sequuntur.

XLV. Cæterum qua cœperat animi constantia dicere, quod æquum, vtile, omnique ex parte optimum videbatur, eadem perseuerauit in finem, contestatus se cessurum throno potius, quam vt illis iniusta, damnosa, in omnibusque pessima decernentibus inhæresceret: quod his quoq; versibus explicat:

At mihi caretum vos throno concedite
Vitam periclo liberam, etsi in gloriam:
Illic sedebo, nulla vbi sedes malis.
Hoc namq, præstat cæteris quam vt miscear,
Meamq, nec eos flectere in sententiam
Possim, nec illos rebus in prauis sequi, &c.

Quid demum illi post nouissimam hanc contestationem Gregorii? ipsum probe describentem audiamus: ait enim:

SENIORES SEQVVNTVR IVVENVM SENTENTIAM.

——Clamitant illi vndique,
Vt graculorum turba, rem nouam moliens
Iuuenum caterua (quam tabernam dicere)
Trahensq, turbo pulueren ventis amuli:
Dignatur esset cum quibus nemo metu
Sancto, throno q, proditus, quicquam loqui:
Præpostere vt qui funderent verba, & velut
Vespæ infilerent concito in frontem impetu.
At vos secutus est tamen cœtus senum
Motus iuuentæ feruidos, quos par erat
Frenare. hæc ipse.

At non omnes puto senes Orientales de electione Flauiani tumultuantes alios esse sectatos, sed ex iis aliquos ergo eundem Flauianum nimium studiosos; resilisse autem sanctissimos confessores veri amantes, quibus æque ac Gregorio mens nulla priuata cuiusquam flecteretur affectione.

Cæterum minime leuis hæc quidem culpa fuit, noxaque tenuis, sed ea plane, quæ turpem illis ignominiam inusserit; cum præsertim qua ratione, quoue prætextu rem prorsus iniquam velarent, nullum habuerint: cum iidem miseri vt consulerent pudori primorum instar patentum, opus habuerint consuere ficus folia, quibus denudata peccato verenda contegerent. At quænam ista? ridebis cum Gregorio, si audies. Factiosi enim illi quo probarent præstare Orientalem Ecclesiam Occidentali, quod omnibus alijs destituerentur probationibus & argumentis, vnam illam rationem afferebant, dicentes: *Quoniam Christus in Oriente natus est, idcirco potior esse debet auctoritas Orientalis Ecclesiæ.* Scite quidem, nisi eadem ratione contra eos dicendum quoque fuisset, Ægypti prouinciæ, quæ iungitur Iudæorum regioni, in qua natus est Christus, potiora esse iura debere, quam aliarum remotiorum prouinciarum; ob eamque causam controuersiam illam adiudicandam fore Paulino, cuius electioni (vt sæpe diximus) fauit in primis Magnus Athanasius, & omnes Ægypti Pastores.

XLVI. FVTILE ARGVMENTVM ADVERSARIORVM:

XLVII. At indignam prorsus tanto cœtu sententiam, & perpetuo silentio condemnandam, ipse Gregorius denidet hisce versibus:

——Ratio porro quam scita, aspice,
Debere nostras nempe res Solem sequi:
Ortum hinc trahentes, vnde regnator poli
Nobis, amictus carne primum fulserit.

& inferius his alludens:

Aduersa flabat his tumens Phœbo phalanx.

Porro quales nam essent, qui adeo insulsa effutirent, pluribus docet, nempe Episcopos, qui temporariam solerent habere fidem & cum Principibus mutarentur, quorum arbitrio solerent esse Catholici, vel hæretici: horum vero inconstantiam & perditum studium idem Gregorius hac sugillat ironia:

a Gregor. Naz. in carm. de vita sua. QVALES EPISCOPI TVMVLTVANTES:

Alloquimur omnes: intret huc quisquis volet,
Fidem licet bis pluries ant verterit.
Nunc nundinarum tempus est, quæstu sine
Nullus recedat. Versa erit quando alea,
(Mutationem facile natu tempus capit)
Artem ipse calles: protinus vursum exeas. hæc ipse, & alia plurima de iisdem omni contemptu dignis Episcopis.

XLVIII. Ex quibus colligere potes, quali quantove liramento iustitiæ, Romana Ecclesia huius Synodi canones respuerit, & tantum quę de fide statuissent, secernens pretiosum à vili, summa auctoritate amplexa fuerit; vtpote, quod nihil præterea noui in ea apposuissent, sed quod antiquitus traditum, diuinis scripturis probatum, à veteribus

Patribus custodirum, & à recentioribus scriptoribus declaratum, nimirum à S. Basilio, qui decesserat. & Gregorio Nazianzeno atque Nysseno, qui aderant: quod vero magnæ videbatur esse securitatis atque fiduciæ, omnia iidem decreuissent secundum quod acceperant per recitatum in Synodo volumen Damasi ab Occidente. At cur, dices, summa auctoritate idem Damasus eiusmodi Synodum honestauit, paremque Nicænæ esse statuit, cum eidem Oecumenicæ nomen indiderit, vtpote cum qua tum Orient, tum Occidens conspiratint consenserintque, si tamen indignam existimanit, cuius præter id, quod de fide in ea statutum fuisset, cætera probarentur? Ex nuperdictis causam ipse conicere poteris, quam tibi apertius pandam.

XLIX. CONSILIVM DAMASI DE CONCILIO CONSTANTINOP. OECVMENICO NOMINANDO.

Intelligis, puto, testificatione Gregorii Nazianzeni, quales, exceptis paucis, tunc esse solerent Episcopi Orientalis Ecclesiæ, quo modo fidem habere consueuerint pro ratione temporis mobilem, & nonnisi ad priuatum commodum accommodatam: cuius quidem rei non Gregorius dantaxat, sed & Basilius suis scriptis locupletes testis accedit, vt suo loco superius est demonstratum. Quod ergo Macedoniana & Eunomiana hæresis inualuisset in Oriente, licet eam Damasus in Concilio Romano damnasset; cum idem percepisset ab amplissimo Patrum conuentu, ab omnibus, inquam, qui tunc post persecutionem coiss. notuerunt Orientales Episcopi, ipsas damnari, Nicænamque fidem firmius stabiliri: oblatam ansam libenter arripiens, quo eosdem motu leues in officio contineret, firmaretque, ipsi Synodo summam esse imperatus auctoritatem, vt sic idem suis ipsorum vinculis firmius stringerentur, qui post hac netas ducerent, quod summo consensu fuerat institutum, & ab Occidentalibus receptum, ac sublimi loco repositum, solita leuitate conuellere, atq; infringere temeritate. Quod quidem consilium Damasi magno fuisse Catholicæ Ecclesiæ emolimento, eventus edocuit. Sed ad res in Synodo gestas redeamus.

L. TENTATVR GREGORII CONSTANTIA.

Quod autem in ea Synodo suprema videretur esse Gregorii Nazianzeni auctoritas, tum ex eminenti doctrina, fideque Catholica, tum optimis moribus longo vsu rerum ad sectam vsque indefesso studio propagata (vt omittam dicere de throno sublimi, in quem nuper euectus erat) haud aussi sine improbi tentare tanti viri constantiam, quem cuperent ad vota pertrahere, quo æstimatione Gregorii suam ipsorum valerent turpitudinem honestare. Quid faciunt contentiosi illi & male compositi iuniores Episcopi? Quod scirent & reliquos seniores Episcopos inuitos obtorto que collo ab eis traduci absque Gregorio; ausi sunt illud ipsum, quod conabantur de Flauiano, per eius familiares eidem suadere. At quam procul abfuerit, vt ab his ipse Gregorius ageretur in præceps, ita idem narrat *a*:

a Gregor. Naz. in carm. de vita sua.

Quid me necesse est dicere, quibus vocibus
Ab his amicis nostra canities fuit
Tentata? cum cederent primas mihi,
Aliquid petentes pro fide summa
A fido amico, sed fide summa in malis:
Nempe vt tuarem vobis hos in omnibus
In omnibus me? Vincat hoc quisquam sibi,
Quo turbam fregerit ipse, non gloriatus Deo?
Natura sursum fontium tendet prius,
Patrios ad ortus flamma labetur vorax,
Quam quod salutis perfidus prodam viæ.
Exuere cœpi hinc ipse de medio pedum. sicque indignans abcessit è Synodo.

LI. FLAVIANVS EPISCOPVS ANTIOCHIN. ELIGITVR.

Quid demum? Cum à Synodo Gregorius recessisset, qui remanserunt, communibus votis eligunt Flauianum presbyterum Antiochenum Meletii successorem: sicque continuata est prior discordia, vt vnius Ecclesiæ Catholico populo duo præessent Episcopi, nempe Paulinus, atque Flauianus: sed & his defunctis, eorum successores in locum ipsorum suffecti, adeo vt vsque ad annum Domini quadringentesimum octauum minime valuerit (licet plurimum in hoc inlusuerint sanctissimi viri) schisma componi: quod tandem per Innocentium Romanum Pontificem vix potuit, edicta pace, tolli. En vides, quam bene consuluerit Gregorius sapientissimus architectus, & quam male consilium inuenum reliqui securi fuerint seniores. Laudanda magnopere enituit in his fluctibus Damasi Pontificis Maximi in comparabilis longanimitas, qui licet id minime probarit, quod egerant, haud tamen nexu excommunicationis eos obuoluit, ne magna scissura in duas Ecclesiam Catholicam partes diuideret, separaretq; ab inuicem totum Orbem: sed tum ipse, tum posteri successores opportuna tolerantia agendum existimarunt, officiis potius & beneficiis aduersarios demerentes, prout inferius sæpe ac pluribus dictum fuit.

LII.

Rem indignam indigne adeo Gregorius tulit, vt non è Synodo tantum, sed ex ipsius Episcopatus ædibus (vt ipse testatur) excesserit; quo significaret se potius absque Episcopali functione otiose vitam acturum, quam vt talia tantaq; aduersus ius nefasq; tractari conspiceret. At illi, qui eius successione debuerant emolliri, vt quem pro Occidentalibus agentem experti fuerant aduersantem, è throno protsus dimouerent, nouam oblatam sibi recens occasionem quam libentissime arripuere. Quænam autem ista fuerit, rerum ordo postulat, vt dicamus.

LIII. TIMOTHEVS EPISCOP. ALEXANDRIAE ADVENIT CONSTANTINOP.

Timotheus Episcopus Alexandrinus venit hoc tempore Constantinopolim vna cum suis, & cum eo aliquot Episcopi Macedoniæ, acciti hi quidem omnes, vt ipsorum quoque sententia componerentur res Antiochenæ: sed cum peruenissent, resque deploratas ob electionem Flauiani reperissent, indignantesque ipsi non expectatis, sedem Gregorio confirmatam, quam ante Ægyptii tempore Maximi improbauerant: eius promotionem vt illegitime factam cœperunt arguere, negantes fuisse id iuris Episcopi Antiocheni, nempe Meletii. Etenim Episcopus Alexandrinus, quod primæ sedi post Romanam præesset, id ad se spectare contendebat, atque iam Timotheiprædecessor Petrus in ordinando Maximo eiusdem sedis Antistite quasi ius debitum antea vindicarat. Quin & post hæc, scimus defuncto Nectario eiusdem sedis Episcopo, in ordinatione Ioannis Chrysostomi eius successoris requisitum esse consensum Theophili tunc Episcopi Alexandrini, vt Socrates, *b* Sozomenus *c*, atq; Palladius *d* tradunt. Verum hæc de exturbatione Gregorii, ipsius auctoritate narremus, & in primis quæ de aduentu Ægyptiorum ac Macedonum Episcoporum ipse narrat his verbis *e*:

b Socr. l. 6. c. 2. *c Soz. l. 8. c. 2.* *d Palla. in dialog. de Vita S. Io. Chrys.* *e Gregor. Naz. in carm. de vita sua.*

Veniunt repente: nam vocati, fœderi
Vt sanciendo iungerent vires suas,
Niloticiq;, Macedonesq;, operarij
Mysteriorum sedituli & logium Dei,
Inhalitantes Hesperum in nos & grave,
Aduersa flabat his tumens Phaebo phalanx.

DISCORDIA INTER ÆGYPTIOS ET ORIENTALES.

hæc idcirco Gregorius, quod Ægypti atque Macedones tuerentur partes Paulini, Orientales vero partes fuerint consectati Meletii. Ægypti ergo atque Macedones, cum cernerent ipsos Orientales, contempta pace de electione Antiocheni Episcopi decreuisse: & ipsi nulla habita communis concordiæ ratione, confirmationem (vt dictum est) Gregorii ab ipsis factam impugnare cœpere, non quidem in odium ipsius Gregorii, sed in inuidiam Orientalium Episcopotum: quod idem Gregorius testatur his verbis, cum pugnas inter eos acerbissimas excitatas recenset:

Odio quidem non tam mei, vel vt in throno
Alium locarent, quam dolorem vt inurerent
Aliquem hu, throno me fixerant qui in Præsulio.
Saltem remoto hoc mihi interdum arbitrio
Ipsi asserebant. Non enim nec pristinas
Se ferre posse, nec novas inuritas.

ÆGYPTII EPISCOPI QVALIS ERGA GREGORIVM.

Et quidem haud poterant, qui partes Occidentalium tuebatur Ægypti atque Macedones Episcopi, non bene vélle Gregorio, qui (vt demonstratum est) tam vehementes pro componenda pace Occidentalium Episcoporum susceperat patrocinium, adeo vt eisdem disserta oratione & vehementi contradictione restiterit. Sic igitur erat causa Gregorii, vt in eum, à quibus collocatus in

throno

throno fuerat, Episcopi Orientis ob defensionem causæ Occidentalium infenso animo essent; & Occidentales ipsi in odium Orientalium de sede illegitimè occupata negotium illi facesserent. At quonam rogo animo Gregorius ista tulit? ipsum audi, antè stomachatum in Episcopos ob res iniquè perpetratas, cum iam secessionem parauit. ait enim:

Mouere at ista cepit vt primum hæc cohors:
Effringo vincla, trado animq; ansam libens
Arripio, &c.

LIV. GREGOR. CONCIONATVR IN SYNODO DE PACE. a Greg. de Pace ora. 3.

At non sic quidem abscessit Gregorius, vt quod erat officij, prætermitteret, nempe vt ad simul conciliandos eos tam asperè inter se concertantes sequester medius intercederet. Tunc n. orationem de Pace habuit, quam tertiam ordine positam dicunt, cuius est exordium a: *Pax amica, non re dumtaxat, sed nomine quoque ipso suauis*, &c. ibi autem post multa, quod ad causam, de qua agitur, spectat, hæc habet: *At nunc alij, mea quidem sententia, perquam miserè mutuis opibus, auxilijsq; fulciuntur: adeo vt inundo, qui diuturno labore vix tandem & paulatim, nec sine plurimis cruoris effusione collectus fuerat, in duas tam contrarias partes distinctus sit: quicunque autem pacis student, medijsq; se profitentur, ab vtroq; inale audiuntur, vtpote qui vel contemptui sint, vel etiam bello lacessantur. A qua parte cum ipsi quoq; hodierno die stemus, qui hæc reprehendimus, ac propterea cathedram certaminis inuidiæq; plenam accepimus, haud nos audum erit, si ab vtroque lacerentur & proculcentur, ac post multos sudores & ærumnas de medio submoueatur; vt sublato tam omni obice atque impedimento, cominus atque omni animi ardore sese mutuo conuulnerent.* Enimuero hæc sedare atque comprimere, maxime quidem Dei foret omnia amicitia vinculo constringentis; deinde autem & hominum eorum, qui virtutem summo studio colunt, & concordiæ bonum cognitum atq; perspectum habent, &c. at licet hæc Gregorius sapientissimè peroraret, altercantium tamen animos pertinacia & abstinatione simul obductæ nihil admittere poterant, quod Christiana professio suaderet.

LV. GREGOR. OB PACEM SEDI RENVNCIAT.

Eodem fermè tempore, cum aduersarij oblatrantes in Gregorium, de eo sparsissent in vulgus, non defendendæ veritatis amore Constantinopolim se contulisse, sed eius sedis cupiditate incensum: idem Gregorius egregiam illam habuit Apologeticam orationem, cuius est titulus: *De non affectata Cathedra Constantinopolitana.* Sed licet animis affectibus vacuis hæc plus satis persuasa essent: apud aduersarios tamen odio turgescentes nihil omnino profecit, vt erga ipsum (quod dignum erat) æquanimiores redderentur, sed contra exasperarentur magis. Re igitur penitus desperata; Gregorius quod ante fuerat meditat[e], iam perficiendi tempus opportunum accepit, oblatamq; occasionem abdicandi se Episcopatu libenter arripuit: eo nimirum iusto dignoq; prætextu, vt quia suæ causa sedis inter se mutuo concertarent Episcopi, ea sublata, tanquam obstaculo quodã medio interiecto remotò, dissidentes sanctæ vnitatis fœdere iungerentur in vnum: præstare quidem ratus, vt sedis suæ iactura, omnes concordiam mutuamq; pacem irent. Quamobrem ipsam Synodum ingressus, vt desinerent inter se mutuo concertare, & procellosis exagitati fluctibus tandem redderetur tranquillitate quiescerent, cohortatus; vt alter Ionas, deuouere se mari, suæq; sedis dispendium perlibenter fore passurum, liberaliter obtulit; quod & ingenuè præstitit: hæc enim ipse iambis b:

b Greg. Naz. in carm. de vita sua.

Tempusq; nactus commodum, in medio offero
Hac dicta cœtui, Vos viri, quos hic Deus,
Grata statuatis vt suo quæ nomini,
Iunxit, videte posthero de me loco.
Quid namq; de me cœtus hic sit maximus
Consideretur, fiat, haud magni interest.
Erigite mentes altius vestras, precor:
Cuncte in vnum: vos amor tandem ligat,
Quousq; sæui vt & truces ridebimur:
Præterq; pugnas omnium vt rerum inscij
Dexteras amicè iuderis date inuicem.
Ego vere Iona c facinus excelsum emulor!
Me pro salute do libens nostra ratio,
Licet excitati turbinis causa haud sim,
Nos sorte captos mergite insano mari:
Nos hospitalis cœtus excipiet. Sit hoc
Concordiæ volus initium: pergite
Ad cuncta deinceps alia. Latitudinis d
Locus hic vocatur: Splendidior hinc surget mihi,
Si fletu in me, &c.

d Gen. 26.

LOCVS SYNODI CONCORDIA NVNCVPATVS e Ioan. Damascen. de Imag. lib. 3.

hæc & alia ad eos Gregorius, egregia plane comparatione alludens etiam ad puteum, quem post multa Philistinorum iurgia S. Patriarcha Isaac effodiens, ablsq; altercatione possedit, ob idq; eum Latitudinem nominauit. Et quidé puto ex verbis his Gregorij in magna Synodo coram Patribus dictis, factum esse, vt locus ille, vbi eiusmodi Concilium celebratum fuit, nuncupatus esset *Concordia*. id enim S. Ioannes Damascenus e testatur, cum ita ait: *Erant in oratorio reliquiæ Pantaleemonis & Martini martyrum. Quod quidem oratorium, Concordia nominatur, quoniam illic centum quinquaginta Episcopi, Theodosio Magno Imperatore regnante, in eandem sententiam conuenere.* hæc ipse.

LVI.

Sic rebus dispositis, haud fuit qui (vt par erat) Gregor. sedere coegerit. Etenim Orientales, à quibus fuerat in thronum illum inpositus, ipsum ob denegatũ Flauiani electioni suffragiũ subinfensi, se frigidos iustissimæ causæ exhibuere defensores. Ægyptij autem atq; Macedones, quod infectum irritumq; reddere cuperent quicquid ab illis non expectato ipsorũ aduentu de Antiochenis eius decretum fuerat, æquè passi sunt Gregorium sedere, ac qui de Synodi consertis subdit:

Facilis repere cœtus assensit mihi.

CVR GREGOR. ABIIT REPERMITTIS TVR.

Si quis autem requirat quantum temporis Gregorius ipse sederit: certè quidem habita ratione eius in throno sessionis, cum hoc anno (vt dictum est) ipse in sede collocatus fuerit ab hac ipsa Synodo, rursum autem cum in hac eadem Synodo se abdicarit; paucas sane numerabit hebdomadas; ne dicam menses. vnde ipse inferius ad eosdem:

Heri locatus in throno, nunc pellitis.

LVII. GREGOR. ADIT THEODOSIVM IMP.

Porro egressus è Synodo Gregorius (vt ipse tradit) ad Theodosium Imperatorem se cõtulit, quem enixis rogauit precibus, vt acquiesceret ob tarius Ecclesiæ pacem, sedem, quã acceperat, Constantinopolitanam alercantib. se relinquere Episcopis, vt ita inter se mutuo digladiari desisterent: fore namque, vt iurgiorum causa submota, tot fluctibus exagitatis Ecclesijs optata diu tranquillitas redderetur, quo nihil excogitari posset vtilius vniuerso, cui ipse præesset, Imperio. Sed quid ad hæc Theodosius? ipsemet subdit Gregorius f:

f Greg. Naz. in carm. de vita sua.

His Imperator vocibus plausum dedit,
Alnq; pariter. Cedit at votis meis
Ille haud libenter, vt ferunt: cedit tamen.

LVIII.

Erat quidem Theodosius Imperator erga Gregorium propensiori animo, quem venerabatur vt dignissimum Sacerdoté, atq; colebat vt amantissimum patrem, eumque excipere conuiuis cõsueuit; quibus tandem caruisse, ad quæ abducebatur inuitus, Gregorius maximo lucro duxit. Id quidem ipse alibi testatur his verbis g: *Non iam* (inquit) *Imperatoris, vt prius, contubernalu erit Gregorius, vtri suo nonnihil gratificans, atq; inter medios epulones tristis & tacitus accumbens, agrè anhelitum ducens, & seruilem in modum edens.* hæc ipse.

g Greg. Naz. in carm. de vita disserent.

LIX. DE ORATIONE GREGOR. AD CENTÕ QVINQVAGINTA EPISCOPOS.

His diebus idem Gregorius cum sedi nunciũ remisisset in primario vrbis templo, vbi aderant oẽs illi Episcopi numero centũ quinquaginta, egregiam eandemq; nouissimam habuit orationẽ cuius est exordium: *Quo modo res nostræ vobis se habere videntur, ô cari pastores*, &c. est quidem oratio eiusmodi, vt neminem, qui Gregorij ante actas dignissimas actiones accuratè consideret, eam siccis puteat oculis perlecturum. In ipsa igitur magna Synodo, centum simul ob quinquaginta Episcopis cõfidentibus, perorans Gregorius, vt alter Samuel h populum contestatus, vel vt alter Paulus i Ephesios, primum omnium cunctarum à se gestarum rerum, ex quo tempore Constantinopolim venit, exactam redditurus rationem, quo statu illas collocatas inuenerit, & quo relinquat, ob oculos

h 1. Reg. 12. i Act. 20.

ponit: nempe è gutta progressum illautum, è scintilla fornacem globos igneos in cœlum extollentem, atq; è grano sinapis arborem creuisse demonstrans; aliisq; his similibus vsus exemplis, quantum profecerit in inuans, labores, ærumnas, quas subierit, contumelias, iurgia, atq; mortis pericula, quæ à fidei hostibus passus sit, quæve ab inuidis & amicis dolose agentib. pro gratia receperit mala, adducit in medium tanquam viuos testes pro ipso Gregorio in aduersarios inclamantes. Ipsam insuper tanquam monilibus ornatam sponsam, Constantinopolitanam Ecclesiam, coram omnibus repræsentat, quæ expurgata nigredine Ariana, absterso q; aliis sordibus hæreticorum Catholicæ fidei candore refulgeat, sacrotum ministrorum nitore splendeat, sacratum virginum agminũ decore reluceat, emicetq; egregiis totius populi vitæ cum integra fide moribus, ac deniq; (vt paucis absoluam) omnibus charismatibus insignita, longe lateq; nitescat: pro quibus omnibus quid sibi ab illis compensari optet, ita declarat a:

a Greg. Naz. ora ad 150 Episc. vet. edit.

LX. PETIT GREGOR. AB EPISCOPIS MI. SIONEM.

Quid igitur est, inquit, *quod dico? Non enim gratuitus virtutis sum cultor, nec in eam virtutis magnitudinẽ perueni. Laborum meorum præmium mihi date. Quod tandem? Non quod nonnulli fortasse ex his, qui ad quidquid supplicandũ facile adducuntur, existimarint: sed quod mihi tuto postulare liceat. Diuturnis laboribus me leuetis, atque in quietem vindicate. Moueat vos hæc canities, flectat hostilis & peregrinationis ratio: alium subrogate, qui pro nobis hostiliter præmatur, qui puro sit manibus, qui voce non tarda & imerudita: qui ita animo comparatus, vt omnibus in rebus vobis obsequi, curaq; Ecclesiæ simul perferre possit; quandoquidem tales præsertim hoc tempus efflagitat. At mihi cernitis, quo modo corpus etiam hoc se habeat, nimirum & tempore & morbo, & labore confectũ. Quid vobis timido & ignauo scire opus est, atq; in dies singulos (vt ita loquar) moriente, non corpore tantum, sed etiam curis & ærumnis? qui vix hæc quoq; vobis loquor, &c.*

LXI. CVM APOLOGIA REPREHENSIO CONIVNCTA.

Curaũt præter ea abdicationis consilium iniarit, explicat, simulque defensionem struit de his, quibus ab aduersariis impugnaretur, ista subdens: *Non iam vltra ferre queo facilitatem animi atque clementiam criminis loco mihi obiici: non iam vltra cum dogmatibus & cum inuidia pugnare queo, cum hostibus, & cum socijs.* quæ autem immania & implacabilia hæc essent prælia, plurib. docet; cum hæc addit: *Quin hæc quoque fortasse nobis exprobrauerit (iam enim exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara, nec augusta veste vtimur, nec magnifice in publicum prodimus, nec eos, à quibus comtemnemur, fastuose excipimus. Nesciebam scilicet, nobis cum Consulibus, & Præfectis, clarissimisq; belli Ducibus, qui tot opibus copijs, circumfluunt, vt quo ista prouciant, non habeant, æmulationem ac certamen esse, dãdamq; esse operam, vt & nobis pauperum bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter vndique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atque alteria ipsa ructibus nostris contamentur. Nesciebam nos equis insignibus & lasciuis ferri, sellisq; & curribus magnifice attolli, at cum fastu & pompa deduci, velut q; blanda manu demulceri oportere, atque omnes nobis perinde ac belluis de via decedere, & in vtramque viæ partem fugi ac distrahi, aut etiam tantam præcuntium turbam esse, vt procul conspicuus sit incessus noster. Si hæc grauia & acerba fuerunt, præterierunt: hanc iniuriam mihi condonate. Antistitem alium, qui multitudini placeat, create. mihi autem solitudinem date, & rusticam vitã, ac Deum, cui soli per frugalitatem etiam pertenuemq; victum cultumq; placebimus.*

LXII. GREGOR. CVR CONTEMNAT QVÆ ALII CVPIVNT.

At grane est, concionibus, & cœtibus, & publicis conuentibus & plausibus his, à quibus quasi pennis in sublime ferimur, & familiaribus, & amicis, & honoribus, & vrbis pulchritudine ac magnitudine, & hoc denique fulgore, qui eos, qui hæc intuentur, nec oculorum aciem intro collectam habent, circumfundat & illuminat, priuari. At hoc mihi minus grane fuerit, quam si diutius in tumultu versor, ac ciuilis vitæ turbis & seruoribus commaculer, atque ad vulgi mores me ipsum inflectere necesse habeam. Non enim Sacerdotes, sed rhetores quærunt, nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes, nec puros sacrificos, sed fortes & robustos defensores, &c. atq; demum: *Hoc mihi sit dimicationis præconium: missionis libellum mihi date, quemadmodum Imperatores militib. solent: ac si quidem vestra voluntas tulerit, cum fausto & præclaro elogio & testimonio, vt honoris meo consulatur. Sin minus, vt tumq; vobis collibuerit. Nihil decrare aliter abor. quamdiu Deus rerum nostrarum statum inspectabit. Quem igitur tibi substituemus, dicet aliquis? Videbit sibi Dominus pastorem ad præsecturam, quemadmodum ouem vidit ad holocaustum. Hoc vnum requiro, vt ex eorũ numero sit, qui aliis inuidia sunt non miserationi: qui non in omnibus rebus cuncti obsequuntur, sed qui in quibusdam etiam ob recti studium in hominũ offensionem incurrunt: alterum enim in præsens iucundissimum est, alterum in posterum vtilissimum. Ac vos quidem orationes discessui meo congruentes parate.* hæc & alia Gregor.

LXIII. Atq; tandem ad calcem oratione perducta, nouissimis verbis omnibus salutationem impertiens, postremæ finem imponit orationi. Dignum vero est, vt vltima hæc tanti Patris eloquia, tali tempore, tali loco prolata, hic singula perpetuæ memoriæ consecrentur; sic enim se habent: *Ego autem his verbis extremum vos salutabo. Vale Anastasia, nomen à pietate habens, tu enim nobis fidei doctrinam quæ adhuc contemptui erat, excitasti. Vale, inquam, communis victoria sedes, noua Silo, in qua primum arcam fiximus quadraginta annis in deserto circumactam, incertis, sedibus vagantem. Tuq; ô magnum hoc templum & nobile, noua hæreditas, quod magnitudinem, quam nunc habes, ab Orthodoxa doctrina suscepisti, quodq; nos, cum prius lebus esses, Hierusalem effecimus: Vosq; etiam aliæ ædes sacræ huic dignitate proximæ, alia aliam quandam vrbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca vindicantes, quas cum hac corporis imbecillitate non nos, sed Dei gratia nobiscum, qui properditis & desperatis habebamur, impleuit. Valete Apostoli* (nempe templum Apostolorum) *præclara Colonia* (in illud enim Andreæ, Lucæ, Timotheiq; reliquiæ translatæ fuere) *certaminis mei magistri, etsi nimus sæpe festa vestra celebrani, fortasse Pauli vestri Satanam ad* b *vtilitatem meam in corpore circumferens, ob quem nunc à vobis abscedo.*

GREGORII VLTIMA SALVTATIO.

b 2 Cor. 12.

Vale cathedra inuidiosum hoc & periculosum fastigium: Pontificum Concilium, Sacerdotum non minus maiestate, quam ætate ornatorum, & quicunque tandem alij circa sacrosanctam mensam Domini ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete Nazaræorum chori (nempe monachi) *psalmodiarum concentus, nocturnæ stationes, virginum sanctimonia mulierum modestia, viduarum & orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum & in nos intuentes. Valete domus hospitales, & Christiamantes, infirmitatiq; meæ adiutrices. Valete sermonum meorum amatores, & cursus, & concursiones, & calami tam perspicui, quam occulti* (nempe exceptores concionum) *atque huius suggesti cancelli à multitudine compressi, hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valete Imperatores, & Palatia, atq; omnes Imperatoris famuli & cubicularij: siquidem Imperatori fideles, haud quaquam certum habeo, Deo autem magna ex parte insidi. Manibus plaudite, acute clamate, Rhetorem vestrum in sublime tollite: silunt vobis improba & loquax lingua, nec tamen silebit: pugnabit enim manu & atramento: cæterum in præsentia consiluimus.*

LXIV.

Vale magna ciuitas & Christi amore prædita (vera enim testabor) *etsi non secundum scientiam hic zelus est: benigniores nos disiunctio reddidit: ad veritatem accedite, ad melliorem frugem tandem aliquando vos conuertite: Deum amplius, quam consueristis, colite. Non turpe est sententiam mutare: sed in malo perseverare, funestum & exitiosum. Vale Oriens & occidens, pro quibus & à quibus oppugnamur: testis est ille, qui placatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur.* hæc dicens Gregorius haud dubium alludit ad Flavianum nuper creatum Episcopum Antiochenum, cuius causa tot dissidia conflata erant. Sed subdit: *Non enim Dei iacturam quoq; facient, qui thronis ceserint, sed supernam cathedram habebunt his multo sublimiorem & tutiorem. Præter omnia & ante omnia clamabo: Valete Angeli huius Ecclesiæ præsides, meaq; præsentia & peregrinationis, si modo in manu Dei res nostræ sunt. Vale Trinitas, meditatio mea & decus meum: His velim seruiris, & hos serues, meum hunc populum (meus enim est, etiamsi alster gubernemur) atque audiam te quotidie tum sermone, tum vita, & moribus augeri & in sublime attolli. Fitioli, depositum, quaso, custodite: mememote liquidationum mearum. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.*

LXV.

At quid tunc accidit? cõmiseratione plane dignum, ac nouum. Populus enim sui amantissimi Præsulis studio-

LXVI.

sus,

sus, absoluta lacrymabili cõcione, loco acclamationum, quibus dicta Patris prosequi cõsueuerat, rependit luctus & eiulatus, pro lætis plausibus tristes manus ad manum verberationes, pectoris tunsiones, lamenta, fletus, atque singultus: soli persecutores Episcopi silice duriores perseuerabant immobiles; illi autem, quorum mens sanior, & erga Gregorium propensior animus, longe alitèr: hi enim cum hunc tandem infelicem exitum rem consecutam fuisse conspicerent, adeo perculsi animoque consternati sunt, vt protinus in sedes reuersuri, lugentes discesserint Constantinopoli, haud ferre valentes alium videre in throno Gregorij collocari: de his enim hæc ipse a:

Antistites q, carpserat quos hinc dolor:
Plerig, siquidem capta consilia vt statim
Sensere, fugiunt illico, ictum vt fulminis,
Aurem obstruentes, atque ferientes manus,
Tam triste ne ipsi cernerent spectaculum,
Alium insidentem scilicet vestris thronis.

a Greg. Naz. in carm. de vita sua. EPISCOPI QUIDAM REGUNT, CÜ GREGOR. SE ABDICAT.

Quinam autẽ hi fuerint, licet verbis non exprimat: coniectura tamen ducimur, fuisse veteres ipsius collegas, amantissimos amicos, quibus cum arcta necessitudo ex diuturna cõsuetudine intercesserat, quales fuere Amphilochius Episcopus Iconij, Gregorius Nissenus, Petrus germanus eius, Episcopus Sebastenus, Helladius Cæsariensis Antistites, & alij Cappadoces, necnõ Otreius Melitenus, Eulogius Edessenus, & erannio Scytha, & si qui alij magni nominis viri mente stabiles inuenti sunt ibi Gregorio studentes.

At qualiter tunc affectus Gregorius: ipse fatetur, nimirum contrariarum passionum ventis animo agitatum, ac primum quidem ingenti gaudio, vtpote quod è tempestate peruenisset ad portũ; immenso vero dolore, quod Ecclesiam suo labore cultam, ac filios catissimos, quos in Euangelio genuisset, deserere cogeretur, nec sciret, cui relinqueret: quem quidem animi mœrorem, quoad vixit, nunquam potuit superare, sed (vt ipse fatetur) semper vt sæuum tyrannum sibi expertus est dominantem, adeo vt illa sua Anastasia semper esset in mente, in ore versaretur assiduè, eandemque semper calami litura formaret, sed & dormienti quoque ipsi eam somnia repræsentarent. Sic igitur magnus Gregorius, sublimis Ecclesiæ Theologus, post triennij commorationem, paucos post dies, ex quo thronum acceperat, pacis studio, sedi vale faciens, inde recedens reuertitur in Cappadociam. Quæ autem post hæc eius fuerint studia & actiones, dicturi sumus infrà. Hic vero admonitum lectorem volumus, Prosperi Chronicon sui exordio totum pene inuersum esse, ac deprauatum, dum sub huius anni Consulibus ponitur ibi obitus ipsius Gregorij Nazianzeni, & Concilium hoc, de quo agitur, celebratum habetur anni superioris Consulibus & alia pleraq; in nominibus & numeris penitus labefactata. Quod voluimus admonuisse lectorem, ne imprudens in foueas errorum incurrat.

GREGOR. REDIT IN CAPPADOCIAM.

LXVII.

Quod rursum ad Gregorium spectat; illud certe hic dicere minimè prætermittimus, ipsum tãto stomacho discessisse à conuentu Episcoporum, vt nunquam amplius Synodo tumultuantium interesse decreuerit; sunt enim hæc verba ipsius *b*: *Mihi enumero certum est & deliberatum, nunquam posthac anserum aut gruum temere inter se pugnantium Synodis interesse, in quibus omnia contentione ac bello ardent, flagitiaq, prius obscura atque incognita in vnum collecta, ab intimicis in lucem proferuntur*, &c. Quo tempore ipsum scripsisse carmen de Vita sua, vt credamus, eo certo ducimur argumento, quod illud nonnisi vsque ad sedis abdicationem appareat prosecutus. Sunt & aliæ ipsius, eorundem Sacerdotum causa, aduersus Episcopos grauissimæ inuectiuæ, ex denique versibus decantatæ, vt illa in carmine de Vitæ differentiis, & contra falsos Sacerdotes, vel cuius est titulus, *Ad Episcopos*. & in eo, cuius est inscriptio, *De Episcopis* c. vbi inter alia de his iunioribus Antistibus, à quibus persecutionem passus est, quales fuerint, docet his verbis: *Dimiserunt me ab vrbe non admodum repugnantem: quippe turpissimum erat illorum me fidei cauponum in numero esse: quorum alij nepotes erant eorum, qui tributorum scriba fuerant, & aliud nihil animo volubant, quam falsas & subdolas rationum depranationes: alij ab aratro venerant adusti à Sole: alij à stigone vel bidente totum diem non quiescente alij remos, exercitusue reliquerant, redolentes adhuc sentinam, vel corpus fœdatum cicatricibus habentes, populi gubernatores, ac duces militum, qui ne minimum quidem concessuri videntur: nonnullis etiam opificiorum, qua citrà ignem operas suas perficere nequeunt, gnari, ne fuligi nem quidem carnis integrè abluerant, flagriones, ac pistrinis digni*, &c.

b Greg. Naz. in carmine de vita differente. in fin.

QVALES EPISCOPI ADVERSANTES GREGOR.

Sed vnde ista fæx hominum emersit ad Sacerdotium? Meminisse oportet, eodem auctore Gregorio, superius dictum esse eiusmodi Sacerdotes nundinatos ex lucro temporali fidem temperatiam coluisse. Quod enim Valentis tempore contigerit Episcopos Catholicos exulare, & complures ex illis vita functos esse, tunc cuique audaci inuadendi Episcopatum additus animus ex oblata occasione fuit, quod scirent ad publicum præconium satis esse perfidiam Arianam. Hi vero sub Catholico Imperatore mox euasere Catholici, & quo impertitiores erant, eo loquaciores, & eruditis infestiores esse solebant. A quibus in hac Synodo illud tantummodo bonum prouenit, vt fidei Catholicæ formulæ subscribentent, tuoq; Chirographo ita tenerentur perpetuo, & stigari. Sed ne piè sancita vilium subscribentium personarũ nomine periclitari possent omnino, Damasus summa (vt dictum est) auctoritate muniuit, vt quicquid ibi de fide Catholica statutũ esset, tanquam totius Ecclesiæ Catholicæ decretum (vtpote in id ipsum cum maiorib. omnibus ijsdem consentientibus) Oecumenici Concilij nomine munitum, stabile firmumq; in perpetuum perduraret.

LXVIII.

LXIX. DE ELECTIONE NECTARII

Sed ad res gestas post Gregorij & aliorum ipsi similtũ Episcoporum discessionem, & ad electionem successoris Gregorij redeamus: de qua illud in primis admonendum est, errare eos, qui tradunt ante Meletij obitum Nectarium electum fuisse, deceptos nimirum ordine narrationis Epistolæ Synodalis ad Damasum scriptæ: nam assertione Gregorij historiam hanc exactissime describentis liquet, longè ante electionem Nectarij Meletium esse defunctum. Quod autẽ ad creationem Nectarij spectat: accidit plane prodigium, ac plane monstrum: etenim cum Episcopus Gregorio haud impar meritis atque doctrina, qui in locum eius sufficiendus esset, quæri deberet (nam secundum sententiam Ioannis Chrysostomi *d*, cum lapis è structura tollitur, illi magnitudine similis collocãdus ibidem est, ne quid vacuum in parte maneat) contigit loco absolutissimi Christiani, sufficiendum hominem nondum Christianum, sed catechumenum adhuc; & loco Theologi perfectissimi, subrogari hominem rerum Ecclesiasticarum penitus imperitum; ac denique pro consummatissimæ perfectionis monacho, hominem peritum è curia; & loco virginis, dari qui hactenus intemperantius vixisset, quod ipsemet apud Sozomenum e testatur: qui licet in sæculi obeundis negotiis dexter videri potuerit tamen in Ecclesiasticis functionibus (vt ita dicam cum Gregorio *f*) præ ferret cæcutiret vitium, nulla penitus ex parte conferendum cum ipso Gregorio. At quo modo id factum sit ab ijs, qui remanserint Cõstantinopoli, Episcopis, sic describitur à Sozomeno *g*:

d Chrysost. de translat. S. Ignatij.

e Soz. li. 7. c. 10.

f Greg. Naz. in carm. de vita sua.

g Soz. li. 7. cap. 8.

LXX. DIODORVS TARSENSIS STUDIT NECTARIO.

Eo, inquit, *tempore, Nectarius quidam Tarsensis è Cilicia splendidissimo Senatorij ordinis gradu ortus, Constantinopoli morabatur. Is tam accinctus ad iter in patriam, Diodorum Tarsi Episcopum conuenit, vt litteras peteret, si quas ille scribere vellet. Meditabatur autem Diodorus tum forte secum, quemnam potissimum ipse ad electionem tam seriam proponere deberet: & in ipsum Nectarium, dignum Episcopatu censuit, cuig, statim tota mente addictus fuit, cum propter canitiem viri & vultum Sacerdote dignum, tum propter suauitatem morum. Itaq, velut aliud agens, eum ad Antiochiæ Episcopum (hic erat Flavianus) adduxit, cõmendauit, & vt illi studeret, hortatus est. Hic vero in negotio serio, ad quod multi*

viri spectatissimi suffragia expectarentur, visit votum Diodori: nihil-ominus tamen accitum ad se Nectarium, paulisper adhuc manere iussit. Non multo post, cum Sacerdotibus nomina eorum, quos ad ordinationem dignos iudicabant, chartæ inscribere Imperator iussisset, ac sibi ipsi ex omnibus vni vnius electionem reseruasset: alij alios in album retulerunt: quare & Antiochenæ Ecclesiæ Præsul inscripsit quoq; quos voluit: quibus omnibus vltimo loco & Nectarium adiecit in gratiam Diodori.

LXXI. THEODOSIVS NECTARIVM ELIGIT.

Imperator igitur, perlecto inscriptorum catalogo, substitit in Nectario, & intendens mentis aciem, secum tacite consultabat impresso vltimæ nomenclaturæ digito. Rursusq; ad caput egressus, Cunctos ordine percurrit, ac Nectarium delegit. Hoc factum admirantur omnes; ac scisciantur, quisnam esset iste Nectarius, & quod sectaretur institutum vitæ, & vnde esset: multo etiammum magis admirati sunt insolentiam iudicij in Imperatore. Ignorabat autem id, opinor, etiam Diodorus; neque enim ausus fuisset sciens, nondum baptizato dare suffragium Sacerdotij: sed vt consentaneum est, quia canus erat, putauit eum iam olim fuisse baptizatum. Facta vero sunt hæc non sine prouidentia diuina, cum & Imperator, postquam baptismi expertem intellexisset, in eadem sententia perstiterit, multis Sacerdotibus reluctantibus. Postquam igitur omnes cesserunt, & in Imperatoris calculum consenserunt: baptizatus fuit, & sacri baptismatis conuenienti habitu etiamnum indutus communi Synodi suffragio Constantinopolis Episcopus declaratus est. hæc Sozomenus de electione Nectarij, de quo illa sententia omnium affirmatur, robur quidem virum fuisse, imparem tamen tanto oneri & inexpertum: vnde factum est postea, vt nimia viri facilitate & impetitia consilij hæretici, rursum Constantinopolitanum magno Catholicæ fidei incommodo detrimento, vt constat ex his, quæ de eodem Nectario suo loco dicturi sumus. Porro auxit Nectarij electio mœrorum luctumque Gregorij, vtpote qui sciret sub tali pastore patere relictum gregem incursioni luporum, sicut postea apud ipsum litteris conquestus est.

LXXII.

De eadem electione Nectarij, idem, qui conuenerant iterum Cõstantinopoli anno sequenti Orientales Episcopi ad Damasum Romanum Pontificem inter alia ita scripsere *a: Ecclesia Constantinopolitana recens (vt ita dicam) adsiticata, quamq; ex hæreticorum blasphemia, tanquam ex ore leonis per misericordiam Dei nuper eripuimus, reuerendissimum, sanctissimumque Nectarium in Concilio generali communi omnium consensu, præsente Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri totiusq; ciuitatis suffragijs Episcopum constituimus.* hæc ipsi. Intelligis ne perspicaæ, lector, vel saltem aspicis per transennã, quales sint isti? qui nulla habita honestæ mentione Gregorij Theologi sponte se in eadem Synodo abdicantis, & laborum ipsius in eadem Ecclesia ab hæ eibus liberanda, & è fundamẽtis restituenda, totum id immensa gloriæ sibi tribuunt, illud summa iactantia magna emphasi effutientes: *Ex hæreticorum blasphemia, tanquam ex ore leonis per misericordiam Dei eripuimus.* egregiam sane laudem, vt cum sapientissimum, qui molem constituerat, architectum elecissent, seipsos exhiberent, ac gaudenter ostentarent esse eiusdem ædificij erectores. Ex his disce alia, nempe quam vera sint, quæ in eosdem Gregorius sæpe conqueritur. Horum quoq; arbitrio illud potuisse statutum esse decretũ post dissentionem Timothei Episcopi Alexandrini, in cuius Ecclesiæ præiudicium vertebatur, vt Constantinopolitana Ecclesia præferretur Alexandrinæ, de quo superius actum est, mihi facile persuadeo: nam quod fortuitò res est transacta, in eadem Epistola ad Damasum nuper citata; cum de reliquis hoc anno reb. gestis in Concilio generali statutis exactè distincteq; fecerint mentionem, rem tantam silentio obnolutam penitus reliquerunt. Cætera aũt de Cyrillo in hac eadem Synodo statuta, & de aliis confirmatis Episcopis, dicentur, cum eadem epistola inferius suo loco & tempore describetur.

a *Apud Theod. li. 5. c. 9.* IACTANTIA EPISCOPORÜ GREGOR. ADVERSANTIVM.

LXXIII.

Quod vero spectat ad tẽpus electionis Nectarij: licet qua potissimum huius anni die contigerit, ignoretur; tamen ante Augusti mensem factam esse, Theodosij Imperatoris sanctio edita tertio Kalen. Aug. in qua de Necta io mentio habetur, ratio manifesti demonstrat. Ad hanc quoque Synodum spectare videtur, quòd Theodosius Imperator cum sciret cõplures hæreticos sub Catholico nomine adhuc retinere Ecclesias, ad horum fraudes conuincendas in diuersis prouincijs Orientis quosdam nominauit Sacerdotes, quorum fides Catholica spectata esset, quibus qui communione iungerentur, ijdem Catholici haberentur, & Ecclesijs præficerentur; qui secus, exploderentur. sanctio autem sic se habet *b*:

Theodosius Imp. ad Auxonium Proconsulem Asiæ.

Episcopis tradi omnes Ecclesias mox, iubemus, qui vnius maiestatis atque virtutis Patrem & Filium & Spiritum sanctum confitentur eiusdem gloriæ, claritatis vnius, nihil dissonum profana diuisione facientes, sed Trinitatis ordinem, personarum assertionem, & diuinitatis vnitatem: quos constabit cõmunione Nectarij Episcopi Constantinopolitanæ Ecclesiæ, necnon Timothei intra Ægyptũ Alexandrinæ vrbis Episcopi esse sociatos: quos etiam in Oriente partibus Pelagio Episcopo Laodicensi, & Diodoro Episcopo Tarsensi: necnon in Asia Proconsulari atq; Asiana diœcesi Amphilochio Episcopo Iconiensi & Optimo Episcopo Antiocheno: in Pontica diœcesi Helladio Episcopo Cæsariensi, & Otreio Meliteno, & Gregorio Episcopo Nysseno, Birtannio* Episcopo Scythiæ, Marmario* Episcopo Marcopolitano communicare constiterit. Hos ad obtinendas Catholicas Ecclesias ex communione probabilium Sacerdotum oportebit admitti: omnes autem, qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fide communione dissentiunt, vt manifestos hæreticos ab Ecclesijs expelli, neq; his penitus posthac obtinendarum Ecclesiarum Pontificum facultatem, permitti: vt vera ac Nicæna fides Sacerdotia casta permaneant, nec post euidentem præceptj nostri formam maligna locum detur astutiæ. Dat. III. Kalend. August. Heraclea, Eucherio & Syagrio Coss.*

b Vid. l. de fide Catholi. C. Theod.

LXXIV.

* professa tes

* Tyrannio, Teisscnio

* Mariano

Huius quidem sanctionis meminisse visus est Gregorius Nyssenus in Epistola ad Flauianum, cum ait in hæc: *Quod si ex Sacerdotio dignitas æstimanda est: par & idem à Synodo concessum est priuilegium, vel potius cura emendationis publicæ: idq; in eo, quod iure pari esse ipsis essemus.* hæc ipse: ex quibus quoq; colligitur, quod Theodosius postea promulgauit, iam ante fuisse decretũ in Synodo; nam ex Synodi canone, non autem Imperatoris sanctione id sibi Gregorius Nyssenus vendicat: vt appareat ex his etiam eos in Theodosij edicto esse nominatos, quos iam Episcopi in Synodo ad honore dignassent: vt non miretis, si ille doctrina excellens, & qui in his dignoscẽdis accuratissimus esset, atque demum in omnibus omnium celebertimus, præteritur silentio, & relinquitur prorsus inglorius Gregorius Nazianzenus, iam ab illis penitus obliuione sepultus. Porro Episcoporum in edicto nominatorum diuersis locis superius facta est mentio. Otreius autem Episcopus Melitinæ in Armenia, cuius ibidem nomen exprimitur, non solũ fide Catholica insignis habitus est, sed vitæ quoque sanctitate clarus enituit; eius n. meminit Cyrillus monachus in Actis S. Euthymij, qui infantulus (vt tradit) Deo oblatus est ab eodem Otreio, necnon tonso capite in clerum cooptatus.

LXXV. SYNODI DECRETÜM DE PROBANDIS CATHOLICIS.

Sed hic aduerte, Socratem cà veritatis scopo longè aberrare, dum putauit ex hoc Concilio Metropoles, immo Patriarchatus à Patribus constitutos fuisse. ait enim: *Distribuit is prouincias, Patriarchas constituunt, decidunt q;, vt nullus Episcopus relicta sua diœcesi, ad exteras Ecclesias demigraret: nam antea propter persecutionum tempestates istud facere, cuique librum erat. Nectario igitur ampla illa ciuitas Constantinopolis & tota Thracia obuenit. Pontica autem diœcesis Patriarchatum Helladio Cæsareæ Cappadociæ post Basilium Episcopo, Gregorio Nyssæ (hæc est etiam vrbs Cappadociæ) fratri Basilij, & Otreio Melitinæ, quæ est in Armenia, contigit. Patriarchatum autem Asianum Amphilochium Episcopum Iconij, & Optimum Antiochiæ Pisidiæ sortito capiunt. Ægyptj diœcesis Timotheo Alexandriæ Episcopo tribuitur. Ecclesiarum denique versus Orientem diœcesim ijdem Episcopi, qui antea, Pelagius scilicet Episcopus Laodiceæ, & Diodorus Tarsi honoru prærogatiua Ecclesiæ Antiochiæ reseruata, quam Meletio tunc præsenti tribuerunt. Itemq; statuerunt, vt si visus postularet, res cuiusque prouinciæ Concilium prouinciale dispensaret. Iu etiam Imperator suffragatus est. Istud itaq; Concilium talem extitit consecutum.* hactenus Socrates, qui non vnum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

sed plures (pace ipsius dixerim) simul coacernauit errores licet haud volens, sed q̃ minimè sit assecutus sensum decreti Synodi, Theodosijq; sanctionis nuper recitatæ. Vndenam somniauit tot tunc Patriarchatos institutos, Cappadociam diuulsam à Cæsarea Metropoli, datamq; Asiam Amphilochio, & alia id genus multa?

LXXVII. a Sozo. li. 7. cap. 9. SOZOMENI RECTA SENTENTIA.

Sed felicius Sozomenus a ex tenentia eiusdem Imperatoriæ sanctionis ait, nõ ad distinguẽdas prouincias, sed ad dignoscendos vere Catholicos ab hæreticis, Imperatorẽ eam voluisse adhiberi cautelam, nimirum vt hi censerentur esse Catholici, quibus & cõmitti possent Ecclesiæ, qui in eo edicto nominati essẽt insignioris nominis Orthodoxi Episcopi. *Hos porro*, inquit ipse, *esse, qui congruerent in fide cum Nectario Constantinopoli, & in Ægypto qui cum Timotheo Alexandriæ Episcopo: in Oriente alibius vero Ecclesiis qui cum Diodoro Tarsensi, & cum Pelagio Laodicensi in Syria Episcopo: apud Asianos, qui cum Amphilochio Iconiensis Ecclesiæ Præsule in ciuitatibus vero Ponti à Bithynia vsq; ad Armeniam cum Helladio Cæsariensis in Cappadocia Ecclesiæ Episcopo, & cum Gregorio Nyssæ, & Otreio Melitinæ Episcopo: in Tracia autem Scythiaq; vrbibus, qui cum Terentio * Tomorum, & Martyrio Marcianopolis Episcopo conuenirent. Hos enim & imperator quoque visos & coram allocutus approbauit, de quibus & integra constabat fama, quod suis Ecclesiis religiosè præessent. Postquam autem hæc ita peracta essent, sinemq; Concilium cepisset, cæteri quidem domum quisq; reuersi sunt.* hæc Sozomenus.

* Tyranno, Bicrannio

LXXVIII. b Soz. li. 7. c. 10. CILICES VIRI ERVDITI RETINENTI A NECTARIO.

At quoniam Nectarius haud tantæ erat scientiæ, vt hæreticorum dolos cauere posset: ne ab illis deciperetur, caute egit, vt retineret sibi vnum ex Episcopis Cilicibus, gentilibus suis, & alios eiusdem prouinciæ diserros viros, de quibus hæc idem Sozomenus b: *Nectarius autem præceptore Cyriaco Adanorum Episcopo officium Sacerdotale didicit: cum hoc enim ipso, vt secum aliquandiu maneret, Diodorum Tarsensem Episcopum rogauerat: inuitauerat & alios multos Cilices, vt secum morarentur, ex quibus & martyrium, quem vt medicum familiarẽ, ita commissorum in iuuentute delictorum consciũm habuerat, diaconum ordinare cogitabat: cæterum Martyrium in eo aduersatus est, indignum se esse ministerio diuino asseuerans, actaque sibi antea vitæ testem Nectarium ipsum citans.* Cui Nectarius: *Nunquid ego, inquit, idem qui nunc Sacerdos sum, vitam meam hactenus multo magis dissolute traduxi, quam tu tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qua frequenti temperantiæ meæ opem persæpe tulisti? Tum ille vicissim: Atqui tu, ô beate, recens baptizatus ac purificatus, & mox insuper Sacerdotio auctus es: vtraque autem hæc peccatorum expiatoria esse, Deus constituit. ac proinde, vt mihi quidem videris, tu ab antehac iam recens natu nihil differs: ego vero iam olim sacri baptismi factus particeps, in consuetudine vitæ meæ vsum semper antiquum obtinui. Atque ille quidem talia causatus, ordinationem non admisit.* hæc Sozomenus. Erat tunc Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus à Gregorio ordinatus Euagrius c Ponticus, qui ibi remansit post eius discessionem, eo consilio, vt qui discipulus ipsius Gregorij extitisset, esset adiumento Nectario in dogmatibus disquirendis: sed quonam pacto iste coactus fuerit Constantinopoli proficisci, dicemus suo tempore.

c Pallad. in Lausia. c. 15

LXXIX. TRANSLATIO PAVLI EPISCOPI CONSTANTINOPOL.

Quod vero Episcopi confessores exules Imperatoris sanctionibus iam ante in suas ipsorum Ecclesias fuerant reuocati: æquum visum est Theodosio, inspirante numine, vt & qui eiusdem persecutionis Arianæ tempore subiissent martyrium, è remotioribus locis eorum reliquiæ cum honore, tanquam triumphantium athletarum, in suas ipsorum recocarentur Ecclesias; vnde de Pauli sanctissimi Episcopi Cõstãtinopolitani, qui apud Cucusum Armeniæ oppidum sub Constantio fuerat strangulatus, vt eius venerandũ corpus Constantinopolim transferretur, mandatum dedit hoc fermè tempore, vt Sozomenus tradit his d verbis: *Porro Imperator vbi cognouisset ea, quæ Paulo quondam Constantinopolis Episcopo acciderant, transtulit eius corpus, & in Ecclesia sepelivit, quam Macedonius Episcopus eius persecutor extruxerat, quæque adhuc de ipsius nomine nomen seruat augustissima existens ædes & nobilissima: quæ res multos veritatis ignaros, velut & mulierculas & è plebe complures, suspicari facit, Paulum Apostolum illic esse conditum,* ita ipse. Socrates etiam eiusdem translationis meminit e. Quod autem ea semel fama vulgo concepta, posteris eodem ore tradita, auctaque magis magisq; fuerit: inde puto accidisse, quod legimus in Epistola Clemẽtis Quarti Romani Põtificis ad Reginam Francorum de homine Græco, qui attulit ad ipsam caput, quod diceret esse Pauli Apostoli: illud enim (nisi stropha ab eo conficta fuit) potuit iure existimari fuisse caput Pauli Episcopi Constantinopolitani insignis martyris, errore vulgi creditum Apostoli Pauli.

d Soz. li. 7. c. 10.

e Socrat. li. 5. c. 9.

LXXX.

Dum autem adhuc Synodus ageretur, quæ (vt vidimus ex Theodosij nuper recitato edicto) vsque ad finem mensis Iulij producta est, eodẽ mense idem Theodosius Imperator edicto vetuit ab hæreticis fabricari Ecclesias intra vel extra vrbes. Quod enim expulsi ab Ecclesijs essent, vetitiq; synaxes agere; ijdem, qui potentes diuitiis essent, vtpote penes quos sub duob. Imperatoribus Constantio atque Valente summa rerum fuisset, aggressi sunt fabricare nouas Ecclesias, alias in vrbibus, alias in suburbiis, ad quas conuenirent: id quidem cum Theodosio innotuisset, dato eiusmodi rescripto ad Comitem Orientis, ipse occurrit f:

f l. 8. de hær. C. Theod.

*Nullum Eunomianorum atque Arianorum, vel ex dogmate Aetij in ciuitatibus vel agris fabricandarum Ecclesiarum copiam habere præcipimus. Quod si temere ab aliquo id præsumptum fuit: domus eadem vbi hæc constructa fuerint, quæ construi prohibuimus, fundus etiam vel priuata possessio protinus Fisci nostri * viribus vindicetur, atque omnia loca fiscalia statim fiant, qui sacrilegi huius dogmatis vel sedem receperint, vel ministros. Dat. XIV. Kalend. August. C. P. Eucherio & Syagrio Coss.* Potro non hos tantum hæreticos, sed & alios, nempe Manichæos, Encratitas, Apotacticos, & Hydroparastas, idem Theodosius suis hoc anno legibus exagitauit: g eo demque infamia notauit, testibusque ereditum ademit, ne quid caperent ex testamento, prohibuit. Quo item tempore & hæc rescripsit aduersus apostatas h:

* iuribus

g l. 7. de hær. C. Theod.

h l. 1. de Apo. C. Theo.

His, qui ex Christiani Pagani facti sunt, eripiatur facultas, iure testandi. Omne defuncti si quod est testamentum, submota conditione rescindatur. Dat. VI. Non. May. C. P. Syagrio & Eucherio Coss.

Eodem anno Nonis Septembris celebratum est Concilium Aquileiense, à Graciano extortum illud à duobus Episcopis Palladio & Secundiano, vt dictum est anno superiori. His enim à Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, vt Ariani, extra Ecclesiam pulsi vitarentur; callida arte nomen sibi Catholicum vsurpantes, tales se re vera esse apud Imperatorem Gratianum conquesti, à Concilio vniuersali suam ipsorum causam examinari expetierunt. Cum Gratianus, licet inuitus, de cogẽda Synodo Aquileiæ hoc anno, litteras ad Italiæ cõprouinciales Episcopos dedit; cum reliquis autem externarum prouinciarum Episcopis ea est vsus modestia, vt neminem cogeret, sed cuiusque arbitrio relinqueret aduentum: venientes tamen vt publicis decreuerat expensis, præcepit: Oriẽtalib. quoq; Præfecti Italiæ litteris significatum est, vt si vellent, conueniendi liberam potestatem haberent. Sed satis illis visum hoc anno (vt vidimus) cõuenisse Constantinopoli; cum nonnisi in Oecumenicis Conciliis vna simul Orientales & Occidentales conuenire, Ecclesiasticæ consuetudinis esset. hæc omnia ex Actis eiusdem Synodi, quæ extant, certa reddantur.

LXXXI. CONCILIVM AQVILEIENSE.

LXXXII. EPISCOPI IN CONCILIO AQVILEIENSI QVI HVIC SYNODO INTERFVERVNT.

Qui autem Aquileiæ conuenerunt Episcopi, pauci quidem extitere, sed ijdem virtute sublimes, omnesque numero triginta duo: quorũ ex Africana Catholica Ecclesia missi fuere Legati duo, Felix & Numidius; ex Gallijs Narbonensi, Viennensi, & Lugdunensi Legati tres, Constantius, Proculus, atq; Iustus. Horum igitur omnium, qui antiquorum scriptorum monumentis celebrati reperiuntur, post Ambrosium omnibus fama notum, est in primis numerandus Valerianus ipsius Aquileiæ ciuitatis Episcopus, qui labefactatam à Fortunatiano Ariano Antistite prædecessore eam Ecclesiam ab omni quam citissimè labe purgauit, redditq; eam noua propagine eruditorum & morũ præstantia illustrium, cleticorum tot

Vbi conspicuam, vt suo loco superius dictum est. Porro eiusdem Valeriani nomen iug. memoria in publicis Ecclesiasticis tabulis perseuerat *a*. Huic in eadem Episcoporum serie proximo loco iungitur Eusebius Bononiensis Episcopus, & ipse sanctitate clarus S. Ambrosij elogio *b* cõmendatus, interq; sanctos post obitum receptus, sacris dypticis retinetur adscriptus. Quartus vero ordine positus Limenius Vercellensis Episcopus, post S. Eusebium primum eius ciuitatis, creatus Antistes.

a Martyr. Roma. 27. Novembr.
b Ambr. de Virg. lib.

LXXXIII.

Anemmius autem Sirmiensis quinto loco recensitus habetur, eodem Ambrosio promotore, aduersantibus licet Arianis & Imperatrice Iustina, factus Episcopus Sirmiensis, vt anno superiori dictum est. Sed mea sententia, qui sequitur ordine sextus, siue spectes doctrinam viri, siue vitæ egregiam sanctitudinẽ, inter primos adnumerandus Sabinus Episcopus Placentinus: quanta n. huius esset in literis sacris peritia, illud vnum satis tibi euidens sit argumentum, quod magnus noster Ambrosius huic sua scripta dignoscenda atq; emendanda credebat. locupletes huius rei testes sunt eiusdem Ambrosij ad eundem ea de re scriptæ litteræ, sed & quam insignis miraculorũ operatione nituerit, S. Gregor. *d* qui ea describit, amplam sane fidem facit. recensetur & ipse in Ecclesiasticis etabulis digno præconio sanctitatis. Octauus vero ibi ordine collocatus Philastrius Episcopus Brixianus scriptorum nõnullorum laude clarus, & certaminib. aduersus Arianos insignis habitus, accedentibus ad doctrinam dignis vitæ meritis, & ipse inter claros scriptores & viros sanctos adnumeratus habetur *f*, de quo plura superius dicta sunt: hinc apud S. Ambrosium se nouisse Mediolani, S. Augustinus gloriatur. Recensetur post alios nonnullos Heliodorus Episcopus Altinensis, quem scimus S. Hieronymi *h* litteris plurimum commendatum: quantum præterea Græcarũ litterarum facultate imbutus esset, superius est demõstratum: accessit vero ad ipsius coronam Nepotiani nepotis egregia morum institutio: hic in bona senectute die claudens extremum, adhuc anniuersaria commemoratione in Ecclesia viuit: sicut & collegæ Euentius *k* Ticinensis, & Bassianus *l* Laudensis inter sanctos relati. Qui sequitur ordine Exuperantius Episcopus Dertonensis, ille esse putatur discipulus S. Eusebij Episcopi Vercellensis, de quo magna cum laude fit mentio in sermone sexagesimo nono, sed primo de S. Eusebio, apud S. Ambrosium.

c Ambros. ep. 40
d Gregor. dial. lib. 3. c. 80.
e Martyr. Rom. die 11 Decemb.
f Martyrol. Rom. die 18 Iulij.
g Aug. de hæres. ad Quodvultdeum.
h Hier. ep. 1. 2. 3.
i Martyrol. Rom. die 7. Iulij.
k Martyr. Rom. die 18. Febr.
l Martyr. Rom. die 29. Ianuar.

LXXXIV. VIRI CLARISSIMI QVI INTERFVERVNT CONCILIO AQVILEIENSI.

Qui vero adfuerũt Legati ex prouincia Narbonensi & Viennensi Constantius & Proculus, vt Synodi literæ declarãt, ille Arausicæ, Proculus vero Massiliensis fuit Episcopus, insignes plane huius ꝛeculi viri, quorum P. oculus à S. Hieronymo mirificè commendatur: nam scribens ad Rusticum Narbonensem *m*: *Habes istic*, inquit, *sanctum & doctissimum Pontificem Proculum, qui vina & præsenti voce nostras ſchedulas superet, quotidianis tractatibus iter tuum dirigat.* mentio eiusdem est etiam in Concilio Taurinensi. Qui vero Gallorum Legatus Iustus nominatus legitur; fuit hic Episcopus Lugdunensis sanctitate clarus, cuius iugis memoria in Martyrologio perseuetat *n*, eiusq; res gestæ cõscriptæ leguntur *o*. His & aliis clarissimis viris tunc enituit illa corona sanctorum tanquã floribus semper viuidis atq; odore fragrantibus in Ecclesia Dei: adeo vt vix sit reperiri alia Synodus, in qua tam exiguo Episcoporum numero, tot comprehensi habeãtur viri sancti & eruditi, famaq; celebres, vigentes in Ecclesia memoria sempiterna. anniuersaria commemoratione votis fidelium rediuiui. At quam commodè accidit, vt qui à nobis ex instituto fuissent magno labore colligendi, hic vna collectos, vno eodemq; consessu dispositos, perfacile fuerit recensere, atq; de singulis agere.

m Hieron. ep. 4.
n Martyr. Rom. die 2. Septemb.
o Apud Sur. to. 5. die 2 Sep. Ado in Chron. & alij.

LXXXV. ACTA SYNODI SVB MATIM COLLECTA.

Iam vero par esset, vt ipsa Acta Synodi Aquileiensis hic verbatim describerentur; singulæque tot sanctorum Patrum sententiæ, vt diuina quædam oracula ex integro redderentur. sed quoniam ea singula pluries edita adeo innotuerunt, vt circunque ea cupienti pareat; abstinemus, satisque erit omnia summatim complexa (quod ad rerum cognitionem spectat) hic paucis repræsentare. Fuit eius Synodi vnica tantum Actio, quod à prudentib. bellatoribus dolosa impietas è latebris in lucem coacta progredi, cito citius tanquam horrendum monstrum iaculis omnium confecta est: adeo vt (quod eadẽ Acta habent) vna die à prima hora vsque ad septimam totum prælium confectum sit, licet visæ fuerint Patribus lõgæ moræ, laborq; superuacaneus, iam publicè notos hæreticos ad defensionẽ admitti, atq; iterũ condemnari; quos manifesta impietatis nota semel inustos, ab Ecclesia Catholica extorres, vbiq; profugos, omnes vitarent, atq; maximè exhorrerent.

LXXXVI.

Ante sessionem Ambrosius diu (vt ipse tradit) dissetuit cum ijsdem Palladio & Secundiano hæreticis, si forte eos ad meliorem frugem perducere potuisset: sed opera frustra impensa, in ipsa sessione prælocutus, in Acta redigi omnia postulauit; quo eorũ blasphemiæ cunctis patentes, nulla valerẽt postea tergiuersatione celari. Sicq; in Acta primum omnium relata est Epistola Imperatorum, qua Episcopos spontaneos ad Synodum conuocarunt. Inde causa agi cœpta est, recitataq; Epistola Arij, in qua dictum erat, *Solus æternus Pater.* Et rogatus Palladius, quid sentiret; subterfugiens ille, negauit se respondere posse, absentibus Episcopis suis, nempe Orientalibus: quos vocatos Præfecti litteris venire noluisse, respondit Ambrosius. Vrget tum ipse Ambrosius cum aliis Episcopis, vt propositæ togationi respondeat de diuinitate Filij Dei, quam Arius scripto negarat: eundemq; moras nectentem eo dilemmate arctat, cum diceret: *Soles te Arianum negare; Aut damna hodie Arium, aut defende.* At cum nec sic responderet, sed de minus pleno Concilio congregato querelas iungeret: Ambrosius à Synodo petiit damnari Palladiũ, qui Arium damnare nolleꝛ; atq; ad ipsum Palladium cõuersus illud addidit: Dubitas dãnare post diuina iudicia, cum crepuerit medius? Interpellatiq; Legati Afrorum, Gallorum, & primæ sedis Illyrici Episcopus Sirmiensis, omnes vna voce, anathema dixerunt omnibus secundum Arium sentientibus.

ARII EPISTOLA IN SYNODO RECITATA

LXXXVII. PALLADII TERGIVERSATIONES VARIÆ.

Rursum rogatus Palladius, sic tandem Christum Filium Dei confessus est verum, vt secundum cauillos Auxentij confiteretur verum Filium, non verum Deum. Sed cum adigi non valeret hæreticus, vt diceret Filium verum Deum; ab omnibus ei dictum est anathema, qui non confiteretur Filium Dei verum Deum. Post hæc cũ ex sententia Apostoli *p*, Patrem solum habere immortalitatem Palladius diceret, ac ex eo diuinitatem Filij Dei negaret: dicentibus Episcopis secundum diuinitatem æque Patri ac Filio & Spiritui Sancto eandem immortalitatem competere; detrectante hoc profiteri Palladio, à Synodo anathema dictum omnibus id non affirmantibus.

p 2. Tim. 6.

LXXXVIII.

Ac rursus Palladius spinis se, serpẽtis instar, inuoluens, quod non explicaret, quid sentiret sincera fidei libertate; iterum anathema dictum est ei. Sed cum idem Palladius eo blasphemiæ pronumperet, vt palam negaret Filium Dei sapientem, iterum anathema eidem inflictum est: Quodq; itidem sic diceret Filium bonũ, vt asserere nollet Deum bonum; iterato anathema ipsi irrogatum est. Sic item eadem perculsus est sententia, cum nollet asserere Filium Dominum omnipotentem, sed prouocaret ad Concilium generale. Post hæc autem ipse Palladius percontari cœpit Catholicos, & disputatione struere ex verbis illis Domini: *Pater maior me est.* Sed etsi à Sabino repulsus est, vt indignus qui audiretur, nisi prius Arium condemnaret, tamen & hoc eidem indulserunt.

LXXXIX. PALLADIVS VRGET CATHOLICOS TVA TESTRA.

Vrgente vero adhuc Palladio Catholicos illa sententia: *Pater maior me est.* & illis perspicuè omnes soluentib. ambages: falsa vsus Palladius textus eius allegatione, dictitabat esse scriptum: *Qui misit me, maior me est.* Sentiens igitur Ambrosius ab illo adulterari diuinam scripturam, adiectione illorum verborum: *Qui misit me* inclamauit cum aliis in eum anathema, dicẽs: *Anathema illi, qui diuinis scripturis addit aliquid, vel minuit.* Appellante vero illo alios auditores, sententia Sabini Episcopi definitum est, deteriores esse Palladij blasphemias, quam Arij. Surgente autẽ illo vt exiret, & perstante in sententia maiorem secundum

diuini-

dominitatem Patrem esse Filio; iterum in eum à Patribus inculcatum est anathema. Instantibus rursus Catholicis vt cõtra Arium Filium æqualem Patri profiteretur: cum nollet respondere, eam ipse silentij falsam causam prætexuit, quod quæ dicerẽtur ab eo, minimè à Notarijs exciperentur. Quare ad omnem cauillationem eludendam, permisit illi Synodus, vt ipsius Notarij exceptores in xo ducerentur. Sed cum rursus Palladius prouocaret ad plenum Concilium: detrectante illo damnare Epistolam Arij, ac diuersis subterfugijs vtente, Valerianus Episcopus Aquileiæ detexit laruam, nempe Palladium ordinatũ fuisse à Photinianis, atq; cum illis iam antea damnatũ: quare dicto in eum rursus anathemate, ille iterum ad alios prouocat auditores.

XC. PALLADIVS EFFELLAT IVDICES SACVLARES.

Cumque eo tandem dementiæ venisset Palladius, vt sæculares etiam Iudices peteret: S. Ambrosius grauem illam sententiam dixit: *Sacerdotes de laicis iudicare debent, nõ laici de Sacerdotibus*, atq; tandem nouissimam hanc in eum damnationem his verbis intulit: *Etsi Palladius in multis impietatibus deprehensus sit: erubescimus tamen, vt videatur qui Sacerdotium sibi vendicat, à Laicis esse damnatus. Ac per hoc, quoniam & in hoc ipse damnandus est, qui laicorum expetit sententiam, cum magis de laicis Sacerdotes debeant iudicare: iuxta ea, quæ hodie audiuimus Palladium profitentem, & iuxta ea, quæ condemnare noluit, pronuncio illum Sacerdotio indignum & ejciendum, & vt in loco eius Catholicus ordinetur*, ita Ambrosius: in quam sententiam à cæteris omnibus Patribus itum est.

SENTENTIA IN PALLAD.

XCI. SECVNDIANI EPISCOPI ARIANI CAVSA.

Damnato Palladio, Secundianus rogatus est sententiam dicere, quid profiteretur de Filio Dei: qui eadẽ, quæ Palladius de ipso Filio Dei sentire professus est, licet circumuẽtione videri velle esset Catholicus; sed tamẽ quadam inuersione verborum, quemadmodum arte ioculatoria impostores visum fallunt, ita assereret Filium esse Deum verum vnigenitũ, vt dictionem illam, Verum, ad Filium, nõ autem ad Deum relationem habere vellet; vt cum Deum verum diceret, Verum ad vnigenitum referret; quasi diceret, Filium verum esse Patris vnigenitum. At licet hic terminẽtur Acta, quæ extant, nec ea integra omnia habeantur: tamen ex Epistola à Synodo scripta, æquè damnatum esse Secundianũ atq; Palladiũ, apparet. Quin etiam Attalum presbyterum ex Catholico Arianum factum Patres eadem sententia perculere: Valentem quoq; Pseudoepiscopum intrusum in locum Marci Petauionẽsis Episcopi, quod à populo ejectus, patriam Gothis proditiõe tradidisset, habitu Gothico cũ torque & brachialibus incedentem, necnon ordinationes illegitimas vbiq; faciẽtem, detulerunt per literas Imperatoribus; à quibus & petierunt, ne Photinianis cogendi conuentũ apud Sirmium, quod tentabant, facultas daretur. Sed Synodalem hic Epistolam ad Augustos per legatos missam recitemus, prout de aliis factum est.

XCII. LITERÆ SYNODI AD IMPERATORES.

Imperatoribus clementissimis & Christianis, beatissimisq; principibus, Gratiano, Valentiniano, & Theodosio sanctum Concilium, quod conuenit Aquileiæ.

Benedictus Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui vobis Romanum Imperium dedit: & Benedictus Dominus noster Iesus Christus vnigenitus Dei Filius, qui regnum vestrum sua pietate custodat: apud quem gratias agimus vobis, clementissimi Principes, quod fidei vestræ studium probauistis, qui ad remouendas altercationes congregare studuistis Sacerdotale Concilium, & Episcopis dignationem vestra honorificentiam reseruastis, vt nemo deesset vocatus, nemo cogeretur inuitus. Itaque iuxta mansuetudinem vestra statuta conuenimus sine inuida multitudine, & cum effectu discussionis: nec vlli de hæreticis Episcopi sunt reperti, nisi Palladius & Secundianus, homines vetustæ perfidiæ, propter quos congregaris cõcilium postulabant de extrema parte Orbis Romani. Ecce nullius senectutis annis grauatus, cuius vel sola esset reuerenda canities, de vltimo sinu maris Oceani venire compulsus est. & Concilio nihil defuit; nullus debile corpus trahens: tenuiorum stipendium onerosum, itineris est coactus iniuria, sortitudinis amissa damna deflere, nullus postremo pauperiem, in Sacerdotibus gloriosam, subsidio venienda destitutus ingemuit.

XCIII. a Psalm. 40

Vnde completum in te est, clementissime Principum Gratiane, quod Scriptura diuina laudauit a: Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem. Quam graue autem, si propter duos in fide carios, toto in Orbe essent Ecclesiæ Sacerdotibus destitutæ? Qui etiamsi venire propter prolixitatem itineris nequiuerunt: tamen omnes prope ex omnibus prouinciis Occidentalibus, missis adfuere Legatis, & altercationibus euidentibus id se tenere, quod nos asseruimus, & in tractatu Nicæni congruere Concilij destruarunt, &c.

postq; enarrata Acta Concilij superius explicata, ibidem Patres, vt damnati hæretici ministerio Præfectorum ab Ecclesijs arceantur, auxilium implorant his verbis: *Vestram fidem, vestram gloriam deprecamur, vt reuerentiam Imperij vestri deferatis auctori, censeatis, impietatis assertores & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ vestræ ad iudicia competentia ab Ecclesia arcendos esse luminibus: vt in damnatorum locum per nostræ paruitatis Legatos sancti subrogentur Sacerdotes. Attalum quoque presbyterum de præuaricatione confessum, & palam sacrilegijs inhærentem par sententia comprehendat. Nam quid de magistro eius Valente dicemus? Qui cum esset proximus, declinauit Sacerdotale Concilium, ne cuersa patria, perditorum, ciuium causas præstare Sacerdotibus cogeretur. Quæ etiam torquem vt asseritur, & brachialia, impietate Gothica profanatus, more indutus Gentilium ausus sit in prospectum exercitus prodire Romani. Quod sine dubio non solum in Sacerdote sacrilegium, sed etiam in quocunque Christiano adhorretur more Romano, nisi forte sic solent idololatræ Sacerdotes prodire Gothorum.* Episcopos Arianos torquatos interdum incedere consueuisse, alibi diximus, & inferius quoque alijs patebit exemplis. Subdunt ijdem Patres:

DE ATTALO DE VALENTE PRODITORE PATRIÆ.

XCIV. ALIA PETITIO EPISCOPORVM.

*Moueat pietatem vestram Sacerdotale nomen, quod ille sacrilegus infamat: qui etiam suorum vocibus (qui tamen superesse possint) nefandi sceleris arguitur. Certè domum repetat suam: non contaminet florentissimas Italiæ ciuitates, qui nunc illicitis ordinationibus consimiles sui sociat sibi, & seminarium quærit suæ impietatis atque perfidiæ per quos, perditos relinquere, qui Episcopus esse nec capit. Nam primo Petauione superpositus fuerat sancto viro Marco admirabilis memoriæ Sacerdos, & postquam deformiter deiectus à plebe est, qui Petauione esse non potuit, is nunc Mediolanum post euersionem patriæ, ne dicamus proditionem, inquietauit. Super omnibus igitur pietas vestra * consolari dignetur, ne obtemperantes vestra tranquillitatis statutis, frustra conuenisse videamur. Nos solum enim cauendum est, ne nostra, sed ne vestræ decreta infamentur. Petimus igitur, vt Legatos Concilij sanctos viros æquè clementia vestra audire dignetur, & cum effectu eorum, quæ poscimus, matures redire præcipiat, vt mercedem accipiatis à Domino Deo Christo, cuius Ecclesias ab omni sacrilegiorum labe purgastis.* Photinianos quoque, quos & superiori lege censuistis nullos facere debere conuentus, & eam, quæ de Concilio Sacerdotum data est congregando: remouistis: petimus, vt (quoniam in Sirmiensi oppido adhuc conuentus tentare cognouimus) clementia vestra, interdicta etiam nunc coitione, reuerentiam primum Ecclesiæ Catholicæ, deinde etiam legibus vestris deferre iubeatis: vt & vos Deo propitiante, triumphetis, quiq; Ecclesiarum, quietiq; consulitis.* hactenus Episcopi ad Imperatores.

* nos

PHOTINIANI NE COEANT.

XCV.

Dederunt quoque ijdem literas ad comprouinciales Episcopos, qui Legatos ad Concilium miserant, quarum ibidem extat exemplar, earum scilicet, quæ missæ sunt ad Episcopos Galliarũ prouinciæ Narbonensis ac Viennensis, ex quibus Proculus & Constantius Synodo interfuere Legati. Quod vero nulla legatio ab Hispaniarum Episcopis missa fuerit, cũ ex Africa etiã aduenerit: illa causa creditur, quod vniuersa Hispania hoc tempore ob Priscillianum hæresiarcham maxima iactabatur dissidij tempestate. Quomodo autem hæc se habuerint, proximè dicturi sumus. Lex vero illa, qua Photinianis conuentus interdicti erant, vtique ea est, quam superius recitauimus hoc anno datam, quarto Idus Ianuarij, ijsdem Consulibus Eucherio atque Syagrio. Quod idem aiunt, Attalum hominem Mediolanensem ciuitatem peruertere: tantam fiduciam haud dubium Iustinæ Augustæ fauore sibi impios vendicasse, certum est; cuius quoq; studio eiusdem sectæ homines sese in aulam etiam Gratiani insinuarunt, eoq; insolentiæ progressi sunt, vt duo ex illis illudere conati sint sanctissimo Sacerdoti Ambrosio: quonam modo id acciderit, Paulinus narrat his verbis:

S. Pauli. in vita S. Ambrosii.

XCVI.

Fuerunt etiam duo cubicularij tunc temporis Gratiani Impe-

ARIANI AVERSI QVID IN AMBROS.

ratoris de hæresi Arianorum, qui tractandam Episcopo quæstionem proponerent. Ad quam audiendam altero die ad basilicam Portianam se adfuturos promiserant. Erat enim quæstio de Incarnatione Domini. Sed alio die miserandi homines superbia tumore completi, nec memores promissorum, contemnentes Deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis considerantes iniuriam, immemores etiam dictorum Dominicorum a: Quoniam qui scandalizaverit vnum ex minimis istis, oportet, vt mola asinaria collo eius allegetur, & demergatur in profundum maris: conscendentes in equos, quasi gratia gestandi civitatem egressi sunt, expectante Sacerdote & plebe in Ecclesia constituta. Sed huius contumacia quia finis fuerit, horresco referens. Subito enim præcipitati miseras animas emiserunt, atque corpora illorum sepultura sunt tradita. Sanctus vero Ambrosius cum ignorasset, quod factum esset, nec diutius posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quæstione, qua fuerat proposita, sermonem adorsus est, dicens: Debitum, fratres, curo soluendum, sed hesternos meos non inuenio creditores, & reliqua, quæ sunt scripta in libro, qui de Incarnatione Domini intitulatur. hæc Paulinus: ex quib. videas iuxta illud Prouerbiorum b eiusdem accidisse: *Parata sunt derisoribus iudicia.* at de rebus Ambrosij hactenus: ad Romanum Pontificem orationem conuertamus.

a Matth. 18

b Prouer. 3.

XCVII. DAMASVS AGIT PRO COGENDO ROMÆ CONCILIO GENERALI.

Post hæc autem cum de rebus gestis in Synodo Constantinopolitana Damasus Romanus Pontifex nuncium accepisset, & inter alia, quod in Paulini Episcopi Antiocheni commeliam creassent Episcopum in locum Meletij Flauianum: quod res eo progressa esse videretur, vt dissimulari non posset, agit cum Imperatoribus de cogendo anno sequenti Romæ Concilio generali; ad quod vt Orientales Episcopi, qui hoc anno conuenerunt Constantinopoli, venire cõpellerentur, auxilium implorat Theodosij Augusti Constantinopoli commorantis. id quidem testantur literæ c Orientalium Episcoporum, qui sequenti anno Constantinopoli conuenere. Sed & Gratianum quoque interpellatum à Damaso, vtid perficiendum curaret, Sozomenus affirmat, qui de his eiusmodi instituit orationem d: *Ex eo*, inquit, nempe quod Flauianus in locum Meletij Episcopus Antiochenus subrogatus est, *maxima rursus perturbatio Antiochenam Ecclesiam corripuit, ac plurimi se à Flauiani communione abstraxerunt, & priuatim sub Paulino conuentum egerunt. Quin & ipsi quoque Sacerdotes ob hanc rem inter se contendebant: atque Ægyptij quidem & Arabici & Cyprij velut ob Paulinum iniuria affectum stomachabantur: Syri vero, Palæstini, Phœnices, tum etiam ex Armenis, ex Cappadocibus, ex Galatis, & ex Ponticis plurimi pro Flauiano stabant. Non minime autem indignatus fuit Episcopus Romanus, & cum eo cuncti Sacerdotes Occidentales: ac Paulino quidem ceu Antiochiæ Episcopo consuetas scribebant literas, quas Synodales appellant; ad Flauianum vero silentium agebant. Quin & Diodorum Tarsi, & Acacium Berææ Episcopos, qui illum ordinarant, reos agebant, & pro excommunicatis habebant. Itaque vt de hisce rebus cognosceretur, scripserunt tum ipsi, tum Gratianus Imperator, in Occidentem conuocantes Episcopos Orientales.* hæc Sozomenus. Cæterum haud eo res peruenit, vt sectatores Flauiani sententia excommunicationis percellerentur, licet Sozomenus dicat, ordinatores fuisse excommunicatos. Verum toleratum id diu, quod non vnius ciuitatis vel Ecclesiæ, sed totius Orientis hæc causa esset. Isthæc omnia per Damasum apud Theodosium acta esse post Aquileiense Concilium, literæ e Orientalium fidem faciunt, quibus pariter declaratur paruisse Damaso Theodosium, vt datis ad Episcopos Orientis litteris, eos Romam ad Concilium proficisci debere significaret. Meminit & Sanctus Hieronymus eiusmodi Imperialium literarum, quibus Episcopi Orientis in Occidentem Romam conuocabantur: ex quib. ipse Paulinus Episcopus Antiochenus, Epiphanius in Cypro Constantiæ Episcopus, & alij accersiti Romam se contulerunt, cum & ipse quoque S. Hieronymus in Vrbem reuersus est. Sed de his anno sequenti.

c Apud Theod. li. 5. c. 9.

d Sozo. li. 7. c. 11.

QVI PAVLINO, QVI VE FLAVIANO FAVERINT.

c

e Apud Theod. li 5. c. 9.

f Hier. ep. 16 & 17.

XCVIII. Iam vero reliquum est, vt de rebus Hispanicis huius temporis hic cõtexamus historiam; cui sane Ecclesiæ exagitatæ turbis Priscilliani hæresiarchæ minime liberum fuisse, vt Legatos mitteret ad Concilium Aquileiense, paulo superius diximus. Vnde autem eiusmodi hæresis ex Gnosticis irrepserit in Hispanias, atq; Priscillianum infecerit, vt ipse in ea prouincia huiusce modi primus auctor haberetur: res ex altiori principio repetenda; quam Seuerus ita describit g:

HÆRESIS GNOSTICORVM LAPSA IN HISPANIAS.

g Seuer. hist. lib. 2.

XCIX. GNOSTICI EX ÆGYPTO IN HISPANIAS.

Sequuntur tempora ætatis nostræ grauia & periculosa, quibus non vsitato malo polluta Ecclesia, & perturbata omnia. Namque tum primum infamis illa Gnosticorum hæresis intra Hispanias deprehensa, superstitio execrabilis, arcanis occulta secretis. Origo istius mali orienis ab Ægypto. Sed quibus ibi initiis coaluerit, haud facile est dictu. Primus eam intra Hispanias Marcus intulit Ægypto profectus, Memphis ortus. Huius auditores fuere Agape quædam non ignobilis mulier, & rhetor Helpidius. hæc Seuerus de origine & loco, vnde manauit. Hic tibi, lector, in memoriam reuoco, quæ dicta sunt superius: nimirum Sanctum Epiphanium b Constantiæ in Cypro Episcopum, cum in Ægypto inuenis esset, impegisse in huiusmodi latentes ibi turpissimos Gnosticos, parumque abfuisse, qui ipse blanditiis illius sectæ fœminarum fuerit irretitus: quin diuina fultus gratia liberexierit, eos latitantes circiter octoginta denunciauit locorum illorum Episcopis, quorum studio ijdem infames hæretici ex Ægypto expulsi fuerunt: quos assertione Seueri in Hispanias nauigasse scimus, licet quo profecti fuerint, Epiphanius nihil dicat. Certe quidem conueniunt tempora, nempe Epiphanij iuuentus cum Marco ex Ægypto veniente, & alios edocente, à quibus Priscillianus veneno poratus fuit.

b Epiphan. hæres. 66. prope fin.

Porro Marcum in Gallias primo, deinde nauigasse in Hispanias cum his mercibus, Sanctus Hieronymus tradit, dum ita de his scribit i: *Insidiatur in Apocrypho quasi in speluncæ suæ, insidiatur vt rapiat pauperem. Ascensio enim Isaiæ, Apocalypsis Eliæ, hoc habent testimonium: & per hanc occasionem multæ, huiusmodi, Hispaniarum & Lusitaniæ decepta sunt mulierculæ onerata peccatis, quæ ducuntur desideriis variis, semper discentes & nunquam ad scientiam peruenientes, vt Basilidis, Balsami atque Thesauri, Barbelonis quoque & Leusibotæ, ac reliquorum omnium portenta fusciperent, de quibus diligentissime scribit vir Apostolicus Irenæus Episcopus Lugdunensis & martyr, multarum originem explicans hæreseon, & maxime Gnosticorum, qui per Marcum Ægyptium Galliarum primum circa Rhodanum, deinde Hispaniarum nobiles fœminas decepterunt*, miscentes fabulis voluptatem, imperitiæ suæ nomen scientiæ suæ vendicantes, &c.* hæc Hieronymus. Sed prosequamur narrationem Seueri rem accurate ita describentis:

C. i Hieron. in Isai. c. 44.

* decepta fuit

Ab his Priscillianus est institutus, familia nobili prædives opibus, acer ingenio, facundus, multa electione eruditus, disserendi ac disputandi promptissimus: felix profecto, si non prauo studio corrupisset optimum ingenium: prorsus multa in eo animi & corporis bona cerneres: vigilare multum, famem & sitim ferre poterat, habendi minime cupidus, vtendi parcissimus, sed idem vanissimus, & plus iusto inflatior profanarum rerum scientia. Quin & magicas artes ab adolescentia eum exercuisse, creditum est. Is vbi doctrinam exitiabilem aggressus est, multos nobilium plureis, populares auctoritate persuadendi, & arte blandiendi allexit in societatem. Ad hoc, mulieres nonarum rerum cupida fluxa fide, & ad omnia curioso ingenio caterua tim ad eum confluebant: quippe humilitatis speciem ore & habitu prætendens, honorem sui & reuerentiam cunctis iniecerat.

CI. QVALIS PRISCILLIANVS.

Iamq; paulatim perfidiæ istius tabes pleraque Hispaniæ loca pernaserat. Quin & nonnulli Episcoporum depravati, inter quos Instantius & Salustianus, non solum consciscione, sed sub quadam etiam coniuratione susceperant. Quo Adygmus Episcopus Cordubensis ex vicino agens, comperto, ad Idacium emeritæ ætatis Sacerdotem refert. Is vero sine modo & vltra quam oportuit, Instantium & socios eius lacessens, facem quandam nascenti incendio subdit, vt exasperauerit malos potius, quam compresserit. Igitur post multa inter eos & digna memoratu certamina, apud Cæsaraugustam Synodus congregatur, cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuere. Verum hæretici commutare se indicio non ausi. In absentes tum lata sententia, damnatis, Instantius & Salustianus Episcopi, Helpidius & Priscillianus laici. Additum etiam, vt si quo damnatos in communionem recepisset, sciret in eandem sententiam promendam.* hæc Seuerus. Exant fragmenta quæ-

CII. HISPANIÆ CORRVPTÆ A PRISCILLIANO.

* Hygino

CONCIL. CÆSARAVGVST.

dam

dam eiusdem Concilij Cæsaraugustani, non autem ipsum integrũ, in nominibus Episcoporum enormiter depraua-
ta, atq; errore Collectoris reiecta ad tempora Hormis-
dæ Papæ, cum idem Cõcilium ex certa auctoritate Seue-
ri sub Damaso collocandum fuisset: reddamus hic ipsum
decurtatum (vt reperitur) & emendemus pro vitili, qui it-
repserunt, errores: sic enim se habet a:

a Tom. 1. Concil. vetter. edit.

CIII. ACTA CONCILII CÆSARAVGVSTANI CONTRA PRISCILLIANVM.

Quarto Nonas Octobris Cæsaraugustæ, in Secretario residentibus Episcopis Siradio, Delphino, Raticio, Ampelio, Augentio, Lucio, Italio, Splendimo, Valerio, Symposio, Caterio, & Italo, ab vniuersis dictum est: Recitentur sententiæ, &c. Habes hic Delphinum nominatum, quẽ fuisse Burdegalensem Episcopum & aduersarium Priscilliani idem Seuerus b affirmat. Legis insuper, Italium & Italium: scias legendum ex eodem Seuero, Idaciũ & Ithacium, qui fuerunt acerrimi oppugnatores Priscilliani. At sicut desunt integra Synodi Acta, ita etiam excidisse plurimorum nomina Episcoporum, qui eidem Synodo interfuerunt, possumus existimare. Ac ne dubites hunc illum ipsum esse cõuentum, quem Seuerus describit: habes in primis Seueri sententia decretum esse in ea Synodo, vt damnatos hæreticos nemo in cõmunionem reciperet, alio qui eadem ipsum sententia plectendum esse: quod inuenies expressum in quinto canone his verbis c:

b Seuer. histor. lib. 2. prope fin.

c Conc. Cæsaraugust. t. 1. tom. 1. Concil.

CIV. *Item lectum est: Vt bi, qui per disciplinam aut sententiam Episcopi ab Ecclesia fuerint separati, ab aliis Episcopis non sint recipiendi. Quod si scientes Episcopi fecerint, non habeant communionem. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Qui hoc commiserit, Episcoporum non habeat communionem.* hæc ibi. Sed & ex dogmatibus atque corruptelis Priscilliani, quæ sanctis contrariis legibus idem Concilium conatum est conuellere; plane intelliges hoc illud ipsum esse Cõcilium Cæsaraugustanũ, cuius Seuerus meminit. Vt in primis, quod constat cum ex Seuero, tum etiã ex S. Hieronymo (vt dictum est) à Priscilliano atq; collegis deceptas esse plurimas nobiles fœminas, atq; seductas sub specie pietatis & disciplinæ: en quã appositè ad hæc auertenda Patres primum omnium statuere:

CV. *Vt mulieres omnes Ecclesiæ Catholicæ fideles à virorum alienorum lectione & cœtibus separentur; nec ad ipsos legentes alij studio vel docendi vel discendi conueniant: quoniam & hoc Apostolus d inhet. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Anathema futuros qui hanc Concilij sententiã non obseruauerint.* At q; idem hæretici ieiunarent die Dominico, & abominanda perpetrantes, clandestinos conuentus agerent: his occurrentes Patres hæc secundo canone decreuerunt, quemadmodum ibi legit Lucius Episcopus:

d 1. Cor. c. 14. 1. Tim. 2.

Ne quis ieiunet die Dominico causa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis: nec Quadragesimæ diebus ab Ecclesiis fideles desint. Nec habitent in latibulis cubiculorum ac montium, qui in suspicionibus perseuerant: sed exemplum & præceptum custodiant Sacerdotum: & ad alienas villas agendorum conuentuum causa non conueniant, &c. Sane quidem Priscillianistas consuetisse ieiunare die Dominico, S. Leo in Epistola ad Turibium e expresse testatur, atque alij antiquiores affirmant.

e Leo ep. 93.

CVI. Quod insuper ijdem vt laterent, conuenientes ad Ecclesiam Catholicorum, vt viderentur communicare, sic accipiebant Eucharistiam, vt eam non comederent: hæc ob eam causam contra eos decreuit Synodus: *Eucharistia gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in Ecclesia, anathema sit in perpetuũ.* Rursus aduertus eorundem occultas collectiones hæc ijdem: *Vigesimo* * *& primo die, id est, à decimo sexto Kalendas Ianuarij, vsque in diem Epiphaniæ, qui est octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere in villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam. Quod qui non obseruauerit de suspectis, anathema sit in perpetuum.* De his idem qui supra S. Leo tradit, coëdẽ Priscillianistas ieiunare consueuisse tempore Natalis Domini, ea nimirũ ex causa, quod non credebant eum carnem suscepisse humanam.

* viginti & vno diebus

CVII. Rursum vero quod (vt ex Seuero dictum est) Priscillianus affectaret sanctitatem in habitu, quem & eius sectatores imitarentur: idcirco Patres hæc statuere: *Si quis clericus propter luxum, vanitatisq; præsumptum de officio suo sponte discesserit, ac velut obseruatorem legis, monachum se videri maluerit esse, quam clericum: ita de Ecclesia repellendum, vt nisi rogando & obsecrando plurimum temporis satisfecerit, non recipiatur.* Sed & illud etiam contra Priscillianum: *Ne quis doctoris nomen sibi imponat, præter has personas, quibus concessum est.* Iam probe ex his vides, hoc illud esse Concilium Cæsaraugustanum, cuius Seuerus meminit, qui & mox subdit f: Ithacio Sessubensi * Episcopo negotium datum, vt decretum Episcoporum in omnium notitiam deferret, maximeq; Hyginum exti'a cõmunionem faceret: qui cum primus omnium insectari palam hæreticos cœpisset postea turpiter depranatus, in communionem eos recepisset.

f Sen. hist. lib. 2. in fin.

* Sussubensi

CVIII. PRISCILLIANVS EXPELLITVR.

Interim Instantius & Salusianus damnati iudicio Sacerdotum, Priscillianum etiam laicum, sed Principem malorum omnium vna secum Cæsaraugustana Synodo notatum: ad confirmandas vires suas Episcopum in Abilensi oppido constituunt (sic restituendum pro Labilensi: nam Abilæ Episcopum postea factum Priscillianum fuisse, Sanctus Hieronymus contra Pelagianos affirmat) *rati nimirum, si hominem acrem & calidum Sacerdotali auctoritate armassent, tutiores fore sese. Tum vero Idacius atque Ithacius acrius instare, arbitrantes posse inter initia malum comprimi: sed parum sanis consiliis seculares Iudices adeunt, vt eorum decretis atque executionibus hæretici vrbibus pellerentur. Igitur posit multa & fada, Idacio supplicante, decernitur à Gratiano tum Imp. rescriptum, quo vniuersi hæretici excedere non Ecclesiis tantum, aut vrbibus, sed extra omne terras propelli iubebantur. Quo comperto, Gnostici diffisi rebus suis, non aussi iudicio certare, sponte cessere qui Episcopi videbantur: cæteros metus dispersit.*

CIX. PRISCILLIANVS VENIT ROMAM.

At tum Instantius, Salusianus, & Priscillianus Romam profecti, vt apud Damasum Vrbis ea tempestate Episcopum obiecta purgarent. Sed iter eis prater interiorem Aquitaniam fuit: vbi tum ab imperitis magnificè susceptì, sparsere perfidiæ semina, maximeque Elusanam plebem sane tum bonam & religioni studentem præuis prædicationibus peruertere. A Burdegala per Delphinum repulsi: tamen in agro Euchrocie al. quantisper morati, infecere nonnullos suis erroribus. Vnde iter cœptum ingressi, turpi sane publibundog, comitatu cum vxoribus atq; alienis etiam fœminis, in queis erat Euchrocia, ac filia eius Procula, de qua sæpe sermo hominum Priscilliani stupro grauidam partum subigraminib. abegisse. Hic vbi Romam peruenere, Damaso sepurgare cupientes, ne in conspectum quidem eius admissi sunt. Regressi Mediolanum, atque aduersantem sibi Ambrosium repererunt.

CX. PRISCILLIANVS SVBRIPIT RESCRIPTVM.

Tum vertere consilia, vt quia duobus Episcopis, quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant: largiendo & ambiendo, ab Imperatore cupita extorquerent. Itaque corrupto Macedonio tum Magistro officiorũ, rescriptum elicunt, quo calcitu, quæ priùs decreta erant, restitui Ecclesiis iubebantur. Immane profecto piaculum, quo suggestione Macedonij Gratianus Princeps maxime pius, eius, quod pie sancteq; sanxerat, præuaricator est factus: ex quo quidem facinore sibi necem comparauit. Nam ad immane scelus vindicandum, & hæreticos libera voluntate indulgentia Gratiani vagantes comprimendos, atque digna animaduersione plectendos, suscitauit aduersus eum Deus Maximum tyrannum, qui Imperatori necẽ intulit, & in principes hæreticorum gladio animaduertit. Sed hæc licet postea, ex præsenti tamen causa contigisse, nemo non videt.

CXI. MACEDONIVS CONTVMELIOSVS.

Sed nec inultus obijt improbus Macedonius hæreticorum fautor; erga Catholicos parum æquus, de quo ista Paulinus g: *Temporibus Gratiani, cum ad prætorium Macedonij tunc Magistri officiorum pro quodam intercedendo Ambrosius perrexisset, atque præcepto præclusi viri fores inuenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem venies ad Ecclesiam, quam nec, clausas tantus inuenies, ingredieris. Quod factum est, mortuo Gratiano.* Confugiens etenim Macedonius ad Ecclesiam, patentibus iannis aditum reperire non poterat. hæc Paulinus. Quod enim scirent auiici nihil à Gratiano Imperatore Ambrosio denegari; inuidiæ æstu succensi, præcludere aditum illi interdum consueuere, vt aliquando contigit, cum Ambrosius pro pœna mortis damnato intercedere conaretur. rem gestam Sozome-

g Pauli in vita S. Ambrosii.

a Sozo. lib. 7. c. 14.

nus ita narrat a: *Paganus quidam ordine vir illustris Gratianum quidem comitiis prosciderat, & patre indignum appellaverat, eiusq; rei habito iudicio, capite damnatus erat. Cumq; iam ad supplicium duceretur, venit ad palatium Ambrosius pro illo supplicaturus. Caterum cum Gratianus eorum instinctu, qui ille damnato insidiabantur, distineretur spectaculo venationum (quales privata delectationis, non publici commodi gratia Principes exhibere consueverunt) nec attendisset quisquam illi rem indicaret, quasi opportunum non esset, recessit. Progressus autem ad illam portam per quam feras introducebant, clauiculum se habuit: ac simul cum venatoribus ingressus, non antea rei causam agere omisit, neque prius Gratiani & auditorum eius obsecrationibus cessit, quam salutiferum suffragium Gratiano extorsisset, quo morti destinatum liberaret.* hactenus de his Sozomenus. Sed redeamus ad instituram de Priscilliano & sociis narrationem.

CXII. PRISCILLIANVS PRAVALET IN HISPANIA.

b Sever. histor. lib. 2.

Quid demum sceleratissimi hæretici, extorto atq; subrepto edicto à Gratiano? Subdit ita Severus b: *Hoc freti Instantius & Priscillianus, repetuere Hispaniam. Nam Salvianus in Vrbe obierat. Ac tum sine vllo certamine Ecclesias, quibus præfuerant, recepere. Verum Ithacio ad resistendum non animus, sed facultas defuit. Quia hæretici corrupto Volentio * Proconsule, vires suas confirmaverant. Quorum iam Ithacius ab hu. quasi perturbator Ecclesiarum, reus postulatus, infestq; per atrocem executionem deduci, trepidus perfugit ad Gallias. Ibi Gregorium Præfectum adijt. Qui compertis, quæ gesta erant, rapi ad se turbarum auctores iubet, atque de omnibus ad Imperatorem refert, vt hæreticis viam ambiendi præcluderet. Sed id frustra fuit: quia per libidinem & potentiam paucorum, cuncta sibi venalia erant. Igitur hæretici suis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, vt Imperiali auctoritate, Præfecto erepta cognitio, Hispaniarum Vicario traderetur: nam iam Proconsulem habere desierant. Missis, à Magistro officiales, qui Ithacium tum Treueris agentem ad Hispanias retraherent: quos ille callide frustratur, ac postea per Pritannium Episcopum defensus illusit.* hactenus Severus de his, quæ contigerunt vsq; ad Maximum tyrannum, nempe ad annum sequentem, qui (vt dictum est) pro Catholicis aduersus hæreticos fuscepit patrocinium. Vides, lector, quibus suffulciatur fundamentis Imperium, nempe veræ religionis defensione; à qua si deficiant Imperatores, omnia quantumlibet firma corrui necesse sit, atque proterni.

* Vincentio

c

VNDE CLADES IMPERII.

CXIII. IDACIVS VRGET SCRIPTIS PRISCIL.

Cæterum Idacius non apud Iudices tantum siue Ecclesiasticos, siue seculares Priscillianum cum sociis prosecutus est, sed scriptis editis eosdem exagitauit, de quibus Isidorus c: *Idacius Hispanus Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quendam librum sub Apologetici specie, in quo detestanda Priscianorum dogmata, & maleficiorum eius artes, libidinumq; eius probra demonstrat, ostendens Marcum quendam Memphiticum magica artis scientissimum discipulum fuisse Manis, & Priscilliani magistrum.* Iuxe ipse, qui sic dixit Marcum Manis discipulum, quod etiam Manichæorum hæresim sit amplexus, non aût Manetis temporibus vixerit: nam quod ad Priscilliani dogmata spectat, hæc sanctus d Augustinus: *Priscillianista, quos in Hispania Priscillianus instituit maxime Gnosticorum & Manichæorũ dogmata permixta sectantur: quamuis & ex aliis hæresibus in eas sordes tanquã in sentinam quædam horribili confusione confluxerint.* & S. Leo Epistola ad Turibium e tradit, ita Manichæos & Priscillianistas inter se mutuo fœdere esse connexos, vt solis fuerint nominibus discreti.

c Isider. de Ver. illustr.

d Aug. de hæres. c. 70. DOGMATA PRISCILLIANI.

e Leo ep. 93.

CXIV.

Subdit vero Augustinus hæc de Priscillianistarum erroribus: *Propter occultandas autem contaminationes & turpitudines suas, habent in suis dogmatibus & hæc verba:*

(iura, per iura, secretum prodere noli.) Hi animæ dicunt eiusdem naturæ atque substantiæ, cuius est Deus, ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum per septem cælos, & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurrere, a quo ipsum mundum factum volunt, atque ab hoc Principe per diversa carnis corpora seminari. Astruunt etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumq; corpus nostrum secundum duodecim signa cæli esse compositum: sicut hi, qui Mathematici vulgo appellantur, constituentes in capite arietem, taurum in cervice, Gemmos in humeris, cancrum in pectore, & cætera nominatim signa percurrentes ad plantas vsque perueniunt, quas partibus tribuunt, quod vltimum signum ab Astrologis nuncupatur. Hæc & alia fabulosa, vana, & sacrilega, quæ persequi longum est, hæresis ista contexit: carnes tanquam immundas escas etiam ipsa deuitat: coniuges, quibus hoc malum potuerit persuadere, distinguens, & viros à nolentibus fœminis, & fœminas à nolentibus viris: opificium quippe omnis carnis non Deo bono & vero, sed maligno Angelo tribuunt; hoc versutiores etiam Manichæis, quod nihil scripturarum canonicarum recipiant, simul cum Apocryphis legentes omnia, & in auctoritatem sumentes sed in suos sensus allegorizando vertentes quicquid in sanctis libris est, quod eorum euertat errorem. De Christo Sabellianam fœdam tenent, eundem ipsum esse dicentes non solum Filium, sed etiam Patrem & Spiritum sanctum. hæc Augustinus, qui & alibi f ait, Priscilliani fuisse assertionem de mendacio, quod peccatum non esset, etiã iuncto periurio: quo tanto errore permotus, vt eum confutaret, se tradit scripsisse librum contra mendacium. Porro hisce ipse Priscillianus offusus * tenebris, cunctas, quę vnquam excogitari possent, cum suis, quæ seduxisset, fœminis turpitudines operabatur. Idem de his alibi g dicit, solitos habere librum, quem Libram appellarent, eo quod duodecim quęstionibus velut vnciis explicaretur, quibus horrendæ continebantur blasphemiæ. Eosdemq; ait vti solitos hymno quodam peculiari, cumque ipsum esse dicebant, quem Dominus post cœnam dixisset. De eorundem dogmatibus plane ridendis est Epistola Orosij h ad Augustinum: ibi de duodecim Patriarcharum nominibus, duodecim præcipuis corporis membris attributis, & aliis deliramentis ex Manichæorum petitis insomniis. Eiusdem vero Orosij impulsu S. Augustinus volumen scripsit peculiare aduersus Priscillianistas.

f Aug. Retract. lib. 2. cap. 10.

* Offusis

g Aug. eit. mendac.

h Apud Aug. ep. 10. consol. de error. Prisc.

S. Hieronymus i aduersus Pelagianos agens, Priscillianistarum quoque detegit turpitudines, eosdemque ex parte Manichæos fuisse testatur, eosque solos cum solis claudi solitos mulieribus, & carmina illa inter amplexus canere k:

CXV.

i Hier. adver. Pelag. ad Ctesiph. k Virg. 2. Georg.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.

& post pauca, hæc de Agape, fœmina illa, quæ seduxit Elpidium: *Mulier, inquit, virum, cæcum cæca duxit in foueam, successoremq; sui Priscillianum habuit Zoroastris magis studiosissimũ, & ex mago Episcopum; cui iunctæ Galla non gente, sed nomine, germanam huc illucq; currentem, alterius & vicina hæresis reliquit hæredem, nunc quoq; nyssterium iniquitatis operatur, &c.* Porro capita singula dogmatũ Priscilliani S. Leo I Papa in Epistola ad Turibium complexus est, de quibus alia occasione suo loco dicendum. hæc modo de his, quod ad institutum pertinet orationis, satis sunto.

l Leo ep. 93.

Hoc eodem anno mense Decembris à Theodosio Imperatore aduersus idololatriam eiusmodi rescriptum m datum reperitur:

CXVI. RESCRIPTVM ADVERSVS GENTILES.

m l. 7. de pag. C. Th.

Si quis se vetitis sacrificiis diuturnis nocturnisq; velut vesanus & sacrilegus incertorum consultorum immiserit, sanxerit, sibi aut templum ad huiuscemodi sceleris excusationem assumendum crediderit, vel put. auerit adeundum; proscriptionis se nouerit subiugandum; cum nos iusta institutione moneamus castis Deum precibus excolendum, non diris carminibus profanandum. Dat. XIII. Kalend. Ianuarii, Constantinopoli, Eucherio & Syagrio Coss. Valentis enim temporibus, cuius aduersus Catholicos tantummodo odium feruescebat, in Orientali Imperio in primis adeo inualuerat Gentilium licentia contra eos, vt Alexandriæ (quod dictũ est superius) ijdem cogere præsumpserint Catholicos ad deorum cultum, tempore persecutionis Lucij Episcopi Ariani. Quam illatã sub Christianis Imperatoribus tunc ignominiam ipse Theodosius alta mente cõseruans, non hoc tantum aduersus eos promulgauit edictum, sed oppotunioti oblata occasione, mirificum illud templum Serapis Alexandriæ situm demolitus est, de quo suo loco dicendum erit.

* *
*

IESV CHRISTI
Annus 382.

DAMASI PAP. Annus 16. — GRATIANI 16. VALENTIN. 7. IMPP. THEODOSII 4.

I. TRECENTESIMVS octogesimus secundus Domini annus Consulatu Syagrij secundo cum collega Antonio annotatur: quo Romæ Concilium celebratum est ex Episcopis diuersarum prouinciarum, nempe Orientis, aliarumq; Catholicorum ibis regionum. Inter alios aũt venerunt Paulinus Episcopus Antiochenus, & ex Cypro insula Epiphanius Episcopus Constantiæ: de his n. hæc S. Hieronymus a ad Eustochium: *Cumq; Orientis & Occidentis Episcopos ob quasdam Ecclesiarum dissensiones Romam Imperiales litera contraxissent: vidit admirabiles viros Christiq; Pontifices Paulinum Antiochenæ urbis Episcopum: & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur. Quorum Epiphanium etiã hospitem habuit* (S. Paula scilicet mater Eustochij) *Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium humilitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat; non domus, non familiæ, possessionum, non alicuius rei, quæ ad sæculum pertinet, memor, sola (si dici potest) & incomitata aderemum Antiochorum atq; Paulorum pergere gestiebat: tandemque exacta hyeme, aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias Episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio nauigauit.* hucusq; Hieronymus, quibus non tantum Episcoporũ aduentus Romam ad Concilium significatur, sed tempus, quo Romæ manserunt, paulatim innotescit, nempe commoratos esse Romæ vsq; ad sequentis anni veris tempus.

a Hieron. ep. 27. CONCIL. ROMANŨ.

II. Idemq; S. Hieronymus b ad Principiam scribens tradit se quoq; tum Romã ex Oriente venisse cum ijsdem sanctis Episcopis; nam ait de S. Marcella: *Denique cum & me Romam cum sancto Pontificibus Paulino & Epiphanio Ecclesiastica traxissent necessitas, &c.* indicat his sane verbis Hieronymus, se vocatum à Damaso. Sed quod ait venisse Romam cũ ijsdem nominatis Episcopis, haud puto intelligẽdum eum Antiochia vna cum Paulino soluisse, vel cũ Epiphanio è Cypro insula: nam cum ipsius sententia (vt dictum est superius) constet, ipsum apud Gregorium Nazianzenum permansisse Constantinopoli vsq; ad tempus, quo idem Gregorius Episcopatũ eius Ecclesiæ consecutus est: plane apparet eum nõ ante præteritum annum recessisse Constantinopoli: quem quidem haud existimo Antiochiam reuersum esse, vt cũ Paulino & Epiphanio se Romam conferret; sed Damasi monitum litteris, venturum Romam, iter per Græciam suscepisse, eoque tempore Athenas adire voluisse: ipsum namque petiisse Athenas, verba hæc in cõmentariis in Zachariam c fidem faciunt: *In arce, inquit, Athenensium iuxta simulacrũ Minervæ, vidi sphæram æream, grauissimi ponderis, quam ego pro imbecillitate corpusculi: mouere vix potui. Cum quererem quidnam sibi vellet: responsum est ab vrbis eius cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quenquam descendere, quam ex leuatione ponderis sciatur, quis cui debeat comparari.* hæc ipse. Sic igitur qui Constantinopoli recedens per Græciam in Italiam venit, ijsdem Episcopis eodem tempore vocatis Romam venientibus potuit occurrisse. Venisse creditur vocatus & ipse à Damaso Papa, qui eo in responsionibus Synodalibus vteretur. Contigisse aũt videtur ipsius Hieronymi & aliorum Episcoporum Romam aduentus autumnali tempore: nam cum ad Asellam scribẽs dicat se prope triennium Romæ mansisse, minimè tamen absoluisse; rursumq; eiusdem Hieronymi in Apologia aduersus Rufinum assertione certum sit, ipsum mente augusta Roma profectũ: certè quidem ipsum hoc anno, autumnali (vt dictum est) tempore, vel hyemẽ Romam venisse oportuit.

b Hier. ep. 61. HIERONYMI REDITVS ROMAM.

c Hieron in Zach. c. 11.

III. Venit ad eandem Synodum Romã Acholius Episcopus Thessalonicæ, Anemmius Episcopus Syrmij metropolis Illyrici, Valerianus Episcopus Aquileiæ, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & alij, qui nominati habẽtur in Epistolæ Synodalis inscriptione Constantinopoli hoc anno tempore Cõcilij Romam missæ; licet pauciores tantummodo ibi nomina Episcoporũ habeantur expressa, d reliqua silentio prætermissa: nã (vt de aliis taceamus) nec Paulini Antiocheni, nec Epiphanij, quos constat interfuisse Synodo, in ea Epistola nomina recensentur.

III. EPISCOPI ALII QVI VENE RVNT AD SYNODVM.

d Apud Theod li. 5. c. 9.

Sed quid inter hæc moliuntur Orientales Episcopi, qui anno superiori interfuerunt Constantinopolitano Concilio, cum litteris Theodosij (vt diximus) Romam ad Synodum vocarentur? Astuto consilio subterfugium quæsiuisse occasione captantes, veniunt ex condicto Cõstantinopolim; persuadent Theodosij, maximã iacturam passuras Orientales Ecclesias ob eorum absentiam, hæreticis etsi ab eis expulsis, præsoribus tamẽ excubantibus, paratis in eas irrumpere, cum illas pastoribus vacuas vidissent: factis factumq; Damaso fore addiderunt, si Cõstantinopoli ipsi Concilium celebrantes, Romam ad Synodũ legatos Episcopos mitteret: quod & persuasum Theodosio fuit. Cogunt itaq; Constantinopoli Concilium, ad quod etiã plures absentes vocant Episcopos, & inter alios nomine Imperatoris accersendum cũ ât Gregorium Nazianzenum, puto quidẽ vt tanti viri præsentia ipsorum Synodus maiorem sibi conciliaret auctoritatem. Atquid ipse respõderit, antequã describamus, quo statu ipsius res ita essent, cum Cõstantinopoli reuersus est Nazianzenus, operæpretium est recensere.

IV. ORIENTALES VITANT ROMAN. SYNODVM.

GREGOR. NAZ VOCATVR CONSTANTINOP. AD SYNODVM.

V. Cum in patriam peruenisset, eamq; Ecclesiam adhuc pastore destitutam ab obitu parentis compĕrisset; ne illud subire onus cogeretur, nihil antiquius habuit, quam vt ageret cum Metropolitano Antistite Helladio Cæsariensi de creãdo Episcopo Nazianzeno. salutatus enim ab eo literis tempore festi Paschalis, inter alia ita rescripsit e: *Nunc autem porius ex hac graui & caliginosa vitæ Ægypto egressus, & luto ac latercitio opere, cui astringimur, liberatus, ad promissionis terram transferri concupisco: Hanc nobis precare, si quid tibi cure est quam præclarissimè de nobis mereri. Tibi vero vtinam viuo & incolumi sæpius contingat simul cum Ecclesia festum celebrare. Quod si mihi senectutem quoq; beneficio vestro egregiè claudere licuerit, constituto nimirum à vobis huic Ecclesiæ Episcopo, quem Spiritus sanctus designauit: egregio opere perfuncti fueritis, paterniq; (vt sic loquar) benedictionibus digno.* hæc ad eum, qui sibi ius eius Ecclesiæ vendicarat.

e Greg. Naz ep. 54. RES GREGOR. CVM EST REVERSVS IN PATRIAM.

VI. Annuit Helladius Gregorio, Ecclesiæq; Nazianzenæ præfecit Eulalium, quem missis illuc Episcopis prouinciatibus ex more ab eisdem ordinandum curauit: Non adhuc autẽ consolidata fuisse videntur & vsu recepta, quæ de facta diuisione prouinciæ Cappadociæ in duas sunt dicta superius, per quam Nazianzum sub Metropolim Tyanensem redacta videbatur: nã si sic constitisset, non Cæsariensis Archiepiscopi sed Tyanẽsis id muneris erat. Sed quid accidit? Falsus rumor increbuit, inuito Gregorio id factũ esse, eumq; etiã ab Helladio sede paterna spoliatũ. Quo & ad Gregor. Nyssenum perlato, cum de his Gregorio Nazianzeno literis condoleret, ita ipse ad illũ rescripsit f: *De nobis autem & Dominũ Episcopis, ne quisquam, obsecro, falsos sermones tractet, eos nimirum, inuitu nobis ac repugnantibus, Episcopum alium nominasse. Non enim vsque adeo illis contemptui sumus, nec ita infesto odio in nos commouentur: sed multum diuq; obtestatus propter effœtum annis & emortuum corpus, simul etiam quod neglecta Ecclesiæ grauitatem pertimescerem, hanc nobis ab iis gratiam postulani, nec Ecclesiasticis legibus aduersantem, & nos refocillantem, vt is Ecclesiæ pastor daretur, qui & precibus tuis datus est, piet ate vestra dignus; quem tibi quoque in manus trado & colloco: venerabilem dico Eulalium, cuius vtinam manibus inuitori mihi contingat. Quod si quis est, qui putat, Episcopo vigente, alium instituì non debere* (prohibitum id enim est decreto Magni Cõcilij Nicæni) *is sciat, se ne hac quidem in parte nobis causa superiorem esse. Inter omnes enim constat, me non Nazianzi, sed Sasimorum Antistitem creatum fuisse, tametsi patru reuerentia, & eorum, qui supplices hoc à me contenderunt, ad breue tempus præfecturam quasi hospitis accepimus.* hæc Gregorius, qui & de hoc quoq; calumniam passus est, cum obtrectatores in eum tecte susurrarent, ipsum nimirum

f Greg Naz ep. 42. EVLALIVS EPISCOP. NAZ CREATVR. FALSVS RVMOR DE GREG. SEDE PRIVATO.

faitu contemphile paruam Ecclesiam, qui maximā adeo affectasset. Has vero ꝺcaltas mente voluens arumnas ipse suas, pro solatio sic versibus cecinit a:

a Greg. Naz. carm. quo queritur de calamitate sua.

Vt vera ad patrios idem remeare penates
Me voluit, morbis natum, curisq; molestis:
(Cura homini porro crux & lethale venenum est)
Exigue fessos recreans corporis artus,
Insigni pastore dato, ne Præsule cassi
Aggrederetur oues quisquam, rapiatq; voraret.

& paulo post subdit:

Pars hominum nostris omnino incredula morbis
Vsq; meum tacito lacerabat murmure nomen.
Meq; pium nimio populum contemnere fastu
Censebat, si non verbis iactabat apertis.
At cernit nostros, qui cernit cuncta, dolores.

hæc & alia ipse.

VII. GREG. RECUSAT VENIRE AD SYNOD.

Cum autem hoc statu res Gregorij essent, & ad Synodum Cōstantinopolim Imperatoris Theodosij nomine literis Præfectorum accerseretur, is ipse breuiter ad Procopium primo scripsit b:

b Greg. Naz. ep. 55.

Ego, si vera scribere oportet, ita animo affectus sum, vt omnia Episcoporum Concilia fugiam: quoniam nullius Concilij finem letum, fausturuq; vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones & dominandi cupiditates (ac ne me quasi molestum & importunum existimes hæc scribentem) ne vllis quidem verbis explicari queant: citiusq; aliquis in culpam vocabitur, dum de aliena tudicium fert, quam vt aliorum pertinaciam comprimat. Quocirca egomet me collegi, animaq; securitatem in sola quiete solitudineque mihi positam induxi. Nunc vero huic quoque meo iudicio patronus morbus accedit, quippe qui me ita distorqueat, vt quotidie fere extremos spiritus efflem, nec vlla re me ipso vti queam. Atque ob hanc causam ignoscat mihi tua animi magnitudo; detq; operam, ne prudentissimus Imperator me inertiæ condemnet; sed infirmitati veniam det, ob quam se quoque nobis, instar alius cuiusdam beneficij hoc postulantibus, secedendi potestatem fecisse nouit. hæc ad Procopium tunc Gregorius, recusans plane ad cōuentus illorum accedere, quos inter se discordia sciebat esse cōscissos, fauentibus aliis Flauiano, aliis vero Paulino. Cum autem rursus iteratis litteris, imo edicto Imperatoris importunius vocaretur, ita ad Olympium præfectum Cappadociæ c:

c Greg. Naz. ep. 76.

VIII. GREG. VOCATVS ITERVM SE EXCVSAT.

Hoc mihi morbo ipso grauius est, quod ne egrotanti quidem fides habetur, sed peregrinationem ita longam intre inbeor, atque in medios tumultus me intrudere: quorum secessionem ita amauit, vt hoc nomine gratiā quoq; corporis afflictioni propemodum habeam. Quietas enim & à negotiis semota vitæ ratio actuosæ vitæ splendore præstantior est. Hoc illustrissimo quoq; Icario non ita pridem scripsi, cum idem ab eo edictum accepissem. Magnificentiam autem tuam rogo, vt pro nobis quoq; id scribere dignetur; quippe quem morbi nostri locu; lectem tegiem habemus. Argumento est detrimentum illud, quod nunc accepimus, cum per corporis infirmitatem nec ad te accurrere, nec te frui nobis licuerit, Principe adeo commodo, tamq; admiranda virtute prædito, vt præludia quoque ipsa magistratus tui excellentiora sint ea gloria, quam alij toto imperij tempore consequuntur. hactenus Gregorius, qui non sic cōtempsit Synodos, vt communis Ecclesiæ vtilitatis causa, cum se occasio daret, accedere penitus recusaturus sed Synodi illorum vitauit accessum, quos quales essent, & quam præter ius Flauianum instituissent, superiori anno plus satis (vt vidimus) expertus fuerat. Nam quātum ipse aliis Patrum conuentibus detulerit, & pro Ecclesiæ pace solicitus fuerit, dicemus inferius.

IX.

Qui igitur declinantes Romanā Synodum Orientales Episcopi cōuenerunt Cōstantinopolim, Legatos Romam miserunt ad congregatum ibi Concilium, literasq; dederc, quibus quæ gessissent anno superiori in generali Synodo, pariter significarunt. Recitantur eædem literæ à Theodoreto, quæ sic se habent d:

d Apud Theod. li. 5. c. 9. EPISTOL. CONCILII CONSTANTINOP.

Dominis honoratissimis & cum primis venerandis fratribus ac collegis, Damaso, Ambrosio, Britton, Valeriano, Acholio, Anemio Basilio *, & cæteris S. Episcopis in celebri vrbe Roma cōuocatis sanctum Concilium Orthodoxorum Episcoporum in ampla vrbe Constantinopoli coactum in Domino salutem.*

* Ausonio * Basiliano

Multitudinem calamitatum nobis à dementis sectæ Arianæ principibus inflictarum, vestræ reuerentiæ tanquam earundem ignaræ exponere, narrareq; erit fortasse supernacaneum. Nam neq; vestram pietatem res nostras tam parvo æstimare arbitramur, vt de his docendi sitis; pro quibus deberetis nobiscum vna condolescere: neque eiusmodi sunt tempestates illæ, quibus vndiq; tactamur, vt propter earum paruitatem vos latere queant. Quinetiam tempus persecutionis adeo nuper præterijt, vt non illis solum, qui in eo afflictati erant, verum etiam eorum amici, qui propter amorem in doloris cum illis venerant societatem, recentem eius memoriam teneant. Nam heri (propè dixerim) & nudiustertius, nonnulli exilij vinculis liberati, & infinita ferè afflictionum genera perpessi ad Ecclesias suas redierunt. Aliorum autem exilij cruciatibus extinctorum reliquiæ dumtaxat in patriam sunt reportatæ. Quidam post reditum ab exilio, in furorem hæreticorum adhuc fœuientem incidentes, grauiora tormenta in sua ipsorum, quam in aliena regione toleraruut, & more B. Stephani lapidibus obruti occubuerunt. Alij variis cruciatibus dilacerati stigmata Christi & vibices in corpore adhuc circumferunt. Porro pecuniæ tactarum, amissiones ciuitatum, quas incolebant, proscriptiones, singulorum insidias, contumelias, carceres quis poterit enumerare? Nam afflictionum genera nobis impactarum vix nostro comprehendi possunt, propterea fortasse, quod pœnæ peccatis debitæ nobis persoluendæ erant. Fortasse autem, quod benignus Deus per ingentem rerum aduersarum multitudinem nos exercere volebat: pro quibus Deo certè agendæ sunt gratiæ, qui per tot cruciatus seruos suos eruditt, & secundum multitudinem miserationum suarum rursum eduxit nos in refrigerium.

STATVS ECCLESIÆ ORIENTALIS.

Nobis quidem diuturno otio & multo tum tempore, tum labore ad Ecclesiarum emendationem opus est, vt corpus earum tanquam diuturno morbo vexatum, curationibus pedetentim adhibitis, recreantes, tandem ad pristinam pietatis sanitatem reducamus. Nam etsi videntur persecutionis asperitate penitus liberati, & Ecclesiæ diu ab hæreticis occupatas modo recoperasse: tamen lupi nobis permultum facessant molestiæ: atque licet ab ouilibus abacti sint, tamen gregis dirripere, commentus contrarios nobis audacter opponere, populi seditiones concitare non cessant: denig; nihil omnino prætermittunt, quod Ecclesiis quicquam afferre possit incommodi. Itaq; erat (vt diximus) perneccessarium, vt in his rebus vrite constituendis plus temporis collocaremus.

X. IVGIS INTESTATIO HÆRETICORVM.

Iam vero, quoniam vos, quo fraternam vestram erga nos charitatem declararetis, Comitis Dei voluntate ac nutu Roma cōuocato, nos velut membra propria per Imperatoris sanctissimi litteras accersistis: ne cum nos soliam antea res acerbas subire coacti essemus, nunc Imperatorium de pietate consentientibus, sine nobis vos regnaretis, sed potius, (vt loquitur Apostolus e) vt nos vobiscum conregnaremus: est certe nobis in optatis, si posset fieri, Ecclesiis penitus relictis vestro desiderio, aut necessario potius Ecclesiæ negotio inservire. Quis enim nobis dabit pinnas sicut columbæ, & volabimus, & requiescemus apud vos? Verum quoniam hoc modo Ecclesiæ nuper renouata nudarentur, & res à plerisq; fieri omnino non queat, propterea quod Constantinopoli mandato litterarum superiori anno à vestra reuerentia post Concilium Aquileiense ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter dumtaxat Constantinopolim vsque faciendum nos præparamus, atque de hoc vno Concilio celebrando consensum Episcoporum, qui in prouincia manserant vna vobiscum attulimus: ideirco neque longiore itinere opus esse expectabamus, neque de vllo alio omnino ante acceperamus, quam Constantinopoli in vnum conuentum esset. Huc accedit, quod temporu præstituti angustiæ, neque ad longius iter patiendum, neque ad Episcopos in singulis prouinciis, qui sunt eiusdem nobiscum communionis, de hac re commonefaciendos, neque ad eorum consensus obtinendos satis spatij dedit.

e 1 Cor. 4.

XI. EXCVSATIO EPISCOPORVM.

XII. LEGATIO A SYNODO CONSTANTINOP.

Itaque cum & hæres & alia præterea compleres maiori parti Episcoporum impedimento sint, quo minus ad vos veniant: idcirco quod secundo in loco faciendum erat, tum ad statum rerum Ecclesiasticarum rite ordinandum, tum ad ostendendum, quanti vestram erga nos charitatem æstimemus, illud certè fecimus: quippe orauimus reuerendissimos, honoratissimosq; fratres & collegas nostros Episcopos Cyriacum, Eusebium, & Priscianum, vt laborem ad vos proficiscendi suscipere non grauarentur. Qui quidem non solum vobis exponent, quam nostra voluntas pacis studiosa sit, & quo pacto nihil aliud quam Ecclesiæ concordium sibi proponat; ve-

rum etiam quam ardenti studio ad sanam fidem tuendam accensi simus, perspicue significabunt. Nam persecutionum procellas, cruciatus, minas Imperatorias, crudelem magistratuum violentiam, aliarumque rerum incommodarum tentationes, quas ab hæreticis sustinuimus, pro fide Euangelica à trecentis decem & octo sanctis Patribus Nicæa urbi Bithyniæ confirmata pertulimus. Etenim ista fides tum à nobis, tum à vobis, tum ab omnibus, qui non verbum vera fidei peruertunt, approbari debet: quippe cum & antiquissima sit, & lauacro baptismatis, quo tincti sumus, consentanea, & nos doceat credere in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, hoc est, in diuinitatem, potentiam, & substantiæ vnam Patris & Filij & Spiritus sancti, æqualem dignitatem, & coæternum regnum in tribus perfectis ὑποστάσεσιν, id est, in tribus personis: adeo vt neque quicquam loci detur pestiferæ Sabellij hæresi, qua confunduntur personæ, hoc est, proprietates earum tolluntur: neque blasphemiæ Eunomianorum, Arianorum, aut eorum, qui Spiritum sanctum oppugnant, quicquam habeat ponderis, quæ quidem assentiam, naturam & diuinitatem Trinitatis discindit, & ei, qua nec creata est, & consubstantialis est, & coæterna est, naturam posterius genitam, aut creatam, aut qua sit alterius essentiæ, tribuit.

XIII. DECRETA IN PRIORI SYNODO CONSTANTINOP.

Nos autem doctrinam Dominicæ incarnationis integram & perfectam tenemus, & neque œconomiam carnis Christi vel animæ vel mentis expertem vel imperfectam esse asserimus. sed agnoscimus Verbum Dei ante sæcula omnino perfectum esse, & perfectum hominem in nouissimis diebus pro nostra salute factum esse. Atque ista de fide à nobis libere ingenueque prædicata summatim diserimus: de quibus pleniorem cognitionem animis poteritis percapere, si libellum, Concilio Antiochia conuocato, de fidei decisione editum, & cum etiam, qui superiori anno à Concilio generali compositus est, legere placuerit: in quibus tum fidem nostram vberius explicauimus, tum hæresibus nuper excogitatis anathema scriptis prodatum denunciauimus.

XIV.

De administrationibus autem, quæ sunt cuiusque Ecclesiæ propriæ cum vetus (vti nostis) lex est, tum sanctorum Patrum in Concilio Niceno decisio: Vt videlicet singularum prouinciarum Antistites vna cum finitimis, modo ipsis ita visum fuerit Episcopi, ministros ad Ecclesiarum commodum in suis ipsorum prouinciis ordinent. Ex cuius legis & decisionis præscripto, scitote, tum alias quoque Ecclesias apud nos administratas esse, tum illustrissimarum Ecclesiarum sacerdotes delectos. Vnde Ecclesia Constantinopolitana recens (vt ita dicam) ædificata, quamque ex hæreticorum blasphemia, tanquam ex ore leonis per misericordiam Dei nuper eripuimus, reuerendissimum sanctissimumque Nectarium in Concilio generali communi omnium consensu, præsente Theodosio Imperatore religiosissimo, totius denique cleri, totiusque ciuitatis suffragijs Episcopum constituimus. Ecclesiæ autem vetustissima & vere Apostolica Antiochia urbis Syriæ, in qua primo venerandum Christianæ nomen auditum est, reuerendissimum & sanctissimum Flavianum Episcopi illius prouinciæ & diœceseos Orientales in vnum conuenientes, tota illa Ecclesia (vti canon postulat) suffragante & velut vno ore virum illum honorifice collaudante, Episcopum nuncupauerunt: qua quidem ordinatio, vti legitima, communi Concilij consensu approbata est.

DE FLAVIANI ELECTIONE.

XV. DE CONFIRMATIONE CYRILLI EPISCOPI HIEROSOL.

Porro Ecclesiæ Hierosolymitanæ, quæ est ærarium omnium virtutes: reuerendissimum & sanctissimum Cyrillum Episcopum vobis ostendimus, tum ab Episcopis prouinciæ (vti canon vult) tamprideni creatum esse, tum plurimis prælijs aduersus Arianos varijs in locis confecisse. Quibus rebus tanquam legitime & secundum Ecclesiæ canones constitutis, obsecramus vestram reverentiam, vti congratulemur: spirituali charitate nos mutuo deuinciente, & timore Domini, qui omnem humanam affectionem reprimit, Ecclesiarumque ædificationem amori illi & benevolentiæ, qua singuli singulos complectuntur, longe anteponit. Quod si doctrina fidei ad hunc modum communi consensu stabilita sit, & charitas Christiana in nobis confirmata: posthac desinemus dicere illud, quod Apostolis a condemnatum est, nimirum: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ: atque omnes cum simus Christi, qui in nobis non est diuisus, corpus Ecclesiæ, Dei largiente gratia, integrum conseruabimus, & ad tribunal Domini fidenti animo nosmet sistemus. Isti contra Arij, Actij, & Eunomij insaniam, quam etiam contra Sabellij, Photini, Marcelli, Pauli Samosateni, & Macedonij amentiam scripserunt. Simili ratione & nouæ Apollinarij doctrinæ palam anathema indixerunt: quandoquidem nos, inquiunt, doctrinam incarnationis Dominicæ integram tenemus, & neq; carnis eius œconomiam animæ mentisque expertem aut imperfectam asserimus. hactenus Synodalis epistola secundi Constantinopolitani Concilij ad Synodum, quæ Romæ hoc anno agebatur.

1. Cor. 1.

Quonam animo, quove consilio ista scripserint Episcopi iterum congregati Constantinopoli, recte cognosces, lector, si memoria retines, quæ gesta sunt: anno superiori ab eisdem Episcopis in Concilio generali ibidē confidentibus: nempe in hoc incubuisse, vt iustis quibusdam præextibus declinarent Romanam Synodum, in qua reddituri rationem essent de Flauiani electione peperam facta aduersus Paulinum, cui cum Ægyptijs Occidentales fauebant; pariterq; de canonibus ab eis statutis, num recte legitimeque sancti essent, iudicandi fuissent. Sed & quod superius attigimus & magnopere displicet, vides ex iis ingratum de Gregorio Nazianzeno eorundem Episcoporum silentium, & inanem fallamq; ostentationem iactantiæ de Constantinopolitana Ecclesia ab hæreticis liberata: itemq; quod de Flauiani electione dicitur ab Episcopis prouincialibus habita: Synodi enim id tunc fuisse operis, ex Gregorio satis superius demonstratum est. Verum & quod intelligis nullam hic haberi mentionem de primatu sedis Constantinopolitanæ post Romanam, sicut de aliis rebus in Synodo institutis: tam manifeste apparet, vel id minime factum, vel si vere cōgit, illud fuisse clandestinis suffragijs sancitum, latereq; voluisse eum Damasum Romanum Pontificē, tum Timotheum, quos scirent habituros acerrimos aduersarios.

QVALE CONSILIVM OMENTALIVM EPISCOVORVM.

XVI.

XVII.

Quid autem Romæ his acceptis literis Synodalibus, auditisque Legatis, factum sit, latet: deperiere enim Acta Romani Concilij: nam quæ Theodoretus b de damnatione Apollinaris atq; Timothei facta dicit post has acceptas literas in dicto Romano Concilio, haud ei satis aptari posse videntur, nam in literis Orientalium nulla reperitur facta mentio, quod ipsi petierint damnandum Apollinarem ab ipso Romano Pontifice. Sed & sequens fidei professio, quod scripta esse appareat in legitima codicum lectione ad Paulinum Episcopum Antiochenum absentem, neque quam ab ista Synodo potuit esse conscripta: nam de Paulino (vt dictum est ex S. Hieronymo) liquet Romæ hoc tempore eidem interfuisse Synodo, nec nisi absoluta, Antiochiam reuersum esse. Cæterū quorsum contilio ab eodē Theodoreto, loco Paulini Antiocheni, positus fuerit Paulinus Thessalonicensis, cum nec nunc, nec ante à tempore Nicæni Concilij præfuerit Ecclesiæ Thessalonicensi aliquis Paulinus nomine, suo loco superius pluribus demonstratum est. Scias ergo, eadem à Theodoreto sub hoc Romano Concilio posita, iure meritoq; collocata esse in superiori Romana Synodo aduersos hæreticos Apollinaris congregata, de qua pluribus actum est.

b Theod. l. 5 c. 10. 11.

XVIII. PAVLINO CAVSA ADIVDICATA.

Cæterum licet huius Synodi Acta non extent: tamen quæ in ea fuerint definita, ex rerum euentibus indicantur. Cum enim Paulinus reperiatur (vt dictum est) absoluto Concilio, sequenti anno esse reuersus Antiochiam, atque etiam ipso defuncto, in locum ipsius non sine assensu Romani Pontificis fuisse subrogatus Euagrius; plane eidem adiudicata sedem Antiochenam ex Synodi Romanæ decreto, affirmandum est, cum & Paulini partes successores Damasi Romani Pontifices, vt æquiores, defendendas suscepterint. Sed de his inferius suis quibusq; annis agendum erit. Admonemus te interim, lector, caute legēdum esse Theodoretū cum Paulinum & Euagrū plus æquo inuehentem, ac nonnulla à veritate abhorrentia scriptis prosequentem; prout quæ superius dicta sunt sub priori Romano Concilio aperta luce declarant. Cuiusnam autē potiora iura essent, Flauiani, an Euagrii Paulini postea successoris, Ambrosius d testis accedat, apud quem ex rebus gestis, & causa in pluribus Synodis examinata, nullū vel ignoratio, vel priuata affectio locum habere potuit, vtpote hominem sinceræ veritatis amantē. Sed de his inferius. Illud tamen æque prudenter factū reperimus, quod Flauianus, quamuis eius ordinatio minime probata esset, toleratus tamē fuerit, nec ab eccl. Catholica anathematis

c Theod. li 5. c. 23.

d Ambros. epist. 82.

sententia segregatur, ea nimirum (vt demonstratum est) ex causa, ne totus fere Oriens vna cum illo, cui communicaret, & cuius causam foueret, à Catholica communicatione pariter scindendus esset.

XIX. Quod rursus ad hoc ipsum Romanum Concilium spectat in Collectione Cresconiana nobili antiquitate veneranda, tam in Vaticano codice, quam in nostro, post descriptos recensitos superius anathematismos, & diuinarum scripturarum catalogum, eiusmodi de sedium Patriarchalium prærogatiua edium habetur decretum:

CANON DE PRÆROGATIVA SEDIVM.

Post has omnes Propheticas & Euangelicas & Apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est; etiam intimandum putauimus, quod quamuis per Orbem Catholice diffusa Ecclesiæ quasi vnus thalamus Christi sit: Sancta tamen Romana Ecclesia nonnullis Synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est: sed & Euangelica voce Domini Saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu a es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cælorum; & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Addita est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli, Vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemque die, gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter suprædictam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus in vniuerso mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo atque Euangelista consecrata est: ipseque in Aegyptum directus à Petro Apostolo, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia autem sedes est apud Antiochiam beatissimi Apostoli Petri, quæ habetur honorabilis, eo quod illam primitus quam Romam venisset, habitauerit, & illic primum nomen Christianorum nouella gentis exorditum est. hucusque canon: cuius quidem sanciendi occasionem inde credimus emanasse, quod licet Orientales Episcopi Constantinopoli congregati ad Concilium Romanum nihil sciipserint de prærogatiua collata Ecclesiæ Constantinopolitanæ super Alexandrinam; Damasus tamen hoc ipsum subodoratus, vna cum vniuerso Concilio ista de legitima & antiqua sedium prærogatiua palam scriptis ediderit, quo audax illorum retunderetur præsumptio: qua etiam occasione hæc eadem scimus à Gelasio *b* Papa iterum scriptis prodita in Romano Concilio, & aduersus Acacium Constantinopolitanum Episcopum eadem pertentantem sæpius inculcata.

b c. sacrosancta, dist. 1. ex Romano Concil.

XX. DECRETA ROM. CONCILII. In actis autem Damasi Papæ in Ecclesiis recitari solitis, de quibus inferius erit mentio, habentur aliqua ab eodem Pontifice decreta in Romano Concilio, hoc ne, an priori, haud certum est: Ac primo, vt decimæ atque primitiæ à fidelibus darentur; & qui detrectarent, anathemate ferirentur; Eadem quoq; plectendos sententia, qui fœnori vacarent. Eiici etiam ab Ecclesia præcipiuntur, qui in ea vanis sermonibus operam darent: Necnon etiã excommunicandos esse omnes maleficiis, auguriis, sortilegiis, omnibusq; aliis superstitionibus vacantes: qua sententia præsertim fœminas illas plectendas esse, quæ illusæ à dæmone, se putant noctu super animalia ferri, arq; vna cum Herodiade circumuagari. Prohibitum etiam ex præscripto (vt ibi ponitur) Nicæni canonis, ne ante hoc à tertiam diebus festis Missæ canerentur, aliis vero diebus à media hora quarta vsq; ad nonam facere liceret. Decretumque ibi ponitur, quo iubetur in fine cuiusq; Psalmi apponi, *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto, &c.*

XXI. At hic opportune admonendus est lector, nequaquam fluxisse ab Oriente (quod multi putarunt) vt in fine cuiusque Psalmi caneretur, *Gloria Patri*. Licet enim istiusmodi glorificatio Trinitatis, quæ & à maioribus appellata est, *Hymnus glorificationis* (vt superius dictum est) ab exordio nascentis Ecclesiæ, ipsis Apostolorum temporibus in Ecclesiis Christianis cani soleret; nondum tamen vsu receptum erat in Oriente, vt caneretur in fine Psalmi, sed in fine hymnorum recens conscriptorum, vt in Ecclesia Mediolanensi fecit S. Ambrosius, more Orientalium, vt San. Augustinus affirmat *c*: vel in fine Antiphonarum, sicut Cassianus docet. Vt autem in fine cuiusliber Psalmi, *Gloria Patri*, dicatur, vt moris est, peculiaris fuit Occidentalis Ecclesiæ vsus; natm andi Cassianum *d*: *Illud etiam, quod in prouincia vidimus, vt vno cantante in clausula Psalmi omnes astantes concinant cum clamore: Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto: nusquam per omnem Orientem audiuimus. Sed cum omnis silentio, ab eo qui cantat, finito Psalmo, orationem succedere. Hæc vero glorificatione Trinitatis, tantummodo solere Antiphonam terminare.* hæc ipse.

c Aug. Conf. lib. 9. c. 7.

d Cassian. lib. 2. de institut. orat. med. c. 8.

Quod autem spectat ad canonem de fœminis eo modo à dæmone illusis: eadem ferme à S. Augustino descripta habentur, nec non in appendice Ancyrani Concilii, & apud Gratianum sub eodem titulo *f* collocata. Constat quidem auctoritate Seuerigi hoc tempore eum in Occidente, tum etiam in Oriente maleficorum hominum artes plurimum inualuisse. Qui quidem Seuerus vbi narrat quendam Sabbatium monachum à dæmone illusum, ista mox subdit: *Animaduersum est tamen eodem fere tempore fuisse in Hispaniis iuuenem, qui cum sibi multo signis auctoritatem parauisset, eo vsque elatus est, vt se Eliam profiteretur. Quod cum plerique temere credidissent, addidit, vt se Christum esse diceret: in quo etiam adeo illusit, vt cum quidam Episcopus, nomine Rufus, vt Dominum adoraret: propter quod eum postea ab Episcopatu dejectum vidimus. Plerique etiam nobis è fratribus retulerunt, eodem tempore in Oriente quendam extitisse, qui se Ioannem esse iactaret. Ex quo conijcere possumus, istiusmodi pseudoprophetis exsistentibus, Antichristi aduentum imminere, qui tam in istu ministerum inuiat atis operatur.*

f Aug. de spirit. & anim. c. 28. & 16. q. 5. c. 12.

g Seuer. vita S. Martini, c. 23.

XXII.

Sed quod deterius videri poterat, in ipsos sacros Dei ministros præligiæ quoque magicarum excantationum irrepserunt. Audi, quidnam de Gerontio diacono S. Ambrosii habeat Sozomenus *h*: *Hic*, inquit, *cum sub Ambrosio Mediolanensi Episcopo diaconus esset, liand scio qua re motus, vtrum ne præstigiis molitus, an vero dæmonis instigatione ac effectu agitatus, noctu indicabat se Onoscelidem (hoc est, dæmonum genus asinino cruribus apparens) apprehensum, capite raso, in pistrinum coniecisse. Qua de causa Ambrosius cum, vt indigna ministro Dei locutum, præscripto tempore manere domi, & pœnitentiæ expiari iusserat. Ille vero cum & medicus præstantissimus, & ad docendum persuadendumque promptissimus, & ad amicos conciliandos accommodatissimus esset, Constantinopolim profectus est eo proposito, vt Ambrosium criminaretur, &c.* tradit demum ipsum à Chrysostomo Nectarii successore exauctoratum fuisse. At pleni sunt Ammiani vltimi libri de quæstionibus tum Antiochiæ, tum Romæ aduersus maleficos his temporibus agitatis. Sed reliqua prosequamur.

h Soz. l. 8. c. 6.

XXIII.

XXIV. HIERONYMVS QVID APVD DAMASVM. His igitur de Romano Concilio enarratis, iam superest, vt res gestas S. Hieronymi Romæ toto triennio, quo illic ipsum morari contigit, persequamur. Ac primum, quod ad publicas pertinet functiones: Damasus Papa, qui eum longe licet absentem de diuinæ scripturæ locis consulere, crebrisq; epistolis excitare consueuit; cum haberet præsentem, haud passus est degere otiosum: si quidem in primis eius opera vsus est in conscribendis epistolis ad diuersas consultationes ex diuersis Ecclesiarũ Conciliis ad ipsum Romam perlatas: testatur id quidem ipse Hieronymus his verbis *i*: *Ante annos plurimos, cum in chartis Ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis & Occidentis Synodicis consultationibus responderem, &c.* sed periere hæc omnia cum ipsis Conciliorum Actis adeo egregia monumenta Hieronymi. Quantæ vero tunc obtinuerit existimationis, ipse alibi ad Asellam scribens ita ait *k*: *Antequam dominum S. Paulæ nossem, totus in me Vrbis studia consonabant, omnium pene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat, dicebar sanctus, dicebar humilis & disertus, &c.*

i Hieron. epist. 33.

k Hieron. epist. 99.

XXV. DE CARDINALATV HIER. OTTHONIO. Ex his autẽ quod dicat dignum summo sacerdotio æstimatum, opinati sunt, puto, nonnulli eundẽ Hieronymũ creatum fuisse à Damaso Papa presbyterum Cardinalem,

non

non intelligentes, per ſummum ſacerdotium, quemlibet Epiſcopatum deſignari, vt pluribus in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis palam fecimus. Sed & quod intime Damaſo inhæreret, eam dignitatẽ exiſtimant conſecutũ: quaſi neceſſe fuerit, omnem, qui ab epiſtolis eſſet ſummo Pontifici, fuiſſe Cardinalem; cum de S. Proſpero, auctore Gennadio *a*, certum ſit in eodẽ miniſterio vſum fuiſſe S. Leoni Pontifici, nec tamen Cardinalem extitiſſe. vel ex eo alii deduxerunt argumentum, quod S. Auguſtinus *b* ad ipſum Hieronymum ſcribens, hæc dicat: *Quanquam ſecundum bonorum vocabula, quæ iam Eccleſiæ vſus vbiuique, Epiſcopatus presbyterio maior ſit: tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt.* ita ipſe. Sed quæ hæc multa? accipe: quod ętate grandior, cui plurimum deferendum erat; quodque Chriſtianus à puero; quod inſuper linguarum peritia excellebat; quod nulla aliquando hæreſi fuerit infamatus, vel ſpuria ſobole auctus: quibus omnib. Auguſtinũ Hieronymo fuiſſe minorem, liquido conſtat. Sed & quod ſuperius à nobis pluribus dictum ſit, Hieronymum ita creatum eſſe presbyterum Antiochiæ à Paulino, vt nunquam paſſus fuerit alicui adſcribi titulo: haud adeo libere poſſumus, ipſo contradicente, eius Cardinalatui ſuffragari.

a Gennad. de vir. illuſtr. c. 54.
b Apud Hier. epiſt. 97.

XXVI. ASSERTORES CARDINALATVS HIERONYMI.

Sed contra ipſam eiuſdem Hieronymi aſſertionẽ auctor illorum ſermonum, quos Auguſtino ſuppoſuit, &ad fratres de eremo inſcripſit (quiſquis ille fuerit, hæc certe ex parte nonniſi impoſtor dicendus, cum multorũ mendaciorum ſanctiſſimum ac doctiſſimũ virum conſtituerit aſſertorem, vt in Notis ad Romanum Martyrologium demonſtrauimus) hic inquam aduerſus eiuſdem Hieronymi aſſertionem hæc habet *c*: *Legimus enim, fratres cariſſimi, ſanctum Patrem Hieronymum Cardinalem fuiſſe in Eccleſia ſancti Laurentij martyris, &c.* At quam perſpicue ſe detegit recentiorem auctorem, cum ait: *Legimus*? Sed & quod eodem ſermone ait ſanctum Hieronymum receſſiſſe ab Vrbe vna cum Paula & Euſtochio, togatu patris illarum; certe exiſtimaſſe videtur Paulam & Euſtochium fuiſſe ſorores, eodemq; parente genitas. Vides quos ea aſſertio adſtipulatores habeat. Sed & idem auctor *d* Cardinalatus Hieronymi quantum calluerit res eiuſdem Hieronymi, ex eo intelliges, dum ait ipſum perueniſſe vſq; ad Sixtum Pontificem, quem conſtat diem obiiſſe ſub Bonifacio, Conſulibus Theodoſio octauum atq; Conſtantio. Rurſus vero alius ille anonymus auctor (tutius enim ſine auctoris nomine produntur mendacia) qui ſcripſit vitam ſancti Hieronymi, æq; Cardinalatus eius aſſertor eſt: ſed quot portentoſis mendaciis conſarcinatus ſit libellus ille, ſuo loco dicturi ſumus. Ecce tibi iam habes, è quibus fontibus hauſere recentiores ſcriptores, atque pictores prototypum mutuati ſunt. Verum in his non immorandum diutius: ſed iam quæ ſunt germana Hieronymi, proſequamur.

c Serm. ad fratres de eremo 24.
d Microl. c. 22.

XXVII. HIERON. ROMÆ ELVCVBRATIONES.

Damaſus diuinarum ſcripturarum ſtudioſiſſimus indagator, plura ab ipſo S. Hieronymo (vt dictum eſt) præſente exegit, quam quæ ab eo abſente accipere conſueuerat: haud enim Romæ voluit agere otioſum; ſed aliqua ſemper petentatus, pulſans hominem quæſtione, latius diſſerendi anſam præbebat. Etenim tunc ipſum Hieronymum ea credimus elucubraſſe, quæ tractationem potius, quam epiſtolam reptæſentant, vtpote præſenti traditam, non autem ad abſentem per tabellarium miſſam, nimirum de Oſanna quæſtionem, appendicem ad tractationẽ de Seraphim, tractatum de filio prodigo, translationem duarum Origenis homiliarum in Cantica Canticorum, emendationem quatuor Euangeliorum editionum inter ſe diſcrepantium, nec non canones Concordantiæ Euangelicæ: ſed & emendationem quoq; Pſalterii, Romæ cum eſſet, elaborauit, adq; ſeptuaginta duorum translationem accommodauit; ſed curſim tactam eandem iterum maiori diligentia examinandam ſubiecit incudi.

c Apud Hier. to. 9.

XXVIII. HELVID. HIERONYMVS CONFVTAT.

Inſuper Romæ cum eſſet ſanctus Hieroymus, inter alios exantlatos labores oblatrantem canem Heluidium, hominem imperitum, ſed blaſphemiis pollentem compeſcuit. Fuit hic hoſtis virginitatis, vtpote qui diceret eiuſdem eſſe gloriæ virgines ac maritatas *f*, eoque ſceleris atq; dementiæ prolapſus eſt, vt ſanctiſſimæ Deiparæ negare ſceleſtus virginitatem poſt partum auderet: quem tam ſacrilega audentem Hieronymus non confutauit ſolum, ſed & deriſit, contemptuique, vt par erat, illum expoſuit, qui ex blaſphemia ſibi comparare gloriam ſtuduit: de eo enim hæc inter alia ipſe Hieronymus: *Quis te, oro ante hanc blaſphemiam nouerat? quis dupondij ſuppu tabat? Conſecutus es, quod volebas, nobilis es factus in ſcelere. Ego ipſe, qui contra te ſcribo, cum in eadem tecum Vrbe conſiſtam, alibus (vt aiunt) æterne ſis, neſcio.* Scripſiſſe autem Hieronymum hunc librum Romæ, & Damaſo oſtendiſſe, ipſe quidem teſtatur in Apologia ad Pammachium, in qua hæc verba leguntur *g*: *Dum adhuc viueret ſancta memoriæ Damaſus, librum contra Heluidium de beata Maria virginitate perpetua ſcripſimus, in quo neceſſe fuit nobis ad virginitatis beatitudinem prædicandam, multa de moleſtiis ducere nuptiarum. Num vir egregius, & eruditus in Scripturis, & virgo, Eccleſiæ virginis doctor aliquid in illo ſermone reprehendit? In libro quoque ad Euſtochium multo diuerſa de nuptiis diximus, & nemo ſuper hac re leſus eſt.* hæc Hieronymus. Porro tractationem illam de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium Romæ itidem ſcripſit poſt editum commentarium aduerſus Heluidium; quod ipſemet tradit *h*, ſimulque addit ſanctum Damaſum eodem argumento carmine & proſa ſcripſiſſe libellos, ac S. Ambroſium alios: quod ipſum in Oriente Baſilius, nec non Gregorius Nazianzenus paulo ante, Chryſoſtomus vero poſtea præſtiterunt: vt plane intelligas, inſtinctu diuino ſanctiſſimos atque doctiſſimos Patres tam in Oriente, quam in Occidente, in eadem verſatos eſſe materia, cum diabolus ſua monſtra erat in medium productus, impios, qui nobilem Eccleſiæ theſaurum voce Domini commendatum, oreque Apoſtolico prædicatum, maiorum omnium deniq; præconiis celebratum tertæ infoderent nulli vſui profuturum. Cæterum tractationem illam ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis, quod poſt editum in Heluidium commentarii ſcriptam fuiſſe conſtet, vltimo ferme anno eius commorationis Romæ, nempe trecentesimo octogeſimo tertio, vel quarto, elucubratam eſſe putamus, ex rationibus ſuperius ſubiiciendis.

f Hier. contra Helui.
g Hier. ep. 50.
h Hier. ep. 22.

XXIX. IOVINIANI HÆRESIARCHÆ ORIGO.

At non Heluidius tantum reperitus eſt eius fuiſſe falſitatis aſſertor, licet primus Romæ auſus ſit tot tantaſq; inclamare blaſphemias; ſed Epicuræus Iouinianus pſeudomonachus eidem exitit in impietate collega. Præcurſor namq; huius fuit Heluidius; ſed egregius potenſque confutator vtriuſq; Hieronymus, cuius Romam hac tempeſtate contigit oppottunus aduentus. Quam enim oportuit præmunire caſtas aures, atq; ſepire ſpinis, hottũ ſponſæ claudere, frontemq; puritatis ſignare aduerſus irruentem aprum de ſilua tuncta dire vaſtantem, ac fœde ſpurcantem? Nam de eo hæc Auguſtinus *i*: *Iouiniana hæreſis ſacrarum virginum meritum æquando pudicitiæ coniugali tantũ valuit in Vrbe Roma, vt nonnullas etiam ſanctimoniales, de quarum pudicitia ſuſpicio nulla præceſſerat, deuicciſſe in nuptias diceretur, hoc maxime argumento, cum eas vrgeret, dicens: Tu ergo melior es, quã Sara, melior, quam Suſanna, ſiue Anna? & ceteras commemorando teſtimonio ſanctæ ſcripturæ commendatiſſimas fœminas, quibus ſe illæ meliores vel etiam pares cogitare non poſſent. Hoc modo etiam virorum ſanctorum ſanctum cœlibatum commemoratione patrum coniugatorum & prædicatione frangebat. Huic monſtro S. Eccleſia, quæ ibi eſt, fideliſſime ac fortiſſime reſtitit.* Damaſo nimirum & S. Hieronymo ex aduerſo pugnantibus.

i Aug. retract. lib. 2. c. 22.

XXX.

Sed vnde prodierit beſtia lutulenta, deque eius ortu, moribus, habitu & charactere diligentius exquitamus: vt monſtrato fonte, qualis inde aqua potuerit emanaſſe, lector prudens intelligas. Ab Auxentio Arianorum illo ſeniore qui poſt S. Dionyſium in Mediolanenſ. Eccleſiam intruſus eſt, Heluidium originem duxiſſe, Gennadius *k* auctor eſt. At Iouinianus cum collegis impietatis ſub Catholico nomine & habitu monaſtico aliquandiu delituit in monaſterio Mediolanenſi, illo nimirũ ſacroſancto ſpectaræ diſciplinæ laudatæq; obſeruantiæ habitaculo, cuius cũ S. Auguſtinus meminit, ait *l*: *Erat Monaſterium Mediolani pleniũ bonis fratrib. extra vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore.* quod inſtar maris exputi latentia ibi cadauera, nẽpe Iouiniani ac

k Honnad. de vir. illuſt. in Heluidio c. 12.
l Auguſt. Conf. lib. 8. c. 6.

socios, Deo quidem mortuos, & aquis iam concupiscentiæ turgidos.

XXXI. Id vero factum esse post Limenii Vercellensis Episcopi obitum, quem anno superioti interfuisse vidimus Aquileiensi Concilio, non autem post mortem Eusebii, Ambrosius in epistola ad Vercellenses declarat: nam quod ibi ait, electionem suam Orientem exemplo probasse, alludens ad electionem Nectarii, qui pariter contra canones catechumenus adhuc electus fuit Constantinopolitanus Episcopus, quando scripserit, docet. Ad ipsam igitur Vercellensem Ecclesiam viduatam pastore morte Limenii S. Ambrosius eam scribens epistolam, egredientes è siluis lupos vt caueant, monet his verbis a: *Audio enim homines qui dicunt, nullum esse abstinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, sed omnes æstimari præcio, deliterare eos, qui iejunijs castigant carnem suam, vt menti subditam faciant. Quod nunquam fecisset, nunquam scripsisset ad instruendum alios Paulus Apostolus fidelem amentum putasset: gloriatur itaque dicens* b: *Sed castigo corpus meum & seruituti redigo, ne aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. Ergo qui non castigant corpus suum, & volunt prædicare alijs, ipsi reprobi habentur. An quicquam tam reprobum, quam quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad lasciuiam prouocat? quam incitamentum libidinis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis? Quæ istos Epicuri eos noua schola misit? non philosophorum, vt ipsi aiunt, sed impiorum, qui voluptatem prædicent, delicias suadeant, castimoniam nullius esse dicant vtilitatis. Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis (neque enim pudet dicere, quod dicit Euangelista Ioannes* c) *Sed hic positi, primo ieiunabant, intra monasterium continebantur, nullius erat luxuriæ locus, inter dicta ludibriosæ disputationis licentia. Hoc delicati non potuerunt ferre: abierunt: deinde volentes redire, non sunt recepti: pleraque enim audierant, quæ deberent cauere. monueram: nihil profecerant. Efferuescentes itaque, disseminare talia cœperunt, quibus incentores essent vitiorum omnium. Miserabiles perdiderunt vtique, quod inuenerunt: perdiderunt, quod aliquo se continuerunt tempore. Nunc itaque diabolico studio inuadent aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu excident, &c.*

a *Ambros. epist. 82.* AMBROS. ADMONET VERCELLENS. DE NOVA HÆRESI.

b 2. *Cor. 9.*

c 1. *Ioan. 2.*

XXXII. Sed egressus è monasterio, quodnam vitæ genus Iouinianus impurus exercuerit, egregie describit sanctus Hieronymus d, sic exordiens: *Completum est in eo verissimum illud prouerbium: Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti, soloni omnem locum secundæ e Petri epistolæ ponere, ne longum facerem, sed tantummodo ostendi Spiritus sancti vaticinio huius temporis & doctores & hæresim pronunciatam. Denique manifestius eos denotat, dicens: Venient in nouissimis diebus illusores, seducentes, iuxta propria desideria ambulantes, &c. Descripsit sermo Apostolicus Iouinianum loquentem buccis tumentibus, & inflata verba truttinantem, promittentem in cœlis libertatem, cum ipse corruptionis seruus sit atque luxuriæ, canis reuertens ad vomitum suum. Nam cum monachum se esse iactitet, & post sordidam tunicam, & nudos pedes, & cibarium panem, & aquæ potum, ad candidam vestem & nitidam cutem, ad mulsum & elaboratas carnes, ad iura Apicij & Paxami, ad balneas quoque ac frictiones & pomina se conferat: manifestum est, quod terram cælo, vitia virtutibus, ventrem præferat Christo, & purpuram coloris eius putet regna cælorum. Et tamen ille formosus monachus, crassus, nitidus, dealbatus, & quasi sponsus semper incedens, aut vxorem ducat, aut æqualem virginitate, eique nuptijs probet; aut si non duxerit, frustra contra nos verbis agat, & inferius* f: *Ante nudo erat pede, modo non solum calciato, sed & ornato: tunc pexa tunica & nigra subucula vestiebatur, sordidatus, & pallidus & callosam opere gestitans manum, nunc lineis & sericis vestibus, & Attrebatum ac Laodicee indumentis ornatus incedit: rubent bucca, nitet cutis, comæ in occipitium fluentemque tornantur, protensus est aqualiculus, insurgunt humeri, turget guttur, & de obesis faucibus vix suffocata verba promuntur.* hæc ipse de monstruosa metamorphosi monachi in Sardanapalum.

d *Hier. contra Iouinianum. li. 1. c. 1. Petr. 3.*

e 2. *Petr. 3.*

f *Hier. contra Iouinianum. li. 2.*

XXXIII. At huiusmodi sic compositum hominem à S. Hieronymo concinne descriptum; quid illum, lector, putas eructare potuisse? verbum bonum, an crapulam? fructũ Spiritus, an opera carnis? iam tu ipse tibi respondes: ego certe aliis noui characteribus insignitum, stigmatibusq; notatum prædicatorem veritatis, assertoremque vi gnitatis Paulum Apostolum, dicentem g: *Vsque ad hanc horam esurimus & sitimus, nudi sumus, &c.* ac illud ab Ambrosio aduersus eosdem nuper inculcatum: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Nunquid ergo immutata diuina lex, aliis innouatus est Spiritus, & diuersus à priori Deus innotuit, quem contraria prioribus nunciaturum hominibus, contrarios oportuerit Apostolos delegisse, dedignatumque Spiritum sanctum per alia organa, quam per distenta crapula membra palam facere hominibus veritatem? Videsne igitur, quam procul absit, vt è limoso fonte bestiarum pedibus agitato, vel gutta potuerit fluxisse aquæ limpidæ veritatis: quod magis intelliges, si antiquiores mente recoles lacunas illas aquarum putentium, ex quibus riuos Iouinianus eduxit, nimirum sordidissimas illas recensitas superius hæreses, catnis spurcitias omnibus præferentes.

g 1. *Cor. 4.* 1. *Cor. 3.*

Cæterum illud, quod miretis, & fortasse laudes, inuenis in homine: ipsum nimirum quantumlibet ab instinctis & legibus monachorum penitus abhorreret, haud tamen eo peruenisse audaciæ & impudentiæ, vt & nomen quoque abiecerit monachi, sed retinuerit, eodemque (vt diximus ex Hieronymo) magnopere gloriari soleret: vt ex his intelligant recentiores apostatæ, quam deteriores, exectabilioresque Iouiniano existant, qui cum eandem sæpe damnatam putentem hæresim denuo excitauerint, nomen quoque monachorum vt portentum exhorruerunt. Sed & eo quoq; se Iouiniano turpiores esse cognoscãt, dum haud ille ita improbabat sicut isti virginitatem vt rem detestabilem esse diceret, verum non esse eam tantæ excellẽtiæ, vt mereretur præferri coniugio, sed æquandam. Nec aliter sentire poterat, qui ex Stoicis meritorum æqualitatem acceperat, & ab Epicuro lasciuiam: de quo ita Hieronymus h eleganter lusit: *Lubricus serpens & Proteus noster in variarum se mutat portenta formarum. Qui enim in coitu & saturitate Epicurus est, subito in retributione meritorum Stoicus efficitur; Hitrosolymam Cithio, Iudæam Cypro, Christum Zenone commutat.*

XXXIV.

h *Hier. contra Iouinianum, lib. 1.*

Porro eius dogmata ita describit, cum ait: *Proponam breuiter aduersarij sententias, & de tenebrosis libris eius, quasi de foueis serpentes protrahã, neque finam venenosum caput sceris maculosi corporis protegi. Patet aut quod noxium est, vt possit conteri, cum patuerit. Dicit, virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lota sint, si non discrepent ceteris operibus, eiusdem esse meriti. Nititur approbare, eos, qui plena fide in baptismate renati sunt, à diabolo non posse subuerti. Tertium proponit, inter abstinentiam ciborum, & cum gratiarum actione perceptionem eorum, nullam esse distantiã. Quartum, quod & extremum, esse omnium, qui suum baptisma seruauerint, vnam in regno cælorum remunerationem. Hæ sunt sibilla serpentis antiqui: his consilijs draco de paradiso hominem expulit, &c.* hæc Hieronymus: qui & scripta ipsius Iouiniani prorsus delira, incompta, nulla sibi compage cohærentia, & prorsus inerudita fuisse demonstrat. Præterea eo blasphemiæ adactum esse procacem hominẽ à malo dæmone impulsum, vt instar Heluidii diceret, Deipatrã Mariam desiisse virginẽ esse, cum Christum peperit, S. Ambrosius tradit: sed & illud Manichæorum coaceruasse, vt negaret Filium Dei veram carnem suscepisse, idem sanctus affirmat. Eadẽ de Iouiniani hæresi Augustinus k, dum ait eam obortam esse, cum iuuenis ipse esset: cumq; addat cito extinctam fuisse, neq; sacerdotem aliquem decipere valuisse, plane significat his ipsis temporibus Mediolanii in monasterio exortiri cœpisse, at nonnisi post obitum Damasi Romæ innotuisse, & sub Siricio Papa damnatam esse: vt vere intelligas quod dictum est, Heluidium Romæ præcursorem fuisse Iouiniani. Porro de Iouiniani & sociorũ dãnatione suo loco dicemus sub Siricio Rom. Pontifice.

i *Genes. 19.*

k *Aug. de hæres. c. 82.*

XXXV. HÆRESIS IOVINIANI.

XXXVI. Sed prosequamur iã reliquas Hieronymi lucubrationes. Hoc ipso triennio, quo in Vrbe permansit, elaboratus ab eo creditur liber aduersus Luciferianos: etenim schismatici, qui aduersus Damasum ordinauerant Vrsicinum, expulso ab Vrbe pulsi, & in exilium relegati, cum Luciferianis cõspirarant, vt ex libello Marcellini & Faustini Theodosio Imperatori oblato liquet, qui Romæ agẽtes pro Lucifero ac eius sectatoribus certandum inibant. Quod vero ad

HIERON. LVCIFERIANOS CONVINCIT.

CONVINCITVR HERESIS EXPROMVLGATORIPSIVS.

reliqua Romæ scripta sancti Hieronymi pertinet: pauca numerare cõinget, si conferas cum quotidianis familiaribus colloquiis illis, cum à diuersis de diuersis interrogaretur quæstionibus. Verum audiamus ipsum ad Principiam virginẽ hæc a scribentem de sancta Marcella ipsius matre: *Cum me*, inquit, *Romam cum sanctis Paulino & Epiphanio Ecclesiastica traxisset necessitas, quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminam Cypri rexit Ecclesiam; & verecunde nobilium fœminarum oculos declinarem: ita egit*, Marcella scilicet, *secundum Apostolum* b, *importune, opportune, vt pudorem meum sua superaret industria. Et quia alicuius tunc nominis esse excusimabar super studio Scripturarum, nunquam conuenit ipsum de Scripturis aliquid interrogaret, nec vt statim acquiesceret: sed moneret è contrario quæstiones, non vt contenderet, sed vt quærendo disceret earum solutiones, quas opponi posse intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid sanctitatis, quid puritatis inuenerim, vereor dicere, ne fidem credulitatis excedam, & tibi maiorem dolorem incutiam, recordanti, quanto bono careris. Hoc solum dicam, quod quicquid in nobis longo fuit studio congregatum, & meditatione diurna quasi in naturam versum, hoc illa libauit, duxit, atque possedit: ita vt post profectionem nostram, si in aliquo testimonio Scripturarum esset oborta contentio, ad illam iudicem pergerentur. Et quia valde prudens erat, & nouerat illud, quod appellant philosophi, το πρεπον, id est, decere quod facias: sic ad interrogata respondebat, vt etiam sua, non sua diceret, sed vel mea, vel cuiuslibet alterius: vt in eo ipso, quod docebat, se discipulam fateretur; sciebat enim dictum ab Apostolo c: Docere autem mulieri non permitto: ne virili sexui, & interdum sacerdotibus, de obscuris & ambiguis scisitantibus, facere videretur iniuriam.* hæc Hieronymus.

Porro ipsa quidem S. Marcella non semper cum quid adducere veller, eum præsens adibat, sed per epistolam id etiam facere consueuit, vt idem sanctus Hieronymus d tradit. Docuit e eam inter alia plurima decem voces, quibus apud Hebræos Dei nomen appellatur. Explicauit f eidem dictiones Hebraicas, *Alleluia, Maranatha*, necnon *Diapsalma* g. Græcam vocem, ac tractatum h de blasphemia in Spiritum S. disseruit i & de aliis variis quæstionibus. Ingens plane Christianæ virtutis Marcellæ exemplũ ediderat: quippe quæ post septem menses, quibus viro coniuncta fuit, vidua relicta (vt testatur S. Hieronymus epistola ad Furiam k) repudiatis, vt dictum est, nuptiis Cerealis clarissimi viri, absq; vlla vel leui suspicione vitã castissimam custodierit. Erat & hæc consobrina Pammachii, vt idem Hieronymus tradit l. Quantum autem eiusdem S. Marcellæ constantia Ecclesiæ Romanæ profecerit, cum silentibus cæteris, ipsa se pro muro obiecit, ne hæresis Origenis iam in vrbem inuecta vna cum Periarcho à Ruffino translato, radices figeret, suo loco dictum fumus.

Sed quæ doctrinam Hieronymi consecuta est, quo modo vitæ quoq; monasticæ imitata sit institutum, quod & propagauit in alias, idem tradit his verbis m: *Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine, multoq; ita vexistis tempore, vt ex imitatione vestri & conuersione multarum gauderemus Romam factam Hierosolymam: crebra virginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo: vt pro frequentia seruientium Deo, quod prius ignominiæ fuerat, esset postea gloria.* hæc ipse. Porro & Marcellæ mater Albina discendi cupidissima S. Hieronymum frequentauit; de qua ipse n: *Certe eã Romæ essem, nunquam tam festina me vidit, vt non de Scripturis aliquid interrogaret: neq, vero more Pythagorico, quicquid respõderam, rectum putabat: nec sine ratione præiudicata apud eam valebat auctoritas, sed examinabat omnia & sagaci mente versabat, vt me sentirem non tam discipulam habere, quam iudicem.* hæc de Albina Hieronymus.

Harum vero adeo illustrium fœminarum exemplo; aliæ quoq; Romanæ nobiles viduæ Christianæ, quin & virgines cum ipsis adire consueuerunt Hieronymi habitaculum, vt ab eo erudirentur: nam ad Asellam hæc ipse o: *Pene certe triennium cum eis vixi: multa me virginum crebro turba circumdedit: diuinos libros, vt potui, nonnullo sæpe dispendio lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat.* At quam id caste, quam sincere, idem mox subdit: *Quid quisquam in me aliter senserint, quam Christianum deceat? Pecuniam cuiusquam accepi? munera vel parua, vel magna non sprevi? in manu mea eas alicuius insumsi? obliquum sermonem, oculos petulantes fuisse?* &c.

Cæterum inter alias nobiles matronas, fœminas Consulares, sancta Paula maiori pietatis studio erga Hieronymum propensior fuit, licet eum serius nacta esset: nam de illa ita ipse Hieronymus p: *Antequam dominum S. Paula nosset, totius in me Vrbis studia consonabant.* quæ tametsi tardius ipsum cognouerat, plus tamen cæteris eius eruditione profecit. Si quidem non ipsa tantum, sed & filiæ atq; cognati eius vsu perfectissimi redditi sunt Christiani, & domus eius veluti in ecclesiam cõmutata. Erat q genus maternum eius nobilissimum ex Gracchorum ac Scipionum familiis prognatum: matre orta Blesilla sentori, patre peregrino, sed regio Græcorum stemmate, Rogato nomine; virum nacta Toxotium seniorem, ex quo quinq; suscepit liberos, nempe primo loco Blesillam, deinde Paulinam, tertio Iuliam Eustochium, quarto Ruffinam, quinto, & vltimo Toxotium. Horum vero primogenita Blesilla nupta, sed mox relicta vidua est: Paulina coniugio iuncta Pammachio: Eustochium autem virgo permansit: Ruffina Aletium virum accepit: Toxotius vero duxit vxorem Lætam Albini filiam Ethnici hominis & Gentilicæ superstitionis Pontificis, ex quibus genita est Paula iunior. Sed agamus de singulis, vt quantum in eis Hieronymus profecerit, cognoscamus.

Mirandum plane accidit, vt pia conuersatione Toxotii atq; Lætæ, Albinus Pontifex, Christianæ religionis hostis implacabilis, admirante præ miraculo Vrbe, iam euaserit Christianus, vt idem S. Hieronymus narrat his verbis r, scribens ad eius filiam Lætam de Paula filia: *Quis, inquit, hoc crederet, vt Albini Pontificis nepti de promissione martyris nasceretur? vt præsente & gaudente auo, parulæ adhuc linguæ balbutiens, Christi Alleluia resonaret? vt virginem Christi in sinu gremio nutriret senex? Et bene felicitergi, expectat animus. Sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Iam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circumdat. Ego puto, ecclesiam ipsum Iouem, si habuisset talem cognationem, potuisse in Christum credere.* hæc ipse. Grande tanem miraculũ, potuisse senem renasci denuo, atq; idolorum Pontificem in extrema fidelium classe profiteri, & incipere discere religionis elementa, qui apud suos sacrorum agebat Antistites, & decrepitum senẽ à nepte infantula balbutiente depromptũ reddere Alleluia; quam ipsam matrem Lætam sanctissima fœmina cupida despondere virginem Christo, ab eodem S. Hieronymo petit & accepit de institutione eiusdem filiæ epistolam s parænetica eam; qua ipsa quantum profecerit, illud modo satis sit indicasse, eandem ærate auctam ad auiã Paulam Hierosolymam nauigasse, ibiq; cum S. Eustachio in sancta Deo dicata virginitate conseruasse.

Quod autem pertinet ad Blesillam mutanæ hæc virtutis fuit, vt vigintiannorũ vidua à viro relicta, quot ũ mensibus tantũ septem vixerat, *magno* (inquit Hieronymus t,) *ipsam amissam deplorauerit virginitatem, quam mariti obitu doluerit.* At quonam modo ad mundi contemptum hanc eidem S. Hieronymus instituerit, ipse ad Eustochium sororem scribens, docet his verbis u: *Memini me ante hos fermè quinquennium, cum adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sancta Blesilla legerem, vt eam ad contemptum mundi huius promptiorem, & omne, quod in mundo cernebat, putaret esse pro nihilo, vsq; ad eas, vt in morem commentariolos obscura quæq; digereret, vt absq; me posset intelligere, quæ legebat. Et q; quoniam in proximo nostro operis subita morte subtracta est, &c.* Porro quamæ huius adolescentulæ viduæ virtutes exstiterint, idem S. Hieronymus in consolatione de obitu eius ad Paulã matrem conscripta x pluribus docet. Fuisse autem ex ultram Græcis ac Latinis literis, idem affirmat, cum ait: *Si Græce loqueretur audisses. Latine eam nescire putares. Sic in Romanum sonum lingua se verteret, vt nihil omnino peregrini seruo redolebat.* sed & de eadem subdit: *In paucis non dicam mensibus, sed diebus ita Hebraæ linguæ vicerat difficultates, vt in discendis canendis, psalmis cum matre concenderet.*

Inter quatuor S. Paulæ filias, nempe Paulinam Eustochium, Blesillam, q; Ruffinam; primam omnium Blesillam

a *Hieron. epist. 16.*
b 1. *Tim. 4.*
MARCELLÆ ELOGIA TAE SCIENTIA ET VIRTVS.
c 1. *Tim. 2.*
XXXVII.
d *Hieron. epist. 147.*
e *Idem ep. 136.*
f *Idem ep. 137.*
g *Idem ep. 138.*
h *Idem ep. 147.*
i *Idem ep. 148.*
k *Idem ep. 10*
l *Idem ep. 32.*
XXXVIII.
m *Idem ep. 16.*
DE ALBINA.
n *Hieron. in præfat. in epist Paul. ad Galat.*
XXXIX.
o *Idem ep. 89.*
XL.
p *Hier. ep. 8. epist. 99.*
PAVLÆ FAMILIA DE TRIA DICTA.
q *Idem ep. 26. & 27.*
XLI.
r *Idem ep. 7.*
ALBINVS PONTIFEX IDOL. AD CHRISTVM CONVERSVS.
s *Hieron. epist. 7.*
XLII.
BLESILLÆ SPECTATA VIRTVS.
t *Hieron. ep. 23.*
u *Idem ep. 116.*
x *Idem ep. 25.*
XLIII.

fillam contigit ex hac vita migralle, vt idem S. Hieronymus ad Pammachium scribens affirmat, de cuius ad Christum conuersione extat eiusdem ad S. Marcellam epistola, vbi agit de ægrotatione Blesillæ. Quod autem reperitur Blesillæ epitaphium, alterius potius esse conuincitur, quæ non vidua esset, sed reliquisset post se virum superstitem: puto tamen fuisse monumentum fœminæ Christianæ: nam nequaquam præmittitur illa præfigi solita, DIIS MANIBVS, ex more Gentilium dedicatio: sic enim se habet *a*.

a *Extat apud Ald. de Orthogr. pag. 54.*

HIC. EST. POSITA
ALLIA. BLESSILLA. RARI. EXEMPLI. FEMINA. QVÆ. VIXIT
ANNIS. XXVI. M. II. D. XII.
... FECIT. DVLCISSIMÆ. CONIVGI. (sed rursum ad Paulæ filias.

XLIV. De Paulina autem eiusdem sanctæ Paulæ filia, sorore Blesillæ, extat in eius dormitione sancti Hieronymi epistola ad Pammachium consobrinum sanctæ Marcellæ, vt idem sanctus Hieronymus tradit *b*, qui fuit Romæ eius condiscipulus *c*.

b *Hieron. epist. 52.*
c *Hieron. epist. 30.*

Quarto loco nata Ruffina nupta est viro clarissimo Aletio: *quæ immaturo funere* (inquit Hieronymus *d*) *piam matris animum consternauit*. Huius præclaras virtutes Sanct. Paulinus Nolanus Episcopus scripsit in cõsolatione obitus eius ad Aletium virum ipsius. Porro hæc minor natu nondum nupserat, quando ab Vrbe recessit Paula mater Hierosolymam profectura; sed iam nubilis facta, vt testatur S. Hieronymus *e*, fœmina matris educatione sanctæ æquæ viro sancto coniuncta; de qua idem Paulinus *f*: *Est enim coniux fidei, soror virginitatis, filia perfectionis, cui Paula mater, soror Eustochium, tu maritus.*

d *Idem ep. 27.* DERVFINA ET ALITIO.
e *Idem ep. 27. in epitaphio Paulæ.*
f *Paulin. epist. 31.*

XLV. De Eustochio vero, minores sunt omnes laudes sancto proposito, quod suscepit, & vitæ instituto, quod arripuit, quas maioribus in dies virtutum incrementis adauxit, ac tandem feliciter consummauit, de qua ad Pammachium hæc Hieronymus *g*: *Quid Eustochio fortius, quæ nobilitatis portas & arrogantiam generis Consulariu virginali proposito fregerit, & in Vrbe prima primum genus subiugauerit pudicitiæ?* Hanc altiorem gradum cæteris conscendentem idem S. Hieronymus scripto ad ipsam de custodia *h* virginitatis libello adiuuit. Quidnam autem terribile acciderit Prætextatæ amitæ, virginem à suscepto proposito abripere conanti, ita narrat S. Hieronymus *i*: *Prætextata nobilissima quondam fœmina, iubente viro Hymettio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius cultumq; mutauit, & neglectum crinem mundano more texuit * sibi, vincere cupiens & virginis propositum & matris desiderium. Et ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se Angelum terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba frangentem: Tu ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus? quæ iam nunc arescent, vt sentias excruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris. sin autem perseueraueris in scelere; & marito simul orbaberis & filio. Omnia per ordinem expleta sunt, & fœdam miseræ pœnitentiam velox fregauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas & pretiosissima ornamenta defendit. Et hoc retuli, non quod insultare velim calamitatibus infelicium, sed vt moneam cum quanto metu & cautione seruare debeas, quod Deo spospondisti.* hactenus Hieronymus ad Lætam hæc probe scientem, quæ Paulam filiam natam ex promissione (vt dictum est) martyris, virginem permansuram Deo dicauerat adhuc tenellam. At de Eustochio & Paula sæpe dicendum inferius. Quod rursum ad res gestas anni huius spectat: promulgatum constat edictum ab Imperatoribus aduersus Gentilitium idolorum cultum, nempe vt reditus, qui pendi Romæ solerent pro sacris faciundis virginibus Vestalibus, pendi omnino cessarent.

g *Hieron. epist. 20.*
h *Idem ep. 22.*
i *Hieron. epist. 7.*
* pexuit

XLVI. LEGATIO GENTILIVM SENATORVM PROCVLTV DEORVM. Hæc quidem hoc anno contigisse, ex eo possumus affirmare, quod post eiusmodi sanctum ab Imperatoribus edictum de auferendis redditibus, qui sacris Gentilium erant adscripti, ait Symmachus in eodem Relationis libello diram famem esse consecutam, quam suo loco ostendemus accidisse anno sequenti, qui præcessit eiusdem Symmachi Præfecturam. Cæterum hoc ipso anno, biennio minimum ante dictam Symmachi Vrbanam Præfecturam, à Gentilibus Senatoribus legatio missa est ad Imperatorem: cui quidem legationi interfuit primo Romæ Damasus, & Senatores Christiani, quo minus superstitionis Gentilicæ sectatores voti compotes fierent. Horum testis est sanctus Ambrosius, qui ad Valentinianum Imperatorem scribens hæc ait *k*: *Pauci Gentiles communi vtuntur nomine: nam & ante biennium fere, cum hoc petere tentarent, missi ad me sanctus Damasus Romanæ Ecclesiæ sacerdos, iudicio Dei electus, libellum, quem Christiani Senatores dederunt, & quidem innumeri, * postulantes nihil se tale mandasse, non congruere Gentilium istiusmodi petitionibus præbere consensum. Quæsti etiam publice, primatimque se non conuenturos ad Curiam, si tale aliquid decerneretur. Dignum non est temporibus vestris, hoc est, Christianis temporibus, vt dignitas Christianis Senatoribus abrogetur, quo Gentilibus Senatoribus profana deferatur voluntatis effectus. Hunc libellum ego fratri clementiæ vestræ direxi. Vide constitit, non Senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse Legatis. Sed fortasse dicatur: Cur diutius non interfuerunt Senatui, cum ista peterentur? Satis loquuntur, quid velint, qui non interfuerunt: satis locuti sunt, qui apud Imperatorem locuti sunt, &c.*

k *Ambros. epist. 30.*
* expostulantes. DAMASVS RESTITIT GENTILIBVS SENATORIBVS.

Hoc item anno, qui numeratur vigesimus à conflagratione templi Apollinis Daphnitici apud Antiochiam, S. Ioannes Chrysostomus, vt ipse testatur, aduersus Gentiles disertissimum commentarium elaborauit: nam ait *l*: *Ecce enim iam vigesimus ex eo annus agitur, nec tamen ædificij ab igne relicti pars vlla deleta est.* hæc ibi Chrysostomus, qui & eodem anno quinque illas nobilissimas orationes aduersus Iudæos elucubrauit: significat id ipse etiam, cum in earum secunda hæc item habet *m*: *Sub Imperatore, qui sint ætate nostra ante annos viginti, Iulianus scilicet, qui Imperatores omnes superauit impietate, &c.* Insuper & eodem itidem anno aduersus Anomæos hæreticos de incomprehensibili Dei natura quinque homiliis erudite copioseque tractauit. Id enim facile inde potest intelligi, quod in secunda earum sic ipse ait: *Nuper cum in hoc venissemus curriculum disputandi, & luctandi captus eosdem tetigissemus, quem admodum meministis, pugna nos cum cuneo Iudæorum excepit.* En vides, tunc contra hæreticos illos exeruisse stylum, cum paulo ante conseruisset manus aduersus Iudæos. Sed & inferius cum dicat ante decem annos accidisse fœuitiam illam Valentis Imperatoris Antiochiæ exhibitam aduersus eos, qui Imperium affectassent, eandem vtiq; chronologiam consignat.

l *Chrysost. aduersus Gentiles.* IO. CHRYSOST SCRIBIT ADVERSVS GENTILES.
m *Chrysost. orat. 1 cont. Iudæos.*

XLVII.

Vides magno miraculo, ipso sui ortu statim in tria flumina erumpere fontem, & in militia tyronem aduersus triplicia armata in Ecclesiam agmina Gentilium, Iudæorum, & hæreticorum irrumpere, eadem summa felicitate atque facilitate difficere, ardua petere, appetereque acerbiores Ecclesiæ hostes. Haud enim pridem diaconus à Sanct. Meletio Ioannes fuerat ordinatus; Antiochiæque degens, absente Flauiano successore Meletii, docendi munere eius vicem agebat. De absentia enim Flauiani hæc ipse in exordio transactionis aduersus Anomæos hæreticos ait: *Quid hoc sit, fratres carissimi? pastor abest, & tamen oues suum cum diligentia seruantes ordinem video. Profecto boni illius pastoris id quoque officium est, vt non modo illo præsente, verum etiam absente, ouile studium omne adhibeat.* Quonam autem profectus fuerit Flauianus, iam anni huius initio dictum est, nimirum ad Constantinopolitanum Concilium, vt Romanam declinaret Synodum, ad quam vna cum Epiphanio venisse Paulinum alterius partis Antiochiæ Episcopum, & cum illis S. Hieronymum, iam demonstratum est.

XLVIII. IO. CHRYSOST. FAVNDIA CVM DOCTRINA COMIVNCTA.

Sed quid insuper hoc eodem anno ad populum tractasse Antiochiæ reperitur? Habuit eodem tempore sermonem illum, cui est titulus: De anathemate, ab alio vero perperam addita inscriptio illa: *Quod neque vos neque mortui anathemate plectendi sint.* eam quidem homiliam dictam esse ab ipso mox post quinque illas aduersus Anomæos orationes, plane fatetur eius exordio, cum his verbis orationem auspicatur: *Nuper ad vos de incomprehensibili cognitione Dei differens, tam Scripturarum testimonijs, quam ratiocinijs*

XLIX. IO. CHRYSOST. TRACTATIO DE ANATHEMATE.

quæ natura suppeditat, copiose declarabam. & paulo post: *Age nunc & de anathemate, quæ commenti, in medium fideliter asseramus.* Sic igitur videas perspicue demonstratum certa quadam concinnatione temporum, tanquam in catena annulum in cluso annulo, hoc anno Chrysostomum primo aduersus Gentiles scripsisse, deinde disseruisse aduersus Iudæos, constat esse postea Anomæos, atque ad postremum de Anathemate sermonem habuisse. At quorsum, dices, eiusmodi adeo exacta de scriptis Chrysostomi disquisitio? Plurimi quidem interest, nosse, quo tempore eam ipse de Anathemate tractationem instituit; vt & ex huius temporis rebus gestis nonnulla, quæ in eo sermone habentur obscura, quæ & in peiorem scandali insipientibus posita esse videntur, in quam offendant, perspicua fiant, & manifesta luce intelligantur.

L. VERBA CHRYSOS. AB HÆRETICIS MALE ACCEPTA.

At quænam ista? Audi: *Heus tu* (inquit) *qui tanta auctoritatis, qui tantam tibi vsurpas potentiam?* vt scilicet dicere audeas anathema, quo qui separatur à Deo, mancipatur diabolo. *Tunc enim sedebit filius Dei, & stabunt oues à dextris, & hœdus à sinistris. Cur igitur dignitatem tantam assumis, qua Apostolis tantum communicata, & eis, qui illorum sunt vices successores, vere plenis gratia & virtute? Iam Apostoli diligenter id mandasse seruarunt: sic enim hæreticos coercebant ex Ecclesiis, quasi effodiendus esset dexter oculus: qua tempestiua membri defectione magnum suæ compassionis & doloris indicium præseferebant, &c.* ostendit enim Apostolos petraro & peregre ea vsos esse potestate: atque subdit: *Vultis discere, qualia de hoc, nempe qui indebitum sibi ius vsurpans, audet anathema inferre, qui & Apostolorum temporibus martyrium meruit? Monstraturus huius verbi grauitatem, tali vtebatur exemplo. Sicut primatus bono regnum sibi ipse perperam circumponens, vna cum omnibus, qui eum iuuant, puniter vt tyrannus: ita & qui Dominicam sententiam sert, & hominem facit anathema Ecclesiæ, abducit se ipsum in extremam perniciem, vsurpando dignitatem filij Dei. Sic ille dicebat. Putatis ne hanc parui momenti rem esse, ante iudicem, iudicisque tempus, aliquem huiusmodi sententia condemnare? At quæ his grauiora subdit, attende: Obsecramus & contestamur vos, vt à tanto malo desistatis.*

LI. CHRYSOS. ASSERTOR ANATHEMATIS.

Nam is, quem tu anathematizare decreuisti, vel viuit, & adhuc in mortali vita hac superest, vel mortuus est. Quod si adhuc superest; impie agis, qui eum, qui à malo in bonum se vertere potest, crudeliter abscedas: Sin mortuus est, multo magis crudelis es. Cur ita? Quia Domino suo stat, vel cadit, non iam sub iure humano existens. atque tandem hæc ad finem: *Eu propter vos oro, ne vobis verba hæc mente excidant. Dogmata enim impia, & quæ ab hæreticis profecta, arguere, & anathematizare oportet: hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum.*

Hæc vero cum tanta energia inculcet Chrysostomus, eius stylum exosculatur hæretici, quasi vnum inuenerint qui eadem, quæ ipsi sapiat, tantum doctorem excommunicandi ius è manibus Episcoporum iniuste hactenus vsurpatum extorquentem. Sed hos omnes vna, si velimus, responsione perfacile possemus eludere, si dixerimus, ipsum quod hoc anno adhuc diaconus, nouus miles (q fert ætas) inconsulte disseruit, postea prouectioris factum ætatis, atq; matutioris cõsilii, cum dictis, tum factis abundantius emendasse, dum de infligendo ab Episcopis anathemate sexcentis (vt ita dixerim) locis, & concione tractanit, & sublimiores quoque personas (vt inferius apparebit) anathemate condemnauit: Hæc, inquam, si dixerimus, errasse Chrysostomum, quod humanum est, quod inuenum est, sed factum virum, cum verbis, tum operibus perperam dicta correxisse: quid esset, quod obiectare adhuc valeãt obgannientes hæretici: nisi nolint pœnituisse, quem ineaute semel lapsum esse cõstasset; q S. Augustin. laudabiliter sæpe fecisse, omnes prædicant. Non habes igitur quid, hæretice, dicas, si Chrysostomum oppommus Chrysostomo, senem adolescenti, veterarium tyroni, petitorem perito, verbo semel lapso contrarium sæpius verbis & operib. astruentem, & ad recta Ecclesiastici dogmatis lineam veritatem vim passam accommodantem.

LII.

Sed absit, vt vel minimum quicquam eum in his errasse dicamus: non enim recto pede incessisse ad Euangelii veritatem, ipsis tantum videri potuit, qui limis oculis intuentes, straboues nostri temporis, quæq; à recto distorquent. Ex tempore enim, loco, tebus, personis, quisnam sit germanus sensus verborum Chrysostomi; quisque cupidus veritatis facile assequetur: quorum omnium nisi ratio habeatur, vix erit, vt obiectionũ multiplices laqueos quis euitet. Considera, inquam, tempus: hoc nempe anno, quo est celebratum Romæ Concilium, & sedes Antiochena est adiudicata Paulino, Ioan. Chrysostomum esse habuisse sermonem. Attende & illud, Antiochiæ concionem dictam, absente eius partis Episcopo Flauiano (vt diximus ex eius verbis) qui Constantinopolim profectus erat ad Synodum. Intuere pariter, Chrysostomum ea peroraſſe ad populum communionis Flauiani, exasperatum in aduersæ partis Fideles Paulino communicantes, & in eundem odio percitum, anathema inclamantem, locutum ad ignobile vulgus; quod nec quid vox anathema significaret, intelligeret: in hos ipso pene exordio his verbis Chrysostomus sic inuehitur: *En specto vires, qui nullum ex sacris literis germanum sensum, imo nihil omnino sacrarum literarũ tenent, & (vt pleraq; transeam, nam erubesco dicere) furibundos, nugaces, contentiosos, qui neque sciunt quæ dicunt, neque de quibus affirmant, in hoc vno tantum audaces, vt dogmata statuant, & anathema declarent ea, quæ maxime ignorant.* En vides, ad quos fit sermo Chrysostomi, & quibus cum tota illa disceptatio insumatur. In hos, inquam, est tota illa de non inferendo anathemate exaggeratio; vel cum ait: *Heus, qui tanta auctoritatis, qui tantam tibi vsurpas potentiam? &c.* vel cũ illam citat martyris sententiam, qui Apostolorum temporibus vixit. At quisnam hic, qui scriptorum monumẽta reliquerit, alius quam Ignatius? Est sane locus in epistola ad Smyrnenses, vbi hæc leguntur verba *a: Si in iure censetur pœna dignus, qui aduersus Regem insurgit, vt qui violet bonas legũ constitutiones: quanto putatis grauiori subiacebit supplicio, qui sine Episcopo quid velet agere, concordiam rumpens, & decentem ordinem confundens, &c.* reddidit ipse sententiam, & non verba Chrysostomus, atque ad propositum illud suum inflexit.

a Ignat. ep. 20.

LIII. QVA MOTVS OCCASIONE IOHANNES HAM HABVIT ORATIONEM.

Sed & illo quoque dilemmate conuincenda erat plebs ipsa & omni denique argumenti genere infrenanda, quo à cœpta reprimerentur audacia: plurimi namque intererat Flauiani communionis homines in officio continere, ne qui à Romana tolerabatur Ecclesia Flauianus ipse cum suis, nec anathemate hacten' percussus erat, licet improbaretur eius electio, patererentur ipse cum illis, quod interretur in Paulini communionis homines anathema. Magna quidem indulgentia Romanæ Ecclesiæ ea fuit, vt cuius non probaret electionem, eam à communione minime separarit. Versans igitur in re magni momenti Chrysostomus, accertime in eos inuehitur, qui in Paulini sectatores anathema conclamarent, perinde ac si essent hæretici, atq; eadem ratione, qua Apollinaristæ censendi: quorum temeritatem, procaciamque retundens, vanumque prætextum redarguens, ista subdit: *Ad hæc quid respondent illi malitia potentes? Hæreticus, aiunt, ille factus est. & inhabitantem habet diabolum. Aduersus Deum iniustitiam loquitur: multos in profundum perditionis abduxit eloquentia sua efficax fraudela & deceptione. Sane propter hoc à Patrib. electus est, maxime quia eius magister quoque partem Ecclesiæ abstulit, Paulinum vel Apollinarem designando. Sane de istorum stupidorum dissimine sermo multis bene monstrauit, refutauit, errorem in pernicio sissima præsumptionis penetralibus inualuisse redarguens.* hæc ipse, plane, significans, longe diuersam esse Paulini causam atque Apollinaris, quorum differentias alio sermone se discriminasse testatur, qui non extat.

LIV.

Iam puto, probe intelligis, lector, ex tempore, loco, personis, & rebus, Chrysostomum tumultuantem populum (vt ipse profitetur) redarguere voluisse, qui manibus vocib. in aduersarios Paulini asseclas anathema inclamaret; cuius rei nec ius, nec tempus, nec locus esset. Intueris pariter, quam necessarium sit, ex occasione oblatæ vim orationis expendere; cum interdum contingat, vis minime perspectis, aliquem existimari loqui blasphemias; si tamen habita causæ perfecta cognitione, nihil dici inueniat potuisse sanctius, atque rectius. Nam ex sententia Salomonis *b, Sermo opportunus, ille est optimus*, cum alioqui

b Prou. 15.

nec ipsa Chrysostomi oratio ita soluta fluat, vt quis licet ignoret ex rebus gestis comparatam occasionem, necesse sit errore labatur: habet enim ossa sua, quibus subsistat, alioqui labentes sustentet, cum ait, ius excommunicationis à Christo communicatum Apostolis, & successoribus eius Episcopis, illisque tantum denegatum, qui ab horum numero haberentur extorres: nam hæc adiecit verba: *Cur igitur dignitatem tantam assumis, quæ Apostolis tantum communicata, & iis, qui illorum sunt idonei successores vere pleni gratia & virtute, &c.* quibus plane intelligis in eos inuehi doctorem Ecclesiæ, qui extra ordinem Apostolicæ successionis existunt homines, ista sibi temere vendicantes, quæ tantummodo Episcoporum esse noscuntur: quo nihil rectius, nihilque dici potuit aureo ore dignius. At de his hactenus.

LV. Hæc omnia (vt diximus) Chrysostomus cum diaconus esset, ad populum perorauit: secundum n. Marcellini atque Palladii calculum, dicentium ipsum quinquennio ministrasse diaconum; duodecim vero annos eg. esse presbyterum vsque ad tempus, quo Episcopus creatus est: plane inuenitur, eum anno superiori sacro diaconatus ordine initiatum, & vt omnes affirmant, à Meletio, antequam scilicet ad Constantinopolitanum Concilium se conferret. Ex quibus & Socratem, & alios confutes, qui scripta Chrysostomi nuper recensita, ab eo elucubrata tradunt, cum esset Antiochenæ Ecclesiæ lector. Sed vt eiusdem Ioannis ætatis & rerum gestarum scriptorumque ratio ineatur: auctore Palladio æqualis eius, & aliis, sic se habuit. Ex auditorio ad forum, è foro in gremum, & ex eremo in lectorem adscitus fuit Ecclesiæ Antiochenæ, vbi diaconatu, ac deinde presbyteratu auctus permansit vsque ad tempus, quo inde abstractus Constantinopolim ad eius Ecclesiæ regimen vocatus est. At tanta hæc nimis breuitate complexa, quo adeo celebris vici res gestæ aliqua saltem ex parte innotescant, paulo prolixiori prosequamur oratione.

ÆVAS IOHANNIS CHRYSOST. ET VITÆ EIVS INSTITVTIO.

LVI. FACVNDIA CHRYSOSTOMI IN FORO COGNITA. *a Sid. Ep. lib. 2 ep. 4.*

E rhetoricis scholis egressus, quanta cum felicitate in agendi causarum controuersiis in foro versatus sit, ex litteris Libanii tunc temporis ad eum scriptis satis assequi vales: recitat eas Isidorus Peluſiota a in epistola ad Ophelium, quæ sic se habet: *Quod non dicam alij (parum enim id fortasse plerisque videri queat) verum etiam ipse Libanius, qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus & celebris est, præclari vir. Ioannis linguam ac sententiarum pulchritudinem & argumentorum densitatem ad stuporem vsque miratus sit: argumento est ea epistola, in qua non modo eum, qui tanta dicendi facultate præditus sit, beatum prædicat, verum etiam eos, quorum laudes oratione celebrarat, & quidem qui Imperatores essent, quod huiusmodi laudum suarum præconem consecuti essent. Huius autem epistolæ hoc exemplum est.*

Libanius Ioanni S.

LVII. LIBANII EPISTOLA AD IOAN.

Cum pulchram tuam & elegantem orationem accepissem; viris quibusdam, qui & ipsi orationum opifices & architecti sunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non saltaret, & clamorem ederet, eaq; omnia faceret, quæ homines admiratione percussi & attoniti facere solent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus sum, quod ad forensem operam, in qua arte specimen edis, demonstrationis quoque dicendi genus adiungis. Atque & te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos, qui talem suarum laudum præconem nacti sunt, hoc est, & patrem, qui Imperium dedit, & filios, qui acceperunt. Atque hæc quidem scripsit Libanius. hactenus Isidorus. Porro in laudem Valentiniani senioris, & eius filiorum Gratiani atque Valentiniani iunioris illam fuisse elucubratam orationem, apparet, cum videlicet Valentiniano hac vita defuncto eius filij in Imperium successere. At qua ætate præstitit tanta Chrysostomus? Secundum ineam superius eius ætatis rationem, agebat ipse tempore senioris Valentiniani obitus annum vigesimum primum. Ac licet oratio ipsa desideretur dicta in laudem patris & filiorum Imperatorum: tamen qualis illa fuerit, ex aliis eiusdem scriptis tunc temporis editis (sic ex germani superstitis vultu, prædefuncti fratris effigiem quis existimet contemplatulam) intelligi facile poterit: proxime enim, nempe sequenti anno, aureos illos de Sacerdotio dialogos elucubrauit, cum iam ad Episcopatum adscito Basilio amico carissimo, ipse ne teneretur, fuga sibi consuluit; & è foro (vt idem ibi testatur) in solitudinem, exculturus monasticam vitam, se contulit.

Agebat tunc, vt ipse fidem facit, annos viginti duos: nam in eodem libro de Sacerdotio id accidisse testatur, cum tunc implesset annos adolescentiæ, ab heri (vt aiebat emuli) & nudius tertius, nempe cum exegisset annum vigesimum primum, qui est terminus adolescentiæ, & vigesimum secundū inchoasset: tali enim termino etiam apud Græcos & illius temporis scriptores distingui adolescentiam à iuuentute, S. Basil. docet homilia in Psalmum centesimum decimum quartum. His etiam bene consentitur, quæ iridem Chrysost. *b* alibi de se affirmat, nimirum quo tempore Valens Imperator diras illas in magos & sacrilegos quæstiones exercuit Antiochiæ, fuisse ætate adolescentulum, nempe sexdecim aut septemdecim annorum. Quibus omnibus egregie respondet, quod Græci testantur auctores, eūdem Chrysostomum vixisse annos quinquaginta duos & menses octo, obiisseque anno Domini quadringentesimo septimo, Honorio septimū, & Theodosio secundum Consulibus.

LVIII. *b Chrys. in Acta Apost. hom. 41. c Liban. in Encom. de S. Ioan. Chrys. Greg. Naz. in ep. ad Chrys. & Zosim.*

LIX. RATIO ANNORVM ET VCCIBRATIONIS NVMERI CHRYSOST.

Qui igitur erat annorum octo tempore (vt dictum est) quo Iulianus degebat Antiochiæ, & templum Apollinis conflagrauit, atque decimumsextum vel septimum agebat, cum Valens itidem aduersus magos quæstiones agitaret, & tempore Valentiniani maioris obitus & filiorū successionis vigesimum primum annum, vigesimum vero secundum cum scripsit de sacerdotio, & secessit in eremum; idem hoc anno vigesimum octauum implens annum, iam diaconus ea, quæ paulo ante recensuimus contra Gentiles, Iudæos, & hæreticos perorauit, atque etiam ad sedandos populares tumultus sermonem illum de Anathemate habuit.

LX. DE BASILIO, AD QVEM IOANNES SCRIPSIT DE SACERDOTIO.

De tempore autem commorationis eius in eremo (ne quid retro intactum relinquamus) diuersæ reperiuntur sententiæ, cum alii dicant sexennio in eo vitæ instituto perseuerasse, alii quadriennio apud Carthetium eg. sse. Errant tamen qui post presbyteratum confectum, eum in eremum profectum esse tradunt, cum ipsius assertione pateat è foro foras esse progressum in solitudinem. Sed & grauiore illi detinentur errore, qui Basilium illum, quocum à puero alueuerat, quique postea ad Episcoparum assumptus est, existimant *d* fuisse ipsum Basilium Magnū Cæsareæ Cappadociæ Episcopum: nam agebat iam septimum annum in Episcopatu Cæsariensi Basilius, cum iste iunior creatus est, vt ex temporum exacta ratione habita perspicue licet inspicere. Sed & cum attestatione Chrysostomi constet Basilium iuniorem eo tempore, cum creatus est Episcopus, non excessisse ætatem annorum viginti duorum (æquales enim erant) quomodo fingi potest, hunc illum esse Basilium ætate senem, qui & post sequentem annum ex hac vita migrasse dicetur? Cæterum & cum ipse Chrysost. de iuniore Basilio dicat, eadem illū, qua se patria esse natum, nempe Antiochiæ, facultatibus pauperem: quam longe discrepat ab illo Magno, patria Cæsariense, quem prædiuitem fuisse, Gregorius Nazianzenus & Nyssenus affirmant? Vel quid conueniens, vt Basilius Cæsariensis Antiochiæ electus esset ab Episcopis Syriæ, sicut iunior iste, de quo Chrysostomus scribit? Vel cum constet Basilium hunc eremum cogitantem esse electum, Basilium vero Magnum liqueat, postquam cum Gregorio Nazianzeno eremum incoluisset, vocatum esse ad Episcopatum?

d Soz. l. 3. c. 1 & alij eum secuti.

LXI. LIBER CHRYSOST. DE SACERDOTIO.

At licet longe alium hunc Basilium ab illo Cæsariensi fuisse pateat: extitisse tamen doctrina & moribus valde conspicuum, nec adeo Chrysostomo imparem potest intelligi; cum vtrique vix egressi limen adolescentiæ, quæsiti fuerint ad Episcopatum, tentusque ille, cum Chrysostomus fugam arripiens in sui excusationem commentarium illum tam celebrem de Sacerdotio elaborauit, de quo audi, quid Isidorus Peluſiota ad Eustathium scribat *e*:

e Isid. Pelus. l. 1. ep. 316.

LXII. *Ego quidem librum, quem à me petisti, misi: fructumque ex*

eo per te expelto, qui ab omnibus exigi consueuit. Nullum enim, multum, inquam, spectus huius lectio penetrauit quod non diuino amore sanciarit: vt qui angustam quidem ac venerandam rem, accessuque difficilem sacerdotium esse ostendat, verum sine vlla reprehensionis labe conscitandam esse doceat. Siquidem sapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres Ioannes Byzantine Ecclesiæ, atque adeo Ecclesiarum omnium oculus, librum eum ita subtiliter & prudenter atque accurate condidit, vt omnes, tam qui vt Deo gratum sacerdotio funguntur, quam qui negligenter & ignaue sacerdotalem dignitatem administrant, hic & virtutes suas & offensiones reperiant. hactenus Isidorus.

LXIII. Quisnam vero fuerit ille Basilius Chrysostomi pernecessarius: haud quid certum habemus, quod firmiter affirmare possimus: scimus tamen, eodem tempore, in eadem Syriæ prouincia, duos vixisse Basilios, qui interfuerunt Synodo Constantinopolitanæ, nempe Basilium Raphanensem in Sytia, & alium Episcopum Bibli in Phœnicia. Opinantur alii fuisse Basilium Seleuciæ Isauriæ Episcopum: attamen constat, Theodoreto *a* auctore, illum vitam egisse monasticam sub sancto Marciano Abbate, & cum eo diu versatum, Episcopum vero postea claruisse tempore Concilii Chalcedonensis, cui & subscriptus habetur, post annos septuaginta vno minus, cum tamen Seleuciæ Syriæ tempore Chrysostomi esset Episcopus Maximus, qui (vt auctor est Socrates *b*) collega fuit ipsius Ioannis in exercitatione vitæ monasticæ vna cum Theodoro illo postea Mopsuestiæ Episcopo plane infelicissimo nam à monachatu excidit & à fide: ad quem lapsum scribens ex eremo ipse Chrysostomus, recenset insigniores collegas Valerium, Florentium, & Porphyrium. Hos autem omnes sub cura egisse Diodori & Carterii Abbatum, Socrates tradit: quorum priorem Tarsensi ait præfectum Ecclesiæ: addit Euagrium iuniorem filium senioris Euagrii nobilissimi ciuis Antiocheni in eremum iam antea concessisse, & eius exemplo nonnihil esse permotum Chrysostomum. Eremus porro illa fuit in Syria: nam Diodorum, sub quo etiam Chrysostomus excolnit vitam monasticam, in ea regione habitasse, Theodoretus *c* affirmat.

Quodnam autem viuendi genus arripuerit: vel ex eo probe poteris intelligere, dum crimini sibi tribuit delicias vel cogitasse, ait *d* enim: *Quid ais, ô homo, quid loqueris? Arctam viam & angustam iussus es ambulare, vt quid de requie, vt quid de abundantia percontaris? Per angustam tantum transire iussus es, quid amplos requiris ingressus? est aliquid ista peruersitate deterius: Verum ne existimes me hæc dicentem alios incusare; iam nunc tibi de me, de me ipso inquam, narrabo. Etenim cum soliisset in animo meo quondam, relicta vrbe, transire ad habitacula monachorum: ego sic, quam solicite perscrutabar, vnde mihi in illis locis quæ necessaria sunt corpori præberentur, & suppetibile esset, & recentis & diurni panis habere quotidie copiam: sed & illud non segniter requirebam, ne forte eodem oleo, olla & lucerna esset aptanda, si non leguminis grauis & solitarius cibus sumi iuberetur. sed & ne operis aliquis grauis esset exactor, ne forte fodere terram cogerer, aut ligna deferre, aut aquam humeris portare, vel cætera huiusmodi exhibere ministeria. ita omni solicitudine pro requie corporis percontabar, &c.* doluit, inquam, & maxime doluit hæc aliquando vel animo reuoluisse postea, cum libens volensque durissimum vitæ illius institutum sectatus est.

LXV. Sed quæ fuere eius lucubrationes in eremo? Posita sunt namque tunc, secundum propheticum illud, deserta in stagna aquarum, cum fluenta doctrinæ ex eius pectore pro opportunitate manarunt. Etenim ad Theodorum collegam, ignauum, desertorem, insignem edidit commentarium, quo eum ad eremum, vnde excesserat, reuocaret: tradit vero Hesychius *e* Hierosolymitanus, eum scriptis Chrysostomi reuocatum, sed iterum lapsum, atq; deteriorem redditum, pessimum hæreticorum omnium euasisse, vt esse solent omnes, qui semel exciderunt monachismo, qui soleant pro defensione hæresis suscipere patrocinium. Ad eum scripsisse Chrysostomum, testatur quoque Imp. Iustinianus: *Scripsit*, inquit, *epistolam ad Theodorum Mopsuestenum: non tamen laudibus, sed querimoniis & increpationibus plenam, vtpote illo à bona conuersatione lapso, &c.* Elaborauit tunc pariter duos illos de Compunctione cordis libros, & tres de Prouidentia Dei, magna admiratione habitos: sed & aduersus vituperatores vitæ monasticæ nobile opus elucubrauit tribus libris distinctum; magnopere admiratus, non inter Gentiles tantum, sed inter Christianos aliquos adeo infelices repertri, qui tam sublimi detraherent philosophiæ, homines plane, quorum Deus venter esset, & gloria in confusione, terrena tantummodo sapientes. De Virginitate quoque tunc elaborasse tractatum complures affirmãt: sed alias inde epistolas idem Chrysostomus dedisse putatur, quæ non extant.

Redditum vero ipsum fuisse patriæ ob graues contractus ex duro viuendi genere ægritudines, mœsque ibi ordinatum esse lectorem à Zenone Episcopo, auctor est Socrates: quod contigisse videtur, absente Meletio, Zenone ibi vicariam Præfecturam agente, non quidem (vt ait) Episcopo Hierosolymitano (nullus enim eius nominis his temporibus illi Ecclesiæ præfuit) verum Zenone Tyri Episcopo, qui interfuit Concilio Constantinopolitano, vel (quod tradit Nicephorus *g*) Maiumæ Episcopo. At de Chrysostomo hactenus.

Iam vero reliquas huius anni, quæ extant, res gestas recenseamus. Theodosius Imperator hoc anno concessit Gentilibus, vt suas adirent basilicas, illas, sane, in quas negotiorum causa conflaere consueuerant; ita tamen vt omnino à sacrificiis abstinerent. Reperitur enim ea de re rescriptum ad Palladium *h*, quod sic se habet:

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. Palladio Duci Osdroenæ.

*Eadem olim frequentia dedicatam cœtui etiam, populo quoque communem, in qua simulachra feruntur posita, artis pretio quam diuinitate metienda, ingiter patere, publici consilij auctoritate decernimus. Neque huic rei obreptitium officere fenumus oraculum: vt conuentu Vrbis & frequenti cœtu videatur experientia tua, omni votorum celebritate seruata, auctoritate nostra ita patere templum permittat oraculis, ne illic prohibitorum vsus sacrificiorum huius occasionis * adeius permissus esse credatur. Dat. prid. Kal. Decemb. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.*

Hoc etiam anno, ipsaem Consulibus, aduersus Manichæos clandestinos conuentus agentes, iidem ediderunt Imppp. sanctionem, qua eum plurimos illos pœnis afficiant, eosdem iubent inquiri, omnique solicitudine pe- questigari: nam post multa hæc habent *i*: *Sublimitas ita quæque tua dat inquisitores, aperiat forum, indices denunciatoresque sine inuidia delationis accipiat. Nemo præscriptione communis exordium accusationis huius infringat: nemo tales occultos cog at latuisse, quæ conuentus agris vetitum sit, prohibitum inœnibus, sede publica prænatas, damnatumi: ac summa exploratione rimetur, vt quicunq; in vrum Paschæ diem non obsequenti religione conuenerint, tales induhit anter, quales hæc lege damnamur, habeantur. Dat. prid. Kal. April. C P. Antonio & Syagrio Coss.*

Quo pariter anno aduersus validos mendicantes est promulgatum edictum *k*. Effusa namque largitas Christianorum, pauperibus bona erogantium, allicie bat ad mendicandum validos etiam. Nam Hieronym. de Pammachio: *Fores, quæ prius salutantium turmas vomebant, mane à miseris obsidentur, &c.* agit ibi plurimus de multitudine & miseranda conditione quæremium stipem, atque addit: *Hoc exercitu comitatus incedit, in his Christum consouet, horum sordibus deal batur: numerarius pauperum, & egentium candidatus sic festinat ad coelum.* hæc ipse, & alibi de aliis multa id genus. hoc ipsum sanctus Paulinus in epistola ad Alethium *m*. Cum igitur liberalis esse soleret Fidelium erga pauperes omni tempore munificentia; in obitu tamen alicuius ex cariseratefusa, vt iidem citati auctores pluribus docent exemplis: idque ex antiquo Ecclesiæ more, vt Origenes *n* tradit in Iob. Cæterum locus mendicantium pœ tonbus esse solebat Ecclesiarum in porticibus atrii: id colligitur in primis ex Gregorio Nazianzeno *o* illis verbis: *Petitionum clamor vterque templi cantibus ex aduerso respondet, atq; è regione mysticarum vocum miscerabilis luctus*

a *Theod. li. 5. Hist. c. 3.*

b *Socr. l. 6. c. 3.*

c *Theod. li. 5. Hist. c. 8.*

LXIV.

d *Chrys. de compunct. cord. li. 2.* IO. CHRYS. IN EREMO VITÆ INSTITVTIO.

e *In Actis quinta Synodi Act. 5.* LVCVBRATIONES CHRYSOSTOMI IN EREMO.

f *Socr. l. 6. c. 3. Nicephor. li. 13. c. 2. & alij.*

LXVI. CHRYSOS: ORDINATVS LECTOR.

g *Nicephor. l. 13. c. 2.*

LXVII.

h *l. 8. de Fug. C. Th.*

LEX DE BASILICIS ADEVNDIS.

* occasione

LXVIII. MANICHÆIS IMPPP. CHRISTI. *l. 9. de hær. C. Th.*

LXIX.

k *9. de mendicant. emend. C. Theod. l. Hier. ep. 26.* MENDICANTIS VALIDI LEGE VETITI.

m *Paulin. ep. 32.*

n *Orig. in Iob. lib. 1.*

o *Gr. Naz. or. de Amore pau-*

excitatur. & Ioannes Chrysostomus *a*: *Propterea*, inquit, *& ante Ecclesias & martyrum monumenta pro foribus pauperes sedent, vt nos ex huiusmodi spectaculo multum capiamus vtilitatis.* At de his hactenus.

a Chrys ad pop. Antioch. in homil 22.

IESV CHRISTI Annus 383.

DAMASI PAP. Annus 17. GRATIANI 17. VALENTIN. 8. IMPPP. THEODOSII 5.

I. QVI sequitur annus Domini trecentesimus octogesimus tertius, inchoatus est Merobaude & Saturnino Consulibus, quo & Gratiani decimus sextus absoluitur: Horum Consulum nota consignatum habetur epitaphiũ à sancto Damaso Papa conscriptum versibus istis, hoc anno *b*:

Quid loquar, aut fleam? prohibet dolor ipse fateri.
Hic tumulus lacrymas retinet, cognoscite, parentum
Proiecta, fuerat primo coniuncta marito
Pulchra decore, suo solo contenta pudore.
Heu dilecta satis, miserae genitricis amore.
Accipe, quid nuptis, thalami post foedera prima
Erepta, ex oculis Flori genitoris abiit
Aetherium cupiens cœli conscendere lucem.
Hæc Damasus præstat cunctis solatia fletus.

Vix. ann. XVI. M. X. dies XXV. Dep. III. Kalend. Ian. FL. MEROBAVDE ET FL. SATVRNIN. COSS. Hæc Damasus: qui licet summus Pontifex; tamen & in his quoque se seruorum Dei seruum exhibuit, vt parentes de filiæ obitu mœrentes, ita (vt legisti) scripto ei itaphio consolaretur. His occasione nouorum Consulum positis; iam quæ sub iisdem hoc anno gesta sunt, videamus.

b Extat in titulo Equitij, nunc dicto S. Martini in Montibus.

MAXIMI TYRANNIS.

Hoc anno Maximus Dux exercitus in Britannia tyrannidem arripiens, acclamatus à militibus Imperator, transmittens exercitum in Gallias, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat. hæc Victor *c* & Zosimus *d*. Treueris ipsum collocasse thronum Imperii, Gilda e Sapiens tradit, qui & hæc de eo summatim habet: *Maximus callida primum arte potius, quam virtute, finitimos quosque pagos vel prouincias contra Romanum statum, recta periurij mendacijq; fuci facinoroso regno adnectens, & vnam alarum ad Hispaniam, alteram ad Italiam extendens & thronum tuguriumi Imperij apud Treueros statuens, tanta insania in dominos debacchatus est, vt duos Imperatores legitimos, vnum Roma, alterum religiosissima vita pelleret, &c.* hæc ipse. Vt autem obsequentes sibi milites redderet, ea vsum arte, & coloratæ mendacia, Pacatus fr tradit, vt se Theodosio Imp. affinitate coniunctum assereret, quasi eadem ipse, conscio Theodosio, aggressus esset. Affirmant alij, Maximum Britannum genere, ex Helenæ Constantini matris propagine originem mentientem, Britanniæ Regulorum ope fultum audax facinus pertentasse. Britannũ quidem ipsum fuisse, Socrates *g* tradit: de stemmate vero Constantini sibi aliquid arrogasse, cognomen Flauium indicium est; dicebatur enim ipse, Flauius Clemens Maximus, licet Zosimus *h* Maximum Hispanum genere fuisse velit:

c Victor in Gratiano. d Zos. l. 4. e Gilas de excid. Britan

f Pacat. in Panegyr. Theodosij.

g Soer. li. 5. c. 11. h Zosim. l. 4.

II. Gratianus autem cum se non Britanniæ tantum copiis, Galliarumq; exercitu destitutum videret, sed & infidos esse putaret (quod & expertus est) reliquos, qui apud se erant milites: Hunnos sibi cõcilians, in Gallias eos vocat aduersus Maximum: quorum alios classe voluit infestare Britanniam, vt horum fatigatus molestiis reuocari ab inceptis Maximus posset: alios vero Alanis coniũctos in Gallias properare iussit, vt aliis copiis iungerentur. Sed Gratiano exercitus proditione extincto, Valentinianus frater, sub pacis spe cum Maximo ineunda, alio eos abire mandauit, id quidem S. Ambrosius in relatione ad Valentinianum, Maximo inculcatum à se fuisse inter alia tradit, cum ait *i*: *Vide autem, quid interfit inter tuas nominationes, & Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas, quod barbarorum stipatus agminibus Italiæ te infunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliæ, per Alemanniæ terras reflexit.* excusat tamen non contra Maximum præcipue accitos esse Hunnos, sed contra Iuthungos Rhætias populantes.

i Ambr. ep. 27.

Inter hæc autem, cum Maximus transiens in Gallias cum Britannis, Armoricos è sedibus eiecisset, atque vberem, sed habitatoribus vacuam regionem isdem Britannis militibus tribuisset: quo nouam coloniam in posteros propagaret; Connani Britanni Reguli, quem Britannorũ ducem habebat in exercitu, consilio; è Britannia nouis colonis singulas virgines singulis militibus coniugio fœderandas, missa legatione ad Cornubiæ in Britannia Regem, expetiit. Nihil visum est negari debere nouo Imperatori, quem in Britannia exortum iidem Britanniæ Reguli omni studio confouissent, cum præsertim non in gentilibus suis, iisdemque donatis noua prouincia prædiuitibus. suas ipsorum filias matrimonio honestissime coniungendas fore, certum haberent. Duabus igitur legionibus Britannicis, pro numero militum, qui tunc in eis reperti fuere, totidem delectæ sunt virgines, omnes numero vndecim mille, quarum principem locum tenebat Vrsula Regis Cornubiæ, nomine Dionoci, filia, desponsa Connano duci exercitus Britannorum. Cunctæ Londini collectæ, impositæq; sunt inuitæ nauigiis: dumque nautæ soluunt Armoricorum regionem versus, à sęua procella impelluntur ad Germanicum littus; vbi dum essent, Melga Pictorum, & Gaunus Hunnorum pyratæ, qui pro Gratiano aduersus Maximum mare illud incursabãt, eas nacti, in ipsas irruentes, vt hostium fœminas, fœuitia pugnarunt atque libidine. Sed cum hortante Vrsula mortem pati potius delegissent, quam virginei pudoris ferre dispendium: barbarico illi in eas incẽsi furore, quod properarent alio, nec esset otium eas demulcere blanditiis, in ipsas armis vt in hostes insiliunt, trucidantque singulas: quas duplici auctas corona, martyrii scilicet atque virginitatis, cœlum excepit. Hæc quidem ex antiquis monumentis rerum Britanniæ excepisse, Gaufridus Episcopus Asaphensis in suo de rebus Britannicis commentario tradit.

DE S. VRSVLA ET SOCIIS MARTYRIBVS.

III.

IV. At licet multa de aliis auctor habeat fabulosa, quę veris nonnihil fidei detrahant, vt magno delectu sit libet ille legendus: cum tamen eo loco constituta res sit, vt inter apocryphorum quisquilias arbitri considentes, quæ magis verisimilia comprobentur, ea iure deligenda putem*: obuiis accepimus manibus, quæ ab eodem auctore narrantur, quod eadem pluribus fulciantur verisimilib. coniecturis, reliqua vero, quæ edita habentur Acta, pluribus constent cuique prudenti referta esse figmentis. Disseruimus de his in nostris Notis ad Rom. Martyrologiũ, Lindanique Episcopi Gandauensis viri eruditione clarissimi adstipulationem adiecimus. Quibus accedant, quæ vir nobilis & cum primis disertus Marcus Velserus in Fragmentis Itinerariæ antiquæ tabulæ summa peritia illustratis haud pridem edidit, vbi agit de Prætorio Agrippinæ ad mare sito: cuius sententiæ antiquorum monumentorum fide certa testatæ, haud inuiti subscribimus. Tu velim ipsum consulas. Nos iam reliqua percurramus.

V. Hoc anno res Gentilium Romæ mirum in modum collapsæ sunt: demptis enim sumptibus sacrificiorũ ac stipendiis sacerdotum, illud superadditum est, vt Gratianus nomen resp uerit summi Pontificis; quod hactenus more maiorum: ablq; tamen labe ipsorum sacrorum, Christiani Imperatores ob summam potestatis amplitudinem retinuerant: sed & Vrbis Præfecto de rebus ad Gentilitiam superstitionem pertinentibus (quod Pontificum erat) auctoritatem tribuit iudicandi, quod ex Symmachi epistolis colligi potest. Verum his accessit, quod cum Præfecturam Prætorii siue Vrbanam Gracchus vir clarissimus candidatus Christianæ religionis gereret, in deiiciendis idolis egregiam nauauit operam. Contigisse quidem hoc anno eius Præfecturam Prætorii, complura Imperatorum rescripta declarant: licet S. Hieron. scribens ad Lætam eius consanguineam, Præfecturam Vrbanam gessisse dicat:

k Symmach. l. 3. ep. 11.

l l. 3. de quæst. Cod. Theod. l. 16. C. de dign. l. 12.

licat: sed cum de ea nulla sit mentio penes antiquos, facile irrepsisse et, ut potuit, vt loco Vrbanæ, Prætoria, vel è conuerso Prætoria pro Vrbana sit posita. Porro de zelo noui Hierobaal, hæc ipse Hieronymus habet a: *Ante annos pauco propinquos vester Gracchus nobilitatem patriciam sonans nomine, cum Præfecturam gereret Vrbanam, nonne Speciem Mithræ, & omnia portentosa simulachra, quibus Corax, Nymphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Bromius pater initiantur, subuertit fregit, excusat, & his quasi obsidibus ante præmissis, impetrauit baptismum Christi: Solitudinem patitur & in Vrbe Gentilitas: diq; quondam nationum cum bubonibus & noctuis in solis cubilibus remanserunt: vexilla militum Crucis insignia sunt.* hæc Hieronymus. Sed & Prudentius egregium factum Gracchi ita versibus cecinit b:

Iam quid Poplicolas peruersam nomine Gracchos*
Iure potestatis fultos, & in arce Senatus
Præcipuos, simulacra deum infossa reuelli,
Cumq; suis pariter lictoribus omnipotenti
Suppliciter Christo se consecrasse regendos?

Quam autem infenso animo id Gentiles Senatores tulerint, exitus declaranit: siquidem secreto studere cœperunt Maximo tyranno aduersus Gratianum Imperatorem.

VI. Porro Maximus quantumlibet esset Christianus, vxoremque maxime piam haberet: tamen cæca dominandi libidine nullam quamuis homine Christiano indignam prætermisit occasionem, qua vniuersum conciliare sibi posset imperium. Quod igitur sciret Senatores, qui erant Romæ, Gentiles, ob sublatas aras & sacrificiorum impensas direptas, aduersus Gratianum infenso animo esse; eos spe feliciorum euentuum delinitos atque illectos, tedidit sibi deunctos, maximeque sui cupidos; atque adeo vt nomen Maximi celebrare & extollere, minime vererentur. Nam interalia à Zosimo c proditum est, quod cũ insectando idololattiam Gratianus nomen patiter abiecisset Pontificis Maximi, quod non superstitionis amore, sed iuris ac potestatis conseruandæ gratia (vt dictum est) titulo tenus Christiani Imperatores hactenus retinuerãt: mox illud argutum in Gratianum scomma iactarunt, ex Symmachi puto salibus depromptum: *Si Princeps non vult appellari Pontifex Maximus, admodum breui Maximus Pontifex fiet.* hæc apud Zosimum. Quæ autem illis contulerit Maximus, Gratiano extincto suo loco dicemus.

VII. At nulla interposita mora, hoc eodem anno, mense Augusto, Gratianus occiditur, de cuius nece hæc summatim S. Hieronymus d: *Gratianus ab exercitu suo proditus, & ab obuiis vrbibus non receptus, ludibrio hostis fuit; cruentaq; manus vestigia parietes tui, Lugdune, testantur.* hæc ipse. Porro res gesta à Socrate ita describitur: *In rheda, quæ bellica specium præseferebat, quæq; à multis gestabatur, Andragathius Maximi dux occultatus, præcepit, vt satellitibus Imperatoris denunciaretur, Imperatoris Gratiani coniugem in ea vectam esse; Imperatorq; fluuium Rhodanum, qui Lugdunum vrbem Galliæ præterfluit, traiecturi obuiam procedere. Imperator ita acq; coniugem esse ratus, insidias haudquaquã euitauit, sed in hostis manus, tanquam cecus in foueam, imprudens incidit: Nam Andragathius è rheda desiliens Gratianum interfecit:* hæc ipse, eademque Sozomenus f. Cæterum Zosimus g longe aliter rem gestam sic breuiter narrat: *Conspicatus autem Gratianus primo quidem Mauros equites vniuersos discessionem fecisse, atque Maximum Augustum acclamasse, deinde cæteros etiam paulatim ad Maximi partes transire: desperatis rebus, sumptisq; secum trecentis equitibus, pleno cursu cum eis versus Alpes aufugiebat. Eas cum nonnullo munitas præsidio reperisset; per sua Rhætias, & Noricum & Pannoniam, & Mysiam superiorem tendebat. Hac illius fuga non neglecta, Maximus Magistrum equitum Andragathium ortiundum è Ponto Euxino, qui esse per amico in ipsum animo videretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum mittit. Is impetu continuo Gratianum persequens, cum Sigidani* pontem transiturum apprehendisset, occidit.* hæc Zosimus, qui tamẽ in eo lapsus errore est, dum Sigidunum pro Lugduno posuit; nam omnes alii, iique his ætoribus scribentes, apud Lugdunum ipsum occisum esse testantur, vt Ruffinus h, qui cum Hieronymo eadem tradit, nempe suorum magis proditione, quam vi hostium Gratianum Lugduni occisum esse: Quem vltimus affatibus Ambrosium nominasse, ipse in oratione habita in funere i Valentiniani narrat his verbis: *Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tuis extremis me appellabas, meum de te plus dolebas dolorem.*

Gratiani necem hoc anno, iisdemque Consulibus, octauo Kalendas Septembris contigisse, Marcellinus habet in Chronico. De annis vero, quibus imperauit, Socrates, Sozomenus, & alii tribuũt eius Imperio annos quindecim: cæterum si numeres à Consulatu Lupicini atque Iouini, & eius anni nono Kalend. Septemb. quo à Valentiniano patre idem Socrates tradit Gratianum auctum Imperio (ipse est annus Domini trecentesimus sexagesimus septimus) vtriq; reperies ipsum imperasse annos sexdecim & vno die amplius. At minime iis assentimur, qui tribuunt ætati eius annos viginti quatuor: nam qui adultus (vt habet Ammianus k) à patre Augustus creatus est, atque annos sexdecim imperauit, plane numerum illum excessisse oportuit. Triginta octo eum vixisse, apud Victorem legimus: sed puto legendum, annos viginti octo, quantum ex Ammiano colligere licet.

IX. Prædicantur à sancto Ambrosio l Gratiani laudatissimi mores, vt illis verbis: *Fuit ipse fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde: fuit etiam castus in corpore, qui præter coniugem nescierit fœminæ alterius consuetudinem.* Rursus idem Ambrosius alibi m de exitu Gratiani, & fide ipsius: *Recordamur aliquem proximè ab omnibus appetitum, à suis destitutum ac proditum: qui dudum in suggestu locatus Imperij, subito egens omnium, ab ipsis, quorum hæreditarium fuerat seruitus obsequium, cæpit vrgeri, ingruentibus in exitum, inferentibus mortem, nullo auxiliatore, nullo tam socio sui, nullo comite. Quid aliud melius dixerit quam quod ex ipso, cui se deuouit, acceperat; Nonne Deo subdita erit anima mea? hoc est: Quid me persequimini? Quid insurgitis? Quid insultatis? Carnem potestis interficere, animam non potestis. Vitam istam corporis potestis eripere, meritum non potestis extinguere; scriptum est enim: Nolite timere eos, qui possunt occidere carnem, &c.* tota namque illa tractatione quod reliquum est vsque ad finem, idem sanctus commendans Gratiani pietatem atque constantiam, Maximi crudelitatem exaggerat, Iudæque comparat proditori, Pilatoque duritiem appellat, quod cum ille Christi corpus sepulturæ mandandum petentibus dederit, hoc Maximus denegasset. Deplorat hos mores, hæc tempora idem S. Ambrosius, cum in Apologia Dauid ipsum Regem atque Prophetam commendat, quod cum ei oblata esset occasio nullo negotio, nulloque sui periculo Saul persecutoris à Deo rejecti Regis occidendi, Regnique potiundi à Deo sibi vrictione prophetica destinati, abstinuit tunc à nece ipsius, expectans, vt à Deo mors eidem inferretur. Ait enim o: *Quo solo exemplo docuit omnes homines non præcipitandum regnum, etiamsi debeatur: sed expectandum, vt suo tempore deferatur. Vtinam hunc virum imitati essent posteri: non tantas bellorum pertulissemus acerbitates. Arguit, quod vnum occiderat; non cõsiderat, quod docuerit, quam adhuc dum pax Orbi Romano perpetua seruaretur. Quam graui adhuc luimus vastitate quam publice quondam totius Orbis funere appetiti, necem Regis exoluimus! Heu dura supplicia! inde adhuc nobis barbarus hostis insultat, dum parata aduersum se, in nos arma vertuntur. Sic vires cecidernnt publicæ, sic Romana virtus suis moribus fracta consenuit, dum publicor apitur parricidio, quod paterna solicitudinis religione suscipitur.* hæc gemens Ambrosius.

X. Sed finus Gratiani denegatum à sæuo tyranno, celebremus nos laudibus, quę ab eius sæculi scriptoribus sunt sine inuidia cumulatæ: non enim à S. Ambrosio tantum, sed laudatur pariter à Ruffino Gratianus, cum ait p: *Gratianus pietate & religione omnes pene, qui antea fuerunt, Principes superabat: vsu ac morum frenuus, velox corpore, & ingenio bonus erat, sed iuuenili exultatione plus fere latus, quam sufficiebat, & plus verecundus, quam Reipublicæ intererat.* Multa magnaque Ausonius congessit de virtutibus Gratiani in gratiarum actione pro suo Consulatu, vt inter alia: *In cibis, inquit, cuius sacerdotis abstinentior est inuenta? in vino cuius sensit mensa frugalior? Operto cubiculi tui non sanctior ara Vestalis; non Pontificis cubile castius, nec puluinar Flaminis tam pudicum: In officiis amicorum non dico parta reddis: anteuenis, & quoties*

a Hier. ep. 7.
b Prudent. aduer. Symmach. li. 1. * Plebicolas.
c Zosim. l. 4. GRATIANVS REDUCIT NOMEN PONTIF. MAX.
d Hier. ep. 3. GRATIANI OBITVS.
e Socr. li. 5. c. 11.
f Socr. li. 7. c. 1.
g Zosi. li. 4.
* Lugduni
h Ruffin. li. 2. c. 14.
i Ambr. de in obitu Valent.
k Ammia. lib. 27.
l Ambr. de in obitu Valent. GRATIANI MORES.
m Ambr. in psal. 61.
n Matt. 10.
o Ambr. in Apol. Dauid. c. 6.
p Ruffinus l. 2. c. 13.

in obsequendo præcedimus, erubescis pudore tam obnoxio, quam in nobis esse deberet ab Imperatore præsentiis. & infectus post nonnulla: Aegrotantes amicos Traianus visere solebat: hactenus in eo comitas prædicanda est. Tu & visere solitus & mederi, prabes ministros, instruis cibos, fomenta dispensas, sumptum adjicis medelarum, consolaris affectos, revalescentibus gratularis. In quot vias de vna eius humanitate progrederis? Legionibus vniuersis, vt in communi marte cecidit, si quid aduersi acciderat, vidi te circumire tentoria: Satin saluæ, quærere tractare vulnera sauciorum, & vt salutiferæ apponerentur medelæ, atque vt non cessaretur, instare. Vidi quosdam fastidientes cibos, te commendante sumpsisse. Audiui confirmantia ad salutem verba profari, occurrere desiderijs singulorum, huius sarcinas nullis aulacis vehere, his specialia iumenta præbere, illis ministeria perditorum instaurare laxarum: aliorum egestatem tolerare sumptu, horum nuditatem velare vestitu: omnia agere indefesse & benigne, pietate maxima, ostentatione nulla: omnia præbere egris, nihil exprobrare sanatis. hæc & alia Ausonius Consul.

XI. *a Ammian. lib. 31.*

Cum igitur adeo spectata atque commendata vita extiterit Gratiani: miramur vehementer Ammianum *a*, qui cum ipsum laudet, in vana demum studia Commodi deflexisse tradit: & quæ tandem? quod feras in viuariis sagittis conficere soleret. Quid hoc demum, si te haud illiberali consuevit iuuenis interdum post curas genio indulgere? Quæ hęc collatio, vt qui nec pilum habeat similem Commodo, eundem Commodo comparet? sic quidem Ethnicus scriptor in Christianos Principes patum æquus.

XII. CÆDES AMICORUM GRATIANI.

Post necem vero Gratiani nequaquam extinctus est Maximi furor; sed cum in alios Gratiani stadiosos agentes in Galliis, tum præcipue in Merobaudem Consulem, & Balionem Ducem esse conuersum, Pacatus tradit: occisumque illum, istum vero ob meerum crudelium cruciamentorum sibi ipsi mortem intulisse, idem affirmat. Sed S. Ambrosius Balionis mortem eidem exprobrauit Maximo, cum Legatum apud eum egit; nam in relatione ad Valentinianum hæc habet *b* in persona Maximi: *Quos*, inquit, *occidi? Respondis ex Balionem. At quem virum? qualem bellatorem? Haccine fuit iusta causa exilij, quod Imperatori suo fidem seruauit? Non ego, inquit, eum iussi occidi. Respondi: Hoc audiuimus quod occidi iussum sit. Sed, inquit, ipse sibi vim non intulisset, iussuram eum deduci Cabillonum, & ibi vinum exuri. Ergo propterea & illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes vtilis?* hæc S. Ambrosius. Sed Merobaudem iniuste Prosper in Chronico infamat de proditione Gratiani: nam Pacatus virum de fide sincera erga ipsum Imperatorem plurimum laudat.

b Ambr. li. 27.

XIII. *Zosim. l. 4.* LEGATIO A MAXIMO AD THEODOSIVM.

Post vero exactiatam Maximi crudelitatem, de stabiliendo sibi Imperio eum cogitare cœpisse, Zosimus *c* tradit, Legatosq; misisse ad Theodosium Imperatorum Cõstantinopolim, vt eius animum exploraret, velletne bello decernere, vel adsciscere ipsum in collegam Imperii. Ille autem temporis rationem ducens, bona spe aluit tyrannum, ne eodem furore, quo cœperat, pergeret, atque superans Alpes, Valentinianum imbellem adolescentulum æque conficeret, totumque sibi Occidentale Imperium vendicaret. Quod vero tradunt *d* post Gratiani necem Valentinianum, Iustinam, atque Probam Præfectũ Prætorio metu defecisse Italiam; haud quidem hoc anno contigit, sed cum postea ex improuiso Maximus se in Italiam intulit: quando autem id acciderit, suo tempore dicturi sumus. Cæterum vt sæuientis tyranni impetus intra Galliarum limites contineretur, qui instar fulguris eodem ferme momento Britannias, Gallias, atque Hispanias reddidit sibi subditas; latentis fuit virtutis, nempe diuini numinis. Maximum id prope nescientem coercentis. At quo modo hoc audi.

c Zosim. l. 4. p. 195. *d Soer l. 5. c. 11 S. Rom. l. 7. c. 13.*

XIV. AMBROS. DIVORTERE SVAQVE PROSALVTE ITALIA.

S. Ambrosius audito obitu Gratiani, barbarosq; omnes sub Maximo militantes ad totius cladem Imperii esse paratos, aciam iamque in Italiam grassaturos, ab omnibus & vbique timeri: apud Deum sequester pacis accessit; instarque Moysi stetit in *e* confractione in conspectu eius, vt auerteret iram ipsius, se suaque pro omnium salute deuouens. Obtinuit tandem, quod enixis precibus efflagitauit, sed dispendio cariſſimæ rei, nempe obitu amãtissimi fratris Satyri. Testatur quidem id ipse in eius oratione funebri, cum ait: *Nihil habeo, quod quear, sed habeo, in quo Deo gratias agam: quia semper optaui, vt si quæ perturbationes vel in Ecclesiam, vel in me manerent, in me potius ac meam recíderent domum. Deo igitur gratias, quia in hoc omnium metu, cum omnia motibus sint suspecta barbaricis, communem mœrorem priuato dolore transegi, & in me conuersum est quicquid timebamus omnes: atque vtinam hic consummatum sit, vt dolor meus publici doloris redemptio sit. Nihil quidem habui fratre charissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil carius: sed præstant priuatis publica, &c.* præsenti enim anno obitus Satyri fratris contigit; vt ex eo perspicue possit intelligi, cum idem Ambrosius ait, eum litteris Symmachi reuocatum, ne ex Africa in Italiam veniret, flagrante ipsa Italia bello ciuili, nimirum cum Maximus in Italiam (vt dicemus) ductarus diceretur exercitum: ille vero continẽri non potuit, quo minus periclitanti fratri Ambrosio præsto esset.

SATYRI AMBROSII FRATRIS ORTVS.

Ob cuius prosperum commeatum S. Marcellinam sororem votum nuncupasse S. Laurentio idem affirmat. Et quidem plane miraculo accidit, vt è maris tempestate, facto naufragio, liber euaderet; cum & sacrum illud pro salute viaticum secum ferret, nempe sacratissimam Eucharistiam sudario obuolutam atque custoditam: cuius antiqui in Ecclesia moris alibi pluribus meminimus. Sed de nuncupato voto sororis hæc ipse Ambrosius: *Tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus commeatum: atque vtinam non solum commeatum: sed etiam prolixum vitæ tempus rogasses, &c.* At quonam pacto cum periculum euasisset, à Catholicæ communionis Antistite baptizari voluerit, idem prosequitur oratione, cum præsentis temporis rerum statum, & ex his, quæ gesta essent, quæ proxime futura timerentur, ita describit *f*: *Sinunt vrgeri Italiam tam propinquo hoste cognoscentes: quantum ingemiscerent, quantum dolores in Alpium vallo summam nostræ salutis consistere, ignorumque concedibus construi murum pudoris? Qua afflictione mœrerent, in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitiæ parceret, nec salutí? Quonam inquam hæc modo ferres, quæ nos perpeti, & fortasse quod grauius est, spectare cogemur, rapi virgines, & anulos à complexu parentum paruos liberos supra tela tollari, incestari sacrata Deo corpora, & senilem vidua maturioris vterum in vsu destructos onerum redire, non pignorum? &c.*

f Ambros. or. in fr.

XV.

XVI.

De sepultura autem Satyri fratris, Dungalus nobilis suorum temporum scriptor, in commentario edito contra Claudium Taurinensem Episcopum ad Ludouicum Pium & Clotharum eius filium Imperatores, his verbis meminit: *Iccirco, vt arbitror, Ambrosius suum fratrem, quem nimium dilexerat, iuxta S. martyrem Victorem sepeliuit, de quo tres libros edidit egregios, vnum de eius planctu, alteros duos consolatorios de Resurrectione & Paradiso: cuius epitaphium hoc dictauit tetrastichon:*

XVI.

Vranio Satyro supremum frater honorem
Martyris ad lauam detulit Ambrosius.
Hæc meruit merces, vt sacri sanguinis humor
Finitimas penetrans adluat exuuias.

Missa sunt ista nobis haud pridem in lucem vendicata à clarissimo viro & eruditissimo Nicolao Fabro I. C. Parisiensi, cui ex consuetudine literarum intima amicitia coniungimur.

XVII.

His opportune subiiciendum existimauimus epitaphium S. Marcellinæ sororis eiusdem S. Ambrosii, quæ iuxta sanctos fratres maluit sepeliri, quam sepulchris patriis condi. Accepimus illud ex Codice bibliothecæ Basilicæ S. Petri *g*, vbi post vitam eiusdem S. Marcellinæ, hæc habetur inscriptio:

g Vit. sanct. tit. C. pag. 147.

Incipit epitaphium S. Marcellinæ Virginis.
Marcellina, tuos cum vita resolueret artus,
Spreuisti patrius corpus sociare sepulcris,
Cum pia fraterni sperans consortia somni,
Sanctorum, cupiens cara requiescere terra.
Nil longinqua domus casto decerpsit amori,
Affectus nec morte perit, nam munere lethi

Rursus tacta soror fraterna redderis aulae.
Quamuis magna pio suspiret Roma dolore,
Tertia quod sacris patritur iam damna sepulcris,
Nec tamen augusta sedem quis dixerit aulae.
Corporis haec domus est. nam te, pia virgo, superum
Accipit Imperium, placidaeq; ad munera vitae
Aeterna Christus pretium tibi destinat aulae.
Praemia dans casto intactae matris honore.
Te Iuli medium transcendit feruida cursus,
Et te, virgo, tuus transuexit ad aethera sponsus.

Apparet ex his S. Marcellinam Romæ cum virginibus sacris degentem, noluisse paterno sepulchro condi; sed Mediolanum transferri corpus suum, ponique apud sanctos Satyrum & Ambrosium fratres, ambos æque iuxta sanctos martyres tumulatos. Quanti fecerit ipse S. Ambrosius apud sanctos martyres sepultura locari Christianum hominem; ex eo poteris intelligere, quod ipse etiam voluit sepeliri in Ambrosiana à se erecta basilica, in quam transtulerat corpora SS. martyrum Gervasij atque Protasij. Porro id ex maiorum instituo vsurpatum, idem affirmat Ambrosius ipse, siue velimus, Maximus Taurinensis (cuiusuis alterius sit sermoille) cum ista habet *a*: *Ideo à maioribus prouisum est, vt sanctorum ossibus nostra corpora sociemus; vt dum illos tartarus metuit, nos poena non tangat; dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sancti ergo martyribus quiescentes, euadimus infera tenebras eorum proprio merito, attamen consortio sanctitate.* hæc & alia ibi. Quod vero à maioribus id traditum dicat, plane alludere videtur, quod in sacris cœmeteriis, in quibus corpora recondebantur sanctorum martyrum, Fideles quoque cæteri, qui fide constantes in communicatione Catholica diem clausissent extremum, sepelirisolerent.

a Apud Ambr. ser. 77.

XVIII. Quin etiam & S. Paulinus *b* Nolanus Episcopus imitatus esse videtur S. Ambrosium, dum ad finem panegyrici Celti pueri habet hos versus:

b Paul. ep. 4.

Quem Complutensi mandauimus vrbe propinqui
Conuictum tumuli fodere marmoribus:
Vt de vicino sanctorum sanguine ducat,
Quo nostras illo purgat in igne animas.

hæc Paulinus, qui & litteris interpellauit S. Augustinum, vt eodem argumento scriberet commentariolum: Vtrum scilicet prosit alicui post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur. Præstitit id ipse, cum de Cura agenda pro mortuis ad eundem Paulinum tractatum scripsit: quem velim consulas: nobis enim institutum prosequendi onus incumbit.

XIX. LEGATIO AMBROS. AD MAXIMVM.

Inter hæc autem, cum tot tantaq; mala ob tyrannidem Maximi in Italia timerentur, perdifficilem ac plane desperatam legationem Valentinianus Imperator Ambrosio credidit ad Maximum, si forte ille veritus sanctitudinem viri vbique spectatam ac prædicatam, furentes cohiberet animi impetus dominandi libidine incitatos. Immensæ plane agebatur molis opus, exundantem torrentem aliquo posse obice coerceri, incendiumq; extingui, quod vehementioribus flammis ex more Gratiani, vniuerso sibi vendicato Galliarum exercitu, in Maximo maximum acceperat incrementum. At non cunctatus est sanct. sacerdos opus aggredi deploratum, spem sibi concilians ex diuina potentia, cuius arbitrio cor Regis agitur. Fuit hæc prior legatio, posterior vero post sequentem annum, licet Paulinus scriptor Vitæ ipsius Ambrosij ambas in vnum confundat, maximo præiudicio veritatis; semel nãq; iterumque eodem munere apud Maximum ipsum esse perfunctum, eiusdem Ambrosij testificatione liquet; de vtraque enim legatione meminit ipse in oratione in funere Valentiniani habita, his verbis *c*: *Ego tuum iterum Legatus repetiui Gallias: & mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pace atq; pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & iam pro fraterne sepultura honore solicitus.* hæc ipse. Quæ autem extat eiusdem Ambrosij relatio ad eundem Valentinianum, posteriotis certum est fuisse legationis: nam in ea ipse mentionem facit de prioti, vbi ait. *Non committisses secundam legationem, nisi primam probasses.* cuius quidem Acta licet exciderint, tamen quid in ea gestum sit, satis expressum habetur. Nam idem S. Ambrosius in epistola ad sororem, qua queritur de contumeliis ab ingratissima Iustina Augusta sibi multis modis frequenter illatis, & inter alia, quod ab ea tyrannus nominaretur, hæc habet *d*: *Non hoc Maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani, qui se mea legationis obiectu queritur ad Italiam non potuisse transire.* hæc de priori legatione: posterior autem haud ita felicem finem consecuta est, vt suo loco patebit. Sic igitur vni Ambrosio acceptũ ferendum est, quo minus tyrannus non continuo eodem quo cæperat progredi, impetu atque furore, vniuersam Italiam imparatam igne ferroque vastarit. Sed & ex his intelligis, turbas illas ab eadem Iustina Arianis studente in Ambrosium concitatas, post priorem hanc, de qua egimus, legationem Ambrosij contigisse: vt scias errare Socratem *e* atque Sozomenum *f* eas ante Gratiani obitum recensentes.

c Ambr. or. in fun. Val.

d Ambr. ep. 32.

e Socr. lib. 5. c. 11. f Soz. li. 7. c. 13.

Hoc eodem anno, vrgente licet Maximi tyrannide, ante obitum Gratiani, mense Maij, ijsdem consulibus, datum reperitur rescriptum Patauij ad Hippatium PP. aduersus apostatas & hæreticos: ex quibus plane intelligas optimam mentem eiusdem Gratiani Principis maxime pij, licet interdum indignissima ipsum rescipisse dixerimus fraude Macedonij Magistri officiorum. Sic patenti exemplo vides, minime apud Deum Principes excusari, cum ministrorum fallacijs ad noxia statuenda decepti aliquando inducuntur. At nouissimam hanc Gratiani sanctionem tanquam testem eius erga Christianam religionem studii deferibamus; quam ipse in procinctu edidit militari: est veto huiusmodi *g*:

XX. GRATIANI ADVERSVS IMPIOS VLTIMVM EDICTVM.

g l. 3. de Apost. C. Th. XXI.

Christianorum ad aras & templa migrantium, negata testandi licentia, vindicamus admissum. Eorum quoq; flagitia puniantur, qui Christiane religionis & nominis dignitate neglecta, Iudaicis semet polluere contagijs. Eos vero, qui Manicheorum nefanda secreta, & sceleroso aliquando sectari maluere secessu, ea ingiter atque perpetuo poena comitetur, quam vel diuulsa arbitrij genitor Valentinianus adscripsit, vel nostra nihilominus sepius decreta tuserunt. Auctores vero persuasionis huius, qui lubricas mentes in propriam deflexerant consortium, eadem quæ reos erroris huius, eodem poena comitetur: quam etiam grauiora plerumque pro motibus Iudicum & qualitate commissi extra ordinem proms in nefarios sceleris huius artifices supplicia censemus. Sed neuel mortuos perpetua vexat crimhationis iniuria, vel hereditariæ quæstiones temporum varietate longorum prorsus emortua in rectissimos semper exagitentur conflictus huiusmodi quæstionib. metam temporis adscribimus: Vt si quid defunctum violata atque deserta Christiana religionis accusat, eumque in sacrilegia templorum, vel in ritus Iudaicos, vel ad Manichæorum dedecus transisse contendit, eaq; gratia testari minime potuisse confirmat: intra quinquennium inge, quod cum officiosis actionibus constitutum est, proprias exerat actiones: futurisq; iudicij huiusmodi sortitus exordium, vt eodem in luce durante, cuius præuaricatio criminandi est, flagitij huius & sceleris particeps fuisse doceatur, publica sub testificatione testatus præsit indicium: neq; quam superno nomini tacitam præstitit perfidiam, sceleribus acquiescens, præuaricationem deinceps tanquam ignarus accuset. Dat. XII. Kalen. Iuny Patauij, Merobaude II. & Saturnino Coss. At de rebus Occidentalibus huius anni hactenus: iam ad res Orientis huius temporis enarrandas stylum conuertamus.

XXII. ARCADIVS APPELLATVR AVGVSTVS.

Quod inprimis occurrit, hoc ipso anno sub ijsdem Consulibus Merobaude iterum & Saturnino, decimoquarto Kalendas Februarij, Theodosius Imperator Arcadium filium maiorem natu pronunciauit Augustum: ita Socrates *h*, Sozomen. *i*, Marcellinus *k*, & alij. Erat tunc Arcadius annum ætatis agens sextum, natus nimirum sub Consulatu Gratiani quarto & Merobaudis, triennio ante Theodosij patris Imperium. At pius Princeps pasũ sibi visus contulisse filio, si Romanum illi tradens Imperiũ, non eque in eum transfunderet pietatem: ad Gratian. Imp. epistolam iam scripserat, qua eum rogauit, vt egregium pietate virum, qui filium doceret, quæreret, inuentumque Cõstantinopolim mitteret. Scripsit ea de re Gratianus ad Damasum Romanum Pontificem, qui misit ad eum Arsenium Ecclesiæ Romanæ diaconum egregia

h Socr. l. 5. c. 10. i Soz. li. 7. c. 12. k Marcell. in Chron

probitate spectatum & litteris insigniter eruditum. Cui, cum Constantinopolim peruenisset, Theodosius filios suos tradidit, moribus ac litteris imbuendos, atque dixit: *Posthac tu magis pater eorum, quam ego.* Accidit & illud memoria dignum: cū enim ingressus scholas, vidisset Theodosius Arsenium stantem, Arcadiumque auditorem sedentem, indignatus est, quod magisterii gradum parum decore seruasset, cum stans ipse doceret, Arcadius vero sedens addisceret. Arsenius autem cum se excusaret, atque diceret, haud decere sedentem se docere Imperatorem: indignatione ille commotus abstulit ei Imperatoris insigne, sedereque in throno Arsenium compulit, filium vero detecto capite auditorem profiteri; illud inculcans, tunc prolem suam vere fore dignam Imperio, si cum scientia æque imbuta fuerit pietate. Hęc quidem pluribus in eiusdem Arsenii a vita narrantur: & licet ibi de duobus Theodosii filiis mentio habeatur; tamen de Honorio constat hoc tempore nondum natum esse, quem Placilla Augusta peperit anno sequenti, Ricomere & Clearcho Consulibus: aliquis enim quod sciret duos fuisse Theodosio filios, adiecit Honorium.

ARSENIUS MAGISTER IMP.

a Apud Metaphr. 8. May. Sur. 19. Iul.

XXIII.

Contigit autem postea, vt cum Arsenius Arcadio verbera infligeret, ille vero meditaretur instar Neronis, magistro suo mortem inferre: ipse diuino monitu ab aula clam recedens, ad Ægypti eremum se contulit, vbi vixit egregia sanctitate toto Orbe conspicuus. vnde S. Hieronymus *b* de S. Paula in Ægyptum peregrinante ait, vidisse Macarios, Arsenios, atque Serapiones. Porro quam pie sancteque Theodosius Imp. filios instituendos curauerit, argumento sunt, quæ de ipsorum consobrino Nebridio tradit S. Hieronymus *c* vepote qui illius accesserit condiscipulus: ait enim: *Mirum dictu est, nutritus in Palatio, & condiscipulus Augustorum, quorum mensa ministrat Orbis, & terra ac maria seruiunt: inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore tanta verecundia fuit, vt virginalem pudorem vinceret, & ne leuem quidem obscœni rumoris in se fabulam daret.* Deinde purpuratorum propinquus, socius, consobrinus, eisdem cum ambobus studiis eruditus (quæ res etiam externorum mentes sibi conciliat) non est inflatus superbia, nec cæteros homines adducta fronte contempsit, &c.

b Hier. ep. 27.

c Hier. ep. 9.

XXIV.

Eodem quoque anno mense Iunii (vt auctores sunt Socrates *d* & Sozomenus *e*) celebratur Synodus Constantinopoli à Theodosio conuocata ad dirimendas in Ecclesia conciratas ob diuersas hæreses vbique discordias. Agebat hoc anno Præfectum Prætorio summum magistratum Posthumianus, vt eiusdem Theodosii rescripta indicant iisdem Cōsulibus ad eum data: ad quem Gregorius Nazianzenus scribens, eius Synodi meminit: nam cum inprimis ipsius egregiam eruditionem commender, deque amplissimo magistratu ob virtutum merita consecuto congaudeat, de eadem coacta Synodo ita habet *g*: *Nihil tam Imperio tuo consentire existima (quando quidem rursus Episcoporum Synodus celebratur, haud scio qua de causa & quo modo conuentum) quam vt te Præfecto, ac tua opera Ecclesia ad pacem adducantur, etiam si eos, qui diu dum & factionibus contendunt, asperius obiurgare operteat. Quod si cuipiam nimium curiosus esse videar, quod cum à negotiis recesserim, non tamen curam & solicitudinem abiecerim: hoc ne mireris. Non enim quemadmodum à thronis & fastuoso supercilio, ita etiam à pietate secessimus: quin potius eo maiorem fidem auctoritatemq; apud te habituros mihi videor, vt qui non rem meam priuatam, sed publicam veritatem curem.* hæc ad Præfectum Prætorio Gregorius.

CONCIL. CONSTANTIN. *d* Socr. li. 5. c. 10. *e* Soz. l. 7. c. 12. Ed. 10. de bonis proscript. l. 2. de hær. C. Theod. *g* Gr. Naz. ep. 61.

XXV.

Eodem quoque argumento, nempe vt in Synodo Episcoporum habenda studeat paci Ecclesiæ conciliandæ, idem Gregorius eodem tempore litteras dedit ad Saturninum, illum quidem puto, qui hoc anno cum Merobaude Consulatum gessit, creatus hic à Theodosio in Oriente, ille vero à Gratiano & Valentiniano in Occidente. Litteræ autem Gregorii ad Saturninum datæ sic se habent *h*:

Non est apud me dubium (alioqui temerarium esset scribere) quin amicitiæ officium à me requiras. Externis enim licentiam, nobis autem loquendi libertatem tribuis, vt conferamus bonus iis qui eo honore digni habiti sunt, vt ad Deum appropinquent. Quocirca te quoque salutamus, & desiderio tuo tuorem gerentes, rerum nostrarum statum tibi exponimus.

h Gr. Naz. ep. 72. GRE. NAZ. SOLICITVS PRO ECCLESIÆ PACE.

Omnia apud nos Dei beneficio recte se habent, hoc vno excepto, quod de Ecclesiæ anxij & solliciti summo tam fede perturbatu. Hic quicquid opis afferre potueris, communem concordiam & te & sermone impigre constitue: quando quidem Episcopi rursus cocunt: ac metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur, si hæc Synodus parum præclarum finem habuerit, quem admodum & prius.

Nam quæ nobis contigerunt, ea Deo omnia scienti & cognoscenda & indicanda reliquimus; etiamsi incundo animo inuidiæ eorum, qui id appetebant, cessimus, non tanquam suauem quandam rem, vt plerisque videtur, sed admodum periculosam relinquentes, ac velut ex aspera & graui tempestate ad tranquillum quendam & tutum portum appellentes. hæc ad Saturninum Gregorius. Porro hos magistratus litteris Gregorii admonitos, impigre curasse negotium, rescripta Imperatoris ad eundem Posthumianum data declarant.

XXVI. QVID NECESSARIVM CVM HÆRETICIS.

Conuocati sunt in hanc Synodum omnium vigentium tunc hæresum defensores, qui inter eos principem locum tenere videbantur; vt si fieri posset humanitate Imperatoris, abiecta hæresi, ad Ecclesiam Catholicam reuocarentur; qui vero animo refractario recusarent, legibus punirentur. Quid autem coacta in vnum Synodo actum sit, perpauca sunt, quæ significent. Sed quid de his habeat Sozomenus i videamus: *Imperator Nectarium accersit, & cum eo de futura Synodo communicat, & quæstiones eas, quæ hæreses peperissent, vt in disceptationem proponeret, iniungit, quo vna fieret credentium in Christum Ecclesia, & doctrina consona, quæ religio conformari deberet. Nectarius igitur primatim secum meditatus, Agelio Nouatiano Ecclesiæ Episcopo, vt in fide secum sentienti* (in his scilicet, quæ ad Nicænum Symbolum pertinent) *voluntatem Imperatoris aperuit. Ille vero, qui vt vitæ sanctimoniam operibus repræsentabat, ita in verborum argutiis & lenocinijs minime exercitatus erat, sibi considerandum proponebat, si quid facto opus esset. Sin vero disputandum foret, virum producebat ex lectoribus suis tunc vnum, Sisinnium nomine, sed cui postea idem Episcopatus est commissus, ratione & oratione præstantem, qui sacrorum librorum explicationes exacte calleret, & variam eorum cognitionem haberet, quæ tum ab Ethnicis, tum ab Ecclesiasticis auctoribus scripta erant.*

i Soz. lib. 7. c. 11.

XXVII.

Qui quidem vir etiam hoc articulo rectissime consulere visus, auctor fuit, vt fugerent instituras cum sectariis disputationes, vtpote rixarum atque pugnarum fomites: sed ex ipsis quærerent, reciperent ne eos, qui ante Ecclesiæ dissectionem interpretes & doctores fuissent scripturæ sacræ. Etenim si horum testimonia reiecerint (inquit) à suis ipsorum conscriptis explodentur: sin autem susceperint eos ad controuersias decidendas arbitrabuntur, proditi oportere illorum libros.

Certo enim sciebat, veteres, qui coæternum cum Patre filium cognouerant, ansos non fuisse dicere, illum ex aliquo principio duxisse originem. Cum igitur & Nectario id se recte habere videretur, & Imperator edoctus; consilium collaudasset; animos sectariorum pertentabat, quidnam ipsi de veterum interpretationibus sentirent. Illi ea magnifice laudantibus, ipse palam verbis expressis proposuit, nem illorum dicta in fouendis quæstionibus staturi sint, & satis ne locupletes doctrinæ testes eos esse iudicent. Orta & circa hæc quoque rem inter sectarum principes dissensione (neque enim consimiliter singuli de veterum libris sentiebant) animaduertit Imperator, quod nullis priuatarum opinionum altercationibus vixi, definitum aliquid pronunciare detrectarent. Quamobrem damnata hac illorum pernicacia, iussit, vt vnaquæq; secta doctrinæ suæ libellum ipsi porrigeret.

XXVIII. PATRVM SENTENTIIS COERCENTVR HÆRETICI.

Cum itaque huic negotio conficiendo præstitutus dies adesset, conuenerunt in Palatium pro iis, qui consubstantialem Trinitatem profitebantur, Nectarius & Agelius, pro Ariana hæresi Demophilus eius Antistes, pro Eunomianis ipse Eunomius, Eleusius autem Cyzici Episcopus pro iis, qui vocantur Macedoniani. Acceptis vero singulorum libellis, solos eos approbauit, qui consubstantialem Trinitatem asserebant: reliquos vero vt absurdos disrupit. Ac Nouatianis quidem hinc præter sententiam nihil accidit: siquidem conformem cum Ecclesia Catholica opinionem de Deo habent. Cæteri vero suis ipsorum sacerdotibus indignabantur,

quod

quod coram Imperatore sibi ipsis insuete fuissent aduersati: multique caterū damnatis, ad sententiam approbatam conuersi sunt. Imperator vero lege lata sanxit, vt sectarij neque conuentus agerent, neque doctrinam fidei profiterentur, neque Episcopos aut alios ordinarent: atque vt ab vrbibus agrisque expellerentur, alij notarentur infamia & Reipublicæ consimiliter ac cæteri, participes non essent: & graues quidem legibus adscribebat pœnas, sed eas non exequebatur: nequiter enim vt pœnas irrogaret, sed vt metum incuteret subditis suis, studebat, vt sibi in diuinis concordes fierent: siquidem & illos laudabat, qui sua sponte conuertebantur. hactenus de his Sozomenus. Porro singulas leges, quas hic recenset, inferius describemus. Habet hæc eadem Socrates *a*, & quidem plu ibus, additque ob rem præclare gestam, consilio Syinnii Nouatiani, ipsum Theodosium eisdem Nouatianis fauisse, passumque esse Ecclesiam Constantinopoli habere, conuentus agere, fruique priuilegiis, quæ Catholicis impertita fuissent.

a Socr. l. 5. c. 10.

XXIX. NOVATIANI DE NOVATIANIS PARVM SINCERA.

At quoniam suspecta fides est hæreticorum de suis dogmat bus & eorum sectatoribus aliquid affirmantium: eque nobis dubium redditur, imo (vt verius dicam) mendacium esse cōuincitur totum hoc, quod de Nectario ait, in causa tanti momenti Nouatianum Episcopum consuluisse, atque (vt illud vsurpem) perinde, ac si in Israel Deus non esset, deum Accaron adiisse. Quis sibi persuadeat, in eam Synodum, in qua fortiores hæresum propugnatores audiendi essent, non vocatos esse à Theodosio Catholicos Episcopos, qui doctrina cæteris eminerent: vt inter alios Gregorium Nyssenum, quem constat non solum hoc tempore fuisse superstitem, sed & plures adhuc vixisse annos, Amphilochium Iconii Episcopum æque disertum, Diodorum Tarsensem, eundemque Nectario studiosum, & illos ipsos, quos idem Diodorus dederat eidem Nectario in diuinis litteris consultores atque doctores, vt Eusebium relictum à Gregorio Nazianzeno prætermittam*a*, atque alios complures, quibus Synodus creditur abundasse, qui omnes Agelium decrepitum senem, & iuuenem Syssinium antecelleret doctrina rerumque peritia. Quis igitur persuadere sibi poterit, his omnibus posthabitis, Nectarium conuenisse Nouatianos hæreticos, eorumq; præscripto duntaxat rem tantam administrasse, & in tanto negotio, racentibus reliquis, soli Nectario cum hæreticorum antesignanis sermonem habere permissum esse? At quam re vera egregie digne que qui Synodo interfuerunt Episcopi fidei causam pertractarint, vnius ex iis exemplo facile poteris intelligere.

a Socr. l. 5. c. 10.

XXX. AMPHILOCHIVS REDARGVIT FACTIS VERBISQVE THEODOSIVM.

Cum enim Theodosius Imper. ob id (vt dictum est) præsens Concilium congregasset, vt hæreticos omnes sub vna fide connecteret: eos ad se vocatos, vt beneficentia prouocaret, officiis sibi deuincire conatus est: cumque indulgentius, quam par erat, cum iis agere videretur, Orthodoxorū nōnihil commouit animos; veriti enim sunt, ne Imperator illorum circumuentus astutia, præceps abduceretur in hæresin. Quamobrem S. Amphilochius Iconii Episcopus cum factis, tum verbis redarguit Imperatorem: quo modo autem id se habuerit, res gesta sic à Theodoreto *b* describitur: *Cum alio tempore Amphilochius forte intra Palatium esset, videretque assantem Imperatori filium suum Arcadium, qui nuper Imperator creatus fuerat: ipsum Imperatorem Theodosium (vt mos est) salutauit: ille quidem sed filium sine honore dimisit. Imperator autem ratus Amphilochium oblitum officij, iubet ad filium accedere, eumque osculari. At Amphilochius respondit, satis esse, quod ei honorem haberet. Itaq; Theodosius rem acerbe & grauiter ferens, probrum filio obiectum, iniuriæ loco sibi ipsi illatæ numerauit. Tum sapientissimus Amphilochius declarans Imperatori, quod animo instituebat, contentu voce: Vides, inquit, ô Imperator, quam ægre ignominiam filij tui patiare; imo vero illis, qui in eum insultant, vehementer succenseas. Credas igitur mihi velim, huius vniuersitatis rectorem Deum, eos, qui contra filium suum vnigenitum loquuntur blasphemias, itidem detestari, & tanquam ingratos erga Saluatorem & patronum suum odio prosequi. Cuius institutum cum hoc pacto intellexisset Imperator, facta eius dicta, simul adnirratus, legem protinus conscripsit, qua vetabat conuentus ab hæreticis agi, &c.* hæc Theodoretus.

b Theod. l. 5. c. 36.

XXXI. Qui tamen in eo corrigendus est, & non ab alio, quam à se ipso, dum superius ait hæc accidisse, postquam Theodosius à cæde Maximi tyranni ab Occidente Constantinopolim reuersus est: nam cum tradat hęc facta esse, dum nuper Arcadius Imperator creatus esset, plane in hunc ipsum annum ea referenda sunt, quo constat (vt dictū est) Arcadium creatum fuisse Imperatorem. Cæterum si ad reditum Theodosii à cæde Maximi referas, Arcadium tunc inuenies habuisse in Imperio annos octo: siquidem anno Domini trecentesimo octogesimo octauo, ipso Theodosio atque Cynegio Coss. ab eo occisus est Maximus: & post triennium in Italia consumptum, anno Domini trecentesimo nonagesimoprimo, Titiano & Symmacho Coss. Constantinopolim reuersus est. Si igitur aperte vides Acta Amphilochii ad præsentem annum referenda esse, quo Arcadius creatus est Imperator, & Synodus Constantinopoli pro pace Ecclesiæ conuenit. Sozomenus *c* eadem de Amphilochio narrat, additque Placillæ Augustæ enituisse tunc studium, ne vir eius Theodosius circumueniretur ab Arianis, dum ne eorum colloquio traheretur in hæresin, anteuertit.

CORRIGITVR THEODORETVS DE TEMPORE.

c Soz. l. 7. c. 6.

XXXII. ANTIOCHENVM DISSIDIVM PERSEVERAT. Socr. l. 5. c. 10.

Causam quoque Antiochenam de altercatione inter Paulinum atq; Flauianum, de qua superiori anno in Romano Concilio actum est, in hac eadem Synodo pertractatam Socrates *d* videtur annuere, dum ait, Catholicos inter se discordes & opinione diuisos, fauentibus nimirum Syris, Phœnicibus, ac Palæstinis Flauiano, Ægyptiis autem, Cyprijs, Arabiæque Episcopis Paulino studentibus; quibus etiam cōsensisse vidimus superius Gregorium Nazianzenum, qui & recitatis nuper litteris ad Posthumianum Præfectum Prætorio id pertigisse visus est, dum monet, vt dissidentes & factionibus studentes Episcopos, etiam aperius, si opus sit, arguat. At nihil prorsus hac ex parte in Synodo confectum esse, certum est; proculque abfuit, vt discordes potuerint in concordiam reuocari; nam eam dissensionem post multos annos perfectum esse constat.

XXXIII. THEODOSII EDICTA ADVERSVS HÆRETICOS. d l. 5. de Apost. C. Th. l. 11. de hær. C. Th.

Quod igitur omnes consentiant, post hanc Synodum à Theodosio Imperatore aduersus hæreticos edicta promulgata fuisse: hic eadem describamus, quæ ad nominatum superius Posthumianum Præfectum Prætorio data habentur. Verum ante ipsam Synodum, quam inchoatam diximus mense Iunio, idem Imperator ad eundem Posthumianum Præfectum Prætorio mense Maio aduersus apostatas rescriptum edidit. Rursum vero aduersus hæreticos, qui minime in Synodo resipuerint, ad eundem Posthumianum mense Iulio hæc edixit *e*:

XXXIV. e l. 1. de Apost. C. Th. l. 11. de hær. C. Th.

Omnes omnino, quoscunque diuersarum hæresum error exagitat, id est, Eunomiani, Ariani, Macedoniani, Pneumatomachi, Manichæi, Encratitæ, Apotactitæ, Saccophori, Hydroparastatæ, nullis circulis coeant, nullam collegant multitudinem, nullum ad se populum trahant, nec ad imaginem Ecclesiarum parietes priuatos ostendant: nihil vel publice, vel priuatim, quod Catholicæ sanctitati officere possit, exerceant. Ac si qui extiterit, qui tam cui lenter vetita transcenderit, permissa omnibus facultate, quos recte obseruantia cultus & pulchritudo delectat, communi omnium bonorum consecratione pellatur. Dat. 8. Kal. August. Constantinop. Merobaude & Saturnino Coss.

Rursus vero mense Augusto ad eundem Posthumianum Præfectum Prætorio aduersus omnes hæreticos in hunc modum.

XXXV. f l. 2. de hær. C. Th.

Vitiorum institutio Deo atque hominibus exosa, Eunomiana scilicet, Ariana, Macedoniana, Apollinariana, cæterarumque sectarum, quas vera religionis venerabili cultu Catholicæ obseruantiæ fides sincera condemnat, neque publicis, neque priuatis ædibus intra vrbium atque agrorum, ac villarum loca, aut colligendarum congregationum aut constituendarum Ecclesiarum copiam præsumat: nec celebritatem perfidiæ suæ, vel solemnitatem dira commentionis exerceat: neque vllas creandorum sacerdotum vsurpet atque habeat ordinationes. Eadem quoque domus, seu in vrbibus, seu in agris, in quibus passim turba professarum ac ministrorum talium collegentur, Fisci nostri dominio iure que subdantur: ita vt hi, qui vel doctrinam, vel mysteria conuentionum talium exercere consuerunt, perquisiti, ab omnibus vrbibus ac locis, proposita legi vigore constricti, expellantur à cœtibus, & ad proprias, vnde

vrundi sunt, terras redire iubeantur, ne quis eorum aut communicet ad quelibet alta loca, aut euagandi ad vrbes habeat potestatem. Quod si negligentius ea, quæ serenitas nostra constituit, impleantur; Officia prouincialium iudicum, & principales vrbium, in quibus contra vetita congregationis reperta monstrabitur, sententiæ damnationi subdantur. Dat. III. Non. Septembr. C. P. Merobaude II. & Saturnino Coss.

XXXVI. HÆRETICORVM CLANDESTINI CONVENTVS

Qui igitur legibus Theodosii vetiti sunt conuentus agere, clandestine illos cogere conati sunt, & inter alios quos Saccophoros edictum nominat (erant hi Massaliani hæretici, de quibus supra, qui quod sacco induerentur *a*, Saccophori sunt appellati) hos Episcopi diuersis in locis venati sunt; de quibus Theodoretus *b*, cum de his agit: *Porro*, inquit, *erroris morbum occultare nituntur, & post reprehensiones impudenter negant se eo laborare: & illis, qui in eadem sunt opinione, quam ipsi animo complectuntur, Ecclesiæ interdicunt. Ob hanc causam Letoium Episcopum Melitinensis Ecclesiæ, vir singulari studio erga pietatem exardescens, cum videret multa monasteria, immo vero speluncas latronum hunc contraxisse morbum, ea incendit, & lupos à grege abegit. Eodem modo præstantissimus ille Amphilochius vrbis primarius Lycaoniæ pastor & moderator totius nationis, cum intellexisset eam perniciem illa loca inuasisse, denuo repulit, & greges, quos ipse verbo pauit, illæ labe eripuit.*

a Epiph. hæres. 80.
b Theod. l. 4. c. 10.

XXXVII. MASSALIANI DETECTI A FLAVIANO EPIS. ANTIOCHENO.

Quinetiam Flavianus Antiochiæ Episcopus, vir multorum sermone celebratus, cum accepisset hos Edessæ etatem agere, & suum venenum in vicinorum animos infundere: missa ad eos monachorum turba, dejecit Antiochiam; & morbum, quem pernegabant, extorsit ad hunc modum. Primum dixit accusatores calumniari, & mentiri testes. Deinde Adelphium admodum senem, virum ex principibus hæresis benigne vocat ad se, prope assidere iubet. Tum, Quoniam, inquit, ô senex, ad longinquum temporis spatium vitam propagauimus: idcirco & natura humana & fraudulenti dæmonum aduersariorum conatus nobis accuratius perspecti sunt & cogniti: multoque etiam vsu, quæ & quanta sint gratiæ dona, edocti sumus. Ifti cum sint imbecilles, & nihil istarum rerum exquisite norint, sermones spirituales audire vix, aut ne vix quidem ferunt. Itaque tu, quæso, dic mihi, qua ratione affirmetis, & spiritum contrarium recedere à vobis, & sancti Spiritus gratiam adueniat?

XXXVIII.

His verbis senex ille delinitus, venenum occultatum expromsit vniuersum, dixitque diuini baptismi lauacrum his, qui eo tincti erant, nihil omnino prodesse, sed solas preces ardentes dæmonem illum animis habitantem expellere: nam singulos, qui eduntur in lucem, ex primo parente, vt naturam, ita dæmonum seruitutem traxisse: quibus ex animis oratione expulsis, Spiritum sanctum deinceps accedere, suamque præsentiam tum sensibus, tum visus ostendere, & non corpus solum perturbationum motibus liberare, sed etiam animum inclinationes ad deteriora prorsus eripere: adeo vt de cetero nequeiciuio opus sit ad corpus coercendum, neque doctrina ad refrenandam eius libidinem, & ad danda præcepta, quibus recta viuendi via monstrari doceat: & qui sit huius rei compos factus, non modo à lasciuis corporis concitationibus liberum fore, verum etiam prænidere futura, & sanctam Trinitatem oculis cernere. Itaque dum que ille Flauianus fœtido isto fonte effosso, & impio eius riuulo patefacto, miserum senem sic affatur: O malis diebus omnibus & inueterate, tuum ipsius os tecoarguit, haud ego: tua labia contra te testimonium dicunt.

XXX VIII.

Massalianæ hæresis a Syria.

Itaque erroris morbo retecto, Syria exacti erant illi quidem, sed in Pamphiliam profecti, eã eadem pernicie referserunt. hæc Theodoretus. sed perperam sane ad tempora Valentiniani atq; Valentis refert, cum constet Flauianũ nonnisi sub Theodosio post Meletii obitum, (vt dictum est) sedisse Episcopum Antiochiæ.

XXXIX. SYNODVS SYDÆ CONTRA MASSALIANOS HABITA.

Constat etiam aduersus eosdem Massalianos congregatam esse his temporibus Synodum Sydæ, de qua hæc Photius in Bibliotheca: *Legimus*, inquit, *Synodum Sydæ factam aduersus hæresim Massalianorum, id est, Euchitarum, vel Adelphiorum. Præsuit Synodo Amphilochius Episcopus Iconij cum Episcopis viginti quinque.* Ex ea Synodo ibi est Synodica ad Flavianum Antiochenum Episcopum, qui ea de causa etiam aliam Synodum habuit. In eo Concilio Sydæ habito Adelphius licet pœnitentiam polliceretur, non est admissus, quamuis hæresin detestari videretur, quoniam non ex corde pœnitentia & renuntiatio facta esset; addit de eiusdem Flauiani Episcopi Antiocheni epistolis scriptis ad Osroenos & Armenos de damnatis Massalianis hæreticis Adelphio & sociis. Cæterum haud hoc tempore his remediis hæresis extingui potuit; sed aduersus eandem laborandum fuit Attico Episcopo Constantinopolitano & aliis, quorum contra eiusmodi hæreticos scripta idem Photius recenset.

Hoc ipso anno Romam se contulit Carthagine Augustinus, qui sequenti (vt dicemus) Symmacho Vrbanæ Præfecturam administrante, ab eo Mediolanum missus est. Agebat hoc anno ipse ætatem vigintinouem annorũ (vt idem testatur *c*) quo Carthagine nouit Faustum Manichæum, cum iam nouem ferme annos in secta Manichæorum haberet, de pluribus dubitans; quæ omnia à Fausto fore soluenda, Manichæi polliciti fuerant. At cum longe aliter accidisset: de veritate in ea secta assequenda desperare penitus cœpit. Quonam modo autem tũe veniendi Romam consilium iniit, ipsum audi *d*: *Postea quam, inquit, ille Faustus mihi imperitus earum artium, quibus eum excellere putabam, satis apparuit: desperare cœpi, posse eum mihi illa, quæ me mouebant, aperire atque dissoluere.* & infra: *Repsallo itaque studio, quo intenderam in Manichæi litteras, magisq; desperans de cæteris eorum doctoribus, quando in multis, quæ me mouebant, ita ille nominatus apparuit: cœpi cum eo pro studio cibus agere vitam, quo ipse flagrabat in eas litteras, quæ tunc iam Rhetor Carthaginis adolescentes docebam; & legere cum eo, siue quæ ille audita desiderat, siue quæ ipse talis ingenio apta existimarem. Cæterum omnis conatus meus, quo profecere in illa secta stabam, illo hominis cognito, prorsus intercidit.* At de sua Romam profectione idem hæc habet: *Egisti ergo mecum, vt mihi persuaderetur Romam pergere, & potius ibi docere, quod docebam Carthagine.* ad docendum enim Romæ potius, quam Carthagine, non quæstus maior (vt subdit) eum mouit, sed quod adolescentes, qui discerent, quietius illic agerent, quam Carthagine, vbi illorum nimia insolentia omnia perturbaret. nam paulo post: *Sed quare hunc abirem, & illuc irem, tu scilicet Deus, nec indicabas mihi, nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsque ad mare secuta est. Sed fefelli eam, violenter me tenentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret; & finxi me amicum nolle deserere: donec vento facto, nauigaret. Et mentitus sum matri, & illi matri, & euasi.* & rursum: *Recusanti sine me redire, vix persuasi, vt in loco, qui proximus nostræ naui erat, Memoria B. Cypriani maneret ea nocte: sed ea nocte clanculo ego profectus sum: illa autem remansit orando & flendo. Et tamen (subdit ipse) post accusationem fallaciarum & crudelitatis meæ, conuersa rursus ad precandum te pro me, abiit ad solita, & ego Romam.* In Vrbem cum venisset, apud Manichæum quendam hospitio se acceptum tradit *e*, vbi & ægrotauit *f*. Vt vero conualuit, cum Manichæis vt plurimum versabatur, ita tamen vt eius sectæ frigidus esset assertor; imo hospitem suum à magna fiducia illius hæresis reuocare studeret: sed & Helpidit cuiusdam aduersus Manichæos coram disserentis scripta disputatione nonnihil se profecisse testatur, adeo vt contemptui sibi iam illa secta esse cœperit. Romæ igitur cum versaretur, domi docere rhetoricam cœpit, docuitque hoc & sequenti anno, quo à Symmacho Vrbis Præfecto, Mediolanum, vt ibi Rhetoricam publice profiteretur, ab Imperatore de hoc monito missus est. De profectione ergo ipsius Roma Mediolanum anno sequenti agemus.

a Aug. Ep. 237.
b Aug. Conf. l. 5. c. 10.
c Aug. Conf. l. 5. c. 10.
d Aug. Conf. l. 5. c. 7. 8.
e Aug. Conf. l. 5. c. 10.
f Aug. ad l. 5. c. 9. 10. 11.

XL. AVGVSTINI ADVENTVS IN VRBEM.

Hic idem annus ille est, quo Vrbs & Italia magna fame laborauit: de qua quidem annonæ penuria, tum S. Ambrosius, tum Symmachus meminere. Ac primum quod ad rationem temporis spectat; vt dicamus, eam hoc anno accidisse, certum illud est argumentum, quod anno ante relationem Symmachi ad Valentinianum Imp. facta esse, S. Ambrosius tradit: quam quidem relationem & ab ipso Symmacho anno sequenti ab illa penuria esse conscriptam cum Præfecturam Vrbanam ageret, & à sancto Ambrosio confutatam anno item sequenti, suo loco perspicue demonstrabimus. Ob penuriam quidem illã pauperes ab Vrbe pulsos esse S. Ambrosius doluit, cum in libris Officiorum hæcait *g*: *Quanto hoc vilius, quam illud, quod proxime Roma factum est: eiectos esse Vrbe amplissima, incolas*

XLI. PENVRIA VRBS LABORAT.

g Ambr. Off. l. 2. c. 7.

scilicet,

EJECTI POPULI AB URBE OB FAMEM

ſcilicet, qui iam plurimam illic ætatem tranſegerant, ſtentes cum filiis aluiſſe: quibus velut ciuibus auellendum exilium deplorarunt, interruptas complurium neceſſitudines, diremptas affinitates? Et certe arriſerat animi ſecunditas: inuectitio Vrbi ſola egebat frumento potuiſſet iuuari ſi peterentur ab Italis frumentum, quorum filij expellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quaſi alienum, & exigere quaſi ſuum. Quid illum ejcis, qui de ſuo paſcitur? Quid illum ejcis, qui te paſcit? Seruum retines, trudis parentem? Frumentum ſuſcipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiam? Quam deforme hoc, quam inutile? Quo modo enim poteſt vtile eſſe, quod non decet? Quantis corporatorum ſubſidiis dudum Roma ſuffulta eſt? potuit & illos non anuttere, & eo adere famem, expectatis ventorum oportunis flatibus, & ſperatarum commeatu nauium. hactenus Ambroſius.

XLII. a *Symmac. lib. 2. ep. 7.* ADSCRIBIT SYMMACHVS FAMEM SACRILEGIO.

De his & ipſe Symmachus in epiſtola ad Flauianum tunc temporis, vt apparet, conſcripta: vbi hæc inter alia: *Defectum*, inquit, *timemus annonæ, pulſis omnibus, quos exerto & pleno vbere Roma ſuſceperat. Hæc vt hui remediis conualeſcamus: quanto nobis odio prouinciarum conſtat illa ſecuritas? Dij patrij, facite gratiam neglectorum ſacrorum, miſeram famem pellite: quam primum reuocentur noſtri, quos * inuita dimiſit.* hæc Symmach*: & quidem illud facinus iure improbat, quo liberi homines ab Vrbe ea de cauſa eiecti fuerant: nam Auguſti tempore (quod Dio teſtatur *b*) ingenti afflictata annonæ penuria, non liberi homines, ſed gladiatores, venaliaque mancipia tantum vltra octoginta millia paſſus ab Vrbe reiecta fuerunt. Porro Symmachus homo verſatilis, ab occaſione deducens argumentum, eandem famem ad ſuum propoſitum inflectens in relatione, quam anno ſequenti ad Valentinianum conſcripſit, eâdem famem exaggerans, acciditſe eam perſuadere conatur, quod adempti fuerant ſacerdotum redditus, atque agri Veſtalium virginum; ita enim ait *c*: *Honoraucrat lex parentum Veſtales virgines ac miniſtros deorum victu modico, inſtituo priuilegiis: ſtetit munerio huius integritas vſque ad degeneres trapezitas, qui ad mercedem vilium baiulorum ſacra caſtitatis alimenta verterunt. Secuta eſt hoc factum fames publica, & ſpem prouinciarum omnium meſſis egra decepit. Non ſunt hæc vitia terrarum, nihil imputamus aſtris, nec rubigo ſegetibus obſuit, nec auena fruges necauit: ſacrilegio annus exaruit. Neceſſe enim fuit perire omnibus, quod religionibus negabatur, &c.* ſubdit enim, ad cibum glandium & radices herbarum populum ob famem fuiſſe conuerſum: ex quibus perſuadere conatur Imperatori, reddi prouentus ablatos deorum ſacrificiis atque Veſtalibus, vt terra rependeret, quam ſubtraxerat, abundantiam.

b *Dio hiſt. Rom. lib. 55.*

c *Symmac. ad Valent. imp. apud S. Ambr.*

XLIII. d *Ambr. ep. 31.* CONFVTATVR SYMMACHVS AB AMBROS.

At quam ſcite prudenterque inania iſta ab occaſione famis deducta à Symmacho argumenta refellat S. Ambr. ipſum audi, dum hæc ait *d* poſt nonnulla de diis: *Quæ autē æquitas, vt paucis ſacerdotibus dolentes victum negatum, niſi omnibus denegarent, cum inclementior eſſet vindicta, quam culpa? Non eſt igitur violenta, qua tantam egritudinem mundi fallentis cauſa conſtrinxerit, vt vix ciuibus ſegetibus ſubſit a ſpes anni adulti moreretur. Et certe ante plurimos annos templorum iura toto Orbe ſublata ſunt. Modo ne denuno diis Gentium venit in mentem ſuas iniurias vltum iri? Properet, nec aſſueto curſu Nilus intumuit, vt vrbicorum ſacerdotum diſſendia vindicaret, qua non vindicauit ſuorum? Eſto tamen ſi ſuperiore anno deorum ſuorum iniurias vindicatas putat: cur præſenti anno conceptui fuere? Tam enim nec herbarum vulſis radicibus ruſticana plebs paſcitur, nec hæc aſſiduſtrio explorat ſolatia, nec cibum de ſentibus rapit, ſed operum lata fœcundia, diem meſſes ſuas & ipſa miratur, expleuit voti ſatietate uſumum, vſurarios nobis reddidit terra prouentus. Quis ergo tam nouus hominum vſibus, vt vices ſtupeat annorum? & tamen etiam ſuperiore anno pleraq; nouimus prouincias redundaſſe frugibus. De Gallis quid loquar ſolito ditioribus? Frumentum Pannoniæ, quod non ſeuerant, vendiderunt; & fœcunda Rhætia ſterilitatis ſuæ nouit inuidiam: nā quæ ſolebat tutior eſſe ieiunio fœcunditate hoſtem in ſe excitauit. Liguriam Venetiaq; autumni frumenta panerunt. Ergo nec ille ſacrilegio annus exaruit, & iſſe fidei fluctibus annus effloruit. Nouent etiam quod largo ſatu vincæ redundauerint: itaque & meſſem ſeuerata recepimus, & liberalioris vindemiæ beneficia poſſidemus.* hactenus S. Ambroſius. Sed de aliis querelis Symmachi anno ſequenti.

IESV CHRISTI Annus 384.

DAMASI PAP. Annus 18. VALENTIN. 9. IMP. THEODOSII 6.

I. SYMMACHVS PRÆFECTVS VRBIS PRO IDOLIS QVID. *el. 4. de ſanct. exper. recit & l. 44. ad appell. C. Th. f. Aug. Coſ. l. 5. c. 13.*

TRecentesimus octogesimus quartus Chriſti annus, Cōſulibus Ricimere & Clearcho notatur, quo Symmachus (de quo nuper facta eſt mentio) Præfecturam Vrbanam geſſit, quod Imperatoris reſcripta ad ipſum hoc anno data eſſe teſtantur, licet Paulinus ad alia tempora eam referat. Meminit S. Auguſtinus ſimilis Symmachi Præfectura, dum ait, ſe ab eodem Symmacho Præfecto Roma miſſum eſſe Mediolanum. Sed de Auguſtino inferius. Paulinus autem confundit Præfecturam cum Conſulatu, de quo ſuo loco dicendum. Hoc itaq; anno, quo præfecturam Vrbanam Symmachus geſſit. Prætextatus magni nominis Senator, ſed Gentilis, Cōſul eſt deſignatus in annum ſequentem. ſed infeliciter accidit, vt antequam Conſulatum adierit, hoc ipſo anno moreretur. De tempore obitus ſatis liquet ex tribus Symmachi epiſtolis tunc datis de eius obitu ad Imperatores, quarum poſtrema de erigenda in eius honorem ſtatua, ſic habet *g*.

g *Symm. l. 10. ep. 23. 24. 25.*

DD. Theodoſio & Arcadio ſemper Augg. Symmachus V. C. præfectus Vrb.

SYMMACHI DE ERIGENDA PRÆTEXTATO STATVA AD IMPP. LITTERÆ.

Licet Vellius Prætextatus natura lege ſolutus ſit, viuit tamen in memoria & amore ciuiſtorum: atque hoc vno punit inuidiam, quod tantum ei mors ad gloriam contulit, vt huic quoque fortunæ liuor debeat inuidere, domini Imperatores. Nam præter illum populi Romani, inuſtatum dolorem, etiam Senatus impatiens diſpendij ſui, ſolatium petit de honore virtutis, veſtrumque numen precatur, vt ſuum noſtra ætate mirabilem, ſtatuarum diuturnitas tradat oculis poſterorum. Non quod ille præmia terrena deſideret, qui gaudia corporis, etiam cum hominem ageret, vt caduca calcauit, ſed quia ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Hinc factum eſt, vt ruſticis adhuc ſeculis optimi quique ciuium manu & arte formati in longam memoriam mitterentur. Atque vtinam hunc decori nihil facilitas adulandum poſtea derogaſſet; quamuis paria non ſint, quæ diſpari arte quærantur. Dignum eſt igitur, vt qui in pectoribus plurimorum manet ſit in ore plurimorum. Ille ſemper magiſtratibus ſuis celſior, in alios temperatus, in ſe ſeuerus, ſine contemptu facilis, ſine terrore reuerendus. Cui ſi quod commodum ſucceſſionis euenit, id ad teſtatoris proximos mox recurritur, qui nullis proſperis fractus eſt, nullius riſit aduerſa, indecore neſcius largitatis. Ille quem ſemper imitatum ſecutus eſt honor, cuius æquitati conterminus quiſque limites ſuos credidit. Plura de eo vellem, plura de eo deberem, ſed clementiæ veſtræ teſtimonio cuncta ſeruanda ſunt. Illuſtrior enim laus eſt de cœleſti profecta iudicio. Ergo vt probitatis patronum bona temporum veſtrorum futuris quoq; viſenda proponite. Certe ille eſt Prætextatus, quē iure Conſulem feceratis, vt Faſti memores celebre nomen extenderent. Alius vtiles fatalia damna reparate. Abierit cum homine præmium, ſed iudicium poſt hominem perſeueret. Probate, caſibus aduerſis gloriam nihil licere. Nam quod meruit à ciuibus, ſingulare eſt: illud multis commune quod perdidit. hucuſque Symmachi ad Imperatores epiſtola de licentia erigendæ ſtatuæ Prætextato, more maiorum. Non eſt reiecta petitio, quandoquidem obtinuit, quod petiit Symmachus ab Auguſtis, vt memoria Prætextati ſtatua inſigniretur: nam quæ hactenus in eius baſi inſcriptio integra conſeruatur, id admoneat, quæ paulo inferius recitabitur. Erat adhuc Romę tunc, cum iſta contigerunt, S. Hieronymus ſacra volumina Paulæ & Euſtochio aliiſque ſanctiſſimis fœminis Senatoriis explicans: id enim importune nimis illæ ab eo præſente extorquere ſolebant, quod ab eo etiam abſente per litteras id facere conſueuerunt.

Porro Romæ cum eſſet idem S. Hieronymus hoc tempore, idem S. Paulæ explicuit pſalmum centeſimum decimum octauum, & centeſimum vigeſimumſextum, nec non Hebraicum alphabetum, quæ extant.

Inter

II. NOBILES FÆMINÆ ROMÆ FORMINÆ.

Inter alias etiam studiosas Hieronymi Romæ agentis fuere Felicitas, Asella, & Lea clarissimæ genere æque & sanctissimæ fœminæ, quarum idem meminit in epistola ad Asellam *a*, quæ quam insigni enituerit sanctitate, ipse Hieronymus in epistola ad Marcellam *b* declarat.

a Hier. ep. 99.

b Hier. ep. 15.

III. DE OBITV LEÆ ET PRÆTEXTATI.

Accidit autem (quod tacendum non est) vt cum sanct. Hieronymus Romæ agens ac docens, explicare aggrederetur psalmum septuagesimum secundum, præsente inter alias S. Marcella, de S. Leæ viduæ, virginum præfectæ monasterio, ex hac vita migratione nuncium afferretur: quo tempore etiam mori contigerat Prætextatum iam Consulem designatum; hominem deorum cultorem, & Christianæ religionis contemptorem, de quo illud ab eodem Damaso dictum superius alia occasione retulimus, cum ait de eo ad Pammachium scribens: *Miserabilis Prætextatus, qui designatus Consul est mortuus, homo sacrilegus & idolorum cultor solebat ludere B. Papæ Damaso ducere.* c: *Facite me Romanæ Vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus.* de quo & sæpius Ammianum meminisse diximus, cum de ipsius legationibus agit ac præfectutis.

c Hier. ep. 61.

Huius veto, qui hoc anno Consul designatus diem obiit, Prætextati extat eiusmodi vetus inscriptio *d*:

d Apud Aldi Orthogr. in f. pag. 65.

VETTIO. AGORIO. PRÆTEXTATO. V. C. ET CORRECTORI. TVSCIÆ. ET. VMBRIÆ. CONSVLARI. LVSITANIÆ. PROCONSVLI. ACHAIÆ. PRÆFECT. VRBI. PRÆFECTO. PRÆTORI. ILLYRICI. ITALIÆ. ET. AFRICÆ. CONS. DESIGNATO. LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS. SEPTIES ET. AD. IMPETRANDVM. REBVS. ARDVIS. SEMPER. OPPOSITO. PARENTI. PVBLICÆ PRIVATI. MORE. VERÉDO. VT. ETIAM. STATVÆ. IPSIVS. DOMVS. HONORARE. INSIGNIA. CONSTITVI. LOCARIQVE CVRAVIT.

Porro ad hunc ipsum Prætextatum datæ habentur plures epistolæ Symmachi *e*. Macrobius *f* hunc eundem Vettium Prætextatum, Sacrorum omnium Præsulem nominat, quem & in suis Saturnalibus interloquentem inducit.

e Symmach. l. 1. ep. 38. & seq. l. 2. l. 4. l. 10.

f Macrob. Saturnal. l. 1. c. 17.

IV.

Appositè autem accidit, vt & tunc cum S. Hieronymus ad eum psalmi verſ. cam peruenisset: *Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum prauaricatus sum*: quod Latini codices habent, *Nationem filiorum tuorum reprobaui*: de S. Leæ transitu quoque certior redderetur: cum pergens ille quod tractare inerat inchoatus; postea vtriusq; obitū Leæ & Prætextati, tanquam antithesim memoria dignā, voluit scriptis testatum posteris tradere, scripta ea de re ad Marcellam epistola *g*, cuius est exordium: *Cum hora ferme tertia hodiernæ diei septuagesimum secundum psalmum, id est, tertij libri principium legere cœpissemus, & inferius*: *Repente nobis nunciatum est, sanctissimam Leam exisse de corpore: vbique tacere pallescere conspexi vt vere aut pauca, aut nulla sit anima, quæ facto vase testacæo, non tristi erumpat. Et tu quidem non quod futuri incertæ essent, dolebas, sed quod triste funeri obsequium non dedisses. Denique in medio fabulæ, rursum dadiuimus, reliquias eius tam Ostiam fuisse delatas.*

g Hier. ep. 24. OBITVS S. LEÆ.

V.

Quæris, quo pertineat ista replicatio? Respondebo tibi verbis Apostoli h: *Multum per omnem modum. Primo, quod vniuersorum gaudia prosequenda sit, quæ calcato diabolo, coronam tam securitatis accepit. Secundo, vt eius vita breuiter explicetur. Tertio, vt designatum Consulem de suis seculis detrahentes, esse docemus in tartaro. Et quidem conuersationem Leæ nostra quis possit digno attenuare præconio? ita eam totam ad Dominum fuisse conuersam, vt Bethleemiticum monasterium, mater virginum fieret, post molliciem vestium sacco incumbra triuisse, insomnes orationibus duxisse noctes, & comites suas plus exemplo docuisse, quam verbis. Humilitatis fuit tanta tamque subtilis, vt quondam domina plurimorum, ancilla omnium putaretur, nisi quod eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculta vestis, vilis cibus, neglectum caput; ita tamen, vt cum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in præsenti seculo mercedem suam. Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruitur, excipitur Angelorum choris, Abrahæ sinibus confouetur, & cum paupere quondam Lazaro denuo purpuratum & non palmatum Consulem, sed atratum, stillã digiti minoris cupit inquirere.* Porro talis dies S. Leæ, quo ex hac vita migrauit in cœlum, perpetuo monumento adscriptus asseruatur in publicis Ecclesiæ tabulis XI. Kalen. Aprilis, annis singulis præconio publico celebratus. Subdit vero Hieronymus:

h Rom. 12.

O quanta rerum mutatio! ille, quem ante paucos dies dignum totius orbis culmina præcedebant: qui, quasi de subiectis hostium triumpharet, Capitolinas ascendit arces: quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit: ad cuius interitum Vrbs vniuersa commota est: nunc desolatus & nudus, non in lecto cœli palatio, vt vxor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur. Hæc vero, quam vnius cubiculi secreta vallabant, qua pauper videbatur & tenuis, cuius vita putabatur amentia, Christum sequitur, & dicit k: *Quæcunque audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri.* & reliqua. erat æque impia atque vir eius, vxor Prætextati, nomine Paulina, cuius hic meminit Hieronymus: quod sequens tibi inscriptio declarabit *l*?

k Psal. 47.

l Inscript. Antiquor. apud Smetium p. 135. num. 5.

FABRIÆ. ACONIÆ. PAVLINÆ. F. FILIÆ. ACONIS. CATVLLINI. V. C. EX. PRÆF. ET. CONSVLIS. ORDIN. VXORI. VETTII. PRÆTEXTATI. V. C. PRÆF. ET. CONSVLIS. DESIGNATI. SACRATÆ. APVD. ÆLEVSINAM. DEO. BACCHO. CEREREI. ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. LATERNAM.* DEO. LIBERO. ET. CEREREI. ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. ÆGINAM. DEÆBVS. TAVROBOLITÆ. ISIACÆ. HIEROPHANTRIÆ. DEÆ. HECATÆ. GRÆCO. SACRATÆ. DEÆ. CEREREIS.

* LATERNAM

Hæc, inquam, Paulina magna sacerdos, inani quadam iactantia, in inuidiam Christianorum, effutiebat virum suū Prætextatum inter deos esse receptum; quod deridet S. Hieron. atque subsannat. Meminit eiusdem Paulinæ cōiugis Prætextati Symmachus ad ipsum scribens *m*. Sed & attexamus his alia de eadem Paulina vetera in Vrbe haud pridem reperta monumenta, atque illud in primis:

m Symmac. ep. 42. l. 2.

FABIA. ACONIA. PAVLINA. FILIA C. CATVLLINI. V. C. EXPRÆFECTI. CONSVLIS ORDINARII. VXOR. VETTII. AGORII. PRÆTEXTATI PRÆFECTI. ET. CONSVLIS. DESIGNATI SACRATA. DEÆ. CERERI

Et alia in basi nuper statuæ repertæ in hortis Federici Cæsii * *n*:

* Cæsii in Exercitat. Philog. Virgiliana Lauanien.

COELIÆ CONCORDIÆ VIRGINI VESTALI MAXIMÆ FABIA PAVLINA C. F. STATVAM FACIENDAM COLLOCANDAMQVE CVRAVIT CVM PROPTER EGREGIAM EIVS PVDICITIAM INSIGNEMQVE CIRCA CVLTVM DIVINVM SANCTITATEM TVM QVOD HÆC PRIOR EIVS VIRO VETTIO AGORIO PRÆTEXTATO V. C. OMNIA SINGVLARI DIGNOQVE ETIAM AB HVIVS MODI VIRGINIBVS ET SACERDOTIBVS COLI STATVAM COLLOCARAT.

Hæc ipsa inscriptio, vbi primum eam legi, in memoriam reuocaui, quæ Symmachus habet in epistola ad Flauianum; dum quid actum fuisset inter collegas Pontifices, cum de collocanda atque dicanda eiusmodi statua rogarentur sententiæ singulorum, quidue ipse senserit ea de re, his verbis ad eum scribit *o*:

o Symmac. l. 2. ep. 36.

VII. OBITVS PRÆTEXTATI.

Prætextato nostro monumentum statuæ dicare destinant virgines sacri Vestalis antistites. Consulti Pontifices, prius quam reuerentiam sublimis sacerdotij aut longæ ætatis vsum, vel conditionem temporis præsentis expenderent, absque paucis, qui me secuti sunt, ex eius officium statuerent, adnuerunt. Ego qui aduerterem neque honestati virginum talia in veros obsequia conuenire, nec, mos vt fieri, quod Numa auctor, Metellus conseruator religionum, omnesque Pontifices Maximi nunquam ante meruerunt: hoc quidem silui, ne sacrorum amulo enunciata noxam crearent. Inuitatum

*in decretis

PRAETEXTATI OBITVS CAVSA.

2 Dio hist. Rom. l. 45.

VIII.

IX. S. AMBROSIVS CONTRA SYMMACHVM AGIT.

b Ambr. ep. 30.

*consentibus, exemplum modo vitandum esse rescripsi, ne res iusto orta principio, breui ad indignos per ambitum perueniret. Ne longum loquar, ipsa verba ad te missa bonis probata, sed numero fortasse vincenda; licet decretis * Pontificum non sit eadem forma, quæ Curiæ est: sed hoc quoque parui faciet inscientia. Quod si tu adesses, multum duorum sanitas promoueret.* hactenus de his Symmachus ad suum æquè Ethnicum Flauianum, de quo plura suo loco. Sed ex superiori inscriptione vides, in ipso collegio Pontificum, inuito & contradicente Symmacho, concessum fuisse Maximæ Vestali statuam erigere Prætextato. At hæc occasione Paulinæ de viro suo hoc anno defuncto inaniter prædicantis in cœlum inter deos esse receptum, dicta sunto. Credimus (quod & coniectura facile persuadet) eundem Prætextatum mœrore confectum ea de causa ex hac vita esse sublatũ, quod Imperatores, factis deorum penitus explosis, impensas quoque ad illa peragenda ex publico cõferri solitas abstulissent, quin & redditus Vestalibus virginibus antiquo iure debitos pendi vetuissent: de quibus omnibus pluribus egit Symmachus. Cum igitur Symmachus Vrbana fungeretur Præfectura, libellum misit ad Valentinianum Imp. pro restituendo damnato legibus Gratiani deorum cultu: extat ipse titulo Relationis Symmachi Vrbis Præfecti. Opportuna quidem homo deterrimus vsus est occasione obitus Gratiani, & Maximi tyrannidem exercentis: cum Valentinianus puer timore exagitatus, omnes timẽs, exemplo fratris monitus, qui milites expertus fuerat desertores ac proditores, nihil non concessurus esset magistratibus. Verum vt vires petitionibus Symmachus adderet, Senatus nomine se agere professus est, & nõ apud vnũ Valentinianum, quin etiam apud Theodosium atq; Arcadium filium eundemque Imperatorem; seque duplici munere, nempe Præfecti atque Legati, causam tractare, ipse docet his verbis: *Vt Præfectus vester Gesta publica prosequor, & vt Legatus ciuium mandata commendo.* sed quid petit? illud in primis & generatim, cum ait: *Repetimus religionum statum, qui Reipublicæ diu profuit.* speciatim vero, vt concedat reparari aram Victoriæ: erat hæc in Capitolio, de qua Dio a: *Fulmina namq; permulta deciderant, quibus tam & cella Iouis Capitolini, quæ erat in templo Victoriæ, tacta fuerat.* hæc ibi: verum creditur textus inuersus, vt velit dicere tactam esse cellam Victoriæ, quæ erat in templo Iouis Capitolini: nam non cella, sed templum, illudque maximum fuit Iouis Capitolini. Alia etiam erat in Curia ara Victoriæ, de qua Herodianus. *Curiã ingressi, sic vt vltra quoq; aram Victoriæ penetrarent.* cum alioqui & alia in Vrbe fuerint monumenta Victoriæ dedicata: nam à Sex. Rufo in Regione, *Alta semita*, dicta, ponitur ædicula Victoriæ; sed & in Regione ad templum Pacis, fuisse dicitur area seu ara Victoriæ, & ab alijs alibi ponuntur aliæ.

Verum ad Symmachum redeamus. Petit quoq; reddi Vestalibus stipendium ab aliis consuetum Imperatoribus exhiberi, quod vendicauerat sibi Fiscus, reddique agros ijsdem virginibus & templorum ministris testamento relictos; vtque in posterum liberum esset cuique, quid vellet ijsdem deorum Sacerdotibus testamento relinquere.

Hæc persentiscens S. Ambrosius, festinans occurrit, intercessitq;, ne quid extorqueretur ab adhuc puero Imperatore: cui litteras dedit, quibus tum primo illud ingessit, nullum alium esse Deum quã quem coleret Christiana religio, deosque Gentium vere esse dæmonia; abhorrereq; debere Christianũ Imperatorem nõ solum ab illorũ cultu, sed & ab omni consensu, quo diis sacra peragi permittantur, & quam longe abesse oportere, vt eius præcepto aræ dirutæ restaurentur, sumptusque ad peragenda sacrificia redderentur: reuocatque eidem in memoriam, quanta Gentiles aduersus Christianos eorumq; Ecclesias sub Ethnicis Imperatoribus perpetrassent: ac ne rescindat, admonet, quod à Gratiano prè nouerit esse statutum: *At cum per totum* b, inquit, *fere Orbem à pluribus retro Principibus inhibita, interdictaq; sint, Roma autem à fratre clementia tua augusta memoria Gratiano fidei veræ ratione sublata sint, & data antiquata rescripta: ne, quæso, vel fideliter statuta cõuellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negotijs ciuilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandum; & præceptum de religione calcatur?* sed & ne clarissimi viri Symmachi moueretur auctoritate, illud inculcat: *Deferendum merito clarorum virorum & ego suadeo, sed Deum certe esse omnibus præferendum. Si de re militari esset consulendum, debet exercitati in prælijs viri expectari sententia. Quando de religione tractatus est, Deum cogita. Nullius iniuria est, cui Deus omnipotens anteferatur,* &c. Illudque vehementer cauendum ingerit, ne putet ab vniuerso Senatu rogari, quod per Symmachum peteretur; sed male ab eo vsurpatum esse Senatus nomen, quod à Gentilibus tantummodo Senatoribus constaret esse decretum: cui si quis Imperator Christianus annuisse diceretur, talem hac ex parte reprehensione existimari debere dignum. Cæterum à paucis Senatoribus Gentilibus eam docet factam esse suggestionem, ipsam vero Curiam maiori numero Christianorum esse refertam; quibus refragantibus, talia illos indigna Christiani Imperatoris auribus ingessisse.

X. QVAM CAVTE AGAT AMBROSIVS.

c Amb. ad ep. 30.

Admonuit insuper, vt petitionẽ illã deferat ad Theodosium Imperatorem, vt rem grauissimam, neque absq; illius arbitrio decernendam; vtq; in causa religionis Episcopos consulat. Petit & relationis exemplum, quo respondeat, vt ita consultus Theodosius vtriusq; partis iura perpenderet. Quod si petitam ab Episcopis religionis defensionem Valentinianus ipse impertire negligeret, quid Ambrosius eidem cõminatus sit, audi: *Certe* (inquit c) *si aliud statuitur, Episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare non possumus. Licebit tibi ad Ecclesiam conuenire, sed ibi non inuenies Sacerdotem, aut inuenies resistentem. Quid respondebis Sacerdoti dicenti tibi? Munera tua non quærit Ecclesia, quia templa Gentilium muneribus adornasti. Ara Christi dona tua respuit, quoniam aram simulacris fecisti,* &c. Sed & ne Valentinianus in defensionẽ erroris, suam puerilitiã excusaret, Ambrosius ista subiungit: *Quid respondebis his verbis? Puer ille es te lapsum? Omnis ætas perfecta Christo est: omnis Deo plena puerilis fides comprobatur: paruuli etiã Christum intrepido aduersus persecutores ore confessi sunt.* At hæc omnia Ambrosius non tam ad Valentinianum, quam ad Iustinam eius matrem, cuius arbitrio ipse moderabatur Imperium, voluit esse directa, atq; plenius innotescere.

XI.

Misit petitum Valentinianus ad Ambrosium Symmachi petitionis libellum; quem ipse contrariis scriptis ita redarguit & cõfutauit, vt absq; petendina dilatione Ambrosio causa adiudicata fuerit: de qua victoria illud extat elegans Ennodij distichon:

Dicendis palmam Victoria tollit amico;
Transit ad Ambrosium: plus fauet ira dea.

Sed & Aurelius Prudentius vir Consularis ad eandem Symmachi relationẽ egregium poema conscripsit, eundemque sectum in duos libros, quorum priori deorum Gentilium vanam mendacemq; superstitionem redarguit & scite confutat, Crucisque potentiam ac gloriam prædicat, cuius virtute Roma à prauorum dæmonũ dominio vindicata surrexerat; posteriori vero, quæ à Symmacho suggesta essent, diserte refellit, penitusq; dissoluit. Cæterũ poema illud sub Honorio Imp. à Prudentio esse eloboratum constat, vt suo loco dictum fuit. Sed miro quodam Dei consilio his temporibus accidit, vt idem ipse, qui pro Vestalibus virginibus tanta cum laude apud Imperatorem Symmachus egit, earum Primigeniæ, siue dirè timus Vestalium primæ lapsu vehementer oportuerit pudore suffundi: de cuius inferẽdo antiquo ritu supplicio, idem ipse quasi sacrorum acerrimus vindex magnopere laborauit. extant de his duæ eiusdem Epistolæ, quarum prior sic se habet d:

MAXIMÆ VESTALIS LAPSVS.

d Symmachi l. 9. ep. 118.

XII. * Primogeniæ SYMMACHI APVD VESTALES. * excæcatur

*More instituto q; maiorum, incestum Primigeniæ * duduum apud Albam Vestalis Antistitis, collegij nostri disquisitio deprehendit; quod & ipsius qua conuictam pudicitiam sacram & Maximi, cum quo nefandum facinus admisit, confessionibus clarum esse, Gesta testantur. Restat, vt in eos, qui cæremonias publicas abominando scelere polluerunt, legum seueritas exeratur *. Quæ tibi actio de proximi temporis exemplo seruata est. Et ideo dignaberis, Reipublicæ vtilitatem, legesq; considerans, facinus cunctis vsque ad hunc*

diem seculis seuerissimè vindicatum, competenter vltisci. Vale. ita Symmachus vnus ex Pontificibus ad Vrbis Præfectum, quem in facinus cupit vltorem insurgere, vt declarât posteriores eiusdem Symmachi scriptæ literæ: quibus pariter intelligas, iura Pontificis Maximi agendi more patrio & iure antiquo aduersus huiusce modi facinorosos reos, ab Imperatore collata fuisse in Præfectum Vrbis. Epistola autem sequens sic se habet a:

a *Symmach l. 9. ep. 119.*

XIII. * Vrbi in cestatæ Primogeniæ

*Secundum proximæ ætatis exempla, clarissimo & excellentissimo viro fratri nostro Præfecto * Vrbi Primogenia virginis, qua sacra Albana curabat, à collegio nostro vindicta delata est. sed quia litteris eius causæ probabiles asseruntur, quod neque muros Vrbis æterna tanti criminis reum fas sit intrare, neque ipse ad longinqua possit occurrere, cum facinus, vbi admissum est, debeat expiari: necesse esse per fiscum potestatem finitimam conuenire, & cui pronunciarum iura mandata sunt, in Primigeniam, quæ publici criminis maculauit arcana, corruptoremq; eius Maximū, qui quidem flagitium non negauit, seueritas super* his adhibita criminibus exeratur *. Dignaberis igitur, consideratis confessionibus, quæ nefandi criminis tragœdiam produxerunt, iniuriam cælestium seculi veterum supplicio vindicare. hactenus Symmachus. Quale autem esse soleret supplicium eo raptis Vestalibus irrogandum, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium. Hæc quidem contigisse post relationem Symmachi, atq; S. Ambrosij responsionem, ex eo facile possumus intelligere; quod cum alia plura in septem illas Virgines (nec ij enim hunc numerum excedebant) idem exprobret, certe tantum in eadem facinus exaggerare minimè prætermisisset, id exigente pondere magnæ causæ, cuius pro Christianorum parte forte patrocinium suscepisset. Sed reliqua huius anni ad Symmachum pertinentia prosequamur.

* semper * exetrea-tur

XIV. NOVA QVERELA ADVERSVS SYMMACHVM.

Hoc item anno, cum idem Symmachus (vt dictum est) Vrbis Præfectum ageret, aduersus ipsum à quibusdam ad Imperatores libellus accusationis allatus est, quq querebantur, Christianos ab Ecclesijs auulsos, coniectos fuisse ab eo in carcerem; insuper Episcopos è vicinis ciuitatibus ab eodem petitos, in vincula esse coniectos. Res quidem primo auditu sacrilega, quæ aures Valentiniani plurimum offendit, eiusq; animum in eundem magnopere concitauit; rescribensque iussit vinctos liberos relaxari, ipsumq; Symmachum durius increpuit. Relatio hæc contra Symmachum forte ab schismatico aliquo prouenit, qui Vrsicino faueret: eum n. contra legem exilij vna cum suis Romam hoc tempore se contulisse, paulo post dicemus. Qui igitur schismaticis obstitisset, in Christianos sæuijsse, falso delatus est. At quid pro sui defensione Symmachus b ipse rescripserit, videamus.

b *Symmach. l. 10. ep. 34.*

DDD. AAA. *Valentiniano, Theodosio, & Arcadio Symmachus Præfectus Vrbis.*

XV. SYMMACHI LITTERÆ AD VALENTINIANVM.

Scio quidem, naturæ humanæ vitio, probitatem subiacere labori: sed miror eo prægressas insidias æmulorum, vt crudo mendacio insontis fama peteretur, DDD. IMPPP. Quid enim non audeant, quibus intentatum relinquant, qui in arce terrarum Christianæ legis iniuriis vindicata fama fuscarunt? Fleuit, credo, scena istius fabricator, cum de Ecclesia penetralibus raptos ad tormenta simularet; cum de longinquis ac de finitimis vrbibus dives Antistites in vincula deferebat. Neque enim serenum clementiæ vestræ animum sine hic argutus compulisset sacro edicto populum conuenire, vt asseruoribus, quam pietati vestræ mos est, litteris, Præfectum, quem sine audita legitis, argueret. Reddat nunc quisquis ille est, causas fallaciæ suæ; qui sub occasione istius inquisitionis, qua me cultum spoliatorum nouorum irretiebat insidijs, tragicas quæstiones de ministris Catholica iactat agitatas. Respondeant litteris Episcopi Damasi, quibus affectatores eiusdem religionis negauit vllam contumeliam pertulisse. Non magnopere efficio mei prætendo vestigia: à quo ideo quæsita est rerum fides, ne factum aliquod recordationem quæstoris effugeret.

XVI.

Credatur ecus legis Antistitis, quæ læsa simulatur. Credatur Præsecto, qui per comitatis vestræ aduentum edicto, muratur in processu creditum, quod Roma nesit admissum. Omitto iniuriam Præfectura & conscientiæ meæ: quando ea processit insimulatio, vt vos quoque ipsos auctores honoris mei quadam reprehensione perstringat: nam qui summi locatudices decolorant, sæui testimonij facilitatem videntur incessere. Laudandum me Deum genitor omnium tui præcipuo honore dignatus est, ille meritorum arbiter singularis, cuius Imperium cum moribus recepisti. Paternum sequere, tuum tuere iudicium. & post aliqua: *Vnum illud, inquit, adijciens, vt me perennitas vestra necessitate inquisitionis eius absoluat, cuius auctoritatem referri ad scrinia Palatina insistis. Nam si tantum de me improbus licuit extante præcepto: quid retractatu literis non licebit? Sane laudabilis viro Episcopo denegante vltum è suis aut carcere, aut vinculis attineri, & Officio eadem suggerente, ignoro, quos potissimum præceperitis absolui. Tenent quidem leges variorum criminum reos; sed, vt comperi, à ministerio Christianæ legis alienos. Quid igitur æternitas vestra decernat, denotas opperior, &c.*

XVII.

Intelligis ex his ad hunc vsq; annum etiam, quo Symmachus Vrbanam Præfecturam gerebat, Damasum Romanum Pontificem fuisse superstitem: vt & hinc cognoscas Marcellinum Comitem in Chronico errore lapsum; dum ante biennium sub Consulatu Antonij & Syagrij, mense Octobris, Damasum defunctum ponit. Obiit vero ille hoc anno, tertio Idus Decembris, quo die natalis eius inter sanctos adscriptus antiqua memoria perseuerat: quem iam prope octogenarium decessisse, auctor est Sanct. Hieronymus, qui (vt vidimus) Romæ apud eum hoc tempore agebat, nec nisi post eius ad Deum migrationem ab Vrbe recessit. Consultius itaque Prosper in Chronico sub huius anni consulibus collocat in latere culo obitum Damasi, licet mendose pro suffecto Siricio Vrsicinus legatur: absque enim aliqua controuersia electum fuisse Siricium, paulo inferius dicturi sumus.

XVIII. DAMASI ORTVS TEMPVS.

Sed vt quæ sunt temporis, firmius stabiliantur, ex alia quoq; ratione deducimus hoc anno Damasum decessisse. Cum enim constet ex his, quæ superius dicta sunt, S. Hieronymū vna cum Paulino & Epiphanio venisse Romam, Antonio & Syagrio Coss. anno Domini trecentesimo octogesimo secundo; idemq; dicat c pene triennio Romæ mansisse cum Damaso, necinde recessisse, nisi ipso defuncto: cumq; liqueat mense Augusti d anni sequentis ex Vrbe egressum esse: vtique affirmare opus est, hoc anno mense Decembris Damasum ex hac vita migrasse. Obiit igitur hoc anno, dicta die vndecima Decembris, cum sedisset vsq; ad annum decimum octauum inchoatum per menses tres minus diebus quatuor: nam quę vidimus sedere cœpisse anno Domini trecentesimo sexagesimo septimo, die decima quinta Septembris, perseueraſseq; vsque ad præsentem annum, diemque vndecimam mensis Decembris, dictam temporis periodum impleſſe eum oportuit.

c *Hier. ep. 89.*
d *Hier. Apolog. aduer. Ruffin.*
ANNI PONTIFICATVS DAMASI.

XIX.

Extant Acta Damasi in Ecclesia olim recitati solita apud nos in duobus codicibus peruetustis, nempe quinto arque decimo tomo VV.SS. exhibet eadem codex Vaticanus, & alius S. Mariæ Maioris, quem vidimus e, in quibus ad finem hæc leguntur: *Vt plura præteream, ea nullo modo reticebo, qua Petrus sedis Apostolica diaconus in sermone, quem in honorem beati Damasi edidit, in eiusdem Titulo contigisse commemorat. ait itaque fratribus præfati Tituli: Iam crebro, fratres, vidistis hic damonia effugata, febricitantium corpora sanata, & quod maius est, clynicos & contractos extensos, vt nuper visum est in homine incessu vestigiorum priuato: qui huius ante fores Ecclesiæ positus, cum non dissideret se sanatum iri, catenus per se cœpit sustantaculis ligneis repere, quatenus huc potuit pertingere: cui sic demum (vt ipse professus est) lux ex improuiso accedens, velut lampas effulsit, & illico pedum vestigia reparauit. Quod vero sequatur, non solum scripta eiusdem Tituli, verum etiam plùra declarant. Fuerunt duo homines non semper sanæ mentis, quos medici lunaticos vocant, ipsam Basilicam frequentantes, & vt salutem reciperent, beatum Damasum continuis precibus exorantes. Quadam itaque die venientes ante sepulchrum eius se prostrauerunt, lachrymantes plus solito, Deum misericordiam per Sancti Damasi subsidium implorantes: cumq; ardenter hoc facerent, exauditi sunt; & recuperata salute, Deo magnalia prædicabant; at-*

e *Vol. 1. Vit. Sanctì pag. 15.*
MIRACVLA POST OBITVM DAMASI PAPÆ.

que per-

quæ percepti beneficij non immemores, coma capitis detonsa, omnibus diebus vitæ suæ ipsorum in eodem loco Domino seruierunt. Hæc autem miracula alij beato Laurentio martyri, alij beato Damaso deputant confessori: nos autem in miraculis non diuidimus, quos vna patria genuit, vna Ecclesia (nempe Romana) promouit, vna basilica colit in terris, vnus Dominus honorat in cœlis. hæc auctor. Supererant adhuc aliqui addicti Vticinis, qui Damaso, licet defuncto, tantam gloriam inuidebant, dicerent, non meritis Damasi, sed intercessione S. Laurentij ea patrari miracula. At eius intercessione miracula facta esse, qui repetitur ab ægrotantibus inuocatus, quis dubitat? sæpeque Deum per confessorem impertiri complura, quæ à martyre accipi minime valuerunt, idque ob illustrandam memoriam confessoris facti, plurima exempla declarant. Tu de his interim consule, quæ S. Augustinus habet in Epistola centesima decima septima, vbi agit de S. Felice Nolano confessore vltore periurij. Cæterum qui post mortem miraculis coruscauit, viuens quoque ijsdem à Deo insignitus est, quorum vnum & perinsigne quidem ex eodem fonte hic describemus.

XX. MIRACVLVM A DAMASO VIVENTE EDITVM.

Dum adhuc itaque superstes in vita Damasus esset, illud ab eo in eisdem Actis miraculum editum legitur: nimirum, cæcum annis tredecim, oculorũ luce penitus orbatum occurrisse Damaso redeunti è Basilica Vaticana, vbi super altare Petri Apostoli Missam celebrarat: magnaq; fide clamasse, vt eius ad Deum precibus illuminaretur: Cum Damasus aliquantisper cunctabundus, fide tamen petentis victus, signauit oculos eius signo Crucis, illa adijciens verba: *Fides tua te saluum faciat.* Et confestim aperti sunt oculi eius, & vidit, & Deo gratias egit, eiusq; sanctissimo Sacerdoti Damaso. Hæc, inquam, ex dictis Actis eius antiquitus scriptis. Putamus quidem eiusmodi tunc diuina virtute editum esse miraculum, quo populus Vticini diuisus schismate, eo saltem signo, qui legum sacratum sancita non nõsset, perspicuo intelligeret, qui verus legitimusq; Põtifex esset; illumque verum esse non dubitaret Antistitem, cui Deus eo signo fuerat suffragatus.

XXI. DAMASI SCRIPTA.

At nõ inter sanctos damnaxat Damasus miraculis clarus adnumeratur, sed & inter scriptores Ecclesiasticos à S. Hieronymo recensetur, multaque metro edidisse traditur: sed & de Virginitate plures scripsisse libros tum carmine, tum soluta oratione, superius eiusdem Hieronymi testimonio dictum est. Porro aureas illas de Virginitate lucubrationes ad sanctam sororem virginem, Irenem nomine, à Damaso scriptas fuisse putamus, quã & defunctam eiusmodi prosecutus est Epitaphio, quod diu latens, Dei beneficio his diebus in lucem emersit. sic se habet *a*:

EPITAPHIVM S. IRENES SORORIS DAMASI PAP. *a Antiq. inscript. in Appen pag. 1172. n. 10.*

Hoc tumulo sacrata Deo nunc membra quiescunt
Hic soror est Damasi nomen si quæris Irenæ
Venerat hæc sese Christo cum vita maneret
Virginis vt meritum Sanctus pudor ipse probaret
Bis denas hyemes nec dum compleuerat ætas
Egregios mores vita præcesserat ætas
Propositum mentis pietas veneranda puellæ
Magnificos fructus dederat melioribus annis
Te Germana soror nostri nunc teste amoris,
Cum fugeret mundum dederat mihi pignus honestum
Quem fors cum raperet melior tunc regia cœli
Non timui mortem cœlos quod libera adiret
Sed doleo fateor consortia perdere vitæ
Nunc veniente Deo nostri reminiscere virgo
Vt tua per Dominum præstes mihi sæcula lumen.

Visuntur adhuc Romæ ipsius nonnulla Epigrammata martyrum sepulchris incisa, sed ex eis perpauca integra. Ex quibus (vt aliquid degustes) hic tibi reddimus vnum, quod integrum habetur in titulo Equitij.

Martyris hic tumulus, magno sub vertice montis
Gorgonium retinet, seruat qui altaria Christi.
Hic quicunq; venit, sanctorum lumina quærat,
Inueniet vrbana in sede habitare beatos,
Ad cœlum pariter pietas quos vexit euntes
Damasi Episcopi. Sed quod Deus dedit his diebus in lucem afferri, quæ diutius in tenebris latuere eiusdem Sancti Damasi complures inscriptiones, easdem hic vel alibi in Annalibus suis locis affigere voluimus, vt tanti patris vel apex non effugiat. incipiamus ab Eutychio *b*:

EVTYCHII MART. *b Antiq. inscript. in Appen pag. 1172. n. 13.*

Eutychius martyr crudelia iussa tyranni
Carnificumq; vias pariter tunc mille nocendi
Vincere quid potuit monstrauit gloria CHRISTI
Carceris inluuiem sequitur noua pœna per artus
Testarum fragmenta parant ne somnus adiret
Essent transire dies alimenta negantur
Mittitur in barathrum sanctus lauat omnia sanguis
Vulnera quæ tulerat turbant insomnia mentem
Ostendit latebra insontis quæ membra teneret
Quæritur inuentus colitur fouet omnia præstat
Expressit Damasus meritum venerare sepulchrum.

Hactenus Damasi Epitaphium de Sancto Eutychio martyre, quod non in antiquis chartis tantum contigit asseruari, sed & in ipsa etiam marmorea tabula, in qua primum fuit incisum, quæ extat in Ecclesia Sancti Sebastiani ad Catacumbas. Accipe & eiusdẽ Damasi Epigramma de Tarsicio martyre sacram Eucharistiam gestante *c*:

TARSICII MART. *c Antiq. inscript. in Appen pag. 1174. n. 2.*

Par meritum quicunq; legis cognosce duorum
Quis Damasus Rector titulos post præmia reddit
Iudaicus populus Stephanum meliora monentem
Perculerat saxis talerat qui ex hoste Trophæum
Martyrium primus rapuit Leuita fidelis
Tarsicium sanctum Christi Sacramenta gerentem
*Cum male sana manus * peiceret vulgare profanis*
Ipse animam potius voluit dimittere cæsus
Prodere quam canibus rabidis cœlestia membra.

* peteret vulgarem.

hactenus hic de Damasi Papæ versibus. Quæ vero feruntur nomine Damasi breuiter texta series Vitarum Romanorum Pontificum, alterius potius, quam ipsius esse opus, alibi diximus, ac sæpius inculcauimus.

XXII. RES GESTÆ DAMASO.

Quæ autem de eodem Damaso in ipso libro de Romanis Pontificibus scripta habentur (explosis his, quæ mendacij arguuntur, vt quæ dicuntur de temporibus Iuliani, de Episcopatu Vticini, & aliis) hæc sunt: nempe, duas basilicas ipsum exædificasse, alteram ad Theatrum Pompeij. Extant adhuc de eadem basilica eiusdem Damasi insignia monimenta, nempe antiquæ inscriptiones ibidem ab eo tunc positæ, quæ diu obliuione sepultæ, veluti postliminio reuocatæ, suum recipiant locum. sic enim se habent *d*:

DE S. LAVRENTIO IN DAMASO DICTO: *d Antiq. inscript. in Appen pag. 1164. n. 11. 12 13. & pag. 1177. n. 1.* * ARCHIVIS.

Hinc pater exceptor Lector Leuita Sacerdos
Creuerat hinc meritis quorum melioribus actis
Hinc mihi prouecto Christus cui summa potestas
Sedis Apostolicæ voluit concedere honorem
* *Archivis fateor volui noua condere tecta*
Addere præterea dextra lenaq; columnas
Quæ Damasi teneant proprium per sæcula nomen.

Ibidem.

Non mirum est fallax nimium quod flamma minatur
Martyris ac corpus nil nocitura cremat.
Namq; docet fidei magnam sine vindice pœna
Ad cœlum medijs ignibus esse viam
Hunc etenim fruitur martyr Laurentius ignem
Et meritis summus ne moriatur agit.

De eadem Ecclesia.

Quisquis plena Deo mysteria mente requiris
Hoc accede domus religiosa patet.
Hæc sunt tecta pio semper deuota timori
Auditumq; Deus commodat hic precibus
Ergo lethiferos propera compescere sensus
Lam propera sacras lætus adire fores
Vt transacta queas deponere crimina vitæ
Et quicquid scelerum noxius error habet
Attica felicis magni clarissima conjunx
Sumptibus hoc proprijs ædificauit opus.

Aliud.

Verbera carnifices flammas tormenta catenas
Vincere Laurentij sola fides potuit.
Hæc Damasus cumulat supplex altaria donis
Martyris egregium sufficiens meritum.

hæc ibi de basilica S. Laurentij. Porro constat eundem Damasum constructisse viam Ardeatinam alteram: exornasseq; locum ad Catacumbas, vbi aliquando iacuerant corpora Apostolorum, structisseq; ibi platoniam, & Epitaphium conscripsisse.

XXIII. Quod vero ad platoniã pertinet: Ado legit Placoma, nostra manuscripta Placoton habent, & quidem rectius: per quod puto intelligi Ecclesiæ pauimentum tabellis marmoreis variis figuris decore stratum. Tradit enim Zonaras in Constantino Magno, ab eo Constantinopoli extructum fuisse forũ, quod Placoton nominauit; ex eo, inquit, quod ex tabellis lapideis instratum esset. Porro huiusce modi ornatu, & summa quidem impensa Ilerni consuediisse olim Ecclesiarum pauimenta; quæ adhuc extant integra, vel aliqua ex parte dissipata, demonstrant. Quod si Platoniam legendum contendis, vt alijs placuisq; in locis idem nomen inueniatur expressum: quid per platoniam intelligendum sit, vt veritatem valeas certius assequi, vide quod habes apud Cassiodorũ a, per platonias posse intelligi marmoreas tabulas ad ornatum comparatas; ac proinde platoniam sternere, nihil aliud esse, quam parietes marmoreis tabulis incrustare. Sic & intelligendum, quod in eodem libro legitur de Liberio: *Hic de platoniu marmoreis ornauit sepulchrum S. Agnetis.* In complutibus antiquis Romæ Ecclesijs adhuc videre licet eiusmodi platonias supereste. Quod pertinet ad Epitaphium ibidem ad Catacumbas inscriptum; idem in chartis hactenus conseruatum, hic tibi integrum reddimus his versibus b:

Hic habitasse prius sanctos cognoscere debes
Nomina quinq, Petri pariter Pauliq. requiris
Discipulos oriens misit quod sponte fatentur
Sanguinis ob meritum Christum per astra secuti
Athereas petiere sinus regnaq, piorum
Roma suos potius meruit defendere cines
Hæc Damasus vestras referat nona sidera laudes.

a *Cassiod. Variar. li. 3. ep. 9.*

b *Antiq. inscript. in Appen. pag. 1172. n. 12.* DE LOCO, VBI IACVERE CORPORA APOSTOLORVM.

XXIV. In eisdem Actis Damasi habetur, ab eo absolutam Ecclesiam sanctarum virginum & martyrum Ruffinæ & Secundæ in Sylua candida. Rursus de eodem in dicto libro de Romanis Pontificibus legitur, quæsisse insuper corpora sanctorum martyrum, atq, inuenisse; necnon Concilia martyrum (nempe, vt alibi declarauimus in Notis, vbi plura sunt sepulchra martyrum, cœmeteria scilicet) versibus pariter illustrasse. Narrantur ibidẽ dona ab eodem collata basilicæ S. Laurentij, quam erexit in Ticulum. Extant in citato codice alia Epitaphia indita aliis sanctorum Martyrum memoriis, quas siue ornauit, vel restituit, eodem volumine c comprehensa. & inter alia de Mauro puero sic:

Martyris hic Mauri tumulus pia membra retentat
Quem Damasus rector longo post tempore plebis
Ornauit supplex cultu meliore decorans
Insontem puerum, cui pœna nulla decebat.

Sed & extant eiusdem Damasi versus, quibus alias exornauit sanctorum Martyrum Ecclesias furore barbarico dissipatas, quas ipse restituit, videlicet d:

Dum peritura Getæ possiderent castra sub vrbe
Mouerunt sanctis bella nefanda prius
Iſtaq, sacrilego verterunt corde sepulchra
Martyribus quondam rite sacrata pijs
Quos monstrante Deo Damasus sibi Papa probatos
Affixo monuit carmine ire coli.
Sed cecidit tituli confracto marmore sanctus
Nec tamen his iterum posse latere fuit
*Deruta Vigilius nam mox hæc Papa * gemescens*
Hostibus expulsis omne nouauit opus.

c *Antiq. inscript. in Appen pag. 1171 n. 1.* DE MAVRI PVERI MART.

DE MEMORIIS MARTYR. IN SVBVRBIIS d *Antiq. inscript. in Appen. pag. 1171. n. 2. & supra 1170. n. 13.* * GEMISCENS.

Et de alia Ecclesia sita in agro Romano à Gothis demolita tempore obsessæ Vrbis:

Hic furor hostilis templum violauit iniquus
Cum premeret vallo mœnia septa Getes
Nullius hoc potuit temeraria dextera gentis
Hac modo permissa est quod peritura fuit
Nil grauat hoc tumulo sanctorum pessimus hostis
Materiam potius repperit alma fides
In melius siquidem reparato fulget honore
Cum scelere hostilis creuit amor tumulis
Suscipe nunc gratus deuota munera mentis
Diogenes martyr cui dedit ista volens
Quisquis ad hoc templum petiturus dona recurris
Spes tibi sit larga est mumere vera fides.

Insuper & de sanctis martyribus Felice & Adaucto, eiusdem Damasi ibidem e:

O semel atque iterum vero de nomine felix
Qui intemerata fide contempto Principe mundi
Confessus Christum cœlestia regna petisti
O vere pretiosa fides cognoscite fratres
Qui ad cœlum victor pariter properauit Adauctus
Presbyter is versus Damaso rectore iubente
Composuit tumulum sanctorum limina adorans.

DE FELICE ET ADAVCTO MART. e *Antiq. inscript. in Appen pag. 1171. n. 18.*

Sed & in tumulo Sancti Saturnini martyris via Salaria collocato hos versus incidendos curauit f:

Horum martyrum cultorum Damasus Episcopus seruus Dei
*Sola nunc Christi fuerat * crarta cinis an....*
Tempore quo gladius secuit pia viscera matris
*Sanguine mutauit patriam * nomiq, genusq,*
Romanum ciuem sanctorum fecit origo
Mira fides verum docuit post exitus ingens
Cum lacerat pia membra premit Gratianus vt hostes
Posteaquam fellis vomuit concepta venena
Cogere non potuit Christum te sanctæ negare
Ipse tuis precibus meruit confessus abire
Supplicis hæc Damasi vox est venerare sepulchrum
Soluere vota licet casto effundere preces
Sanctis Saturnini tumulus quia martyris hic est.

f *Antiq. inscript. in Appen pag. 1171. n. 11.* * f. vitamque

Et de Proto, & Hyacintho martyribus idem Damasus g:

Extremo tumulo latuit sub aggere montis
Hunc Damasus monstrat seruat quod membra piorum
Te Protum retinet melior sibi regia cœli
Sanguine purpureo sequeris Hyacinthe probatus
Germani fratres animis ingentibus ambo
Hic victor meruit palmam prior ille coronam.

DE ss PROTO ET HYACINTHO. g *Antiq. inscript. in Appen pag. 1171. n. 9. & p. 1174. n. 11.*

Item aliud.

Aspice descensum cernes mirabile factum
Sanctorum monumenta vides pater facta sepulchris
Martyris hic Proti tumulus iacet atq, Hyacinthi
Quem cum iam dudum tegeret mons terra caligo
Hoc Theodorus opus construxit presbyter instans

Vt Domini plebem opera maiora tenerent. Sed prosequamur reliqua ab eodem religiosa excitata ædificia. Quid autem operis in basilica Vaticana idem Damasus egerit, sic sequens Epigramma declarat, quod affixum olim in pariete eiusdem basilicæ, in codice peruetusto exscriptum extat inter vetera eiusdem Ecclesiæ monumenta:

Cingebant lacus montem, tenuroq, meatu
Corpora multorum cineres, atq, ossa rogabant.
Non tulit hoc Damasus comminens lege sepultos
Post requiem tristes iterum persoluere pœnas.
Protinus aggressus magnum superare laborem,
Aggeris immensi deiecit culmina montis.
Intima solicite perscrutans viscera terræ,
Siccauit totum quicquid madefecerat humor.
Inuenit fontem, præbet qui dona salutis.
Hæc curauit Mercurius leuita fidelis.

IONISAPTIENATIE IN VATICANO.

His addatur item de fonte Damasi vetus Inscriptio his versibus h:

Non hæc humanis opibus non arte magistra
Sed præstante Petro cui tradita ianua cœli est
Antistes Christi composuit Damasus
Vna Petri Sedes vnum verumq, lauacrum
*Vincula nulla * tenent: Acathius votum soluit.*

AD FORTIM. h *Antiq. inscript. in Appen pag. 1205. n. 10.* * tenent

Hinc subditur, quod demonstrat egregium ornamentum, ab eodem

Damaso

QVID IN S. ANASTASIA. a Antiq. inſcript. in Appen pag. 1164. n. 8.

Damaſo Papa in Eccleſia S. Athanaſiæ poſitum, aliud Epithaphium his verſibus *a*:

Antiſtes Damaſus pictura ornarat honore
Tecta quibus nunc dant pulchra metalla decus.
Diuites teſtatur pretioſior aula nitore
Quos rerum effectus poſſit habere fides
Papa Hilari merito olim deuota Severi,
Nec non Caſſiæ munus dedit iſta Deo.

Sed reuertamur ad fontis ornatum poſitum in baſilica Vaticana. Porro de eodem fonte baptiſmali Prudentius in Periſtephano, cum agit de paſſione Petri & Pauli, deq; baſilica Vaticana, hæc habet:

Dextra Petrum regio tectis tenet aureus receptum,
Canens ſolitæ murmurans fluento.
Namq; ſupercilio ſaxi loquor ortus excitauit
Fontem perennem chriſmatis feracem.
Nunc pretioſa ruit per marmora lubricatq; cliuum,
Donec virenti fluctu & Colymbo
Interior tumuli pars eſt, vbi lapſibus ſonoris
Stagnum natalis volutur profundo.
Omnicolor vitreas pictura ſuperne pingit vndas,
Muſci reluceant, & vireſcit aurum,
Cyaneuq; latex vmbram trahit imminentis oſtri.
Credas moueri fluctibus lacunar.
Paſtor oues adit, ipſe illic gelidi rigore fontis
Videt ſitire quas fluenta Chriſti.

hæc Prudentius, alludēs ad ampliſſimum fontem baptiſmatis, qui nuper à Damaſo conſtructus erat.

XXV. Porro alterius fontis in atrio poſiti ſtructura ſic deſcribitur à S. Paulino, qui hoc etiam tempore clarnit, atq; vidit. In Epiſtola n. ad Aletium *b* de funere ab eo impenſo Ruffinæ coniugi, filiæ Sanctæ Paulæ, cum agit de eadem baſilica Apoſtolorum, hæc habet: *Patenti nitens atrio fuſa veſtibulo eſt: vbi canth arum miniſtra manibus & oribus noſtris fluenta ructantem faſtigiatus ſolido ære tholus ornat & inumbrat, non ſine myſtica ſpecie quatuor columnis ſalientes aquas ambiens*, &c. declaratq; pluribus ſtructuræ myſterium. Quæ omnia Damaſi operi tribuuntur, cum ante ipſum aquæ diſperſæ nullius vſus, ſed detrimenti eſſent mortuorum ſepulchris, ipſi nimirum cœmeterio Vaticano. Cæterū quod ad fontem baptiſmalem ſpectat, quem ipſe extruxerat: illud in Actis eius miraculum enarratur, acceptum ex ſermone habito in eiuſdem Damaſi depoſitione: extat apud nos tomo quinto Vitarum ſanctorum manuſcripto; vbi auctor: *Nuper*, inquit, *res hæc geſta eſt, quam fallam videmus*, &c. ait enim (vt rem paucis comprehendamus) Sabbato Paſchalis feſtiuitatis, cum compreſſio magna eſſet, baptiſmi tempore puerulum è manibus geſtantis hominis lapſum, ad imaque fontis delatum ab omnibus deploratum eſſe vt mortuum: cum autem Damaſus oculos ad cœlum eleuaſſet, ac pro ipſo oraſſet, poſt horæ ſpatium puerulum iuſſu Damaſi ex profundo aquarum vix eductum, inuentum eſſe præter ſpem & expectationem omnium viuum ſanumque, vt antea erat: tuncque ab vniuerſo populo immenſam Dei potentiam & Damaſi ſanctitatem magno præconio conclamatam fuiſſe.

b Paulin. ep. 31. FONS ATRII BASILICÆ VATICANÆ.

XXVI. Sed rurſum ad ea, quæ in dicto libro de Romanis Pōtificibus de Damaſo ſcripta habentur, reuertamur. Quæ autem ibi ſequuntur, appendicē putamus adiectam; qua de Damaſo dicitur, eius præcepto inſtitutum, vt die noctuq; Pſalmi in Eccleſijs canerentur: quod plane falſum eſt. Sed fortaſſe aliqua potius forma ab eo præſcripta fuit: etenim falſo aſſeritur cantus pſalmorum à Damaſo inſtitus: ſiquidem ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe in Eccleſia Catholica cum cantu diu nā noctuq; namq; pſalmodiam, certum eſt. Equidem illud puto; quod ad pſalmodiam pertinet, emendatum à S. Hieronymo Pſalterium Septuaginta interpretum, à Damaſo canendum Occidentalibus traditū: de ipſo enim idem Hieronym. in Apologia aduerſus Ruffinum hæc habet: *Pſalterium quoq; certe emendatiſſimum iuxta Septuaginta interpretes noſtro labore dudum Roma ſuſcepit.*

XXVII. Acceptis hiſce S. Hieronymi lucubrationibus in Pſalterium Dauidis Damaſus laudem tanti Regis atque Prophetæ his cecinit verſibus, quos reperimus in Bibliotheca Baſilicæ S. Petri, Codice primo S. Hieronymi, qui cōtinet expoſitionem eius in Pſalmos. Habet eoſdem Codex Vaticanæ Bibliothecæ; licet vtrobiq; admodum depraua ti legantur.

Verſus Damaſi in laudem Dauidis.

Nunc Damaſi monitis aures prabete benignas,
Sordibus depoſitis purgant penetralia cordis,
Curia cum ruunant Chriſto ſeruire parati.
Prophetam Chriſti ſanctum cognoſcere debes.
Paſtorem puerum multis è fratribus vnum,
Angelus ex ouibus rapuit, regemq; dicauit.
Organa qui ſciret manibus componere ſolus.
Pſallere per citharam populo cœleſtia regna.
Ingentem, clypeoq; grauis froſtraq; minantem
Impium, maledicum, phaleras ac tela gerentem,
Surdorum demens coleret qui templa Deorum,
Mactauit ſaxo tereti truncumq; reliquit.
Iudicioq; Dei ingenti mox cade peracta,
Monſtrauit populis, tuleratque ex hoſte trophæa.
Nam Damaſus ſcit ſancte tuos, Deus, ipſe triumphos.

His ſubijciuntur S. Hieronymi verſus, quos recinens, ad S. Damaſum miſit, habent eos ijdem Codices, eiuſmodi inſcriptione.

Verſus Domini Hieronymi presbyteri.

Pſallere qui docuit dulci modulamine ſanctos,
Nouerat iſte, decem legis qui verba dediſſet.
Quot digitis citharam chordas totidemq; dicauit,
Nomina vel ſignum numerum Crux ipſa notauit.
Credere quid dubitas? virtus regit omnia Chriſti.
Qui varias iunxit vno ſub carmine linguas,
Vt pecudes volucresq; Deum cognoſcere poſſint.
Hic ſonus eſt fidei, mentes qui mulcet amaras,
Sic creatura peior tanto de munere gaudet,
Offerat vt Domino, ſaluet quos gratia vocis.
Quisq; ſitit, veniat cupiens haurire fluenta.
Inuenient latices, ſeruant qui dulcia mella.

Oret pro nobis beatitudo tua Beatiſſime Papa.

XXVIII. DE ALLELVIA.

Hic etiam quod ad Damaſum ſpectat, non omittendum, S. Gregorium tradere, ex Hieroſolymorum Eccleſia per S. Hieronymum Damaſum accepiſſe, vt Romana Eccleſia concineret *Alleluia*: ſunt enim hæc verba Gregorij *c*: *Vt Alleluia hic diceretur, de Hieroſolymorum Eccleſia ex Beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damaſi Papæ traditum tractum*, ita ipſe. Quod quidem non ſic accipiendum eſt, vt tempore Damaſi cani cœptum ſit Romæ *Alleluia*, ſed vt caneretur extra Paſchale tempus, vt idem Gregorius ſupra declarat: nam huius vocis vſum Romæ perantiquum fuiſſe, certum eſt: ſiquidem S. Auguſtinus *d* non recentioti vſu; ſed antiqua traditione ab Eccleſia Catholica toto Orbe diffuſa, *Alleluia* cantari ſolitum tradit. Cæterum peculiarem quendam eius vocis vſum ab Eccleſia Hieroſolymitana Romanam Eccleſiam mutuatam eſſe, poſſumus ex verbis Gregorij intelligere: eius enim vocis vſus diuerſas fuiſſe conſuetudines, idem S. Auguſtinus ad Ianuarium ſcribens affirmat *e*: idemq; alibi *f* tradit, certis tantum diebus moris fuiſſe ſolemniter decantari: diebus autē Quadrageſimæ ab eo cantico ceſſari ſolitum, alibi docet *g*. Sed habetur Apocrypha illa Hieronymi nomine ad Damaſum Epiſtola, qua dicitur, vt *Alleluia* Pſalmis omnibus affigatur.

c Greg. li. 7. ep. 63.

d Aug. in Pſal. 100.

e Aug. ep. 119. c. 17. f Aug. in Pſal. 106. g Idem in Pſal. 110.

XXIX. h Socr. li. 7. c. 19.

Quod autem de his ad Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem pertinet: hallucinatur plane Sozomenus *h*, dum ait, in ea nonniſi ſemel in anno cani ſolitum *Alleluia*: nam Vigilantium hæreſiarcham eius inſtitutionis auctorem fuiſſe, conatumq; eam Hieroſolymis introducere, teſtatur Hieronymus in eo, quem aduerſus eundem Vigilantium ſcripſit commentarium. Cæterum Romæ hiſce temporibus Damaſi & ſucceſſorum adeo frequentē vſum vocem fuiſſe receptam liquet, vt etiam in Eccleſia canerētur in funere defunctorum: tradit id ſane idem S. Hieronymus i in Epitaphio Fabiolæ, vbi ait de funere: *Sonabant Pſalmi, & aurata tecta templorum reboans in ſublime quatiebat*

i Hier. ep. 30.

Alleluia, dum scilicet agerẽtur Fabiolæ exequiæ. Extra Ecclesiam vero adeo frequens & peculiaris omnib. ista vox, vt ipsi etiam infantes in eius sonum linguam primum soluere docerentur; quod monstrat S. Hieronymus, cum de filia Paula ad Lætam matrem scribẽs *a*, tradit infantulam ore balbutiente cõsueuisse occinere *Alleluia*. Sic & Hieronymus adeo in omnium piorum ore *Alleluia* fuisse, vt agricolę etiam loco sæcularium cantionum laboris molestias eo cantico alleuarent, idem affirmat *b*: eius quoque vocis symbolo solitos conuocari monachos ad synaxim, alibi tradit *c*.

a Hier. ep. 7 & 17.

b Hier. ep. 17.

c Hier. ep. 27.

XXX. c Atq; demum, vt rursus ad Damasum reuertamur, hæc ibidem leguntur ad calcem: *Hic fecit ordinationes in Vrbe Roma quinque per mensem Decembrem, presbyteros creauit triginta & vnum, diaconos vndecim, Episcopos per diuersa loca numero sexaginta duos: Qui etiam sepultus est via Ardeatina in basilica sua tertio Idus Decembris iuxta matrem & germanam.* Porro inde translatum fuisse in Ecclesiam S. Laurentij ad Theatrum Pompeij, quæ dicta sunt superius, docent. Cessasse autem Pontificatum dies triginta & vnum, ibidem æquè legitur, quamobrem subrogationem Siricij successoris non ante sequentem annum contigisse apparet: agemus ergo de ea suo loco.

XXXI. Ad postremum autem hic subijcimus tibi eiusdẽ Damasi Epitaphium, quod ipse viuens sibi cõscripsit, pium sane: acceptum est ipsum ex perueteri Codice Bibliothecæ Treuericæ Ecclesiæ S. Petri. Exscripsit illud Christophorus Brouerus Societatis Iesv professor, Romã vero ad nos misit Nicolaus Serarius eiusdem Societatis professor, hac inscriptione prænotatum.

Epitaphium Papæ Damasi, quod sibi edidit ipse,
Qui gradiens, pelagi fluctus compressit amaros,
Viuere qui præstat, morientia semina terræ,
Soluere qui potuit Lazaro sua vincula, mortis
Post tenebras, fratrem post tertia lumina solis
Ad superos reuocare Maria donare sorori.
Post cineres Damasum faciet quia surgere, credo.

*Brouuerus

Rursum vero de loco suæ sepulturæ apud S. Martyres collocandę, nisi ipsum reuerentia abstertuisset, extat eiusdem Damasi eiusmodi Inscriptio *d*:

DAMASVS DE SVA SEPVLTVRA. *d Anteq. inscript. in Appen. pag. 171. n. 11.*

Hic congesta iacet quæris si turba piorum
Corpora sanctorum retinent veneranda sepulcra
Sublimes animas rapuit sibi regia cœli.
Hic Comites Xysti portant qui ex hoste Trophæa
Hic numerus procerum seruat qui altaria Christi
Hic positus longa vixit qui in pace Sacerdos
Hic confessores sancti quos Græcia misit
Hic iuuenes pueriq; senes castiq; nepotes
Quis mage virginum placuit retinere pudorem
Hic fateor Damasus volui mea condere membra
Sed cineres timui sanctos vexare piorum.

* Quis

Hoc eodem anno S. Augustinus, vt ipse testatur *e*, à Symmacho Præfecto Vrbi, cuius functionem hoc anno contigisse monstrauimus, Mediolanum aperiendi causa ibi ludum litterarum, & docendi rhetoricum, mittitur. Accepit libenter eam occasionem, quod docens in Vrbe discipulos parum fideles nactus esset: quippe admodum illiberaliter, cum tempus aduenisset persoluendæ mercedis, simul conspirantes nonnulli ex ipsis, effecti disertores, ad alium doctorẽ se conferebãt *f*. Porro eius Mediolanum aduentus non solum præfecturæ Symmachi consignatur, sed etiam Consulatibus Fastis. Siquidem contra Petilianũ agens *g* affirmat, Mediolanũ venisse ante Consulatum Bautonis, qui anno sequenti contigit. Sed & ex annis ætatis eiusdem Augustini id etiam exploratum redditur; nam cum alibi dicat *h* se tunc fuisse annorũ triginta adhuc, & errore Manichæorum detentum; ex præscripta quidem superius annorũ Augustini Chronographia: pl ne deprehenditur, annum ætatis eius trigesimum inchoari cœpisse hoc anno Domini trecentesimo octuagesimo quarto. Sed videamus, quid ipse de sua Mediolanum professione conscribat.

e Aug. Confes. li. 5. c. 13.

f Aug. li. 5. c. 12.

g Aug. contra litter. Petil. c. 27.

h Aug. Confes. li. 6. c. 11.

XXXII.

XXXIII. *Postquam*, inquit *i*, *missum est à Mediolano Romam ad Præfectum Vrbis, vt illis ciuitati rhetorica magister prouideretur, impertita etiam cuectione publica: ego ipse ambiui per eosdem ipsos Manichæis vanitatibus ebrios, quibus vt careremabam, sed vtrisque nescientibus, vt dictione proposita, me probatum Præfectus tunc Symmachus mitteret. Et veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum, in optimis notum Orbi terræ, pium cultorem tuum, cuius tunc eloquia strenuè ministrabant adipem frumenti tui, & lætitiam olei, & sobriam vini ebrietatem populo tuo. Ad eum autem ducebar abs te nesciens, vt per eum ad te sciens ducerer. Suscepit me fraterne ille homo Dei, & peregrinationem meam satis Episcopaliter dilexit: & eum amare cœpi primo quidem non tanquã doctorem veri, quod in Ecclesia tua prorsus desperabam, sed tanquam hominem benignum in me. Et studiosè audiebam disputantem in populo, non intentione, qua debui, sed quasi explorans eius facundiam, vtrum conueniret famæ suæ, an maior, minor ve prossueret, quam prædicabatur: & verbis eius suspendebar intentus, rerum autem incuriosus & contemptor astabã, & delectabar suauitate sermonis, quamquam eruditioris, minum tamen hilaro fcentis atque mulcẽtis, quam Tarsti erat, quod attinet ad dicendi modum. Caterum rerum ipsarum nulla comparatio: nam ille per Manichæas fallacias aberrabat, iste autem saluberrimè docebat salutem.* hactenus Augustinus de suo Mediolanum aduentu, & cum Ambrosio consuetudine: cuius concionibus paulatim est mollitus.

i Aug. Confes. lib. 5. c. 13.

Profecit vero adeo Augustinus *k*, vt quos ante errore duci deprehẽdisset, iam Manichæos penitus derelinquere animo decreuerit, non tamen vt ob id fieret Christianus, sed ad Academicos se cõferret eo namq; statu S. Monica mater eius, affectata vestigia filij, Mediolanũ veniens ipsum innenit, plurimumq; gauisa est, iam præuidens fore etiam aliquando Christianum. Adhæserant *l* Augustino gentiles eius, Alipius Hipponensis, & Nebtidius patria vicina Carthagini oriundus: horum prior Romæ ab Augustino inuentus, vna cũ ipso Mediolanum profectus est; posterior ea de causa, relicta Africa, Mediolanum se contulit, vt cum eodem Augustino conuiueret. Deducebat interea *m* Alipius eum ab vxore ducenda. Romanianus quoque municeps Hipponensis (ad quem Paulini extant litetæ) arctæ consuetudinis vsu eidem Augustino proxime accedebat. Cum inter hæc eius cõcubina in Africam, vnde venerat, rediit, relicto illi filio, quem ex eo susceperat. Adeodato. quib. solutus ille vinculis, è tenebris paulatim in lucem cœpit emergere.

k Aug. Confes. li. 5. c. 14. AVGVST. TRANSIT AD ACADEMICOS. l Aug. Confes. lib. 6. c. 13.

m Ibi. c. 13-14-15.

Interea autem Monica sanctissima fœmina pro filij salute solicita, frequens in sactis conuentibus atq; assidua in Ecclesia erat *n*. Tunc accidit, vt cũ epulas ferret ad Memorias martyrum (quæ erogari solebant in cibos pauperum, qui in Ecclesia in martyrum natalitiis ad Agapen conuocabantur: id n.non tantum in Africa fieri solitum erat, sed Romę quo q; in memoriam defunctorum, vt apparet ex Epistola Paulini ad Aletium scripta) argueretur ab Ambrosio, qui correxit id Mediolani: cuius exemplũ, docẽte postea Augustino, Africana Ecclesia secuta est, & Orbis didicit à Laodiceno Concilio. Cæterum quam citissimè sanctitas Monicæ Ambrosio innotuit; de qua sermonem habens cum Augustino congratulabatur eidem, quod sanctissimam fœminam matrẽ haberet: A qua rogatus de ieiunio Sabbati *p*, sic Ambrosius ipse respõdit, vt aliarum Ecclesiarum consuetudini non detrahens, suam seruaret, Sabbato q; ieiunaret, dum Mediolani esset; Romæ autem dum moraretur, Romanæ seruaret Ecclesiæ consuetudinem, quã summa coluit obseruantia: nam de his aliquando agens, hæc addit verba *q*: *In omnibus cupio sequi Romanam Ecclesiam.* Cæterum eiusmodi rituum diuersitates non improbari in eis, qui vna fide Catholica coniunguntur, S. Augustinus pluribus docet in Epistola ad Ianuarium.

n Aug. Confes. li. 5. c. 13. AMBROSIVS RECEPTVS AVGVSTINVM BAPTIZAVIT.

XXXIV.

o Aug. ep. 54.

p Aug. ep. 118.

q Ambr. de sacram. li. 3. c. 1.

XXXV. S. MONICA VENIT MEDIOLANI. m Aug. Confes. li. 6. c. 1. 2.

XXXVI. AVGVSTINVS RESIPISCIT TANDEM.

Cum igitur (vt ad ipsum Augustinũ redeamus) à Manichæis ipse laudabiliter defecisset, Platonicis se dogmatibus totus addixit, coluitque summopere Academicos. Vigebant tunc temporis & magnæ æstimationis erant apud plurimos Gentiles Philosophi, præsertim vero Academici; qui quasi soli essent, qui vniuersum mundum veritatis luce perfunderet; quicquid apud alios reperiri posset consentaneum veritati, id à sua ipsorum Philosophia acceptum esse inani iactantia gloriati solerent: & eo vs-

que pro-

que progressa est eorum temeritas, vt palam effutirent à Platone Christianos accepisse de fide sententias, quas Euangelista Ioannes suæ narrationis exordio præfonibus expoluisset pro miraculo omnibus contemplandas. Occurrit quam primum pesti huic grassanti S. Ambrosius, qui aduersus Academicos eruditissime disputans, eos fortissime errotis redarguit, cuius libros contra Platonē conscriptos idem S. Augustinus magnopere celebrat *a*: erat eorum librorum titulus, *De Sacramentis, siue de Philosophia*: quos idem S. Augustinus in Africam reuersus mittrad se à S. Paulino petiit *b*. Hic status erat hoc anno atque sequenti ex parte rerum Augustini, cum inter Academicos sedulo profiteretur: apud quos nihil inueniens affirmati certi, æque desperans de veritate apud eos inuenienda lassus iam, multorum annorum curriculis indagandæ veritatis causa exul effectus; quam desperat fidem Christianam, in eam conicere cœpit oculos, ipsum attentius contemplatus, num quæ in ea essent, solida firmitate subsisterent. Sed quam egregie has ipse sui animi afflictiones depromat, audi *c*:

a Augustin. de doctr. Christ. lib. 2. c. 35. & contra Iulian. Pelag. c. 7. atque Retract. lib. 2. c. 4.
b Augustin. epist. 84.
c Augustin. Conf. lib. 6. c. 11.

XXXVII. AVGVSTINVS DIVERSANS REDIT AD PORTVM.

Et ego maxime mirabar satagens ac recolens, quam longum tempus esset ab vndeuigesimo anno ætatis meæ, quo feruere cœperam studio sapientiæ, disponens ea inuenta relinquere, omnes vanarum cupiditatum spes inanes & insanias vendaces. Et ecce iam tricenariam ætatem gerebam in eodem luto hæsitans. & paulo post: *O magni viri Academici, nihil ad agendam vitam certi comprehendi potest. Imo quæramus diligentius, & non desperemus. Ecce iam non sunt absurda in libris Ecclesiasticis, quæ absurda videbantur, & possunt aliter atque honeste intelligi. Figam pedes meos in eo gradu, in quo puer à parentibus positus eram, donec inueniatur perspicua veritas*, &c. Accidit plane Augustino, ac si quis è portu soluens, vndique ventorum tui binibus exagitatus, iactetur vndique huctibus: qui diu obertans, omni spe prosperæ nauigationis amissa, nihil sibi consultius accidere posse intelligit, quam si ad portum, vnde soluerat, reuertatur: ita nēpe qui à decimo nono (vt ait) anno veritatis indagandæ cupidus, nobilis ingenii vela panderat, Manichæorum flatus impetu raptus, cæca offusus diu caligine & in incerto errans, aduertit tandem se longe longius à portu, quem quæsierat, veritatis abesse; à quo & remotius aberrasse, cum imprudens Academiam quæsiuit: sed cito sensit, quod non veritatis portus, sed re vera stătio tantum esset male fida catinis. Quamobrem magno desiderio illum cupere ac quærere portum bene cœpit, vnde male soluisset; ac licet sero, nouit tandem vere illam veritatis tutissimam mantionem, in qua primo ætatis adultæ tempore versatus erat; dum (vt ipse testatur *d*) à parentibus traditus est Ecclesiæ, factusq; catechumenus. Quonam modo autem perfectè postea fuerit assecutus certam veritatem, dicemus anno sequenti.

d Aug. de vtilit. credendi. c. 8.

Quod vero ad res pertinet Orientis: Theodosius Imperator hæreticos sæpe damnatos, sæpeq; pulsos, iterum reuertentes, seque Fidelium cœtibus in ciuitatibus insinuantes tecenti lege proscribit, ita rescribens hoc anno ad Cynegium Præfectum Prætorio *e*:

XXXVIII. THEODOSII EDICTVM CONTRA HÆRETICOS.

*Eunomiani Macedoniani, Ariani, necnon Apollinariani inter sacrarelligionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque qui harum professionum vel pontificium sibi vel ministerium vendicarunt, qui se fugaces nominis adserunt sacerdotes, quos, in crimine sacrilegione ministrorum sibi nomen imponunt; qui docere se dicunt, quod aut nescire *, aut discere sit dedecorosum; omnibus hujus Vrbis latebris indagine curiosiore perspectis, sine vlla gratiæ interuentione pellantur: in alys locis viuant, ac penitus à bonorum congressibus separentur. Dat. XII. Kal. Februarij, Constantinop. Richomero * & Clearcho Coss.* Huius quidem iterum sanciendæ legis auctor Theodosio finit Gregorius Nazianzenus, qui licet absens, turiq; paterno Arianzi solitariam vitam ageret; tamen haud potuit obliuisci plantatæ à se vineæ, Ecclesiæ scilicet Constantinopolitanæ; quam cum accepisset, dormitante Nectario eius Episcopo, ab hæreticis proculcari, ad ipsum Nectarium non sine stomacho eiusmodi literas dedit *f*:

e Leg. 11. de hæret. Cod. Theod.
* Scite *Ricimere*

Dei cura & prouidentia, quæ ante tempora nostra Ecclesias tueri solebat, vitam hanc deseruisse in vniuersum videtur. At mihi calamitatib. ita demersa & obruta est anima, vt priuatas vitæ meæ molestias nec in malorum quidem numero habeam (tot aliorum tamque graues atque acerbas, vt si cui aly accidissent, intolerabiles viderentur) verum ad solas Ecclesiæ afflictiones respiciam: quibus sanandis, nisi hoc tempore cura aliqua adhibeatur, in omnimodam desperationem sensum rei prouoluentur. Qui Arij, siue Eudoxij hæresim profitentur, haud scio, à quo in hanc amentiam audaciamque perpulsi atque incitati, velut libertate quadam arrepta, morbum suum insolenter ostentant, Ecclesias collegentes, quasi ex permissu hoc facientes, hæc Gregorius, plane illud significans, quod Theodosius in recitato edicto postea intexuit: nimirum eo procaciæ hæreticos peruenisse, vt in sua ipsorum ostentanda doctrina iactarent, dedecorosum esse nescire, quæ ipsi docerent. Et quod addit, eos ita procaciter hæresim propalare, quod illis hoc facere permissum esset; ad id sane respexit idem Imperatoris edictum, verbis illis: *Sine vlla gratiæ interuentione pellantur.* sed subdit Gregorius ad Nectarium de aliis in edicto nominatis hæreticis:

CITAT NECTARIVM ADVERSVS HÆRETICOS.

XL.

Macedoniani autem factiose contendentes, eo temeritatis & vesaniæ prorupernnt, vt Episcoporum nomen sibi ipsis adsciscant, atque in his locis appareant, caputque exerant, Eleusium suæ electionis auctorem garrientes. hos plane Theodosius eodem edicto fugillat, dum ait eosdem sibi pontificium ac ministerium earum professionum vendicasse. Sed de aliis hæc addit Gregorius: *At vero intestinum nostrum malum Eunomius parit, iam habet quoquo numero esse: verum nisi omnes in perniciem suam exitumque pertraxerit, detrimenti loco ducit. Atque hæc tamen ferenda. Quod autem ex omnibus Ecclesiasticis calamitatibus acerbissimum, Apollinaristarum licentia est: quos haud scio, quonam modo pietas tua conuentuum æque ac nos habendorum auctoritatem sibi arrogasse atque vsurpasse; passa fuerit. Quanquam autem omnino Dei beneficio mysteria diuinis institutis & eruditus, non modo recta doctrina patrocinium nosti, verum ea etiam omnia, quæ aduersus sanam & Orthodoxam fidem ab hæreticis excogitata sunt: honorificentiam tamen tuam à tenuitate nostra certiorem fieri, haud quaquam intempestiuum fuerit, mihi in manibus esse libellum Apollinarij, in quo ea, quæ astruuntur, hæreticam omnem peruersitatem excedunt. Affirmant enim,* &c. capita hæresis Apollinaris retexit, quæ nos superius recensuimus; atq; demum hæc addit: *Proinde si his, qui talia sentiunt, ea tua habere licet illud velim cogitet & expendat tua in Christo illustris prudentia, quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conueniat, eorum habendi illis potestatem factam esse, nihil aliud esse, quam eorum doctrinam nostra veriorem existimare. Nam si illis, vt pijs & Orthodoxis, ea, quæ sentiunt, docere, libereq; promulgare permittitur: quis non videt doctrinam Ecclesiæ condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re doctrinas contrarias esse veras.*

XLI.

Quo modo igitur excelsus ac præstans animus tuus ad tanti mali depulsionem & correctionem consueta libertate non vti sustinuit? Verum, etiam si nondum hoc factum est: nunc saltem inimitabilis tua omnibus numeris absoluta virtus excitetur: pientissimum q. Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio reditururum esse vtilitatis, si tale malum ad fidei sanæ euersionem per eorum libertatem lucentiamq; præualeat. hactenus ad Nectarium Theologus. Putamus quidem ipsum cum iisdem à Gregorio scriptis literis Theodosium conuenisse: quibus ille permotus, ea, quæ diximus, ad Cynegium Præfectum Prætorio festine rescripserit: etenim ex Gregorii literis illud videtur summatim rescriptum esse collectum, nisi quod loco Eunomii habet Eudoxium, quod hic notior esse, Constantinopoli, vbi Episcopus diu sedisset, Eunomio iunctus fœdere impietatis.

XLII. GREGOR. REDARGVIT PRÆFECTVM NONNIHIL VANITATIS.

Cæterum ipse Gregorius virtute præstans, qui etsi statu humilis, tamen tanquam è celsiori loco vibrare iacula in deliquentes, cum occasio opportuna daretur, minime prætermisit; non hæreticos solū Ecclesiæ Catholicæ perduelles, sed & Ecclesiæ quoque filios pranitate morum à disciplina Ecclesiastica abertātes coercuit. Cum enim (vt vel vnū de his hic reddamus exemplum) accepisset Eleusium Præfectum, sibi familiaritate coniunctum, ab Ecclesia ieiunium instituta prætermittere, vt grauis offensæ tenm, ad ipsum scribens *g*, ita redargui: *Excepi te etiam tacens, vt silentij quoque sermonem esse intelligas per calumniam se*

g Gregor. Naz. ep. 74.

proferentem. Loquar autem, quæ & amicitiæ nostræ & huiusmodi temporis conueniunt. Legibus iniurtam facis, iudex, qui non uimus. Et quo modo legis humanas seruabis, qui diuinas contemnis, ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum: ne duorum alterum tibi accidat, vt aut malus sias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, se ipsum traducere est. In summa, ô iudex, futurum scito, vt iudiceris & minus peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem. hactenus Gregorius: ex quo intelligas, quam graue piaculum duceretur, ieiunia lege Ecclesiastica institutra violare. Cuinam, rogo te, tutius tu credas, lector, sanctissimo ac doctissimo Patri talia affirmanti, & ea de causa Præfectos cor ipienti, an apostatis Christianorum fœcibus ieiunia Ecclesiastica dissoluentibus, & cuiusq; arbitrio eadem relinquentibus? esto tu iudex: certe mihi non alius quam Gregorii Deus erit, atque Gregorius ipse magister. Reliqua vero de Gregorio in eius ex hac vita discessu inferius dicenda erunt.

XLIII. Sed quid præterea hoc anno Theodosius? cohibuit Iudæos mancipia Christiana habentes, eademq; ad ipsorum superstitionem adducentes a. Hoc etiam anno, mense Septembris, sub iisdem Consulibus, eundem Theodosium auctum esse filio ex Placilla coniuge, cui nomen, Honorius, inditum fuit, auctor est Marcellinus in Chronico, necnon Socrates b, qui idem affirmat. Quo pariter anno, paulo ante natum Honorium, defunctum ait Agelium Episcopum Nouatianum, & quidem ætate decrepitum, cum memoria sit eum iam fuisse Episcopum tempore Nicæni Magni Concilii.

a l. 5. de contrah. emp. C. Theod.

b Socrat. l. 5. c. 12.

XLIV. Sed ipsum errare certum est, cum nonnisi annos quadraginta illius sedi tribuat: nam quem constat ex his, quæ tomo tertio superius dicta sunt, iam tempore Nicæni Concilii præfuisse suis Nouatianis Episcopum, anno minimum Domini trecentesimo vigesimo quinto, oportuit eum vel minimum annos sedisse sexaginta. Suffectum fuisse ex eiusdem Agelii sententia Marcianum, idem Socrates c docet; tenuisseque sedem vtq; ad annum Domini trecentesimum nonagesimũ quintum, quo Ruffini mors contigit ipse demonstrat. Magistrum hunc fuisse filiæ Valentis Imperatoris, idem tradit. Longe vero ab hoc diuersus extitit Marcianus presbyter & œconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ, licet & ipse aliquando Nouationis inhæsisset, qui claruit temporibus Leonis Imperatoris, de quo suo loco dicemus. Porro vixit his ferme temporibus Marcianus alius sanctissimus monachus in Syria apud Cyrum ciuitatem, de quo plura Theodoretus d in libro sanctorum Patrum Deum amantium, cuius natalis dies memoria perpetua consecratus, quarto Nonas Nouembris, in tabulis Ecclesiasticis perseuerat e.

c Socrat. l. 5. c. 20.

d Theod. c. 3.

e Martyrolog. Rom. ea die.

IESV CHRISTI
Annus 385.

SIRICII PAP. Annus 1. VALENTIN. 10. THEODOSII 7. IMPP.

I. AVGVST. ORAT CORAM VALENTINIANO

CHRISTI anno trecentesimo octogesimo quinto Arcadius Augusti & Bauto creati sunt Consules, ille Constantinopoli, Mediolani autem Bauto: in cuius ingressu Augustinus panegyricam habuit orationem, vt ipse testatur scribens contra Petilianum, his verbis f: *Cum ego Mediolanum ante Bautonem Consulem venerim, eique Consuli Kalendis Ianuariis laudem in tanto conuentu conspectuque hominum pro meta tunc rhetorica professione recitarem,* &c. cuius orationis occasione idem alibi statum præsentis temporis suæ animæ ærumnosæ deplorat, hæc dicens g: *Inhiabam honoribus lucris, coniugio: & tu irridebas* (Deum enim alloquitur) *Patiebar in meis cupiditatibus amarissimas difficultates, te propitio, tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere, quod non eras tu. Vide cor meum, Domine, qui voluisti, vt hoc recordarer & confiterer tibi. Nunc tibi inhæreat anima mea, quam de viscotam tenaci mortis eruisti. Quam misera erat, & sensum vulneris tu pungebas,* vt relictis omnibus conuerteretur ad te, qui es super omnia & sine quo nulla essent omnia: conuerteretur, & sanaretur. *Quam ergo miser eram, & quo modo egisti, vt sentirem miseriam meam die illo, quo cum pararem recitare Imperatori laudes* (eo enim argumento dici panegyrici in auspicatione Consulatus consueuerunt) *quibus plura mentirer, & mentienti faueret ab scientibus, easque curas anhelaret cor meum & cogitationum tabificarum febribus æstuaret: transiens per quendam vicum Mediolanensem, animaduerti pauperem mendicum, iam credo saturum, iocantem atque lætantem: & ingemui, & locutus sum cum amicis, qui mecum erant, multos dolores insanarum nostrarum: quia omnibus talibus conatibus nostris, qualibus tunc laborabam, sub stimulis cupiditatum trahens infelicitatis meæ sarcinam, & trahendo exaggerans, nihil vellemus aliud, nisi ad securam lætitiam peruenire, quo nos mendicus ille tam præcesserat, nunquam fortasse illuc venturos. Quod enim tam ille parculus & emendicatis nummulis adeptus erat, ad hoc ego tunc arumnosis anfractibus & circuitibus ambiebam ad letitiam scilicet temporalis felicitatis. Non enim verum gaudium habebat: sed & egosillis ambitionibus multo falsius querebam. Et certe ille lætabatur, ego anxius eram; securus ille, ego trepidus.* hæc de se ipse. Certe quidé etsi rhetoricis litteris adeo excultus erat, vt alios ipse doceret; dicendo tamen publice, in tanto præsertim audito. io, haud assueuerat: vnde timendi magna ipsi manabat occasio; excidit oratio illa, & quidem puro eam ipsum prudentiorem effectum scidisse, quam sciret mendaciis ex adulatione contextam.

f Aug. aduers. liter. Petil. lib. 3. c. 25.

g Augustin. Conf. li. 6. c. 6.

Porro hoc anno ipse Augustinus prorsus liber à Manichæorum delitiis & insomniis, totus erat in perscrutandis Academicis quæstionibus, sed ducens vitam (vt ait) peccatis obnoxiam, de finibus bonorum & malorum differebat cum collegis Alipio atq; Nebridio. Iam vero & Mathematicorum quo que vanitatem abiecerat, & ab ea inani scientia alios auocare conabatur, inhærescens Platoni, quem Victorinus haud pridem in Latinum conuerterat; cui plus æquo se tribuisse, postea fassus est h: perstiseq; ipse (vt ait) in illis, nisi Dominus præsto fuisset, à quo & didicit veritatẽ, quam per Apostolum Paulum i in cor eius Spiritus sanctus instillauit; atq; vt perficeretur, suasit ad Simplicianum k virum eruditum Dei sacerdotem sanctum accedere, tanræ est mationis & reuerentiæ hominem, vt pater putaretur Ambrosii (ipsum enim Ambrosium adire, & prolixius cum eo agere, ob ingruentia illius negotia, impossibile videbatur) à quo cum multa alia, tum Victorini, quam superius recensuimus, conuersionem didicit: quam mox animo exarsit ad imitandum l.

h Aug. li. 2. Retract. c. 1.

AVGVSTINVS ADIT S. SIMPLICIANVM.

i Augustin. Conf. lib. 7. c. 21.

k Augustin. Conf. lib. 8. c. 1. 2.

l Augustin. Conf. lib. 6. c. 4.

His accessit opportuna occasio à Deo parata; nam cõtigit *m* cum Potitiano Afro in cutia militante habere sermonem, discereq; vitã Antonii Magni, ex qua adeo duo viri nobiles Agentes in rebus profecerant, vt relictis sponsis, vitã delegerint solitariam. Erat tunc agens Augustinus ætatis annos triginta & vnum, vt ipse testatur *n*, cuãdo perfecte ad Christum conuersus est, cum illud affatus ingemiscens in horto *o*: *Surgunt indocti & cœlum rapiunt, & nos in doctrinis nostris sine corde ecce vbi volutamur in carne & sanguine.* cum & illud audit: *Tolle lege, Tolle lege.* lect oneque Pauli Apostoli, radiis illustratus Spiritus, quid sibi esset agendũ, plene didicit *p*, cum de suscipiendo sacro baptismate certum, firmumq; consilium in it, deq; vita casta & negotiis sæculi remota sectanda firmiter propositum stabilitur. Sed & de relinquenda schola, in qua publice rhetoricam profitebatur, animo decreuit, operecq; firmauit *q*, arreptaq; post sequentem annum oblata occasione vindemialium feriarum, fecessit in villam Verecundi grammatici, Cassiciacum dictam, vna cum matre de filiis victoria exultante, atq; Alipio amico carissimo. Ibi cum moraretur, scripsit tres libros contra Academicos *r*, de Vita beata commentarium *s*, librum de Ordine *t* & Soliloquia *u*, vt ipse testatur. Dicauit autem libros contra Academicos Romaniano prædiuiti ciui Tagastẽsi, cuius diuitiis à puertia adiutus fuerat, cupiens amicum de se adeo benemeritum ad veri cognitionem adducere. Scripsit, inquam, hæc ipse, antequam reuerteretur, vt testatur *x*.

m Augustin. Conf. li. 8. c. 6.

n Aug. in lib. 1. c. 7.

o Aug. ibi. c. 8.

CONVERSIO AVGVSTINI.

p Augustin. ibi c. 12.

q Augustin. Conf. li. 9. c. 1. 2. 4.

r Aug. cont. Academ. li. 2. c. 2.

s Aug. Retract. lib. 1. c. 1.

t Idem Retract. li. c. 3.

u Idem li. 1. c. 4.

x Idem li. 1. c. 5

II.

III.

IV.

Cæterum nequaquam eodem anno Mediolanum re-

diit,

dit, ſed vt ipſe tradit *a*, nonniſi tunc cum ad baptiſma ſuſcipiendum nomen daturus erat. Reuerſus *b* vero Mediolanum, Soliloquiis vltimam manum appoſuit, commentariumque elucubrauit de Immortalitate animæ, & alium de Diſciplinis: hæc quidem omnia ante baptiſmum, à nobis autem hic recenſita, occaſione conuerſionis eius, quâ hoc anno ipſius teſtificatione diximus contigiſſe. Cæterũ à tempore conuerſionis vſque ad baptiſmum biennium intercurriſſe, quod quidem expreſſe probatur eiuſdem Auguſtini aſſertione illa *c*, dum agit de tempore conuerſionis ſuæ: *Multi mei anni mecum effluxerant, forte duodecim anni ex quo ab vndeuicesimo anno ætatis meæ, lecto Ciceronis Hortenſio, excitatus eram ſtudio ſapientiæ*, &c. rurſus in Soliloquiis, quæ ſcripſit adhuc catechumenus, idem recolẽs tempus, quatuordecim numerat annos ab eo tempore, cum teneri cẽpit amore ſapientiæ, ait enim *d*: *Cum triginta quatuor annos agam, quatuordecim fere anni ſunt, ex quo iſta cupere deſiit*, &c. ſubdit his de eadem lectione Ciceronis Hortenſii. Sic igitur cum ab eo tempore numeret annos duodecim vſq; ad tempus, quo conuerſus eſt; ac rurſus cum ea ſcripſit nondum baptizatus, annos numeret quatuordecim: plane neceſſe eſt affirmare, annos duos & menſes aliquot à conuerſione vſq; ad baptiſmi tempus intercurriſſe, cum eſſet catechumenus, ſi dicere velimus eodem, quo conuerſus eſt anno (vt par eſt credere) dediſſe ſuum nomen Eccleſiæ, vt fieri ſolet, cum quis inter catechumenos adſcribitur. At de S. Auguſtini conuerſione hactenus: de baptiſmo autem ſuo loco dicendum erit.

V. SIRICIVS PAPA ELIGITVR.

Huius quoq; anni exordio, nempe pridie Idus Ianuarij, cum vacaſſet ſedes poſt obitum Damaſi triginta & vno diebus, Siricius Romanus ex patre Tiburtio in eius locum ſubrogatus eſt. Fuit Siricius presbyter tituli paſtoris, habuitque comminiſtros presbyterum Siſinium & Tigridem diaconum, vt legitur in antiquis monimentis eius eccleſiæ, quæ in eius reſtauratione periiſſe dolemus, quorum loco hic ex aliis documentis Siſinii atque Tigridis reddimus epitaphia, at que in primis de Siſinio his verſibus *e*:

e Antiq. inſcrip. in Appen. pa. 1173. n. 9.

Presbyter hic voluit Siſinius ponere membra
Omnibus acceptus populo dignuſq; ſacerdos
Qui ſcivit ſancte ſeruare fœdera matris
Blandus amore Dei ſemper qui viuere noſſet
Contentuſq; ſuo neſciret diuitis aulam.

& de Tigride diacono ſic: *f*

f Ibid pag. 1174. nn. 1.

Sanctus ab officio vita grauis indole priſcus
** Seculus attonitus legis præcepta ſecutus*
Nobilibus gratus quorum magis auctor amici
Carmine luctifico decorat de more ſupremo
Diaconus hic Tigrida tumulo cuſtode fouetur
Stringe dolor lacrymas querimoniſq; ſancta redemptum
Lenitam ſubito rapuit ſibi regia cœli
Dulcia nectareo promebat mella canore
Prophetam celebrans placido modulamine ſenem
Hæc fuit inſonti vita laudata iuuentus*
Inuidia infelix tandem compreſſa quieſcit
Nunc patet adſuo habet ſumpſit qui ex hoſte Trophæa.

* Et vitæ.

Ibidem & de Tigride presbytero ſic: *g*

g Ibid pag. 1175. n. 8.

Præſixo moriens naturæ munere funĕtus
Hic mea Tiburtius Presbyter oſſa loco
Sedibus en propriis mens pura & membra quieſcunt
Iſta iacent tumulo gaudet at illa polo
Pono metum de ſine meo ſpes vna ſalutis.
Nam mihi ſit Chriſtus quo duce mors moritur
Quippe ego cæleſtis captus dulcedine regni
Diuerſis reparo tecta ſacrata locis
Culmina quæ hic lapſis trabibus totumq; minando
Promeruis ſuperas latuer ire domus.

Hæc de comminiſtris Siricii Papæ, tunc quidem magnæ exiſtimationis eius tituli presbyteri. Sed proſequamur Siricii electionem, quæ quidem contigit, non ſine tumultu Vrſicini ſchiſmatici, vt indicant literæ Valentiniani Imperatoris ad Pinianum Præfectum: erat hic natus Melaniæ iunioris neptis Melaniæ ſenioris. ipſæ vero literæ ſic ſe habent, acceptæ ex codice Varicano, in quo deſcriptæ habentur epiſtolæ complures Romanorum Pontificum;

* Aug. VI. EPISTOLA VALENTINIANI IMP. * Vrſicinum

Ale Piniane cariſſime nobis.*

*Populum Vrbis æternæ gaudere concordia, & optimum eligere ſacerdotem, Populi Romani eſſe credimus inſtituti, & noſtris gratulamur aduenire temporibus. Proinde quoniam religioſum Siricii antiſtitem ſanctitatis ſic præeſſe ſacerdotio voluerũt, vt Vrſinum * improbum acclamationibus vrgerent, noſtro cum gaudio meminerimus Epiſcopum ipſe permanere, Piniane cariſſime ac iucundiſſime: ſiquidẽ magnum innocentiæ & probitatis exemplum eſt, in vna acclamatione & ipſum eligi, & cæteros improbari. Dat. VII. Kal. Martij.* hactenus epiſtola Imperatoris. Sic igitur electus Siricius, quantum temporis ſederit, dicemus in eius obitu.

Ipſo vero ſuæ ſedis exordio, nimirum hoc anno, ſub iiſdem Conſulibus, tertio Idus Februarii, Siricius Papa ſcripſit decretalem epiſtolam ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem, qui de nonnullis reb. dubiis Damaſum literis conſuluerat: ſed cum illo vita functo, eas ſucceſſor ipſius Siricius accepiſſet, ad ſingula rogata accurate ſciteque reſpondit: quæ quidem non in prouincia tantum Tarraconenſi voluit obſeruari, ſed (vt iiſdem literis ſignificatur) in Carthaginenſi, Bætica, Luſitana, atq; Gallecia cuſtoditi mandauit. Porro eius exordio epiſtolæ quam manifeſte declaratur, hoc eodem anno haud pridẽ ipſius Siricii electionem contigiſſe.

VII.

Cum autẽ non vt Damaſus fecerat, Siricius Papa in deſcribendis eiuſmodi litteris, Hieronymi opera vteretur, neq; eum, vt ille, quod par erat, amplecteretur, atq; foueret: mox Pontifex Romani deſtitutus præſidio, idẽ Hieronymus acerbiſſimos pati cœpit perſecutores; illos ſcilicet clericos, quorum mores improbos ſcriptis editis ſugillaſſet. Quamobrẽ vt ſe à concitato turbine liberaret, tranquillum cogitans portum, nempe tutam Hieroſolymæ manſionẽ; illuc nauigaturus hoc anno ab Vrbe recedens, nauim conſcenſurus, ad Romanum Portum ſe contulit. Id quidẽ hoc anno factum eſſe, ex eo perſpicuũ redditur. Cum enim ipſe teſtetur *h*, ſe pene triennio Romæ manſiſſe; pariterq; poſt obitum Damaſi receſſiſſe: conſtetque ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, veniſſe Romam ſub Conſulatu Antonii & Syagrii, anno Domini trecenteſimo octogeſimo ſecundo; ipſum hoc anno ab Vrbe oportuit receſſiſſe. Præſenti igitur anno Auguſti menſe, ad Romanum Portum ſe conferens, nauem conſcendit, prout ipſe ſatis aperte demonſtrat in Apologia aduerſus Ruffinum *i*. Sed de nauigatione agemus inferius.

HIERONYMVS RECEDIT AB VRBE.

h Hier. ep. 99.

i Hier. li. 2. aduerſ. Ruffin.

Nunc autem cauſas ipſas retexamus, quibus qui ſolutioris diſciplinæ erant Romæ clerici, inuidia & odio aduerſus eundem Hieronymum concitati ſunt: Inuidia in primis quidem exagitati, dum eius inſignis eruditio & vitæ ſanctitas, ipſorum inſcitiam & vitæ turpitudinẽ manifeſte redarguere videretur: de eiuſmodi enim cauſa Hieronymus ad Paulinianũ *k*: *Phariſæorum conclamauit ſenatus, vt nullus Scriba vel ficus, ſed omnia quaſi indicto ſibi prælio doctrinarum, aduerſum me imperitia factio conuenerit.* Quo antẽ eum perſecuti, quod ſcribens ad Euſtochium tractatum ſeu epiſtolã de cuſtodia virginitatis, cauẽdos monuit clericos lautos, delicatos, & leues, quorum eſſet periculoſa conſuetudo. qui igitur in ea tractatione propriis certiſq; coloribus penicillo Hieronymi ſe eſſe intellexerunt expreſſos, in eum magnopere exacerbati ſunt: tradit id ipſe ſcribens ad Demetriadẽ *l*, vbi ait: *Ante annos circiter triginta de virginitate ſeruanda edidi libruſ, in quo neceſſe fuit mihi ire contra vitia, & propter inſtructionem virginis, quam monebam, diaboli inſidias patefacere: qui ſermo offendit plurimos, dum vnuſquiſque in ſe intelligens quod dicebatur, non quaſi monitorem libenter audiunt, ſed quaſi criminatorem ſui operis auerſatus eſt. Verumtamen quid profuit arma eſſe exercituum reclamantium, & vulnus conſcientiæ dolore monſtraſſe? Liber manet, homines præterierũt.* Diſplicuit & Ruffino libertas illa Hieronymi in redarguendis clericis; nam ait: *Quo modo de Vrbe Roma, Deo fauente, capute Chriſtianorum, ea dicat, qua dicebantur tunc, cum Gentiles in ea populi & perſecutores Principes morabantur*, &c.

k Hieron. in præf. ad lib. Didymi de Spir. ſanct.

l Hier. ep. 8.

VIII. CLERICI ROM. VEXANT S. HIERONYMVM.

IX. ROMANI CLERICI

At hic, lector, attende, hæc à S. Hieronymo ſcripta de inſcitia Romanæ Eccleſiæ miniſtrorum, non ſic quidem accipien-

HAVD IMPERITI.

accipienda esse, prout hyperbolicus sonat sermo, omnes Romanæ Ecclesiæ clericos fuisse doctrina expertes, cum dicit, quod nullus ibi Scriba vel fictus, nempe doctor, sed Pharisæi omnes, nempe scelesti, cautela vero & hypocrisi scelera contegentes. Concedendum aliquid Hieronymo iustissima causa indignanti, qui oculos in eos tantum cõuersos habens, à quib. contumeliis & calumniis impeteretur, omnes illos prauos dixerit & imperitos. Certe quidem qui tempora hæc exacte consideratæ, intelliget plane hoc tempore coaluisse in Ecclesia Romana clericos doctrina atq; scientia claros. Nonne Simplicianus ille magnus, qui in Episcopatu Ambrosio subrogatus est, Romanæ Ecclesiæ presbyter fuit? de cuius singulari peritia hic repetendum est S. Ambrosii præclarum illud elogium *a*: *Sed quid est, quod ipse dubites, & à nobis requiras, cum fides & acquirendæ cognitionis diuina gratia totum Orbem peragraueris, & quotidiana lectioni noctu nis atque diurnis vicibus omne vitæ huius tempus deputaueris, acri præsertim ingenio etiam intelligibilia complectens? vtpote qui etiam philosophicos libros, quam à vero sint deuij, demonstrare soleas, & plerosque tam inanes esse, vt prius scribentiũ in suis scriptis sermo, quam vita eorũ deficerit.* hæc Ambrosius, qui eius opera atq; doctrina (vt dictum est) in suo Episcopatus tyrocinio indigens, ab Ecclesia Rom. missum Mediolanũ ipsum Simplicianũ accepit. Rursum quanta excultus doctrina & sapientia imbutus fuit Arsenius Ecclesiæ Rom. diaconus, quem haud pridem missum diximus Constantinopolim magistrum Arcadii Imperatoris? Dices fortasse, hos dignissimos Ecclesiæ Rom. clericos nõ fuisse tunc Romæ, cum illa Hieronymus scripsit. in fane: sed nõ propterea negaueris eiusdem Ecclesiæ fuisse alumnos atque ministros. At si de iis, qui Romæ tunc essent, agas, nonne ex clero Romano erant Anastasius & Innocentius, quorum prior successit Siricio, posterior Anastasio, amboque ab eodem S. Hieronymo commendati? Omittimus dicere de Pammachio sanctitate atq; doctrina celebri, quod inter monachos potius, quam inter clericos eum scimus adnumeratum, sicut & complures alios idem vitæ genus sectantes, quos rerum diuinarum scientia atq; prudentia S. Augustinus Romæ versatus commendat *b*.

a *Ambr. epist* 2.

b *Aug de moris Eccles. lib. 1. c. 33.*

X.

c *Hier ep. 10.* MONACHI AFFINES CLERICIS.

At licet hi monachi fuerint, hoium tamẽ laus redundat in clericos, vt idem ipse testatur S. Hieronymus, cum ait de clericis *c*: *Quasi & ipsi aliud sint, quam monachi, & non quicquid in monachos dicitur, redundet in clericos, qui patres sunt monachorum. Detrimentum pecoris, pastoris ignominia est, sicut è regione, illius monachi vita laudanda est, quæ veneratione habet sacerdotes Christi, & non detrahit gradui, per quẽ factus est Christianus.* hæc ipse, cum alias semper nequaquam gradui detrahere, sed personis, Vrbi, non Ecclesiæ: illam namq; Babylonẽ sæpe nominat, hanc fidei petram; ad quã ipse se conferens, ei communicatione inhærescere gaudet; sæpe contestans, alienũ à cœtu Fidelium esse, qui ab ea diuiditur: Vt hac ex parte habeas egregium in Hieronymo, quod imiteris exemplũ: quippe qui offensus prauis clericorũ Romanorum moribus, licet nomĩnet ipsorum collegiũ modo Senatum Phariſæorum, modo scholam eorundem; tamen nihil antiquius habuit, quam Romanæ Ecclesiæ doctrinam sequi, ipsiq; insolubili nodo coniungi: quod & aliis persuasit: nã ad Demetriadem scribens, dum Pelagianæ hæreſis venena aureo sanctitatis poculo propinantur, eam sic admonuit: *Illud, inquit, te pio caritatis affectu præmonendam puto, vt sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedræ, & supradicti viri,* nempe Anastasii, *successor & filius est, tenacẽ fidem, nec peruersam, quamuis tibi prudens callidq; videaris, doctrinam recipias.* hæc ipse: quem (si fanis) & tu imitare; nimirum, vt si velis etiam eandem, quæ sub Hieronymo erat, Romæ propagatam esse in posteros scholam, vel senatum Phariſæorum; sed & si deteriora in his, quæ ad mores pertinent, tibi fingas: cum eodem tamen Hieronymo eidem doctrinæ cathedræ te coniungas, quæ nullo potest prauorum morum labe factari contagio: cogitesque quod etsi super cathedram Moysis, imo Christi sederint scribæ & Phariſæi, illud tamen agas, quod Dominus docuit dicens illa sententia, nempe: *Facite quæ vobis dicunt, non quæ faciunt.* bibasque aquam de fonte puro, quamuis vas testaceum interdum

d *Mat. 23.*

esse contingat, vel qui hauriit, sit æger: otans. Sed ad institutam de Hieronymo oationem reuertamur.

XI. QVÆ IN HIERONYMVM OBICIEBANTVR.

Quæ nã vero in Hieronymũ, cum adhuc in Vrbe esset, iactabantur conuicia, licet non priuatim, sed sub cõmuni nomine monachorũ: illud in primis accipe, quod cõtigit in funere Blesillæ viduæ, S. Paulæ filiæ, quæ diutiũ viuendi gentis actipuerat: cum enim eam nimiũ S. Paula deflereꝛ, quinã susurri detrahentiũ essent, ita demonstrat *e*: *Quousq; (dicebant) genus detestabile monachorũ non Vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? matrimã miserabiliter seduxerunt, &c.* & illud *f*: *Nos, quia serica veste nõ vtimur, monachi iudicamur; quia ebrij non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentes vocamur & tristes, si tunica nõ candurit, statim illud è trito: Impostor & Græcus est.* hæc & alia ad genus plura, cum sub nomine monachorum ipse Hieronymus carperetur.

e *Hier. ep. 27.*

f *Hier. ep. 25.*

XII.

Cæterum quis æquo animo ferat impostorum absurda mendacia, quib. tradiderunt Hieronymum mulieb ri indutum veste ab Vrbe expulsum? sub Augustini falso nomine frigidus ille fictor ista commentus est, qui cum in aliis sermonibus editis multa delira, vana, & fabulosa sub tanti Patris nomine imprudenter effutiat, in eo ipso g vbi ista somniat, qualia quamve portentosa mendacia blateret, superius dictũ est. Sed nihilo prudentior incertus auctor ille, qui compingens S. Hieronymi vitam, vna cũ aliis mendaciis istud ipsum præteriisse noluit, eadẽ prorsus de S. Hieronymo scribens. O quanti emisset ista Ruffinus, si quis talia suo tempore excogitasset, dum leuiora quæque mendacia, quæ in Hieronymũ quoquo modo esse iactata audisset, ignominiæ à se contextæ coronæ connexit! A deo vt ad impostũram hanc refellendam, illud sufficiẽs esse dicatur argumentum, quod Ruffinus istud non inuexit in eum, quod in fronte fuerat colloeandum: vnde certum commentũ fuisse probetur: cum præsertim res tanta in tantum vitum, locoq; tali admissa, nec angulum Orbis præteriisse potuerit, vbi non scitetur. Cæterũ quæ re vera ipsum post Damasi obitũ à calumniantibus fuerunt obiecta, acstimulante odio atq; inuidia perpetrata: idem ipse ea epistola, quam nuper in Portu Romano conscensurus conscripsit, exacte recensetur: ad Asellam enim nobilem Romanam virginem, Christo dicatam, vita sanctissimam, cuius post obitum res præclare gestas conscripsit, hanc epistolam dedit, hic necessario recitandam *h*:

g *Apud Aug. ad frat de ord. ser. 24.* VANA COMMENTA DE S. HIERONYMO CONFICTA.

h *Hier ep. 99.*

XIII. HIERONYMI EPISTOLA AD ASELLAM.

Si tibi putem gratias à me referri posse, non sapiam. Potens est Deus super personam meam sanctæ animæ tuæ restituere, quod meretur. Ego enim indignus nec æstimare vnquam potui, nec optare, vt mihi tantum in Christo largireris affectum. Et licet me sceleratum quidã putent, & omnibus flagitiis obrutum, & pro peccatis meis etiam hæc parua sint: tamen tu bene facis, quod ex tua mente etiam malos bonos putas. Periculosum quippe est, de seruo alterius iudicare, & non facilis veniæ; prauæ dixisse de rectis. Veniet, veniet illa dies, in qua & mecum dolebis, ardere non paucos. Ego probrosus, ego versipellis & lubricus, ego mendax & satanæ arte decipiens. Quod enim est tutius, hæc vel credidisse, vel finxisse de insontibus, an etiam de noxiis credere noluisse? Osculabantur mihi manus quidam, & ore vipereo detrahebant: & dolebant labris, corde gaudebant. Videbat Dominus & subsannabat illos, & miserum me seruum suum futuro cum eis iudicio reseruabat. Aliis incessum meũ calumniabatur & risum, & ille vultui detrahebat, hic in simplicitate aliud suspicabatur. Pene certe triennium cum eis vixi: multa me virginum crebra turba circumdedit: diuinos libros, vt potui, nonnullis sæpe differui. Lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid vnquam in me aliter senserint quam Christianum deceb at? Decumam cuiusquam accepi: munera vel parua, vel magna non spreui? in manu mea assertum insonuit? obliquus sermo, oculus petulans fuit?

XIV.

Nihil mihi aliud obiicitur, nisi sexus meus: & hoc nunquam obijcitur, nisi cum Hierosolymana Paula & Melania proficiscuntur. Esto, crediderunt mentienti: cur non credunt neganti? idem est homo ipse, qui fuerat; fatetur insontem, qui dudum noxium loquebatur. Et certe veritatem magis exprimunt tormenta, quam risus: nisi quod facilius creditur, quod aut fictum libenter audiuit, aut non fictum, vt fingatur, impellitur. his S. Hieronymus plane demonstrat aliquem adeuersus se oblocutum, crimenque aliquod in eum effinxisse, eundemque in iudicio sub tot-

mentis

mentis coactum dicere veritatem, penitus negasse, quod dixerat, sicque dimissum, vt nec opus fuerit Hieronymo causam dicere. Sed subdit: *Antequam domum S. Paulæ nossem, totius in me Vrbis studia consonabant: omnium pene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar: beatæ memoriæ Damasus meus seruo erat: dicebar sanctus, dicebar humilis & desertus. Nunquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? Nunquid me vestes seric, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset eleuare mentem, nisi lugens atque ieiunans, squalleus sordibus, fletibus, pene cæcata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem Sol sæpe deprehendit? enimuero canticum psalmi, sermo Euangelium, delicię continentia, vita ieiuniorum? Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quam manducantem nunquam vidi? Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cœpi: omnes me illico deseruere virtutes. O inuidia primum mordax tuus! ô satana calliditas semper sancta persequens!*

XV. *Nulla alia Romanæ Vrbi fabulam præbuerunt, nisi Paula & Melaniæ: quæ contemptu facultatibus, propinquis, deserto, Crucem Domini, quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. Si balneas peterent, vnguenta eligerent, diuitias & vilitatem haberent materiem luxuriæ & libertatis; domina vocarentur & sanctæ: nunc in sacco & cinere formose volunt videri, & in gehennam ignis cum iactantia & pudore descendere, videlicet non licet eis, applaudente populo, perire cum turbis.* Quod ad Melaniam spectat: cum eam vidnam nominet, haud dubium ipsum intelligere de Melania seniori; iunioris enim viuebat adhuc vir Pinianus: Nec sic quidem eius hic meminit, quasi tunc Romæ esset, quam iam plures ante annos vidimus in Ægyptum primo, inde vero Hierosolymam esse profectam, ibique in præsenti vitam agere: Sed idcirco eius meminit S. Hieronymus, quod tum eius migrationis Hierosolymam occasione, tum Paulæ idem iter capessentis, quo & tendebat ipse Hieronymus, detractores eam calumniandi ansam arripuissent. At subdit:

XVI. *Si Gentiles hanc vitam carperent, si Iudæi, haberent solatium non placendi eis, quibus displicet Christus. Nunc vero, probe nefas, homines Christiani, prætermissa domorum suarum cura, & propriæ oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quærunt: lacerant sanctum propositum, & remedium pœnæ sua arbitrantur, si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntium, si multitudo peccantium. Tibi placet lauare quotidie: alius has munditias sordes putat. Tu attagenem vultas, & de comisso accipensere gloriaris: ego fabæ ventrem impleo. Te delectant cachinnantium greges; me Paula, Melaniæq; plangentes. Tu aliena desideras: illa contemnunt sua. Te delibuta mulle vna delectant: illa potant aquam frigidam sitientem. Tu te perdere existimas, quicquid in præsenti non habueris, comederis, deuoraueris: illæ futura desiderant, & credunt vera esse, quæ scripta sunt. Esto inepte & inaniter, quibus resurrectio corporum persuasit, quid ad te? Nobis è contrario tua vita displicet. Bouo tuo crassius sis: me macies delectat & pallor. Tu tales miseros arbitraris, nos te miserabiliorem putamus. Par pari refertur, & inuicem nobis videmur insanire.*

XVII. *Hæc, mi domina Asella, cum iam naues conscenderem, raptim flens doleniq; conscripsi, & gratias ago Deo meo, quod dignus sim, quem mundus oderit. Ora autem, vt de Babylone Hierosolymam regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonosor b. sed Iesus filius Iosedech: veniat Esdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriam meam. Stultus ego, qui volebam cantare c canticum Domini in terra aliena, & deserto monte Sina, Aegypti auxilium flagitabam: non recordabar Euangelij d, quia qui de Hierusalem egrediebatur, latim incidit in latrones, spoliatur, vulneratur, occiditur. Sed licet sacerdos despiciat atque leuites; Samaritanus ille misericors est: cui cum dicerentur e: Samaritanus es, & dæmonium habes: dæmonium reuera, Samaritem se non negauit, quia quem nos custodem, Hebræi Samaritem vocant. Maleficum quidam me garriunt: titulum fidei seruus agnosco. Magum vocant & Iudæi Dominum f meum. Seductor & Apostolus dictus g est. Tentatio me non apprehendat, nisi humana. Quota autem pars angustiarum perpessus sum, qui Cruci muto? Infamiam falsi criminis imputarunt: sed scio, per h bonam & malam famam peruenire ad regna cœlorum. Saluta Paulam & Eustochium, velit nolit mundus, in Christo meas. Saluta matrem albinam sororemq; Marcellam. Marcellinam quoq; & sanctam Felicitatem, & dic eis: Ante tribunal Christi simul stabimus: ibi apparebit, qua mente quis vixerit. Memento mei, exemplum puduitæ & virginitatis insigne, sanctuq; mariti precibus mitiga.* hactenus Hieronymus ad Asellam.

Quod vero vides nullam ab eo salutationem impetriti Melaniæ, satis indicatur, quod dictũ est, ipsum intelligere ea epistola de Melania seniore iam dia ante Hierosolymã profecta, ibiq; commorante. Quod insuper eadé epistola meminit de Paula Hierosolymã proficiscente: intelligis ex his pariter eiusdé S. Hieronymi modestiã, dum noluit nauigare cũ ea; sed præueniens ipsam, licet in sarcinis occupatã, Romæ reliquit. Porro qui fuerint ipsius Hieronymi in nauigatione comites, & quãdo soluerit è portu, id ipse in Apologia aduersus Ruffinũ his verbis describit: *Vis nosse profectionis meæ & Vrbe ordinem? Narrabo breuiter. Mense Augusto, stantibus etesiis, cũ S. Vincentio presbytero, & adolescente fratre* (Paulinianus hic erat, quem vltimo loco natum, Romæ dum esset, ad se vt veniret, accersiuit) *& aliis monachis, qui nunc Hierosolymis commorantur, nauim in Romano portu fecerus ascendi, maxima me sanctorum frequentia prosequente. Veni Rhegium: in Scylæo lectore paululum steti, vbi veteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Vlyssis cursum, & Sirenarum cantica, & insatiabilem Carybdis voraginem. Cumq; mihi accola illius loci multa narrarent, dirorumq; consilii vt non ad Proteï columnas, sed ad Ionæ portũ nauigarem: illũ enim fugientium & turbatorum, hunc securi hominis esse cursum: malui per Maleas & Cycladas Cyprũ pergere, vbi suscepimus à venerabili Episcopo Epiphanio, cuius in testimonio gloriatur, veni Antiochiam, vbi fruitus sum cõmunione Pontificis cõfessorisq; Paulini: & deductus ab eo, media hieme & frigore grauissimo, intrani Hierosolymam. Vidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobaui.* hactenus Hieronymus de suo aduentu Hierosolymam; iter vero eius in Ægyptum prosequemur anno sequenti, quo contigit.

XIIX. PROFECTIO HIERONYMI HIEROSOLYMAM.

i *Hier. Apologo. aduer. Ruffin.*

XIX. Sed quæ illa miracula, antea tantum audita, nondum visa, quę tunc primum ipsum oculis perspexisse contigit? fortasse illa, quæad sepulchra sanctorũ fieri solita scribit in epitaphio k Paulæ his verbis, dum agit de ipsa Paula loca sancta Palæstinæ visente: *Cernebat variis dæmonis rugire cruciatib. & ante sepulchra sanctorum vlulare homines more luporũ vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum: alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensisque pede fœminas, vestes assurere in faciem.* hæc ibi. His similia narrat S. Hilarius libro de Synodis, necnon S. Paulinus l, atq; Seuerus m, qui de fœminis arrepitiis illud addunt, quod licet pedibus supensæ essent, deorsum capite, nihilominus vestes inhærerent diuino miraculo pedibus, quo fœmineo esset pudori consultum.

k *Hieron. epist. 27.*

PRODIGIOSA DÆMONVM ENERGVMENIS.

l *Paulin. in Natal. S. Felic. 7.*

m *Seuer. dial. 1.*

Paula aũt cũ Eustochio filia haud dia profectioné distulit; sed quamprimũ in portu Romano nauem conscendens eadé prorsus via, qua Hieronymus, nauigauit in Orientẽ. Vt autem hæc certo cognoscas: quod ad tempus pertinet, illud in primis accipe. Cum idé S. Hieronymus affirmet, defunctam esse Paulam Consulib. Honorio sextum & Aristeneto; rursumq; dicat, eandem Hierosolymis cõmorata esse annos viginti; vtiq; affirmare necesse est, hoc anno eam Hierosolymam profectam esse. Vis & scire quanto ante Hieronymus præuenerit Paulæ aduentum Hierosolymã illud accipe: ipsum de se testa in media hyeme & grauissimo frigore Hierosolymã intrasse: cum de Paula tradat o, media hieme profectam esse Antiochia Hierosolymã versus. Quod vero de se ait (ne hoc prætermittamus) à Paulino Antiochiæ fuisse susceptum, & ab eo deductũ: ne putes ipsum vna cũ Hieronymo Hierosolymam pertexisse, sed quod moris esset à temporibus Apostolorum, quos Christiani susceperint hospitio, eosdé ad aliquod viæ spatium, cum discederent, comitari, tecũdum illud Ioannis epistolæ p: *Fideliter facis, quod operaris in fratres, & hoc in peregrinos, deducens digne Deo.*

XX. PAVLA QVANDO PROFECTA EST HIEROSOLYMAM.

n *Hier. Apolo. aduer. Ruffin.*

o *Hier. ep. 27.*

p *Ioan 3.*

Quod autem ad Paulæ ex Vrbe profectionem spectat: dignum plane Christiana fide spectaculum Roma tunc vidit, fœminam Consularem, patriæ parentum q; splendorem, diuitias, caraque pignora amplius non reuersuram relinquere, atq; vna cum virgine filia Christo dicata, ad Christi cunabula per tot maris sparia & vitæ discrimina nauigare. At quãta animositate? Audi Hieronymum q

XXI. DIGNVM PAVLÆ CONSTANTIÆ EXEMPLVM.

q *Hier. ep. 27.*

a *Luc. 16.*

b *Agg. 1. 2.*

c *Hier. 42.*

d *Luc. 10.*

e *Ioan. 8.*

f *Mat. 3. & 2. Cor. 6.*

g *1. Cor. 10.*

Descendit, inquit, ad Portum, fratre, cognatis, affinibus, & quod his maius est, liberis prosequentibus, & clementissimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu nauis in altum protrahebatur, parvus Toxotius supplices manus tendebat in littore: Rufina tam nubilis, vt suas exspectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat: & tamen illa siccos tendebat ad cœlum oculos, pietatem in filios pietate in Deum superans. Nesciebat se matrem, vt Christi probaret ancillam: torquebantur viscera, & quasi à suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat. in eo cunctis admirabilior, quod magnam vinceret charitatem; Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quam parentes à liberis separari: Hoc contra iura naturæ plena fides patiebatur, immo gaudens animus appetebat, & amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, quæ & propositi & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Subcabat interim nauis mare; & cunctis, qui cum ea vehebantur, littora respicientibus, ipsa auersos tenebat oculos, ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fatior, nulla sic amauit filios; quibus, antequam proficisceretur, cuncta largita est, exheredans se in terra, vt hereditatem inueniret in cœlo. hæc de illa, cum soluit è portu, Hieronymus. Quænam, rogo, vnquam Gentilium Romanarum nobilium fœminarum tale pro religione specimen edidit? cum alioqui in Ecclesia Dei, non vnius solum Paulæ, sed innumerabilium propemodum dixerim mulierum fortissimarum exempla legantur. Paulæ autem peregrinationem Hierosolymam vsque, idem Hieronymus scriptis prosecutus est. Conueniemus nos eam variis occasionibus sæpius futuris temporibus. Sed quæ sunt reliqua anni huius, prosequamur.

XXII. CONCILIVM BVRDEGALENSE.

Hoc item anno aduersus Priscillianum cogitur Concilium Burdegalense, à quo idem hæresiarcha appellauit ad Maximum tyrannum, à quo cum suis occiditur. *Sub eodem namque Arcadij atque Bautonis Consulatu* (inquit Prosper in Chronico) *Priscillianus in Synodo Burdegalensi, se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, auditusq; Treueris ab Euodio Præfecto Prætorio, ab eodem Maximo gladio addictus est cum Euchrocia Delphidij rhetoris coniuge, & Latroniano, aliisq; erroris consortib. Quo tempore Burdegalæ quadã Priscilliani discipula, nomine Vrbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.* hæc Prosper summatim rem gestam complexus. Porro Seuerus *a* post recensita, quæ acta sunt in causa Priscillani sub Gratiano, quæ suo loco superius retulimus, de his, quæ acciderunt sub Maximo tyranno ita prosequitur, vsque ad dictorum necem, narrationem: *Iam rumor incesserat, Clementem Maximum intra Britannias sumpsisse Imperium, ac breui in Gallias erupturum. Ita tum Ithacius, Episcopus oppugnator Priscillani, statuit, licet rebus dubiis, nouo Imperatoris aduentum expectare: interim sibi nihil agitandum. Igitur vbi Maximus oppidum Treuerorum victor ingressus est: ingerit preces plenas in Priscillianum ac socios eius inuidiæ atque criminum. Quibus permotus Imperator, datis ad Præfectum Galliarum, atque ad Vicarium Hispaniarum literis, omnes omnino, quos labes illa inuoluerat, deduci ad Synodum Burdegalensem iubet.*

a *Seuer. li 2.*

XXIII. PRISCILLIANVS CVM SVIS AD MAXIMVM.

Ita deducti *Instantius & Priscillianus: Quorum Instantius prior in sua causam dicere, postquam se parum expurgabat, indignus esse Episcopatu pronunciatus est, Priscillianus vero, ne ab Episcopis audiretur, ad Principem prouocauit. Permissumque id nostrorum inconstantia: quia aut sententiam irrefragantem ferre debuerant, aut sibi ipsi suspecti habebantur, aliis Episcopis audientiam reseruare, non causam Imperatori de tam manifestis criminibus permittere. Ita omnes, quos causa involuerat, ad Regem deducti: secuti etiam accusatores Idacius & Ithacius Episcopi, quorum studium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plus, quam oportuit, certassent. Mihi mea quidem sententia est, mihi tam reos, quam accusatores displicere. Certe Ithacium, nihil pensi, nihil sancti habuisse definio: fuit enim audax, loquax, impudens, sumptuosus, ventri & gulæ plurimum impertiens. Hic stultitiæ eo vsque processerat; vt omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium inerat lectionis, aut propositum erat certare seuumis, tanquam Priscilliani socios aut discipulos in crimen accerseret. Ausus etiam miser est ea tempestate, Martino Episcopo, viro planè Apostolis conferendo, palam obiectare hæresis infamiam. Namque tum Martinus apud Treueros constitutus, non desinebat increpare Ithacium vt ab accusatione desisteret; Maximum orare, vt sanguine infelicium abstineret: satis superq; sufficere, vt Episcopalis sententia hæretici iudicati, Ecclesiis pellerentur: nouum esse & inauditum nefas, vt causas Ecclesiæ Iudex sæculi iudicaret.*

XXIV. PRISCILLIANVS CVM SVIS IVDICTVS GLADIO.

Denique quo adusque Martinus Treueris fuit, dilata cognitio est, & mox discessurus egregia auctoritate à Maximo elicuit sponsionem, nihil cruentum in reos constituendum. Sed postea Imperator, per Magnum & Rufum Episcopos deprauatus, & à mitioribus consiliis deflexus, causam Præfecto Euodio permisit, viro acri & seuero: Qui Priscillianum gemino iudicio auditum, conuictumque maleficij, nec dissentem obscœnis se studuisse doctrinis, nocturnos etiam turpium fœminarum egisse conuentus, nudumq; orare solitum: nocentem pronunciauit, redegitq; in custodiam, donec ad Principem referret.

Gestis ad Palatium delatis, censuit Imperator Priscillianum sociosque eius capitis damnari oportere. Ceterum Ithacius videns, quam inuidiosum sibi apud Episcopos foret, si accusator * etiam postremis rerum capitalium iudiciis astitisset (etenim iterari iudicium necesse erat) subtrahit se cognitioni frustra, calido iam scelere perfecto. At tum per Maximum accusator apponitur Patricius quidam Fisci patronus. Ita eo insistente, Priscillianus capitis damnatus est, vnaque cum eo Felicissimus, & Armenius, qui nuper à Catholicis, clerici Priscillianum secuti, defecerant. Latronianus quoq; & Euchrocia gladio perempti. Instantius, quem superius ab Episcopo damnatum diximus, in Sylinam * insulam, quæ vltra Britanniam sita est, deportatus.

* accusato

* Siluinam

XXV.

Itum deinde in reliquos, sequentibus iudiciis, damnatique Asarinus, & Aurelius diaconus gladio: Tiberianus, ademptis bonis, in Sylinam insulam datus: Tertullus, Potamius, & Ioannes tanquam viliores persona, & digni misericordia, quia ante quæstionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias relegati. Hoc fere modo homines luce indignissimi, pessimo exemplo necati, aut exilijs mulctati: quod initio iure iudiciorum & egregio publico exemplo defensum, postea Ithacius in turgis solitus, ad postremum conuictus, in eo retorquebat, quorum id mandato & consilijs effecerat: solus tamen omnium Episcopatu detrusus Nardacius, licet minus nocens, sponte se Episcopatu abdicauerat: sapienter id & verecunde, nisi postea amissum locum repetere tentasset. Ceterum Priscilliano occiso, non solum non repressa est hæresis, qua illo auctore proruperat, sed confirmata, latius propagata est. namque sectatores eius, qui eum prius vt sanctum honorauerant, postea vt martyrem colere cœperunt. Peremptorum corpora ad Hispanias relata, magnisque obsequijs celebrata eorum funera. Quin & iurare per Priscillianum, summa religio putabatur: ac inter vestros perpetuum discordiarum bellum exarserat, quod iam per quindecim annos fœdis dissensionibus agitatum, nullo modo sopiri poterat. Et tunc cum maxime discordijs Episcoporum turbari aut misteriosa omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconstantia, inuidia, factione, libidine, auaritia, arrogantia, somno, desidia essent deprauata; postremo pleres aduersus paucos bene consulentes, insanis consilijs & pertinacibus studijs certabant. Inter hæc plebs Dei, & optimus quisque probro atque ludibrio habebatur. hactenus Seuerus: qui sub Stiliconis Consulatu eam se scripsisse historiam superius demonstrat.

PRISCILLIANVS COLITVR A SVIS.

XXVI. b *Lanin. Pacat. Pan.* QVÆ PACATVS IN MAXIMVM OB NECEM HÆRETICORVM. * trahereturr

Exprobrata fuit in Maximum à Pacato *b* in Panegyrico Theodosio dicto horum cædes, dum ait: *Sed nimirum graues fuberant, inuidiosaque causa, vt vnco ad pœnam Clarissimi matrona raperetur**: obiiciebatur enim, atque etiam exprobrabatur mulieri viduæ nimia religio & delegentius cultus diuinitatis. *Quid hoc maius poterat intendere accusator sacerdos? Fuit enim, fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus Antistites, re vera autem satellites atque adeo carnifices, non contenti auitis euoluisse patrimonijs, calumniabantur in sanguinem, & vitas premebant reorum iam pauperum. Quinetiam cum in iudicijs capitalibus astitissent, cum gemitus & tormenta miserorum auribus ac luminibus hausissent, cum lictorum arma, cum damnatorum frena tractassent pollutas pœnali manus contactu ad sacra referebant, & cæremonias, quas incestauerant mentibus, etiam corporibus inquinabant. Hos ille Phalaris in amicie habebat: his in oculis eius atque etiam in osculis erant; nec iniuria, à quibus tot simul votiua venebant, auaro diuitum bona, cruento innocentium pœna, impio religionis iniuria.* hæc Pacatus, nullum Gentilis homo delectum habens inter Catholicos & hæreticos, putans superstitiosos

Gnosti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gnoiticos Priscillianistas, Christianæ religionis exactissimos fuisse cultores.

XXVII. LAYRONIANVS PORTA. a Hier. de Scrip. Eccl. in Matronian.

Quod vero ad Latronianum pertinet, quem eadem ex causa vna cum Euchrocia gladio necatum cum Seuerus, tum Prosper affirmant apud S. Hieronymum Matronianus legitur: de quo a ait: *Matronianus provincia Hispaniæ vir valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treueris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrocia eiusdem factionis auctoribus, extant eius ingenij opera diuersis metris edita.* Meminit idem S. Hieronymus de Prisciliano, cum ait b: *Quid loquar de Priscilliano, qui & sæculi gladio & totius Orbis auctoritate damnatus est?* & alibi c de eodem tradit, edidisse multa opuscula, habuisseq; defensores, qui eum excusarent non sensisse cum Gnosticis, sicut aduersarii fuerant criminati. Sed frustra ab impietate vindicare curarunt hominem, quem opera probrosa condemnarunt, cuius sordes putidarum libidinum nec Bætis Tagusque ablnere valuissent.

b Hier. aduers. Pelagian. c Hier. de Scrip. Eccl.

XXVIII. DE TIBERIANO PRISCILLIANISTA. d Hier. de Scrip. Eccl.

De Tiberiano quoque Bætico, quem Seuerus eadem ex causa relegatum à Maximo dicit in insulam Sylinam, idem Hieronymus agit his verbis d: *Scripsit pro suspicione, qua cum Priscilliano accusabatur hæreseos, apologeticum, tumenti compositoq; sermone. Postea, post suorum cades tadio victus exilij, mutauit propositum; & iuxta sanctam scripturam, canis reuersus ad vomitum suum, deiectam Christo virginem, matrimonio copulauit:* hæc ipse, idemque in Chronico meminit cuiusdam Tiberiani viri diserti, qui anno tricesimo Imperij Constantini Præturæ titulo Gallias administrabat, quem ob temporis discrepantiam ab hoc putamus esse diuersum.

XXIX. CVR IMPROBATVM SVPPLICIVM HÆRETICORVM.

Quod autem impurissimorum hominum condemnatio, qui ob turpissima scelera etiam Gentilium Imperatorum legibus iustissime gladio feriendi erant, notam inusserit indelebilem Episcopo accusatori: illa inprimis causa præcessit, quam ex Seuero reddidimus, nimirum accusatorem fuisse huiusmodi, qui odio potius, quam diuinæ legis zelo commoueretur, quod ipse voluptuosus quosque ieiunantes etiã Catholicos (vt accidit de S. Martino) cum Priscilliano sentire culparet; quodque itidem pœna sanguinis procul abhorreret à mansuetudine muneris pastoralis: nondum enim de Episcopo aliquo auditum in Ecclesia Dei erat, de sontibus pœnam sanguinis exegisse. Quomodo autem sequenti anno ea de causa in Gallijs, nempe Treueris, conuenerit Concilium Episcoporum, qui Ithacium communione priuarunt, suo loco dicturi sumus, vbi & Maximi factum accuratius perpendetur. Iam vero ad res Ecclesiasticas Orientales Ecclesiæ digrediatur oratio.

XXX. TIMOTHEI OBITVS, THEOPHILI ELECTIO. e Socra. l. 5. c. 12. f Pallad. in Lausiac. c. 2. g Apud Theo. Balsam. in ti. 15 de Episc. audit. C Theod.

Hoc eodem anno, iisdem Consulibus (vt auctor est Socrates e) Timotheus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos quinque, decessit, in cuius locum Theophilus suffectus est. Huius Timothei, cum Ammonem sanctissimum monachum ob auriculæ spontaneam amputationem effectum irregularem, nihilominus Episcopum ordinarit, sententia hæc fuit f: *A Iudais lex ista seruatur. Ego si dederit mihi aliquem etiam naribus truncum, sed moribus probum non eum dubitabo Episcopum facere.* Extat eiusdem apud Græcos epistola canonica g. Mentio quoq; eiusdem Timothei habetur in rescripto Theodosij Imperatoris ad Optatum Præfectum Augustalem Ægypti de Ecclesiastico iure illibate seruando, his verbis g:

XXXI. * fatigatos THEODOSIVS SALVVM VVLT IVS ECCLESIASTICVM.

*Graviter admodum mota est nostra clementia, quadam ab his, qui Episcoporum sibi nomina vendicant, perpetrata, & contra leges non minus diuinas, quam humanas improba temeritate commissa, vexatos etiam nonnullos Orthodoxorum clericos, quorum ætas huic iniuriæ à sacerdotio repugnabat, flagitatos * itineribus, quæ stationarijs deditos, atque hæc omnia per eos commissa, qui ad tegumenta frontis, sacerdotij nomine titulos præferebant. Denique lectis in consistorio precibus, quibus Episcopalis pietas aliquid postulans refragatur, denegatque: idcirco continua lege sancimus, nomen Episcoporum, vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus seruiunt, ne ad vsurpacia sint ordinariorum, siue extraordinariorum Iudicum pertrahatur. Habent illi Iudices suos, nec quicquam his publicis commune cum legibus quantum ad causas tamen Ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali auctoritate decidi. Quibus cunq; igitur mota fuerit, quæstio, quæ ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub eo Iudice litigare, qui Præsul est in suis partibus omnium sacerdotum, id est, per Aegypti dioeceses.* Optate carissime ac iucundissime. *Quare laudabilis auctoritas tua, arbitrio temperato, quicquid negotiorum aliunde incidet, terminabit, habituro Pontificium sacræ disceptationis Timotheo Episcopo, quem sibi omnes etiam suo iudicio prætulere: est enim vir cum omnium sacerdotum susceptatione venerandus, tum etiam nostro iudicio approbatus.* huculque Theodosij rescriptum, quod vtcumq; mendis sit depravatum, perspicue tamen illud insinuat, iudicia Ecclesiastica per Episcopos esse tractanda.

XXXII. DIGNA COLLATIO.

Hic, lector, accurate hominum primum, ac subinde Dei contemplare iudicium. Duo enim hic habes eodem prope narrationis contextu in eadem ferme causa Imperatorum exempla, nempe Theodosij Aug. atq; Maximi, tyranni potius digni nomine: quibus ab iisdem personis, nempe prauis Episcopis, aduersus alios collegas importuna est facta suggestio. Maximus sibi arrogat causam Episcoporũ, defert appellationi hæresiarchæ, iudicat causam, adulteros legib. sæculi gladio vindici subiicit; quod iuste irrogatum supplicium rei multorum scelerum meruissent. Sic plane iudicat Maximus: Theodosius vero longe diuerse: quippe qui infensissimo ptimum accepit animo, Episcopos deferre ad Præfectos, vel ipsum Imperatorem excessus collegarum, vel crimina inferioris ordinis sacerdotum, subterfugientes Episcopale iudiciũ. Hos reiicit Imperator, nec audiri patitur à Præfectis, quos & dato rescripto commonuit ab Ecclesiasticis iudiciis penitus abstinere, quæ ad Episcopos Ecclesiasticarum rerum ac personarum legitimos Iudices deferri mandauit. Ita se habuere in eadem ferme causa dissimilia ac prorsus inter se diuersa duorum Imperatorum iudicia. Quodnam autem horum iustius fuerit, non solum Synodali fuit postea sententia definitum, sed diuini Iudicii æqua lance libratum, & alterius iactata vitæ atq; Imperij decoratum: cum alioqui Maximus exerens, vt alter Phinees, gladium in turpissimorum hominũ necem, sanctificasse manus suas Domino, ob idq; vt Phinees perennitatem Imperij commeruisse videri potuisset: quem tamen non cædes sontiũ culpabilem reddidit, sed arrogatum sibi sacerdotale iudicium, quantumlibet Episcoporum illorum consensione delatũ: Vt intelligant omnes, quam grauius delinquant, qui illud contradicentibus sacerdotibus, sibi vendicant & extorquent. Sed iam reliqua prosequamur.

XXXIII. OBITVS PLACILLÆ AVGVSTÆ. l Marcel. in Chronic.

Eodem anno creditur defuncta Placilla Augusta, quam superiori peperisse constat Honorium, cum & sequenti anno reperiatur Theodosius Gallam coniugem accepisse i. Laudauit eam funebri oratione Gregorius Nyssenus, qua & virtutes illius pluribus prosecutus est, locum describens vbi defuncta, in Villa nimirum Scotoum dicta, quæ à tenebris nomen habens, extinguendæ lucentis egregie in Ecclesia facis videbatur esse præuncia. Meminit eiusdem Placillæ, perperam alibi scriptæ, Flacillæ, S. Ambrosius in funere Theodosij, eamque Deo coniunctã in cælis affirmat. Sed qualis quantaue esset Christiana fœmina eadem Augusta, Theodoretus k ita describit, cum Theodosij egregias virtutes eidem sanctæ coniugi Placillæ acceptas fert: *Coniux eius*, nempe Placilla, *nunquam destitit diuinas leges eidem Theodosio in memoriam redigere, seq; primum eisdem accurate ipsa erudiret. Siquidem ea non Imperatorio principatu se insolenter extulit: sed diuinum, quo flagrabat, desiderium augere studuit. Quippe beneficij magnitudo amorem erga dominum multo reddidit ardentiorem. Itaq; ad eos subleuandos, qui mutilata corpora, membraq; omnia labefactata haberent, nihil non diligentiæ & curæ adhibuit: atq; ad eos vsq; rem non seruorum, seu stipatorum opera vsa est, sed illa ipsa hoc fungi ministerio, aditu eorum hospitia, & singulis necessaria suppeditare voluit simili quoq; ratione, ecclesiarum hospitia visere, ægrotis in lecto decumbentibus curationem adhibere, trahere ollas, tusculum gustare, panem illis deferre, frangere panem, ossa porrigere, cibere pocula, omnia denique, alia munera obire, qua serui & ancillæ exequi solent. Atq; illos, qui eam ab hoc genere ministerij auocare studebant, respondit: Aurum distribuere decere Imperatorem: se autem pro ipso Imperio, ei, qui id ipsum dederat, illam operam offerre debere. Quinetiam peregrinos*

PLACILLÆ VIRTVTES. k Theod. l. 5. c. 18.

sol. bat maritodicere: Semper te, mi vir, oportet cogitare, qui olim fueris, & qui iam sis. ista assiduo animo complectens, non te ingratum ostendes erga patronum; sed imperium, quod suscepisti, iuste & legitime gubernabis: atq; eo rite administro, eum, qui ipsum donauerit, augustè sancteq; coles. Eiusmodi sermonibus semper cum viro habitu, femina virtutum animo eius mandata præclarissime commodissimè; rigauit. ista Theodoretus.

XXXIV. DE PVLCHERIÆ INFANTIS OBITV.

Genuit hæc Theodosio, præter Arcadium & Honorium, Pulcheriam: sed viuente adhuc matre Placilla, tenella infans cito decessit, in cuius funere idem Gregorius Nyssenus, qui Constantinopoli erat, habet panegyrim, de qua & in funere Placillæ matris: *Quo modo igitur*, inquit, *fecit distributionem? Cum tres essent liberi (hæc enim bonorum capita sunt) qui virtutis sexum essent apud patrem reliqui, qui regno eius præsidio essent: ad suam vero partem solam filiam pertinere existimauit.* Quanto vero odio eadem Placilla Augusta execrata fuerit impios Arianos, idem Gregorius ad cumulum eius laudum adiicit huiusmodi corollarium *a*: *Simulacrorum odium commune est omnibus, qui fidei participes sunt: sed eius præcipuum, quod Arianam infidelitatem similiter atq; simulacrorum cultum abominabatur. Nam eos, qui in creatura diuinum inesse existimarent, nihilo minora colere atque venerari putabat, quam qui ex materia simulacra efficiunt. At recte ac pie ita iudicabat. Nam qui creaturam adorat, etiam si in nomine Christi id faciat, simulacrorum cultor est, Christi nomen simulacro imponens. Idcirco cum iudicasset, quod non sit Deus rectus & nouus, quem Deitatem adorabat, qui in Patre & Filio & Spiritu sancto glorificatur. In hac fide creauit, in hac requit, apud hanc spiritum deposuit, ab hac oblata est sinui patris fidei Abrahami, iuxta sententiam Paradisi, &c.* Scite quidem per Arianos occulto tramite diabolum conatum esse restituere idololatriam, alibi idem auctor pluribus docet, nosque superius diximus ex sententia Athanasii.

a Gregor. Nyss. ora. in funo. Placil.

XXXV.

Ad postremum autem corrigendus hic error, in quem nos secuti Græcos auctores, incurisse fatemur in nomine Placillæ, de cuius obitu agimus, ita quidem Græci omnes appellant Placillam, Gregorius Nyssenus in inscriptione funebris orationis, eodem modo Socrates *b*, Sozomenus *c*, Theodoretus *d*, Suidas, Zonaras, & alii; ita etiam inemendato errore reddiderunt Latini interpretes, & alii eodem reperiuntur errore decepti, vt Panuinus *e*. Quos secuti eque nos Placillam nominauimus, quæ reuera, Flacilla dicenda est. Prodit id in primis vetus numisma, cuius hic tibi formam cudendam curauimus, quæ sic se habet.

b Socrat. li 5. c. 12.
c Sozom. li. 7. c. 6.
d Theod. li 5. c. 9.
e Panuin. de Rom. Prin l. 3.



XXXVI.

Neque dubitari potest, quin sit ipsa imago coniugis Theodosii, cum præter hanc Flacillam nulla legatur Christiana eius nominis Augusta. Docet hoc ipsum præterea Claudianus in carmine de laude Serenæ, vbi: *Flacillam Mariamq;* &c. & inferius: *Commotum Flacilla rorum.* Fuisse illi quoq; cognomen Ælia, vt in numismate habes expressum, idem docet auctor, vbi ait: *His fontibus Aelia fluxit.* Decebat & ipsa genus ab Hispania, vbi *Aelia familia* clarissima erat, ex qua pater *Aelius Hadrianus*, quem æque ex Hispania traxisse originem, Spartianus affirmat. Rursum vero in emendationibus voluminibus S. Ambrosii in funeris Theodosii oratione, *Flaccillam*, & non *Placillam*, inuenies appellatam, quem & secutus est Paulus diaconus in Appendice ad Eutropium. Confer ad hæc, quod huius neptem, Arcadii filiam, Prosper & Marcellinus in Chronicis, sub Consulatu Cæsarii & Attici, *Flaccillam* recte nominant. Idem & constat de pronepte, Theodosii minoris filia, quæ *Flaccilla* item dicitur à Marcellino, sub Consulatu Antiochi atque Bassi. At quod in corrigendis erratis hic simus, emendamus insuper, quod tres tantum diximus fuisse ex *Flacilla* Theodosio filios duos superstites, vnam defunctam *Pulcheriam*: addimus & quartã prolem ad superos æque transmissam, nempe *Gratianum infantem*, eundemq; cito ex hac vita subductum. De his namq; omnibus ista habet S. Ambrosius in oratione habita in funere Theodosii: *Nunc te Augusta memoria Theodosium regnare cognouit, quando in regno Domini Iesu Christi est, & considera templum eius: Nunc tibi Rex est, quando recipit etiam filium Gratianum & Pulcheriam iam dulcissima filia pignora, quæ hic amiserat.* hæc Ambrosius. At de Flacilla hactenus, eiusque ex Theodosio prole suscepta. Ex quib. non solum quæ sunt dicta corrigas, sed & auctores emendes, siue Latinos, siue Græcos, qui *Placillam* loco *Flaccillæ* nominant, & tres tantum tribuunt filios Theodosio Imper.

Hoc eodem anno Theodosius Imperator ad Cynegium PP. ita rescribit, fuisse idololatras iterum reuiuiscentes: *Ne quis mortalium ita faciendi sacrificij sumat audaciam, vt inspectione victoris extorum, prosagio, vana spem promissionis accipiat, vel quod est deterius: futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbiori etenim immanitate supplicij cruciatus eis, qui contra vetitum præsentium vel futurorum explorare tentauerint veritatem. Dat. VIII. Kal. Iunij Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone V. C. Coss.* sanxit hæc & alia Theodosius aduersus Gentilium superstitionis cultum, quorum meminit Augustinus *g*, necnon Ambrosius *h*, qui eius in abolendis idolis studium commendat.

g Augustin. epist. 48. *h* Ambros. in Psal. Thesd. 1. 10. de fletu C. Theod. *k* Hier. ep. 10.

XXXVII. *l. 9. de Paganis C. Theod.* LEX THEODOSII ADVERSVS IDOLOLATRAS.

Sustulit hoc patiter anno, ad eundem PP. rescribens, fidicinas ac psaltrias mulieres ciuitatum pestes: hisce enim illecebris mores ciuium corrumpebant: de his namque ait S. Hieronymus scribens ad Furiam *k*: *Fidicinas & psaltrias, & illius modi chorum diaboli, quasi mortifera Sirenarum carmina, proturba ex oculis tuis.*

XXXVIII. DE RIOTARVM INDVLGENTIA PASCHALI TEMPORE. *l. 5. de indulg. crim. C. Theod.*

Quo tempore anno Valentinianus Imperator de relaxandis vinctis Paschali tempore eiusmodi generale edictum proposuit *l*:

Nemo desideret tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis expectet. Exequantur Iudices, quod indulgere consuemus. Vbi primum dies Paschalis exteriit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula soluantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia lætitiamq; communem si dimittantur, aduertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero vel incesti reo tempore castitatis cognoscat? Quis non raptorem in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepulcro quadam sceleris immanitate non sinit. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter atq; moneta. Homicida quod fecit, semper expectet. Reus etiam maiestatis, de domino, aduersus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. Dat. V. Kalend. Mart. Mediolan. Arcadio I. & Bautone Coss. De eiusmodi sane consuetudine & lege Imperatoris meminit S. Ambrosius *m*, cum exprobrat in ipsum Imperatorem, quod Iustinæ Augustæ matris suasione, Paschatis tempore pios viros carceri manciparit, quo vincti dimitti solerent. Sed de his inferius.

m Ambros. epist. 32.

XXXIX. THEODOSIVS IMPERATOR INDVLGET INDVLGENTIAM REORVM.

Idipsum quidem, nempe vt Paschali tempore vincti relaxarentur, præstare quoq; solebant Christiani, quin Oriente regnabant, Imperatores: quod & à Theodosio æque pietatis officium exhibitum est: meminit namq; S. Ioannes Chrysostomus eiusmodi religiosæ consuetudinis, cum agit de oratione Flauiani Episcopi Antiocheni, quam Constantinopoli coram Theodosio habuit, legatione fungens pro populo Antiocheno sub gladio ira Principis periclitante: nam hæc tunc ad Theodosium Flauianus: *Recordare priorum, quando solemnitate hac*, nempe Paschali, *supernemente per totum Orbem terrarum epistolam misisti, iubentem carcere detentos dimitti, & illis ignosci criminæ: & illius humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per litteras dicebas: Vtinam mihi liceret & defunctos reuocare, & resuscitare, & ad priorem vitam reducere.* erant enim hæc verba in sanctione contexta, quæ non reperitur.

IESV CHRISTI Annus 386.

SIRICII PAP. Annus 2. VALENTIN. II. THEODOSII 8. IMPP.

I. TRECENTESIMVS octogesimus sextus Christi Annus aperitur Consulatu Honorii & Euodii: erat hic apud Maximum fungens (vt vidimus anno superiori in rebus Priscilliani) Galliarum Præfectura. Quod igitur Fastis adscriptum videas Euodium Maximi hominem, plane intelligis inter ipsum ac Theodosium & Valentinianum Imperatores pacis fœdera esse transacta; cuius quidem violator & ruptor Maximus primus fuit, vt suo loco dicetur. Quod vero ad Honorium Consulem creatum spectat, erat plane puer infans, de quo Claudianus:

——*Inter cunabula Consul*
Procuderis signans posito modo nomine Fastos,
Donatura tibi qui te produxerat annus.

Natum quidem esse Honorium anno superiori, mense Septembris, auctor est Marcellinus in Chronico: qua ratione dicendum ipsum, cum ei Consulatus traditus est, infantem fuisse quatuor mensium.

II. CONCILIVM ROMANVM. 2 Siric. ep. ad Episc. Afric. Anni vero huius exordio, nimirum ipso mense Ianuarii, celebratum est à Siricio Papa Romæ in Basilica S. Petri Concilium octoginta Episcoporum, cuius extat epistola Synodalis *a* data octauo Idus Ianuarii post Consulatum Arcadii atque Bautonis, quod scilicet nouorum Consulum nomina Romæ nondum publicis auspiciis promulgata essent. Porro in hoc Concilio nouem Papa capitulis collapsam in Africa Ecclesiasticam disciplinam restituere conatus est.

III. De Nouatianis ac Montensibus primo cautum, vt venientes ad Ecclesiam, per manus impositionem conciliarentur: hoc enim nomine Romæ noto, Montenses, Donatistas schismaticos nominat. Monuit præterea ne sacerdotes atque diaconi coniugati, cum ordinati essent, cū vxoribus permanerent. Cæterum cœlibatum sacrorum ministrorum nequaquam ex lege Siricii Papæ recens introductum esse, sed ab Apostolorum temporibus in Africa acceptum atque retentum, sibi vendicat Concilium Carthaginense *b*. Huius decreti Siricii, vt incontinentes à ministerio Ecclesiastico arcerentur, meminit Innocentius *c* Papa in epistola ad Exuperium Episcopum Tolosatum. Sunt & alia ibi statuta, quæ eadem epistola recensentur. Sed & recitata fuit hæc Siricii epistola in Concilio Teleptensi *in Africa, sub Honorio Imp. celebrato, de quo suo loco dicendum.

b Can. Carthag. 1. c. 2. *c* Innocent. ad Exup. cap. 2. * Telensi

IV. Eodem quoque mense Ianuarii Valentinianus Imperator indignum prorsus pio Principe, impulsu haud dubium Iustinæ Augustæ matris, pro Arianis eiusmodi promulgauit edictum *d*:

Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quæ temporibus diuæ memoriæ Constantij, sacerdotibus conuocatis ex omni Orbe Romano, expositaque fide ab his ipsis, qui dissentire noscuntur, Ariminensi Concilio, Constantinopoli etiam confirmata, in æternum manseræ decreta sunt. Conueniendi etiam, quibus insimus, patefcat arbitrium: sciturū hi, qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam, quod si turbulentum quippiam contra nostra tranquillitatis præceptum faciendum esse tentauerint, vt seditionis auctores, pacisque turbatæ Ecclesiæ, etiam maiestatis, capite ac sanguine sint supplicia luituri: manente nihilominus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptitie aut clanculo supplicare tentauerint. Dat. X. Kalend. Febr. Mediolani, Honorio, N. B. P. & Euodio Coss. sed Iustinæ hunc fuisse conatum, audies ex his, quæ de eadem lege habet Ruffinus *e*.

d l. 4. de fide Cath. C. Theod. LEX PRO ARIANIS DATA.

e Ruffin. li. 2. c. 16.

V. Interim dictanda aduersus fidem Patrum Imperialia decreta mandantur Beneuolo tunc Memoriæ scriniis præsidenti: sed ille, cui ab incunabulis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre, & contra Deum loqui. Tum veto ne incœptum Reginæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleret iniuncta. Ille, qui nobilior in fide esse, quam in honoribus cuperet: *Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altiorem promittis gradum? Hunc ipsum, quem habeo, tollite: tantum mihi conscientia fidei duret illæsa: Hæc dicens, ante pedes impiæ præcipientium cingulum iecit.* ita de Beneuolo Ruffinus. Erat hic patria Brixianus, à S. Philastrio Catholica disciplina optime informatus; ad quem eius successor Sanct. Gaudentius, cum mittit ad eum editos à se sermones, ista præfatur, egregium eiusdem viri factum commemorans *f*:

BENEVOLVS CONFESSOR.

f Gauden. in præfat. serm. Biblioth. Sanct.

VI. *Communis voti fuerat, vt ea, quæ diuinis eloquiis per Paschales dies proxime præteritos explanaui, coram valuisses audire. Cum enim semper, tum præcipue his diebus festis præsentia tua nobis meritò grata est in Ecclesia Brixianæ conuentu. Nam sicut honoratorum nostra vrbis, ita etiam Dominica plebis, Domino annuente, dignissimum caput es: quia non minore diligentia seruare studes Dei præcepta, quam discere, robustam Catholicæ fidei professionem præclaræ vitæ meritis aquiparare contendens, vt habeat sincera fides opera suæ puritatis nitore condigna. Qua in re maximus docentis fructus est, & immortalis vtilitas audientis dicente Apostolo* g: *Non auditores tantum, sed factores legis iustificabuntur apud Deum. Nec mirum, si hodie taliter in timore Domini conuersaris, qui nec diu percepta baptismi gratia, ita pro fidei cœlestis veritate pugnasti, vt imbutum te admirabilibus doctrinis Apostolici per omnia viri Patris nostri Philastrij, tanta constantia testimonium approbarit. Nostri namque temporis Regina Iezabel Ariana perfidia patrona simul & socia, cum beatissimum persequeretur Ambrosium Ecclesiæ Mediolanensis Antistitem; te quoque ea tempestate magistrum Memoriæ oblitum salutaris fidei arbitrata, contra Catholicas dictare Ecclesias compellebat. Quod ne faceres, vltro & promotionis politicæ dignitatem & ambitionem sæculi, gloriamque mundanam pro Dei gloria contempsisti, magis eligens priuatus viuere, quam mortuus militare.* hæc Gaudentius ad ipsum Beneuolum egregium confessorem.

g Rom. 2.

Porro ipse S. Gaudentius, qui ista præfatur ad tractatus, quos de Paschate scripsit, haud ptidem defuncto S. Philastrio, quem vidimus interfuisse cum Ambrosio Aquileiēsi Concilio, in locum eius subrogatus est, licet immatura ætate, sed præstans doctrina atq; virtutibus: verū quali quantaue adhibita vi, ipse declarat in sermonis exordio, quem de sua ordinatione tunc habuit, cum ait *h*: *Imperitia mea conscius, & ætatis ipsius immaturitatē ad sacerdotij dignitatem pudore deterritus, merito silendi licentiam à summis sacerdotibus postulabam. Metuo enim primum, ne vis verborum cœlestium exiguitatis meæ sermone tenuetur. deinde erubesco, quod tantæ expectationi optatum doctrinæ fructum præstare non valeo. Vnde imparem vestro per omnia me desiderio sentiens, omne istud totis viribus conatus sum declinare. Sed beatus pater Ambrosius, cæterique venerandi Antistites, sacramento quo temere vos ipsos obligastis, astricti, tales ad me epistolas cum vestra legatione miserunt, vt sine damno animæ meæ vltra iam resistere non valerem; cui ab Orientalibus quoque Episcopis, nisi meum ad vos reditum polliceret, salutaris communio negaretur. Tali igitur concluso articulo, & auctoritate sanctorum præsentium subiugatus, suscepi hoc summi sacerdotij munus, nec merito dignus, nec ætate aptabilis, nec doctrina maturus. Intuemini ergo, quid patiar, &c.* Sed quid hic ipse ait ab Orientalibus se excommunicandum, nisi reditum polliceretur? Accipe quæ ab eodem in alio sermone *i* traduntur: nempe in Orientem peregrinationem suscepisse pietatis ergo, & inter alia loca aduenisse Cæsaream Cappadociæ, ibique à sactis virginibus in monasterio agentibus, sacras accepisse reliquias sanctorum Quadraginta martyrum, qui sub Licinio Sebaste in Armenia passi fuerant, quas se mutuatas dicebant à S. Basilio Magno ipsorum auunculo, eius tunc ciuitatis Episcopo. Cum autem (vt dictum est) inter hæc contigerit S. Philastrium ex hac vita decedere: omnes sacerdotes eius prouinciæ, atq; potissimum S. Ambrosius, in ipsum Gaudentium, absentem licet, in electione pari consensione conspirant, firmant decretum, atq; stabiliunt iureiurando. Cum vero hæc audisset Gaudentius iam electus Episcopus, detrectare que in Occidentem reditum; missa est ab Episcopis ad ipsum legatio & ad Orientis Antistites, qua rogarunt, vt renitentem redire Gaudentiū excōmunicatione compellerent:

VII. GAVDENTII EPISCOPI BRIXIANI ELECTIO.

h Gauden. serm. in sua ordinat.

i Gauden. serm. in dedica. basil.

quod (vt vidimus) ab eisdem nauiter impletum fuit, coactuq; redire, & regimen accipere Ecclesiæ Basilicanæ. At de his hactenus, ad quæ occasione Beneuoli non inuiti digressi sumus.

VIII. PERSECVTIO IVSTINÆ IN S. AMBROS.

Porro quod eiusdem Gaudentii (vt diximus) assertione illud exploratum habeatur, tempore eiusmodi impiæ sanctionis, quam Beneuolus dictare renuit, Iustinam Augustam, quam iure nominat Iezabelem, aggressam esse S. Ambrosium persequi: hic de eadem persecutione fusius agere, temporis ratio postulat & argumentum. De qua quidem illud in primis considerandum, eandem Iustinam semper antea, etiam temporibus Gratiani, S. Ambrosio negotium facessisse, vt superius dictum est in electione Anemnij Episcopi Sirmiensis. Cæterum leuia illa quidé existimata sunt & nullius ferme momenti, vt quæ nec persecutionis nomine censerentur, respectu habito ad eam, quæ his temporibus ingruit, cum pertinacior de tradenda basilica Arianis ab ea est facta petitio, & violenta exactio consecuta. Quod enim memorato nuper impio Imperatoris edicto professoribus sacrilegii Arimínēsis data esset conueniendi facultas; solicitior Iustina fuit, vt Arianis locum, in quem iidem suæ communionis sectarii conuenirent, subreptum à Catholicis traderet: cuius rei causa tot tantæque Mediolani concitatæ sunt turbæ; quas antequam enarrare aggrediamur, de tempore exactior est habenda discussio. Scimus enim has ad tempora Gratiani à Paulino referri, quas nos sub huius anni Coss. & non ante cœptas esse contendimus.

IX. TEMPVS PERSECVTIONIS IVSTINÆ CONTRA AMBROSIVM.

Miratur cum vehementer, Paulinum clericum eiusdem Ecclesiæ Mediolanensis militantem sub Casto diacono, recensere eiusmodi persecutionem ante obitum Gratiani: At considero non ipsum præteriisse, quo potissimum tempore & anno ea acciderint: sed quod nulla in scribendo habita chronographiæ ratione, prout sibi occasio videretur oblata, res gestas pro arbitrio collocaret; narratis his, quæ à Iustina aduersus Ambrosium Sirmii acta essent, ad alia eiusdem argumenti recensenda institutam de his semel prosequitur orationem. Vnde fortasse Græcis data est errandi occasio: siquidem Sozomenus *a* ante Gratiani necem contigisse refert *a*, sicut & Nicephorus *b* atque alii hos secuti: Rufinus *c* vero contigisse tradit post obitum Gratiani: quod manifestius demonstrat Gaudentii auctoritas citata nuper iuncta edicto pro Arianis Iustinæ opera promulgato. Sed ad euidentiorem rerum demonstrationem illud in primis intelligendum est, eiusmodi persecutionem biennio perdurasse: quod euidenter constat Ambrosii auctoritate; cū agens in Auxentium Arianum, cuius nutu Iustina ad omne nefas impelleretur, præter illa, quæ tum accidisse narrat, ea quæ superiori passus sit anno, in memoriam reuocat, dicens *d*: *Superiori anno, quando ad Palatium tuū fuī petitus*, &c. Quamobrē fatendum est, persecutionem hoc anno cœptam, in annum sequentem fuisse propagatam. His igitur in hunc modum de tempore enodatis; reliquum est, vt quænam hoc anno, quæ vero sequenti à Valentiniano atque Iustina in Ambrosiū gesta sunt, æquo discriminatione disjuncta, certa certis quæq; reddamus annis.

a Sozom. l. 7. c. 13.
b Nicepho. l. 11. c. 19.
c Ruffin. l. 2. cap. 13.

d Ambr. in Auxent.

X. *e* Ambr. in Auxent.

AMBROSIVM VOCATVM AD IMP. REQVIRVNT POPVLVS.

Ipse igitur Ambrosius in nuper citato loco de rebus hoc anno gestis hæc habet *e*: *Quasi vero superiori anno quando ad Palatium sum petitus, cum præsentibus primatibus ante Consistorium tractaretur, cum Imperator basilicam vellet eripere, ego tunc aulæ contemplatione regalis infractus sim, constantiam non tenuerim sacerdotij, aut cuiuimodo iure discesserim? Nonne meminerunt, quod vbi me cognouit populus Palatium petisse, ita arserit, vt vim eius ferre non possent, quando Comiti militari cum expeditis ad fugandam multitudinem egresso, obtulerunt omnes se mei pro fide Christi? Non tunc rogatus sum, vt populum multo sermone mulcerem, sponderem fidem, quod hostilem Ecclesiæ nullus inuaderet? Et cum pro beneficio meum sit officium postulatum; tamen quod populus ad Palatium venisset, mihi inuidia commota est. In hanc igitur inuidiam me redire desiderant. Renouaui populum, & tamen inuidiam non euasi.* hactenus ipse ibi de rebus hoc anno gestis.

XI. Quidnam est autem, quod Iustina Augusta Ambrosio semper infensa, ipsum hoc potissimum anno vehementius exagitare aggressa est? dicam paucis. Morata est ipsa quidem in hoc tempus, in primis quod vtuente Gratiano erga Ambrosium propensiore, id tentare non licuit: sed nec eo defuncto: nam cum metus Maximi tyranni eam vigeret, studuit tunc de Ambrosio bene mereri, cuius inligebat opera (vt vidimus) ad Maximum coercendum & continendum in Galliis. Icto autem cum eo fœdere, quod res in tuto viderentur collocatæ; nec Deum timens, nec vitum sanctissimum verita, immemor acceptī beneficii, quo filio conciliatum esset Imperium, impulsa furore, Arianorūmq; stimulis exagitata, scelus aggreditur omnium maximum. Sed & noua illam ea causa commouit, quod suæ sectæ homines male mulctatos, indeque pulsos sciret, nec nisi ab ipsa sperare auxilium, ad quam confugissent. Etenim cum Theodosius Imperator (vt demonstrauimus) in Oriente Arianos & alios hæreticos compluribus datis edictis è ciuitatibus aliisq; locis abire iussisset: accidit, vt nonnulli ex iis, quod scirent Iustinam Augustam Arianam esse, Arianisq; fauere, fouereq; illos officiis omnibus, ad eam in Occidentem se Mediolanum conferrent. cum vero iidem immenso numero excreuissent, creuit pariter Episcopi ipsorum audacia, cū præsertim magnæ patronæ; nempe ipsius Iustinæ niteretur auxilio. Erat hic Auxentius genere Scythia, subrogatus in locum senioris Auxentii, quod cæteros doctrina antecellere videretur: sed quod sciret Auxentii nomen odiosum esse ob Auxentium seniorem ciuibus Mediolanensibus, loco Auxentii dici voluit Mercurinus; de quo eleganter Ambrosius *f*: *Vnum portentum est, & duo nomina. Etenim ne cognosceretur, quis esset, mutauit sibi vocabulū, vt quæ hic fuerat Auxentius Episcopus Arianus ad decipiendam plebem, quā ille tenuerat, se vocaret Mercurinum. Mutauit ergo vocabulum, sed perfiditam non mutauit; exuit lupam, & induit lupum. Nihil prodest, quod mutauerit nomen; quid sit, agnoscitur. Alius in Scythia partibus dicebatur, alius hic vocatur*, &c.

f Ambr. in Auxent.

XII. DVO AVXENTII, SENIOR ET IVNIOR.

Sed antequam de rebus ab eo gestis agamus, confutanda est illa sententia, qua duo Auxentii conflantur in vnum, seniorq; cum iuniore miscetur atq; confunditur. Iam pluribus alias differuimus aduersus aliquos, qui hūc iuniorem Auxentium vnum eundemq; esse putarunt cū seniore eiusdem nominis Episcopo Mediolanensi; aduersus quos satis sit modo aliquas adducere differentias, quibus alter ab altero distinguatur. Seniorem in primis Auxentium diem obiisse ante creationē Ambrosii, non Socrates g tantum, Sozomenus h, atq; Theodoretus i Græci historici absq; cōtrouersia vlla confirmant, sed & qui nouerūt ipsum, & eodem vixerunt tempore atq; scripserunt, Paulinus k, Hieronymus, l, necnon Ruffinus m expresse testantur: à quib. rem adeo perspicue probantibus desciscere, nec vel vnum antiquorum innenire contrarium affirmantem, quid aliud est, quam apertissimæ veritati contentiose nimis obniti? Rursum vero si idem cum seniori Auxentius iunior erat; quæ fuit illa causa mutandi nominis, vt Mercurinus nominari maller, cum etsi non ex nomine, ipso tamen vultu omnibus notissimus esset, vtpote qui quatuor ferme lustris (vt vidimus) Mediolani sedisset? Certe adeo notum facie hominem non superinducta mutatio tantū nominis, sed nec (quod est in fabulis) Orci galea, vel annulus Gygis occultare potuissent.

g Socr. l. 4. c. 35.
h Sozom. l. 6. c. 4.
i Theod. l. 5. c. 5.
k Paul. in vita Sanct. Ambros.
l Hieron. in Chron.
m Ruffin. l. 2. c. 11.

XIII. *n* Ambros. epist. 33.

Sed & tertium illud necessarium accedat argumentum petitum ex verbis Ambrosii, dum ait *n*: *Alius in Scythia partibus dicebatur, alius hic vocatur, nomina pro regionibus habet.* ita ipse: ex quibus apparet, hunc ipsum non Mediolani Auxentium dictum esse, sed in Scythia, quem eiusdem constat auctoritate Mediolani Mercurinum nominari; cum alioqui de seniore liqueat non alio nomine, quam Auxentii nuncupatum. His quoque addimus, Auxentium seniorem patria fuisse Cappadocē, id Arianasio *o* & aliis testantibus; hunc vero testificatione Ambrosii cōstat fuisse Scytham. Cum tot igitur alter ab altero discriminētur proprietatibus & differentiis; duos extitisse Auxentios, nemo iure poterit dubitare: illum priorem nimirum produxisse ætatem vsq; ad vltimum tempus Valentiniani

o Athanas. epist. ad Solit.

senio-

seniotis, latentem ac decipientem Impeartorem Catholico nomine: istum vero non ante auditum & cognitum, quam post obitum Gratiani, cum à Iustina contra Ambrosium elatus est.

XIV. Plures quidem causæ eiusdem Iustinæ animum in Ambrosium concitarunt, nimirum electio Catholici Episcopi ipsa refragante ante facta in Ecclesia Sirmiensi, Palladii & Secundiani veterum hæreticorum Episcoporum in Concilio Aquileiensi publice condemnato, ea cuncta vno in primis operante Ambrosio: quodque etiam cum adhuc viuente Gratiano (vt vidimus) agere cœpisset de basilica Arianis tradenda, id nunquam obtinere potuisset. Coquebat tunc hæc ipsa quidem in stomacho; sed adhuc Gratiano superstite erga Ambrosium propensiore, eo vsque opportunum minime fuit: verum nec statim illo necato, data est ipsi facultas in Ambrosium insaniendi, timore Maximi ingruente, cum opus haberet ad placandum & continendum intra limites Alpium Maximum eiusdem Ambrosii opera, quam egregie plane nauauit, vtiliterque impendit. His igitur iam cessantibus, hoc anno aduersus Ambrosium Iustina cõcitat Mercurinum, dictũ apud Scythas Auxentium, cuius quidem mutationis nominis non alia dumtaxat, quam dixímus, causa præcessit quod perosum esset Mediolani Catholicis ipsum nomen Auxentii: sed etiam quia in patria enormia scelera perpetrasset; ne ex nomine crimen infame notum omnibus redderetur, illo relicto, nouoque adscito, Mediolani dici pro Auxentio voluit Mercurinus: nam de eodé hæc ipse Ambrosius *a: Mimora fecit in Scythia, & ita erubuit, vt mutaret vocabulum: sceleratura hic ausus est; & volet, quocunq; perrexit, nomine suo prodit?* minime gentium; sed potius pro regionibus, diuersa foret nomina mutaturus. Verum haud prosuit ista muratio nominis; siquidem Auxentius vũtatius dictus est: ita enim appellant eum S. Ambrosius in publicis monumentis, atq; Hieronymus *b*, & alii omnes.

a Ambros. in Auxent.

b Hier. ep. 57.

XV. AUXENTIVS PROVOCAT AD DISPVTATIONEM AMBROSIVM. At quid hoc tempore spurius iste? audet tanquam alter Allophilus & incircumcisus Goliath, armis sæcularis potentiæ fretus, nempe fauore pollens Iustinæ Augustæ Arianorum patronæ, prodire in campum, & exprobrare agminibus Dei viuentis, Ambrosium scilicet ad publicam disputationem prouocare; cum & delegit arbitros pugnæ, quos non prodidit, sed Gentiles siue Iudæos, vel fortasse eiusdem sectæ homines Arianos, arbitrio etiam ipso Valentiniano Imper. licet catechumeno. Exhorruit Dei sacerdos fidei causam post tot Concilia arbitrio credere secularium; spreuit petulantiam hominis, ne Ecclesiæ profiteretur dignitatem; refugitque coram Imperatore adhuc catechumeno iudicante, de summa Christianæ fidei disceptare: cum Auxentius Ambrosii modestia abusus, Valentinianum adiens, cogi Ambrosium magna arrogantia ad differendum de fide in Consistorio, fultus Iustinæ Augustæ patrocinio, postulauit. Nihil denegauit ipse Valentinianus Auxentio, ne videretur renuendo, matri illi patrocinanti iniuriam irrogare. Misit c igitur Imperator ad S. Ambrosium Dalmatium Tribunum, qui eidem ad certam diem disputationem cum Auxentio habendam indiceret. Quæ cum à Dalmatio sanctus Dei sacerdos accepisset: quod decoris esset Ecclesiasticæ functionis, quodq; deceret Catholicum Præsulem, & inconcussus vigor Pontificalis exigeret, ex sententia Episcoporum, qui aderant, per libellum Valentiniano respondit: quem rerum gestarum seriem continentem, multaq; alia magni ponderis complectentem, hic describendum putamus; sic enim se habet *d*:

c Ambros. epist. 32.

d Apud Ambros. p. 32.

Clementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiniano Ambrosius Episcopus.

XVI. L. BELLVS AMBROSII AD VALENTINIANVM. *Dalmatium me Tribunum & Notarium, mandato (vt allegauit) clementiæ tuæ, postulans, vt & ipse Iudices legerem sicut elegisset Auxentius: nec tamen expressis eorum nominibus, qui fuerant postulati. Sed id addit, quod in Consistorio esset futura certatio, arbitrio pietatis iudicia tua. Cui rei respondeo, vt arbitror, competenter. Nec quisquam contumacem iudicare me debet; cum hoc asserã, quod augustæ memoriæ pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus sciis sanxit: in causa fidei, vel Ecclesiastici alicuius ordinis, eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis: hæc enim verba rescripti sunt: hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare.*

Quinetiam si alias quoque arguteretur Episcopus, & morum esset examinanda causa: etiam hanc voluit ad Episcopale iudicium pertinere. Quis igitur contumaciter respondit clementiæ tuæ? ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdam tanti Imperatoris existimatur sententia, cuius & fides conf. sionis constantia comprobata est, & sapientia meliorate Reipublicæ profectibus prædicatur. Quando audisti, clementissime Imperator, in causa fidei Laicos de Episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores: & quod Deus donauit mihi, hoc ipse aliis putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à laico: quid sequetur? Laicus ergo disputet, & Episcopus audiat, Episcopus discat à laico. At certe si vel scripturarum series diuinarum, vel vetera tempora retractemus: quis est, qui abnuat, in causa fidei, in causa, inquam, fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? XVII.

Eris, Deo fauente, etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis, qualis ille Episcopus sit, qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris ævi dicebat: Non est meum iudicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia: Ego debeo iudicare. Et ille baptizatus in Christo, inhabilem se ponderi tanti putabat esse iudicij. Clementia tua, cui adhuc emerendia baptismatis sacramenta seruantur, arrogat de fide iudicium, cum fidei ipsius sacramenta non nouerit? Quales autem elegerit Iudices, possumus existimationi relinquere, quando eorum nomina timet prodere. Veniant plane, si qui sunt, ad Ecclesiam, audiant cum populo: non vt quisquã iudex resideat, sed vt vnusquisq; de suo affectu habeat examen, eligat quem sequatur. Agitur de istius Ecclesiæ sacerdote: si audierit illum populus, & putauerit melius disputare; sequatur fidem eius: non inuidebo. Omitto quia tam ipse populus iudicauit; taceo, quia eum habet, de patre tuæ clementiæ postulauit. Taceo, quia pater pietatis tuæ quietem futuram spopondit, si electus susciperet sacerdotium, hanc fidem secutus sum promissorum. XVIII.

Quod si de aliquorum peregrinorum assentatione se iactat: ibi sit Episcopus, vnde sunt y, qui cum Episcopatu putant nomine esse donandum. Nam ego nec Episcopũ noui, nec, vnde sit, scio. Vbi illud constitutum, Imperator, quod tam ipse tuum iudicium declarasti; imo etiam dedisti leges, ne cui esset liberum aliud iudicare. Quod cum præscripsisti alijs, præscripsisti & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat. Vis ne igitur experiar, vt incipiant y, qui Iudices eliguntur, aut aduersus tuam venire sententiam, aut certe excusare, quod Imperatoris tam seuero & tam districto Imperio non potuerint obuiare? Sed hoc contumacia, non modestia est sacerdotis. Ecce Imperator legem tuam iam ex parte rescindo, sed vtinam non ex parte sed in vniuersum. Legem enim tuam nollem esse supra Dei legem. Dei lex nos docuit, quid sequamur: humanæ leges hoc docere non possunt: exterquere solent tumidu commutationem fidem inspirare non possunt. Quis erit igitur ille, qui cum legat per tot prouincias vno momento esse mandatum; vt quicunq; obuiauerit Imperatori, feriatur gladio: quicunq; Dei templum non tradiderit, protinus occidatur: quis, inquam, est, qui possit vel vnus, vel inter paucos dicere Imperatori: Lex tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et iudicauit de fide, qui aut gratiam sperat, aut metuit offensam? XIX.

Deinde ipse committam, vt eligam Iudices laicos; qui cum tenuerint fidei veritatem, aut proscribantur, aut necentur, quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut prauaricationi offeram homines, aut pœnæ? Non tanti est, Ambrosius, vt propter se deijciat sacerdotium. Non tanti est vnius vita, quanti est dignitas omnium sacerdotum, quorum de consilio ista dicta sunt, intimantibus ne forte etiam Gentilis esset aliquis aut Iudæus, qui ab Auxentio esset electus; quibus traderemus de Christo triumphum, si de Christo iudicium committeremus. Quid illos aliud, nisi Christi iniuriam audire delectat? Quid illis aliud potest placere, nisi (quod absit) vt Christi diuinitas denegetur? Cum iis plane bene conuenit Arianus, qui creaturam Christum dicit: quod etiam Gentiles ac Iudæi promptissime confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi Synodo: meritoque Concilium illud exhorreo, sequens tractatum Concilij Nicæni, à quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Quam fidem etiam XX.

parens clementiæ tuæ Theodosius beatissimus Imperator & sequiter & probauit. Hanc fidem Gallie tenent, hanc Hispaniæ, & cum pia diuortii spiritu confessione custodiunt.

XXI. *Sed tractandum est: tractarem Ecclesia didici; quod maiores fecerunt mei. Si conferendum de fide: sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino augusta memoria Principe, qui nullas leges ante premisit, sed libertum dedit iudicium sacerdotibus. Factum est etiam sub Constantio augustæ memoriæ Imperatore, paterna dignitatis hærede: sed quod bene cæpit, aliter consummatum est. Nam Episcopi sinceram primo scripserant fidem; sed dum volunt quidam de fide intra Palatium iudicare, id egerunt, vt circumscriptionibus illa Episcoporum iudicia mutarentur: qui tamen inflexam statim reuocauere sententiam. Et certe maior numerus Arimini Niceni Concilij fidem probauit, Ariana decreta damnauit.*

XXII. *Si ad Synodum prouocat Auxentius, vt de fide disputet, licet non sit necesse propter vnum tot Episcopos fatigari; qui etiam si Angelus de cœlo esset, paci Ecclesiarum non deberet præferri: cum audiero Synodū congregari, & ipse non deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamen. Venissem, Imperator, ad Consistorium clementiæ tuæ, vt hæc coram suggererem si me vel Episcopi vel populus permisissent, dicentes de fide in Ecclesia coram populo debere tractari. Atque vtinam, Imperator, non denunciasses, vt quo vellem, pergerem. Quotidie prodibam; nemo me obseruabat. Debuisti me, quo volueras, destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi à sacerdotibus dicitur: non multum interest, vtrum volens relinquas, ac tradas altare Christi. Cum enim relinqueris, trades. Atque vtinam liquido mihi pateret, quod Arianis Ecclesia minime traderetur. Sponte me offerrem tuæ potestatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiam de aliis omnibus in audiendo Ecclesiæ est præsumptum? Vtinam conformetur, vt Ecclesiis nullus molestus sit: opto, vt de me, qualis videtur, sententia proferatur. Dignanter igitur, Imperator, accipe, quod ad Consistorium venire non possim. Ego in Consistorio nisi pro te stare non didici: & intra Palatium certare non possum, qui Palatij secreta nec quæro, nec noui.*

XXIII. GENTILES IVDICES AB AVXENTIO DELECTI. *a Ambros. erat. in Auxent.* *Ego Ambrosius Episcopus hunc libellum obtuli clementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiniano.* hactenus ibi.

Porro decreuit postea Ambrosius ab Auxentio delectos fuisse Gentiles Iudices, qui de fide Christi sententiam ferrent: in quem idem S. Ambrosius sic ait *a*: *Hæc ergo, fratres, coram ipso ad vos plenius disputarem: sed certus Auxentium non ignares vos esse rectæ fidei, vestrum refugit examen & Gentiles quosdam quatuor aut quinque ferme homines elegit coæquatores sibi, si tamen aliquos elegit, quos velim adesse in cœtu omnium, non vt de Christo inducat, sed vt maiestatem audiant Christi. Tamen illi iam de Auxentio pronunciauerunt, cui tractanti quotidie non crediderunt. Quamaior eius condemnatio, quam quod sine aduersario apud iudices suos victus est? Ergo & ipsorum sententiam contra Auxentium iam tenemus; & quod Gentes elegit, iure damnandus est, quia Apostoli præcepta dumsit, cum Apostolus dicat* b: *Audet aliquis vestrum aduersus alterum habens negotium, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? &c.* inferius vero: *Conclusas vndique,* inquit, *ad versutiam Patrum suorum confugit: de Imperatore vult inuidiam commouere, dicens, iudicare debere adolescentem catechumenum, sacra scilicet ignarum, & in Consistorio iudicare hæc de his, quæ ad Auxentium pertinent.*

b 1. Cor. 6.

XXIV. CONVERSIO ARIANI. *c Paulin. in vita Sanct. Ambros.* Quod igitur (vt vidimus) Sanct. Ambrosius cum Auxentium, tum cæteros prouocasset, vt se differentem in Ecclesia continerent. Etenim tunc (inquit Paulinus c) *vt quidam vir de hæresi Arianorum, acerrimus nimium disputator, & durus atque inconuertibilis ad fidem Catholicam, ad basilicam se conferret. Is consistente in ecclesia, tractante Episcopo, vidit (vt ipse postmodum loquebatur) Angelum ad aurem Episcopi tractantis loquentem, vt verba Angeli populo Episcopus renunciare videretur. Quo viso, conuersus, fidem, quam expugnabat, cupit ipse defendere.* Quæ autem subdit de duobus cubicularijs, temporibus Gratiani contigisse diximus. At de rebus anni huius hactenus: reliqua enim persecutionis Iustinæ in Ambrosium, sequenti anno accidisse noscuntur, nosque de eius loco.

XXV. SYNODVS TREVERENSIS Hæc eodem anno habita est Synodus Treuerensis ab Episcopis partis Ithacianæ, qui ipsum Ithacium damnarunt à Theognosto Episcopo, quod apud Maximum ne-

IN CAVSA ITHACII. d Sever. Dialog. lib. 3.

cem p. ocuiasset hæreticorum (qua etiam ex causa complures Episcopi, qui & sanioris viderentur esse consilii, eiusdem Ithacij communionem vitabant) vt innocentem absoluunt, patrocinante illi Maximo Imp. Res gesta describitur à Seuero in dialogis in hæc verba d: *Veniam ad illud, quod propter notam temporum Martinus semper occultauit, sed nec celare non potuit: in quo est illud miraculi, quod facie ad faciem cum eo est Angelus collocutus. Maximus Imperator, alias sane bonus, depravatus consiliis sacerdotum, post Priscillianæ necem Ithacium Episcopum Priscillianæ accusatorem, cæteroque illius socios, quos nominari non est necesse, vi regia tuebatur, ne quis eis crimini daret, opera illius, cuiuscunq; modis hominem fuisse damnatum. Interea Martinus multis grauibus, laborantium causis ad Comitatum ire compulsus, procellam ipsam totius tempestatis incurrit. Congregati apud Treueros Episcopi tenebantur; qui quotidie communicantes Ithacio, communem sibi causam fecerant.*

XXVI. MARTIN. CIRCVMVENTVS A MAXIMO IMP. COMMVNICAT CVM ITHACIANIS. *Hu vbi nunciatum est inopinantibus adesse Martinum, totis animis labefactati, musitare & trepidare cœperunt. Et iam pridie Imperator ex eorum sententia decreuerat, Tribunos summa potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Nec dubium erat, quin sanctorum etiam maximam turbam tempestas ista depopulatura esset, parua discrimine inter hominum genera: etenim tum solis oculis iudicabatur, cum quis pallere potius aut veste, quam fide hæreticus existimaretur. Hæc nequaquam placitura Martino, Episcopi sentiebant: sed male conscia illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communione aduersus abstineret, non de futuris, qui tanti viri constantiam, præmissa auctoritate, sequerentur. Incuni cum Imperatore consilium, vt missis obuiam magistrij officialibus, vrbem illam propius vetaretur accedere, nisi se cum pace Episcoporum ibi consistentium adfore fateretur. Quos ille callide frustratus, profitetur se cum pace Christi esse venturum. Postremo ingressus nocturno tempore, adiit ecclesiam tantum orationi gratia: postridie Palatium petiit. Præter multas, quas euoluere longum est, has principales petitiones habebat pro Narsete Comite & Leutadio Præside, quorum ambo Gratiani partium fuerant pertinacioribus studijs, quæ non est huius temporis explicare, iram victoris emeriti. Illa præcipua cura, ne tribuni cum ure gladiorum ad Hispanias mitterentur: pia enim erat solicitudo Martino, vt non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret.*

XXVII. *Verum primo die atque altero suspendit hominem calliditas Imperator, siue vt ponderi imponeret, siue quia minus sibi implicabilis erat, seu, quia (vt plerique tum arbitrabantur) anaritia repugnabat, siquidem in bona eorum inhiauerat. Verum enimuero ille vir multis bonis, actibus præditus aduersus auaritiam parum consuluisse, nisi fortasse regni necessitate: quippe exhausto superioris. Principibus Respublica erario, pene semper in expeditione atque procinctu bellorum ciuilium constitutus, facile excusabitur quibuslibet occasionibus subsidia Imperio parauisse. Inter ea Episcopi, quorum communionem Martinus non inibat, trepidi ad Regem concurrunt, præ damnatos se conquerentes: actum esse de suo omnium statu, si Theognosti* pertinaciam, qui eos solus palam lata sententia condemnauerat, Martini armaret auctoritas: non oportuisse hominem recipi mœnibus: illum iam non defensorem hæreticorum esse, sed vindicem; nihil actum morte Prisciliani, si Martinus exerceat illius vltionem. Postremo prostrati, cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, vt vtatur aduersus vnum hominem vi sua. Nec multum aberat, quin cogeretur Imperator Martinum cum hæreticorum sorte miscere.

DEFENSIO ITHACII EPISCOPI. *Theogesti.

XXVIII. *Sed ille, licet Episcopis nimio fauore esset obnoxius: non erat nescius, Martinum fide, sanctitate, & virtute cunctis præstare mortalibus: alia longe via sanctum vincere parat. Ac primo secreto accersitum, blande appellat hæreticos iure damnatos more iudicium publicorum potius, quam infectationibus sacerdotum; non esse causam, qua Ithacij cæterorumque partis eius communionem putaret esse damnandam: Theognostum odio potius, quam causa fecisse diffidium, eumdemque tamen solum esse, qui se à communione interim separarit; à reliquis nihil nouatum, quinetiam ante paucos dies habita Synodus Ithacium pronunciauerat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moueretur: Rex ira accenditur, ac se de conspectu eius abripuit: & mox percussores hic, pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur. Quod vbi Martino compertum iam noctis tempore est: Palatium irrumpit: spondet, si parceretur, se communicaturum, dummodo vt & Tribuni iam in excidium Ecclesiarū ad*

Hispanias missis retraherentur. Nec mora intercessit: Maximus indulget omnia.

XIX. ORDINATIO FELICIS EPISCOPI.

Postridie Felicis Episcopi Ordinatio parabatur, sanctissimi sane viri, & plane digni, qui meliore tempore Sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus inijt, satius æstimans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum cervicibus gladius imminebat. Verumtamen summa vi Episcopis nitentibus, vt cõmunionem illam subscriptione firmaret, extorqueri nõ potuit. Postero die se inde proripiens, cum reuertens in via mœstus ingemisceret se, vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum: haud longe à vico, cui nomen est, Andethanna, qua vastas solitudines siluarum secreta patiuntur, progressus paulum comitibus, ille subsedit causam doloris ac facti accusante ac defendente mutuum cogitatione pertoluens. Astitit ei repente Angelus: Merito (inquit) Martine compungeris, sed aliter exire nequisti. Repara virtutem, resume constantiam; ne iam non periculum gloriæ, sed salutis incurreris. Itaq; ab illo tempore satius cauit cum illa Ithaciana partis communione misceri. Cæterum cum quosdam ex energumenis tardius quã solebat & gratia minore curaret: subinde nobis cum lachrymis fatebatur, se propter cõmunionis illius malũ, cui se vel puncto temporis necessitate, non sponte miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sexdecim postea vixit annos, nullam Synodum adijt, ab omnibus Episcoporum cõuentibus se remouit. hactenus de his Seuerus. Maiore certe constantia Maximo ad id ipsum allicienti, nempe, vt communicaret Episcopis partis Ithacianæ, S. Ambrosius restitit anno sequẽti, cum apud eum legatione fungeretur pro Valentiniano Imperatore. Sed de his suo loco dicendum. Hæc eadem de Maximo atq; S. Martino Venantius Fortunatus carmine cecinit.

S. MARTINVS CORRIPITVR AB ANGELO.

XX

At non prætermittenda sunt reliqua acta S. Martini hoc eodem anno Treueris, cum (vt dictum est) se ad Maximum contulisset, ab eodem Seuero alibi descripta: qui cum ea contigisse tradat Euodio Consule; certior redderis hæc omnia hoc ipso anno facta esse: ait igitur: *Cum ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenij virum, & bellorum ciuilium victoria elatum plures è diuersis partibus Episcopi conuenissent, & fœda circa Principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia, regiæ clientelæ Sacerdotalis dignitas subdidisset; in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nam cessi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, impetrauit potius, quam rogauit; & à conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensæ eius participem esse non posse, qui duos Imperatores, vnum regno, alterum vita expulisset. Postremo cum Maximus, se non sponte sumpsisse Imperium, affirmaret, sed impositam sibi à militibus diuino nutu regni necessitatem armis defendisse, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, pœnes quem tam incredibilis euentu victoria fuisset nullumq; ex aduersariis nisi * in acie occubuisse: tandem victus vel ratione vel precibus ad communium venit, mirum in modum gaudente Rege, quod id impetrasset.*

a Sever. in Vit. S. Mart. c. 23. QVID S. MARTINVS IN CONVIVIO MAXIMI fecit.

* nec in

XXI. S. MARTINVS PRÆFERT PRESBYTERVM MAXIMO.

Conuiuio autem aderant, velati ad diem festum euocati, summi, atque illustres viri, Præfectus idem, & Consul Euodius, vir, quo nihil vnquam iustius fuit, Comites duo summa potestate praditi, frater Regis & patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat: ipse autem sellula iuxta Regem posita, considerat. Ad medium fere conuiuium (vt moris est) pateram Regi minister obtulit, ille sancto admodum Episcopo potius dari iubet, expectans, atque ambiens, vt ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus, vbi ebibit, pateram presbytero suo tradidit, nullum salicet existimans dignorem, qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut Regem ipsum, aut eos, qui à Rege erant proximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omnesq;, qui tunc aderant, ita admirati sunt, vt hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret: celeberrimumque per omne Palatium fuit, fuisse Martinum in Regis prandio, quod in infimorum iudicium communis Episcoporum nemo sciisset. Eidemq; Maximo longe ante prædixit, futurum, vt is ad Italiam pergeret, quo ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens: scire se primo quidem impetu futurum esse victorem, sed paruo post tempore esse peritarum. quod quidem ita vidimus, &c.

XXII. CONVIVIVM AVGVSTÆ EXHIBITVM S. MARTINO.

b Sever. Dial. 1. c. 7

Hæc sane apud Maximum. Sed quam dignius accepit Augusta Martinum, conuiuium illi parans, accipe: *Cum interim deibus ac noctibus de ore Martini Regina* (vt idem Seuerus in Dialogis ait b) *pendebat, Euangelio illo non inferior exemplo, pedes sanctis fletu rigabat, crine tergebat. Martinus, quem nulla vnquam fœmina contigisset, ipsius adsiduitatem, imo potius seruitutem non poterat euadere. Non illa opes regni, non Imperij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat: duelli à Martini pedibus solo strata non poterat: postremo à viro suo poposcit, deinde Martinum vterque compellunt, vt ei, remotis omnibus ministris, præberet sola conuiuium. Nec potuit vir beatus obstinatus reluctari. Componitur cæstus Regina manibus apparatus, sellulam ipsa consternit, mensam admouet aquam manibus subministrat; cibum, quem ipsa coxerat apponit. Ipsa, illo sedente, eminus secundum famulantium disciplinam solo fixa consistit immobilis per omnia ministrantis modestiam & humilitatem exhibens seruentis. Misceri ipsa habituro, & ipsa porrexit. Vinita carnula, fragmenta panis assumpti, micasq; collegit. satis fideliter illas reliquias Imperialibus epulis anteponens. & post aliqua: Videant enim, quia Martino semel mentum in vita sua, tam septuagenario, non vidua libera, non virgo lasciuiens, sed sub viro viuens, ipso viro pariter supplicante, Regina seruiuit, & ministrauit: hæc cùm astitit, non cum epulante discubuit, nec ansa est participari conuiuio, sed deferebat obsequium. Discę igitur disciplinam, &c.*

XXIII. DIVISIO CATHOLICORVM EPISCOPORVM.

His de rebus gestis à S. Martino Treuetis enarratis iam redeamus ad causam Ithacianam. Vidimus ex his Episcopos Catholicos inter se communcatione diuisos; alios Ithacij fuisse partis, qui eum defenderent, impugnarentque qui se ab eius cõmunione seiunxissent, vel eum anathemate perculissent, quod Theognostũ fecisse vidimus; Alterius vero & aduersæ partis illi erant Episcopi, qui auersarentur communionem Ithacij, & sociorum, quod sanguinarij viderentur, proculq; abhorrere à mansuetudine Christiana, quã exemplo Christi imbuti esse debebant Episcopi. Hic aduerte, non reprehensum aliquando aduersus hæreticos auxilium Principum implorare; quod S. Augustinus & alij sæpe fecisse probatur; id enim rite legitimeq; fieri, idem aduersus Donatistas disputans, sæpe demonstrat. sed illud in crimen adductum, hos importunius ac sæuius agentes, in eosdem pœnam capitis procurasse. Ob idque caute Sanctos Patres egisse vidimus, cum Imperatores vel eorum Præsides prouinciarum interpellantes vt Ecclesiæ aduersus hæreticos suppetias ferrent, sic eos vt illi cohiberentur, rogarunt, vt tamen ab inferendo in illos capitali supplicio ipsos magnoperè dehortati fuerint: quod fecisse sæpe eundé S. Augustinum & alios, suo loco dicemus. Vnde & in Ecclesia Catholica vsu receptum est, vt cum quis expetit à sæcularibus magistratib. opem aduersus hæreticos, ne Ithacianæ partis cõsors & sectator esse videatur, contestationẽ illam consulte præmittat, nimirũ sic se correctionem expetere incorrigibilium delinquentium, vt tamen citra pœnam sanguinis puniantur.

XXIV. CVR MARTIN. DIMOVERIT MAXIMVM AB INQVISITIONE HÆRETICORVM.

Quod vero S. Martinus ab Ithacianæ partis Episcopis non solum communione diuisus esse cupierit, quorum consortium, dum licuit, prorsus exhorruit, sed & magno studio Maximum cohibuerit, ne Tribunos militares in Hispanias ad inquirendum, de Priscilliani istis hæreticis mitteret: causa, q à Seuero opponitur, visa est esse iustissima; nimirum, quod absq; diligentiori examine & delectu, optimi quiq; Christiani, quorum pallerent ora ieuniis, & ex disciplina grauior esset incessus, & habitus corporis honeste sancteq; compositus; mox qui essent huiusmodi, vt hæretici haberẽtur, quasi illi eadem ex hypocrysi affectassent: cum alioqui ipsi Priscillianistæ, quibus mentiri ac peierare ex eorum instituto fas erat, vt latere omnimode possent, aut ne prodi crẽtur, sæcularib. se potius moribus conformare, & longe longius ab iis, qui essent, apparere videriq; studerẽt. Adeo vt persecutio illa, cum alioqui iustissima videretur, in dispendium tantum bonorum foret magno damno protinus conuertenda.

XXV.

Cuinam parcerent exploratores, si (vt vidimus ex Seuero) ipse quoq; Martinus ob magnam abstinentiã vultu pallens, in crimen eius hæresis adductus fuit? cum præsertim hostes bonorum, siue Gentiles, siue alij solutis moribus viram agentes, ablatrare consueuerint in eos, quorum vitæ honestate vt telis percuterentur. Accidebat proculdubio in Hispaniis, quod de Vrbe Hieronymus

tradit *a*: *Quam*, inquit, *viderunt pallentem atque tristem, miseram & Mamcheam vocant.* sed quanto maiori licentia fauore imperatoris hęc se praui homines iactare ferẽt, eo procacius atq; contumeliosius in bonos quosque in Hispaniis essutirent. Hæc igitur prudentia prævidens & consilio prȩcauens S. Martinus, à mittẽdis Tribunis inquisitoribus Maximum reuocauit, idq; ex sententia Domini admonentis parcendum esse zizaniis, si timeatur, ne cum eis eadem conuulsione euellatur & triticum.

a Hieron. ep. 22.

XXVI. IMPERATORIS IN HÆRETICOS ÆDICTA AGERE.

Cæterum quod ad Maximum spectat; plus æquo aliqui in eum hanc ob causam inuecti esse videtur, quod in hæreticos perditissimos gladium potestatis exeruerit. Id quidem probè vtiliterq; factum S. Leo Papa commendat ad Turibium Episcopum Asturicensem scribens his verbis *b*: *Merito Patres nostri, sub quorum temporibus hæresis nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, vt impius furor ab vniuersa Ecclesia pelleretur: quando etiam Principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, vt auctorem eius, ac plerosq; discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem coniugiorum copulam solui, simulq; diuinum ius humanumq; subuerti, si huiusmodi hominibus vsquam viuere cum tali professioni licuisset. Et profuit diu ista districtio Ecclesiastica lenitati, quæ etsi Sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, seueris tamen Christianorum Principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale communiquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas prouincias hostilis occupauit irruptio, & executionem legum tempestates * interdixere bellorum: ex quo inter Sacerdotes Dei difficiles commeatus, & rari cœperunt esse conuentus: inuenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem.* hæc S. Leo. quod suo tempore eadem Priscillianistarum hæresis in Hispania iterum reuixisse comperta esset.

b Leo ep. 93.

* interclusere

XXVII.

Ex his igitur cum Maximi ista legalis vltio, vt Ecclesiæ proficua, veniat commendata; nullus tamen sanctorum Patrum laudauit aliquãdo id posse vel debere fieri suggestione sacrorum Antistitum: nam inter alios S. Ambrosius ad Studium scribens, & de ijsdem ipsis damnatis à Maximo connexam explicans quæstionem, hæc habet *c*: *Sed vehementior facta est, quæstio illa scilicet de plectendis gladio sontibus, postquam Episcopi reos criminum grauissimorum in publicis iudiciis accusare, alij & vrgere vsque ad gladii, suppremamq; mortem, alij accusationes huiusmodi & cruentes Sacerdotem triumphos probare cœperunt,* &c. ipse quidem S. Ambrosius (vt dictum est) abstinuit à cõmunione Episcoporum factionis Ithacianæ, aduersus quos & litteras dedit; quod & fecisse constat Romanum Pontificem Siricium: nam eius etiam aduersus eosdem literas prodijsse, expressum habetur in Cõcilio Taurinensi, in quo dictæ ambotum literæ recitatæ fuerunt, prout eiusdem Synodi canon quintus habet his verbis *d*:

c Ambros. ep. 78.

d C. 2. Taurinen. c. 5.

XXVIII. DE FELICE EPISCOPO TREVERENSI.

Illud decreuit præterea S. Synodus, vt (quoniam Legatos Episcopi Galliarum, qui Felici non communicant, destinarunt) si quis ab eius communione se voluerit seqüestrare, in nostræ sanctæ pacis consortium suscipiatur, iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosij Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis diuũ latas, quæ in Concili Legatis præsentibus recitatæ sunt. hactenus canon. Quod ad Felicem hunc spectat: nullum alium esse putamus, quam illum electum Treueris, cuius electioni S. Martinus interfuit, vt superius ex Seuero e recitatum est: & quidem Treuerensem Episcopum fuisse, Marianus Scotus affirmat: quod & legum Ecclesiasticarum ratio persuadet: siquidem electiones Episcoporum non alibi, quam in ea Ecclesia, vbi decessisset Episcopus, fieri solitæ erant; in ea enim ciuitate conuenientes comprouinciales Episcopi, vna simul de electione futuri Antistitis pertractabant. Sed sicut qui cum illo lapsus est S. Martinus, pœnitentia tamen ad pristinam atque puriorem etiam reuocatus est sanctitatem; ita & Felix iste, qui à Seuero (vt vidimus) sanctissimus nominatur, quãuis à factione Ithaciana fuerit ordinatus, per pœnitentiam facinus purgans, dignus factus est, vt inter sanctos adnumeraretur. Quod vero ad ipsum Ithacium pertinet malorum horum omnium architectum, hæc habet Isidorus *g*: *Ithacius Hispanus Episcopus, cognomento & eloquio Clarus, scripsit quendam librum sub apologeticæ specie, in quo detestanda Priscillianorum dogmata, & maleficiorum eius artes, libidinumque eius probra demonstrat.* & paulo post: *Hic autem cum Vrsacio Episcopo ob necem eiusdem Priscilliani, cuius accusatores extiterant, Ecclesia communione priuatus, exilio condemnatur, ibiq; die vltima funguitur, Theodosio maiore & Valentiniano regnantibus.* hæc ipse, quæ quidem accidisse putamus, postquam extinctus est Maximus, cuius præsidio fouebatur.

e Seuer. Dial. l. 3. & Marian. D. 379.

g Isidor. de vir. illustr. c. 1.

XXIX. DE CONSTRVENDA BASILICA S. PAVLI LITTERÆ IMPERATORIS.

Hoc eodem anno Valentinianus Imperator de construenda basilica Pauli Apostoli via Ostiensi ad Sallustiũ Vrbi Præfectum litteras dedit, quas ex codice Vaticano depromptas hic describemus. Sed & quod hoc ipso anno datæ fuerint, illud euidens est argumẽtum, quod cum ad Sallustium Præfectum Vrbi scriptæ noscãtur; ipsum hoc eodem anno eundem magistratum gessisse, rescripta *h* eiusdem Imperatoris ad eum certo demonstrant. Quod autem ad cõstructionem basilicæ spectat: huius ineundi consilij ratio illa fuit, quod cum illa à Constantino Magno eodem in loco ædificata, coarctata limitibus viæ Ostiensis & ripæ fluminis, visa esset angustior: Valentinianus eam curauit restitui ampliorẽ, ambitu murorum cõplectens viam Ostiensem, vt hodie integra visitur. Porro literæ sic se habent:

h l. 2. de cursu Pub. Rom. C. Theod. l. 13. de pistorib. C. Theod.

Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Sallustio Vrbis Præfecto.

XXX. EPISTOLA VALENTINIANI AD SALLVSTIVM.

*Desiderantibus nobis contemplatione venerationis, antiquitus iam sacratam basilicam Pauli Apostoli pro sanctimonia religionis ornare, pro quantitate conuentus amplificare, & pro studio deuotionis attollere: gratum fuit tua sublimitati officium, quod ad inspiciendam vniuersa, vt res exigebat, detulisti, & omnem situm locorum, faciem sermonis congrua diligentia nostræ serenitatis auribus intimasti. Instructiores enim nos iubere decuit, quæ iubenda sunt. Quare participato examine cum venerabili Sacerdote, intimatuq; omnibus, & magnificentissimo ordini & Christiano populo, quæ iubemus; sublimitas tua rem diligentiori tractatu & plena rerum inspectione discutiat: ac si placuerit tam populo, quam Senatui, iter vetus, quod basilica præterit dorsum, quodq; ripa Tiberis amnis adiacet, immouari, ita vt præsens via spatio futuri operis applicetur: eatenus per architectos futuræ basilicæ, dirige formam, quatenus se planicies extructioni amica protulerit, ne vlla inæqualitas splendorẽ fabricæ amplificentiorio * sublimet. Sic quidem in omnium mœnium facie decor summus est, quem seruari oportere, prima statim fronte magnarum ædificationum demonstrat intentio.*

* sublimet.

XXXI.

Iam illud ipsa res exigit, vt & synopsis operis construendi fideli tendatur examine, sumptuumq; omnium, iuxta pretia rerum, quæ in sacratissima Vrbe præparatio plenius ordinetur, atq; ad nostram clementiam debita maturitate referatur: vt communi omnium consilio nostræ quoque serenitatis nutus accedat, quo facilius id, quod deuota mens statuit, probatæ religionis meritis explicetur. & alia manu. *Diuinitas te seruet ad multos annos, parens carissime & amantissime.* hactenus Valentiniani literæ ad Sallustium: ex cuius Præfectura Vrbana manifestè cognoscitur, errare eos, qui eandem Epistolam referunt ad Honorium Imperatorem: nam Præfectura Sallustij ad nullum aliud tempus, nisi ad hunc annum referri potest. Sed & ipse antiquus Epistolæ titulus id ipsum satis perspicuè fidemq; demonstrat, nõ sub Honorio, verum sub Valentiniano opus cœptum esse: quod absolutum fuit temporibus eiusdem Honorij Imperatoris. De quo Prudentius in Peristephanon hymno duodecimo de Petro & Paulo Apostolis habet hos versus:

Parte alia titulum Pauli via seruat Ostiensi,
Qua stringit annis cespitem sinistrum
Regia pompa loci est, Princeps bonus has sacrauit arces,
Clausitq; magnis ambitum talentis.
Bracteolas rabidus subluit, vt omnis aurulenta
Lux esset intus, ceu lubar sub ortu.
Subdidit & Parias fuluis lapidaribus columnas,
Distinguit illic quas quaternus ordo.
Tunc camurus hyalo insigne varie cucurrit arcus,
Sic prata vernis floribus rubent. Hæc de Basilica S. Pauli Prudentius, atq; cultum ipsius, qui & duobus vltimis versibus ornatum describit marmoris arcus, qui (vt etiam

in aliis antiquis Ecclesijs vsq; hodie Romæ cernitur) habet musiuo opere diuersi colotis ex vitro intextam floribus panca ptam. Ornauit ve. o Placidia Augusta, tuadente S. Leone Papa, quod apparet ex huiusmodi antiqua Inscriptione, qua etiam declaratur, non Valentinianum, sed Theodosium maiorem auctorem fuisse cõdendæ basilicæ, quod tributum est Valentiniano, eo quod in recitatis literis primo loco inscribitur. Valentinianus. sic n. se habet *a*:

Theodosius cæpit perfecit Honorius aulam
Doctoris mundi sacratam corpore Pauli
Placidia pia mens operu decus omne paterni
Gaudet pontificis studio splendere Leonis

His sic enarratis de rebus in Occidentali Ecclesia gestis, ad Orientis Ecclesiastica facta orationem conuertamus, inuisamus q; S. Hieronymum, quem anno superiori summa hyeme Hierosolymam peruenisse diximus.

XXXII. S. HIERONYMVS PEREGRINATVS IN AEGYPTVM

Cum igitur Hierosolymam S. Hieronymus aduenisset media hyeme, haud dubiũ ibi moratus; profectus vero postea est in Ægyptum discendi cupiditate pellectus. nam licet Orbis pene totius magister extitisset, cum eum iamptidem etiam Damasus Papa consulere consueuisset, cuius nomine ad cõsultationes Episcoporum referebens, omnes ferme Ecclesias docuisset; ibi tamen Didymum Alexandrinum conueniens, ipsi se tradidit vt discipulũ sacris literis imbuendum. testatur id ipse ad Pammachiũ scribens his verbis *b*: *Iam canis spargebatur caput, & magistrum potius, quam discipulum decebat: perrexi tamen Alexandriam: audiui Didymum, & in multis ei gratias ago; quod nescii, docui: quod sciebam, illo docente non perdidi.* atque alibi ad eundem *c*: *Cum essem Alexandriæ, vidi Didymum, & cum frequenter adirem, virum sui temporis eruditissimum; rogauique eum, vt quod Origenes non fecerat, ipse compleret, & scriberet in Osee commentarios, qui tres libros me petente dictauit, quinque quoque alios in Zachariã.* hactenus ad Pammachium; & ad S. Paulam *d*: *Denique nuper ob hanc vel maximè causam Alexandriam perrexi, vt viderem Didymum, & ab eo in Scripturis omnibus, quæ habebam, dubia sæsitarer.* hæc ad Paulam: quibus cum nullam mentionem habeat, quod eam comitatus fuerit peregrinantem in Ægyptum; nec alibi *e*, cum de eiusdẽ Paulæ profectione in eandem prouinciam agit, se illi comitem inhæsisse dicat; plane coniectura ducimur, Hieronymum nequaquam cum ea peregrinationem illam suscepisse. Cæterum ad modicum temporis spatium, nempe triginta tantum diebus commoratum esse Hieronymum Alexandriæ, Ruffinus exprobrat in inuectiua: sed an vere, ipse scit.

XXXIII. HIERONYMVS AVDIT DIDYMVM ALEXANDRIÆ.

Coluit ibi quidem S. Hieronymus Didymum vehementer: quem *Videntem*, licet cæcus esset, ob eximiam ingenij perspicacitatem appellare consueuit *f*, oculosque *g* eum habuisse columbæ, qui laudantur in Canticis canticorum *h* in sponsa: gloriatusque est, eum se habuisse magistrum; nam ad Domnionem *i*: *Gregorium Nazianzenum*, inquit, *& Didymum in scripturis sanctis catechistas habui*: at sic quidem laudauit, vt postea eundem Origenistam compertum ea ex parte damnauerit: vnde aduersus Ruffinum *k*: *In Didymo vero*, ait, *& memoriam prædicamus, & super Trinitate fidei puritatem; sed in cæteris, qua Origenes male credidit, nos ab eo retrahimus.* Quod vero non sicut Ruffinum Didymus, ita & Hieronymum eidem Origenis erroribus imbuerit: id inde accidisse puto, vel quod sentiens ingenium hominis ab eis procul abhorrentis, non ausus fuerit viro adeo perspicaci propinare venenũ, vel si tentauit, expertus eum renitentem, mox abstinuerit, ne apud magni nominis virum concepta semel caderet æstimatione.

XXXIV.

Cæterum qui aliquantisper Didymum auditurus Alexandriæ consedit; antequam rediret in Palæstinam, Ægypti monasteria peragrauit; de quibus ipse *l*: *Contendi Ægyptum, lustraui monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides latere perspexi.* per aspides enim se significasse Origenistas, ipsemet alias sæpe declarat; sed nos de his suo loco plutibus. At quid postea egerit, mox subdit: *Protinus concito gradu Bethlehem meam reuersus sum, vbi adoraui præsepe & incunabula Saluatoris. Vide quoque famosissimum locum: nec me inerti tradidi otio, sed multa didici, quæ ante nescieram.* at quænam ista? alibi *m* declarat his verbis post recensitum reditum ex Ægypto in Palæstinam: *Putabant me homines post auditum Didymum fuisse fecisse discendi: veni rursum Hierosolymam & Bethlehem: quo labore, quo pretio Barrabanum nocturnum habui præceptorem? timebat enim Iudæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum.* hæc ipse.

Tunc insuper aggressus est ipse interpretari S. Pauli Apostoli Epistolas, incipiens ab ea, quæ est ad Philemonem; moxque explicauit ad Galatas scriptam, inde illam ad Ephesios; ipse enim id testatur in præfatione in dictam Epistolam ad Ephesios ad Paulam & Eustochium, nec non in præfatione in Epistolam ad Galatas. Sed hic obiter admonendum, hoc eodem tempore, quo Alexandria in Palæstinam reuersus Sanctus Hieronymus aggressus est scribere super Pauli Epistolam ad Galatas, ex hac vita migrasse clarissimam illam ac pariter religiosissimam fœminam Albinam: fuit ista magnæ illius S. Marcellæ mater, tanta digna filia, ipsa tanta matre dignissima; de cuius ad Deum transitu hæc S. Hieronymus *n*: *Pauci admodum dies sunt, ex quo Epistolam Pauli ad Philemonem interpretatus, ad Galatas transcenderam, multis vertorsum in medio prætermissis: & ecce subito literæ mihi de Vrbe allatæ sunt, nunciantes & Albinam venerabilem animam præsentia Domini reddidam, & sanctam Marcellam matris contubernio destitutam.* Veneratus est hanc semper vt matrem S. Hieronymus confectam senio & religione summa prouectam. nam ad Asellam *o*: *Saluta*, inquit, *matrem Albinam*, & ad Marcellam filiam *p*. *Albinam communem matrem valere cupio; de corpore loquor, vt spiritu valeat, non ignorans: eam, per te salutari obsecro, & duplicis pietatis officio fociliari, quod in vna atque eadem Christiana simul deligatur * & mater.* hæc de Albina Hieronymus.

XXXV. LVCVBRATIONES S. HIERO.

XXXVI. S. PAVLÆ PEREGRINATIO IN AEGYPTVM

Sed antequam quæ sunt Hieronymi reliqua prosequamur, de Sanctæ Paulæ in Ægyptum peregrinatione pauca hæc (cum in eodem argumento versemur) addamus, ipso auctore Hieronymo, qui ait *q*: *Post visam Alexandriam venit in oppidum Dominæ Nutriam, in quo purissimo virtutum nitro sordes lauantur quotidie plurimorum. Quod cum vidisset, occurrente sibi sancto & venerabili Episcopo Isidoro confessore, & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos Sacerdotalis & Leuiticus sublimabat gradus: lætabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arsenios, Serapiones, & reliqua columnarum Christi nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus non aduoluta est? Per singulos Sanctos Christum se videre credebat; & quicquid in illos contulerat, in Dominum se contulisse lætabatur. Mirus ardor, & vix in fœmina credibilis fortitudo: oblita sexũ & fragilitatu corporeæ, inter tot millia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan cunctis eam suscipientibus, impetrasset, ni maius sanctorum locorum votum exaxisset desiderium. Atque propter feruentissimos æstus de Peluſio Maiumam nauigatione perueniens, tanta velocitate reuersa est, vt auem putares. Nec multo post in Sancta Bethlehem mansura perpetuo, angusto per triennium marsit hospitiolo, donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua Maria & Ioseph hospitium non inuenerant. Hucusq; iter eius descriptum sit, quod cum multis virginibus & filia comite peragrauit.* hæc de Paula.

XXXVII. HIERON. SEDVLVS IN OFFICIO HOSPITALITATIS.

Ipse autem S. Hieronymus, etsi totus esset in Hebraicis literis, quas iam longè antè, nempe in eremo Syriæ (vt dictum est) præguſtauerat, ita potauerat, penitus exhauriendis: tamen in suscipiendis peregrinis Hierosolymam venientibus, eisq; fouendis intentissimus erat; quorum gratia, quod adhuc supererat patrimonium in Dalmatia, misso illuc fratre Paulinano, distraxit: quando autem id contigerit, suo loco dicturi sumus. Idem traq; de multitudine peregrinantium Hierosolymam, suoq; studio in excipiendis hospitibus, ad Eustochium, dum excusat retardationem commentationum in Ezechielem, hæc ait *r*: *Fateor me explanationes in Ezechielem multo ante tempore*

promi-

a *Antiq. inscript. in Appen. pag. 1170. n.6.*

b *Hieron. ep. 65.*

c *Hieron. proœ. in Oseam.*

d *Hieron. in proœm. lib 4. comment. in ep. ad Ephes.*

e *Hieron. ep. 27.*

f *Hieron. proœm. in epist. ad Galat.*

g *Hier. præfat. in Didy. lib. de Spir. sanct.*

h *Cant. 4.*

i *Hieron. ep. 11.*

k *Hier. Apolog. adversus Ruffin.*

l *Hier. cad. Apol. adu. Ruffin.*

m *Hieron. ep. 65.*

n *Hier. in præf. ep. ad Galat. l. 1.*

o *Idem ep. 100.*

p *Idem ep. 74.*

* dirigatur

q *Hieron. ep. 27.*

r *Hieron. proœm. l. 7. in Ezech.*

promiſſa, & occupatione de toto huc Orbe venientium implere non poſſe; dum nulla hora, nullum q. momentum eſt, in quo non fratrum occurramus turbis, & monaſterij ſolitudinem hoſpitij frequentia communemus; in tantum, vt aut claudendum ſit nobis oſtium, aut Scripturarum, per quas aperienda ſunt fores, ſtudia relinquenda, &c. Sed & ad Paulinum a: De toto huc Orbe concurritur, plena eſt ciuitas vniuerſi generis hominum, & tanta vtriuſque ſexus conſtipatio, vt quod alibi ex parte fugiebas, hic totum ſuſtinere cogaris. & ad Marcellam b, quodnam genus hominum, & ex quibus locis illuc properaret, ita deſcribit: *Qui in toto Orbe ſunt primi, huc pariter congregari, ad quæ nos loca non vt prima, ſed vt extrema venimus* (Paulæ enim & Euſtochij nomine ſcripta eſt Epiſtola) *vt primos in eis omnium gentium cerneremus. Certe flos quidam, & preciosissimus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta, monachorum & virginum chorus eſt. Quicunque in Gallia fuerit princeps, huc properat. Diuiſus ab orbe noſtro Britannus, ſi in religione profecerit, occiduo Sole dimiſſo, quærit locum famæ ſibi tantum & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios? quid Perſas? quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipſamque iuxta Ægyptum fertilem monachorum, Pontum & Cappadociam, Syriam celem & Meſopotamiam, cunctaq. Orientis examina? quæ iuxta Saluatoris* c *eloquium dicentis? Vbicunque fuerit corpus, congregabuntur illuc aquilæ: concurrunt ad hæc loca, & diuerſarum nobis virtutum ſpecimen oſtendunt: vox quidem diſſona, ſed vna religio, &c.*

a *Hieron. ep. 13.*

b *Hieron. ep. 17.*

c *Matth. 24.*

XXXIX. GREGOR. NYSSENVS QVORVM PEREGRINATIONEM IMPVGNAT.

Sed hic aduerte, lector, extare libellum, ſeu Epiſtolam potius dixerimus, Gregorij Nyſſeni hoc tempore in vita agentis, ac plura ſcribentis, qua totus in eo eſt, vt improbet eiuſmodi ad loca ſancta peregrinationem. Vnde hagiomachi noſtri ſæculi, ſanctorum locorum venerationem improbantes, obuiis eam manib. excipientes, nomine viri & auctoritate doctrinæ abuſi, eadē hæc ipſa damnarunt. Scimus aliquos pro pij cultus defenſione eam Epiſtolam vt germanam Gregorij cognoſcere minimè voluiſſe. At nos legitimum eum Gregorij partum eſſe, haud ierimus inficias: ſed aliande abſque tergiuerſatione vlla defenſionem paramus. Illud igitur primum ſcias, Gregorium eas ſcribere litteras ad monachum quendam, imo & monachorum Abbatem; nam hæc habet in fine: *Conſule ergo, dilecte fratribus, vt è corpore peregrinentur ad Dominum, non vt è Cappadocia in Paleſtinam*, &c. conſidera inſuper ipſum in eo argumento verſatum, vt diſſuadeat viris, qui ſelectum viuendi genus, nempe monaſticā vitam aggreſſi fuerant, aeq; fœminis, peregrinandi popoſitum, aſſereris inter alia non eſſe præceptum Domini, nec homines ad hoc teneri; id quidem ipſe, quod ob rei frequentiſſimum vſum putaret aliqui ſe minus Chriſtiano nomine dignos eſſe, ſi agere prætermitteret, quod ſcirent ab aliis impenſe præſtari. Inculcas pluribus, quanto diſpendio pudoris & verecundiæ fœminæ potiſſimum eiuſmodi longinquam peregrinationem ſuſcipiant, multaq; alia, quæ à monachis eſſent ex inſtituto vitanda, proponit, in quę, velint, nolint, in itinere ex neceſſitate incurrendum eſſet.

XL. MONACHORVM ET VIRGINVM PEREGRINATIO REPREHENSA.

Hæc quidem ſcite pieque à Gregorio de monachis & fœminis eſſe dicta, prudens nemo negarit, in cuius ſententiā ſentias ſimul ire ſanctiſſimos Patres: nam eius germanus S. Baſilius d, cum ex aliis, tum ex his ſuggillat infelicē monachum lapſum, in cellula conſiſtere neſcientem, vbique vagum, ac propterea miſere lapſum: *Totus*, inquit, *ſublimis, & ad tranſitum conuerſus, velut peregrinus, eremo egros & vrbes permutans, ad Hieroſolymam decurrebat.* hæc ipſe. Quid amplius? nonne & ipſe S. Hieronymus eadem ex cauſa, quod periculoſa eſſet peregrinatio monachis, ſanctum Paulinum haud pridem idem vitę inſtitutum arripientem, multis vſus ad perſuadendum argumentis, ea quā ad ipſum dedit Epiſtolam, ab eadem peregrinatione dehortatur & reuocat, quam alioqui in ſæculo agentib. perſonis, etiam fœminis, perſuadere pluribus ſolitus fuit? Ad ipſum enim hæc e inter plura: *Re vera, vt ſimpliciter motus mentis meæ fatear, conſiderans & propoſitum tuum, & ardorem, quo ſæculo renunciaſti: differentias in locis arbitror, ſi vrbibus & frequentia vrbium derelicta in agello habites, & Chriſtum quaras in ſolitudine, & orti ſolus in monte cum Ieſu ſanctorumq. tantum locorum vicinitatibus perfruaris; id eſt, vt & vrbe careas, & propoſitum monachi non amittas. Quod loquor, non de Epiſcopis, non de presbyteris, non de clericis loquor, quorum aliud officium eſt, ſed de monacho & monacho quondam apud ſæculum nobili: qui ideirco pretium poſſeſſionum ſuarum ad pedes Apoſtolorum f poſuit, decus pecuniam eſſe calcandam, vt humiliter & ſecreto victitans, ſemper contemnat, quod ſemel contempſit.* hæc & alia ad eum diſſuadendum Hieronymus. Cæterum longē alio ac plane contrario ſpiritu Vigilantius primus hoc ſeculo aggreſſus eſt vna cum aliis, quas euomuit, impietates, improbare penitus peregrinationem ad loca ſancta: ſed de eo ſuo loco agendum pluribus.

d *Basil. ad monachum lapſum.*

e *Hieron. ep. 3.*

f *Act 5.*

XLI.

Hoc eodem anno Theodoſius Imperator hæreticos coercuit exiſtimantes facultatem ſibi eoundi conceſſam ad turbādam pacem Eccleſiæ, in hęc verba ad Euſignium Præfectum Prætorio reſcribens g:

His, qui ſibi tantummodo exiſtimant colligendi copiam contributam, ſi turbulentum quippiam contra noſtræ tranquillitatis præceptum faciendum eſſe tentauerint, vt ſeditionis auctores, paciſque turbatæ Eccleſiæ, maieſtatis, capite ac ſanguine ſint ſupplicia luituri. Dat. X. Kalend. Februarij. Conſtantinopoli, Honorio nob. puero & Eudoxio Coſſ. Quod enim à Valentiniano in Occidente, titulo iuncto etiam Theodoſij (vt moris erat) promulgata hoc anno lex eſſet, qua colligendi conuentus facultas impartiebatur profeſſoribus Concilij Ariminenſis; inde puto accidit, vt Ariani in Oriente, eiuſdem legis prætextu, cogendi ſynaxes datam ſibi vendicantes auctoritatem, omnia perturbationibus commiſcerent; quos Theodoſius eiuſmodi reſcripti auctoritate compeſcuit. Quo pariter anno Demophilum Epiſcopum Arianum eſſe defunctum, ſuffectumque in locum eius Marinum, & paulo poſt Dorotheum Antiochia acceſſitum, tradunt Socrates h, atque Sozomenus i.

g *L. 1. de his, qui ſuperſtit. cogend. C. Theod.*

THEODOSIVS EIVS COHIBET ARIANOS.

h *Socrat. l. 4. c. 11.*

i *Soz. li. 7. c. 14.*

Sequenti vero menſe idem Theodoſius Imperator de non diſtrahendis reliquiis martyrum hæc reſcripſit k:

k *L. vlt. de ſepulch. violat. C. Theod.*

XLII. RELIQVIÆ MARTYRVM NON DISTRAHENDÆ.

Humatum corpus nemo ad alterum locum tranſferat: nemo martyrem diſtrahat, nemo mercetur. Habeant vero in poteſtate, ſi quolibet in loco ſanctorum eſt aliquis conditus, pro eius veneratione, quod Martyrum vocandum ſit, addant quod voluerint fabricarum. Dat. IV. Kalend. Martij Conſtantinopoli, Honorio nob. puero & Eudoxio Coſſ. Quod enim pſeudomonachi circumeuntes turpis lucri gratia conſueuiſſent vendicare reliquias martyrum, vt S. Auguſtinus affirmat, huius ſanciendæ legis occaſio data eſt. Siquidem callidiſſimus hoſtis ſtuduit infamare clariſſimum monachorum nomen; de quo ipſe Auguſtinus: *Multos*, inquit *l, hypocritas ſub habitu monachorum vſquequaq; diſperſit, circumeuntes prouincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes: alij membra martyrum, ſi tamen martyrum, venditant*, &c. Diſce tu vero ex his huius temporis totius Catholicæ Eccleſiæ erga ſanctorum martyrum reliquias ſtudioſum cultum & propenſiorem amorem; quo abuſi improbi nebulones, ex eis nundinationes, quas audis, inſtituebant; adeo vt opus fuerit, tam vendentes, quam ementes, legibus Principum cohiberi.

l *Auguſt. de opere monach. c. 28.*

XLIII.

Hoc autem anno Ioannes Chryſoſtomus, precedentibus prophetiis, presbyter ordinatur, colligim^r id ex Marcellino Comite m, Leone Auguſto n, & ante hos ex Palladio in dialogo, dum aiunt, ipsū duodecim annos exegiſſe in presbyteratu, antequam crearetur Epiſcopus Cōſulibus Honorio quartum & Eutychiano, anno Domini trecenteſimo nonageſimo octauo; magis enim eidē Marcellino aſſentimur, quam dicentibus quadriennium eum tranſegiſſe in presbyteratus functione. A quonam autē duorū Catholicorum Antiſtitum Flauiano vel Euagrio fuerit ordinatus, diuerſæ reperiuntur ſententiæ: Socrates o quidē affirmat ab Euagrio Paulini ſucceſſore Ioannem Chryſoſtomum ſacro presbyteratus ordine initiatum fuiſſe, cum ante trienniū neutrius communioni inhæriſſet; vt alterum reſpueret, ſolitarius viuens. Potro reliqui

m *Marcell. in Chron.*

n *Leo orat. de Vita S. Ioa. Chryſ.*

S. IOANN. CHRYSOSTOMVS FACTVS PRESBYTER.

o *Socrat. l. 6. c. 3.*

Græcorum historici, licet recentiores, eundem Ioannem adhæsisse Flauiano testantur, ab eodemq; in sacros adscitum ordines diaconatus atq; presbyteratus.

XLIV. Certe quidem ipsum cõmunionis Flauiani fuisse, in Ecclesia q; eiusdem ministrasse, conciones ibi ad populum habuisse, nemo inficias ire poterit; nam id ipsum homiliæ tunc in ea dictæ testantur. Quinetiam aliquãdo videtur fugillare ordinationem Paulini, illa nimirum homilia, quã de Anathemate habuit, de qua suo loco fusius diximus. At nõ ob hanc causam, quod illi communione coniunctus fuerit, qui inuito sedebat Romano Pontifice ipsi Paulino atq; eius successori Euagrio communicante, ipsum quis putet schismaticorum Sacerdotem à schismatico ordinatum. Nam superius dictum est, licet eiusmodi altercationes atque dissidia inter Romanum Pontificem atq; Meletium, necnon eius successorem Flauianum extiterint; nunquam tamen eo esse ista progressa, vt fuerit interceptione cõmunicationis schisma conflatum, anathematiue Flauianus subiectus. Nam spe concordiæ tolerata res est, atq; eo modo, quo cœperat, ad plures annos producta.

XLV. ORDINATIO CHRYSOSTOMI SIGNIS PROBATA a Leo Aug. ex ac de Vit. Ioã. Chryſ. Annuisse quidem diuinum numen, signisq; suffragatum Spiritum sanctum eiusdẽ Chrysostomi Sacerdotio; qui res ab eo gestas sunt fideliter prosecuti, testantur, vt inter alios Leo Augustus. cum ait *a: Flauianus cum vigilaret, vt consueuerat, quadam nocte videt diuinum accessisse Angelum, qui ei iubebat ordinare Iohannem, dicens futurum Iohannem nouum vas electionis: Ecce, dicens, ego ei de hoc mandatum dabo, & obediet. Ad quem quidem cum accessit Angelus, ei mandauit: prius narrauit futura, & quacunque par erit facere eum, qui diuinus sit futurus minister.* & post alia: *Cum adesset hora ordinationis, & incruentum perageretur sacrificium, & inferius assisteret multitudo innumerabilis, & Angeli desuper intuerentur, manum imponente Episcopo & preces dicente consuetas, dicitur factum esse illud maximè nouum spectaculum: alba columba repente deuolas, quo modo illic supra Iesum meum & Deum, in honorem eius, cui manus hic imponebatur, fierit supra eius caput. Hoc admiratione quidem affecit & stupefecit eos, qui tunc aderant simul, attrahit autem eos quoque qui audiunt; admiratur vniuersa non solum quæ circum circa sita est regio, sed etiam vniuersa quæ extra fines procul remota est Syria.* hæc ipse, idemque subdit miracula tunc Antiochiæ ab eodem Ioanne edita, postquam presbyter factus est, vsq; ad tempus, quo accessitu Constantinopolim præficiendus illi Ecclesiæ in locum defuncti Nectarij Episcopus.

XLVI. IO. CHRYSOSTOMVS CONCIONARI AGGRESSVS. Cum primum vero presbyter designatus est, primam omnium ad populum habuisse dicitur homiliã, cuius est exordium: *Num vera sunt, quæ nobis acciderunt?* &c. At nihil ibi de presbyteratu, sed de suscepta tantũ docendi populi functione: quam quidem non ante hunc annũ auspicatum fuisse, ex eo expolatum redditur; dum ipse in vna illarum orationum, quas habuit ad populum Antiochenum de imminente clade ob statuas ignominia affectas (quod certum est contigisse post sequentem annum) expresse testatur se iam in docẽdi munere biennium agere: sunt hæc eius verba *b: Ecce secundum hunc annum habeo vestra dissecans charitati*, &c. Quamobrem in eam sententiam ire compellimur, vt quæ reperiuntur scriptæ orationes ab ipso, cum diaconus esset, nempe superius recensitæ aduersus Gentiles, Iudæos, atq; hæreticos, & de Anathemate, eas speciali indulgentia & iussione Flauiani pro concione dixerit; cessasse vero postea vsq; ad presbyteratum.

XLVII. FLAVIANVS ET CHRYSOSTOMVS DOCENT ANTIOCHIÆ. Quinta autem dicendi copia & elegantia iam presbyter suiceptum munus expleuerit: quæ postea ad populũ Antiochenum inscriptæ extant orationes, certam fidem faciunt, cum tamẽ longè plures illis sibi ad populũ dixisse opottuerit eo duodecim annorum temporis spatio, quo in ea functione versatus presbyter Antiochiæ mãsit. Cæterum quamuis Chrysostomus cõcionandi munere fungeretur, Flauianus tamen Episcopus, q; esset suarum partium potissimum munus, docere populũ, minimè prætermisit, immo vero accuratè persoluit: quod satis intelligi potest ex eiusdem Ioannis Chrysostomi assertione, dum ad calcẽ primæ homiliæ in verba illa Isaiæ: *Vidi Dominum* ista habet: *Hæc seruantes redeamus domum, quin potius hæc seruantes, excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidem, qualiacunq; sunt, habent inuentutis ostentationem: horum autem, qualescunque fuerint: maiore prudentia sunt ornata. Ac nostra quidem similia sunt torrenti, qui cum strepitu fertur; illius autem oratio similis est fonti magna tranquillitate fluuios effundenti, qui olei magis, quam aquarum cursum imitetur.* hæc ipse modestè quidem consultum in omnibus volens Episcopi existimationi & dignitati, ne qui minus eloquẽs esset, & ea ex parte longe inferior Chrysostomo appareret, à populo sperneretur. ex quo quidem magnam sibi laudẽ conciliauit, numeros illos à Dño sic definitos exoluens *c: Qui gloriam propriã, quæ ab hominib. est, non quærit, hic verax est.*

c Ioan. 7.

Rursum fertur *d* de illo, quod cum sublime aliquando dicendi genus arripuisset, atq; ob eam causam à simplicioribus minus intelligeretur, redargutum fuisse à pia mulierecula, quod eius orationes infugiferæ essent; ipsum vero mutasse cursus vestigio inuenilis animi, cuius est alta petere, institutum, dictionemq; faciliorem imis auribus accõmodasse. Qua ex parte illud est consecutus, vt ab omnibus facillimè audiretur, atque publicis frequentibusq; acclamationibus os AVREVM, diceretur. Quod peinde ac inditum diuinitus nomen, veluti egregius titulus, in eius scriptis hactenus perseuerat.

XLVIII. d Apud Metaphr. in Vit. Chryſ. NOMEN CHRYSOSTOMI VNDE.

XLIX. Quam autem tanto agricola, vomere verbi Dei Antiochena Ecclesia reddita sit frugifera ad alimenta pauperibus præstanda: ex eo poteris intelligere, dum in vna earum, quas ad populũ Antiochenum habuit, homilia, hæc ait: *Habens proventum Ecclesia quot per singulos dies vidua sufficiat, quot virginibus, cogita: nam ad istum millium ascendit numerum earum catalogus & præter has, quot carcerem inhabitantibus, quot in Xenodochio laborantibus, sanis & peregrinis, corpora habentibus mutilata, altaris assidentibus, & victus & vestitus causa supplicitur quotidie accedentibus, & nihil ei de substantiis diminutum est. Itaque si decem duntaxat viri sic erogare voluissent, nullus esset pauper*, &c. est quidem admiratione dignũ, pauperem adhuc Ecclesiam, quæ vsq; ad Theodosij tempora persecutionem diram passa fuerat, cum nec in ciuitate Fideles consistere poterant, sed in campis colle ctas agebãt, vnde & Campitæ sunt dicti, adeo in eleemosynis pauperũ abundasse: cum præsertim non omnes Antiocheni Christiani cum Meletio conuenirent, adhærentibus aliis Orthodoxis Paulino, hæreticorum vero aliis Vitali Apollinaristarum Antistiti, aliis vero Euzoio Episcopo Ariano, & qui in eorum locum successerunt.

e Chryſ. hom. 33. ad pop. Antioch. QVOT EC CLESIA ANTIOCHENA PAVPERES ALEBAT.

L. Sed præter hos latuisse inter Christianos Antiochenos etiam Marcionitas hæreticos, ad quos extirpandos idem Chrysostom. haud mediocres labores insumsit, satis perspicuè cõstat: Sed quinam hi fuerint, digni plane, qui Annalibus intexantur, ex Actis seorum hic iisdem verbis, quibus scripta habentur, accurate reddamus; sic enim se habent: *Quo illo tempore erat Præses ciuitatis, laborabat morbo dogmatum Marcionis, & sanebat illius sectatoribus, & ideo parti Orthodoxa erat causa malorum innumerabilium. Huius vxorem, is, qui arcanæ & benignæ hoc variat Dei, dimisit laborare morbo torminis interiorum. Illa autem à malo superata, omnem quidem refellit medicinæ artem: omnes vero, qui eadem sentiebant, vocantes ad orationem, non eam melius affecerunt, imo vero deterius, malis tempus in producendo vana esse orationis. Vix tandem autem Ioannis gratia recreata, cum hoc apud se statuisset, quod super ipsum fieret à morbo liberatio, simul etiam desisteret à morbo dogmatis, qui est longe grauior: cum sic sibi persuasisset, in lecto decumbente assistunt mulierem & eam statuunt pro sordibus templi, desiderantes inuenire Flauianum & beatum vultum Ioannis. Sancti ergo ad eos progrediuntur: neque enim par esse, nec honestum censebant, vt eis templum pateret quorum anima non patebat dogmatibus pietatis. Primus autem eis dixit verus ille homo Dei, beata, inquam, illa & suauis lingua: Quid vos mouit, vt statueritis venire ad templum Christianorum, qui Christum quidem auersamini Marcionem vero plurimi facitis, & habetis in magno honore? Quod quidem plane satis ostendit, quod illius cultores conuocaueritis ad morbi aut alicuius molestiæ liberationem; & quod cum illi precati essent, non assecuti sitis curationem: quod quidem vobis accidit præter expectationem. Discedite ergo ab hoc sacro templo, quoniã nec vos poteritis*

f Apud Ia. in Chryſ. tom. 1. ex Metaphraſte, & Leg. Imper in enco mio, & alij.

omnino

omnino Christum tentare, ne hoc stulte putetur. Illi autem dicebant, se parentum errore esse captos, & vsque in hodiernum diem fuisse superatos à mala consuetudine: Sed per Christum (aiebant) vos rogamus: miseremini penitentium: sic enim cum eo, quod corpus recte efficientis agetis etiam, vt anima sit sana. Sciatis enim profecto vos, vt nos nequaquam amplius abstineamus à communione vestra, qua est ex vera pietate.

LI. His flexus magnus Ioannes, iussit aquam asserri: cui cum diuinum signaculum iniecisset Pontifex (sic enim illic ei persuasit) mulieri infudit in Christi nomine. Quod quidem cum factum esset: quæ in lecto decumbebat, statim surrexit sana, & cum marito & cunctis vna voce vnanimes Christum magnificabant. Deinde etiam ad sanctorum genua procidentes, petierunt veniam prioris ignorantiæ & domum redierunt: & cum multas quidem pecunias egenis distribuissent, triginta vero libras auri, partim quidem ad sumptum peregrinorum, partim vero egrotantium, partim vero egentium Xenodochio tradidissent, & ab illo tempore à Marcionitarum communione omnino abstinuissent, insanam & amentiam res illorum vocantes, Christi sacrosanctæ assidebant Ecclesiæ.

LII. Cum autem illi, omni adhibito studio, & omni (vt dicitur) rudente moto, nihil omnino perficissent, & desperassent fieri posse, vt ipsi ad eos redirent: Prostigiatorum & Magum Ioannem appellabant, & plurimis aliis contumeliis, cuitatem obeuntes, eum afficiebant. Ille vero tantum abfuit, vt vel minimum curaret contumelias, vt eiu potius similiter atq; Dominu gloriaretur: alioqui autem diuinitus immissam calamitatem ad eos mox esse venturam, ille prædixit. Paucis enim post diebus, cum magnus terræmotus fuisset Antiochiæ, ipsa domus, qua Marcionitarum suscepérat congregationem, corruit, & domus quoque plurima cum ipsis, qui eadem sentiebant, labe facta perdiderunt quàdam incredibilem eorum multitudinem. Et quod est maximè admirabile, & quod aperte ostendebat eam diuinitus immissam fuisse calamitatem: cum tanta periisset multitudo eorum, qui male sentiebant, nullus Orthodoxæ fidei simul cum eis periit. Hoc cum ita factum esset, & pios corroborauit, & correxit multos ex ijs, qui prauè sentiebant. hactenus in rebus gestis Chrysostomi cum Marcionitis, quos sæpe pro concione publicis inuectiuis exagitauit. Sed & cõtulisse aliquãdo cum vno illorum, ipse testatur a homilia ad eundem populum Antiochenum, qua etiam & partem eiusdem disputationis recenset: derisioni quoq; expositi eius eorum, cum solerent baptizati pro mortuis: atque ait b:

MARCIONITÆ MALE PERIVNT.

a Chrys ho. 10. ad pop. Antioch.

b Chrys. in 1. ad Cor. hom. 40.

LIII. *Vultis primum dicam, quo modo hanc dictionem adulterarint, qui morbo laborant Marcionis? Atque scio quidem fore vt risum multum moueam. Verum enim vero etiam propterea maximè dicam, vt eum morbum magis fugiatis. Nam postquam catechumenus quispiã apud eos excesserit, sub lecto mortui absconso aliquo, qui viuit, accedunt ad mortuum & alloquuntur, & rogant, velit ne accipere baptismum. Deinde illo nihil respondente, qui est absconsus inferne, pro illo dicit se velle baptizari, & sic eum baptizant pro eo, qui excessit, perinde ac si in scena luderent. tantum valuit diabolus in ignauorum animis. Deinde cum accusantur, adducunt hoc verbum, dicentes Apostolum e dixisse: Qui baptizantur pro mortuis,* &c. Horum quoq; causa fortasse in Concilio Carthaginensi tertio haud diu post celebrato, canone sexto monuerunt Patres Africanam Ecclesiam hæc cauenda, cum ista canone sexto promulgauere: *Cauendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat.* At praui Marcionitarum frutices, qui tot sæculis altiores radices fixissent, haud per Ioannem Chrysostomum valuerunt penitus extirpari; aduersus quos maximopere fuit laborandum Theodoreto Episcopo Cyri, vt suo loco oratio opportuna docebit. Cæterũ non postquam creatus est presbyter Antiochiæ dumtaxat hos infectatus est Ioannes Chrysostomus, sed & cum factus Episcopus ageret Constantinopoli, at de his dicendum suo tempore.

LVDVS MARCIONITARVM

c 1. Cor. 15

LIV. Sed & quæ aduersus Gentiles deorum cultores idem adhuc presbyter certamina inierit, memoriæ commẽdata à maioribus, hic in medium afferamus: ex Actis eius antiquitus scriptis, à recentioribus autem exscripta hisce verbis d: *Licebat videre in vniuersa regione ciuitatis, domos quidẽ oratoriis Deo excitari, templa autem simulacrorum si qua remanserant, diruta funditus in terram prosterni: viros vero, qui Philosophiæ curam gerebant & virtutis magnaq; ornati erant intelligentia & acumine ingenij, à magni huius viri prouidentia emitti ad multorum salutem. Certum autem quidem dicimus, testimonium sunt ea, quæ facta sunt in monte Amano; vbi erat, qui ibi habitabat impius & iners, & nihil differebat à bestiarum immanitate, ad tantã illa deduxit mansuetudinem & pietatem, vt à patribus quidem datam neglexerint religionem (rem valde difficilem & quæ si vlla res alia multos vincit absq; ratione) prompto autem & alacri animo transfugerint ad lucem veritatis: & nec hactenus steterint, sed etiã multi ex his pietate vsi munificentiæ viri, inquam, & multeres, illis quidem monachorum, hæ virginum vigum subierunt.*

d Extat to. 1. Ioan. Chrys. in Metaph.

Quæ autem in Casio monte in templo, quod illic erat Gentilium (& quidem celeberrimũ, ore scriptorum pene omnium celebratum templum Ionis Casij) *ab illo viro facta sunt: quis est adeo inuidus, aut negligens, aut desides, vt ea sustineat præterire? Quo in loco cum tantus error prius esset diffusus, & multitudo quidem assidue veniret innumerabilis, fieret autem innocuum animalium sacrificium propter cultum, proh dolor dæmonum, perierunt illa omnia & extincta sunt zelo illius magna, & quia à Deo monebatur anima.*

LV.

Neque hæc sunt digna, quæ mandentur silentio, quæ facta sunt in fastigio ciuitatis in templo Veneris, & quod non solum studuerit, vt id diueretur, sed etiam vt in eo loco viri sancti habitarent, terribiles ijs, qui eo subibant dæmonibus: adeo vt illi quidem procul expulsi fuerint, tanquam armis quibusdam terribilibus intentatis eorum vitorum precibus: homines autem, qui circum circa habitabant, non solum à lesione illorum liberarentur, sed etiam maximã acciperent vtilitatem, cum possent versari cum Monachis qui perfecti erant in Dei timore. Illius mentis & studij etiam est opus, prophani templi destructio, quod fuit in arce Beli, & ad solum vsque facta eius demolitio. fuit tanta victoria seruata Chrysostomo: additque: *Potest etiam, quæ circa Seleuciam habitatur regio gloriari præclaris factis illius viri: nam & simulacrorum templa illic diruta & diuinas ædes extructas & viros virtutis studiosos illic ad habitandum collocatos inuenies.* hactenus de rebus ab eo gestis aduersus hæreticos & Gentiles Antiochiæ, cum presbyter esset: quæ quidem cum certo anno cõsignari minimè valeãt, hic sub eo, quo idem est initiatus presbyterio, collocasse voluimus: vt plane intelligas hominem, si quis alius, cõiunxisse opera stylo, cum primis suis luculentis ac scitis orationibus infectatus sit Gentiles, atq; à fide Catholica extorres hæreticos, factisq; eosdem etiam magno studio exagitarit. Memor enim, Iulianum, Apostatam, Antiochiæ cũ esset, assiduis sacrificiis in Christi cõtumeliam frequentasse deorum templa, inuisisseq; longa peregrinatione Iouem Casium: vt primum sub Christiano Imperatore omnium maximè pio Theodosio licuit, magnis sumptis spiritibus, in eadẽ vindex e acerrimus exurrexit. Sed iam quæ anni huius sunt reliqua, absoluamus.

LVI.

e l. 2. de Cod. rat. Xal.

LVII.

Hoc eodem Domini anno, qui & octauus Theodosij Imperij numeratur, S. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus (vt auctor est S. Hieronym. f.) ex hac vita migrauit, de quo quidẽ, quod (vt idem ait) sæpe pulsus, ac sæpe in sedem receptus, hasq; vices passus sit à Cõstantij temporibus; quantum temporis sederit, haud exploratum haberi potest. cuius monumẽta ingenij extant Catecheses, quas in adolescentia elaborauit. Huic subrogatus est Ioannes, quẽ tempore persecutionis sub Valente Catholicos auersatum esse, & cum Arianis ac Macedonianis cõmunicasse, nõ obscure testatur aduersus eum scribens S. Hieronym. cum ait g: *Non enumerabo, si annueris eos, qui talia prædicauerunt, cum quibus fueris, quando ista docentes exulta sustinebant; quis sit ille, qui Theonæ presbytero Spiritum sanctum Deum in Ecclesia prædicante, clauserit aures, foras q; cum suis conciuis fugerit, ne tantum audiret piaculum,* &c. Sed & sub nomine Prætextati ipsum fugillat, factumq; esse Catholicum spe dignitatis, redemptumq; ab hæresi pollicitatione Episcopatus affirmat. At de ipso plura infertus.

f Hier. de Script. Eccl. in Cyrillo.

g Hieron. ep. 61.

* * *

IESV CHRISTI
Annus 387.

SIRICII PAP. Annus 3. VALENTIN. 12. IMPP. THEODOSII 9.

I. IUSTINA AUGUSTA AMBROS. VEXAT.

TRecentesimus octogesimus septimus Christi annus ansp icio nouorum Consulum Valentiniani Augusti tertium atque Eutropii apetitur: quo Iustina Augusta, vna cum Valentiniano filio, quam anno superiori aduersus S. Ambrosium perse cutionem concitare cœperat, maioribus prosequitur incrementis: vehementior enim odio in sanctissimum virum flagrans, actionibus ira cundiæ stimulis agitata, rabie fœminili, mente peruersa, correpta furore, instar furiæ furit, & veluti Baccha œstro percita debacchatur.

Hoc quidem anno primum dolo, inde vi, atque omni denique arte, itemque conatu Ambrosium adorta est: excruciabatur enim intrinsecus, cum se frustra Augustam esse, dicique consideraret, cum vnius sacerdotis constantia vinceretur; dum nec vna sibi pateret Ecclesia, in quam liberum esset conuenire cum suis: exæstuabatque immenso animi dolore, atque inuidia tabescebat, quod videret se à populo Mediolanensi contemni, & omni officio omnes studere in omnibus sacerdoti.

II. a Paul. in Vita S. Ambr. EVTHIMII AVDAX PRÆSVMPTIO.

Quod igitur periculosa alea videretur, obnitente populo, Ambrosium manu militari captum extra prouinciam deportare: quo id absque tumultu perficiat, dolosa consilia mente agitat, sed omnia frustra. Testatur id quidem Paulinus: cum ait *a*: *Iustinæ mulieris immanes insidias sustinuit: quæ minoribus atque bonoribus aduersus sanctum virum oblatis, populum excitabat; sed infirmorum mentes talibus promissis decipiebantur. Promittebat enim Tribunatus & diuersas alias dignitates iis, qui illum de Ecclesia raptum ad exilium perduxissent. Quod cum multi conarentur, sed Deo præsule perficere non valerent: vnus infelicior cæteris nomine Euthymius, tanto furore excitatus est, vt iuxta Ecclesiam sibi domum pararet, atque in eadem carrum constitueret, quo facilius raptum superpositum carpento ad exilium perduceret. Sed iniquitas eius in verticem ipsius descendit. Post annum etenim, eodem die, quo illum rapere se arbitrabatur, eodem carpento impositus, de eadem domo ipse ad exilium destinatus est; reputans sibi iusto iudicio Dei id in se esse conuersum; vt in eodem carpento dirigeretur ad exilium, quod ipse parauerat sacerdoti: cui non minimum solatii sacerdos præbuit, dando sumptus, vel alia, quæ erant necessaria. Sed hæc confessio hominis, nec mulieris furorem, nec vesanorum Arianorum amentiam repressit.* hæc Paulinus. Meminit quoque horum Ambrosius in concione, quam ad populum habuit in Auxentium, vbi inter alia *b*: *Nemo vos turbet, quod aut carrum præparauerint, aut dura, vt videbatur sibi, Auxentij ipsius, qui se dicit Episcopum, ore iactata.* hæc ipse. Sed quid postea?

III. AVXENT. ARMATVR IN AMBR.

Quod fraus detecta euanuisset; iam aperto marte congredi, manuque militari agere decreuit Augusta: Auxentio enim omnia, quæ velit, militaria parat auxilia; quibus ille procax accinctus, omnia furore commiscet, qui etiam elicuit ab Impe atore edictum, quod ipse conscripsit, quo iuberentur Catholici sacerdotes eiici ab Ecclesiis; & qui renuissent, occidi. Vnde increbuit rumor, missos esse speculatores, qui Ambrosium renuentem basilicam tradere, capite truncarent. His commotus populus, intra basilicam obseratis ianuis, pluribus diebus ac noctibus vigilantissimo studio custodiebat Ambrosium, obsidentibus interea militibus Ecclesiam, vt abriperent sacerdotem. Hæc autem omnia ipse sanctus Ambrosius refert his verbis *c*: *Plerique narrabant percussores præmissos pœnam mortis esse decretam. Nec illa timeo, & ista non desero. Quo enim abibo, vbi non omnia plena gemitu sint, atque lachrymarum, quando per Ecclesias iubentur eici Catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, curiales proscribi omnes, nisi mandatum implauerint? & hæc Episcopi manu scripta & ore dictata: qui se vt probatæ doctissimum, vetus non omisit exemplum. Legimus enim in Propheta d, quod viderit falcem volantem. Hanc imitatus Auxentius, gladium volantem per omnes vrbes direxit. Et satanas e transfigurat se in Angelum lucis, & in malum imitatur eius potentiam. Tu Domine Iesu vno momento mundum redemisti: Auxentius vero vno momento tot populos (quod in ipso est) trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio, meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus, &c.* Quid autem egerit, vbi eiusmodi Imperatoris edicto de tradendo basilica idem Ambrosius conueniretur, idem ipse recenset.

d Zach. 6. e 2. Cor. 11.

IV. 3 Reg 21. AMBROS. QVA CONSTANTIA RESITERIT ADVERSARIIS.

Oportune quidem tunc accidit, vt ea die, qua ab ipso Ambrosio basilica peteretur, in Ecclesia legeretur historia de Achab & atque Nabuthe; cuius exemplo Ambrosius suam defendit Ecclesiam; paratusque fuit potius mille subire mortes, quam basilicæ traditor effici. subdit enim hæc ipse: *Memmisti etiam, quod lectum est hodie, Nabuthe sanctum virum possessorem vineæ suæ interpellatum pertinone regia, vt vineam suam daret, vbi Rex successis vitibus olus vile sereret: eumque respondisse: Absit, vt ego patrum meorum tradam hereditatem,* & paulo post: *Nabuthe vites suas vel proprio cruore defendit: Si ille vineam non tradidit suam; nos trademus Ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuenire: Absit à me, vt tradam Christi hereditatem. Si ille patrum hereditatem non tradidit: ego tradam Christi hereditatem? Sed & hoc addidi: Absit, vt tradam hereditatem patrum, hoc est, hereditatem Dionysii, quiex exilio in causa fidei defunctus est, hereditatem Eusorgij confessoris, hereditatem Myrocli, atque omnium retro fidelium Episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est: quod Imperatoru est, faciat Imperator, prius est, vt animam mihi, quam fidem auferat.* hæc Ambrosius de his, quæ ab Auxentio nitente Imperatoris Valentiniani edicto passus est.

V. AMBROS. A TRIBVNIS IVBETVR ABIRE.

Sed maiora ingruunt post hæc prœlia, vbi missi sunt cum Imperatoris præcepto Tribuni, à quibus ipse Ambrosius iuberetur recedere à basilica, tradereque Ecclesiæ sacra vasa. Cum populus pastoris sui amantissimi solicitiori custodia vallat Episcopum, timens ab eo deseri tunc sanctus Ambrosius, cum ita populum videret affectum, eum pro concione allocutus; quo ipse animo esset in defendenda Dei Ecclesia, pluribus declarauit. Quæ etiam oratione quæ gesta essent cum Tribunis, cum referat, hic ea, quæ sunt historiæ, describamus: sic enim exordius est: *Video vos prater solitum subito esse turbatos, atque asseruantes mei. Miror, quid hoc sit. Nisi forte quia per Tribunos me vidistis aut audistis Imperiali mandato esse conuentum: vt quo vellem abirem hunc: & si qui vellent sequendi potestatem haberent. Metuistis ergo, ne Ecclesiam desererem, & dum salutem meam timeo, vos relinquerem? Sed quid & ipse mandauerim, potuistis aduertere: deseremdæ Ecclesiæ mihi voluntatem subesse non posse; quia plus Dominum mundi, quam seculi huius Imperatorem timerem. Sane si me vis aliqua abduceret ab Ecclesia, carnem meam exturbari posse, non mentem: paratum me esse, vt si ille faceret, quod solet esse regiæ potestatis, ego subirem, quod sacerdotis esse consueuerit. Quid ergo turbamini? Volens nunquam vos deseram: coactus repugnare non noui. Dolere potero, potero flere potero gemere: aduersus arma, milites, Gothos quoque lachrymæ meæ arma sunt: talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. Fugere autem & relinquere Ecclesiam non soleo, ne quis grauioris pœnæ metu factum interpretetur. Scitis & vos ipsi, quod Imperatoribus soleam deferre, non cedere; supplicia me libenter offerre, nec metuere, quæ parantur.*

VI. AMBROS. INTREPIDE AGIT.

Vtinam essem securus, quod Ecclesia hæreticis minime traderetur: ad Palatium Imperatoris irem libenter, si hoc congrueret sacerdotis officio, vt in Palatio magis certarem, quam in Ecclesia. Sed in Consistorio non reus solet Christus esse, sed Iudex. Causam fidei in Ecclesia agendam, quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat: inclinatum iam vel Imperatoris iudicium, quod lata lege patefecit, quo impugnat fidem, vel sperata ambitionum quorundam studia non requirat. Non committo, vt quisquam vendat iniuriam Christi. Circumfusi milites, armorum crepitus, quibus vallata est Ecclesia, fidem non terrent meam, sed mentem exagitant, ne dum me tuetur, pernicio sum aliquid vestræ obuiatur saluti. Ego enim iam didici non timere sed vobis timere plus capi. Sinite, quæso, vestrum sacerdotem congredi: habemus aduersarium qui lateat. Aduersarius enim noster diabolus, sicut leo rugiens, circuit quærens

quem deuoret, vt Apostolus dixit a. Et paulo post de requisitis à Tribunis sacris Ecclesiæ vasis hæc addit:

a 1. Pet. 5.

VII. QVID AMBROSIVS, CVM DARE VASA IVBERETVR.

Cum esset propositum, vt Ecclesiæ vasa iam traderemus: hoc responsi reddidit: Me si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset, libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum, non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti: quia nec mihi expedit tradere, nec illi accipere. Ac cipiat enim vocem liberi sacerdotis: si vult sibi esse consultum, recedat à Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, & vt arbitror, plena affectus eius, quem Imperatori debet sacerdos. Sed quia lucta nobis est non solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam (quod grauius est) aduersus spiritualia nequitiæ, quæ sunt in cœlestibus b: tentator ille diabolus per ministros suos certamen auget, vulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio, fratres, vulnera hæc, quæ pro Christo excipimus, non esse vulnera, quibus vita amittitur, sed propagatur. Sinite, quæso, esse certamen: spectatores vos esse decet. Considerate, quia si quem habet civitas, vel athletam, vel alterius nobilis artis peritum, optat offerre certaminis cur in maioribus rebus trepidatis, quod vel in minoribus velle consuestis? Non metuit arma, non barbaros, qui mortem non timet, qui in illa carnis voluptate retinetur.

b Ephes. 6.

VIII. AMBROS. MAGNA AD DEVM FIDVCIA. c Luc. 19.

Certe si Dominus huic nos certamini deputauit: frustra pernigiles tot noctibus & diebus custodias exhibebis: implebitur Christi voluntas: Omnipotens enim noster est Dominus Iesus: hæc est fides nostra. Et ideo quod fieri mandat, implebitur: nec conuenit nos diuinæ obtutare sententiæ. Audistis, quod hodie lectum sit: Pullum e filii asinæ Saluator per Apostolos iussit adduci, &c. Vides ex hac nota lectionis, S. Ambrosium eiusmodi ad populum concionem habuisse in Dominica Palmarum, quæ illud ipsum Euangelium consueuit in Ecclesia recitari. Quod igitur in omnibus hisce periculis vult sanctus sacerdos populum inniti absque trepidatione diuinæ prudentiæ, cuius arbitrio cuncta disponantur in terris; vt eos metu concepto omnino liberos redderet, hæc subdit: *Ergo si vult Dominus, certum est, quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid veremini? Seruum Christi non custodia corporalis, sed Dominus prouidentia fouire consueuit.* Sed vt rerum quoque præteritarum experimento magis Deo confiderent, quam humanæ vigilantiæ, curæ, & solicitudini, hæc ipsa de his, quæ acciderant, ita subinfert.

c Luc. 19.

IX. PROVIDENTIA DEI ERGA SVOS.

Turbati estis, quia apertas reperistis geminas fores, quas captus oculis quidam, dum hospitium proprium repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite, quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce vnus, qui videndi munus amisit, solus vestra vniuersa munimina, & custodias luit: Dominus autem suæ misericordiæ custodiam non amisit.

Nonne ante biduum (vt meministis) etiam illud repertum est, quod à parte læua basilicæ ingressus quidam pertusus fuit, quem putabatis clausum esse atque munitum? Sepserunt nempe armati basilicam: explorabant hos atque illos aditus: cautæ perfossi sunt, vt quod apertum erat, videre non possent. Itaque per plurimas noctes quod apertum fuerit, non ignoratis. Definite ergo solicitari: quia hoc erit, quod Christus iubet, & hoc esse expedit. hæc vt confirmet Ambrosius & populo persuadeat, petita ex diuina scriptura exempla adducit in medium, nempe de Elisæo, cũ obsideretur à Rege Syriæ d Samaria, & vt ipse caperetur, missi sunt milites: ac de Petro exemplum, quem Herodes e occidendum misit in carcerem, deque eodem, cum Romæ sub Neronе detineretur in vinculis, & rogaretur à fidelibus liber abire; cui foras progredienti Dominus occurrens, vetabis illis admonuit, quibus ipse volens libensque remeauit in carcerem. Sed & de Domino ipso subnectens exemplum, hæc ait:

d 4. Reg. 6.

e Act. 12.

X. AMBROS. TVTVS DIVINA CVSTODIA POTIVS, QVAM HVMANA.

Nonne (vt de ipso Domino humanum exemplum) quando voluit, passus est; & cum quæreretur, inuentus est? Quando autem hora non venerat passionis per medium quærentium transibat, & videntes eum tenere non poterant. Quo vtique euidenter ostendit: quia quando Dominus vult, vnusquisque inuenitur & capitur: quando autem differt, etiam si quærentium manibus occurrat & oculis, non tenetur. Ego ipse non quotidie vel visitandi gratia prodibam, vel pergebam ad Martyres? non regiam Palatij præterexibam eundo & redeundo? & tamen nemo me tenuit, cum exturbandi me habrent, vt prodierunt postea, voluntatem, dicentes: Exi de ciuitate, & vade quo vis. Expectabam, fatcor, magnum aliquid, aut gladium pro Christi nomine, aut incendium. At illi delicias mihi pro passionibus obtulerunt: sed athleta Christi non deliciis, sed passionibus suis exigit. hæc ipse de his, quæ in hanc diem ab aduersariis gesta essent: atque post multa in Auxentium locutus, refricat, quæ Ariani iactare solerent; vt in ipsum magis commouerent Imperatorem: *Aiunt*, inquit: *Ergo non debet Imperator vnam basilicam accipere, ad quam procedat? & plus vult Ambrosius posse, quam Imperator: vt Imperatori prodeundi facultatem neget? Quod cum dicunt, apprehendere sermones nostros gestiunt sicut Iudæi, qui Christum verbo sermone tentabant, dicentes* f: *Magister, licet tributum dare Cæsari, an non? &c.* subiungit distincta esse officia hominum, & cum omnia Domini sint, pendenda tamen esse Principibus, quæ illis debita sunt; quæ autem Deus sibi ipsi tantum custodita voluit, atque seruata, nequaquam Principibus tribuenda. In quam sententiam ista subdit inferius:

f Matt. 22.

XI. QVALES SINT PRINCIPES, QVI EXIGVNT TRIBVTA A CLERICIS.

Quid igitur non humiliter responsum à nobis est? Si tributum petit: non negamus: agri Ecclesiæ solvunt tributum. Si agros desiderat Imperator: potestatem habet vindicandorum: nemo nostrum interuenit. Potest pauperibus collatio populo redundare. Non facimus de agris inuidiam: tollant eos, si tributum est. Imperatori non damo, sed non nego. hæc cum ipse dicat de pensitatione tributi ex agris Ecclesiæ, secundum Christianam mansuetudinem dicere certum est, iuxta sententiam Domini g: *Abeo, qui aufert vestimentum, etiam tunicam noli prohibere: omni petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* Iri hanc quoq; sententiam Isidorus Peluliota ad Epagathum presbyterum detrectantem tributum soluere ita scripsit h:

g Luc. 6.

h Isid. l. 1. ep. 48.

XII.

Descriptus est Dominus cum vtero gestante, & censum Cæsari pependit: hinc videlicet velut lata lege nobis indicens, vt ei, qui Imperium tenet, obediamus, modo nihil ad pietatem impedimenti afferat. Quæ igitur ipse Deus noster subdita per dissensionem, & conflictum paupertate docuit, candido animo imitemur, nec pauperum obtentu tributum pendere detrectemus. hæc Isidorus, & quidem (vt dictum est) secundum Christianam mansuetudinem; cum alioqui ex Domini sententia i, si non à filiis Reges tributum exigunt, quos subditos habent, multo minus ab eis, quos sibi superiores esse cognoscunt, absque nota criminis: nuasæ tyrannidis, sub quorum cura Principes omnes intelligant se sub pastoribus esse oues, longeq; impar esse à pastoribus oues lac & lanam exigere, cum potius ista illę teneantur pastoribus exhibere. Quidni id Christiani præstent Principes, quod Ægypti sacerdotibus k Pharao vbertim impendit? qui non solum eis latifundia tradidit, quæ illis voluit perpetuo conseruata, sed ex horreis publicis statuta iisdem cibaria ministrauit. Adeo vt habeant Christiani Principes, vnde erubescant ex Pharaone, si nó id tantum, quod ille idolorum sacerdotibus impendebat ipsi Christianæ legis sacerdotibus non impertiant, sed ab aliis oblata vendicent sibi, vel redigant sub tributum.

i Matt. 17.

k Gen. 47.

XIII.

Certe quidem si præterita repetas tempora in his, quæ ad tributorum exactionem pertinent: id primum à Gentilibus Imperatoribus Ecclesia passa est, deinde ab Imperatore Apostata, postea ab Ariano Principe in Oriente. Etenim constat, primum omnium Apostatam Iulianum post Christianos Imperatores de bonis Ecclesiarum eorumque ministris exegisse tributum, eiusque affectatum esse vestigia Valentem Arianum Imperatorem, qui tributum à clericis atque monachis (vt vidimus) exigebat. De Valentiniano & Gratiano nihil huiusmodi in Occidente factum legimus. Sub Valentiniano autem puero Iustina Ariana moderabatur Imperium, cuius arbitrio id contigisse videtur, vt Catholicorum Ecclesiis tributum indiceretur ex agris: quod persoluere Ambrosius non recusat, dummodo fidei Catholicæ, Catholicæque communionis basilicis parceretur. Vides nonnisi apostatas atque hæreticos Imperatores exegisse de agris Ecclesiæ cẽsum, hac ex parte Pharaone Ægyp. Rege deteriores. Cum alii qui Catholici Principes in ditandis Ecclesiis amplis redditibus munificentissimi semper extiterint: qui si aliquando necessitate ingruentium bellorum pressi indiguerint accipere ab Ecclesiis, id perquam submisso animo à totius Christianæ religionis Antistite Romano

Pontifice

Pontifice expetere consueuerunt, & ab illo paternæ charitatis affectu pro facultate præstari; cuius rei innumera sunt exempla.

XIV. MAGNA AMBROSII FIDVCIA IN ELEMOSYNIS PAVPERVM.

Sed & ad Ambrosium redeamus hæc itidem de Arianis subdentem: *Sed inuidiam faciunt, quia aurum erogatur. Nec ego hanc inuidiã perhorresco. Habeo ararios: arary mei pauperes Christi sunt: hunc nouã congregare thesaurum. Vtinam hoc mihi semper crimen adscribant, quia aurum pauperibus erogatur. Quod si obijcunt, quod defensionem ab ijs requiram: non nego, sed etiam ambio: habeo defensionem, sed in orationibus pauperum, Cæci illi & claudi, debiles & senes robustis bellatoribus fortiores sunt. Denique, munera pauperum Deum obligant: quia scriptum est a: Qui largitur pauperi, Deo fœnerat: præsidia bellatorum diuinam sæpe gratiam non meruntur.* hæc ipse.

a Prou. 19.

XV. b Amor. in Auxent. OBIECTIO ARIANORVM DE SACRIS HYMNIS.

Sed quid rursum in eum Ariani liuore tabescentes obiicerent, ipsum audi b: *Hymnorum*, inquit, *quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane nec hoc abnuo, Grande carmen istud est, & quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim omnes student fidem fateri. Patrem & Filium, & Spiritum sanctum norunt versibus prædicare. Facti sunt igitur omnes magistri, qui vix poterant esse discipuli.* hæc idcirco sanctus Ambrosius, quod in omnibus tunc à se editis hymnis & in Ecclesia canendis populo traditis, ad finem cuiusque ipsorum (vt apparet) conglorificatio esset sanctissimæ Trinitatis. Haud enim pridem eiusmodi hymnodiam cœpisse in Ecclesia Mediolanensi, sanctus Augustinus, qui eam audiebat, & ipsius concentu magnopere demulcebatur animo, testatur his verbis c: *Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & exæstuabat affectus pietatis, & currebat lachryma, & bene mihi erat cum eis. Non longe ceperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentiniani pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur, hæresi sua causa, qua fuerat seducta ab Arianis.*

c Aug. Conf. l. 9. c. 6. 7.

XVI.

Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancillatua, sollicitudini & vigilijs primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi vt canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est, & exillo in hodiernum retentum, multis iam ac pene omnibus gregibus tuis, & per cætera Orbis imitantibus. hæc de hymnodia tunc temporis Augustinus. In Oriente quidem præter Dauidicos psalmos, canendi hymnos ea occasione introductum fuisse vsum diximus, quod cum qui minus sanæ fidei essent, eiusmodi hymnos suis canendos tradidissent (vt primo factum dicitur à Bardesane Syro, inde à Paulo Samosateno, denique ab Apellinari Laodiceno) sanctissimi Patres Catholicæ fidei defensores illis aduersos scripsere sacros hymnos: quod præstitisse diximus Ephræm Syrum, & alios atque vltimo loco Greg. Nazianzenum. De eiusmodi quoque hymnodia atque vigiliis hæc Paulinus d: *Hoc in tempore primo antiphonæ, hymni, ac vigilia in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt.* ex quibus plane videas, quam procul abhorreat à veritate, quod effictor ille sermonum nomine S. Augustini insipienter effutiit, e, à S. Ambrosio vigilias esse sublatas, quas constat auctore eodem, in Mediolanensi Ecclesia hymnis auctas. Verum de his in notis pluribus egimus.

d Paul. in vita S. Ambr.

e Aug. ad frater. de eremo. ser. 25.

XVII. DE POTESTATE IMP. ET IVRE ECCLESIÆ.

Sed idem rursus S. Ambrosius eidem concioni apponens coronidem, quo modo se habeat Imperatoris potestas cum Ecclesiastico iure, hæc ad postremum addit: *Soluimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est; Cæsari vtique non debet adduci; quia ius Cæsaris esse non potest Dei templum. Quod cum honorificentia Imperatoris nemo dictum potest negare: quid enim honorificentius, quam vt Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam est. Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat. Hac vt humiliter dicimus, ita constanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladium, deportationem minantur. Didicimus Christi seruuli non timere. Non timentibus nunquam est grauis terror, &c.* eat. ita ipse. ex quibus perspicue intelligis, quam velit illibate integreque seruatum, custoditumque ius Ecclesiasticum sacerdotibus, & quam longe longius absit, vt Imperatores Ecclesiis, earumque ministris sacerdotibus dominentur.

Quæ autem contigerint post illam ad populum habitam concionem, idem ipse sanctus Ambrosius, prout gesta sunt, ad sororem Marcellinam exacte describit f, cum ait: *Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum, &c.* per diem illam Dominicam, Palmarũ solemnitatem intelligit, qua de asina & pullo solutis atque ad Christum deductis Euangelium (vt dictum est) consueuit in Ecclesia recitari. Quod vero ait, post tractatum habitum: per tractatum vtique intelligit habitam maiorum ad populum concionem. Sed & quod subdit, eadem ipsa die tradidisse symbolum competentibus baptizandis: eandem diem Dominicam, Palmarum dictam, significat, quo antiquitus dari symbolum competentibus consueuit, vt Isidorus g & alii testantur. Quæ autem tunc ea die contigerint, vt sciamus, ipsam Ambrosii epistolam hic recitemus; sic enim se habet h:

XVIII. RATIO TEMPORIS ET CONTINVATIO ACTORVM.

f Ambr. ep. 33.

g Isidor. de Diuin. offi. c. 17.

h Ambr. ep. 33.

XIX. EPIST. AMBR. AD MARCELLINAM.

Quoniam omnibus fere epistolis solicite queris de Ecclesia: accipe, quid agatur. Postridie quam accepi litteras tuas, quibus significasti, quod te exagitarent somnia tua, moles inquietudinum grauium cœpit moueri. Nec iam Portiana, hoc est, extramurana basilica petebatur, sed basilica nouæ, hoc est, intramurana, quæ maior est. Conuenerunt me primo Principes, virtutum viri, Comites Consistoriani, vt & basilicam traderem, & procurarem, ne quid populus turbarum moueret.

Respondi, quod erat mei ordinis: Templum Dei tradi à sacerdote non posse. Acclamatum est sequenti die in Ecclesia. Etiam Præfectus eo venit: cœpit suadere, vt basilica Portiana cederemus. Populus reclamauit. Ita tunc discessum est, vt intimaturum se Imperatori diceret. hæc omnia hucusque recitata, duobus diebus ante Dominicam gesta esse, superius dictum est. Quid vero postea acciderit, ita subdit:

XX.

Sequenti die (erat autem Dominica) post lectionem atque tractatum dimissis catechumenis, symbolum aliquibus competentibus in baptisterio tradebam basilicæ. Illic nunciatum est mihi, comperto, quod ad Portianam basilicam de Palatio Decanos mississent, & vela suspenderent, populi partem eo pergere. Ego tamen mansi in munere: Missam facere cœpi.

XXI. CASTVLVS ARIANVS CAPTVS RELAXATVR.

Dum offero, raptum cognoui à populo Castulum quendam, quem presbyterum dicerent Ariani: hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime fleui & orare inipsa oblatione Deum cœpi, vt subueniret, ne cuius sanguis in causa Ecclesiæ fieret. certe vt meus sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsis impijs effunderetur. Quid multa? Missis presbyteris & diaconibus, eripuimus uirum. Condemnationes illico grauissimæ decernuntur, primo in corpus omne mercatorum. Itaque sanctis diebus hebdomadæ vltimæ, quibus solebant debitorum relaxari vincula, stridunt catenæ, imponuntur collo innocentium, exiguntur ducenta pondo auri intra totum triduum. Respondent aliqui, se tantum & duplum, si peterentur, daturos, dummodo seruarent fidem. Erant pleni carceres negotiatoribus: Palatina omnia officia, hoc est, Memoriales, Agentes in rebus, apparitores diuersorum Comitum temperare à processu iubentur, specie quasi seditioni interesse prohibebantur: Honoratis multa minabantur grauissima; nisi basilicam traderent.

XXII. NIHIL IVRIS VENDICARE IMP. IN ECCLESIAM.

Vernebat persecutio, ac si aperuissent portam, prorupturi in omne sacrum videbantur. Conuenior ipse à Comitibus & Tribunis, vt basilica fieret matura traditio ducentibus, Imperatorem iure suo vti, eo quod in potestate eius esset omnia. Respondi: si à me peteret, quod meum esset, id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum, quamquã omnia, quæ mea sunt, essent pauperum: verum ea, quæ diuina, Imperatoriæ potestati non esse subiecta. hæc tunc ipse: ex quibus illud consideres, quam longe absit, vt iura Ecclesiarum, vel eis deseruientiũ ministrorum sibi vendicare valeat Imperator, si nec in ipsam ædificatam Ecclesiam ius aliquod sibi legitime valeat vsurpare. Quod si ab his Imperator arcetur, quanta teme-

ritate dicam, & impietate inferiores Principes ea sibi audeant vendicare? Sed quid ad hęc tunc addidit? idem subdit: *Si patrimonium petitur, inquadite: si corpus, occurram. Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi: non ego me vallabo circumfusione populorum: nec altaria tenebo, vitam obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.*

XXIII. AMBROS. REDARGVIT GOTHOS.

Horrebam quippe animo, cum armatos ad Basilicam Ecclesiæ occupandam missos cognoscerem: ne dum basilicam vendicant, aliqua strages fieret, qua in perniciem totius vergeret civitatis. Orabam, ne tanta vobis, vel totus Italiæ busto superinuerem. Detestabar invidiam fundendi cruoris: offerebam jugulum meum. Aderant Gothi Tribuni: adoriebar eos, dicens: Propterea vos possessio Romana suscepit, vt perturbationis publicæ vos præbeatis ministros? Quo transibitis, si hæc deleta fuerint? Exigebatur à me, vt compescerem populum. Referebam, in meo iure esse, vt non excitarem; in Dei manu, vt mitigaret. Postremo, si me incentorem putarent: iam in me vindicari oportere, vel abduci me in quas vellent terrarum solitudines. His dictis, illi abierunt, ego in basilica veteri totum exegi diem, inde domum cubitum me recepi, vt si quis abducere vellet, inueniret paratum.

XXIV. MILITES MISSI AB IMP. AGVNT PRO AMBROS.

Ante lucem, vbi pedem limine extuli, circumfuso milite, occupatur basilica: idque à militibus Imperatori mandatum dicitur, vt si prodire vellet, haberet copiam. Se tamen præsto futuros, si viderent eũ cum Cathol. conuenire, alioquin se ad eum captum, quem Ambrosius cogeret, transfuturos. Prodire de Arianis nullus audebat, quia nec quisquam de ciuibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gothi, quibus vt olim planstrum sedes erat, ita nunc planstrum Ecclesia est. Quocunq; fœmina ipsa, nempe Iustina, processerit, secum suos omnes cœtus vehit. Circumfusam basilicam esse gemitu populi intellexi: sed dum leguntur lectiones, intimatur mihi plenam populi esse basilicam etiam vestam, maiorem videri plebem, quam omnes cum essent hîberi, lectorem effugarat. Quid plura? Milites ipsi, qui videbãtur occupasse basilicam, cognito, quod præ essent, vt abstinerentur à communionis consortio, ad conventum hunc nostrum venire cœperunt, quibus visis, turbabantur mulierum animi: prorupit se vna. Ipsi tamen milites, se ad orationem venisse, non ad prælium, loquebantur. Clamauit aliqua populus quam vehementer, quam constanter, quam fideliter poscebat, vt ad illam pergeremus basilicam: In illa quoque basilica fertur, quod populus præsentiam flagitabat meam. Tunc ego in ue adorsus sermonem sum: Audistis, filij librum Iob hodie legi &c.

XXV. DE IVRE IMP. ET ECCLESIÆ.

Atin eodem, quem tunc ad populum sermonem habui, hæc inter alia: Mandatur denique: Trade basilicam. Respondeo: nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum priuati nullo pote s iure temerare: domum Dei existimas auferendam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo: Noli te grauare, Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere; sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus: Scriptum est: Quæ Dei, Deo: quæ Cæsaris, Cæsari. Ad Imperatorem palatia pertinent: ad sacerdotem Ecclesiæ publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum. hęc cum adeo constanter atque fiducienter affirmet & inculcet Ambrosius, compellare, Christiane Princeps: quem tutius audies, Ambrosium, an recentiorem hæresiarcham omnia Principibus tribuentem? Cui Ambrosius doctrina secundus, si scientiam quæris? si vitæ mores? quem habes, cui eidem vel minima ex parte conferre queas? si pietatem, certam, tutamque Catholicam fidem; ex miraculis adeo viuente atque defuncto editis proba doctrinam. In tam apertæ lucis adeo cæcutis, vt adhuc lucem tenebras, & tenebras lucem dicas? Sed quod reliquum est historiæ, prosequamur: subdit enim hæc ipse.

XXVI. AMBROS. GRATIARVM ACTIO.

Dum hæc tracto, suggestum est mihi, cortinas regias esse collectas, referiam autem basilicam præsentiam mei poscere. Statimque eo conuerti sermonem meum, dicens: Quam alta & profunda oracula sunt Spiritus sancti! Matutinus hora lectum est, vt meminissis fratres quod summo animi dolore respondemus à: Deus venerunt Gentes in hæreditatem tuam. Et re vera venerunt Gentes, & plus etiam, quam Gentes venerunt. Venerunt enim Gothi, & diuersarum nationum: iri, venerunt cum armis & circumfusi occupauerunt basilicam, hoc nos signa i tuæ altitudinis dolebamus, sed nostra imprudentia aliud opinabatur. Venerant Gentes, sed vere in hæreditatem tuam venerunt. Qui enim Gentes venerunt, facti sunt Christiani: Qui ad inuadendam hæreditatem venerunt, facti sunt cohæredes Dei. Defensores habeo, quos hostes putabam: socios teneo, quos aduersarios existimabam. Completum est illud, quod de Domino Iesu Dauid Propheta b cecinit: Quia factus est in pace locus eius, & confregit cornua arcuum, scutum, & gladium, & bellum. Cuius enim hoc munus, cuius opus, nisi tuum, Domine Iesu? Videbas ad templum tuum armatos venire, hunc gemere populum, & frequentem adesse, nec a basilica Dei tradaretur. Inde vim militibus, Imperatori, mortem ante oculos mihi: ne quid inter hæc furori liceret, inseruisti te, Domine, medium, & fecisti vtraque vnum: compescuisti armatos, dicens profecto: Si ad arma concurritur, si in templo meo lis commouetur, quæ vtilitas in sanguine meo? Gratias tibi agimus tibi Christe: non Legatus, neque nuncius, sed tu Domine saluum fecisti populum tuum: conscidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitia.

b Psal. 75.

Hæc ego dicebam, ratus Imperatoris animum studio militum, obsecratione Comitum, precatu populi posse mitescere. Interea nunciatur mihi, missum Notarium, qui mandata deferret. Concesi paululum: mandatumque intimat: Quid tibi visum est, inquit, vt contra placitum faceres? Respondi: Quid placitum sit, ignoro: quidve temere factum dicatur, incertum habeo. Ait: Corpresbyteros ad basilicam destinasti? Si tyrannus es, scire volo, vt sciam, quem admodum me aduersus te præparem. Retuli, dicens, me nihil in præiudicium fecisse Ecclesiæ: eo tempore, quo audiebam occupatam esse à militibus basilicam, gemitum tantummodo liberiorem habuisse; nullis me adhortantibus, vt eo pergerem, dixisse: Tradere basilicam non possum, sed pugnare non debeo. Posta vero quam cognouerim cortinas regias inde esse sublatas, cum me populus eo ire deposceret, direxisse presbyteros: me tamen noluisse ire, sed dixisse: Credo in Christo, quod ipse nobiscum faciet Imperator. Si hæc tyrannis videtur, habeo arma, sed in Christi nomine habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur scire, si tyrannum putaret?

XXVII. NOVA QVÆRELA EXAGITAVIT AMBROSIVS.

Veteri iure à sacerdotibus donata Imperia, non vsurpata. Et vulgo dicì, quod Imperatores sacerdotium magis optauerint, quam Imperium sacerdotes. Christus c fugit, ne Rex fieret. Habemus tyrannidem nostram. Tyrannis sacerdotis, infirmitas est: Cum infirmor, inquit d, tum potens sum. Caueret tamen, ne ipse sibi tyrannum faceret, cui Deus aduersarium non excitauit. Non hoc Maximum dicere, quod tyrannus ego sim Valentiniani, qui se meæ legationis obiectu quæritet ad Italiam non potuisse transire. Addida, quia nunquam sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos sæpe sunt passi. Exactus est totus ille dies in mœrore nostro; scisse tamen ab illudentibus pueris cortinæ regiæ, erant illæ veluti affixus titulus, quo significaretur basilica vendicata ab Imperatore: quod enim putaretur illuc venturus Imperator, ex more cortinis tensis locus paratus eidem fuit. Sed pergit: Ego domum redire non potui, quia circumfusi erant milites, qui basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in Ecclesia basilica minore diximus.

XXVIII. c Iean. 6. EMINENS SVPRA IMPERIVM DIGNITAS SACERDOTALIS. d 2. Cor. 12.

Sequenti die (fuit hæc fetia secunda maioris hebdomadæ) lectus est de more liber Ionæ: quo completo, hunc sermonem aduersus sum: Liber lectus est, fratres, quo prophetatur, quod peccatores pœnitentiam reuertantur. Acceptum est ita; vt sperarentur in præsenti futurum. & post pauca: Nec mora, nunciatur, Imperatorem ingressum, vt recederent milites de basilica: negotiatoribus quoque quod exactum de cõdemnatione fuerat, redderetur. Quæ tunc plebis totius lætitia fuit? qui totius populi plausus? qua gratia? Erat autem dies, quo sese Dominus pro nobis tradidit, quo in Ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nunciare milites, irruentes in altaria osculis significare pacis insigne. Tunc agnouit, quod Deus vermem antelucanum percusserit. Et vt tota ciuitas seruaretur. Hæc gesta sunt, atque vtinam tam finita: sed grauiores motus futuros plena commotionis Imperialia verba indicant. Ego tyrannus appellor, & plus etiam, quam tyrannus. Nam cum Imperatorem Comites obsecrarent, vti prodiret ad Ecclesiam, idque petitu militum facere se dicerent, respondit: Si vobis inferit Ambrosius, vinctum me tradetis. Quid post hanc vocem superfit considera. Quam vocem omnes coborruerunt, sed habet, à quibus exasperetur.

XXIX. RES AMBROSIO SECVNDO RISE SUSCEPTÆ.

Denique etiam speciali expressione Calligonus præpositus cubiculi mandare mihi ausus est: Me vivo, tu contemnis Valentinianum? cape tibi tollo. Respondi: Deus permittat tibi, vt impleas, quod minaris: ego enim paratus, quod Episcopi; tu facies, quod spadones. At vtinam Dominus auertat eos ab Ecclesia, & in me omnia sua tela conuertant, meo sanguine sitim suam expleant. hactenus ad Marcellinã sororem Ambros. At quid post hæc de Calligono

XXX. CALLIGONIS IMPVDENTIA DIGNO PVNITA SVPPLICIO.

præfecto

præfecto cubiculi adeo impudenti, vltimum ſupplicium Ambroſio comminanti? Inultam eunuchi procaciam ſiuit abire Dominus? minime gentium. Sed quid in eum? Res digna memoria, cum ab ipſo Ambroſio, tum à Paulino prætermiſſa, haud voluit Deus, vt relinqueretur penitus obuoluta ſilentio: ſiquidem S. Auguſtinus alia occaſione agens contra Iulianum Pelagianum de eunuchorũ concupiſcentia, inter alia attingit hæc obiicit his verbis *a*: *Eſt tamen concupiſcentia ſpadonum, pudicq; comprimitur, ne concumbendi, quamuis irritus ipſe conatus in eam turpitudinem veniat propter quam Calligonum Valentiniani iunioris eunuchum gladio nouimus vltore punitum, meretricis confeſſione comictum*, ita Auguſtinus. Vides ex his, quam Deus ſeuerus ſit vindex ſeruorum ſuorum, cum ſicut Euthymio ante, ita & Calligono poſtea æqua lance penſatum reddidit, quod in ſanctum fuerant ſupplicium comminati.

a Aug. rem. pec. lib. Pelag. l. 6. c. 14.

XXXI. At de rebus triduo illo geſtis idem S. Ambroſius epiſtolam ſcripſit ad omnes Italiæ Epiſcopos, quæ penitus excidit, tantumque ſupereſt breue fragmentum, quod S. Ioannes Damaſcenus ex ea recitat: ſic enim ait *b*: *At Mediolani Pontifex Ambroſius in Epiſtola, quam ad vniuerſam Italiam ſcripſit, hæc habet: Mihi autem, tertia nocte, cum ex inedia corpus laboraret, non dormienti, ſed in mentis ſtupore conſtituto, ſeſe oſtenderunt cum quadam perſona beato Paulo Apoſtolo ſimili, vt eius effigies pictura in tabulis expreſſa facile declarabat.* hæc tantum ibi ex Ambroſio. Vtinam ipſa integra extaret epiſtola.

b Damaſc. de Imag. or. 2.

XXXII. OMNIA PAVENT AMBROS. IVSTE DVGNANTI. Sed quæ poſt hæc ſunt ſubſecuta? admiratione plane digna. Vni Ambroſio pro Eccleſiaſtica libertate pugnanti, populus ac milites, ſubditi atque Principes, terra cœlumque, mortales & ſuperi, viuentes atque vita functi, & quid inſuper? ipſi denique ſpiritus aduerſarii, licet inuiti, ei tamen præſto fuere. Dicamus de ſingulis. Mirandum ſane fuit, vniuerſum populum Mediolanenſem Epiſcopo potiùs, quam Imperatori, tanto periculo ſuorum capitum atque bonorum, ſtudere ardentiſſimis conatibus delegiſſe; ipſos mercatores lucri cupidos, vt aduerſus Imperatorem fauerent Ambroſio, omnia contempſiſſe; & nobiles, quos Honoratos vocat, prætuliſſe Crucis ignominiam Regiæ Pharaonis: ſed maioris admirationis illud acceſſit, milites, qui ad expugnandam baſilicam acceſſiſſent: momento temporis eſſe conuerſos in defenſores; & qui venerant fundere in baſilica ſanguinem, mutatos vna fudiſſe cum Catholicis ad Deum preces. Sed quod ne ſic quidem emolliretur Iuſtinæ animus, quem impietas in filicem obduraſſet, & filium Imperatorem in Ambroſium acrius concitare, vrgereq; fœmineo furore pergeret: Deus pro Ambroſii defenſione Maximum Imper. commouit: qui primo (vt par erat) his datis litteris voluit Valentinianum admonuiſſe *c*.

c Tom. 1. ep. Rom. Pont.

XXXIII. EPISTOLA MAXIMI IMP. AD VALENTIN. AVG. *Niſi clementia noſtra circa ſerenitatem tuam fides ſimplex eſſet, & gratia plena concordia, confido etiam, quod commoda rationibus meis eſſe poſſent hæc, quæ nunc agi dicuntur in partibus tranquillitatu tua Catholica legis turbatio atque conuulſio. Quid enim tam optandum poſſit eſſe ea, ſi quis eſſet inimicus, quam aduerſus Eccleſias Dei, hoc eſt, aduerſus Deum ipſum, & aliqua moliri, & vbi error excuſabilis non eſt, ibi velle peccare? Sed quoniam ſerenitati noſtræ, & in Deum religio maior, quam violari etiam ab inimiciſſimo quoque non optabile nobis arbitramur, & circa ſereniſſimam iuuentutem tuam tam arcta noſtri cura, tam ſedula eſt, vt recte facta magis nos ſua, quam errata delectent: idcirco perennitatem tuam credidimus commonendam, vt introſpecta ratione nominis ſummi, & maieſtatis ipſius conſiderata potentia, quid agere debeas, ſolida mente perpendas. Audiui enim (nam fama non patitur occultari, præſertim quod agatur in populos) nouis clementiæ tuæ edictis, Eccleſias Catholicis vim illatam fuiſſe, obſideri in baſilicis ſacerdotes, mulctam eſſe propoſitam, pœnam capitis adiectam, & legem ſanctiſſimam ſub nomine neſcio cuius legi eucrti. Hoc quam graue ſit, poteris intueri, ſi Dei magnitudinem volueris cogitare. Erubeſco ſi quam crediderit ſerenitas tua aſtruere velle rationem, & Dei agere cauſam.*

XXXIV. IN NITENDVM VETERI ET *Quid enim ſi hoc ſolum eſſet? Si enim iam per tot ſecula coalita & confirmata mutares, paruam ne excitare diſcordiam videreris? Ipſis humanis legibus in hac mortalitate habet noſtra reuerentiam conſuetudo, & in re iam vetuſta atque vſitata aliquid nouum feciſſe, reprehenſio eſt. Italia omnis atque Africa hoc ſacramento credunt: hac fide gloriantur Gallia, Aquitania, omnis Hiſpania, Roma ipſa venerabilis, cuius etiam in hac parte principatus eſt, quod Deum ſicut ſequi voluit, agnouit. Confitebor ipſe, quod non ſine mœrore dictum eſt; ſolum diſſentiebat Illyricum: vtinam quod erraſſet, non extaret exemplum. Vtinam illud incolume * Ariana legis Marcenſe * oppidum permaneret, & non ad iudicium quoddam erroris miſeri concidiſſet; quia ipſos eruditſſet auctores, ne præcipua irati numinis vltione procumberent. Periculoſe, nihi credo, diuina tentantur.*

VSV RECEPTÆ RELIGIONIS.

* columea * Murſenſe

XXXV. *Venerabilis memoriæ diuus Valentinianus pater clementiæ tuæ hac fide fideliter imperauit: nihil ille attingere voluit, quod bene conſtitutum videbat. Hi certe ſub eodem, Epiſcopi iam fuerunt. Quæ tanta mutatio, vt qui antea ſacerdotes, nunc ſacrilegi iudicentur? iiſdem certe præceptis, iiſdem ſacramentis dicati, eadem fide crediunt, qua ante crediderunt. An putat venerabilis mihi ſereniſas tua, conceptam ſemel in animis hominum religionem, quam Deus ipſe conſtituit, poſſe conuelli? Quantæ ex hoc diſcordiæ excitabuntur? quanta contentiones oborientur? quam crebræ ac peſtiferæ ſeditiones? quanta & quæ peruerſientia ad Deum vota inſurgent? cum inter Chriſtianos (quod dictu nefas ſit) quædam perſecutionis imago naſcatur?*

XXXVI. *Videris, in quam partem hanc ſedulitatem noſtram interpretetis: nullo certe maiori genere curam meam circa clementiam tuam probare tibi poſſem, quam ſi te horter, vt deſinas. Puto enim recognoſcas, quod nemo hoc ſuaderet inimicus. Hæc amabiliter à nobis dicta eſſe, opto, vt intelligas ſpero, quod credas. Vnde æquum admodum eſt, ne ſanctio numini debita conuellas; Italiam omnem, & venerabilem Romam; cæteras q; prouincias ſuis Eccleſiis, ſuis ſacerdotibus reddas, neque te medium interferas, cum fas ſit, iuſtius eos, qui à Catholica Eccleſia Arianorum interpretatione * diſceſſerint, errorem ſuum vera religione mutare, quam recte ſentientibus ſuam immittere prauitatem.* hactenus Maximus ad Valentinianum: quibus plane apparet, non Mediolanenſem dumtaxat Eccleſiam ipſum Valentinianum vexaſſe, ſed omnes exiſtentes in prouinciis ſibi ſubditis, illo edito, quod ſcripſiſſe Auxentium diximus, edicto, quo iubebantur ab Eccleſiis eiici Catholici ſacerdotes, reſiſtentes feriri gladio, Curiales proſcribi, niſi Imperatoris mandatum implerent. Porro de Maximi Imperatoris ſtudiis pro defenſione fidei, & Ambroſii liberatione, Theodoretus hæc habet *d*:

* interuentione

PERSECVTIO VALENTINIANI.

d Theod. l. 5. c. 14.

Vbi, inquit, *Maximus tyrannus de ſacinore contra præclariſſimum veritatis præconem Ambroſium per Valentinianum admiſſo certior factus eſſet, ſcribit ad Valentinianum litteras, hortaturque, vt tum à bello contra pietatem faciendo deſiſtat, tum ne paternam pietatem prodere moliatur. Poſtremo minatur bellum, ſi non obtemperaret, ſe contra eum ſuſceperturum, &c. at.* addit ipſum Maximum hac ex cauſa confeſtim in Italiam contendiſſe. Verum niſi Theodoretus in alias diuerſas à recitatis Maximi litteris inciderit, de bello indicto nulla in his mentio fit.

XXXVII. At cum nec ſic compeſceretur Iuſtinæ in exagitando S. Ambroſium petulantia: è cœlo ex ſanctis, è terra ex reſoſſis ſanctorum martyrum ſacris reliquiis impertitur à Deo digniſſimo ſacerdoti præſidium: quonam autem modo id acciderit, à S. Auguſtino, qui interfuit, primum hæc accipe *e*: *Tunc memorato Antiſtiti tuo per viſum aperuiſti, quo loco laterent martyrum corpora Protaſii & Geruaſii; quæ per tot annos incorrupta in theſauro ſecreti tui recondideras, vnde opportune promeres ad coercendam rabiem fœmineam, ſed regiam. Cũ enim propalata & effoſſa, digno cum honore transferrentur ad Ambroſianam baſilicam: non ſolum quos immundi vexabant ſpiritus, confeſſim eiſdem damonibus ſanabant, verum etiam quidam plures annos cæcus, ciuis ciuitatis notiſſimus, cum populi tumultuantis lætitiæ cauſam quæſiſſet, atq; audiſſet, exiluit, eoq; ſe vt duceret ſuum ducem rogauit. Quo perductus, impetrauit admitti, vt ſudario tangeret feretrum pretioſe in conſpectu tuo mortis ſanctorum tuorum. Quod vbi fecit atq; admouit oculis: confeſtim aperti ſunt. Inde fama diſcurrens, inde laudes tuæ feruentes lucentes; inde illius inimica animus etſi ad credendi ſenitatem non applicitus, à perſequendi tamen furore compreſſus eſt. Gratias tibi, Deus meus.* hæc in Confeſſionibus Auguſtinus, eademq; in commentariis de Ciuitate

e Aug. Cõf. li. 9. c. 7.

a *Aug. de Ciu. Dei li. 22. c. 8.* b *Aug. ser. de diuers. 39.* c *Paul. in Vita S. Ambr.*

Dei. At sed & alibi sic habet b: *Tanta*, inquit, *gloria martyrum etiam ego testis fui, vbi Mediolani eram, facta miracula noui, &c.* recenset enim miraculum de cæco tunc luci reddito tactu sacrorum pignorum. *Erant enim dictorum martyrum corpora* (inquit Paulinus c) *in basilica posita, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed sanctis martyres Nabor & Felix celeberrime frequentabantur; Protasii vero & Gernasii martyrum vt nomina, ita etiam sepultura incognita erant, in tantum vt supra ipsorum sepulchra ambularent omnes, qui vellent ad cancellos peruenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum corpora ab iniuria sepulchri defendebantur, &c.* subdit de curatione à fathana arreptorum, & de illuminatione cæci.

XXXVIII. d *Ambr. ep. 85.* S. AMBR. EPISTOLA AD SOROREM.

Sed hæc eadem pluribus ipse Ambrosius in epistola ad Marcellinam sororem d, vbi & de occasione horum perquirendorum corporum martyrum oblata ex dedicatione Ecclesiæ hæc habet exordio ipsius epistolæ his verbis:

Domina soror vita atque oculis preferenda frater. Quia nihil sanctitatem tuam soleo eorum preterire, quæ hic te gerantur absente: scias etiam sanctos martyres à nobis esse repertos. Nam cum basilicam dedicassem: multi tanquam vno ore interpellare cœperant dicentes: Sic in Romana basilica dedices. Respondi: Faciam si martyrum reliquias inuenero. Statimque subiit velut cuiusdam ardor præsagij. Quid multa? Dominus gratiam dedit. Formidantibus etiam clericis, iussi eruderari terram eo loci, qui est ante cancellos sanctorum Felicis atque Naboris. Inuenti signa conuenientia. adhibitis etiam, quibus per nos manus imponenda foret; sic sancti martyres eminere cœperunt, vt adhuc nobis silentibus arriperetur vrna, & flerneretur prona ad locum sanctis sepulchri. Inuenimus mira magnitudine viros duos, vt prisca ætas ferebat, ossa omnia integra, sanguinis plurimum.

Ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Condidimus integra ac ordine, transtulimus vesperi iam incumbente ad basilicam Fausta; ibi vigilia tota nocte, manus impositio. Sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo: Cum tam effusam, &c.

XXXIX. Voluissemus sermonem integrum descripsisse ex ea Ambrosii epistola, ad renouandam memoriam sacrorum antiquorum Catholicæ Ecclesiæ rituum, de quibus sæpe pluraque superius, nimirum de vsu dedicandarum Ecclesiarum non sine reliquiis sanctorum martyrum; ipsoque cultu sanctorum; nisi nimia prolixitas fastidium attulisset. Porro de immensitate miraculorum hæc notatu digna eadem oratione ipse Ambrosius e: *Cognouistis, immo vidistis ipsi multos à dæmonijs purgatos, plurimos etiam vbi vestem sanctorum manibus contigerunt, his quibus laborabant debilitatibus absolutos: reparata vetusti temporis miracula, quo se per aduentum Domini Iesu gratia terris maior infuderat, vmbra quadam sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis. Quanta oratoria iactantur? quanta indumenta super reliquias sacratissimas, vt tactu ipso medicabilia reposcantur? Gaudent omnes extrema fimbria contingere, & qui contigerit, salvus erit.* hæc ipse summatim: quibus intelligas huius temporis Fidelium propensiorem cultum erga sacras reliquias sanctorum martyrum, quarum cultum operatione miraculorum Deus sæpius comprobauit. Et in fine orationis: *Acclamauit populus, vt in Dominicum differretur diem martyrum depositio: sed tandem obtentum, vt sequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum sermo fuit: Hesterno die tractauimus versiculum: Dies diei eructat verbum, &c.* at. vbi agit de Arianorum perfidia conantium obscurare infidelitatis caligine claritudinem martyrum tot miraculis coruscantium; ait enim de illis f:

c *Ambr. ep. 85.*

f *Ambr ser. 91.*

Ariani dicunt: Non sunt isti martyres, nec torquere diabolum possunt, nec aliquem liberare: cum tormenta dæmonum ipsorum voce probentur, & beneficia martyrum remediis cæcorum & absolutorum indicijs declarentur. Negant cæcum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: Video, qui non videbam. Ille dicit: Cæcus esse desijsse: & probat facto. Isti beneficium negant, qui factum negare non possunt. Notus homo est publicis cum valeret, mancipatus obsequijs, Seuerum nomine, Ianium ministerio deposuer at officium, postquam inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium hominem quorum ante sustentabatur obsequijs, eos iudices suæ visionis accersit, quos habebat testes & arbitros cecitatis. Clamat, quia vt contigit fimbriam de veste martyrum, qua sacra reliquiæ vestiuntur, redditum sibi lumen sit, &c. inferius autem quo modo ipsi spiritus nequam redarguerent, coacti licet, Arianorum impietatem, hæc habet:

XL. TESTIFICATIO EXTORTA A DÆMONIBVS.

Audiuimus hodie dicentes eos, quibus manus imponebatur: nemi-nem posse esse saluum, qui Patrem & Filium, & Spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotentem virtutum non crederet: confiteretur hoc diabolus, sed Ariani nolunt fateri. Dicit enim diabolus, sic torqueatur, quemadmodum ipse à martyribus torquebatur, qui Spiritus sancti Deitatem negarit. Non accipio à diabolo testimonium, sed confessionem: inuitus dixit diabolus, sed exactus & tortus: quod nequitia supprimit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nescimus Ariani? Quanta perpessi sunt? & quemadmodum Pharao, malis suis indurantur. Dicebat diabolus, vt scriptum legimus: Scio te, quis sis: Tu es Filius Dei viui. Dicebant Iudæi: Nescimus, qui sit. Dicebant hodie & superiori die vel nocte dæmones: Scimus, quia martyres estis; & Ariani dicunt: Nescimus, nolumus intelligere, nolumus credere. hæc & alia de veritate miraculorum sanctorum martyrum.

XLI. Postea vero accidit, quod addit his Paulinus, ingens prodigium, quo didicerunt Ariani in martyres non obtrectare; ait enim: *Deus tamen, qui gratiam Ecclesiæ suæ augere consueuit, non passus est diu insultari à perfidis, sanctis suis. Vnus itaque ex ipsa multitudine subito arreptus spiritu immundo clamare cœpit, ita torqueri eos, vt ipse torquebatur, qui negarent martyres, vel qui non crederent in Trinitatis vnitatem, quam docet Ambrosius. At illi hac voce confusi, qui conuerti debuerant, & dignam tali confusione agere pœnitentiam, in piscinam demersum hominem necauerunt per fidium homicidium iungentes.* Magna hæc: at illud quidem cæteris excellentius recte intuenti miraculum videri potuit, quod furor ille incitatæ flammæ rabiei fœmineæ à sanctis martyribus, mox vt apparuere, extinctus fuit; adeo vt qui negabant ore, opere veritatem timore martyrum confirmarent; de quibus hæc Paulinus g: *Denique ex hoc tempore, quo scilicet inuentæ sunt reliquiæ martyrum, sedari cœpit persecutio, quæ Iustina furore accendebatur, vt sacerdos de Ecclesia pelleretur. Tamen adhuc intra Palatium multitudo Arianorum cum Iustina constituta deridebat tantam Dei gratiam, quam Ecclesia sua Catholicæ Dominus Iesus meritis martyrum suorum conferre dignatus est: venerabilemque virum Ambrosium narrabat pecunia compar asse homines, qui se vexari ab immundis spiritibus mentirentur, atque vt ab illo, sic & à martyribus se torqueri diceret.* Subdit inferius, ipsos dæmones clamare solitos, non à martyribus tantum, sed etiam ab Ambrosio se torqueri: quod etiam sanctus Augustinus testatur in commentario de Cura agenda pro mortuis h. At quo modo hoc in puero Probi Præfecti, quem diabolus arripuerat, aperte demonstratum est, vt idem Paulinus infestius tradit.

SEDATVR IVSTINÆ PERSECVTIO.

g *Paul. in Vita S. Ambr.*

h *Aug. de cura agenda pro mortuis.*

XLII. RELIQVIÆ MARTYRVM MISSÆ AD ECCLESIAS.

Absoluta igitur Ambrosius concione, sacra pignora, vt dicebat, suo loco recondidit; ita tamen, vt ex eis partem aliquam sibi seruaret, erogandam in diuersas Ecclesias, quæ ardentissimo studio eorundem sanctorum martyrum reliquias ex diuersis locis experirentur, vt in eorum honorem basilicas vel erigerent, vel in iam ædificatis reponerent. Allatæ sunt ipsæ quidem Romam, vbi nomine eorundem sanctorum à Vestina nobili ac prædiuiti fœmina erectus est Titulus, qui postea ab Innocentio Papa fuit dedicatus: id enim habet liber de Romanis Pontificibus in Innocentio. Accepit eas dem quoque reliquias martyrum S. Paulinus, quas collocauit in nuper à se erecta Fundana basilica: testatur id ipse ad Seuerum i scribens. Insuper S. Gaudentius Brixianus Episcopus acceptas ab eodem Ambrosio ipsas reliquias condidit in basilica dicta, Concilium sanctorum; tradit id ipse in sermone, quem habuit in eiusdem dedicatione. In Gallias quoque eas dem perlatas fuisse reliquias, atque in honorem eorundem martyrum erectas esse Memorias, affirmat Gregorius Turonensis k. Fuerunt quoque eorundem martyrum reliquiæ perlatæ in Africam, ibiq; in Victoriana villa triginta millibus ab Hippone collocatæ, vbi ipsorum nomine erectam fuisse Ecclesiam S. Augustinus l enarrat. Sed & Eugipius in Actis S. Seuerini affirmat, ad Noricos

i *Paul. ep. 11.* k *Gr. Tur. de Glor. mart. c. 47. & hist. Franc. Lib. c. 31. Item Aim. l. 2. c. 20.* l *Aug. de Ciu. Dei l. 22. c. 8.*

etiam

etiam peruenisse eorundem martyrum venerãda pignora. Vide ex his flagrans Catholicorum Fidelium studium ergà reliquias sanctorum martyrum: cuius insinuandi antiqui vsus causa hæc recensuisse voluimus. Sed iam ad res Mediolanenses, ad ipsum, inquam, S. Ambrosium reuocetur oratio.

XLIII. At quid Iustina post hæc? Quæ palam Ambrosium persequi rubore suffusa desierat, eundem clam aggredi pertentauit: nam sicarium in eum, proh scelus, immisit; id enim Paulinus *a* testatur his verbis: *Alius etiam gladium ferens ad cubiculum vsque peruenit, vt interficeret sacerdotem: sed cum eleuasset manum districto gladio, dextera obrigente, remansit. Tunc se missum à Iustina postquam confessus est; brachium, quod mitti cum extenderetur, rigueràt, sanatum est confessione.* hæc Paulinus. Sed miraris missum esse ad necem sancti sicarium? Scito ad hoc ipsum obeundum inductos & dæmones: quod non prius cognitum est, quam post ipsius Iustinæ mortem. Angelo extorquente à fonte perpetrati delicti confessionem, res gesta ita describitur ab eodem Paulino:

a Paulin. in Vita S. Ambr.

Mortua vero Iustina, quidam Arnufex, Innocentius nomine, non opere, in causa maleficiorum cum à Iudice torqueretur, aliud, quam interrogaretur, fateri cepit: Clamabat enim, ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi, eo, qui custodiret Ambrosium: quoniam temporibus Iustinæ ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen tecti Ecclesiæ conscendens, medio noctis sacrificauerit. Sed quanto instantius & solicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem Catholicam & Domini sacerdotem cumulatè fecebat. Mississe etiam se & dæmones, qui illum interne carent, fatebatur: sed dæmones renunciasse, se non solum ad ipsum appropinquare minimè posse, verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud ædificium communiret, vt etiam longè positi verentur, atque ita cessasse artes suas, quibus aduersus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur. hæc Paulinus.

XLIV. At quis tandem finis adeo immanis in Dei sacerdotem Ambrosium pertinacissimæ fœminæ persecutionis? Accidit plane secundum illud propheticum *b*: *Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Ipsa enim etsi non cedens, victa tamen atque confusa, omnibus facta ludibrio remansit Augusta delusa; cum è contra magnus Antistes, de prostrata cum impiis impietate victoriis glorioſior, ore omnium prædicaretur; adeo vt dæmones etiam ipsi, eius præconia celebrare, quantumliber inuiti compellerentur. Sed parua adhuc Deo visa hæc sunt sacerdotem suum amplioribus honoribus prosequenti, quos illi exhiberi voluit ab iisdem Principibus, qui eum fuerant persecuti, ab ipsa, inquam, Iustina Augusta atque Valentiniano Imperatore; idque hoc ipso anno, vt ex hoc violentior diuina demonstraretur exactio, quo celeriot fuit ab inimicis extorta: factumque ferme momento temporis, vt qui mille nocendi artibus incessabili indefessoque studio Dei Antistitem appetiissent, iidem mox ipsum aditent supplices, ipsumque suæ ipsorum salutis arbitrum & seruatorem Imperii profitentes, in summo discrimine constituti, sibi atque Imperio suppetias ab eo quamprimum ferri rogarent. At quæ nam erant tunc ipsorum præsentissimæ, quibus adeo premebantur, angustiæ? Dicam paucis.

b Psal. 102.

AMBROS. ROGATVR AIVSTINA ORIRE LEGATIONEM.

XLV. Maximus in Galliis Imperator, quod dira mente conceperat, Alpes cum exercitu superare, summaque rerum potiri Occidentalis Imperii, hoc ipsum proximè expleturus nunciatur. Vna in Ambrosio spes; vt, quod alias ante experti fuerant, legatione sua Maximum talia conantem coerceat. Sicque magno dispensationis diuinæ iudicio, qui paulo ante ab iisdem Augustis Ambrosius tyrannus appellabatur, modo vt tyrannum coerceat, in Gallias Legatus proficisci rogatur. Suscepit ipse munus haud inuitus, qui sciret cum Christianorum omnium, tum præsertim Antistitis esse muneris, exemplo & doctrina Christi, beneficiorum cumulo acceptas iniurias compensare. At non vt prior, ita posterior hæc Ambrosii legatio feliciter cessit; nimirum quod iusta fuisset iam diuina sententia definitum, eos, qui de pellendis (vt dictum est) ab Ecclesiis Catholicis sacerdotibus promulgassent edictum, à suo ipsorum fore expellendos Imperio, & paterna hæreditate priuandos; vt sic posteri intelligerent Principes, quanto periculo lacessant Ecclesias & sacerdotes. Quæ autem suscepta eiusmodi legatio continuerit, summa eius ab eodem Ambrosio *c* alibi sic exprimitur: *Egotuus iterum Legatus repetiui Gallias, & mihi dulce illud officium fuit, pro salute tua primo, deinde pro pace atque pietate, qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & iam pro fraterna sepultura honore solicitus.* hæc ipse.

SVMMA LEGATIONIS AMBROSII. *c Ambr. or. de obitu Valen.*

Porro in huius muneris functione ita se gessit Ambrosius, vt prætextus omnes, quibus Maximus nitebatur velare tyrannidem, iustumque adornare bellum, ipse certis rationibus constantia sacerdotali dissolueret, probaretque Valentinianum iniuriam passum esse, nec quid leue in ipsum Maximum contulisse. Sed & prudenter specie petendi cadaueris Gratiani, eiusmodi legationem ad explorandum Maximi animum, velandam putauit; cum tamen re vera vt istud ipsum ageret, mitteretur. Quid autem ab eo hac in legatione actum sit, scripta ab ipso epistola ad Valentinianum Augustum declarat, qua singularum rerum gestarum relatio continetur, quæ sic se habet *d*:

XLVI.

Ambrosius Valentiniano Imperatori.

Etsi superioris legationis meæ fides ita approbata sit tibi, vt ratio eius à me non quæreretur (satis enim claruit, eo ipso, quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, me violentiam à Maximo non recepisse, neque iis adsti pulatum, quæ ad voluntatem eius magis, quam ad pacem properarent; denique non commisisse, vt secundam legationem, nisi primam probasses) quia tamen regredienti mihi decernendi secum imposuit necessitatem: ideo hæc epistola expositionem legationis meæ insinuandam putaui, ne cuiusquam sermo veris prius vana intexeret, quam reditus meus integræ & sinceræ veritatis expressa signacula manifestaret.

d Ambr. ep. 17.

XLVII. RELATIO AMBROSII DE VALEGATIONE.

Cum peruenissem Treuiros, postridie processi ad Palatium. Egressus est ad me vir Gallicanus præpositus cubiculi, eunuchus regius. Poposci adeundi copiam. Quæsiuit, num rescriptum haberem clementiæ tuæ.

Respondi, habere. Retulit, non posse me nisi in Consistorio videri. Dixi, non esse hunc morem sacerdotalem: certe esse aliqua, de quibus secreto * *deberem cum suo Principe confabulari. Quid plura? Consuluit cum sed eadem referenda credidit. vt liqueret etiam priora ex illius arbitrio deprompta. Dixi tamen, alienum id quidem à nostro munere sed me recepto officio non defuturum; gratiam mihi esse humilitatem in tuo præsertim, & quod verum est, fraterna pietatis negotio. Vt sedit in Consistorio, ingressus sum: assurrexit, vt osculum daret.*

XLVIII. AMBROS. QVERITVR HABERI CONTEMPTVI. * ferio

Ego inter Consistorianos steti. Hortari cæperunt alij, vt ascenderem: vocare illi. Respondi ego: Quid oscularis eum, quem non agnouerit si enim me agnouisses, non hoc loco videres. Commotus es, inquit, Episcope. Non, inquam, iniuria, sed verecundia. quod alieno consisto loco. Et prima, inquit, legatione ingressus es Consistorium. Nec illud, inquam, mei erroris fuit: vocantis, non ingredientis vitium est. Cur, inquit, ingressus es? Quia, inquam, tunc vt inferiori pacem petebam, nunc vt æquali. Cuius, inquit, beneficio æqualis? Respondi: Omnipotentis Dei, qui Valentiniano regnum, quod dederat, reseruauit.

XLIX. QVERELA MAXIMI IN AMBR.

Ad postremum erupit, dicens: Quoniam me lusisti, vt ille Bauto, qui sibi regnum sub specie pueri vendicare voluit, qui etiam barbaros mihi immisit, quasi ego non habeam, quos possim adducere, cum mihi tot millia barbarorum militent, & annonas à me accipiant. Quod si ego tunc, quando venisti, non essem retentus: quis mihi obstitisset, & virtuti meæ? Ad hæc ego lenter: Non opus est, inquam, vt commoueatis, cum causa nulla sit commotionis: sed patienter audias, quæ referantur ipsi. Propterea & ego veni, quia prima legatione dum mihi credis, per me deceptum te esse asserebas. Gloriosum mihi est hoc pro salute pupilli Imperatoris. Quos enim Episcopi magis, quam pupillos debemus tueri? Scriptum enim est e: *Iudicate pupillo, & iustificate viduam, & venite iniuriam accipientem, & alibi* f: *Iudices viduarum & patres orphanorum. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano. Vt verum eloquar: Vbi ego tuis legationibus obstiti, quo minus influeres in Italiam? quibus ruptis? qua acie? quibus numeris? An vero corpore meo clausi tibi Alpes? Vtinam hoc meum esset: obiectio-*

e Esa. 1.

f Psal. 67.

AMBROS. PONTIF. DEFENSIO.

nem non timerem, non verever criminationes tuas. Quibus promissis lusi te, vt paci acquiesceres? Nonne intra Gallias iuxta Vrbem Moguntiacum Comes Victor occurrit mihi, quem direxisti; vt pacem rogarut? In quo ergo te fefellit Valentinianus, qui prius pacem à te rogatus est; quam postularet? In quo fefellit Bauto, qui deuotionem Imperatori exhibuit suo? an quia Principem suum non prodidit? In quo ego te circumscripsi? Qui vbi primum veni, cum diceres quod Valentinianus ad te quasi filius ad patrem venire deberet: respondi, non esse aequum, vt aspero hyemis tempore puer cum matre vidua penetraret Alpes, sine matre autem tanto itineri dubiis rebus committeretur.

De pace nobis legationem commissam, non de aduentu eius promissionem: spondere nos id non potuisse, certum est, quod mandatum non erat, nec certe nihil spopondisse; adeo vt diceres: Expectemus, quid Victor responsi ferat. Illum autem, liquet, me retento, peruenisse Mediolanum, negatumque ei, quod postulabat: de pace tantum consulturare studia, non de aduentu Imperatoris, quem moueri non oporteret. Praesens eram, vbi Victor rediit. Quo modo ergo reuocauit Valentinianum,

L. AMBROS. MAGISTRVM MITTIT MAXIMVM. Legati iterum missi ad Gallias, qui eius aduentum negarent, apud Valentiam Gallorum me repererunt: milites vtriusque partis, qui custodiunt iuga montium, offendi reuertens. Quos ego tuos reuocaui exercitus? quas de Italia reflexi aquilas? quos immisit barbaros Bauto Comes? Et quid mirum, si hoc Bauto fecisset Transrhenanus genere, cum tu miniteris Imperio Romano barbarorum auxilia, & turmas translimitanas, quibus commeatus prouincialium tributa solebant? Vide autem, quid interfit inter tuas minitationes & Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas, quod barbarorum, Ispatus agminibus Italia te insfunderes: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Galliae per Alemanniae terras reflexit.

Quid habet inuidiae, si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? Quoniam dum tu militem Romanum occupas, dum is aduersum se vtrinque pretendit, in medio Romani Imperij sinu Iuthungi populabantur Rhetias, & ideo aduersus Iuthungum Hunnus accitus est. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, & iam vicinia mali vrgebat Gallias, coactus est triumphos suos deserere, vestu tumeres. Confer vtriusque factum. Tu fecisti incursari Illatias: Valentinianus suo tibi auro pacem redemit.

LI. APOLOGIA PRO VALENTINIANO. Aspice illum quoque qui tibi ad dextram assistit, quem Valentinianus, cum posset suum dolorem vlcisci, honoratum ad te redire fecit, tenebat eum in suis terris, atque in ipso nuncio necis fraternae frenauit impetus: nec tibi vicem, etsi non parilis dignitatis, eiusdem tamen necessitudinis retulit. Confer ergo, te iudice, vtriusque factum. Ille tibi fratrem tuum viuentem remisit: tu illi vel mortuum vendis. Quid illi reliquias germani abnegas, qui tibi aduersum se auxilia non negauit? Sed vereris, ne exulcerarum reditu renouetur mixtibus dolor: hoc enim allegas. Quem viuentem deseruerunt, eum defendent peremptum? Quid eum mortuum times, quem occidisti, cum posses reseruare? Hostem, inquis, meum perenni. Non ille tuus hostis, sed tu illius. Ille tam non sentit defensionem: tuam causam considera. Si quis aduersum te hodie Imperium in his partibus vsurpandum putet: quaero, vtrum te hostem illius dicas, an illum tibi? Ni fallor, vsurpator bellum infert, Imperator ius suum tuetur. Ergo quem non debuerat occidere, eius reliquias negas? Habeat Valentinianus Imperator vel fratris exuuias, pacis tuae obsides. Et quo modo allegabas, quod eum non mandaueras occidi, quem prohibes sepeliri? Poterit igitur credi, quod ei non inuideris vitam, cui etiam sepulturam inuides?

LII. INVECTIVA IN MAXIMVM. Sed ad me reuertar. Audio te queri, quod se ad Theodosium Imperatorem potius contulerint, qui sunt cū Valentiniano Imperatore. Quid igitur futurum sperabas, cum tu refugientes eos ad poenam posceres, captos necares, Theodosius autem muneribus ditaret, donaret honoribus? Quos, inquit, occidi. Respondi ei, Baltonem *: at quē virum? qualem bellatorem? Hic cine fuit iusta causa exitij, quod Imperatori suo fidem seruauit? Non ego, inquit, eum iussi occidi. Respondi: Hoc audiuimus, quod occidi iussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, iussissem eum deduci Cabillonum, & ibi vinum exuri. Respondi: Ergo propterea & illud creditum est, quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes vtilis?

* Baiouē

LIII. Ita tum discessi, vt se tractaturum diceret. Postea cum videret me abstinere ab Episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos deuios licet à fide ad necem petebant; commotus eis iussit me sine mora regredi. Ego vero libenter, etsi me plerique insidias euasurum non crederent, ingressus sinu iter, hoc solo dolore percitus, quod Hyginum Episcopum senem in exilium duci comperi, cui nihil iam nisi extremus supereresset spiritus, cum de eo conuenirem comites eius, ne sine veste sine plumatio paterentur extrudi senem; extrusus ipse sum. Haec est expositio legationis meae. Vale Imperator, & esto tutior aduersus hominem pacis inuolucro bellum tegentem. hactenus ad Valentinianum Ambrosius.

AMBROS. ABSTINET A COMMVNICATIONE ARIANORVM.

Ad ipsum etiam Maximum idem alludit, dum in oratione habita in funere Valentiniani haec ait: Felicius Episcopos persequantur Imperatores, quam diligant. Quanto mihi beatius Maximus minabatur? in illius odio laus erat, in horum amore supplicij feralis hereditas. Meminit huius ad Valentinianum Ambrosij relationis Paulinus, atq; ait: Ipsum vero Maximum à communionis consortio segregauit, admonens, vt effusi sanguinis domini sui, & (quod est grauius) innocentis ageret poenitentiam, si sibi apud Deum vellet esse consultum. haec ipse: quae quidem sic intelligenda sunt, quod ibi Treueris cum esset, nec cum ipso voluit communicare, nec cum Episcopis illi communicantibus, quod essent partis Ithacianae, cuius superius mentio facta est.

LIV. a Paulin. in Vita S. Ambros. MAXIMVS QVO MODO EXCOMMVNICATVS AB AMBR.

LV. DE HYGINO EPISC.

Quisnam autem Hyginus ille fuerit, quem in exilium adeo inhumane crudeliterq; deportari à satellitibus tradit Ambrosius; haud facile colligi omnino potest; scimus tamen eius nominis Episcopum hoc tempore vixisse in Hispania hostem acerbissimum Luciferianorum schismaticorum, in quem Marcellinus ac Faustinus eo libello, quem Theodosio obtulerunt, vehementer oblatrant, more suo Catholicos omnes magni nominis viros calumniis sugillantes. Fortasse hic idem ipse, qui apud Severum Adiginus scriptus reperitur, Episcopus Cordubensis, primus, qui aduersus Priscillianum haeresiarcham, detegendo nefanda eius scelera, concitare Episcopos coepit.

LVI. LEGATIO DOMNIN. QVALIS.

Quod autem ad Valentinianum Imperatorem spectat: imprudens nimis Ambrosij admonitionem illam neglexit, qua canendum sibi Maximum esse, quod sub pacis inuolucro bellum tegeret, vltimis verbis epistolę inculcarat. Sed minime considerans, Dei sacerdotem eo modo, diuino spiritu eam tractasse causam, quo dolo agentis Maximi detegeret animum, vt cautum ipsum redderet, ne pulchro pacis & securitatis nomine ab eo decipi posset: incaute nimis alium mox ad eundem Maximum Legatū mittit, Domninum nomine, qui ab eo deceptus est, nesciensque Maximum post fe in Italiam duxit. Haec autem quo modo se habuerint, Zosimus ita describit b: Itaq; Valentinianus Domninum hanc ob causam, ob pacem scilicet firmiorem statuendam, ablegat, hominem natione quidem Syrum, sed nota melioris familiaremq, quippe regni potestatis, participem, side pariter & vsurerum praestare caeteris videbatur: & quicquid aliquoti Princeps alio nomine conscio facere volebat, huic in primis credendū statuerat. Igitur profectus ad Maximum Domninus, capitibus legationis omnibus expositis, omni cum obseruantia comitateq, receptus est: nam & dignabatur eum honore Maximus eximio, & tanta munerum mole satiabat, vt Imperatorem Valentinianum nullum huic pararem habiturum amicū Domninus existimaret. Ac poterat vsque adeo Domninum decipere Maximus, vt etiam partem exercitus sui cum eo mitteret, quae Imperatori Valentiniano auxilio contra barbaros Pannonijs imminentes esset. Postea quam haec consecutus Dominus abisset, seque tractaret copia, & magnitudine munerum, quae acceperat, & concessorum sibi sociarum satellitio; viam ducentem ab Alpibus imprudens Maximo faciliorem reddebat. Quod Maximus futurum prospiciens, eoque nomine cuncta molitus, vniuersis cum copijs subsequebatur, tacite praemissis in itineribus custodibus, qui omnem curam adhibebant, ne cursu quis praetergressus, Maximi transitum in Italiam Domini comitibus renunciaret. Quae sane custodia erat perfacilis: nec enim latere poterant, qui parte Alpium arctissima proficiscebantur. Cum igitur intelligeret, Dominum cum suis Alpes, quae sunt angustissimae, cum montibus inuiis penetrasse; atque in praeterea locis, quae post Alpes erant paludosis, militumque copias impedire poterant, hostile se nullum agmen aduersum inuenturum sperauerit: omni cum celeritate Italiam, nemine praeeunte, ingressus,

b Zosim. l. 4.

Aqui-

Aquileiam copias ducit. hæc de aduentu clandestino Maximi in Italiam Zosimus.

LVII. IN NEGOTIORVM VNCTIONIBVS VIRIDII CÆTERIS PRÆSTANT.

Puto sentis, lector, ambarum legationum exemplis, quam præstent prudentia & consilio, instinctu diuini spiritus, Dei seruti in obeundis magnis negotiis, illis, qui prudentia tantum innitentes sæculi, in grauissimas prolabuntur difficultates. Ecce tibi S. Ambrosius spiritu confilii & fortitudinis, quo detegat stophas Maximi, magnis animis in eum Legatus inuehitur; Dominus vero vanis deceptus illecebris, cladem secum in Italiam inculit. Quis autem prima facie factum vtriusque inspiciens, non Ambrosium inurbanum, illiberalemque eo modo tam aspere dureque agentem cum Maximo iudicasset, Dominum vero dexterrimum virum, & in obeundis negotiis solertissimum, quippe qui atte sua adeo sibi deuinxisset, addixisseteque Maximum Valentiniano, cum tot tantisq; ab eo muneribus donatus & frequentatus officiis esset, atque auxiliares ab illo copias ad oppugnandos ingruentes barbaros accepisset? Sed exitus declarauit, cuiusnam functio diuini dono consilii administrata fuerit.

LVIII. VALENTINIANI IVGA CVM IVSTINA.

At quid **Valentinianus**, cum Maximus superatis ex improuiso Alpibus, visus est in Italia? pergit narrare Zosimus in hæc verba: *Valentinianotam repentino casu prater spem omnem oppresso, metus incessebat ipsius familiares, ne Maximus eum vinum in potestatem redactum occideret. Quapropter nauem ingressus, Thessalonicam profectus est cum socia nauigationis Iustina matre quæ Magnentium prius matrimonio fuerat: hæc Gallam quoque filiam secum adducebat. Cum tot enenim maria Thessalonicam appulissent, vt legatione ad Theodosium Imperatorem, petebant, vt in hoc tempore petulantiam aduersus omnem Valentiniani familiam exercitam vindicaret.*

THEODOSII NVPTIÆ CVM GALLA.

Theodosius ad ipsam rei famam obstupefactus, luxus quidem illius nimiq; nonnihil obliuiscebatur, & paulum de insano voluptatum studio remittebat, verum habito consilio, visum fuit, vt ipse cū nonnullis è Senatu Thessalonicam se conferret. Quod vbi factum fuisset, de integro consultabatur, quid agendum esset: communiq; decreto placuit, vt Maximi facinora punirentur: non enim illi homini vitam amplius concedendam, qui & Gratianum occidisset, eiusque regnum occupasset, & hunc successum adeptus, via quasi quadam progressus fuisset, ac fratrem illius reliclo sibi principatu exuisset. hæc Zosim. qui addit de fœdere nuptiarum hoc eodem anno tunc inito, cum Gallam ex Iustina & Valentiniano seniori genitam Theodosius accepit in coniugem; licet anno superiori id factum Marcellinus tradat in Chronico. Quod vero ad Zosimum spectat: hic præmonuisse lectorem oportuit, ipsum more suo, quod intasset prælium stylo agere, cum esset Gentilis, aduersus omnes Christianos Imperatores, Theodosium sæpe fugillare, hominemque delitis deditum affirmare, atque socordiæ accusare: quæ quidem quam procul à veritate abhorreant, acta ipsa declarant: vt non sit opus pro eo texere apologiam; quam tamen, teste S. Hieronymo, scimus elaboratam fuisse à sanctissimo atque doctissimo viro Paulino.

LIX.

Commendatum fuit Theodosii studium atque pietas in suscipiendo Valentiniano profugo Imperatore cū suis; de quo S. Augustin. hæc ait: *a: Post mortem Gratiani, pulsum ab eum interfectore Maximo Valentinianum eius paruulum fratrē, in sui partes Imperij, tanquam Christianum excepit pupillum: paterno custodiuit affectu, quem destitutum omnibus optibus nullo negotio posset auferre, si latus regnandi cupiditate magis, quam benefaciendi charitate flagraret. Vnde potius eum seruata eius Imperatoria dignitate susceptum ipsa humanitate & gratia consolatus est, & erat.* quantis vero laboribus, periculis, & impensis eum in regnum restituere Theodosius conatus fuerit, infetius subdit; sed de his suo loco. Cæterum hanc ipsam contigisse vindictam ob contemptum atque persecutione exagitatum dignissimum sacerdotem Ambrosiū, omnibus eius sæculi rem considerantibus perspicuum satis fuit, cum recēs esset eiusdem anni rei gestæ memoria: quod & Rufinus *b* atq; alii post eum æque confirmant. Factam etiam diuino consilio, Pacatus ait, vt & Maximus innocentis Gratiani sanguinis reus, sceleti scelus adderet, quo Theodosio in eum pugnandi vicissim necessitas imponeretur, daretque eandem ille de cruenta violentaque tyrannide pœnas. Sed quæ Maximi sunt reliqua, prosequamur.

VLTIO DIVINA IN PERSECVTORIS AMBROS.

a Aug. de Ciu. Dei l. 5. c. 26.

b Ruff. l. 2. c. 18.

c Pacat. in Panegyr. Theod.

LX.

Auctor est Socrates *d*, Maximum misisse Legatos ad Theodosium Imperatorem: à quo nec excepti, neque exclusi fuere, cum tamen ad vindicandum scelus sub silentio expeditionem in sequentem annum pararet, de cuius apparatu dicemus inferius. Porro ipse ingressus Maximi in Italiam, sicut repentinus, ita terribilis visus est instar enim exundantis torrentis montium angustiis coarctati, in planiciem se totum effundentis, cunctaque sibi obuia secum trahentis; eam Italiæ partem, quæ ipsi post Alpium descensum occurrit, immensa affecit clade; nobilesque tunc ciuitates Placentiam, Rhegium, Claternam, Mutinam, Bononiam, & alias dire exagitauit, prædatis diuitiis, adductis ciuibus in captiuitatem, vt Pacatus affirmat; quæ & pertingit S. Ambrosius in epistola ad Faustinum, cum de sorotis obitu illum consolatur; vbi hæc f inter alia: *Verum*, inquit, *hoc nobis commune non solum cum hominibus, sed etiam cum ciuitatibus terrisque ipsis est.* Nempe de Bononiensi veniens vrbe, à tergo Claternam ipsam Bononiam, Mutinam, Rhegium dereliquebas: in dextera erat Brixillum: à fronte occurrebat Placentia, veterem nobilitatem ipso adhuc montane sonans, ad lauam Apennini inculta miseratus, & florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atq; affectu relegebas dolenti. Tot igitur seminuta rerum vrbium cadauera, terrarum, sub eodem conspectu exposita funera non te admonent, vnius sanctæ licet & admirabilis summa decessionem consolabiliorem habendam præsertim cum illa in perpetuum postrata ac diruta sint, hæc autem ad tempus quidem erepta nobis, meliorem illic vitam exigat? hæc Ambrosius, quod adeo immani clade ciuitates illæ affectę essent, vt plane earum restitutio desperata penitus videri posset.

d Socr. l. 5. c. 12. CLADES ILLATA A MAXIMO IN ITALIAM.

e Pacat. in Panegyr. Theod.

f Ambr. ep. 18.

LXI.

Huius quoque perditissimi temporis idem S. Ambrosius meminit in epistola ad Seuerum Episcopum in Campania, vbi inter cætera *g*: *Nos autem obuicli barbaricis motibus & bellorum procellis, in medio versamur omnium molestiarum freto, & pro hiLaboribus & periculis grauiora colligimus futura vitæ pericula*, &c. ac licet de Maximo nihil expressisset; tamen quod ipso existente Mediolanensi Episcopo, nunquam nisi sub Maximo contigit Galliam Cisalpinam eiusmodi affici cladibus, tane quidem ea omnia de bello per Maximum hoc anno illato sunt necessario intelligenda. Sed & illud obserua, hoc anno Ambrosium, quod ipse testatur, vitam produxisse ad annum ætatis quinquagesimum tertium: ex quibus, quot ipse vixerit annos, facile colligi potest; quod in Vita eiusdem à nobis collecta pluribus disseruimus; quam tamē (quod posteriores cogitationes iuxta illud Pyndaricum perfectiores esse soleant) in his præsertim, quæ ad chronologiam spectant, secundum præsentem Annalium editionem restitue.

g Amb. ep. 77.

AMBROS. ÆTAS.

LXIII. AMBROS. TOTVS IN REDEMPTIONE CAPTIVORVM.

Sed mira quadam dispensatione factum est, vt licet in S. Ambrosium Maximus per infensus esse videretur, cum ipsius communionem & ipsi communicantium Episcoporum (vt vidimus) paulo ante fuerit execratus, verbisq; dutioribus eundem compellant, adeoque ab eo alienat; discesserit, vt percussores post eum fore mittendos facile crederetur: nihilominus nec ipsi, nec eius Ecclesiæ Mediolanensi quicquam negotii factitatum appareat. Atqui licet ab incursione & grassatione hostium liberi esset; aliis tamen ea mala patientibus societatem se Christianę charitatis vnione coniunxit; quippe qui totus fuit in redimendis egenis atq; redimendis captiuis, quorum causa fractas etiam vasa confregit, ex quo Ariani in eum oblatrandi occasionem arripuere: ea enim erant vasa, quæ hoc eodem anno (vt vidimus) requisita nomine Imperatoris dare negauit. De his autem agens idem sanctus Ambrosius hæc habet *h*: *Hoc maximum incentivum misericordiæ, vt compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum, tantum possimus tuncr us, & plus interdum quam possumus: melius est enim pro misericordia causas præstare, vel inuidiam perpeti, quam pretendere inclementiam: vt nos aliquando in inuidiam incidemus, qui confregerimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus, quod*

h Ambr. offic. l. 2. c. 28. FRANGIT AMBROS. SACRA VASA PRO REDEMPTIONE CAPTIVORVM.

Ariani

Arianis displicere poterat, nec tam sæcłum displicere, quam vt esset, quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat, quod homo redimatur à morte, famina ab impuritatibus barbarorum, qua grauiores morte sunt; adolescentula, vel puerili, vel infantes ab idolorum contagio, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo prosecuti sumus, vt consteremur: multoq; fuisse commodius astruere nos, vt animas Domino, quam aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt erogat, & subueniat in necessitatibus. hæc ipse. Laudasse id in Ambrosio S. Augustinum, eundemque imitatum esse, Possidius a tradit. Egregium factum! erogando aurum, illæsam tutamque ciuitatem seruauit, sic ipse dux loco militum pauperes armans contra tyrannum.

a *Possi. vit. S. Aug. c. 24* AMBROS. AD SVOS EXHORTATIO. LXIII.

Cum vero exemplo vicinarum ciuitatum cines Mediolanenses sibi quoque timerent, nisi cohibuisset Ambrosius, omnes fermè solum vertentes, solitariam ciuitatem reliquissent: ipse vero quod sciret, diuina existimo reuelatione, cito torrentem illum exiccandum, crebris eos sermonibus continuit intra mœnia; vnum illud vehementer inculcans, vt quoniam propter peccata eiusmodi flagella cœlitus immitterentur, mox fore securos affirmaret, si peccata pœnitentia digna delerent: nam inter alia b: *Ciuitati etiam nonnisi propter ciuium peccata infertur excidium. Desine ergo peccare, & ciuitas non peribit. Quid fugis patria, si vis saluus esse? ima potius peccata subterfuge. Situ peccare desieris, victus es! inuincus.* hæc & alia pluribus, aliisque sermonibus continens subditos sibi in officio pœnitentiæ. Errare quidem ceterum est Socratem c, qui hæc refert ad tempora necis Gratiani: nam tunc Maximus stetit in Gallia, nec Valentinianus cum fugam arripuit.

b *Ambros. ser. 85.*

c *Socrat. l. 5. c. 11.*

LXIV. MAXIMVS MITTIT. REDDITVS OMNES SIBI CONCILIARE STVDET.

Cæterum Maximus eo terrore ita exagitata illa Italiæ parte, cum timorem vehementem aliis prouinciis incussisset, adeo vt nullum sibi iam aduersari videret, Imperatoris aggressus est personam agere, non tyranni: & quo sibi, cum Senatum, tum etiam populum conciliaret, cunctis morem gerere etiam plus æquo studebat, indulgere Gentilibus, reddere illis dempta per Gratianum sacrificia, restituereque sublatam in Capitolio aram Victoriæ: quinetiam pro Iudæis rescripsit, & alia id genus multa: sed & ne hac ex parte Catholicum populum concitaret, alia via illis inseruire videri volebat, nempe in patrocinio Catholicæ fidei. Sed videamus in primis, in quibus magno scandalo Iudæis fuit. Sanctus Ambrosius rem gestam sic narrat d: *Nonne propterea Maximus destitutus est, quia ante ipsos expeditionis dies, cum audisset Romæ synagogam incensam, edictum Romam miserat, quasi vindex disciplinæ publicæ? Vnde populus Christianus ait: Nihil boni huic imminet. Rex iste Iudæus factus est: defensorem istum disciplinæ audiuimus, &c.* hucusque Ambrosius, qui quidem impietati adscribit eiusdem Maximi cladem.

d *Ambr. ep. 29.*

e LXV. QVID MAXIM. AD SIRICIVM PAPAM. e *Extat ep. 1. 49. Rom. Pont. p. 43.*

Sed ad conciliandos (vt dictum est) Christianorum animos, quam acerrimum se fidei Catholicæ exhibuit defensorem: indicat enim id eiusdem epistola ad Siricium Papam data, quæ sic se habet e:

Victor Maximus perpetuus triumphator Augustus Domino vere S. Apostolico viro Siricio Episcopo salutem.

Accepimus litteras sanctitatis tuæ, quæ nobis fuere gratissimæ, quaque plane & nomini sacerdotij & dignitati Vrbis splendidissimæ conuenirent. Fidei vero Catholicæ, de qua clementiam nostram consulere voluisti, quo maius circa me & speciale iudicium diuinitatu experior, hoc me confitcor curam habere maiorem; qui videlicet ad imperium ab ipso statim salutari fonte conscenderim, & cui in omnibus semper conatibus atque successibus Deus fautor affuerit: cuiusque hodie, & vt sperol perpetuo protector & custos esse dignetur, Pater charissime. Ceterum de Agricio, quem indebite ad presbyterij gradum conscendisse commemoras, quid religioni nostræ Catholicæ possum præstare reuerentius, quam vt de hoc ipso, cuiuscemodi esse videatur, Catholici iudicent sacerdotes? quorum conuentum ex opportunitate omnium vel qui intra Gallias, vel qui intra quinque prouincias commorantur, in qua elegerint vrbe constituam; vt isdem residentibus & cognoscentibus, quid habeat consuetudo, quid legis sit, inducetur: hæc enim qua libris sunt asserenda, & maiorum nostrorum religiosissimis constituta, ipsi possunt melius astruere, qui norunt.

Cæterum id nobis animi & voluntatis esse profitemur, vt fides Catholica procul omni dissensione submota, concordantibus vniuersis sacerdotibus, & vnanimiter Deo seruientibus, illæsa & inuiolabilis perseueret. Nam noster aduentus ita inquinata aliqua, & scelerum labe polluta deprehendit, & reperit, vt nisi nostra prouisio atq; medicina, qua ex Dei summi timore veniebat, hic opem celeriter attulisset, ingens profecto dissidio atq; perditio fuisset exorta, & vix sananda postea vitia conreuuissent. Cæterum quid adhuc proxime proditum sit Manichæos scelerum admittere, non argumento, neq; suspicionibus dubijs vel incertis, sed ipsorum confessione inter iudicia prolatis, malo, quod ex gestis ipsis tua sanctitas, quam ex nostro ore cognoscat: quia huiusce modi non modo fictu turpia, verum etiam ficta dictu, proloqui sine rubore non possumus. manu Imperatoris. *Diuinitas te seruet per multos annos.* hæc Maximus.

LXVI. MAXIMI STVDIVM PROFITERI CATHOLICA.

Quod autem ait de Manichæis, puto intelligendum de Priscillianistis, quorum hæreses Manichæis cognatas idem Maximus (vt vidimus) etiam gladio fuerat insecutus. Quod autem ad Gentiles pertinet, vix credi potest, quo plausu Maximus ab illis exceptus fuerit: quippe qui in Gratianum olim infensi & in Valentinianum puerum, quod ille sacra ipsorum vetuisset, hic autem petita licet non reddidisset; lætis aspiciunt oculis, quem idololatriæ vindicem sacrorumque restitutorem diu desideratum essent consecuti, nactique Pontificem. Maximi vero tunc laudes Symmachus Consularis, libro eo argumento conscripto, atque coram ipso (vt ait Socrates f) recitato, insigniter prosecutus est. At de Maximo hactenus.

LXVII.

Ad postremum, illud non excidat, hoc anno, cum tot turbis Orbis & Vrbs rerum nouarum motibus concuteretur, Vibianam Præfecturam gessisse Pinianum, prout Imperatorum rescripta g ad ipsum data declarant: qui adhuc Gentilis Melaniam iuniorem, senioris neptem duxit vxorem, vt auctor est Palladius h: ab ipsa autem coniuge perfectum esse redditum Christianum, idem affirmat; de quo suis locis plura inferius dictu sumus. Corrigendum autem tum ex Codice Theodosiano, tum ex eiusdem S. Augustini epistolis, quod interdum Pinianus ab aliis, interdum vero idem Alpinianus *, vel alio modo dictus reperiatur.

f *Socr. l. 7. c. 14.*

LXVIII.

g *l. 4. de rerum dign. in cod. C. Theod. & l. 13. de mod. & priuil. eod. Cod.*

h *Pallad. in Lausiac.*

* Alpinianus

IESV CHRISTI Annus 388.

SIRICII PAP. Annus 4. — VALENTIN. 13. IMP. THEODOSII 10.

I. ANTIOCHENI DISIGIVNT STATVAS THEODOSII ET FLACILLÆ.

TRecentesimo octogesimo octauo Christi anno Theodosius Imperator secundum adiit Cõsulatum, habuitque collegam Cynegium: cuius exordio idem Imperator aduersus Maximum expeditionem parauit, atq; eius causa tributum nouum indixit: quod cum inter alios permoleste ferrent ciues Antiocheni, quadam animi perturbatione agitati, prosilientes in forum, vesano impetu irruentes in statuam Placillæ Augustæ iam biennio ante vita functæ, loco emotam cum ignominia protraxerunt. In quos Theodosius vehementer commotus, perditurus prope erat ciuitatem cum ciuibus, nisi opera monachorũ & legatione Flaniani eius ciuitatis Episcopi vix tandem placatus esset. hæc quidem summatim complexa, fusiorem rei gestæ tractationem continent: quam oratione prosecuturi, primum de tempore, quo hæc acciderunt, differendum est.

II.

Scimus Theodoretum i atque Sozomenum k hæc referre ad tempus posterioris aduentus Theodosii in Italiam aduersus Eugenium tyrannum: quibus aduersatur in primis Zosimus, qui hoc tempore expeditionis in Maximum ea omnia contigisse refert. Sed & S. Ambrosius l absque aliqua dubitatione eadem satis probata reliquit, dum ad Theodosium scribens epistolam eo tempore,

i *Theod. l. 5. c. 10.*

k *Soz. l. 7. c. 25.*

l *Ambr. ep. 28.*

quo

quo idem Theodosius Maximum in Italia expugnauit, de indulgentia Antiochenſ s conceſſa meminit. Atrem geſtam per ſingula ordine proſequamur.

a Soz. l. 7. c. 23. SPECTRVM VISVM.

Quid autem eiuſmodi ſeditionem præceſſerit, Sozomenus ſic narrat *a*: *Aiunt præcedente nocte, poſtquam ſuccedente die ſeditio mota fuit, ſpectrum mulieris viſum eſſe, magnitudine inuſitatum & aſpectu horrendum: quod quidem in ſublime per ciuitatis plateas diſcurrēs, aerem diuerber. ans flagello horriſono: vt quemadmodum ad iram beſtias incitant ij, qui ad huiuſmodi ſpectaculum operam ſuam nauant, ita hanc ſeditionem demonum inſolitus genius aliquis malus commouerit. Ac fuiſſet ſane cades ingens ſecuta, niſi iram ſuam Imperator ſacra ſupplicationis reuerentia motus remiſiſſet.* hæc Sozomenus.

III.

b Theod. l. 5. c. 19.

c Soz. l. 7. c. 23. d Zoſ. l. 4. QVI MISSI A THEODOSIO AD VLTIONEM.

e Niceph. l. 12. c. 44.

Quod vero pertinet ad ſubſecutum ciuium piaculum, quod occaſione noui impoſiti tributi ob bellum hoc anno gerendum aduerſus Maximum, Theodoretus *b* admiſſum affirmat: deturbationem æneæ Placillæ Auguſtæ defunctæ ſtatuæ, eiuſdemque per vrbem cum ludibrio prottractionem fuiſſe, idem tradit: licet Sozomenus *c* & Zoſimus *d* non Placillæ tãtum ſimulacrum, ſed & Theodoſii ſtatuas ea contumelia affectas narrent; quod & ex oratione Flauiani coram Theodoſio habita verius demonſtratur. Miſſos autem ab Imperatore ad vltionem Elebechum quendam ducem exercitus, necnon Cæſarium Præfectum Palatii, Theodoretus teſtatur. Quod vero ad Cæſarium ſpectat, procul à veritate recedit Nicephorus, *e* dum hunc illum putauit eſſe Cæſarium fratrem Gregorii Nazianzeni, quem longe ante hæc tempora, nempe ſub Valente, extremum diem clauſiſſe diximus: erroreque lapſus eſt hic Theodoretus, & alii, qui dixerunt à Theodoſio dilatam eſſe vindictam, ex eo, quod lege à ſe lata, iubente ſancto Ambroſio, prohiberetur ſtatim gladio in eos agi. Nam nondum Theodoſius in Italiam veuerat, neque cum Ambroſio quicquam ante hac negotii habuit.

IV.

f Suid. ver. Placilla. CHRYSOS. CONCIONES EIVS TEMPORIS. g Chryſoſt. hom. 2. ad pop.

Quid vero ſingulis ferme diebus fieri contigerit, ex S. Ioanne Chryſoſtomo hic reddemus ex orationibus, quas Græce (vt teſtatur Suidas *f*) Adrianus nominant, nempe de ſtatuis: quarum prima illa cenſenda eſt, quam poſt ſeptem dies à facinore perpetrato in Eccleſia habuit ante aduentum eius ſceleris vltorum Iudicum: eſt eius exordium *g*: *Quid dicam? aut quid loquar? lacrymarum præſens tempus, non verborum, luctuum, non ſermonum, deprecationis, non concionis. Tanta patratorum magnitudo, tam immedicabile vulnus, tam vaſta plaga & omni medicamine maior, & ſuperni indigens auxilij.* & paulo poſt: *Tacuimus diebus ſeptem, ſicut & amici Iob. Date mihi hodie os aperire, & hanc communem lugere calamitatem, &c.* proſequitur pluribus nouitatem atque immanitatem delicti, nouitatem, inquam, quod, vt ait, ciuitas illa pacifica ac quieta, minimè autem factioſa & inſoleris eſſe ſoleret: *Quis nobis*, inquit, *inuidit chariſſimi? quis nobis æclatus eſt? vnde tanta facta eſt mutatio? Nihil fuerat noſtra ciuitate venerabilius; nihil factum eſt miſerabilius: populus tam compoſitus & manſuetus, veluti equum manibus aſſuefactus, & domeſticus ſemper accerſentium manibus adueniens, repente tantum nunc nobis reſiluit, vt tot mala geſſerit, quæ neque dicere fas. Lamentor & lugeo nunc, non propter expectata comminationis magnitudinem, ſed propter nimiam patratorum inſaniam. Licet enim non irritaretur Imperator, neque puniret & caſtigaret: quo modo, dic mihi, commiſſorum ignominiam ferremus? Luctu interdicite mihi doctrina ſermo, &c.* luget, & ad luctum excitat populum audientem. Addit poſt multa, talia Deum fieri permiſiſſe quod eadem ciuitas blaſphemantes Deum minime cohibuerit: Pluribus demum eos hortatus eſt ad pœnitentiam petagendam.

V.

MVLCTA ILLATA IN ANTIOCHENOS.

Aduenerat Quadrageſimæ tempus, quo cum frequens eſſet ad Eccleſiam Antiochenorum concurſus, cum nullam aliam conſolationem haberent, quam ad Eccleſiam conueniendi, omni ſpe deſtituti, præter illam, quam collocarant in Deum: ipſe Chryſoſtomus verbum Dei ſedem affatim propinabat: incendebatur enim vehemēter eorum commiſeratione, quos ad pœnitentiam hortabatur. Extant ipſæ homiliæ, in quibus, quantum valeat eloquentia nec ceſſitati coniuncta, monſtratur. Cum vero iudices vindices ſceleris Antiochiam peruenirent; iidem primum ſine omni ira ciuitatem illam nobiliſſimam metropolis totius Syriæ dignitate ſpoliauere: etenim loca publica publico vſui mancipata, nempe balnea, theatra, fora, & alia id genus clauſere. Translatam quidem fuiſſe Syriæ metropolim in Laodicenſem ciuitatem, ſcriptores affirmant.

Inde vero nobilium complures, qui admiſſi ſceleris vel auctores vidēri poterãt, vel ſocii aſſectatoreſque fuiſſe in ſuſpicionem adducebantur, captiui ducti ſunt, iidemque repleti carceres: exhibentur torrores atque tormenta: armantur milites pro foribus ſtantes, ne quid à ciuibus dira timentibus tentaretur. Præparantur à Iudicibus de ſingulis cognitiones atrociſſimę quæſtiones: eorumque quos magis ſuſpicio exagitabat bona cuncta continuo proſcribuntur, affixis domorum ipſorum ianuis tabulis proſcriptionis.

VI.

STATVS MISERANDVS ANTIOCHENORVM CIVIVM.

Ciuium omnium tripertitus ſtatus hic erat. Pars magna poſt admiſſum atrox maieſtatis crimen, cum audiſſent Antiochiam mitti ab Imperatore exercitum atque Iudices, fuga ſibi conſuluit, vtpote timens, tradendam ciuitatem militibus diripiendam, ciueſq; more captæ vrbis ab hoſtibus cædendos. Qui vero in ciuitate remanſerant, horum partem alteram non mediocrem carcer incluſerat; alteram vero vehemens metus exagitabat, ad horas ſingulas expectantes lictores, à quibus conijcerentur in vincula, atque ſubijcerentur, vt alij, quæſtionibus: quorum vnum erat confugium Eccleſia, vnaque tantum reliqua ſpes in Deo, quos Chryſoſtomus Dei verbo erigebat, ad preces ad Deum fundendas, pœnitentiamque agendam, aſſiduis concionibus admonens.

VII.

MONACHI PERVNT SVPPETIAS PER VNIVERSAS CIVITAT.

Cum ſic deploratiſſimus eſſet ſtatus ciuitatis Antiochenæ, omnique ex parte tetra præſentium rerum facies, & deteriorum expectatione teterrima: ecce in ipſorum auxilium è montibus properant à Deo miſſi cœleſtes milites, quorum arma ab Apoſtolo deſcribuntur non eſſe carnalia, ſed ſpiritualia, Deo potentia. Etant hi, qui carnem ſuam crucifixerant cum vitiis & cõcupiſcentiis, monachi præclariſſimi, quorum cum ingis conuerſatio in cœlis eſſet, inferorum ſi tribus terrori erant, hominibus vero maximæ reuerentiæ. Hi igitur cum audiſſent, fortaſſe fugientium ore, res Antiochenæ ciuitatis in ſummo verſari diſcrimine, tanquã quodam claſſico excitati, confeſtoagmine, properant Antiochiam. Quidnam vero egerint, ſimulac peruenerint, Ioannes Chryſoſtomus pluribus narrat, cum meliori de omnium ſalute ſpe, horum ope, concepta, homiliam illam ordine decimam ſeptimã ad populum habuit; vbi inter alia. *Quando*, inquit, *à Rege miſſi ad commiſſorum inquiſitionem tremendum illud conſtituerunt iudicium, omneſque ad mala factorum pœnas vocabant, & varia mortis omnibus erat expectatio: tunc vertices montium habitantes monachi propriam exhibuere ſapientiam. Namque tot annis in cauernis ſuis concluſi, nemine aduocante ſe adeuerenter nunc, poſtquam nubem tantam ciuitatem circumſtantem viderunt, tabernacula ſpeluncaſque ſuas derelinquentes, vndiq; confluxerunt, velut angeli quidem de cælo profecti. Et erat cernere tunc ciuitatem vni ſimilem homini. Vbique tunc videres ſanctos illos, manifeſtos vel ex aſpectu ſolo, dolore preſſos conſolantes & ad omnem calamitatis contemptum inducentes.*

VIII.

EGREGIA MONACHORVM CONSTANTIA.

Quibus enim illos conſpicatus mortem non deriſiſſet, non deſpexiſſet vitam? Nec hoc ſolum erat mirabile, ſed quod Principibus ipſis accedentes, cum fiducia loquebantur pro rebus, & ſanguinem effundere parati erant, & capita deponere, vt captos ab expectatis tribulationibus eriperent: & dixerit ſe non prius receſſuros, quã Iudices pariēt ciuitatis populo, vel ſe communiter cum reis ad Regem Legatos mitterent: Religioſus eſt, inquiunt, qui noſtræ genti dominatur, fidelis clementiæ virtutis. Nos igitur ipſam omnino reconciliabimus, non permittemus vobis, neque concedemus ciuem pollutere, nec vllum abſcindere caput. Si vero hoc non feritis, & noſcum ſis omnino morientur. Grauia quidem patrata, & nos confitemur ſed Regibus ignoscere non excedit geſtorum iniquitas. Dicitur quidam illorum aliud verbum ſapientia plenum dixiſſe, quod ſtatuæ quidem deuectæ, rurſum euectæ fuerunt, & propriã recuperunt formã, & factum correctionem habuit celerrimã: Si vos autẽ Dei imaginem occideritis: quo modo

rursum poteritis commissum revocare? quomodo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? hunc fuisse Macedonium vita insignem monachum, Theodoretus affirmat, qui rem paulo fusius prosecutus, hæc ait *a*:

a *Theod. li. 5 c. 19.*

IX. MACEDONII INSIGNE FACINUS.

Ex quorum, nempe monachorum, numero fuit sanctissimus Macedonius, vir tum rerum, quæ in communi vita geruntur, inscius, tum litterarum sacrarum prorsus ignarus. Ille in montium vertici bus vitam agens noctes diesq; omnium Salvatori sinceras preces offerre solebat, qui neque Imperatoris violentiam pertimescere, neque de potestate eorum, qui missi fuerant, laborare visus est: sed in media urbe, prehenso alterius Iudicum pallio, ambos ex equis descendere iubet. Illi vero cum viderent senem statura exigua, pannis sordidis amictum, primo indignari quidem: sed vt primum à quibusdam illarum, qui antecedebant, viri illius virtutem didicerant, desilire de equis, illius genua amplecti, veniam denique precari ceperunt. Macedonius diuina imbutus sapientia, talibus oratione compellat: Desinite, viri carissimi, Imperatori hæc verba; Non solum Imperatorem eum esse, sed hominem etiam, itaque ne oculos tantummodo ad Imperium adijciat, sed suam ipsius naturam mente complectatur. Nam cum homo sit, illis imperat, qui sunt eiusdem naturæ participes: humanam autem naturam ad Dei imaginem & similitudinem esse fabricatam. Quare ne tam crudeliter & inhumane imaginem Dei è medio tollis iubeat: nam bilem mouet opifici, cum eius imaginem contumelijs tractet. Consideret enim, quam iniquo animo tulerit ipse eandem coniugis imaginem contumelijs affectam esse: se tamen imaginem Dei contumelijs esse non dubitare. At quantum interfit inter imaginem inanimem, & animatam, vitam ac rationis cõpotem, omnibus, qui sunt mentepraditi perspicuum est. Illud præterea secum cogitet, nobis perfacile esse, pro vna anea imagine multas fabricare, sed eum non posse omnino facere vel vnum illorum, qui interfecti sunt. Hac audita oratione, viri illi admirabiles eam ad Imperatorem retulerunt, &c. Porro de eodem Macedonio plura habet idem Theodoretus *b* in libro sanctorum Patrum: aitque eum hanc ob causam, quod nihil aliud, nisi ordeum made factum soleret comedere, fuisse cognomẽto dictum κριθοφάγον. Subdit autem Chrysostomus ad hæc: *Multa & de iudicio ipsis differuere. Quis non consternaretur? quis non virorum sapientiam admiraretur?*

b *Theod. li 5. Patr. c. 23*

X. MULIERIS SPECTATA CONSTANTIA.

Quoniam quædam rerum mater nudato capite, & canis ostensis, iudicaturi equum sieno apprehendit, & per forum præcurrens, sic ad iudicium simul ingressa est: omnes obstupefacti sumus, omnes admiratpotentem & magnanimitatem. Quo modo non magis ad hos obstupescere oportet? illa enim etiam si mortua esset pro filio, nihil mirandum: magna enim naturæ vis, & inexpugnabilis viscerum necessitas. Hi vero non genuerunt, nec educarunt: immo vero quos non nouerunt, quorum nomen non audierunt, quibus cum nũquam conuersati sunt, quos exsola nouerunt calamitate, in tantum amauerunt, vt etiamsi infinitas habuissent animas, omnes pro illorum salute tradere vellent. Neq; mihi dicas hoc, quod non ingulati sunt, nec sanguinem effuderunt; sed quod tanta contra Iudices vsi sunt libertate, quanta soles de salute sua desperatos vti verisimile sit; & talium sententia de montibus ad tribunal cucurrerunt. Nec enim nisi prius se neci præparassent cuiquam licebat, tam libere potuissent Iudices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem. Etenim ante Prætorij tam altos dies agebant sedentes, alvdvndos de carnificum manibus eripere parati. hæc de studio monachorum Chrysostomus.

XI. DE LIBANIO ZOSIMVS REDARGVITVR.

Quæ vero subdit de philosophis tum Antiochiæ commorantibus, plane redarguunt grande mendacium Zosimi *c*, quo tradit Libanium vna cum Hilario pro salute ciuitatis legationem suscepisse ad Theodosium Imperatorem: ait enim ipse Chrysostomus: *Vbi nunc sunt pallia gestantes & profundam ostentantes barbam, & baculadextera ferentes, externorum philosophi, Cynicapiacula, subinde salibus iambis meliores, ventrisq; causa cuncta facientes? Omnes tunc ciuitatem deserverunt, reflarunt omnes in cauernas conditi sunt. Solus vero, qui per opera vere philosophiam exhibent, ac si nullum ciuitatem malum commorebundisset, sic intrepide in foro apparuerunt: & vrbem quidem habitantes, ad montes & deserta auolauerunt, eremi vero incolæ in vrbem ingressi sunt, &c.* Quod ad Libanium spectat: quis, quæso, ipsum rediuiuum ad hoc munus legationis obeundum ab inferis reuocauit, quem alii sub Valente tradunt defunctum, alii vix ad ipsum initium Imperii Theodosii viram produxisse cõfirmant? Cum vero idem Ioan. Chrysostomus hæc & alia plura in commendationem egregiæ per eosdem monachos nanatæ tunc operæ, eos quidem illud obtentum tradit, vt sententia de nece sontium differretur, donec, quid de his decernendum esset, Imperatori significaretur.

c *Zosi. li. 4*

XII.

At quanto id illi temporis spatio perfecerunt? & quamdiu ea de causa Antiochiæ commorati? audi quod miteris: *Hi*, inquit Chrysostomus *d*, *duo vna & descenderunt, & differuerunt, & soluerunt calamitatem, & ad propria reuersi sunt tabernacula: tanti est philosophia à Christo introducta.* at non sic quidem hæc intelligenda puto, vt vnius diei duntaxat spatio tot tractatus confici potuissent, cum præsertim idẽ superius tradat, eosdem ad fores Prætorii totos dies excubasse, vt si qui ducerentur ad supplicia, eriperent è carnificum manibus: sed illud plane significare voluerit, ea diligentia celerius opus impletum, decretaq; legatione, eosdem tanquam aues quam citissime è ciuitate conuolasse in solitudinem, inanes auras omnium ore iactatæ gloriæ euitantes, quod Christianorum philosophorum tantum mos est. Quatriduum in ea actione insumptum esse, idem Chrysostomus alibi affirmat, dum de concessis à Iudicibus ad Principem adeundo inducijs homiliam ipse tunc ad populum habuit, qua illius quatridui concinnans historiam, eandem posterorum memoriæ voluit commendasse, quam par est hic eodem textura filo connectere. Quis non libenter audiat vera certaque à tanto auctore descripta, qui & oculis cuncta spectauit, & his, qui interfuerunt tunc eadem in memoriam reuocauit, sic exorsus *e*?

d *Chrysost. dicta ho. 17.* COMMORATIO MONACHORVM ANTIOCHIÆ.

Ab eodem principio & iisdem proœmijs, quibus heri & nudius tertius cœpi, & hodie incipiam: dicam & nunc: Benedictus Deus. Quale prætertum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præsens? Quanta vis illo obscurit as tunc erat? quanta nunc in præsenti tranquillitas? Tremendum in ciuitate tribunal illud & omnium corda conquassauit, & nocte scit diem nihilo esse melioremnon radiis obtenebratis, sed tristitia & timore oculos offuscantibus vestros. Vt igitur & nos maiorem capiamus voluptatem, pauca eorum, quæ tunc acciderunt, commemorare volo. Et vobis enim & posteris omnibus vtilem horum esse video narrationem: quoniam & de naufragio saluatis iucundum est fluctuum meminisse, & tempestatis & ventorum, postquam in portum nauigauerint; & valetudine detentis desiderabile post agritudinem, febres, per quas paulo minus ad mortem venerunt, aliis enarrare. Cum enim grauia præterierint, voluptatem habet eorum commemoratio, anima non amplius formidante, sed maiorem capiente delectationem: cotinua enim præteritorum malorum memoria præsentem tranquillitatem diligentius cognoscit facit.

e *Chrys. ad pop. Antioc. ho 15.*

XIII. CHRYSOS. SINGVLIS DIEBVS CONCIONATVR.

XIV. QVALE EXHIBITVM TRISTE SPECTACVLVM.

Postquam enim ciuitatis maior pars præ timore & comminatione illa, ad deserta & saltes montium & occulta locorum transmigrauit, metu ipsos vndiq; cogente; inanes quidem mulieribus erant domus, vacuum vero virisforum: vix autem duo vel tres tantes in medio sese videbant, & ipsi tanquam animati mortui circumeuntes. Abibamus in forum iudiciale gestorum finem visuri: & collectas ciuitatis reliquias videres, illud omnium maxime admirati fuimus, quod multitudine circa fores morante, tanquam præsente nemine, silentium erat profundissimum, omnibus inter sese respicientibus, & nemine assistentem interrogare aut quicquam audire abillo audente. Proximum n. quemq; suspectum habebat: quoniam multitudine præter omnem spem ex medio rapti foro intus coercebantur. Et omnes communiter in cœlum aspiciebamus, & manus extendebamus cum silentio, superne subsidium exspectantes, & Deo supplicantes, vt in diu andis adesset, & iudicantium corda mulceret, & mitia faceret sententiam. Et sicut qui nauis agantes è terra vident accedere quidem & manum porrigere & anxiam naleuare non possunt, cum vndis arceantur; extrinsecus autem ab ipsis littoribus manus extendentes & lacrymantes, Deum orant, vt assistas fluctu antibus ita & hic tacite omnes Deum mente inuocabant, petentes, vt ad tribunal velut in fluctus adductis, manum porrigeret, nec sineret nauigium submergi, nec in extremum naufragium iudicantium solueret iudicium. Et hæc quidem erant pro foribus.

XV. HVMANA CALAMITATIS EXEMPLVM.

Postquam vero interiorem aulam introiimus, rursus alia his terribiliora vidimus, milites armatos enfibus & clauis, & multam interius iudicantibus quietem præstantes. Quoniam enim necessarij illorum omnes & vxores & matres & filiæ ante fori ianuam con-

sisterant,

sisterant, vt si cuentret quempiam ad mortem duci, nemo eruma spectaculo accensus tumultum & turbationem vllam faceret, omnes procul arcebant milites, ipsorum mentes pauore præoccupantes. Quod autem omnium maxime miserabile, mater & soror cuiusdam, qui intus iudicabatur, ad ipsa iudicantium vestibula iacebant, se humi sternentes, & commune omnibus factæ circumstantibus spectaculum, oculos volata, & tantum dum taxat erubescentes, quantum calamitatis necessitas permittebat: neq; aderat ipsis ancillula, non vicina, non amica, non vlla necessariarum alia; sed sola cum vestibus abiectis in medio tot militum assumpta, per humum se trahentes circa ipsas fores interius sedentibus grauiora patiebantur, carnificum vocem audientes, verberum sonitum, cæsorum luctum, tremendas iudicantium minas, & per flagellatorum singultum grauioribus, quam illi, doloribus hæ conficiebantur.

XVI. TIMOR OMNES EXAGITAT ANTIOCHENOS.

Quoniam enim in illorum testimoniis criminum proditio periclitabatur: sicubi quempiam flagellari, vt reos diceret, sentiebant & vlulare in cælum respicientes, Deum orabant, vt illis fortitudinem & tolerantiam daret, ne suorum necessariorum salus proderetur aliorum infirmitatibus acrem verberum dolorem ferre non valentium. Et tale quid rursum, quale fluctuantibus solet, accidebat. sicut enim illi si quando vndæ impetum videant eminus insurgentem & paulatim crescentem & nauem submergere minantem, etiam priusquam ipsi propior fiat, præ timore mortui sunt: sic & illa si quando voces & vlulatu audiebant emitti, vereris, ne tormenta fugientes qui testimonium dicere cogebantur, contra necessariorum aliquem dicerent, infinitas ante oculos mortes videbant. Et erat cernere intus tormenta, extra tormenta: illos nempe carnifices, has vero naturæ torquebat imperium & viscerum compassio: & intus luctus, & extra luctus: intus eorum, extra necessariorum. Imo vero non ipsi tantum, sed & ipsi iudicantes corde lugebant, & omnibus grauiora patiebantur, tam acerba calamitati ministrare coacti.

XVII. LVGVBRE SPECTACVLVM.

Ego autem assidens, & hæc cernens, quod mulieres & virgines thalamis assuetæ, nunc commune cunctis spectaculum factæ sunt, & molli assueto strato, terram prostrato nunc habent: & tantum nactæ obsequium ancillularum, earumcborum, & reliqua totius vanitatis, nunc omnibus illis priuatæ, ad omnium pedes prosternuntur, singulos orantes, aliquid iudicandi in auxilium conferre, & communem aliquem misericordiæ quæstum omnibus fieri: illud dixi Salomonis a: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Videbam enim & hoc ipsum, & aliud verbum ad ipsa perueniens opera, quod dicit b: Omnis gloria hominis tanquam flos fœni: siccatum est fœnum, & cecidit flos. Etenim diuitiæ tunc, & generositas, & claritas, & amicorum præsentia, & omnia vitæ adiumenta redarguebantur, peccate & iniquitate commissa omnem hanc opem subuertente. hæc & alia tunc Chrysostomus philosophatus, cum & illud quoque nouissimi omnium tribunalis iudicium ex præsentis imagine mente agitaret: qui & post alia hæc subdit:

a Eccl. 1.

b Isai. 40.

XVIII. NOBILES ANTIOCHENI QVÆ PASSI.

At qui ciuitatis primarij, qui tunc iudicabantur, erant, & ipsum nobilitatis capiat. Attamen lati fuissent, si quis eis dedisset, & amittentes omnia, & si oporteret ipsam libertatem, præsenti vita potirentur. Diu vero iam exacto, profundissimoq; facto vespere, cum iudicij finis expectaretur, in maxima erant omnes anxietate, & à Deo petebant dilationem aliquam & prorogationem fieri, & iudicantium animo immittere, vt ad Imperatoris sententiam referrent exquisitorum cognitionem; fore enim fortasse aliquod bonum ex hac dilatione. Et communes a populo supplicationes ad benignas Dei aures emittebantur, vt saltem ex reliquias ciuitatis, nec ipsam à fundamentis penitus euersam negligeret. Nec videre licebat quempiam non hac cum lacrymis clamantem.

XIX. *Verumtamen nihil propterea Iudices interius causas audientes tunc inflexit, sed vnum solum respiciebant, vt delegeni commissorum quæstio fieret: & postremo catenis inclusi ipsos in carcerem per medium forum agebant, homines eques domi alentes, oracula proponere solitos, aliaque innumera valentes clariora numerare officina: & substantias populabantur, & in omnium sortium proscriptionis tabulas cernere licebat. Et horum vxores paterna domo eiectæ, singula illud vxoris Iob per opera implebant: domum enim ex domo, & locum ex loco circumibant, dinersorij indigentes: nec enim hoc ipsum erat ipsis facile reperire, vnoquoque timente & trepidante quempiam eorum necessarium suscipere & curæ habere. Verumtamen tot illata passi, omnibus his contenti erant, quoniam vita non exciderant præsenti. Et neque pecuniarum multa, neque ignominia, neque tanta traductio, neque quodcunque aliud huiusmodi ipsos mordebat. Calamitatis enim magnitudo, & maiora his patiendi expectatio eorum animos philosopharit tantum effecit.* hæc Chrysostomus.

Accidit tunc etiam, vt cum omnes repentinæ mortis faucibus deglutiri ex Principis furore timerent; inter alios glomeratim vniuersi catechumeni, quorũ grandia erant examina (quod abusus adhuc ille vigeret differendi baptismum) ad Ecclesiam, vt sacris imbuerentur mysteriis, conuenirent, adeo vt eos catechizandi tempus non esset. Meminit horum idem Ioan. Chrysostomus, cum postea ista recolens tempora sic ait c:

XX.

c Chrys. in Act. hom. 3.

Dicam, quod vni familiarium meorum accidit. Irato aliquando Deo, cum ille admodum iuuenis esset, & in diaconorum ordine ministraret, abesset que per illud tempus Episcopus, & nullus presbyter: nos curam haberet, sed simpliciter faciebant simul multa millia in vna nocte baptizari, & simpliciter baptizabantur omnes nihil scientes. Quod vt ille intellexit, priuatim simul centenos & ducentenos docebat: nihil tamen, quam quod ad sacramenta attinebat, ne sic migrarent non initiati. Hoc plerique putabant illum ex ambitione fecisse: verũ ille non attendebat sic censentes. hæc Chrysostomus. Sed quæ hæc absentia Episcopi? de ea modo dicendum.

XXI.

Cum vero eo statu infelicissimo posita esset ciuitas, & ciuibus omnibus dira immineret carnificina, singulisque ferme momentis anceps vita cuiusque penderet arbitrio Iudicum: ecce inter tot tenebras alicuius spei radius insperatus affulsit. Audito nimirum, concessum à Iudicibus vt relatio ad Theodosium mitteretur, omnibus in mœroris tenebris versantibus mox inopinata est exorta lætitia: omnes exhilarãtur, perinde ac si ciuitas in tuto collocata esset, cum & ipse Chrysostomus pro gratiarum ad Deum actione eam habuit concionem, cuius exordium est d: *In tempore omnes hodie communiter concinimus: Benedictus Dominus e Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Etenim miranda & opinione maiora, & excedentia facta sunt negotia: vrbem totam & populum tantum submergi debentem, & sub vndas agi, & perdi funditus semel, vno temporis momento ab omni naufragio liberauit. Gratias igitur agamus, &c.* vbi & post multa superius recensita, quanta id impottunitate eum monachis simul sacerdotes exegerint à Iudicibus, & quali gesserint tripudio, vt acceperunt, docet his verbis f: *Non monachi tantum, verum & sacerdotes eandem præstiterunt animi magnitudinem, nostramque dispensauere salutem. Et alius quidem in castra se contulit, omnia dilectionis vestræ postponens, & paratus, nisi Regi persuaderet, mori. Alij vero hic remanentes, & eadem cum monachis exhibentes, propriis manibus Iudices continentes, non permittentes abire, priusquam de iudicij fine promitterent,* nimirum se haud vlterius ad necem sontium progressuros: *& cum venientes quidem videbant, fiducia multa & ipsi vicissim vtebantur: vt autem annuentes viderunt, pedes & genua complexi, & manus exosculati, vtramque virtutem superabundanter exhibuere, libertatem & mansuetudinem. Quod enim non superbia esset fiducia, exosculando genua, & pedes amplectendo maxime demonstrauerunt. Rursum quod humilitas non esset assentatio, neque seruilitas quædam, nec ex illiberali sententia profecta, præmissa ipsorum fiducia testificata est. Neque hæc sola de tentatione bona lucrati sumus, verum & multam modestiam, mansuetudinem multam. Ciuitas repente vbis monasteriorum facta est: non sic illam aliquis ornasset, si arcas in foro statuas erexisset, &c.* Quem vero non nominans, ait, insignem sacerdotem amore populi ad Imperatorem in castra se contulisse: fuit hic Flauianus eiusdem ciuitatis Episcopus qui pro populo magno animo atq; impensa cura legationem tantam susceperat.

XXII. DE RELATIONE AD IMP. MITTENDA.

d Chrys. ad pop. hom. 17.

e Psal. 71.

f Chrysost. hom. cad. MELIOR STATVS AFFLICTIS ARRIDET.

Porro idem Chrysostomus pro gratiis Deo agendis de obtenta dilatione conuenienti Imperatorem, quotidie in Ecclesia populum colligebat, vbi diebus singulis ad eum habuit conciones, quarum prior vel illa habita ponitur quã sic est exorsus g: *Cum præteritam tempestatem & præsentem cogito tranquillitatem, non desino dicere. Benedictus Deus qui facit omnia, & ipsa transmutat, &c.* vel illa, cuius est idem ferme principium h, de qua superius. Sequenti vero die eam habuit orationem, quæ ita incipit i: *Et heri dixi: Benedictus Deus, & hodie hoc ipsum rursum dicam, &c.* Tertia autẽ die

XXIII. PRO GRATIARVM ACTIONE HOMILIÆ.

g Chrys. ad pop. Antioch. hom. 11.

h. Chrysost. hom. 17.

i Chrysost. hom. 12.

itidem ad populum sermonem habuit, cuius est illud initium a: *Ab eodem principio & ijsdem proœmijs, quibus heri & nudiùs tertius cœpi, & hodie incipiam: diuam & nunc: Benedictus Deus &c.* erat hoc Quadragesimale tempus, cuius secũda hebdomada expedita, illam habuit concionem, quæ sic inchoatur b: *Principio quidem prouidentiam laudaui, &c.* in cuius progressu ad finem vergente de absoluta tunc secunda hebdomada Quadragesimæ meminit: qua quidem oratione populum adhuc timentem corroborat: nam expectatio anceps, quid ab Imperatore referret Episcopus, nõnihil eorundem animum excruciabat: qua etiam homilia & in eos idem ipse Chrysostomus vehementius inuectus est, quod nescio à quo Gentili de cõsolatione orationem audissent, quasi non sufficiens esset Ecclesia Christi ea docere. vnde commotus, eos in primis vrget his verbis: *Pro vobis autem erubui & confusus sum, quod exterioris post, multos prolixosque sermones illos consolationis indiguistis. Optaui mihi terram debiscere & immergi, quando ipsum vobis loquentem audiebam, & intempestiuam hanc & irrationabilem timiditatem consolantem. Non enim vos ab illo doceri oportebat, sed infidelibus vos præceptores omnibus fieri: nec ab infidelibus inducari Paulum permisit.* & post nonnulla: *Sed neque nunc in me ipsum redire possum: sic animum meum indignatio & tristitia obsidet. Quis enim non ægre ferret, quis non succenseret, quando post tantam doctrinam Gentilibus opus habuistis doctoribus ad exhortandum & persuadendum, vt præsentem generositatem non sustineretis?* hæc & alia ibi ipse. Media autem Quadragesima in eodem argumento versatus, decimâ octauam ordine tunc ad eundem populum habuit homiliam, vt idem ipso eius exordio docet. At iam de ipsa Flauiani legatione agamus.

a *Chrysost. hom. 13.*

b *Chrysost. hom. 16.*

NON AVDIENDI SERMONES INFIDELIVM.

XXIV. DE LEGATIONE FLAVIANI IMP.

Suscepit libens volensque Flauianus Episcopus pro populo Antiocheno ad Theodosium Augustum legationẽ, adeoq; ardenti studio, vt nulla te valuerit præpediri (reliquit enim sororem extremum agentem spiritum) neq; vlla suæ senectutis vel corporis habita ratione (vt ait Chrysostomus c) se accinxit ad iter: quando relicta Ecclesia pastore vacua, idem Chrysostomus eam ad populum habuit homiliam, quæ ita incipit: *Quando ad hanc sedem derelictam & magistro vacuam reflexio gaudeo simul & lacrymo: lacrymo quidem, quod præsentem non video patrem: gaudeo autem, quod pro salute nostra profectus est, & tantum abijt populum à furore Regis eripturus, &c.* pluribus eos hortatur, vt precibus apud Deum agant pro Legato Episcopo, & ea, quam suscepit, legatione; atq; inter alia: *Supplicemus igitur ipsi, & ad ipsum legationem mittamus: & Regis animum penitus corripiet, & ab omni nos instanti angustia liberabit. Pater illic legationem obit: nos hinc ad cœlorum Regem mittamus legationem, ipsum precibus adiuuemus. Multum Ecclesia communis potest, si anima dolente, si corde contrito preces emittamus.* hæc ipse.

c *Chrysost. hom. 3. ad pop. Antioch.*

XXV. FLAVIANVS OCCVRRENS MAGISTRATIBVS QVALITER AFFECTVS.

Contigit autem profectio Flauiani Antiochia simulac dirum illud à ciuibus facinus fuerat perpetratum: nam in via inuenit, qui ad iudicandam eam causam vindicandamq; contumeliam mittebantur ab Imperatore Antiochiam. Declarat id quidem ipse Chrysostomus, cum Flauiani progressum legationis ita describit d: *Postquam hæc verba egressus est, omnes in tanta relinquens tristitia, multo grauiora patiebatur, quam qui in ipsiserant molestiis. Primũ nempe nactus in via media ad gestorum examinationem à Rege missos, & ab illis dictus, quorsum essent missi, & mala ciuitatem inuasura, tumultus, turbationes, fugam, timorem, anxietatem, pericula cogitans, lacrymarum fontes emittebat, cum viscera ipsi dissecarentur. Patribus enim nos est multo magis dolere, cum filius suis male habentibus nec adesse possint: quod & pientissimus hic passus est, non mala tantum nos inuasura deplorans, sed & quod nobis hæc patientibus procul abesset. Verum & hoc pro nostra salute factum est.*

d *Chrysost. ad pop. hom. 10.*

XXVI. EVENTVS FLAVIANI AD THEODOSIVM.

Vt enim ab illis hæc didicit, calidiores lacrymarum fontes emittebat & cum maiori supplicatione ad Deum confugit, & noctes insomnes ducebat, supplicans, vt hæc patienti succurreret ciuitati, & vt Regis mentem redderet mitiorem. Vt vero magnam ciuitatem illam ascendit, & regias ingressus est aulas, procul à Rege constitit mutus, lacrymans, deorsum inclinatus, latitans, tanquam ipse esset, qui omnia illa patrasset. Hoc autem faciebat, habitu, aspectu, luctibus prius mouere volens ipsum ad misericordiam, & tum defensionem pro nobis incipere: Sola namque peccantibus relinquitur venia, tacere, & nihil progestis loqui. Volebat enim passionum hanc quidem ejicere, hanc vero introducere: reijcere quippe iram, tristitiam autem relinquere, vt ita viam pararet defensionis verbis. & paulo post: *Ipsum itaque Rex conspicatus lugentem, & deorsum inclinatum, accessit ipse, & quod patiebatur propter sacerdotis lacrymas, hoc verbis ostendit: non enim indignantis, nec irascentis verba fecit, sed dolentis, non succensentis, sed mœrentis & dolore magis detenti, & quod hoc sit verum, ipsa audientes verba scietis.*

XXVII. QVÆ THEODOSIVS AD FLAVIANVM.

Non enim dixit: Quid tandem hoc est? pro hominibus scelestis & sceleratissimis, & quos nec oportuit viuere, venis legationem obiens, tyrannis, innouatoribus, omni supplicio dignis? Sed hæc omnia dimittens verba, defensionem composuit reuerentia plenam & grauitate, & à se collata commemorabat beneficia, quibus per omne regni tempus ciuitatem nostram prosecutus est: & ad singula hæc repetebat: Hæc me pro illis pati oportuit? quarum à me iniuriarum pœnas exegerunt? quid parum, quidue magnum accusandum habentes, non me solum, verum & defunctos contumelijs afficerent? non valebat animus saturari in viuis? sed nisi sepultos quoque contumelioſe tractarent, nil magnum se facere putarunt. Iniqui fuerimus nos, vt ipsi putant: igitur mortuis parcere, qui nullam intulerunt iniuriam oportebat: non enim & illis hæc attribuere valebant. Nonne semper hanc omnib. præposui ciuitatem, & patria desiderabilorem esse putabam, & votum mihi continuum erat, vrbem illam cernere, & hoc apud omnes faciebam iuramentum? hactenus Theodosii verba: quibus ipse Chrysostomus mox subinfert orationem, quam tunc habuit Flauianus, iam longo itinere meditatam, cui deesse non poterat efficax pronunciatio ex intimo cordis dolore prodiens. Subdit igitur idem Chrysostomus:

XXVIII. ORATIO FLAVIANI AD THEOD. PRO ANTIOCHENIS.

Hic aliquantum ingemens Pontifex, & feruentiores emittens lacrymas, non amplius tacuit: videbat enim Regis defensionem culpam maiorem nostram facientem, sed grauiter & amare de profundo gemens: Consitemur, inquit, ô Rex, nec negare possumus amorem ipsum quem erga patriam nostram demonstrasti: & propterea maxime lugemus, quoniam sic amata damones inuiderunt, & erga benefactorem ingrati sumus visi, & exacerbauimus summopere nos amantem siue obrueas, siue incendas, siue occidas, siue quodcunque aliud facias, nondum dignam de nobis pœnam exegisti: nos ipsos præuenientes innumeris mortibus difficilius afficimus. Quid enim amarius esse possit quam cum benefactorem, & sic diligentem iniuste exacerbantes appareamus? & omnis hoc mundus discat, & extremam ingratitudinem nostram condemnet? Si habari ciuitatem nostram incursantes, mœnia diruissent, & incendissent domos, & abductis captiuis abiissent, minus erat malum. Quare tandem ita? Quoniam te viuente, & tantam in nos benevolentiã exhibente, spes erat illa cuncta grauia solutum iri, & nos iterum ad priorem formam reducturos, & clariorem recepturos libertatem. Nunc autem ablata benevolentia tua, & amoris vinculo violato, quod omni muro nobis erat tutius, ad quæ iam confugiemus? quo poterimus alio respicere, tam dulcem dominum & facilem patrem exacerbantes?

XXIX. AGIT EXEMPLO.

Itaque videntur quidem intolerabilia fecisse, sed magis passi sunt omnium grauissima, nullum hominem audentes respicere, nec ipsum spectare Solem liberis valentes oculis, pudore vndique palpebras contrahente, & occultari cogente: libertate ipsis ablata omnibus captiuis nunc miserius affecti sunt, & extremam sustinent ignominiam: & malorum magnitudinem cogitantes, & in quantum contumelia resiluerunt, nec respirare possunt, cum omnes terram habitantes in sui vehementem calumniam attraxerint. Sed si velis, ô Rex, est volneri medicina, & tantis malis remedium. Sæpius & in priuatis hoc factum est, magna & intolerabiles offensiones, magna charitatis materia facta sunt: sic & in natura nostra euenit. Cum enim hominem Deus fecit, & in paradisum induxit, & multo dignum fecit honore: tantam diabolus prosperitatem non ferens, inuidit, & illum à data expulit dignitate. Sed Deus non tantum ipsum non reliquit, verum & pro paradiso cœlum nobis aperuit, hoc ipso propriamque demonstrans benignitatem, & diabolum magis puniens. Hoc & tu facias. Nunc omnia mouerunt dæmones, vt omnium tibi gratissimam ciuitatem à benevolentia tua separes. Hoc vero tu nunc sciens pœnam, quamuis quidem exigas, priorem tamen amicitiam nos extrudas. Sed si & præter opinionem aliquid nunc dicere fas est, etiam nunc inter dilectarum primas ipsam scribe, si modo dæmonas hæc operatos viu vlcisci. Si nempe destruas & subruas & deleas, quæ prius ipse voluerunt, hæc efficies: si vero

XXX. AB HONESTO ARGVMENTVM DVCIT.

XXXI. PERSVADET EXEMPLO CONSTANTINI.

XXXII. CONVINCIT LEGIBVS IPSEVS

XXXIII. A RELIGIONE ARGVMENTVM DVCIT.

XXXIV. REMOVET CONTRARIA ARGVMENTA.

XXXV. EX HONESTO ET VTILI PERSVADET.

XXXVI. A PIETATE ARGVIT.

tram dimittas & teversum ipsam amare, sicut prius amabas, confitearis: lethalem vlciplagam intuleris, & vltimam ab ipsis vltionem exegeris, demonstrans, quod non tantum nihil amplius ipsis expeditum est per insidias, verum & cuncta ipsis contra quam volebant, acciderunt. Iustum autem fuerit hæc faciendo, & ciuitatem miserando, eui propter amicitiam tuam dæmones inuiderunt. Nisi enim ipsam tam vehementer amasses, nec ipsam illi tanta insectati fuissent inuidia. Itaque est mirandum est quod dicitur, est tamen verum, quod propter te & amicitiam tuam hæc passa est. Quot incendia, quanta subuersione sunt hæc verba acerbiora, quæ responderes dicebas? Nunc te contumelia affectum dicis, & pertulisse, quæ nullus vnquam superiorum Regum.

Sed si velis, ô humanissime, & sapientissime, & multa pietate plene, diademate isto clariorem & maiorem tibi coronam hæc asseret contumelia. Hoc nempe diadema est, & virtutis insigne, & Dei liberalitatis indicium. Sed corona ex hac humanitate contexta tuum solius erit & sapientia tuæ meritum. Nec te tantum omnes admirabuntur propter istos lapides pretiosos, quantum propter victoriam de indignatione superata reportatam laudabunt: Destruxerunt statuas tuas? Sed illic clariores restituere tibi licet. Si enim muria auctoribus crimina remittas, & nullam ipsis inferas pœnam; non æreas istas in foro erigent, nec aureas, nec lapillis coagmentatas; sed omni materia pretiosiorem stolam induerit, humanitatem scilicet & misericordiam: talem in mente quisque sua te ædificabunt, & tot statuas habebis, quot Orbem habitant homines & habitabunt. Non enim nos tantum, verum post nos futuri, & post illos omnes hæc audient, & tanquam ipsi bene fuerint habiti, sic te admirabuntur & amabunt. Et quod hæc non assentans dico, sed sic erit omnino: antiquum tibi referam sermonem quendam: vt discas, quod non tantum exercitus & arma, & pecunia, & subditorum multitudo, & alia huiusmodi splendidos facere Reges consueuerunt, quantum animi disciplina & mansuetudo.

Fertur beatus Constantinus effigie sua quandoque lapidata, multis ipsum insigantibus ad supplicium de auctoribus contumelia sumendum, & dicentibus quod omnem ipsius faciem saxis conuulnerassent, manu faciem palpans & leniter videns, dixisse: Ego vero nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero & facies tota. Illi vero reuerti & confusi, ab hoc intuitu destitere consilio. Et hoc verbum hactenus canunt omnes, nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientiæ memoriam extinxit. Quod non sit hoc trophæis splendidius? Multas vrbes ille condidit, & multos barbaros superauit: sed memoriamus illorum nihil: hoc autem verbum vsque ad præsentem diem canitur, & posteri nostri & posteri illorum omnes id ipsum audient. Nec hoc solum est admirandum, quod audient, verum etiam quod Laudibus & fausti verbis prosequentur, dicentesque laudabunt, & audientes grate suscipient: nec vllus est, qui hæc audiens, silere possit, quin pariter exclamet, & talia dicentem laudet, & innumera ipsi vel defuncto bona precetur. Quod si propter illud verbum apud homines tanta potitus est gloria, quot apud benignum Deum coronas assequetur?

Quid autem opus est Constantinum & alienæ exempla commemorare, cum te de propriis & meritis tuis opus sit exhortari? Recordare priorum, quando solemnitate hac, nempe Paschali, superuenientes per totum Orbem terrarum epistolam miserit, iubentem carcere detentos dimitti, & ipsis ignoscis crimina: & illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per literas dicebas: Vtinam mihi liceret & defunctos reuocare & resuscitare & ad priorem vitam reducere. Horum nunc reminiscere verborum: Ecce tempus defunctorum reuocandorum & resuscitandorum & ad vitam redocendorum pristinam. Et hi namque iam mortui sunt, priusquam iudicium proferatur, & ad ipsas tartari fores iam nunc ciuitas collocata est: ipsam igitur inde resuscita sine pecuniis, sine stipendio, sine tempore, & omni labore. Tibi namque satis est, tantum loqui, & reuocare ciuitatem in tenebris iacentem. Nunc ipsam tibe ab humanitate tua posthac appellari. Nec enim tantam habebit gratiam illi, qui ab initio se condidit, quantam sententia tua: nec immerito. Ille enim principio ipsi dato recessit: tu vero auctam & magnam factam, & post multam hanc tranquillitatem destructam resuscitabis. Non erat tam mirandum, si hostibus ipsam capientibus & barbaris populantibus, à periculo liberasset, quam est mirabile nunc perpecisse: illud enim sæpe multi fecere Reges, hoc autem tu solus operaberis, & primus præter omnem expectationem. Est illud quidem minime mirandum, nec præter opinionem, sed est quotidianum opus, subditis prodesse: quod autem tot & talia passus iram deponas, hoc omnem naturam excedit humanam.

Cogita, quod nunc non de ciuitate tantum illa tibi consultandum est, verum de gloria tua, magis vero de Christianitate tota. Nunc & Iudæi & Græci & omnis terrarum Orbis, & barbari (etenim & illi hæc audierunt) ad te respiciunt, expectantes, vt videant, qualem de gestis sententiam feras: nempe, si humanam protuleris & mitem, omnes decretum laudabunt, & Deum glorificabunt, & inter se dicent: Papæ, quanta Christianitatis potentia! hominem super terram habentem æqualem veniæmem, omnia delendi & corrumpendi dominum cohibuit & repressit, & docuit Philosophiam quam nec homo priuatus exhibere. Vere magnus Christianorum Deus, qui ex hominibus Angelos facit, & omni necessitate naturali superiores constituit.

Ne namque superfluum timorem illum timeas, nec toleres quosdam dicentes, quod reliquæ ciuitates peiores erunt, & hac non punita, imperium tuum magis contemnent. Si enim ad insurgendum fuisses impotens, & hac operati te vi superassent, & par esset potentia, cognite suspicari hoc oportebat. Si vero paucefacti, præque timore pramortui sunt, & ad tuos per me cucurrere pedes, nec aliud quotidie expectant, quam barbaricum, & supplicationes faciunt communes, in cœlum respicientes, & Deum venire supplicant & simul nobiscum legationem attingere, & sicut in extremis constituti, de propriis quisque suis consideravit: quo modo non superflua hic timor? Si ingeclari fuissent tuis, tanta passa non fuissent, quanta patiuntur nunc, tot diebus in timore & tremore viuentes, & superueniente vespere, aurorum videre non expectantes, & die orto, ad vesperam peruenire non sperantes: nudi & in feras incidere, dum sectantur deserta in inuia translati, nec viri tantum, verum & pueruli parvuli, & mulieres libera & decora per multas noctes & dies in spelæis & conuallibus & deserti foraminibus latentes. Et nouus captiuitatis modus ciuitatem detinet: adificiis & muris stantibus, incensis ciuitatibus grauiora patiuntur; nullo incumbente barbaro, nec hoste apparente, captis miserius dispositi sunt: & solum solum si moueatur, omnes ipsos per singulos terret dies. Et hanc omnes sciunt. Et si subuersam ipsam vidissent, non sic essent castigati, vt nunc qui has ipsius audiere miserias. Ne igitur hoc cogites, quod peiores sint futuræ ciuitates reliquæ. Non enim si ciuitatem euertisses, sic eos castigasses, vt nunc per incertam futurorum expectationem omni supplicio vehementius ipsos punisses.

Ne igitur ipsis vltrius calamitates producas, sed iam respirare concedas. Subditos nempe castigare, & gestorum exigere pœnas, facile penitus & promptum: his vero, qui contumelias intulerunt, parcere, & his, qui venia patrauerunt indigna, veniam dare, virtus vel vix alteri est, & maxime cum Rex sit contumeliam passus. Et ciuitatem quidem metu subdere, facile: omnes autem amatores constituere, & persuadere, vt in regnum tuum se benevole habeant, & non tantum communes, verum & priuatas pro tuo preces imperio faciant, difficile: licet infinitas quis expendat pecunias, & innumeros exercitus moueat, & quicquid operetur, non facile tot hominum affectionem ad se ipsum attrahere poterit; quod nunc tibi facile erit & lenemam & benefactis affectis, & qui audierint pariter cum beneficio affectis erga te benevole disponentur. Quod pecuniis emisses, quod emisses laboribus, breui temporis momento totum Orbem acquirere. & omnibus futuris persuadere, vt quanta filiis suis optant tanta & capitis tuo optarent? Si autem ab hominibus hæc; cogita quantam à Deo capies mercedem non tantum eorum, quæ nunc sunt, verum & quæ posthac ab aliis expedientur. Si vnquam enim contingat fieri tale quid, quale nunc factum est (quod Deus auertat) & inuriam passorum aliqui in contumeliam operatos insurgere velint; benignitas & sapientia tua pro omni ipsis erit disciplina & admonitione, & erubescentes condemnabunt. tale disciplinæ exemplum habentes inferiores apparere. Itaque omnium posterorum eris præceptor, & palmam ipsi præripies, licet ad ipsum philosophiæ verticem perueniant: non enim par est, quempiam tantam incipere benignitatem primum, & ad alios respicientem, ab illis elaboratas imitari.

Quocirca quicumque post te humanitatem & mansuetudinem quantamcumque exhibuerint, tu cum illis mercedem accipies. Qui enim radicem præbuit, hic vtique & fructuum auctor est. Propterea nunc quidem nemo tecum humanitatis mercedem partiri potest;

tuum enim solius meritum est. Tu vero cum omnibus posteris, si qui tales vnquam apparerant, ex aequo meritum diuidere poteris, & tantum reportare partem, quantam in discipulis praeceptores. Et si nemo talis fuerit, rursum tibi commendationes & laudes per singulas pronentient generationes. Considera namque, quale sit, posteros omnes audire, quod tam magna ciuitate facta poena & vltionis obnoxia, pauefactis omnibus, & horrefactis Ducibus & Praefectis & Iudicibus, & ne vocem quidem pro miseris illis rumpere audentibus; vnus accedens senex Dei sacerdotum gerens, ex ipso aspectu solo & nudo occurrit ad reuerentiam Imperatorem mouit: & quod nemini suorum concesserat, vni hoc sem concessit, Dei leges reuerito. Etenim hoc quoque ipso non te parum, ô Rex, ciuitas honorauit, quod me ad te Legatum misit: sententiam enim de te optimam & pulcherrimam protulerunt, quod omni principatui tibi subuecto Dei sacerdotes praehonoras, etsi vules esse contingat. Non ad illis vero tantum nunc venio, verum & ante illos à communi Angelorum Domino missus sum, vt haec dicam mitissima & benignissima anima tua: quod si hominibus ipsorum peccata dimittatis, & Pater a caelestis lapsus vestros vobis dimittet.

a Matt. 6.

XXXVII. FLAVIANVS PERORAT.

Recordare igitur illius diei, quo omnes de actis rationem reddemus. Cogita, quod etiam si quid tibi peccatum est, omnes a Deo per praeuaricationes per iudicium & sententiam istam poterit absque laboribus, absque sudoribus. Alij nempe Legati aurum & argentum & alia huiusmodi dona ferunt: ego vero cum sacris ad regnum tuum legibus veni, & pro donis omnibus has pretendo, & te Dominum tuum imitari supplico; qui quotidie à nobis contumelias patiens non cessat bona sua omnibus monstrare. Et ne confundas spem nostram, nec promissiones redarguas. Etenim & hoc cum aliis te scire volo, quod si reconciliari velis, & pristinam ciuitati benevolentiam communicare, & hanc remittere ipsam indignationem, cum multa reuertar fiducia: si vero mente tua ciuitatem asperneris non tantum ipsam non ascendam, nec ipsam solam videbo, verum & in reliquum negabo, & in aliam me ciuitatem conscribam. Ne mihi namque accidat in illam vnquam adscribi patriam, ergo quam humanissimus tu & hominum cunctorum mitissimus pacari, reconciliarique, non eligas. hactenus ex Flauiani oratione Chrysostomus, qui & subdit:

XXXVIII. THEODOSIVS PERSVASVS.

Haec & his plura locutus, sic Regem confudit, vt idem fieret, quod & in Ioseph contigit olim fieri. Sicut enim ille tunc fratres confitatus, lugere quidem volebat, sed dolorem tegebat, ne simulationem interrumperet: sic certe & Rex lacrymabat quidem meute, non demonstrabat autem propter omnes praesentes; nec tamen vsque in finem astum celare potuit, verum & inuitus redarguebatur. Post hanc enim concionem secundis non vsus habuit verbis sed vnum solum locutus est verbum, quod ipsum diademate multo magis ornauit. Quod autem hoc? Et quid admirabile & magnum est, si hus, qui nos contumelijs affecerunt, iram remittamus hominibus consistentibus, cum & ipsi homines simus? cum mundi Dominus in terram descendens, & propter nos seruus factus, & à benefitio affectis crucifixus, pro crucifixoribus suis Patrem oranerit, dicens b: Ignosce illis: non enim sciunt, quid faciunt? Quid igitur admirabile, si nos conseruis ignoscamus? Et quod haec verba non sunt simulatio, demonstrarunt quidem & reliqua opera, ne his minus illud, quod nunc fuit relaturus.

b Luc. 23.

c

XXXIX. FLAVIANVS DIMITTITVR.

Ipsum enim hunc sacerdotem secum communiter hanc solemnitatem celebrare volentem, inuitum properare & festinare coegit, & secundus exhibere: Noui, inquit, quod nunc ipsorum fuit animi perturbatio & multa supersunt alamitatis reliquiae. Abi, consolare. Si gubernatorem viderint, nec praeterita reminiscentur tempestatis, verum & ipsam tristitiam memoriam omnem delebunt. Vt autem instituit Pontifex petens, vt filium suum mitteret: volens ille manifeste demonstrare, quod omnem penitus iram mente deposuerat. Orate, inquit, haec auferri obstacula, haec bella extingui, & ego veniam omnino. Quid animo illa mitius esse possit? Confundantur Gentiles de reliquo: quemino non confundentur, sed erudiantur, & proprium omittentes errorem, ad Christianitatis virtutem redeant, nostram à Rege & Pontifice docti Philosophiam. haec ipse.

XL. Cum igitur constet orationem Flauiani Theodosium mitissimum placatum; commentum puto, quod Sozomenus ut his verbis c: Persuasit Flauianus adolescentibus, qui ad mensam Imperatoris canere solebant, vt eas pronunciarent cantilenas, quas in Antiochenses sui supplicationibus erant. Quo facto seruus Imperatorem humanitatis affectu perfusum, & misericordia vltum, confestim iram posuisse &c. Nihil enim prorsus de his Chrysostomus, quae primo loco fuerant collocanda: sed de Theodosii humanitate ipse subdit: Non enim hactenus tum substitit pusillus Rex: sed & postquam ex vrbe sacerdos exiuit & pertransiit mare, misit ad eum quosdam, scisitans & satagens, ne forte tempus teneretur, & ciuitati voluptatem dimidiaret, extra vrbem solemnitatem peragens. Quis pater mitis tantam de persecutis se contumelia curam egit? Dicam & aliam insti laudem. Hi enim expeditis, non festinauit, vt alius gloriae cupidus, ipse literas illam tristitiam soluentes deferre: sed quoniam maturum erat, alium quendam velociter equitare doctum mandauit praeuenire, & bona ciuitati nuncia afferre; ne ex reditus sui tardatione tristitia prolongaretur. Quod enim ipse quaerebat, solum erat, non vt ipse veniret bona haec deferens & voluptatis multa plena, sed vt ocius nobis patria respiraret. Quod quidem feciftis forum coronantes, & luctanas accendentes, & lectos ante officinas componentes, & tanquam nuper ciuitate nata festum agentes. haec Chrysostomus. sed quod de lectis ante officinas paratis ait, puto intelligere thoros tricliniarum mensarum parari solitos in publicis epulis, quas magnae laetitiae tempore exhubere maiores consueuerunt.

RI REDITV FLAVIANI.

XLI. Quod rursum ad hanc rem spectat: de clementia Theodosi non in parcendo tantum, sed quam celerrime veniam impertitam nunciando, Themistius d quoque philosophus haec habet: Se adeo mitem, benignum, tuira quadam animi tranquillitate praeditum erga omnes praebet, vt etiam maiestatis reos & conuictos, damnatosq; ab ipsa legum acerbitate exemerit, & ex Acherontis (vt ita dicam) faucibus ereptos, & lucem & solem renocauerit. & post nonnulla de eius humanitate ista subdit: Tu autem non solum eos, qui malis aliorum audiendis consilijs aures tantum suas accommodarunt, omni penitus culpa liberandos censes, verum etiam improbis consultoribus poenam remittis & condonas. Quo facto cum nullum maius excogitari possit: ego tamen vocem ipso admirabiliorem emitto. subdit: idem mox de eiusdem Principis indulgendo celeritate haec, quae sequuntur:

d Themist. orat. 1.

XLII. Nam cum nos omnes malorum tolerantiam ac clementiam admiremur: tu ipsius etiam improbae tarditatem. Atque hoc illius est proprium, qui molestè ferat se venia scelerisanimaduersionem non praeuenisse. Neque ta sententia, quam antea tulisti, celerior est ea, quae postea est consecuta: qua tarditate quid velocius fieri possit? Neque enim paulatim remittis iracundiam; neque reos paulatim timore periculi liberas; neque idem iudicio tam peralto, quicquam infidet in animo, cuius simulis ad sumendum de aliquo supplicium impellatur. Sed calculus à dijs datus tristiori & acerbo longe antecedat, atque ita repente, vt iucundior illa tua vox & salutaris prius audiatur, quam funesta & grauis. Memini ipse, me ingenti gaudio ac voluptate fuisse perfusum, cum audirem vocem ab homine ad hominem delatam, atque ea celeritate, vt eam, qua igni fit significationem longe superauerit: quam ij qui speculantur, accensis facibus, suis ipsorum sociis afferre solent, dum alter alterum vel longe absentem ad sumendum arma excitare, aut de aliqua re alia vult admonere ex quo illud etiam plerumque accidit, vt salutaris vox tua sublatas iam carnificum manus, suspensosque gladios inhibuerit. Hanc igitur tardam dicamus esse clementiam, cui strictli enses, tam capiti imminentes locum dedere? & infertus: An ij fortasse sero & post longiusculum temporis spatium veniam sunt consecuti? An non repente, deposito omni timore, festos dies lati celebrarunt, tanquam ij, qui nullum omnino crimnis rei extitissent? An non cum antea terrore perculsi, fronte tristiore essent, plenis spe & fiducia factis sunt? &c. Intelligis plane, puto, Themistium alluisse absq; dubio ad Antiochenos maiestatis reos (de quibus est sermo) qui periclitantes sub gladio Iudicum, indulgentiam sunt consecuti, eaq; tanta celeritate potiti, vt qui sub ictu carnificis ingemiscerent, laeti tamen Paschale festum peregerint.

XLIII. CHRYSOST. GRATIARVM ACTIO IN REDITV FLAVIANI.

Nam peruenit Antiochiam ab Imperatore cum ea indulgentia dimissus Flauianus adeo opportune, vt Pascha cum suis magno gaudio celebrarit: quo tempore Ioannes Chrysostomus ad populum eam habuit concionem, in cuius exordio haec habet: A verbo, quo semper in periculorū tempore apud charitatem vestram exordiri consueueram, ab eodem inquam, & hodie apud vos sermonem incipiam, & dicam vobiscum: Benedictus Deus, hanc nos vobiscum sacram solemnitatem

e Sozom. lib. 7. c. 25. THEODOSII CVRA DE CELE-

f Chrys. lib. 2. ad pop. Antioch.

cum gaudio & lætitia multa bodie celebrare dignatus, & qui caput corpori reddidit. & pastorem ouibus, & præceptorem discipulis, mitibus ducem, sacerdotibus Pontificem. Benedictus Deus, qui ex superabundanti facit, quæ petimus, aut cogitamus. Nobis enim sufficere videbatur, instantibus malis interim absolui, & pro hoc omnem faciebamus supplicationem: clementissimus autem Deus & datis petitionibus nostris semper multo excessu superans, etiam patrem nobis omni spe celerius reddidit. Quis enim expectasset, quod tam paucis diebus & profecturus, & Regem alloquturus, & soluturus aduersa, & rursus ad nos tam breui reuersurus esset, vt sacrum Pascha posset præuenire & nobiscum celebrare? Sed ex inexpectato hoc factum est. & patrem recepimus, & maiorem capimus voluptatem, ipsum nunc præter spem suscipiendo. Pro his, inquam, omnibus clementissimo Deo gratias agamus, &c. At de rebus Antiochenis hactenus.

XLIV. THEODOSIVS VRGET OLYMPIADEM VIDVAM AD NVPTIAS.

Hoc quoq; tempore, antequam cum exercitu aduersus Maximum in Occidentem Theodosius proficisceretur, contigit Cõstantinopoli conflictus ille eiusdem Imperatoris cum Olympiade vidua clarissima fœmina, quã nuper orbatam viro conatus est idem Imperator coniungere in matrimonium Elpidio cognato suo Hispano homini. Describitur res gesta memoria quidem digna à Palladio in dialogo, necnon à Leone Augusto in rebus gestis S. Ioannis Chrysostomi. Sed antequam de his agamus; quænam qualisve fuerit Olympias illa, dicendum. Titulo sane sanctitatis eadem in publicis tabulis Ecclesiasticis tam apud Latinos, quam Græcos notata reperitur, apud illos XVI. Kalen. Ianuarii, apud Græcos autem VIII. Kal. Augusti, & in Menologio quidem hoc elogio: *Vixit hæc sub Imperatore Theodosio, Arcadio & Honorio filijs, Anisii Secundi Comitis filia, neptis Ablauij Præfecti, desponsata Nebridio, cum quo paulum temporis vixit, antequam cum eo copula iungeretur, sicque virgo simul & vidua permansit, &c.* Porro Palladius in Lausiaci: *a* de ipsa agens, Seleuci filiam dicit, quam Græci publicarum tabularum testificatione tradunt (vt dictum est) Anysii Secundi filiam extitisse: sed fortasse pro Secundo, Seleucus irrepsit librariorum incuria in Palladium. Hæc ipsa autem cum Ablauii neptis dicatur, illius inquam, Ablauii, penes quem summa rerum fuit temporibus Constantini: scimus, Ammiano *b* auctore, eidem fuisse filiam nomine itidem Olympiadem, desponsatamque Constantio Augusto, eo autem occiso, eandem nuptui fuisse traditam Arsaci Regi Armeniæ: quem & ipso exordio Valentis Imperii à Persarum Rege dolose necatum affirmat; quæ superius diximus. quamobrẽ existimamus eandem postea nuptam Anysio Secundo, ex quo genuerit hanc, de qua est sermo, Olympiadem iuniorem, quam Græci tradunt Ablauii fuisse neptem.

a Pallad. in Lausiac. c. 43.

b Ammian. lib. 20.

XLV. OLYMPIADIS GENERIS CLARITVDO.

Hæc ipsa illa Olympias, ad cuius nuptias cum ingens innumerata accurrerit Episcoporum multitudo; quod ipse Gregorius Nazianz. iisdem nuptiis interesse minime valuerit podagra laborans, ad Anysium scripta *c* epistola se excusat: sed donum misit omni mundo celebrius ac pretiosius, nempe carmen parẽneticum loco epithalamii nuptialis: extat ipsum quidem dignum auctore, & cui missum est, Olympiade clarissima fœmina. Cum autem hanc constet viuente patre Anysio nuptam fuisse, errore labitur Palladius *d*, dum ait pupillam traditam matrimonio. Quod vero Græci habeant in Menologio hanc Nebridio nuptui traditam, Palladius e vero dicat nuptum fuisse Nebridii: conciliari eo modo inter se possunt auctores, vt filio illius Nebridii clarissimi viri sub Constantio Imperatore Præfectura Prætorii insigniti, cuius meminit Ammianus *f*, Nebridio item dicto coniuncta fuerit matrimonio Olympias, de qua agimus. Hæc autem post quam cum viro suo (vt Palladius habet) viginti tantum menses implesset, illo defuncto locupletissimi hæres patrimonii, cum sic absq; aliis nuptiis, Deo vacans, vitam tranquillam ageret, à Theodosio Imperatore ad secunda vota solicitatur. Quid vero tunc ipsa ista Palladius *g*:

c Greg. ep. 57.

d Pallad. dial. de vita Chrys.

e Pallad. in Lausi. c. 42.

f Ammian. lib 27.

XLVI. NEBRIDIVS CONIVX OLYMP.

Audi, inquit, *maiorem ipsius quoque virtutem. Puella namq; coniuncta viro, permissa non est à præsci omnium Deo, qui hominum præuidet exitus, carnis seruire voluptati, viginti integros menses viro eius matura subtracto. Fertur autem virgo esse: nam Apostolica h legi remisit seruire dicenti: Volo adolescentiores viduas nubere, matres familias esse. & quidem cum & genere & opibus & eruditione singulari & ingenio liberali & forma & ætatis flore præcelleret, sed Dorcadis in morem, faculi connubij laqueo constanti voluptate transiliens. Iusto enim lex posita non est, sed non subditis, profanis, & qui corrupte la inexpleibiliter inhiant.*

g Palla. in dial. de vita Chrys.

h 1. Tim. 5.

i OLYMPIADIS CERTAMEN CVM THEODOS.

XLVII.

Contigit autem diaboli inuidia, vt huius immaturæ viduitatis ad aures Theodosij principis peruenirent. Qui hanc Elpidio cuidam cognato suo Hispano in matrimonium coniungere cupiens, cum post plurimas preces id obtinere nequiuisset, tristabatur. Ad quam illa: Si inquit, me vellet Rex meus copulari viro, nunquam priorem mihi abstulisset. Quoniam autem me parum idoneam coniugali vitæ cognouit, virog, placere minime valentem, & illum iugali vinculo absolut, & me grauissimo iugo virilis seruitutis eripuit, suaue continentiæ iugum cervicibus meis imponens. Hoc responso accepto, Theodosius Præfecto vrbis mandauit, vt omnem eius substantiam custodiret, quousque trigesimum ætatis impleret annum. Ille accepta procuratione regia, eam adeo vexabat ab Elpidio submissus, vt nullã haberet facultatem vel cum insignibus Episcopis congrediendi, vel Ecclesiam ipsam ingrediendi, vt his angustijs coacta præ angore animi, coniugalem eligeret vitam. Illa è contra his oblectata magis, & Deo gratias referens, Imperatori ita rescripsit:

XLVIII.

Et Imperatoris debitam & congruam Episcopo virtutem in me humilem ostendisti, mi Domine, mandans graue onus meum custodiri, cuius me dispensationis cura macerabat. erit autem gratius, si iusseris id pauperibus & Ecclesiæ diuidi. Ego enim iamdudum à vanitate, qua solet ex hac largitione subsequi, metuebam, ne terrenis implicata, negligerem diuitias naturales. ita Olympias ad Theodosium: eadem forme cuncta Leo Augustus de ipsa in rebus gestis Chrysostomi habet. Porro res Olympiadis ipse Theodosius hoc anno proficiscens cum exercitu contra Maximum hoc statu reliquit. Quid autem rerum sibi egerit, idem Palladius sic enarrat: *Theodosius ita postmodum rerum sua à bello, quod contra Maximum feliciter gesserat: cum illius tolerantiam, laborem q, comperisset, in sua eam libertate esse iussit.* hæc ipse.

XLIX.

Quod vero eandem Olympiadem ferme omnes virginem prædicẽt, audi quid ad ipsam scribens dicat Chrysostomus *i*: *Nec vero*, inquit, *sermones meos propterea carpe, quod te in virginum choris & classem adscripserim, quæ in sanctarum illarum choreis vixit: sæpe enim me tum priuatim, tum publice audisti, cum quæ virginitatis definitio esset, explicarem; illudq, contenderem, nihil vnquam tam impedimento fore, quo minus ea in virginum numerum & ordinem referretur, sino etiam eas longo interuallo superaret, quæ in cæteris rebus ingentis philosophiæ specimen ediderint.* Eadem de causa Paulus *k* etiam cum virginem describeret, non eam duntaxat, quæ matrimonij vinculis, concubitu expers esset, virginẽ appellauit, verum etiam eam ipsam, cui ea, quæ ad Dei cultum pertinerent, cura esset. subdit de decem virginibus Christi parabolam, qua virgines prudentes non tam corporis integritate, quam incorruptione morum & bonorum operũ luce definiuntur, distinguunturque à virginibus fatuis. Quibus plane videas ipsum Io. Chrysostomum postremum tribuere Olympiadi virginitatis genus potius, quã primum.

i Chrys. ep. 1. in addit.

OLYMPIAS QVOMODO VIRGO DICTA

k 1. Cor. 7.

Hac autem in sua in omnibus potestate relicta, quodnam initum prosecuta fuerit vitæ genus, idem Palladius ita subdit: *Abstinet illa quidem animi ætis omnibus, balneaq, nunquam adit. Quod si infirmitatis necessitas vrgeat (crebris enim passionibus & morbis atteritur) induta camisia descendit in aquas: veretur enim (vt aiunt) & se ipsam.* paulo vero post: *Scio*, inquit, *hanc sanctum Nectarium Episcopum l Constantinopolitanum plus fuisse admiratum, adeo vt Ecclesiasticis quoque rebus muleri obtemperaret. Amphilochium, vero Iconij Episcopum, & Optimum Præsulem in Ponto, & Petrum Sebastiæ Antistitem, Basilij fratrem, & Epiphanium Constantiæ Cypri Antistitem, sanctos viros quid memorem? quibus illa & pecunias donauit & villas. Optimo certe, dum Constantinopoli moreretur, ipsa oculos manibus suis clausit, &c.* subdit his quoque Leo Augustus, hanc quoq; ob insignia virtutum merita, licet nondum annis ad munus aptam, creatam tamen fuisse Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconissam; quod ministerium expleuit magna totius Ecclesiæ laude, adeo vt ne leuem quidem inuidis & obtrectatoribus nedum dicendi, sed nec suspicandi

L. OLYMPIADIS VITÆ INSTITVTVM.

l l. 3. de fide Catholi. C. Theod.

de se aliquid indignum occasionem dederit. At de Olympiade hactenus: longe plura sunt quidem, quæ de ipsa inferius suis locis dicturi sumus. Iam Theodosium expeditionem parantem in Maximum prosequamur.

LI. EXPEDITIO THEODOSII ADVERSVS MAXIMVM.

Profecturus ipse aduersus tyrannum, in primis quibus valuit pietatis armis conatus est, cõciliando sibi diuinum numen, exercitum communire. Siquidé persentiens magni momenti opus aggredi, dubiam iacere aleam, remque tentare periculosam, à Deo diuersis modis sibi implorare suppetias laborauit, vtpote qui optime sciret Dei munus, atq; diceret vna cum Dauid a: *In Domino faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Ad hæc plane respiciebat quod ait ad Flauianum, vt precibus apud Deum contenderet extingui bella. Sed in eo maxime eiusdem pietas commendatur, quod tanti ponderis prælium auspicaturus, Legatos in Ægyptum misit ad sanctos ibi agentes anachoretas, quos pro se certantes precibus habere voluit pugnatores. Inter alios autem Ioannem sanctissimum monachum, quem S. Hieronymus b magnopere laudat, per eosdem consulit de dubio belli euentu. Testatur id quidem S. Augustinus, dum ait c:

a *Psal.* 43.

b *Hier. ad Ctesiph. aduer. Pelag. c Aug. de Ciuit. Dei lib.* 5. *c.* 26.

LII. THEODOSIVS CONSVLIT IOAN. MONACHVM DE EVENTV BELLI. d *Ruffin. lib.* 2. *c.* 32. e *Euagr. vit. S. Pat. cap.* 1.

Cum Maximum terribilem faceret ille successus (nempe obitus Gratiani cum fuga Valentiniani) *hinc* (Theodosius scilicet) *in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atq; illicitas: sed ad Ioannem in Aegypti eremo constitutum, quem Dei seruum prophetandi spiritu præditum, fama crebrescente duceret, misit, atq; ab eo nuncium victoriæ certissimum accepit.* hæc Augustinus, quæ & probauit euentus: eadem habet quoque Ruffinus d. Multa de eodem Ioanne narrat Euagrius e, & inter alia hæc, quæ ad Theodosium eiusque duces spectant: *Imperatori, inquit, Theodosio, vel quos belli exitu habituru esset, vel quibus modis victoriam caperet de tyrannis, sed & quot irruptiones passurus esset gentium barbararum, sæpe prædixit. Quodam etiam tempore cum gens Aethiopum Romanum militem circa Cyrenem (quæ prima est ex Aethiopia partibus Thebaidis ciuitas) incursaret, & strages plurimas nostrorum dedisset, prædamque duxisset, venientibus ad se Romano duci & metuenti confligere cum eis, eo quod exiguus ipsi esset militum numerus, & hostilis contra se innumera multitudo: Ioannes statutum designans diem: Perge, inquit, securus: die enim, qua dixi, & hostem prosternes, & spolia capies, prædamque reuocabis. Quod cum fuisset impletum, etiam apud Augustum quod carus acceptusque futurus esset, prædixit.* hęc ibi: quę recensuisse voluimus, quod existimemus notum fama ipsum innotuisse Theodosio Imperatori, qui eo modo eundem sanctum de futuro belli euentu, vt diximus, interrogarit.

LIII. QVID THEODOSIVS CVM SENATV EGERIT.

f *Apud Metaphr. die* 21. *Ianuar.*

Rursum vero ad bellicam expeditionem plurimum conferre idem Imperator existimauit, si secum duceret celeberrimum quendam monachum, Senuphium nomine, quem per Theophilum Alexandrinum Episcopum accersiuit, qui prætextu quodam, quasi ipsa ciuitas in magno discrimine esset, eum ad se vocauit. Quid autem tunc ille. Acta f Cyri & Ioannis docent his verbis: *Cum intellexisset Theodosius, quod in Scete (est autem hæc solitudo in Aegypto quidem sita, sic nominata) philosophabatur vir quidam genere & ipse Aegyptius, maximorum sane esset operator miraculorum: scribit protinus ad Theophilum Alexandriæ Episcopum, iubens, vt efficiat, quo vir ille admirabilis quamprimum veniat Constantinopolim. Eis autem literis quoque continebatur, quod eius aduentu opus esset. Ille vero, in acceptis, statim ad eum venit, & datis literis, preces Imperatoris & vsum, qui vrgebat, significat. Deinde etiam ipse quoque ex se facit quod potest, vehementer orat, rogat, supplicat, ne preces despiciat Imperatoris, neque suos vilipendat labores, sed veniat ad ciuitatem, & bellum, quod in eam paratur, suis auertat precibus, & à tanto periculo & metu eam liberet, vtpote quod in eius potestate situm sit, vt ciuitas vel salua sit, vel intereat. Admirabilis autem ille Senuphius* (hoc enim nomine vir ille vocabatur) *primum quidem, vt consentaneum est, ne rogaret, prohibuit, non ad mensuram eius, quam habebat, gratiæ, sed ad mensuram potius eius, quæ erat diues humilitatis aspiciens. Magna est, inquit, mea in ciuitatem benevolentia, & ipsam valde saluam esse cupio; sed non voluntatem quoque vires sequuntur ex ea, quæ est ad Deum, fiducia. Quin etiam rogauit ipsum Alexandrinum Episcopum, ne de eo talia sentiret, neque eum putaret vulgo antecellere.*

Cum autem eum ipse omnino non demitteret, nec sciret magnum quidnam faceret Senuphius: discessum quidem suum pulchre differt, dat autem sic quoque auxilium, idque facit admirabilius. Nam & flatum flerit ad Orientem: & cum superhumerale & baculum in cælum sustulisset: Domine Deus, inquit, exercituum, da huic meo superhumerali & huic baculo, vt tantum possit, quantum ego ipse, si illic adessem. Hæc cum Deo dixisset: qua habebat in manibus, dat flatum Pontifici: Hæc accipe, dicens, & mitte flatum ad Imperatorem: ille autem superhumerale quidem imponat capiti, baculũ vero manu ferat; deinde cum manus opus fuerit conserere cum hostibus, præcedat omnes alios, & audacter procedat, aduersus inimicos: Nam si ego quidem possim à Deo exaudiri, existimo fore, vt ipse sit illis terribilis, & sine sanguine gloriosam referat victoriam.

LIV. SENVPHIVS VT SACVLVM STVPERHVMERALE AD THEODOS. MITTIT.

Hæc cum ad Imperatorem lubenter essent allata: ille quidem munit caput superhumerali quamvis galea tutius, baculo autem munit dexteram lancea longe validius, & hac ratione confidens fore, vt hostibus videretur terribilior, quam olim (vt aiunt) claua Herculeus. Iam accedentibus hostibus, ipse primus præcedit ducens totum exercitum. Propter Senuphij autem ad Deum orationem nulla erat dilatio, sed restatim finem accipiebat. Simulac enim eum viderunt barbari, admirati ipsum tanquam vnum ex cœlestibus, ad fugam statim spectabant, & pedum virtutem laudabant: fugebant vero non aliquo certo ordine, vt qui non essent omnino obstrictivarium, sed vt qui essent amota mente, & perterriti, alij alios dispersi, terga volentibus facilia, expedita venatio, secura persecutio, & libera ab omni periculo: ipsi potius propter fugam, quæ erat sine vllo certo ordine, plagas & vulnera, atque adeo mortem sibi inuicem conciliantes: adeo vt Imperator non solum sine sanguine, sed etiam sine vllo labore hanc victoriam retulerit. Festum ille nominauit hunc diem, & nunc quoque post tantum temporis magnifice celebratur ab Alexandrinis: nominatur ab eo εἰκὼν ὁσιὸν ab imagine. ab eo enim Imperatori facta est quædam statua eo quo tunc modo armata & capite quidem superhumerali induta, dextera autem tenens baculum. hactenus ibi: recitat breuiter hæc eadem Glycas g. sed quo potissimum tempore, num cum aduersus Maximum hoc anno, an postea cum aduersus Eugenium profectus est, vel aliis bellis decertauit, id accident, penitus ignoratur.

g *Glyc. Annal par.* 1.

LV.

LVI. THEODOSIVS IN EXPEDITIONE SCRIBIT CONTRA HÆRETICOS.

Quod vero ad tempus eius in Occidentem aduentus aduersus Maximum spectat, nõ sequimur Marcellinum, qui sub anni superioris Consulibus illum collocat, nam cum multa eius sententiæ aduersentur, quibus (vt vidimus, cum egimus de rebus Antiochenis) ipsum constat tempore Quadragesimæ hoc anno egisse Constantinopoli; rescripta etiam hoc eodem anno ab ipso in Oriente data plane declarant, non ante præsentem annum Theodosium ipsum aduersus Maximum profectum esse. Hoc enim anno, mense Martio, Thessalonicæ aduersus hæreticos ista sanciuit, quibus ad futuram memoriam eo modo viam præuia pietate constrauit, dum primum expugnat impietatem, eius sectatores exagitans ipsis legibus:

LVII. h *Lib.* 14. *de hær. C. Theod.*

Apollinarianos h, *ceterosque diuersarum hæresum sectatores ab omnibus locis iubemus vrbium, à mœnibus vrbium, à congressu hominum, à communione sanctorum: institutionem clericorum nũ habeant potestatem: colligendarum congregationum vel in publicis, vel in privatis Ecclesiis careant facultate: nulla iis faciendorum Episcoporum præbeatur auctoritas. ipsi quoque Episcopi nomine destituti appellationem huius dignitatis amittant. Adeant loca, quæ hospitiorum quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant. Hũ etiam illud nectimus, vt supramemoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatẽ nostram aditus denegetur. Dat. VI. Idus Martij Thessalonicæ, Theodosio A. II. & Cynegio Cos.* adiecit & alias in eodem procinctu Theodosius aduersus hæreticos sanctiones, vt eam, quæ sequitur, his verbis ad Tripholium scribens i:

LVIII. i *de* 15. *de hær. C. Theod.*

Omnes diuersarum perfidiarum quæ sectarum, quos in Deum misera vesania conspiratione exercet, nullum vsquam sinantur habere conuentum, non inire tractatus, non cœtus agere secretos, non nefarię prauiricationis altaria, manus impias efficiis impudenter attollere, & mysteriorum simulationem admittam vera religioni aptare. Quod vt congruum sortiatur effectum, in specula subli mitas tua fidelissimos quosque constituat, qui & cohibere hos possint, & deprehensos offerre iudicio, severissimum secundum præ-

teritas

terit as sanctiones & Deo supplicium daturos. & legibus. Dat. XVIII. Kal. Iul. Stobis Theodosio A. II. & Cynegio V. C. Coss. quo cuam mense hæc quoq; salubriter sanxit a: Nulli egresso ad publicum vel disputandi* de religione, vel tractandi, vel consilij aliquid deferendi patefiat occasio. Et si quis post hac ausu graui atq; damnabili contra huiusmodi legem veniendum esse crediderit, vel insistere motu pestifera persecutionis audebit; competenti pœna & digno supplicio coerceatur. Dat. XVI. Kal. Iul. Stob. Theodosio A. II. & Cynegio V. Coss. ac rursum ad eundem aduersus Arianos speciatim hæc edidit b:

a L. 2. de his, qui super relig. comend. C. Theod. * discerpendi b L. 16. de hær. C. Th.

LIX. *Nonnullos Arianorum formam nostrarum talem proferre insolentium comperimus, vt hu liceat vsurpare, quæ suis videantur vtilitatibus conuenire: Qua sublata, sciant nullam huiusmodi insolentiam à nostro sacrario prosiluisse. Quicquid itaque fuerit ab his pro eorum commoditate prolatum; vt falsi reus teneatur, qui deinceps ea circumtulerit. Dat. V. Idus Augusti Constantinopol. Theodosio A. II. & Cynegio Coss.* at perperam factum putamus, vt in Codice, loco acceptæ sanctionis, data ponatur Constantinopoli: quam edidisse putamus, cum iam in Italiam aduentasset, illosq; ea lege exagitare Arianos voluisse, q rescripto Valentiniani, de quo suo loco superius actum est, dato pro Arianis sectantibus professionem Atminensem, vterentur tanquam ab ipso Theodosio edito, eo quod ex more amborum Imperatorum nominibus haberetur inscriptum.

LX. Cum autem ad Arianos Cõstantinopoli agentes eiusmodi Imperatoris rescriptum perlatum esset; æstuantes in eum ita, quodnam immane scelus admiserint, proximè dicturi sumus. Cum vero tot hoc anno aduersus hæreticos extent à Theodosio promulgatæ leges, aliæq; ab eodem editæ plures sint superius à nobis recitatæ: nescimus quo modo Socrates c illud affirmet, eundem Imperatorem omnibus hæreticis, exceptis Eunomianis, cõcessisse priuatos in domibus conuentus agere, & Ecclesias extra ciuitates cõstruere. Ex his enim & aliis superius recitatis manifesti errois arguitur: cum in eo totus Theodosius fuisse appareat, atq; hoc præsertim anno studiosius incubuerit, vt omnes hæreticos omni conuentu excluderet, ac locis interdiceret.

c Socr. li. 5. cap. 20.

LXI. Accidit quidem prospere feliciterq; Theodosio, cum manu altera aduersus hæreticos pugnans, altera Maximũ debellarit. Cuius belli progressus à Zosimo d copiosius, quã ab aliis describuntur: nobis hic satis eos summatim reddere. Magnus plane metuendusq; fuit ad præsens conficiẽdum bellum, quo de summa totius Romani Imperij decerneretur, Maximi apparatus terra mariq; dispositus. Siquidem Andragathium classi præfecit, qua mare Ionium asseruaret, si forte per illud Theodosius transmittere tentaret exercitum. Marcellinum fratrem terrestribus copiis custodiæ iussit Italiæ aditus, ipse vero cum victore semper exercitu in Pannoniam progressus est, occursurus hosti, si ea via tenderet in Italiam. Theodosius igitur veniens, Maximum Scisciæ cum exercitu considẽtem inuenit, eundemq; commisso magna virtute certamine, profligauit; qui se Aquileiam fuga lapsus recepit, procedens itaq; vlterius Theodosius, fugientem hostem prosecuturus, apud Petauionem Marcellinum cum alio exercitu agentem inuenit, quem patiter bello superatum æquè fugauit.

d Zos. li. 4. THEODOSII BELLVM CVM MAXIMO.

LXII. Duabus his adeo ingentibus diuino fauore victoriis partis, vt quod reliquum belli superesse videretur, eadem celeritate conficeret, Aquileiam contendit, ibiq; Maximum agentem obsedit; qui à suis militibus captus, indutusq; insignibus Imperatoriis, ad Theodosium vinctus perductus est: cuius infelicem statum Theodosius commiseratus, oculis eum ad parcendum compositis aspexit: cum milites indignati, eundem Maximum à conspectu Theodosij abstrahentes, abscisso confestim eius capite, ne cauerent, ne misereri ipsi Theodosio locus esset. nam & Pacatus, *Raptus ergo*, inquit, *ab oculis, & ne quid lucere posset clementiæ, inter innumeras manus seruat ad mortem*, quod factum VI. Kalen. Septembr. affirmant e. Cum paulo post Andragathius classis Præfectus, audita Maximi nece, se præcipitem dedit in fluctus: eo namq; modo proditor

MAXIMVS VINCTVS AD THEODOSIVM DVCTVS.

e Socr. li. 5. c. 14. Paul. Diac. & alij.

Gratiani, vt parebat, interiit. Secutaq; est mors Victoris pueri, Maximi filij, iam à patre Augusti nominati, quem Arbogastes Comes proditione confecit, puerulum apud matrem relictum in Galliis. Hæc ex Zosimo f, Pacato g, & aliis pe breuiter enarrauimus. Victoria quidem præmagnitudine sua, tanta temporis breuitate, de tot exercitib. obtenta, tam incruenta, tantumq; proficua, qua Galliæ, Hispaniæ, Britannia, Italia, & omne deniq; Occidentale Imperium recuperatũ fuit, & Orientale tutum redditum, ore omnium celebrata, & decantata vocibus fuit, vtpote quæ nutu plane diuino intelligeretur obtenta, inclamãte in Maximũ desuper voce sanguinis innocentissimi Gratiani, fauentib. vero Theodosio precib. sanctorũ monachorum, vna cum indulgentia Antiochenis concessa, pietateq; in exturbandis hæreticis pro ipso pugnante, quib. & alijs probè factis cœlestes sibi conciliauit exercitus.

f Zos. lib. 4. g Pacat. in Panegyr.

LXIII. QVANTA DEVS LARGITVS THEODOSIO.

Retexit Sanctus Ambrosius tot tantaq; hæc à Deo impartita Theodosio beneficia, cum ad eum pro Thessalonicensibus paulo post rogaturus Epistolam scripsit h, qua inter alia ex Dei persona ita hominem interpellat: *Ego tibi inimicum tuum in potestatem tuam captiuum deduxi. Frumentum non habebas ad exercitus alimoniã: ipsorum hostium manu patefeci tibi portas, aperui horrea; dederunt tibi hostes tui commeatus suos, quos sibi parauerant. Ego perturbaui hostis tui consilia, vt se ipse nudaret. Ego ipsum vsurpatorem Imperij ita vinxi, ac mentem eius ligaui, vt cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus suis, tanquam metuens, ne quis tibi periret, ipse se clauderet.* hæc de circo Ambrosius, quod cum liberum fuisset Maximo repetere Gallias, se inclusere Aquileiæ: vt merito & hæc de eo Pacatus: *In oppidum semet Aquileiense præcipitat, non vt vitam finderet resistendo, sed ne pœnam frustrando differret, &c.* Sed subdit Ambrosius ex eiusdẽ persona numinis: *Ego comitem eius atq; exercitum ex altera parte natura, quos ante dispersera, ne ad belli societatem coirent, ad supplementum tibi victoriæ congregaui. Ego exercitum tuum ex multis vndomitis conueniam nationibus, quasi vnius gentis fidem, tranquillitatem & concordiam seruare præcept. Ego, cum periculum summum esset, ne Alpes insida barbarorum penetrarent concilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli, vt sine damno vinceres. Ego te triumphare feci de inimico tuo.* & infestius de tribus illis Theodosij victoriis Francorum & Saxonum ope reportatis hæc ait: *Illegitur*, nempe Maximus, *statim à Francis & Saxonum gente in Sicilia* (vbi Andragathius cum classe erat) *Sciscia, Petauione, vbique deniq; terrarum victus est.*

h Ambr. ep. ad Theod. 29.

LXIV. Hic Maximi tandem finis fuit, quem præstabat auscultasse Martino ipsum admonenti, ne trãsiret Alpes; quod si faceret, interitum sciret sibi in Italia præparatum. De interitu Maximi agens Gilda sapiens i: *Apud Aquileiam*, inquit, *vrbem capite nefande caditur, qui decorata totius Orbis capita regno quodammodo deiecerat. Exin Britannia, omni armato milite militaribus copijs rectoribusq; licet immanibus, ingenti iuuentute spoliata, qua comitata vestigia supradicti tyranni, donum nusquam vltra redijt; & omnis belli vsu penitus ignara duabus primum gentib. transmarinis vehementer fauit, Scotorum à Circio, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos stupet gemetq; annos.* sic igitur & tyrannus tyrannique prima sedes, & gens, quæ illi in tyrannidem fauit, eiusmodi dirum supplicium fuit.

i Gil. de excid. Brit. BRITANNI SECVTI MAXIMVM MALE PERIERE.

LXV. CLEMENTIA THEODOSII ERGA VICTOS.

At quod ad Theodosium pertinet: non tam victoriæ claritudine, deletis penitus hostibus, illustratus est, quam clementia atq; benignitate eluxit in primis erga hostes, *dum*, vt ait Pacatus k) *duobus aut tribus furiosi gladiatoris lanistis in belli praculum casis, reliquos omnes venia complexa, velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita ignauia imminuta: nemo afflictus, nemo nota, nemo contritio, aut denique castigatione perstrictus, culpam capitis aurium saltem molestia luit. Cuncti domibus suis, cuncti coniugibus ac liberis, cuncti denique innocentia (quod est dulcius) restituti sunt. Vide, Imperator, quid hac clementia consecutus sis: fecisti, vt nemo sibi victus te victore videatur.* At quid in ipsos propinquos Maximi? hæc paucis, sed magna est coplexus Ambrosius l, ad ipsum Theodosium cum postea scripsit: *Inimici tui filias reuocasti, nutriendas*

k Pacat. in Panegyr.

apud affinem dedisti: matri hostu tui missisti de aerario tuo sumptus. ita ipse. Sed cui hæc adeo pulchra accepta ferenda? equidem Sancto Ambrosio Episcopo, qui (vt dicemus) tunc Aquileiæ erat, atque de his omnibus Theodosium interpellauit; quod testatur Epistola, postea ad ipsum scripta, cum ait *a: Debeo beneficium tuum, quibus me petente liberasti plurimos de exilijs, de carceribus, de vltima necis pœna, &c.* quam Epistolam hoc anno ab Ambrosio ad eum datam esse dicemus.

a *Ambros. ep. 29.*

LXVI. Sed & inde quoque summam consecutus est Theodosius laudem, cum occiso Maximo, absque aliqua controuersia summa rerum potitus, voluit tamen cum Valentiniano partiri Imperium, dum non tantum Italiam, ex qua deiectus à tyranno fuerat, illi restituit, sed adiecit & Gallias, Hispanias, atque Britanniam. Dehis enim agens Sanctus Augustinus, factum commendans, sic ait *b: Mox tyranni Maximi extinctor, Valentinianum puerum Imperij sui partibus, vnde fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione restituit.* hæc ipse. Sed maiorem inde meruit Theodosius gloriã, quod eundem Valentinianum à matre Iustina impietate corruptum, Catholicæ reddidit disciplinæ, ostẽdens illi ea de causa ipsum cõmeruisse à Maximo è regno depelli, quod inhærens matri, fidem Catholicam depulisset. Recitat verba Theodosij ad Valentinianum tunc dicta Suidas *c*, quæ sic se habent: *Cum autem veniisset Valentinianus ad Theodosium, in recta fide est institutus: Dicebat enim ei Theodosius, Imperatoriam aciem stare non armis, sed iustis causis. Et nosti, inquit, Valentiniane, religiosissimos Imperatores, quiescente exercitu, victoriam obtinuisse, & hostes subiectos, tributarios factos esse, periculo antegresso. Sed & Constantinus Magnus erectum Licinium tyrannum nauali prælio trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater tuus felicius Imperium & ab hostibus illæsum gubernauit, DEO eum defendente innumerabilibus prælijs victor, multis & diuersis barbaris sublatis. Valens vero patruus tuus Deum diuellens, inquinauit Ecclesiam, homo profanus cede sanctorum & Sacerdotum relegatione: diuinaq; prouidentia à Gothis oppugnatus, combustus est. Recte Christum colit is, qui non immerito te eiecit. Incredulitas tua Maximo facultatem dedit. Si Christum non videmus; quem inuocabimus pugnaturi? Hæc & plura etiam his admonitus à Theodosio Valentinianus ad fidem rectam adductus est.* huiusque Suidas. Sed contigerunt hæc, cum in Oriente profugo eidem Valentiniano ipse Theodosius occurrit.

b *Aug. de ciui. Dei. lib. 5. c. 26.* THEODOSIVS RESTITVIT REGNVM VALENTINIANO.

c *Suid. verbo, Valentinianus.*

LXVII. Mansit hoc anno Theodosius Aquileiæ, necnon Mediolani, sequenti autem (vt dicemus) Romam se cõtulit. Aquileiæ vero dum esset, ad Tripholium Præf. Præt. adueniens res à Maximo gestas ita rescripsit *d: Nullus sibi honorem audeat vendicare, quem tyrannica concessit audacia: sed ad pristinum statum damnata præsumptio renouetur. Dat. X. Kalend. Octob. Aquileiæ, Theodosio II. & Cynegio Coss.* non sunt hæc cõtraria, vt apparent, ijs, quæ nuper diximus ex Pacato, collatos à Maximo honores à Theodosio sublatos: nam hęc puto intelligẽda de his, qui à Maximo fuerant ijsdem magistratibus spoliati, quos pristinis dominis hac voluit decreta lege restitui.

THEODOSII AQVILEIÆ DATA RESCRIPTA. d *l. 6. de infir. hui. qui sub tyranno.*

Mense vero Octobri idem Theodosius Mediolanum se contulit; vbi cum esset, itidem aduersus Maximi acta eiusmodi edidit sanctionem *e*:

Omne iudicium, quod vsurpa mente conceptum, non iura reddendo Maximus infandissimus tyrannorum credidit promulgandum, damnamus. Nullus igitur sibi lege eius, nullus iudicio blandiatur. Dat. sexto Idus Octobris Mediolani, Theodosio A. II. & Cynegio Coss. At non prætereat, quod hoc ipso anno, antequam Maximus victus esset, miserit Theophilus Episcopus Alexandrinus Legatum Isidorum in Italiam cum litteris atq; muneribus, vt alterutri, qui vinceret, eadem traderentur. Meminit huius legationis Socrates, vbi ait *f: Cum Imperator Theodosius contra Maximum tyrannum prælio decertaret, Theophilus per Isidorum munera ad Imperatorem cum binis literis misit, præcipuq; vt victori & munera & alteras literas offerret. Isidorus, quo hoc negotium obiret, Romam contendit, victoriamq; sedulo obseruat. Verum illud factum non diu in obscuro fuit: nam lector illius, qui vna cum illo aderat, literas clam subripuit. Vnde Isidorus metu perculsus, absq; mora Alexandriam profugit. Hæc quidem causa fuit, cur tantopere postea à Theophilo fuerit pro Isidoro laboratum.* hæc Socrates. Bis tãe itidem hunc, virum spectatum valde, venisse Romam, Palladius tradit *g*; primo cum Athanasio; postea vero, nempe hoc tempore, cum Demetrio Episcopo: prædiuitemq; fuisse affirmat, ita tamen, vt (quod ait) omnia Christi amore in pauperes fuerit elargitus. Felix hic namq; nisi Origenis venena potasset, vt dicemus, cum ab eodem Theophilo alia functus est legatione in Palæstinam, de qua suo loco. Hunc quidẽ primo monasticam vitam exercuisse in Nitria, inde vero adscitũ in presbyterum Ecclesiæ Alexandrinæ, idem tradit Palladius, qui eum nouit. Ne quis duos putet, quod interdum presbyterum, interdum vero monachum nominet: sciendum est, vnum eundemq; Isidorum monachum atq; presbyterum fuisse.

d *l. 6. de infirmat. hui. qua sub tyranno.*

e *l. 7. de infirmat. hui. qua sub tyranno.*

f *Socr. li. 6. cap. 2.*

g *Pallad. in Lausiac. c. 1*

LXIX. Iam vero, antequam res quas res à Theodosio Mediolani gestas prosequamur: quænam acciderint Constantinopoli, tempore, quo Theodosius pugnabat aduersus Maximum, dicere opus est, quæ à Socrate narrantur his verbis *b: Eodem temporis momento, quo Imperator ad hoc bellum aduersus Maximum faciendum omni studio incumbebat, Constantinopoli ab Arianis tumultus tales de causa commotus est. Solent homines de rebus, quas non norunt sermones nonnunquam confingere: & si quando fuerint occasionem nacti, rumores de rebus, quarum cupiditate ducuntur, multo maximos excitant, vtpote perpetuo rerum nouarum appetentes. Quod quidem in ea ciuitate tum vsu venit. Nam de bello, quod longe ab illis gerebatur, alius aliud commentus, rumorem de eo disparauit: spem scilicet animo concipiens, belli euentum Imperatori in dies minus prospere successurum. Etenim quãuis in bello adhuc nihil esset confectum, tamen illi res, quas non norunt, iuxta ac si eadem oculis aspexissent, narrarunt, dixerunt q; tyrannum copias Imperatoris profligasse, hunc & illum militum numerum in pugna cecidisse, atq; adeo ipsum Imperatorem à tyranno propemodum captum fuisse.*

h *Socr. li. 5. c. 13 Sozom. li. 7. c. 14.* ARIANI QVID PRAESVMPSERINT CONSTANTINOP.

Ariani itaque grauissimi animi perturbatione commoti (discruciabãtur enim, Ecclesias intra vrbem ab illis, quos ipsi ante persecuti fuerant, occupatas) varios rumores dissemiarunt. Et quoniam alia quædam diuersa ab illis, qua narrabantur, eos etiam, qui rumorum erant auctores, ad credendum ita induxerunt, vt ea, quæ ipsi confinxerant, non conficta, sed vera esse putarent (nam alij, qui ea auditione perceperant, ipsis rumorum auctoribus confirmabant, non aliter habere, atque ab illis audierant) Ariani idcirco animis de integro considere, facinus aggredi: Nectarij Episcopi domum iniecto facibus incendio vastare cœperunt. Cum vero paulo post de ingenti Theodosij victoria nuncium Constantinopolim perlatum esset: multo illi timore concussi, Arcadium Theodosij filium, qui aderat, supplices petentes veniam conuenere: cum ille pro ipsis ad patrem scripsit, qui ijs noxam precibus Arcadij rogantis remisit: de quibus hæc Ambrosius *i: Constantinopoli dudum domus Episcopi incensa est, & filium clementia tua intercessit apud patrem, vt & suam, hoc est, filij Imperatoris iniuriam, & domus Sacerdotalis incendium non vindicaret. Non consideras, Imperator, ne & hoc cum vindicari iusseris, ipse iterum interueniat, ne vindicetur? Sed bene illud acquisitum est à patre filio: dignum enim erat, vt suam iniuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratia distinctione duxisset, vt filius pro sua, & pater pro filij iniuria rogaretur.* hæc Ambrosius.

ARIANI INCENDVNT DOMVM NECTARII.

i *Ambros. ep. 29.*

LXXI. Hoc ipso anno, Paschali tempore contigit baptismus magni Patris Augustini, de quo nobis agendũ est. Ac primum quæ sunt temporis, elucidanda erũt, cuius quidem exactius disquisitionem orationẽ in nostris Notis, illis tamen posterius editis, nempe Plantinianis typis, in quibus errorem illum emendauimus prioris editionis, in quem incauti ob textum eiusdem Sancti Augustini deprauatũ impegimus. Quod enim dum ipse agit de obitu matris suæ, dicat *k: Ergo die nono agritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est.* quod contigit (vt dicemus) anno sequenti, mense Maij: si verum est, quod ibi dicitur, ipsum fuisse tunc annorum triginta trium; vtique dicendum erat, anno trigesimo secundo baptizatum, conuersum vero trigesimo. Verum ille corrigendus est textus, vt loco trigesimi tertij, ponendus sit annus

DE TEMPORE BAPTISMI S. AVG.

k *Aug. Confl. li. 9. c. 11.*

trigesi-

trigesimus quintus : idq; ex aliis eiusdem Augustini locis: vt in primis cum ita ait libro tertio contra Academicos *a*: *Cum trigesimum & tertium ætatis annum agam, &c.* Cum igitur fateatur se annotum iam fuisse trigintatrium, cum scriberet contra Academicos, atq; æquè constet, eos ab ipso elaboratos libros, cum Mediolani adhuc catechumenus esset (id quidem ipso testante *b*) & ante mensem Nouembris; quod ipse etiam demonstrat. dum ait *c*, illos scriptos esse, ante quam scriberet de Vita beata, quam scriptionem habebat præmanib. (vt ex ipsa apparet) eo anno, tempore natalis sui, Idibus Nouembris: vtiq; affirmandum est, eos anno superiori ab ipso fuisse cõscriptos in fine anni trigesimi tertij suæ ætatis, quo pariter anno Idibus Nouembr. inchoaretur trigesimus quartus. Cum vero rursus Possidij *d* testificatione liqueat, ipsum baptizatum esse Paschali tempore: vtiq; etiam dicendus erit, non anno superiori, sed præsenti anno, dicto tempore, sacro baptismo initiatus fuisse.

a Aug. cont. Academ. li. 3. c. 10.

b Aug. Retract. lib. 1. c. 4.

c Aug. Retract. lib. 1. c. 2.

d Possid. Vit. Aug. cap. 1.

LXXII. Necest, quod quis post hunc annum existimare possit Augustini differẽdum esse baptismum, quem constat, ipsomet teste *e* iam baptizatum recessisse ex Italia post necem Maximi, quam hoc anno contigisse diximus mense Septembris. Insuper id confirmatur, quod in Soliloquiis (quę testatur se scripsisse ante baptismũ, post tamen commentarium de Vita beata, vt patet ex ordine) de suæ tunc ætatis annis hæc ait: *Cum triginta quatuor annos agã, quatuordecim fere anni sunt, ex quo ista cupere desiisti, &c.* habet alia lectio, triginta tres: sed verior illa superior: nam eo anno ab Idibus Nouembris (vt diximus) inchoatus erat annus eius ætatis trigesimus quartus, quo scribebat de Vita beata, post quem scripsit Soliloquia: qui quidẽ annus trigesimus quartus ab Idibus Nouembris anno superiori inchoatus propagatur in eandẽ diem præsentis anni trecẽtesimi octogesimi octaui, quo Augustinus Paschali tempore baptizatus est.

e Aug. cont. Iul. Pelag. li. 3. c. 11.

LXXIII. Quod si adhuc quis pertinacius cõtendere audeat, atque importunius illud inculcet: cur non potius mendum irrepsisse potuit in loca illa libri tertij contra Academicos, & Soliloquiorum, quã in illum libri noni Confessionum? Sarisad hæc responsio illa sufficere posset, quam ratio ipsa docet: nimirum, germanum habendum esse textum illum, qui alterius textus eiusdem auctoris contestatione fulcitur; suspectum vero eum, qui à duobus cõtrariis textibus impugnatur. Verum manifestiori adhuc veritate textus ille in dicto nono libro Confessionum depravatus arguitur: nam præter illa, quæ superius de rebus gestis singulis temporibus S. Augustini dicta, aperte hoc ipsum demonstrant; illud modo accipe, quod dictum est, suaipsius assertione Augustinum sub Consulatu Bautonis, nempe anno Domini trecentesimo octogesimo quinto, egisse ætatis annum trigesimum primum: à quo tempore cum vsque ad annum Domini trecentesimum octogesimum nonum, nempe sequentem, quo obiit S. Monica, quatuor intercedant annorum curricula; nullo modo dici potest fuisse tempore eius obitus annorum tantummodo triginta trium, qui ante annos quatuor erat trigesimum primum annum natus, sed potius triginta quinque.

LXXIV. Sic igitur quem demonstratum est anno trigesimo primo suæ ipsius ætatis ad Christum conuersum esse, trigesimo secundo & tertio perseuerasse catechumenũ, atq; ea, quæ superius diximus, confecisse: hoc anno trigesimo quarto suæ ætatis, Paschali tempore ipsum S. Augustinum Mediolani à S. Ambrosio baptizatum esse asserimus; quod idem ipse in libris Confessionum non obscurè significat *c*, dum annum intercurrisse affirmat à persecutione Iustinæ aduersus Ambrosium concitata vsq; ad baptismum suum: ait enim: *Annus erat, aut non multo amplius, cum Iustina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur, &c.* hæc ipse de anno agit de tempore sui baptismi. Sed quod ait annum & amplius intercessisse, vtique ad exordium eius persecutionis visus est habuisse respectum, quam ante annum illum inchoatam fuisse diximus.

c Aug. Conf. lib. 9. c. 6.

At quid ipse Augustinus *f* de suo catorumq; suorum baptismate scribat recenseamus: *Inde, inquit, vbi tempus aduenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure Mediolanum remeauimus. Placuit & Alipio renasci in te mecum iam induto humilitate Sacramentis tuis congrua, & fortissimo domitore corporis, vsque ad Italicum solum glaciale nudo pede obeundum insolito ausu. Adiunximus etiam nobis puerum Adeodatum ex me natum carnaliter de peccato meo: Tu bene feceras eum: Annorum erat forme quindecim, & ingenio præueniebat multos graues & doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, creator omnium, & multum potens reformare nostra deformia: nam ego in illo puero præter delictum nihil habebam. Quod enim enutriebatur à nobis in disciplina tua, tu inspiraueras nobis, nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster, qui inscribitur, De magistro. Ipse ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa omnia, quæ inseruntur ibi ex persona colloquentis mei, cum esset in annis sexdecim. Multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horrore mihi erat illud ingenium: & quis præter te talium miraculorum opifex? Cito de terra abstulisti vitam eius, & securior cum recordor, non timens quicquam pueritiæ, nec adolescentiæ, nec omnino hominis illi. Sociauimus eum coætaneum nobis in gratia tua educandum in disciplina tua. & baptizati sumus, & fugit à nobis solicitudo vitæ præteritæ. Nec satiabar illius diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilij tui super salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter, &c.* hæc enim de hymnis superius. ac rursum subdit *g*: *Qui habitare facis vnanimes in domo, consociasti nobis & Euodium iuuenem ex nostro municipio: qui cum Agens in rebus militaret, prior nobis ad te conuersus est & baptizatus, & relicta militia sæculari, accinctus est in tua. Simul erasumus, simul habitabamus placito sancto. Quærebamus, quinam loco nos vtilius haberet seruientes tibi, pariter remeabamus in Africam.* sed de reditu eius in Africam, agemus anno sequenti.

f Aug. Conf. lib. 9. c. 6. BAPTISM. AVGVSTINI ET ALIORVM. LXXV.

g Aug. eod. lib. c. 8.

Quod tanto viro, S. Ambrosio, Augustinus baptizari meruerit, magnoperè exultauit: vnde agens aduersus Iulianum Pelagianum hæc ait: *Adhuc audi alium excellentem Dei dispensatorem, quem veneror vt patrem: in Christo enim Iesu per Euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepi: beatum loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, sine operibus, sine sermonibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat Orbis prædicare Romanus.* hæc Augustinus. LXXVI.

h Aug. cont. Iulian. Pelag. li. 1. c. 3. QVANTI FECERIT AVG. AMBROSIVM.

Ferunt Ambrosij nomine sermonem *i* de baptismo S. Augustini, sed qui ne apicem quidẽ habeat Ambrosij. Multa sane admiscuit imperitus fictor. nam vt de dissimilitudine styli dicere prætermittamus: quilibet is fuerit, impositurę perfacile arguitur, cum ait Augustinum Carthaginensem fuisse, atque ex Gentilium cultu factum Christianum: ipsum namq; patria Tagastensem fuisse, nec coluisse aliquando idola, licet sectator fuerit Manichæorũ, tum ipsius testificatione, tum Possidij luce clarius æpius demonstratur. Impositurę quoq; ea ex parte auctor arguitur, dum habet ipsum Augustinum cum Ambrosio de pluribus quæstionib. prolixè æpè disseruisse: cum tamen ipse Augustinus de se testetur, numquam toto illo tempore, quo fuit Mediolani, inuenisse Ambrosium negotis vacuum, & frequentia accedentium foliarum, quo cum de animi sui angoribus, potuisset miscere sermonem; adeo vt non dicam disputãdi, sed nec (vt ait) daretur copia sciscitandi. sunt omnino hæc Augustini verba *k*: *Certe mihi nulla dabatur copia sciscitandi, qua cupiebam, de tam sancto oraculo tuo, pectore illius, nisi cum aliquid breuiter esset audiendum. Æstus autem illi mei ad ipsum eum valde cui refundebantur, requiescebant, nec vnquam inueniebant &* & infrà: *Sed vbi quæreretur? quando quæreretur? Non erat Ambrosio.* Et vnde illud figmentorum concinnatori, cum agit de eius baptismo: *Nouum Christianum nouis vestimentis, cucullo nigro indutum.* cum moris esset immolabilis baptizatum quemliber albis indueresse vestimentis? At hæc de his satis: fere enim non possumus ipsi veritatis cultores, quouis prætextu ac velamento mendacia perungui. LXXVII.

i Apud Ambros. ser. 92. CONFVTANTVR COMMENTICIA.

k Aug. Conf. lib. 6. c. 3.

l Aug. eod. lib. 6. c. 11.

Cum autem Augustinus Mediolani adhuc moraretur, duo illa memorato digna inter alia accidisse tradit, al- LXXVIII.

DE PROSCHOLO PECUNIÆ INVENTORE.

a *Aug. de ver. Apost. serm. 19.*

terum de Proscholo homine Christiano paupere, qui pecuniæ facculum inuenit; alterum de reuelato deposito filio à patre defuncto: quorum prius ab ipso ita desc ibitur a: *Dicam, quid fecerit pauperrimus homo, nobis apud Mediolanum constitutis, tam pauper, vt proscholos esset grammatici, sed plane Christianus, quamuis ille esset Paganus grammaticus, melior ad velum, quam ad cathedram. Inuenit sacculum (nisi forte me numerus fallit) cum solido fermè duocentu. Memor legis, proposuit pitacium publicè. Reddendum enim scichat; sed cui redderet, ignorabat. Proposuit pitacium publicè: Qui solidos perdidit veniat ad lacum illum, & quærat hominem illum.* (erat hæc forma pitacij:) *Ille, qui plangens circumquaque vagabatur, inuento & lecto pitacio, venit ad hominem. Et ne forte quæreret alienum, quæsiuit signa, interrogauit sacculi qualitatem, sigillum, solidorum etiam numerum; & cum omnia ille fideliter respondisset, reddidit, quod inuenerat. Ille autem repletus gaudio, & quærens vicem rependere, tanquam decimas obtulit solidos viginti: qui noluit accipere: Obtulit vndecim: noluit accipere: Saltem, rogauit, vt quinq; acciperet: noluit ille. Stomachabundus homo prouocit sacculū. Nihil perdidi, ait: si non vis aliquid à me accipere, nec ego aliquid perdidi. Quale certamen fratres noti, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus! theatrum mundus, spectator Deus. Victus tandem ille, quod offerebatur, accepit, continuo totum pauperibus erogauit: vnum solidum in domum suam non dimisit.* hæc ipse, eadem pro concione proponēs imitanda suo populo Hipponensi.

LXXIX.

b *Aug. de cura agen. pro mort. c. 11.*

PATER DEFUNCTUS CURAT RES FILII VIVENTIS.

Sed illud, quo docuit defunctos nostra audire atque curare, alibi ita explicat b: *Pro certo, cum Mediolani essemus, audiuimus, quod cum debitum repeteretur à quodam, defuncto patris cautione prolata, quod filio nescienti à patre iam fuerat persolutum: contristari homo grauissimè cœpit, atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit, quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc ei animo anxio apparuit idem pater eius in somnis, & vbi esset repositum, quod illa cautio vacua esset facta, indicauit. Quo inuento inuenis atque monstrato, non solum falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit Chirographum, quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaq; putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eum venisse dormientem, vt doceret quod ignorabat, à magna eum molestia liberaret.* hæc ipse.

LXXX.

AVG. ROMAM REDIENS QVÆ IBI SCRIPSIT.

c *Aug. Retract. lib. 1. c. 7. & 9.*

Post susceptum verò baptismum Augustinus haud diu Mediolani passus est detineri, sed vna cum sancta matre, filio, necnon Alypio atq; Euodio reuersurus in Africam, Romam se contulit, vbi vsque ad sequentis anni tempus nauigationi accommodatum, totum hoc temporis spatium egit, non tamen otiosus, sed cōplura conscribens de quibus ipse c: *Iam baptizatus autem, cum Romæ essem, nec tacitus possem Manichæorum tacitantium de falsa & fallaci continentia, vel abstinentia, qua se ad imperitos decipiendos, veris Christianis, quibus comparandi non sunt, insuper proferunt, scripsi duos libros, vnum de Moribus Ecclesiæ Catholicæ, alterum de Moribus Manichæorum.* & inferius: *In eadem vrbe scripsi dialogum, in quo de anima multa quæruntur ac disseruntur: id est, vnde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data; cum ad corpus venerit, qualis efficiatur, qualis cum abscesserit.* ac rursus sequenti capite: *Cum adhuc Romæ demorarentur, voluimus disputando quærere, vnde sit malum. Et eo modo disputauimus, vt possemus, id quod de hac re diuina auctoritas sobolisti credebamus, etiam ad intelligentiam nostram, quantum differendo, opitulante Deo, agere possemus, ratio considerata & tractata perduceret. Et quoniam conflictis inter nos diligenter ratione dicussa, malum non exortum, nisi ex libero voluntatis arbitrio; tres libri, quos eadem disputatio peperit, appellati sunt de Libero Arbitrio. quorum secundum & tertium in Africa, iam etiam Hippone regio presbyter ordinatus, sicut tunc potui, terminaui.* hæc Augustinus.

LXXXI.

d *Aug. de Morib. Eccles. c. 33.*

ROMAN. ECCLESIÆ IN MONACHIS SANCTITAS.

In commentario vero illo, quem de Moribus Ecclesiæ Catholicæ scripsit, quæ ibi inuenerit sanctorum & eruditorum virorum consortia, ipse describit, cum ait d: *Romæ ex vna plura cognoui, in quibus singuli grauitate atq; prudentia & diuina scientia præpollentes cæteris secum habitantibus præsunt, Christiana charitate, sanctitate, & libertate viuentibus: ne ipsi quidem cuiquam onerosi sunt, sed Orientis more, & Pauli Apostoli auctoritate manibus suis se transigunt. Iciunia etiam prorsus incredibilia multa exercere dicitur, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus, quod est vsquequaque vsitatissimum; sed continuum triduum vel amplius sapissimè sine cibo ac potu ducere. Neque hoc in viris tantum, sed etiam in fœminis: quibus item multis vidua & virginibus simul habitantibus, & lana ac tela victum quærentibus præsunt singulæ grauissimæ, probatissimæq; non tantum in vestimentis componendis, moribus, sed etiam instruendis mentibus perita ac parata. Atque inter hæc nemo vrgetur in asperis, quæ ferre non potest: nullis, quod recusat, imponitur, nec ideo condemnatur à cæteris, quod in eis se imitandis fateatur imualidum, &c.* hæc, cum Romæ esset, vidit & audiuit Augustinus consentientia iis, quæ S. Hieronymus de isdem pluribus locis scripsit. At licet hæc alia occasione opportune recitasse: hic tamē quod tempus postulet, cum agamus de Augustino Romæ agente, repetisse haud fuit onerosum. Didicit insuper Augustinus è Romæ positus, q. scripsit postea ad Casulanum, Romanam plebem solitam ientare tribus diebus hebdomadę, nempe feria quarta, sexta, & Sabbato. At de Augustino modo hactenus, de cuius in Africam reditu agemus anno sequenti. Iam vero ad Theodosium redeamus, quem hoc anno, postquam victo Maximo, Aquileia discessit, Mediolanum se contulisse vidimus ex rescriptis ibidem datis: quidnam autem inter ipsum & S. Ambrosium transactum sit, oratione prosequamur: atq; in primis, quæ à Paulino conscripta habentur, hic reddamus:

IRIVNIA RON. ECCLESIÆ. e *Aug. ep. 80.*

f *Paulin. in vit. S. Ambros.*

LXXXII

* Callinici DE SYNAGOGA IVDÆORVM ET PASQ VALENTINIANORÆ CHRISTIANIS INCENSIS. * lecta

Extincto, inquit, *Maximo, posito Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio vero Episcopo constituto Aquileiæ, in partibus Orientis in quodam castello* (Callinici * illud ab Ambrosio nominatur) *à Christianis viris synagoga Iudæorum & lucus Valentinianorum incendio conremata sunt, propterea quod Iudæi vel Valentinianum insultarent monachis Christianis: Valentinianorum enim hæreses triginta deos colunt. Sed de huiusmodi facto Comes Orientis ad Imperatorem relationem direxit; qua acta *, Imperator præceperat, vt synagoga ab Episcopo reædificaretur. Sed huius preces tenor cum ad aures peruenisset venerabilis viri Ambrosii Episcopi, direxit ad Imperatorem Epistolam, quia ipse in tempore excurrere non poterat, qua illum conuenit, vt id, quod ab eodem statutum fuerat, reuocaretur.* Quænam autem causæ præcesserant, vt Christianis in Valentinianos ea admiserint, idem Ambrosius dicta ad Theodosium tunc data Epistola his verbis significat g:

g *Ambros. ep. 29.*

LXXXIII. QVID VALENTINIANI HAREticis in monachos.

Vindicabitur etiam Valentinianorum fanum incensum? Quid est enim, nisi fanum, in quo est conuentus Gentilium? licet Gentiles duodecim deos appellent, isti triginta & duos eorum colant, quos appellant deos. Nam & de ipsis comperi relatum & præceptum, vt in monachos vindicaretur; quo probibentibus iter Valentinianis, quo Psalmos canentes ex consuetudine vsitq, veteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, motu insolentia incenderunt fanum in quodam rurali vico tumultuarie conditum. hæc de his Ambrosius; ex quibus illud in primis obserua, ea patrata à monachis esse mense Augusti, cuius Kalendis tam in Oriente, quam in Occidente sanctorum Machabæorum consueuit antiquitus memoria celebrari: paulo n. post ab incensa Nectarij Episcopi domo Constantinopoli ab Arianis, hæc accidisse, idem Ambrosius eadem demonstrat Epistola, cum ait: *Constantinopoli dudum domus Episcopi incensa est, &c.* Rursum vero (quod veteris Ecclesiæ moris fuit, vt ad solemnitatem martyrum Psallentes in via Christiani pœ geterent, quod & tunc monachos fecisse tradit) antiquam in Ecclesia processionum consuetudinem docet.

LXXXIV. QVERELÆ ORIENTALIVM EPISCOPORVM.

h *Ambros. ep. 29.*

Vt autem de his ageret Ambrosius apud Theodosium, interpellatus fuisse videtur litteris Orientalium Episcoporum, quibus cum & aliæ ad eundem deferendæ querelæ scriptæ erant; quæ ab ipso Ambrosio dicta Epistola obiter inseruntur his verbis h: *Quo modo excusabo apud Episcopos? qui nunc, qui per triginta & innumeros annos presbyteri quidam gradu functi, vel ministri Ecclesiæ retrahuntur à munere sacro, & curiæ deputantur, grauiter gemunt. Nam cum hi, qui vobis militant, certo militiæ tempore seruentur: quanto magis eos conspiderare debetis, qui Deo militant? Quo modo, inquam, hoc excusabo apud Episcopos, qui queruntur de clericis, & impressione graui vastari scribunt Ecclesias? Hoc tamen in notitiam*

clemen-

clementiæ tuæ peruenire volui. De hoc, vt placet, arbitrio tuo consilere & temperare dignaberis. hæc ipse; quibus demonstrat, postquam ab Oriente Theodosius ipse recessisset, hæreticos, aliosq; impios homines, imo & ex magistratibus aliquos insolentius aduersus sacros Dei ministros egisse: de quibus insinuandis Imperatori, Orientales Episcopi (vt dictum est) scripserunt ad Ambrosium. Potissima vero scribendi causa fuit, vt ipse de reuocandis datis ab eo rescriptis pro restituendis incensis synagoga Iudæorum atq; fano Valentinianorum cum Theodosio ageret. Impendit Sanctus Sacerdos ad opus omne studium, omnisq; curat officio, vt contrariis à Theodosio dandis rescriptis priora oblitterentur. Scribit igitur, Aquileiæ cum esset, Mediolanum, vbi Theodosius morabatur. Quod autē detineretur Ambrosius Aquileiæ, cum nullum hoc tempore memoria sit ibi celebratum fuisse Concilium: equidem existimo, illuc esse profectū, ex more, ad noui creationem Antistitis, cum defuncto Valeriano eius ciuitatis Episcopo, in locum illius est subrogatus S. Chromatius. At quod his vel aliis magni momenti negotiis Aquileiæ impediretur Ambrosius, ne (quod magis optasset) presens tantam causam acturus, mora illa sua irreparabile causæ præiudicium infertet, reditum suum literis curauit præuenire, postea ipse secuturus.

LXXXV. QVÆ SALVBERRIMA SVGGERAT AMBROS. THEODOSIO.

Quanta autem Imperatorem compellauerit libertate, quantoq; cum vigore Sacerdotali iusta fiducia ageret apud eum; ex his, quæ exordio ipso præfatur, accipe: *Peto, vt patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum, qui à te audiar: indignus sum, qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas committas preces. Ipse ergo non audies eum, quem pro te audiri velis? Non audies pro se agentem, quem pro aliis audisti? Nec vereru iud. cium tuum, ne cum indignum putáris quem audias, indignum feceris, qui pro te audiatur? Sed neque Imperiale est libertatem dicendi negare: neque sacerdotale, quod sentiat, non dicere. Nihil enim in vobis Imperatoribus tam populare & tam amabile est, quam libertatem etiam in iis diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidem hoc interest inter bonos, & malos Principes, quod boni libertatem amant, seruitutem improbi. Nihil etiam in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non libere denunciare.* & paulo post: *Malo igitur, Imperator, bonorum mihi esse tecum, quam malorum consortium: & ideo clementia tua displicere debet Sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentij mei periculo inuolueris, libertatis bono iuuaris. Non ergo importunus indebitis me interfero, alienis ingero, sed debitis obtempero, mandatis Dei nostri obedio. Quod facio primum tui amore, tui gratiā, tuæ studio conseruanda salutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdicitur, dico sane diuine offensæ metu. Nam si meum periculum te exueret, patienter me pro te offerrem, sed non libenter: malo enim te sine meo acceptum Deo esse & gloriosum periculo. Sin autem silentij mei dissimulatione q, culpa & me ingrauat, nec te liberat: malo importuniorem me, quam inutiliorem aut turpiorem iudices, &c.*

LXXXVI. VNDE MALA ORIRIANTVR REGIBVS ET SACERDOTIBVS.

Vtinā quæ diuino afflatus Spiritu tam vera, tam salubria Sanctus Sacerdos inculcat, tanquam diuinum quoddam oraculū semper præ oculis Christiani Principes haberēt & Sacerdotes. Itan. magno animarum lucro eorum saluti optime consultū esset. Sed ista dum negliguntur, quadā inconsiderantia cum Sacerdotum, tum Regum, simulq; Ecclesiarum atq; regnorū status in discrimen adducitur, graui quidem damno, imo & dispendio salutis æternæ, frequenter euenit, vt quia à sacerdotibus corripi Reges negligunt atque despiciunt, corripiantur ipsi illo, qui corripit in furore, qui aufert spiritum Principum, quique terribilis est super omnes a Reges terræ. Sed & cum etiam Sacerdotes nimium verentur atq; timent admonere Principes delinquentes, immemores sead hoc à Deo electos, secundum quod ab eo dictum est Hieremiæ b: *Constitui te super Reges & Principes.* fiet quidem omnino æquata lance iudicij, vt ab eis redarguātur, quos ipsi corripere neglexerunt, eosque experiantur asperos, dictos, rebelles actyrannorum instar, Dei ministros & iura Ecclesiastica conculcantes. Sed in eodem perstans argumento ista subdit Ambrosius:

Habemus ergo & nos, cui displicere, plus periculi sit: præsertim cum etiam Imperatoribus non displiceat suo quemq; fungi munere, & patienter audiatu vnumquemque pro suo suggerentem officio, imo corripatis si non vtatur malitiæ suæ ordine. Quod ergo in me libenter accipitis, qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus potest molestum videri, cum id loquamur non quod volumus, sed quod iubemur? Scis enim illum c: Cum stabitis ante Reges & Præsides, nolite cogitare, quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et tamen si in causis Reipublicæ loquar (quamvis etiam illic iustitia seruanda sit) non tanto astringar metu, si non audiar. In causa vero Dei quem audies, si Sacerdotem non audies, cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere, si Sacerdos non audeat? Noui te pium, clementem, mitem, atque tranquillum, fidem ac timorem Domini corde habentem: sed plerumque aliqua nos fallunt: habent aliqui d zelum Dei, sed non secundum scientiam. Ne igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cauendum arbitror. Noui pietatem tuam erga Deum, lenitatem in homines: obligatus sum beneficiis tuarum indulgentiarum: & ideo plus metuo, amplius solicitor, ne etiam ipse tuo me postea iudicio condemnes, quod mea aut dissimulatione, aut adulatione prolapsionem non euitaueris. & paulo post:

LXXXVII. AVDIENDI SACERDOTES.

c Matt. 10.

d Rom. 10.

LXXXVIII. DE SYNAGOGA IVDÆORVM INCENSA.

Causam ergo Dei tacebo? Quid igitur sit, quod metuam, consideremus. Relatum est à Comite Orientis militarium partium, incensam esse synagogam, idq; auctore factum Episcopo. Iussisti vindicari in cæteros, synagogam ab ipso ædificari Episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem Episcopi: Sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum & ipsi mouentur iniuria Dei, aut Ecclesiæ contumelia. Sit aliquis iste Episcopus seruientior in exustione synagogæ, timidior in iudicio: Non vereris, Imperator, ne acquiescat sententiæ tuæ, ne præuaricetur, non times? Non etiam vereris, quod futurum est, ne verbis resistat Comiti tuo? Necesse erit igitur, vt aut præuaricatorem, aut martyrem faciat: vtrumque alienum temporibus tuis, vtrumque persecutionis instar. Sunt præuaricari cogatur, aut subire martyrium. Vides, quo inclinet causa exitus. Si fortem Episcopum putas, caueto martyrium fortiori: si inconstantem, declina lapsum fragiliori: plus enim astringitur, qui labi infirmum coegerit. Hac proposita conditione, puto dicturum Episcopum, quod ipse ignes sparserit, turbas compulerit, populos conclauerit, ne amittat occasionem martyrij, & pro inualidis subijciat validiorem. O beatum meudacium, quo acquiritur fibrilioruni absolutio sui gratia.

LXXXIX.

Hoc est, Imperator, quod poposci & ego, vt in me magis vindicares, & hoc si crimen putares, mihi adscriberes. Quid mandas in absentes iudicium? habes præsentem, habes confitentem reum. Proclamo, quod ego synagogā incenderim: certe quod ego illis mandauerim, ne esset locus, in quo Christus negaretur. Si obiciatur mihi, cur hic non incenderim? Diuinum iam cremari cœpit iudicio: meum cessauit opus. Et si verum quæritur, ideo segnior fui quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem, quod nullo vltore sine præmio foret? Tangunt hæc verecundiam, sed non reuocant gratiam, ne fiat opus, quo Dei summi contrahatur offensio. Esto tamen, nemo Episcoporum ad hoc munus conueniat. Rogaui enim clementiam tuam; & licet ipse hoc reuocatum adhuc non legerim, reuocatum tamen constituamus. Quid si aly timidiores, dum mortem reformidant, offerant, vt de suis facultatibus reparetur synagoga? aut Comes vbi hoc compererit primo constitutum, ipse de Christianorum censu exadificari iubeat? Habebis, Imperator, Comitem præuaricatorem; & huic vexilla committes victrica, huic Labarum. hoc est, Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret, qua Christum nesciat? Iube Labarum synagogæ inferri, videamus, si non resistant. Eris igitur locus Iudæorum perfidiæ, factus de exuuiis Ecclesiæ: & patrimonium, quod fauore Christi acquisitum est Christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita de manubiis Cymbrorum, de spoliis reliquorum hostium. hunc titulum Iudei in fronte synagogæ suæ scribent: Templum impietatis factum de manubiis Christianorum.

QVAM INDECENS A CHRISTIANIS SYNAGOGAM INSTAVRARI.

Quanto autē periculo instaurare quis tentaret incensa ædificia Iudæorum, reuocat in memoriam quæ dicta sunt superius de prodigiis, quæ acciderūt sub Iuliano conante iteratum reædificare templum Hebræorum Hierosolymis: addit præterea, longè his grauiora commissa

XC.

sub

SACERDOTVM CONSILIO AGENDA CAVSA SACERDOTĒ.

sub eodem Iuliano à Iudæis inflammantibus pluribus in locis Christianorum Ecclesias, quæ nos superius alia occasione retulimus. Ad postremum vero iniuste agi contestatur, cum quid de Ecclesia vel sacerdotibus decernitur absq; Sacerdotum consilio, atq; ait: *Certe si mihi parum fides defertur, iube adesse quos putaueris Episcopos: tractetur, Imperator, quid salua fide agi debeat. Si de causis pecuniariis Comites tuos consulis: quanto magis in causa religionis Sacerdotes Domini æquum est consulas?* & denique hac tacita cōminatione, seu contestatione potius, apponit coronidem: *Ego certe quod honorificentius fieri potuit, feci, vt me magis audires in Regia: ne si necesse esset, audires in Ecclesia.* at quid in Ecclesia, nisi eum publicè redarguere? quod & postea fecit.

XCI.

Hic modo illud admonendum existimo: quia etsi non probet Ecclesia pericli tari Christianam modestiam in diruendis incendendisve Gentilium vel Iudæorum templis vel synagogis (vt superius suo loco pluribus mōstratum, atq; de his in Notis *a* actum est) extitisse tamen vidimus cōplures, qui priuato quodam diuini Spiritus instinctu id peragentes, cæsi, ab Ecclesia recepti sunt inter martyres: itemq; alios, qui eum diruissent templum, & ipsum reædificare iussi, obtemperare noluerint, occisi sunt, in martyrum consortium aggregatos; de quibus illam Theodoretus *b* affert rationem, nimirum parem esse impietatem idola Gentium adorare, & eisdem templum ædificare. Attamen quod ad Iudæos spectat; scimus S. Gregorium sæpius rescripsisse *c*, nullum Iudæis negotiū facessendum à Christianis, sed eos benignitate potius ac beneficentia alliciendos ad fidem: adeo vt Panormitano Episcopo, qui synogogam Iudæorum vi abreptam in Ecclesiam consecrasset, iusserit eius pretium persoluere *d*: sed & aliam synagogam, in quam violenter Crux cum imagine Dei genitricis illata fuisset, inde ea auferri præcipiens *e*, liberam reddi voluerit. Quid ad hæc dicemus? equidem illud, quod vnus atque idem Spiritus est, spirans vbi vult, & quod vult: cuius opera interdum ex zelo, interdum vero ex mansuetudine in diuinis Scripturis nouimus commendata, quæ licet diuersa, vnus tamen idemq; Spiritus eadem operatus sit. Cum tamen nihil penitus à Sancto Gregorio factum esse reperiatur, quod ab Ambrosio absque prævaricationis delicto fieri posse negetur: nam ablatam restitui synagogam, Gregorius tantummodo iussisse reperitur: nec sic pretium alterius persolui mandauit, vt alia ab illis ædificaretur, sed ne (quod humanum quoque ius postulat) rerum suarum quisquam dispendium pateretur. Sed ad Ambrosium redeamus.

a *Not. in Ro. Mart. die 9. Apr.*

b *Theod. l. 5 c. 38.*

c *Greg. li. 1. ep. 34. & lib. 7. ep. 5. lib. 11. ep. 15 li. 12. ep. 18.*

d *Greg. li. 7. ep. 8.*

e *Greg. li. 7. ep. 5.*

XCII.

QVÆ S. GREG. RESCRIPSIT DE IVD. ÆORVM SYNAGOGIS.

Cum Theodosius, hic acceptis ab Ambrosio literis de reuocanda, quam emiserat, iussione, adhuc cūctabundus id facere detrectaret: idem Ambrosius illud ipsum, quod fuerat comminatus, nempe nisi in Regia audiretur, fore, vt in Ecclesia spectante populo in eum dicturus esset, sacerdotali libertate perfecit. *Reuersus siquidem Mediolanum, posito* (inquit Paulinus) *Imperatore in Ecclesia, & eadem causa tractante in populo*, ac de baculo nuceo ex Hieremia secundum Septuaginta, dicendi sibi præparans a gumentum, quæ salubris esset sacerdotalis obiurgatio, pluribus demonstrauit, de quibus ipse scribit ad sororem *f*. Atq; demum quam literis egerat, nec auditus fuerat, eadem ferme reperit oratione: & cum audiretur à populo, vehementi in eum inuectus est apostrophe, vim eidem addens ex persona, quam faciebat, loquentis in eum Domini hisce verbis *g*: *Ego te ex vltimo Imperatorem feci: Ego tibi exercitum immici tui tradidi: Ego tibi copias quas ille aduersum te exercitus sui præparauerat, dedi. Ego inimicum tuum in potestatem tuam redegi: Ego de semine tuo supra solium regni constitui: Ego te triumphare sine labore feci. Et tu de me inimicu meis dona triumphos? Cui descendenti de excelsa, Imperator ait: Contra nos te posuisti hodie, Episcope. At ille r spondens ait, non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tum Imperator: Re vera, inquit: dura præcepta contra Episcopum de synagoga reparanda. In monachos vero vindicandum esse, à Comitibus, qui in tempore aderant, dicebatur. Quibus Episcopus: Ego quidem cum Imperatore nunc ago: vobiscum vero mihi aliter agendum est. Atque ita obtinuit, vt illa, quæ statuta fuerant, reuocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua Imperator illum agere testaretur. Cui Episcopus: Ergo age fide tua. Respondit Imperator: Age fide mea. Quæ sponsione iterata, iam securus peregit Sacerdos diuina mysteria. Hac autem scripta sunt in Epistola, quam ad germanam suam fecit, in qua tractatum inseruit, quem eodem die habuit de baculo nuceo, qui à Propheta Hieremia visus esse describitur.* hæc Paulinus. Extat ipsa ad sororem Epistola. Quæ autem idem mox subdit de clade Thessalonicensi, de eadem suo loco agendum erit.

f *Ambros. in Ecclesia a concionatur aduersus Imp. & Ambros. ep. 8 edit. Sixti.*

g *Paulin in vit. S. Ambrosii.*

Quid præterea Ambrosius eo tempore cum Theodosio, quem ad sequentis anni mensem Iunium illic confedisse dicemus: audi. Quod n. duobus (vt dictum est) rescriptis Theodosius Imperator, quæ à Maximo fuissent innouata, destruxit: inde accidit, vt mox legatio Romani Senatus nomine (licet Gentilium tantū ea molitio esset) ad Theodosium Mediolani agentem peruenerit, qua peteret, vt aram Victoriæ à Maximo redditam sineret permanere, vbi restituta fuerat, in Capitolio. Ista tunc audiens, mox intercessit S. Ambrosius, coramq; Imperatore causam agens, ab eiusmodi concessione eius animū penitus reuocauit. Id quidem ipse mōstrat illis verbis in Epistola ad Eugenium *h* postmodum scripta: *Postea, inquit, etiam clementissimo Imperatori Theodosio coram intimaui, atque in os ducere non dubitaui: cui intimata Senatus legatione huiusmodi, licet non totus Senatus popposcerit, insinuationis meæ tandem assensionem dedit, &c.* Quid autem sequenti anno, cum Romam pergens Symmachus Consularis publica concione eadem ab Imperatore extorquere satageret, in eum Theodosius decreuerit, dicemus suo loco inferius. Quod vero ad Sancti Ambrosij animi constantiam declarādam spectat: hic attexamus exemplum ab ipso Ambrosio descriptum in libris Officiorum, quod post redemptos captiuos ipse conscripsit: ait enim *i*: *Meminisse ipsi, quoties aduersus regales impetus pro viduarum, imo omnium depositis certamen subierimus. Commune hoc vobiscum mihi recens exemplum Ecclesiæ Ticinensis proferam quæ viduæ depositum, quod susceperat, amittere periclitabatur. Iterpellante enim eo, qui ausi illud Imperiali rescripto vendicare cupiebat; clerici non tenebant auctoritatem; honorati quoq; & intercessores dati non poterant præcepta Imperatoria obuiari ferebant. legebatur rescripti forma durior, Magister officiorū stabat, Agens in rebus imminebat. Quid plura? Traditum erat: tamen communicato mecum consilio, obsedit Sanctius Episcopus ea conclauia, ad quæ translatum illud depositum viduæ cognouerat. Quod vbi non potuit auferri, receptum sub Chirographo est. Postea iterum flagitabatur ex Chirographo. Præceptum Imperator iteruerat, vt ipse per semetipsum nos conueniret. Negatum est, & exposita diuina legis auctoritate, & seruæ lectionis, & Heliodori periculo, vix tandem rationem Imperator accepit. Post etiam tentata fuerat obreptio. Sed præcuni Sanctus Episcopus, vt redderet viduæ quod acceperat. Fides interim salua est: oppressio non est formidini; quia iam res, non fides periclitatur.* hæc Ambrosius, scribens plane ista, cum adhuc pro eadem pecunia nouæ quæterentur nouo colore artes.

i *Ambros. lib. 2. c. 29.*

DEPOSITVM VIDVÆ CONTRA RESCRIPTA IMP. AMBROSIVS SERVAT.

XCIII.

AMBROSIVS RESISTIT GENTILIBVS AB ARA VICTORIÆ PETENTIBVS.

Hoc item anno Cynegium, qui vna cum Consulatu Præfecturam quoq; Prætorij administrabat, ex hac vita migrasse, auctor est Zosimus *k*, in eius q; locum Tacianum fuisse suffectum. Porro ad eundem Cynegium in eodem agente magistratu, pro schismaticis, quos putauit esse Catholicos, eiusmodi à Theodosio rescriptum datum esse legitur: extat ipsum in libello Marcellini ac Faustini schismaticorum descriptum his verbis:

k *Zosimus lib. 4.*

XCIV.

XCV.

RESCRIPTVM THEODOSII PRO EVSTORGIO ET MARCELLINO PERSECVTORIB.

Salue Cynegi charissime nobis. Etsi nulla humanis pectoribus maior, quam diuinæ legi debet esse reuerentia, nec adjici quicquam ad eandem possit, cuius ambitiosa præstantia mundi terrarumq; moderatrix omne, quod sub nobis esse voluit, fauore omnipotentis Dei propitiata custodit: tamen per Faustinum & Marcellinum plenissimos fidei Sacerdotes interpellata clementia nostra, veriti sumus, nisi per nos nihil fuisset responsum petentibus, nos videremur auertere ea, qui diuina legi, cui seruimus, contra propositum nostrum aliquid addidissent. Atq; adeo ita vtrumque moderamur, vt petitionem, quæ est oblata, veneremur, fidei autem nihil ex

nostro arbitrio optemus, vel iubeamus adiungi. Nemo vnquam tam profanæ mentis fuit, qui cum sequi Catholicos doctores deberet; quid sequendum sit, doctoribus ipse constituat. Et sane probabilis & iusta laudatio precum est, quæ animem prope seruum hæretica superstitionis, quæ contraria est fidei Catholicæ, ordinemq; complexa est. Nam & vnde orta, & quo prouecta auctore fuisset, aperuit. Quippe cum persuasu quorundam, totius seculi antiquitate mutata, acti pro fide in exilium innocentes vitam cum summa laude posuerunt. Sed circa eos non est dilata vltio, qui insidiati bonis moribus, & cœlestibus institutis paulisper ex contentione, non fide, sed factione multorum mentes detestanda insinuatione peruerterent.

XCVI. DE GREGORIO ET HERACLIDE EPISCOPIS.

Nam vsque adeo omnipotentis Dei mota patientia est, vt pœna quæ crimini si posti facta debetur, extemplo omnia ante facta sentirent. Sed ne hoc quidem facto conuerti ad præceptum Dei, flectique potuerunt. Catholicos occultis molitionibus vrgent, insequuntur, oppugnant: tanta perseuerantia erroris est, vt cum aliis diuersa obseruantia sectatoribus quotidie peccare malint, quam cum Catholicis recta sentire. In quo petentium laudanda illatio est, qui communicantes Gregorio Hispanensi, & Heraclidæ Orientali sanctis ac laudabilibus Episcopis, optant in fide Catholica sine oppugnatione alicuius ac molestia viuere, nulliq; appetentum insidiis, circumuentionibusq; pulsari: quippe quibus placeat susceptam semel fidem omni cum religione seruare. Sic itaque inuiolatum quicquid esse meruit æternum. Non conuentio aliquid, non appetitio, non fraus attendat aliena. Vtantur quo in loco voluerint propósito suo, vtantur ad Catholicam fidem amore diuino. Cynegi parens carissime & amantissime, sublimitas tua præceptum nostræ serenitatis, quo fidem Catholicam omni fauore veneramur, & sine qua salus esse non possumus, ita iubeat custodiri, vt Gregorium & Heraclidem sacra legis Antistites, cæterosq; eorum consimiles Sacerdotes, qui se pari obseruantia dederunt, ab improborum hominum atque hæreticorum tueatur & defendat iniuriis. Sciantq; cunctis id sedere animis nostris, vt cultores omnipotentis Dei, non aliud, nisi Catholicos esse credamus. hucusque rescriptum, absque dubitamen & Consule. Quidnam? fuit ne Theodosius Imperator schismaticis? minimè gentium. Attende rerum gestarum ordinem.

XCVII. FAVSTINVS ET MARCELLINVS SCHISMATICI QVID AD THEODOSIVM.

Huius namque dandi rescripti ea præcessit occasio, quod iidem presbyteri Faustinus & Marcellinus ex schismate Vrsinici inhærentes schismaticis Luciferianis aduersus Orthodoxos librum conscripsissent, quem Theodosio obtulerunt: quo lecto, idem Imperator vel ignorans ipsos fuisse schismaticos, vel quod perperam putasset reperiri fidē in schismate, cum & qui obtulerunt, in omnibus profiteretur sese Catholicæ fidei defensores, ob eamque causam plurimum vexari à Catholici, vel hæreticis Arianis: Theodosius voluit suo eosdem fouere rescripto. Facile namq; fuit ea persuadere Imperatori, vtpote homini puræ sinceræq; fidei, ac Catholicæ veritatis studioso, quam iidem Luciferiani schismatici tantopere affectabant. Res sic se habuit, donec hæc ipsa Episcopis Catholicis innotuere: qui cum quod verum esset, Theodosio significassent, omnes ipsorum conatus prorsus in itos rediderunt. Meminit horum libelli *a* Gennadius his verbis: *Scripsit*, Faustinus scilicet, *librum, quem Valentiniano & Theodosio & Arcadio Imperatoribus* (his tribus enim liber inscriptus erat) *pro defensione suorum cum Marcellino quodam presbytero obtulit. Ex quo ostenditur Luciferiano schismati consensisse: quia Hilarium Pictauiensem & Damasum Vrbis Romæ Episcopos in eodem libro culpat, quasi male consuluerint Ecclesiæ, quod prauaricatores Episcopos in communionem & Sacerdotium, pacis recuperandæ gratia, recepissent: quod Luciferianis ita displicuit recipere Episcopos, qui Arminensi Concilio Arianis communicauerant, quomodo Nouationis Apostatas pœnitentes.* hæc Gennadius.

a Genna. de Scrip. Eccl. c.16.

XCIIX. LVCIFERIANVM SCHISMA PENITVS DEFICIT.

Par est credere, ijsdem schismaticis aduersatum esse inter alios S. Ambrosium, quos fratrem Satyrum iam ante vitasse sciret, vt superius suo loco demonstratum est. Cum autē quæ duo isti presbyteri mendaciorum offundia caligine ingesserunt, à luce veritatis redarguta, manifeste cum Theodosio, tum cæteris omnibus innotuere, mox omne ipsorum consilium dissipatū, & schisma discissum penitus fuit, adeo vt posthac nulla amplius mētio reliqua fuerit Luciferianorum schismaticorum: qui vero apud eos sanioris fuere consilij, compage vnitatis ac pacis Ecclesiæ Catholicæ coniuncti sunt, vt inter alios Gregorius Bæticus, qui copulatus Ecclesiæ, charitatis sanctæ vegetatus irriguo, euasit æquè sanctissimus, vixitque posthac cōplures annos: nam anno Domini trecentesimo nonagesimo secundo, quo scripsit S. Hieronymus volumen de Scriptoribus Ecclesiasticis, de eodem Gregorio adhuc superstite agit his verbis: *Gregorius Bæticus Eliberi Episcopus vsq; ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit, & deside elegantem librū, qui hodie quoq; superesse dicitur.* hæc Hieronymus.

XCIX. GREGORII BATICI ET ALIORVM HISPANORVM SCRIPTA.

Scripsit etiam idem Gregorius librum de Trinitate, qui extat ad Gallam Placidiam titulo prænotatus. Sed adiungamus huic opportunè alios, quos eadem prouincia viris clarissimis fertilis hoc eodē tempore habuit Ecclesiasticos tractatores, vt in primis qui in eodem quoque argumento versatus est Seobadius, qui & ipse de Trinitate contra Arianos commentarium edidit, & alia opuscula, æqualis plane Gregorij: nam & de ipso tradit S. Hieronymus, in vltima senectute adhuc in humanis agere dicto anno Dñi trecentesimo nonagesimo secūdo, cum de eo atq; aliis ipse scriberet. Pacianus quoque tunc floruit Episcopus Barcinonensis castitate & eloquentia cōmendatus, cuius est inter alia lucubratio illa nobilis aduersus Nouatianos; qui in vltima & ipse senectute constitutus, sub Theodosio mortuus est ante dictum Domini annum; vt idem Hieronymus profiteatur: ad cuius filium Dexterum Præfectura Prætorij insignitum idem Hieronymus (vt dicemus) scripsit librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. Haud pridem autem, nempe adhuc superstite Valentiniano, defierat ex hac vita Aquilius Seuerus nobilis ingenij & generis homo, cuius idem S. Hieronymus in eodem commentario meminit. Hi claruerunt temporibus his in Hispania fide Catholica & eruditione spectati.

C. GALLA PLACIDIA PRO GALLA AVG.

Vt autem ad Gregorium Bæticum, à quo digressa est, oratio reuertatur: in cōmentario de Trinitate ab ipso inscripto ad Gallam Placidiam, subdubito ne nomen Placidiæ ab aliquo rerum ignaro ac pariter nominum fuerit superadditum. Siquidem Galla Placidia filia fuit Gallæ sororis Valentiniani, Iustinæ filiæ, & vxotis Theodosij, Honorij vero Imperatoris ex patre soror: Gallam autem ipsam eius matrem anno superiori Theodosio nupsisse diximus, ad quam potius existimo scriptum fuisse librum nempe ad Gallam Augustam eiusmodi eruditione maximè indigentem, quippe quæ matre Ariana genita, in Ariana hæresi ab eadem educata fuerit. Vt autem ad huius filiam tunc lactentem Gallam Placidiam Gregorius scripserit, nulla ratio persuadet, nec auctoritas suffragatur: cum præsertim ipsa (vt habet operis præfatio) dicatur ab eodem Gregorio ex persona hæreticorum illum expetisse cōmentarium, scriptis ab eisdem ad eam literis, & propositis quæstionibus. Clausisse vero diem extremum Gregorium in Ecclesia Catholica magno nomine sanctitatis, indicāt publica Ecclesiæ Catholicæ monumenta, in quibus adscriptum inter sanctos nomen eius anniuersaria celebritate recolitur *b*.

b Martyrol. Rom. die 24 Aprīl.

CI. DE CHROMATII, HELIODORI, ET HIERONYMI EPISTOLIS COMMENTICIIS.

Fertur Chromatij Episcopi Aquileiensis & Heliodori Episcopi Altinensis nomine Epistola ad S. Hieronymum scripta, qua dicitur hoc anno, simulac Theodosius Imperator Mediolanum ingressus est, conuocasse ad se omnes Italiæ Episcopos, quorum arbitrio decerneretur causa quorundam Arianorum Episcoporum: in quo Præsulum conuentu laudatus traditur ab eodem Imperatore alius Gregorius Episcopus Corinthensis, quod diebus singulis etiam ieiunij tempore illorum martyrum memoriam recoleret, quorum natalitia contigissent; deque his ipsos ad Sanctum Hieronymum dedisse litteras, quibus eum rogarent, vt Martyrologium scriberet: cui quidem Epistolæ veluti ad eam reddituæ ab eodē Hieronymo ad ipsos litteræ subijciuntur. Quæ omnia vt spuria demonstrata reiecimus, confutauimusque in nostra de Martyrologio Romano tractatione, quam Notis

CII.

id ipsum additis præfiximus; tu ipsam consule.

Ac sicut illas vt spurias iure respuimus; ita e contra merito affirmamus ipsum S. Hieronymum perbreuem sanctorum collectionē elaborasse, eamq; ad eosdem Episcopos missam toto Christiano Orbe vulgatam esse, de qua Cassiodorus hæc habet *a*: *Vitas Patrum, confessiones Fidelium & passiones martyrum legite constanter, quas inter alia in Epistola Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum destinata, proculdubio reperitis, qui per totum Orbem terrarum floruere, vt sancta imitatio vos prouocans ad cœlestia regna perducat.* hæc ipse. quæ quidem Hieronymi lucubratio nonnisi post annos quatuor dici pōt ab eo elaborata: nam cum post annos quatuor (vt dictum est) scripserit librum de Viris Illustribus, in cuius fine recensens omnia sua vsque ad illud tempus scripta, cum eius operis nullam penitus mentionē habuerit, vtique nonnisi postea opus illud elaborasse dicēdus est. Sed cum eius Epistola libello præfixa nescio quo casu amissa desierit, duas illas supposuit imprudens, ne improbus dicam, effictor.

a Cassiod. Inst. diuin. lect. c. 32.

CIII.

DE PALLADIO GALATA ET EVAGRIO PONTICO.

Hoc eodem anno, sub Consulatu videlicet Theodosij secundo, Palladius Galata (vt ipse testatur *b*) Alexandriā petit: qui tum ex iis, quæ ibi eremum Ægypti peragratus vidit, tum ab aliis audiuit, scripsit postea commentarium ad Lausum Præfectum; quam ob causam eundē librum interdum Lausiaca appellarunt, cui & titulus ille præfixus alicubi reperitur, vt Paradisus Heraclidis nominetur. Mansit hic in eremo cum Euagrio Ponticoaliquot annis (de triennio ibi confecto ipse *c* meminit) Porro Euagrij Pontici consuetudine, Origenis erroribus imbutus est. Fuit Euagrius (vt dictum est) origine Iberus citra Pontum Euxinum, quem ob id Hiperboritam appellat sanctus Hieronymus: qui à Sancto Basilio lector ordinatus, à Gregorio vero Nazianzeno Cōstantinopoli factus diaconus, Nectario relictus: inde cum diuino impulsu coactus esset recedere, Hierosolymam ad Melaniam se contulit: vbi corporis mala valetudine diu affectus, pœnitentia ante actæ vitæ ductus, ex clerico monachus redditus, in Ægyptum profectus in Nitriæ monte monasticā vitam exercuit ad decimumsextum vsq; annum, prout idem qui illi inhæsit Palladius tradit. Mirati sumus aliquem dubitare, num hic Palladius idem sit cum illo, quem fuisse natione Galatam & professione Origenistam, Sanctus Hieronymus tradit; cum idem ipse Palladius eo commentario id profiteatur his verbis *c*: *Rogasti me esse peregrinum, & de Galatiæ partibus venire, & vnum ex Euagrij fratribus esse confessus sum.* hæc ipse. Porro ambos, Palladium scilicet & Euagrium, Origenis erroribus fuisse corruptos, non obscurè eum Hieronymus, tum etiā Epiphanius affirmarunt.

b Pallad. Vit SS. Pat. c. 1.

c Pallad Vit. SS. Pat. c. 12.

d Pallad. eo. lib. c. 29.

e Pallad. c. 12.

CIV.

f Hieron. ad Cresiphon. EVAGRIVS ORIGENISTA LAVDATOR ORIGENISTARVM.

At primum de Euagrio hæc Hieronymus *f*: *Euagrius Ponticus Iberborita, qui scribit ad virgines, scribit ad monachos, scribit ad eam, cuius nomen negredimus testatur possibilia tenebras (sugillat Melaniam seniorem) edidit libros, & sententias & ἀπαθείας, quam nos impassibilitatem vel imperturbationem possumus dicere, quando vnusquisq; animus vlo perturbationis vitio commouetur; &, vt simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est. Huius libros per Origenem Græcos, &, interprete discipulo eius Rufino, Latinos plerisq; in Occidente lectitant: qui librum quoque scripsit, quasi de monachis multosq; in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuisse scribit Origenistas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet, & Eusebium, & Euthymium, & ipsum Euagrium, Origenem, & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tadium est & iuxta illud Lucretij:*

Ac veluti pueris absynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci melli flauoq; liquore:

ita ille vnum Ioannem in ipsius libri posuit principio, quem & Catholicum & sanctum fuisse non dubium est: vt per illius occasionem cæteros quos posuerat hæreticos Ecclesiæ introduceret. hæc Hieronymus ad Cresiphontem aduersus Pelagianos, quos ab eiusmodi Origenistis fluxisse docet *g*. Theophilus *h* quoque in Epistola ad Epiphanium condē monachorum Origenistarum, nempe Ammonij, Eusebij, & Euthymij meminit.

f Hieron. ad Cresiphon.

g Hieron. in prooem. ad. lib. Pelag.

h Apud S. Hier. ep. 67

Cæterum aliis quoq; scriptis idem Euagrius magnam sibi conciliauit æstimationem: quam ob causam ab eis, qui Origenistarum errores minimè exploratos habuerunt, plurimum cōmendatur, & inter alios à Sozomeno *i*. Recenset eius lucubrationes Gennadius *k*; nam præter Vitas Patrum, *scripsit*, inquit, *multa monachis necessaria, ex quibus ista sunt: Aduersus octo principalium vitiorum suggestiones, quas aut primus aduertit, aut inter primos didicit, octo ex sanctarū scripturarum testimoniis opposuit libros, ad similitudinem videlicet Domini, qui tentatori suo semper Scripturarum testimonio obuiauit; ita vt vnaquæq; species vel diaboli, vel vitiata natura suggestionem contra se haberet testimonium. Quod tamen opus eadem simplicitate, qua in Græco inuenit, ipsius in Latinum transtulit. Composuit & anachoretis simpliciter viuentibus, librum centum sententiarum per capitula digestum: & eruditu ac studioso, quinquaginta sententiarum, quem ego Latinum primus feci: nam superiorem olim translatum, quia vitiatum per tempus & confusum vidi, partim reinterpretando, partim emendando auctoris veritati restitui. Composuit & cœnobitis & synoditis doctrinam aptam vitæ communis, & ad virgines Deo sacratas libellum competentem religioni & sexui. Edidit & paucas sententias valde obscuras, & vt ipse in his ait, solis monachorum cordibus cognoscibiles, quas similiter ego Latinas edidi. Vixit longa ætate signis & prodigiis pollens.* hæc Gennadius, qui erga Pelagianos & ipse Pelagianus propensior tribuit falsus auctor Euagrio signa atque prodigia: sed hac ex parte fidelior Palladius *l* ejus in eremo socius, qui res ab eo gestas conscribens, hæc de miraculis penitus ignorauit; non enim tacuisset tantas laudes amici, quem aliunde quæritis laudandi argumentis summoperē celebrauit: idemq; ipsius lucubrationes numerauit.

i Pallad. in Laus. c. 35.

Citatur à Socrate *m* Euagrij commentarius, cui titulus præfixus erat, *Gnosticon*: item alius de Vita ascetica: sed & aliorum ab ipso editorum meminit. Sed qui indolentiam Stoicam in Ecclesiam introducere conatus est, hominēq; statim ad culmen perfectionis euehi à se posse ijdem scriptis pollicebatur, eo nomine ab aliis derisus est; nam inter alios hæc Ioannes Climax de eo: *Putauit Euagrius sapientissimum se omnium alacritate sensus fieri; sed fraudem passus, sibi mentitus est miser, insipientiumq; insipientissimus ex hoc ipso ostensus est*, &c. hæc Climax. Cæterum in omnibus sic Euagrius sectatus est Origenis errores, de quibus suo loco dicturi sumus, vt sententia Hieronymi, Epiphanij, Theophili, & aliorum eundem perspectum habentium Orthodoxorum, idem ipse Pelagianis materiam præparauerit delirandi.

CVI.

m in Socra. li. 4. c. 8.

CVII.

DE PALLADIO GALATA.

Sed & Palladius ei inhærens, eiusdem quoque morbi contagine contabuit; de quo Hieronymus aduersus Pelagianos *n* agens, hæc habet: *Palladius seruilis nequitiæ, eandem heresim instaurare conatus est, & nouam translationis Hebraicæ mihi calumniam struere: num & illius ingenio nobilitatq; inuidimus? nunc quoque mysterium iniquitatis operatur,* &c. Ob quam etiam causam S. Epiphanius eundem in Palæstina ista docentem deplorans, ait *o*: *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc misericordia Dei indiget, cauc, quia Origenis heresim prædicat & docet: ne forte aliquos de populo tibi credito ad pernersitatem sua inducat erroris.* hæc & ipse scribens ad Iohannem Hierosolymitanum Episcopum, cum idem Palladius iam desciuisset ecclesiam Nitriæ, & morbi causa (vt ipse testatur *p*) abijsset in Palæstinam; vbi aliquandiu moratus, hæreses docebat Origenis: quem cauendum Epiphanius Iohannem eius loci Episcopum quam primum admonuit. Cum vero Origenistarum nullum alium nominet, nisi Palladium: certe, etsi alij essent eadem labe conspersi; tamen non alium, quam ipsum id muneris subijsse, vt Origenis deliramenta doceret, satis apparet. Quamobrem Origenistam illum, quem Sanctam Paulam tentasse Hieronymus scribit, neminem certe præter Palladium tunc in Palæstina morantem fuisse conspicio, de quo ista in eiusdem Paulæ Epitaphio habet *q*: *Tangam ergo breuiter, quomodo hæreticorum cœnosos deuitauerit lacus, & eos instar habuerit Ethnicorum. Quidam veterator callidus, atque, vt sibi videbatur, doctus & sciolus, nec nescientē cœpit ei proponere quæstiones, & docere:*

n Hier. ep. 27. QVÆSTALADIVS CŌPAVLA.

o Apud Hier. ep. 82.

p Pallad. in Laus. c. 12.

Quid

Quid peccauit infans, vt à dæmone corripiatur? In qua ætate resurrecturi sumus? si in ipsa, qua morimur, ergo nutricibus post resurrectionem opus erit: si in altera, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexûs maris & fœminæ erit, aut non erit? Si erit, sequentur & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio: si non erit, sublata diuersitate sexûs, eadem corpora non resurgent: aggrauat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: sed tenuia erunt, & spiritualia, dicente Apostolo b: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quadam vitia & antiqua peccata in corpora esse delapsas, & pro diuersitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari, vt vel corporum sanitate gauderent & parentum diuitiis ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domos inopum venientes, pœnas priſtinorum luerent delictorum, & præsenti sæculo atq; corporibus quasi carcere clauderentur.

a Sap. 9.

b 1. Cor. 15.

CVIII.

Quod cum audisset, & ad mortem tulisset, indicans hominem; mihiq; imminuisset necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens c: Ne tradas bestiis animas confitentium tibi: &, increpa d Domine bestias calami, quæ scribentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendacium, & eleuant in excelsum os suum: conueni hominem, & orationibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione conclusi, dicens, &c. refert disputationem tunc cum eo habitam, atq; ad postremum addit: *Ex quo die ira cœpit Paula hominem detestari, & omnes, qui eiusdem dogmatis erant, vt eos voce publica hostes Domini proclamaret.* hæc Hieronymus. Sicigitur à S. Hieronymo confutatus Palladius, in ipsum stylum conuertit, atque primum hæc de Paula aduersus eundem S. Hieronymum in suo commentario ad Lausum effutijt: *Multas fœminas vidi, plurimaq;, tam viduas quam virgines nouî, inter quas Paulam Romanam, matrem Toxotij, fœminam ad genus vitæ, quod est secundum spiritum, dexterrimo ingenio: cui quidem, quo minus ei se daret, impedimento fuit Hieronymus quidam genere Dalmata, qui mulierem optima indole ad genus vitæ perfectum, cum in eo multos, ne dicam omnes, longissimo post se interuallo videretur posse relinquere, ipse inusitato motu ad suum peculiare viuendi institutum pertraxit. Eius filia nomine Eustochium in Bethlehem vitam adhuc monachalem exercet: quam quidem ego nunquam allocutus sum: cæterum fertur insigni esse pudicitia, & regere societatem virginum quinquaginta.* hæc Palladius: mansisse autem ipsum in Palæstina saltem vsque ad annum trecentesimum nonagesimum secundum, inferius dicemus ex Epistola Epiphanij ad Ioannem.

c Psal. 73.

d Psal. 67.

e Pallad. in Lausiac. c. 29 QVÆ PALLADIVS IN S. HIERONYMVM.

CIX. PALLADII MILITAT INTER CATHOLICOS

At quid postea de Palladio? Accidit quidem vt recedens è Palæstina in Bithyniam, Catholici hominis personam indueret, & inter Catholicos consuescens postea in Ioannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani se amicitiâ insinuarit. Et vnde hoc, inquies, de consuetudine cum Ioanne accepisti? ex eo potissimum, quod fuit eidem Ioanni Chrysostomo, cui quidem non cõmunione Catholica tantummodo coniunctus, sed & eidem fuit tolerantia malorum propinquus: nam quæ ob eiusdem Ioannis defensionem passus est, his verbis ipse declarat f: *De Palæstina autem ad prouinciam Bithyniam veni: in qua nescio quo modo, vtrum studio hominum, an voluntate diuina (hoc Deus nouit) Episcopus vltra meritum meum factus sum. In quo tempestatis illius, quæ sub Sancto Ioanne commota est, interfui malis & per decem menses in obscurissima cellula occultatus, capi illius sancti dicta remansi, &c.* Quo etiam tempore, cum vigeret vehementior in eundem Chrysostomum persecutio, ex Oriente recedens, Romam se cõtulit ad Innocentium, à quo vna cum aliis exceptus est. Et vnde hæc dicit: Testatur id ipse, cum de Piniano atq; eius coniuge Melania Iunore, à quibus exceptus in Vibe fuit, sermonem habens, hæc ait g: *Nemobis quidem certe, cum plurimi simul essemus, qui Romam propter beatum Episcopum Ioannem perrexeramus, exigua præstiterunt, sed dum in illa partib. degeremus, officiosissimo nos susceperunt hospitio, largissimisq; sumptibus, cum inde proficisceremur, honorauerunt.* hæc ipse.

f Pallad. eo. lib. c 21.

g Pallad. in Lausiac. c. 59.

CX. PALLADII ROMAM ADVENTVS h Extant

Quando aût id acciderit, expressum habes in dialogo de reb. eiusdem S. Ioannis his verbis h: *Vix mensis effluxerat, cum Palladius quoque Episcopus Helenopoleos (est enim Helenopolis ciuitas in Bithynia, de qua superius) absque litteris venit, qui & ipse fugisse dicebat vesanam Principum: expressius autem atque ipsa magnitudo enarrauit omnia, ipsumq; exemplar edicti protulit, &c.* licet hunc, de quo agimus, Palladium diuersum ab illo esse oporteat, qui in eo dialogo interloquitur: etenim tunc primum Romam se venisse dicit, cum sub Zosimo Papa pro pace Ecclesiarum ea functus est legatione. Sed quid tandem? ipsum foris pro tẽpore mutasse personam potius, quam animum impietate refertum, non leue argumentũ est, quod eo libro, quem posteas turbas cõscriptum ab eo constat (nam in eo meminit de Melaniæ obitu, qui contigit post Vrbis Romæ excidium) Origenistas complures laudauit, ipsumque Euagrium Origenis erroribus infamatum ad cœlum euexit. Intelligis ex his, lector, satis periculosas hoc tempore hæreses excitari, quarum studiosos eadem Origenis haurire atque aliis propinare venena eo magis pernitiosa, quo ijdem viri magnæ doctrinæ & sanctitatis nomine celeberrimi haberentur. Quis doctrina æqualis Didymo, qui primus Origenem suum nondum expiatum sordibus Alexandriæ tanquam idolum erexit? cui thus incauti adoleuere Melania senior atque Ruffinus, Euagrius atq; Palladius, necnon nominati superius anachoretæ: quibus postea inhærens Pelagius & ipse monachus, maiore accessione impietatis nouæ hæresis auctor factus, non amplius inter gregales militauit Origenistas, sed ipse sibi nomen conciliauit hæretiarchæ, de quo suo loco pluribus atque sæpius agendum erit. Vide, quam periculosum sit extra veram Catholicæ puritatis effertæ pedem, licet quis magnorum virorũ tuta se putet sequi vestigia: sed illud tutum, antiquum Ecclesiæ seruate depositum, traditionibusq; inhærere, nouantiumque omnes voces, tanquam serpentum sibilos & terrificos luporum vlulatus horrescere. *Erant enim* (inquit Vincentius i) *horum omnium verba illa fastu & arrogantia plena: Nobis auctoribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate, quæ tenebatis, tenete, quæ damnabatis, reijcite antiquam fidem, paterna instituta, maiorum deposita; & recipite.* nostra videlicet. *quanam illa tandem? horreo dicere: sunt enim tam superba, vt mihi non modo affirmari, sed ne reseli quidem sine aliquo piaculo posse videantur.* sed de his suo loco dicendum.

EX ORIGENISTIS PELAGIANI.

i Vincent. Lirin. cont. hæres. c. 14.

IESV CHRISTI
Annus 389.

SIRICI PAP. Annus 5. VALENTIN. 14. THEODOSII II. IMPP.

TIMASIO atq; Promoto Consulibus aperitur annus Domini trecentesimus octogesimus nonus, quo S. Augustinus cum hiemasset Romæ, expectata opportuna tunc nauigatione, ad Ostia Tiberina descendens, inde soluturus in Africam, retardatur sanctæ matris ægritudine: qua defuncta, persolutis eidem postremis pietatis officiis, vna cum sociis in Africam nauigauit. Id quidem in primis hoc anno contigisse, ipsius Augustini testificatione monstratur, dum aduersus literas Petiliani k agens affirmat, se post necem illatam Maximo tyranno in Africam remeasse. Cum vero constet ex his, quæ dicta sunt, Maximi interitum contigisse anno superiori, sexto Kalendas Septembris, S. Monicæ vero obitus certus habeatur ex die natali ipsius in Eccles. fastis tabulis annotatus quarto Maij: vtiq; non ante præsentem annum Augustini reditus in Africam potuit contigisse. hæc de tempore. Quod vero ad sanctissimæ fœminæ ex hac vita locum migrationis spectat: decuit planè ipsam iam voti cõpotem factam, de tanta victoria parta, in cœlis cum Angelis, quibus est gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente, perenni gloria triumphare, & ad Romanum litus potius, quã in Africa relinquere sacras carnis

I. S. AVG. REDITVS IN AFRICAM

k Aug. ep. lib. 3. c. 25.

exuuias, quas Romam delatas, Romana Ecclesia dignis prosequeretur honoribus, & cum Vrbe Orbis religioso veneraretur affectu. At quid Augustinus de matris felicissimo ad Deum transitu?

II. a *Aug. Conf. li. 9. c. 8.* b *Aug. ibi. c. 10.*

Cum, inquit a, apud Ostia Tiberina essemus, mater defuncta est. Multa praetereo, quia multum festino. post enarratam vero compendio eius vitam, haec subdit b: *Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura (quem diem tu Domine noueras, ignorantibus nobis) prouenerat, vt credo, procurante te occultis tuis modis, vt ego & ipsa soli staremus incumbentes ad quandam fenestram, vnde hortus intra domum, quae nos habebat, prospectabatur: illic apud Ostia Tiberina, vbi remoti à turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos nauigationi: colloquebamur ergo soli valde dulciter, & praeterita obliuiscentes, in ea, quae ante sunt, extenti c. quaerebamus inter nos apud praesentem veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit* d, &c. & post multa de vita illa mutuo colloquio disputata: *Fili, inquit illa, quantum ad me attinet nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, & cur hic sim, nescio, iam consumpta spe huius saeculi. Vnum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, vt te Christianum Catholicum viderem, priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus praestitit, vt te, etiam contempta felicitate terrena, seruum eius videam. Quid hic facio? Ad haec ei quid responderim, non satis recolo.*

c *Philip. 3.* d *1. Cor. 2.*

III. OBITVS S. MONICÆ.

Cum interea vix intra quinque dies, aut non multo amplius, decubuit febribus: & cum aegrotaret, quodam die defectum animae passa est, & paululum subtracta a praesentibus. Nos concurrimus: sed cito reddita est sensui, & aspexit astantes me & fratrem meum, & ait nobis, quaesi quaerentis similia: Vbi eram? Deinde nos intuens moerore attonitos: Ponetis hic, inquit, matrem vestram? Ego silebam, & fletum frenabam: frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria desinere tanquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio tenebrarum eum oculis, quod talia saperet, atque inde me intuens: Vide, ait, quid dicit. Et mox ambobus: Ponite, inquit, hoc corpus vbicunque, nisi vos eius cura conturbet: tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei, vbi fueritis.

IV.

Attende, lector, quid optet sanctissima foemina: non aliud vtique, quam quod sciret in Ecclesia factitari à piis viris: nimirum, vt sacris Missarum sacrificiis Sacerdotes, & alij, qui ijsdem interessent, pro animarum defunctorũ salute Deo preces offerrent. Sed post nonnulla: Illos, inquit, stipendijs virtutem foemina, quam tu dederas ei, quaerentibus, vtrumnam formidaret tam longe à sua ciuitate corpus relinquere: Nihil inquit, longe est Deo, nec, timendum est, ne ille non agnoscat in fine saeculi, vnde me resuscitet. Ergo die nono aegritudinis suae, quinquagesimo & sexto anno aetatis suae, trigesimo & tertio [e] *quinto aetatis meae, animae illa religiosa & pia corpore soluta est,* quarto Nonas Maij.

V. e *Aug. ibi. c. 12.*

Peregit Augustinus sanctissimae matris funus, more (vt ait e) Christianorum, quo inter alia consuevit, antequam corpus conderetur sepulchro, pro anima offerri sacrificium, quod dicebatur pro delictis defuncti, scilicet ne anima detineri posset à contrarijs potestatibus. Nam idem Augustinus memoria repetens extrema illa verba, quibus in altare Deo commendari ipsa voluerat, ait f: *Nam & illa imminente die resolutionis suae, non cogitauit suum corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum conquirit, aut curauit sepulchrum patrium: non ista mandauit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei praetermissione seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam qua deletum est* g *Chirographum, quod erat contrarium nobis, qua triumphatur est hostis computans delicta nostra, & quaerens, quae obijciat, & nihil inueniens in illo, in quo vincimus. Quis ei effundet innocentem sanguinem? quis ei reddet pretium, quo nocuerit, vt nos auferat ei? Ad cuius pretij nostri Sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo à protectione tua diripiat eam. Non se interponat nec vi, nec insidijs leo & draco. Neq, enim respondebit illa, nihil se debere, ne conuincatur & obtineatur ab accusatore calliduo: sed respondebit, dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet, quod pro nobis non debens reddidit.* haec Augustinus, plane insinuans, quid praetenderet Ecclesia agere, cum pro defuncti anima, corpore nondum tumulato, sacrificium Deo inferuentem offerret; nempe, ne anima illa ab aduersarijs potestatibus impediretur, quo minus ad Deum libera ascenderet: alludens prorsus ad eas, quae praemittebatur, vt hodie, in sacrificio ab Ecclesia preces: *Domine Iesu Christe Rex gloriae, libera animas omnium Fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum, de penis inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer S. Michael representet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahae promisisti & semini eius.*

MISSARVM PRO DEFVNCTIS ANTIQVI RITVS.

Porro etsi hae preces generatim omnes complecti videantur Fideles defunctos; tamen priuatim pro illa anima dicebãtur, quae tunc decesserat, prout antiquiores Missales libri demonstrant, in quibus sic legitur: *Libera Domine animam N. & animas omnium Fidelium, &c.* sicut cum postea inter sacra recolitur defunctorum memoria illis verbis: *Memento Domine N. & famulorum, famularumq, tuarum, &c.* in alijs vero libris legantur interlineares variae lectiones numero singulari expressae quib. significaretur, eadem preces, pro occasione, singulari vel plurali numero proferendas. Sic igitur S. Monica id expostcebat à suis, quod & S. Augustinus à fratribus tum illi, tum patri suo impertiri rogabat: nam subdit h: *Inspira Domine Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filijs tuis Dominis meis, quibus & voce & corde & litteris servio, vt quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum Monicae famulae tuae cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, &c.* Haec singula ad insinuandos antiquos Ecclesiae mores in hodiernum perseuerantes recensuisse voluimus: quorum demonstrato exemplo, dubitantium resolui possint ambages, vt curiositas inquieta quiescat, & delirium curatis nouantium haereticorum.

VI.

h *Aug. Conf. li. 9. c. vlt.*

Sed persolutis S. Monicae religiosis pietatis officiis, Augustinum redeuntem in Africam comitemur. Soluens è Portu Romano, secunda nauigatione Carthaginem appulit, ibiq; susceptus hospitio apud illustrem virum Innocentium Exaduocatum Vicariae Praefecturae valde aegrotantem. Quid autem tunc ibi mirandum acciderit, idem Augustinus rem exacte describens narrat his verbis i: *Venientes de Transmarinis me & fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos, sed iam Deo seruientes, vt erat cum tota domo sua religiosissimus, ipse susceperat & apud eum tunc habitabamus. Curabatur à medicis propter fistulas, quas numerosas atq, perplexas habuit in posteriore atq, ima corporis parte. Iam secuerant eum, & artis sua cetera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa & diuturnos & acerbos dolores: sed vnus inter multos finem fecellerat medicos, atq, ita latuerat, vt cum non tangerent, quem ferro aperire deberent. Denique sanatis omnibus, quae aperta curabant, ipse remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quae moras ille suspectas habens, imitemq, formidans, ne iterum secarctur, quod ei praeciserat alius medicus domesticus eius, quem non admiserant illi, vt saltem videret, cum primum sectus est, quo modo ille faceret, iratusq, illum domo abiecerat, vixq, receperat, erupit, atq, ait: Iterum me secturus es? Ad illius, quem noluisti esse praesentem, verba venturus sum? Irridere illi medicum imperitum, metumq, hominis boni verbis promissionibusq, lenire.*

VII. S. AVGVSTINI IN AFRICAM REDITVS.

i *Aug. de Cuest. Dul. li. 2. c. 6.*

Praeterierunt & alij dies plurimi, nihilq, proficiebat omne, quod fiebat. Medici tamen in sua pollicitatione perstabant, non se illum finem ferro, sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerunt & alium grandaeuum iam medicum, satisq, in illa arte laudatum (adhuc enim viuebat) Ammonium dico: qui loco inspecto, idem quod illi, ex eorum diligentia peritiaq, promisit: cutus tibi saltus anfractuositate securus, domestico suo medico, qui futurum praedixerat aliam sectionem, facetа hilaritate, velut iam saluus, illusit. Quid plura? postea tot dies inaniter consumpti transierunt, vt fessi atque confusi fatcrentur, eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expauit, expalluit animo timore turbatus: atque vbi se collegit fariq, potuit, abire illos iussit, & ad se amplius non accedere: nec aliud occepit fatigato lachrymis & illa iam necessitate constricto, nisi vt adhiberet Alexandrinum quendam, qui tunc chirurgus mirabilis habebatur, vt ipse faceret, quod ab illis fieri nolebat ira tus. Sed postquam venit ille, laboremq, illorum in cicatricibus sicut artifex vidit, boni viri sumitus officio, persuasit homini, vt illis potius, qui iu eo

VIII. INNOCENTIS P. C. HOSPITIS AVGVSTINI ANGVOR.

tantum

tantum laboraverant, quantum ipse insciens mirabatur; curationis suæ sine fructu erant; adijciens, quod re vera nisi fictus esset, fieri aliter non posset: sed valde abhorrere à suis moribus, vt hominibus, quorum artificiosissimam operam, industriam, diligentiam admiratus in cicatricibus eius videret, propter exiguum, quod remansit, palmam tanti laboris auferret. Redditis sunt animo eius, & placuit, vt eodem Alexandrino assistente, ipsi sinum illum fœdo, quo tam consensa omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Quæ res dilata in consequentem diem.

IX. *Sed cum abissent illi, ex mœrore nimio Domini tantus est in domo illa exortus dolor, vt tanquam funeris planctus vix comprimeretur à nobis. Visitabant eum quotidie sancti viri, Episcopus, tunc Valentiæ beatæ memoriæ Saturninus, & presbyter Gelosius, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiæ, in quibus erat & ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam Episcopus, non honore à nobis debito nominandus, Aurelius; cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re sæpe collocuti sumus; eumq; valde meminisse, quod commemoramus, inuenimus. Qui cum eum, sicut solebant, vesperè visitarent; rogauit eos miserabilibus lachrymis, vt mane digniarentur esse præsentes suo funeri potius, quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus inuaserat pœnis, vt se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi, & hortati, vt in Deo fideret, eiusq; voluntatem viriliter ferret.*

INNOCENTII CVRATIO DIVINITVS FACTA.

Inde ad orationem ingressi sumus. Vbi nobis ex more genua figentibus, atque incumbentibus terræ, ille se ita proiecit, tanquam fuisset aliquo impellente grauiter prostratus, & capit orare, quibus modis, quo affectu, quo modo animi, quo fluuio lachrymarū, quibus gemitibus atq; singultibus succutiendo. omnia membra eius, & pene interludentibus spiritum, quis ullo explicet verbo? Vtrum orarent alij, nec in hac eorum auerteretur intentio, nesciebam. Ego tamen prorsus orare non poteram: hoc tantummodo breuiter in corde meo dixi: Domine, quas tuorum preces exaudis, si has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi iam posse, nisi vt expiraret orando. Surreximus itaque, & accepta ab Episcopo benedictione discessimus, rogante illo, vt mane adessemus, illum, vt æquo animo esset hortantibus, illuxit dies, qui metuebatur: aderant serui Dei, sicut se affuturos esse promiserant. Ingressi sunt medici: parantur omnia, quæ horam illa poscebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis, suspensisq; omnibus. Eis autem, quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius consolando, exigentibus, ad manus secturi membra in lectulo componuntur: soluuntur nodi ligamentorum, mutatur locus, inspicit medicus, & secundum illum sinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitis, contrectat: tentat denique modis omnibus, inuenit firmissimam cicatricem. Iam illa lætitia & laus atque gratiarum actio misericordi & omnipotenti Deo, qua fusa est ore omnium lachrymantibus gaudiis, non est cōmittenda meis verbis; cogitetur potius, quam ducatur. hactenus Augustinus de his, quæ domi hospitis sui Carthagine vidit. subdit & de aliis itidem Carthagine editis miraculis: sed nos reliqua eius acta prosequamur.

X. *Rediens vna cum sociis Alipio & Euodio in patriam, quem eo dixerant a vitæ statum, cum adhuc in Italia esset, exercere cœperunt. Secedentes enim rus, ibidem triennio b permansere; & quibus exercitiis ait Possidius: Ase tam alienatis curis secularibus cum ijs, qui eidem adhærebant Deo vinebat, iejunijs, orationibus, bonisq; operibus, in lege Domini meditans die ac nocte. Et de iis, quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reuelabat, & præsentes & absentes sermonibus ac libris docebat.* porro toto illo triennio laicus Deo seruiuit. Quo tempore, hoc, inquam, ipso anno, librum scripsit de Magistro, nempe sequenti anno à suscepto baptismo, cum tam Adeodatus puer sexdecim esset annorū, qui tempore baptismi, quem suscepit anno superiori, agebat (vt ipse ait c) annum decimum quintum; quem eodē fermè tempore ex hac vita discessisse tradit. Scripsit etiā tunc duos libros contra Manichæos de Genesi: absoluit & libros de Musica: addidit etiam commentarium de Vera religione aduersus Manichæos. hæc, inquam, omnia edidit, antequam presbyter fieret, ipso triennio compotationis in eremo, reliqua de ipso inferius suo tempore.

a *Aug. Conf. li. 9 c. 8.* AVGVST. TRIENNALIS CONVERSATIO. b *Possid. in Vita S. Aug. c. 3.*

c *Aug. Conf. li. 9 c. 6.*

XI. Hoc idem anno, ipso mense Maij, nona die, Sanctus Gregor. Nazianzenus, cognomento Theologus, migratus in cœlum, feliciter diem clausit extremum: quod quidem ex S. Hieronymo ita deducimus: agens enim ipse in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis de eodem Gregorio, hæc de tempore obitus habet: *Decessit*, inquit, *ante ferme triennium sub Theodosio Principe.* hæc cum ipse dicat, constetq; eum cōmentarium ab eo scriptum anno eiusdem Imperatoris decimoquarto (testatur id enim ipse in fine) planè asserendum est, vndecimo eiusdem Theodosij anno, hoc ipso nimirum, eum ex hac vita discessisse. Ex his igitur adeo exploratis, erroris redarguitur Prosperi Chronicon, in quo eiusdem Gregorij obitus recensetur anno tertio ipsius Theodosij Augusti sub Consulatu Eucharij atq; Syagrij: ille enim non est obitus annus, sed quo ipse in Synodo Constantinopolitana abdicans se, in patriam rediit; quem plures post annos fuisse superstitem quæ dicta de eo sunt, manifestè declarant. Sed nec subsistere ex ijsdem probatur, quod tradit Suidas, eundem Gregorium diem obijsse anno eiusdem Imperatoris decimotertio, suæ vero ipsius ætatis nonagesimo: secundum enim eiusmodi ætatis eius annorum numerum, dicendum esset, ipsum eo tempore, quo Athenis erat, cum & Iulianus Apostata ibidem versaretur, iam expleße annum ætatis quinquagesimum quintum: cum tamen ipse de se scribat Gregorius (vt dictum est) trigesimum tantum tunc ætatis annum egisse, cum post discessionē Basilij, ipse, qui remanserat, publicè profiteretur. Quamobrem secundum initam à nobis superius eiusdem natalis temporis rationem, qua diximus natum esse anno ante Nicænum Concilium, Domini vero trecentesimo vigesimo quarto: vtiq; affirmandum erit, eum defunctum esse anno ætatis suæ sexagesimo quinto. Sed iam quæ eius obitum præcesserunt ætumnæ ex corporis infirmitate, hic describamus.

OBITVS S. GREG. NAZIANZENI

Fuisse quidem ipsum robusto corpore, verum assiduis ægritudinibus atq; molestiis fractum hebetatumq; ipse testatur. & vt omittam præterita, iam à tempore, quo recedēs Constantinopoli Nazianzenū reuersus est, & Ariāzi ruri paterno degut, assiduis fermè morbis vexatus est, ea enim de causa vidimus se excusasse, quo minus ad nouum veniret Concilium Constantinopolitanum. Quinetiam scribens ad V. C. Anysium *d*, quod Olympiadis nuptiis, ad quas complures vocati essent Episcopi, minimè cōuenisset, prodagræ morbo se laborasse significat, adeo vt gestari ab aliis opus esset. Quantum aūt eiusmodi excruciatus fuerit morbo, ipse carminib. sæpe deplorat potius, quam decantat. Cum igitur ita morbo affectus detineretur in lectulo, ætumnis tum animæ, tum corporis afflictatus, cygneis se carminibus solabatur: complures n. diuersiq; generis extant versus, quos senex decumbēs in strato scribebat: adhuc extant ipsi, quibus indicat se non morbo tantum vexatum corporis, memoriaq; præteritorum malorum assiduè cruciatum, sed diris à diabolo impugnatum esse tentationibus.

XII. STATVS GREG. NAZIANZENI IN SENECTVTE.

d Greg. Naz. ep. 57.

At quibus nam? dices. eiusmodi certè, quæ vix credibiles cuiquam fierent, nisi ipse earum haberetur assertor, qui eius rei causa lugubres fæ è cecinit threnos, quos soluta oratione hic reddemus. Cum enim inuehitur in carnem suam, hæc inter alia habet *e*: *Non improbitati tandem tuæ impudentiæq; finem impones? non spiritui ac senectuti iam canæ stulta misereaq; te subiunctes?* & paulo post: *Quocirca verere me tandem, ac libidinem istam, petulantiamq; compesce; nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare: alioqui testor, fore, vt te acerrimè oppugnem, omniq; dolorem genere frangam, atque cadauere imbecillorem te reddam.* at quibus remediis eandem insultantem cōtercere soleret, mox subdit: *Venite iam, & quidem magna curia, scelerum expiatrices lachrymæ: veni laboriosum tam mentis, quam corporis peruigilium, vt flamma mea ardorem minuatis, fœtidamq; vitiorum putredinē abstergatis: venter sacietatem ableget: genua huius flexa obrigescant, cinisq; cibi loco sit: asperrimus saccus mollia membra vndiq; tegat, vexataq; anima suppetias ferat. Veni tristis cura carnis domatrix, futura supplicia mihi semper ob oculos ponens. Atq; hæc quidem solidatis mea, precordiaq; medicamenta ipse adhibebo,* &c. At ne putes ipsum hæc poetice fingere; audi, quid

XIII.

e Greg. Naz. in carm. aduers. carnem. GREGOR. SENEX VEXATVS STIMVLIS CARNIS FORTITER PVGNAT.

alibi dicat, cum deplorat ærumnas animæ suæ a: *Ego, inquit, in hac caniciæ corpus lanio, oculos premo, diurnis nocturnisq; curis terit miseram animam confico, vt eam flammam extrahant: nec sic quidem tamen, nisi admodum ægre corpus in potestate teneo.* & post multa, demum cum nullum satis idoneum atque sufficiens expertum se dicat esse remedium ad carnis tentationes edomandas, ad Deum conuersus ista precatur: *Senectutem, quæso, meam, optime Deus, canumq; hoc caput serua, vitæq; finem optatum concede.* conqueritur idem alibi b, cogi se experiri in senectute, quę iuuenis nullo negotio sibi visus fuerat superasse: quippe quod pro mŏstro videbatur magna demonũ incendia sensisse, vt qui illibatam à pueritia virginitatem custodierat, iam senex tentationis carnis facibus incenderetur ardentibus.

XIV. Quod rursum ad hanc rem pertinet (per libenter n. in his vagatur oratio) accidit aliquando, vt dum sic cruci degeret, arte dæmonum, in villa sibi propinqua Valentinianus quidam nobilis loci dominos lasciuientes secum haberet fœminas ob oculos Gregorij positas: cum ipse sibi timens, loco cessit, recedensq; ad ipsum Valentinianum Epistolam scripsit, in qua hæc inter alia c: *Multo melius erat, tabula publice proposita (proscriptionis scilicet) nobis secessionem inducere, quam per mulieres, quas è regione nostri collocasti, vitæ grauitatem & sanctitatẽ intercidere, ac quotidianum dedecus & maledicentiam adiungens ab iis proficiscente, qui libenter faciunt, vt ita, qui ita sibi viuendum proposuerunt, vi nos vincunt, obtrectent. At nisi hoc dicũ audax sit, nos quoq; per Euam è Paradiso expulsi.* hæc & alia Gregorius inde alio migrans. Transiluit enim vt cernuus sæpe ex infirmis pedibus, quod in fuga tantum in eiusmodi bello sciret repositam esse salutem, atq; victoriam collocatam.

XV. Vix credi potest, quanto ipse studio in senectute, infirmus corpore, exercuerit monasticam disciplinam, quantave seueritate cohibuerit tum corporis, tum animæ sensus extra lineam spiritus, vel quid modicum deflectentes: discimus n. ex vno hæc omnia, quod ipse narrat his verbis d: *Nunc vero & morbo afflictus & senectute fractus ac debilitatus in aliam calamitatem incidi; indomitam linguã, præcipitq; loquendi celeritate volubilem habens, quæ me inuidi hostis nec manibus semper tradidit, innumeris q; incommodis affecit.* &c. solet n. eiusmodi vitium in senibus vitescere. At quanam hoc coercuit disciplina? perpetuo quadraginta dierum silentio; quo absoluto, cecinit illud carmen, sicco Christum compellans: *Tibi linguam meam demiscui, & eam nunc solue: quod virtuum, vt pie faciam, te supplex rogo & obsecro. Loquar, quæ loqui conuenit: quæ autem mihi est loqui, ne animo quidem & cogitatione complectar.* hæc ipse.

XVI. At nec ob id, quod ita loquerit ciuitates & conflictantes Episcopus, carere persecutionibus potuit, illatis illis quidem ab hypocritis vitæ monasticæ professoribus, qui cum cernerent in Gregorium magni nominis virum omnium conuerti oculos, ipsumque præ cæteris ab omnibus celebrari laudibus: infenso id animo ferentes, ipsum carpere, & iacere contumelias cœperunt, quod scilicet rure ageret, non in silvis, incongruamq; monacho vitam duceret. Porro scripsit e in eiusmodi monachos hypocritas ipse Gregorius carmen, quo in vnum ex eis petulantiorem ait: *Nuper quidam stultus, delicijs, q; traditus diues, atque insolens delicias mihi vitæ, mollitiem obtrectabat, cum alia multa dicens tum etiam illud, me diuitem & copiosum esse, vt qui & hortum, & otium, & mediocrem fontem habeam.* conuertensq; in eos orationem, iure ipsos redarguit eorundem, quorum alios reprehendet, amplissimorum q; prædiorum possessionem & delicias carnis obiectans, mox subdit: *Nos contra si fontem, vel hortulum vel exiguam auram, vel umbrosum quoddam nemusculum, res vtiq; lenissimas possideamus, protinus id delicias interpretantur. Quid? an ne respirare quidem Christianis licet?* &c.

XVII. Quo summam vero progressa est Pseudomonachorum impietas? eousq; sane, vt (quod horrendum est dictu) ad altare Dei sacrificantẽ Gregorium lapidibus appetierint; occidissent q;, nisi diuina fultus gratia, immane periculum euasisset. meminit ipse de eiusmodi more latronum facta grassatione in Epistola ad Theodorum Episcopum Tyanensem in eosdem monachos scelus vindicare paratum, cum ab infligendis in eos pœnis reuocare conatur, ita scribens f.

Audio te cõtumelias ea, quas monachi ac pauperes nobis intulerunt, graviter, molesteq; ferre. Nec vero mirũ est, te, qui nullum adhuc vulnus accepisti, nec calamitatis nostrarum periculum fecisti, ad hũiusmodi res animo discrutiari: Nos autem, vt qui & plura mala perspexerimus, & contumelijs impetiti simus, fidem atq; auctoritatẽ merito nancisci queamus, ea pietatis tuæ præcipientes, quæ cum caniciem docet, tum ratio ipsa demonstrat. Grauia quidẽ atq; adeo grauissima sunt ea, quæ contigerunt: quis inficias ire queat? numerum & contumeliã altaris, illatam esse, & cõturbata mysteria, & nos inter sacra, quibus opera dabatur & eos, qui saxis nos appetebant, interfectos, aduersus lapidum ictus medicinam à precibus petisse, virginum pudorem in oblivionem venisse, monachorum modestiã pauperum calamitatẽ, quos animorum austeritas misericordia quoq; priuauerat. Nihilominus tamen lenitate atq; clementia vti fortasse satius est, multũq; per ea, quæ perpetimur, lenitatis ac patientiæ documentum præbere. Plerig; enim sunt, quos non tam oratio mouet, quam actio, quæ taciti cuiusdam monitoris instar est.

Magnum esse censemus, de iis, à quibus læsi sumus, pœnam sumpsisse: magnum, inquam; nam & hoc ad aliorum vitia corrigenda vtile est: At multo hoc maius & diuinius est, acceptam iniuriam tolerare: illud enim improbitatem coercet, hoc autem ad probitatem adducit; quod quidem longe præstantius ac perfectius est, quam à vitio abstinere. Ingentem nobis humanitatis quæstum proposuisse existimemus, si ea, quæ in nos admissa sunt, condonemus, vt ipsi quoq; veniam consequamur, &c. pluribus docet præstare zelo mansuetudinem. Hic vero illud obiter attigisse fas erit: Gregorium hæc scribentem ad Theodorum Episcopum Tyanensem, & alias plures Epistolas ad eundẽ dantem, calumniam passum à posteris, qui asserunt scripsisse literas ad Theodorum Mopsuestenum hæreticum, sed cum mille modis redargui possit calumniantium vel dolus, vel imperitia: satis illud tibi, Iustinianum Imp. in edita à se de fide Catholica sanctione g ipsum ab hac calumnia liberasse.

His igitur Gregorius tam præclaris auctus in senectute coronis, locupletatus meritis, viatico immortalitatis accepto, felicite migrauit in cœlum: cuius transitus non mortis, sed natalis titulo, quolibet anno in Ecclesia repetendus, publicis monumẽtis adscriptus, hactenus viuenti obseruantia celebratur. Eius vero venerandam effigiem in Græco codice Vaticano h ita descriptam inuenimus: *Statura mediocri erat, pallidus aliquantulum, non tamen citra venustatem, depresso naso, supercilijs in rectum protensis, aspectu blando & suauis; altero oculo, nempe dextero, subtristia, quem cicatrix quædam contrahebat, barba non promissa, sed densa, eaq; in extremo quasi fumo infuscata: qua parte caluus non erat (nam subcaluus erat) albos crines habebat, atque conspicuos.* hæc ibi, & quidem cõsentientia ijs, quæ ab ipso delineata leguntur, nimirum de pallore i & macie, oculi cicatrice k, atq; calvitie l. Tanto autem rum viuens, tum etiam post mortem nominis splendore effulsit & gloria, vt tam Græcorum, quam Latinorum præconiis celebretur: quem & reuerentiæ sint & laudanerint etiam Ecclesiæ hostes, vt inter alios Eustorgius, qui Basilio atque Apollinari Gregorium præferet.

Repræsentauit eum quasi viuentem post mortem venerãda ipsius imago non picta tantum, sed & sculptura reddita; quæ in Ecclesia collocata, magna Fidelium veneratione frequentata cultaq; piè fuit; ex qua & miracula diuinitus edita prodiere, vt inter alia illud sub Michaele Balbo Imperatore, cum Constantinus filius Leonis Armeni Augusti ex violenta abscissione metus redditus, eius imaginis opera, sed virtute prototypi regnantis in cœlo, recepit loquelam. quo modo res se habuerit, Cedrenus m narrat; sed nos de his seruato ordine temporum suo loco agemus. At reddamus hic epigramma, seu potius vitæ ipsius epitomen continens. Epitaphium ab ipsomet versibus inter graues vitæ molestias decentatum: est vero eiusmodi n:

Cur carnis laqueis tu me, pater, implicuisti?
Cur sic hosti vita huic, quæ mihi bella mouet?

a Greg. Naz. in carm. de calamit. animæ suæ.

b Greg. Naz. in carm. de rebus suis.

GREGORII SENEX VITAT ASPECTVM FOEMINARVM (Greg. Naz. ep. 96.

c Greg. Naz. ep. 96.

XV. LOQVACE IN SENECTVTE LINGVAM COERCET.

GREG. d Greg. carmen quadrag.

XVI. MONACHI HYPOCRITÆ ADVERSANTVR GREGORIO.

e Greg. Naz. car. in monach. hypo.

f Greg. Naz. ep. 8. edit. nouæ.

XVIII. GREG. SAPIDITVS IMPETITVS PROLAPIDANTIBVS IN TERRA CADIT.

XIX.

g Extat in 2. Conc. nouæ edit.

XX. GREG. EPISTOLAS.

h Cod. Graec. nr. 349.

i Greg. Naz. ex. in Mac. k Greg. in carm. de rebus suis. l Greg. orat. ad Arian.

XXI.

m Cedr. in Mich. Balb. n Greg. Naz. in Epitaph. & Ipse. Vita sua.

GREGORII EPITAPHIVM.

Diuino patre sum genitus, sanctaq; parente:
Hac vitæ lux vita mihi, precante data est:
Orauit summoq; Deo me vouit at ortus
Est mihi per somnum virginitatis amor.
Ista quidem Christo post at subiere procellæ:
Rapta mihi bona sunt, fraudat dolore caro.
Passores sensi quales vix crederet vllus,
Orbatus, abij prole, malisq; grauis:
Gregorij hæc vita est, at Christo postera cura,
Qui vitæ dator est. Exprimat ista lapis.

sed exigua sunt hæc: siquidem res ab eo præclare gestæ vna cum nomine ipsius non solum in cœlo sunt scriptæ, sed & plurimis in terra legantur ex scul pæ columnis, sicque viuit post obitum vbique beatus: nam eius animam Christus, scripta possidet Ecclesia, & corpus Romatandem accipiens nobilissimo condidit tumulo in basilica Vaticana. Celebrantur ore omnium S. Patrum eius præconia, quem & Cassiodorus eiusmodi exornat elogio: *Gregorius splendidissimum scientiæ & doctrinæ iubar: qui & cum tam olim vita sanctus sit, etiam nunc tamen auctoritate & fide viuit: & cum iam olim corpore absit ab Ecclesiis, tamen voce ac magisterio non recedit.* ita quidem, cum sit frequenter audite è suggestu loquentem Gregorium hæreticos sermonibus infectantem, roborantemq; fidem Catholicam, sui prærogatiua fuff agii controuersias dirimentem, definientem insuper dubia atq; pronunciantem, quæ cateat appellatione, sententiam.

XXII. TESTAMENTO S. GREGOR. NAZ.

Cum hucusque in prima editione res Gregorii Nazianzeni produxerimus, prætermisimus, quod plane ignorabamus, ab eo conditum testamentum. Quis enim illud extare, vel rationem aliquam ipsius habendam esse putasset, quod tot rerum atque scriptorum eiusdem Gregorii accuratissimos explorato res prætertisset, vel si nouerunt, tamen visi sunt penitus tanquam commenticium contempsisse? Cum vero illud prætermisissem omnino; Marcus Antonius Massa Salernitanus I. C. quo cum ob illius doctrinam, variamque eruditionem cum pietate coniunctam domestica mihi consuetudo intercedit, omnium fere librorum angulos explorato habens, cum istud ipsum minime eum lateret, liberiori amicitiæ vsu lepidis salibus suauiter carpens, oscitantiæ me redarguit, quod cum de Gregorio Nazianzeno pene nihil omiserim eius tamen testamenti nullam prorsus habuerim mentionem: nam etsi illud fortasse nobis minime probaretur, confutare saltem distortis rationibus, muneris nostri esse: quod negare non potui.

XXIII.

Latet illud quidem inter Bissonii viri sane valde periti formulas Græce editum: sed cum mendosum vehemēter inuentum esset & mutilum, vehementsque vrgeret de impostura suspicio, rem contuli cum Iacobo Sirmundo mei studiosissimo Parisiensi professore Societatis IESV, omnium plane litterarum genere excultissimo: qui infatigabili studio penetralia quæque Bibliothecæ Vaticanæ perlustrans, inuenit tandem in duobus antiquis codicib. a eiusmodi testamentum, quod contulit, emendauit, atq; Latinitati primus omnium tradidit, deditque nobis, sicut hic habes descriptum:

a Vatic. Bibliot. num. 310. & 191. Græc. lib.

XXIV. * TESTAMENTVM GREGOR. NAZ.

*Consulatu Fausti Eucherij & Flauij Syagrij, clarissimorum virorum, pridie Kalendas Ianuar. * Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopoli Ecclesiæ, vinens ac prudens, sanoque consilio & integris sensibus condidi hoc testamentum: quod quidem iubeo & volo ratum esse, firmitatemque in quolibet foro & quomodolibet obtinere. Iam enim mentem meam manifestam feci, & meam omnem substantiam Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ consecrani ad pauperum, qui sub eadem sunt Ecclesia, ministerium: ob eamque causam tres præfeci iuxta hanc meam voluntatem Ptochotrophos, pauperum curatores, Marcellum diaconum ac monachum, Gregorium item diaconum, qui sunt de familia mea, & Eustathium monachum, qui & ipse fuit è domo mea. Nunc vero eundem animum retinens erga sanctam Ecclesiam Nazianzenam, eodem posito in proposito.*

XXV. HÆRES INSTI-

Cum igitur contigerit me ex vita decedere: hæres meus esto Gregorius diaconus & monachus domesticus quondam meus, quem pridem manumisi, ex vniuersa substantia mea mobili & immobili, vbicunque ea mihi sita est: cæteri omnes exhæredes mihi sunto: ita quidem, vt meam omnem substantiam mobilem & immobilem sanctæ Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ ipse restituat, nihil penitus subducens, præterquam quæ hoc testamento quibusdam priuatim reliquo legari aut fideicommissi gratia: sed omnia (vt prædixi) diligenter seruet Ecclesiæ Dei timorem præ oculis habens, sciensq; tam à me decretum, vt omnia mea illius Ecclesiæ pauperum ministerio cederent; ob eamq; rem se institutum hæredem, vt per ipsum Ecclesia omnia sine fraude conseruentur.

COMMISSARIVS.

Seruos quoscunq; vel mea voluntate, vel beatissimorum parentum meorum mandato manumisi, hos omnes nunc etiam liberos manere volo, & peculia sua sibi habere, absque vllo impedimento.

Volo præterea, hæredem meum Gregorium diaconum vna cum Eustathio monacho, ambos ex domo mea possidere prædium Arianzenii, quod ex Regini bonis ad nos peruenit: gregales vero equas & oues, quotquot iam ipsis præsens dari iussi, quarum & proprietatem ipsis ac dominium tradidi, has ipsis quietas manere volo iure domini. Per præceptionem item, Gregorium diaconum & hæredem meum, qui mihi fideliter ministrauit, priuato iure dominij haberi volo aureos numero quinquaginta.

XXVI. RELICTA HEREDI IVRE DOMINII.

Rufianæ virgini veneranda propinquæ meæ, certa conducta in annos singulos dari iussi, vnde vitam libere traducat: quæ quidem omnia eidem, quemadmodum præscripsi, volo & iubeo sine mora præstari.

XXVII. LEGATVM RVSIANÆ VIRGINI.

De habitatione autem tum quidem propterea nihil statui, quod nescirem, vbinam ipsa degere mallet: nunc vero & hoc volo, quocunque ipsa loco elegerit, parari ei domum ingenuæ congruentem ad honestam virginis habitationem: quam vtiq; domum sine interpellatione habebit ipsa in vsum fructum, quoad vixerit, postea restituat Ecclesiæ.

Addi præterea eidem volo puellas duas, quas ipsa delegerit; hoc minimum pacto, vt cum ea morentur puellæ vsque dum viuet; & siquidem illi ita visum fuerit, liceat ipsi libertate eas donare, sin minus, & illæ quoq; ad Ecclesiam pertineant.

Theophilum puerum, qui mecum perseuerauit, iam manumisi, volo autem ei nunc etiam dari legati nomine nummos quinque. Eupraxium vero eius fratrem liberum esse volo, eique legati nomine dari aureos nummos quinque. Volo præterea Theodosium Notarium meum liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque.

XXVIII. LEGATA DIVERSIS RELICTA.

Alipianam, filiam meam dulcissimam (cæterarum enim Eugeniæ & Nonnæ exigua ratio ducenda est, vt quarum vita reprehensione non vacat) ventam mihi dare volo, quod nihil possim ipsi relinquere: quippe qui omnia iam pauperibus destinauj, aut potius beatissimis parentibus, qui ita pollicitierant, obsecutus sum: quorum mentem violare, nec sanctum, nec tutum arbitror. Quæcunque igitur ex beati fratris mei Cæsarij rebus in veste serica, aut linea, aut lanea, vel burichalsio supersunt, hæc ad ipsius liberos pertinere volo, & nulla in re ipsam, vel sorores ipsius molestas esse, vel hæredi meo, vel Ecclesiæ.

EXCVSATIO DE PRÆTERITIS SVIS.

*Maletius genere * meum prædium Apenzinsenum, quod Euphemij erat, sciat se mala fide possidere. de quo quidem etiam antea scripsi sæpius Euphemio, ignauiam eius reprehendens, nisi sua recuperaret. Et tunc testor omnes magistratus, & qui sub magistratu sunt, iniuriam fieri Euphemio: oportet enim prædium Euphemio restitui.*

XXIX. γραφὴ ἀποστασίου ADMONITIO TESTAMENTARIA.

Emptionem fundi Canotalorum reuerendissimo filio Episcopo Amphilochio redintegrari volo: constat enim ex chartis nostris, idque norunt omnes, quod & solutum fuerit contractus, & pretium receperim, proprietatemq; ac dominium possessionis iam pridem tradiderim.

Euagrio diacono, qui multorum mecum laborum & curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendauit: gratiam habeo coram Deo, & coram hominibus. At maiora quidem ipsi Deus retribuet: ne vero parua etiam ab eo symbola prætermittam, volo ei dari camasium vnum, tunicam vnam, pallia duo, aureos nummos triginta. Similiter dulcissimo conseruo nostro Theodulo dari volo camasium vnum, tunicas duas ex iis, quæ sunt in patria, aureos viginti ex patria item rationibus Elaphio Notario, qui & bene moratus est, & quo tempore fuit in obsequio, bellum nos reuocauit, dari volo camasium vnum, tunicas duas, pallia tria, sigillionem in patria, nummos aureos viginti.

DIVERSA LEGATA.

Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo in omni XXXI.

iudicio & quomodocunq; : quod si testamentum vim non habuerit, tanquam voluntatem ipsum vltimam seu codicillum valere volo. Qui vero ipsum euertere tentauerit, rationem reddet in die iudicij.

In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ relegi testamentum, & omnia probans subscripsi manu mea, & vim obtinere volo ac iubeo.

XXXII. TESTIS SVBSCRIBENTES.

Amphilochius Episcopus Catholicæ Iconij Ecclesiæ interfui testamento reuerendissimi Episcopi Gregorij, & ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Optimus Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Antiochenæ interfui, cum reuerendissimus Episcopus Gregorius testamentum suum, vt supra scriptum est, disponeret; & eo rogante, subscripsi manu mea.

Theodosius Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Hydæ præsens fui testamento reuerendissimi Episcopi Gregorij, & ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Theodulus Episcopus sanctæ Catholicæ Apamenæ Ecclesiæ præsens fui, &c.

Hilarius Episcopus Catholicæ Ecclesiæ Isauriæ præsens fui, &c.

Themistius Episcopus sanctæ Catholicæ Hadrianopolis Ecclesiæ præsens fui, &c.

Cleodonius presbyter Catholicæ Iconij Ecclesiæ præsens fui, &c.

hactenus testes: post quorum subscriptiones, nomen eius, qui exarchiuo Nazianzeno eiusmodi testamentum edidit, habetur in iisdem codicibus scriptum his verbis:

Ioannes sanctissimæ Nazianzi Ecclesiæ lector & Notarius exemplum diuini testamenti, quod in sanctissima Ecclesia mea reconditum est, sancti & illustris ac Theologi Gregorij exscripsi & edidi. hactenus ex veterrimis exemplaribus Vaticanis.

XXXIII. ELVCIDATIO TESTAMENTI GREG. NAZ.

Iam vero nostrarum partium esse scimus, vt his quam exacte percognitis, num hæc in omnibus inueniantur veritati consentanea, disquiramus, elucidemusque obductum velut rubigine monumentum. Esse quidem ipsum germanum Gregorii Theologi testamentum, sunt multa, quæ persuadeant. Verum quoniam ipsa prima eius inspectione longe refugere possit animus, vt id audire velit, nedum asserere ipsum Gregorium filias habuisse atque generum, de hoc ipso primum iure agendum erit. Etenim nihil est, vt vel in leue discrimen possit adduci Gregorii, quem suis ipse sæpe scriptis profitetur, cultus virginitatis, quam par est, vt ante omnia apertissime demonstratam atque probatam, sartam tectam in omnibus relinquamus.

XXXIV. VIRGINITAS S. GREGOR. NAZ. PER SCRIPTA SATIS a *Gregor. Naz. de seipso.*

Nihil quidem magis certum atque exploratum ex omnibus Gregorii rebus gestis videri potest, quam ipsum perpetuam coluisse virginitatem, testante id ipso quam sæpissime, cum in senectute confectus ærumnis sese eius tanquam rei præclaræ memoria consolans, cygneis modulis sæpe concinuit, vt illud in primis prosa redditum *a*: *Corpore virgo sum: an autem etiam animo, haud certum habeo.* profitetur hoc etiam in carmine, vbi conqueritur de calamitatibus suis, itemque in carmine de Virginitate, & in præceptis ad Virgines: rursum in carmine de Vita sua, & eo, qui inscribitur De rebus suis, vbi hos habet versus:

Non me connubium strinxit, non fluxio vitæ. & inferius:

Nec mea fœmineo maduerunt membra liquore. Insuper cum rursus animæ suæ calamitates deploraret, visionem sibi diuinitus ostensam recenset, qua permotus fuerit à puero, vt se virginem perpetuo conseruaret. id ipsum etiam affirmat, cum inuehitur in hypocritas monachos, necnon in epitaphio de se scripto: vt plane nihil in Gregorio firmius atq; tutius, quam perpetuæ virginitatis cultus, absq; vlla dubitatione affirmari penitus possit. Seruata igitur & in omnibus comprobata Gregorii virginitate iam nebulam illam, quæ de filiabus & genero ex testamento contracta videtur, ex ipsiusmet Gregorii scriptis dimoueamus omnino.

XXXV. QVÆ SINT NOMINATÆ FILIÆ A GREG.

Quod igitur ad nominatas in testamento filias spectat, illud ingerimus: ii omnes, quas ipse Gregorius suis scriptis filias, vel filios nominat, ex coniuge esse susceptos velimus asserere; erit profecto, vt plus quam quingentos (vt ita dicam) ex Gregorio genitos esse liberos affirmare cogamur; verum ad spiritualem generationem eos omnes esset referendos, ne longe petatur exemplum, habes in eodem testamento ab ipso Gregorio nominatum filium suum Amphilochium Episcopum, vtpote ætate iuniorem. nam in epistola ad Cæsarium de eo scripta, *Ipse*, inquit, *manu mea carissimum filium nostrum Amphilochium offero, virum probitatis nomine vsque adeo nobilem (etiam præterquam ætas ferat) vt ipse, qui & senex & sacerdos & amicus vester sum, præclare mecum agi existimaturus sim, si eam hominum existimationem obtinerem.* hæc ipse. Sic igitur nihil est, vt cogamur asserere, quas nominat filias, eas à Gregorio ex vxore susceptas.

Verum dicendum potius eas illius fuisse neptes: etenim quam potissimum laudat, spretis cæteris, Alypianam eo gradu tum ipsam, tum reliquas duas sorores Gregorio iunctas fuisse, ex ipsius Gregorii epistola certo certius intelligere possumus. Reperitur quidem Alypiana ista ipsi Gregorio fuisse ex sorore Gorgonia neptis, nupta que insigni viro Nicobulo, ex quibus ortus est Nicobulus Iunior, cuius nomine ad eius patrem extat Gregorii carmē, necnon aliud patris nomine ad ipsum filium redditum, & aliæ complures epistolæ, vt inter cæteras quæ signatur in Billiana nouissima editione numero centesimo quinquagesimo quinto, cuius hæc est inscriptio ex Græco reddita exemplari, qua ipsius epistolæ argumentum ponitur verbis istis:

XXXVI. ALYPIANA ET SORORES NEPTES GREGOR.

Eidem Nicobulo: Alypianæ ipsius vxori, Gorgoniæ Gregorij sororis filiæ, corporis staturam exprobranti. hæc in epistolæ inscriptione. Sed quid ista sibi velint, ex ipsa accipere licet epistola, quæ cum perbreuis & lepida valde sit, hic integram describemus: sic enim se habet *b*:

b *Gregor. Naz. ep. 155.*

XXXVII. FACTA EPISTOLA GREGORII DE ALYPIANA.

Alypianam apud nos cauillis incessit, vt paruam & tua procritate indignam, ô magne & vaste, ac gigantina tum forma, tum robore. Nunc demum intelligo animum mensuræ subijcis & virtutem expendis, ac rupes magnitudine præstantiores esse, corusosque fascinis augustiores. Tu vero magnitudinem tua & cubitu fruere, nec Aloydis illa vllo modo inferiorem te præbe. Equum enim ducis, & hastam vibras, & feræ tibi curæ sunt. Ipsa autem nihil operis patrat: nec magni roboris est radium ferre, colum tenere, ac telæ assidere:

——*id enim fœminarum decus est.*

Quod si hoc quoque adiicias, eam orationis causa humi curuam esse, ac per ingentes mentis agitationes perpetuam cum Deo consuetudinem habere: quid hic de tua sublimitate corporisque mensura te iactabis? Vide tempestiuum silentium: loquentem audi: quam incompta sit, animaduerte, quam, vt fœmina, fortis ac strenua, quas rei domesticæ vtilitates afferat; quam viri amans sit. At tum illud Laconis dices: Certe animus in mensuram minime cadit: atque externum hominem oculos coniectos in internum habere oporteret. Si hoc ad hunc modum consideres, iocari desines, eamque vt paruam deridere, tumque contingium fœlicem ac felix iudicabis. hactenus Gregorius ad maritum Alypianæ Nicobulum.

XXXVIII. SANCTI VIRI DESPEXERVNT SVOS, CVM IMPROBI PEREANT. *Hier. ep. 45. Gregor in Euang. hom. 38.*

Consentientia his plane sunt, quæ de eadem Alypiana idem Gregorius habet in testamento, cum mulierem frugi, sibique ob id carissimam prædicat, despectis reliquis duabus eius sororibus Eugenia atque Nonna, referente nomen aniæ, longe tamen dispariores moribus prædita. Aliquod plane nefas ab eis admissum & publice cognitum ac decantatum oportuit, vt ipse Gregorius publicis tabulis eas ita indecoris notis inustas reliquerit. Sic & sanctus Hieronymus sororem suam virginem lapsam, sed ad pœnitentiam reuocatam, epistola scripta ad Chromatium & collegas, posteris norum reddidit. Hæc qui considerat, non adeo mirabitur de Gregorio Nazianzeno, & multo minus, si legerit, quæ de lapsu Gordianæ virginis amitæ suæ sanctus Gregorius *d* Papa ad populum pro concione recensuit. vt plane videas sanctos viros despexisse penitus etiam propinquos, quos scirent Deo minime esse caros, sed laudare tantum solitos

De

Deo acceptos, secundum illud de viro iusto dictum à Dauid a: *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.*

a *Psal. 14.*

Quod vero ex parentum voluntatis præscripto bona omnia iubebantur non in affines, sed in pauperes erogari: cum nihil esset, quod cæræ Alypianæ nepti Gregorius legare posset: eius tamen filius dulces dari præcepit Cæsarii fratris exuuias diutius apud se retentas, velut cara pignora germani amantissimi, qui iampridem ex hac vita decesserat.

XXXIX. DILVITVR DE GENERALI VOCE OBIECTIO.

Iam igitur de Gregorii ex coniugio filiabus omni dubitationis amoto penitus scrupulo, de Meletio, qui in testamento gener nominatur, soluendus est nodus, quo Gregorius obligatus coniugio videatur. Vox quidem illa, quæ ex Græco Latine reddita, gener est, in Græco codice legitur γαμβρὸς: cuius quidē nominis etsi frequentior vsus est, vt generum exprimat; significare tamen posse interdum affinem quemlibet, qui glossemata Græca elucidant b, absque controuersia profitentur: imo apud Latinos idem in voce, generi, loquendi vsus obtinuit: & vt alios prætermittamus, habes apud Iustinum c historicum, generum ab eo dici virum sororis. Quamobrem nullo pacto adstringimur, vt Gregorius Meletium generum nominatit voce illa; sed affinem potius significare voluisse, exploratissimum satis redditur ex ipsius repetitis sæpius testificationibus, quibus perpetua eius virginitas absq; vlla vel leuissima saltem dubitatione monstratur.

b *Consule Henr. Thesaur. Græc. c Iustin. lib. 42.*

XL. OBIECTIO DE THEODVLO EPISC. APAMIÆ SOLVITVR.

Posset insuper & de Theodulo Episc. Apameæ, qui subscribitur testis, illud obiici, quod reperiatur eo anno non Theodulus, sed Ioannes Apameæ Episc. subscriptus œcumenicæ Synodo Constantinopoli eodem anno habitæ. Verum ostendetur eiusmodi obiectionem nullius prorsus esse momenti. Etenim præter Apameam, quæ in Syria est, cuius dictus Ioannes Antistes, fuerunt tres aliæ eiusdem nominis ciuitates; nimirum prima, quæ in Bithynia fuit ad oram maritimam inter Rindaci & Ascanii ostia, cuius meminere Stephanus & Ptolemæus; secunda in Phrygia ad Marsyæ fluminis ostia, vbi ipse Meandro cōiungitur, cuius meminerunt Plinius & ex Græcis Strabo, quam post Ephesum clarissimam omnium Asiæ vrbium prædicant, in qua celeberrimum esse soleret emporium; sed & præter hanc, aliam fuisse Apameam Parthorum ciuitatem, affirmant. Sic igitur non arctamur, vt licet constet tēpore Concilii Constantinopolitani Apameæ Syriæ præfuisse Ioannem, non potuerit Theodulus alicuius ex reliquis tribus Apameis fuisse Episcopus: vnde nullius momenti ea esse repetiatur obiectio.

XLI DE MENSE ET DIE OBIECTIO SOLVITVR.

Cæterum quod ad mensem & diem eius anni in eodē testamento descriptos pertinet, posset etiam aliquis obiicere, neq; Gregorium, neque Episcopos, qui subscripserunt, tamdiu post absolutam ante quinque vel sex menses Synodum esse commoratos Constantinopoli, neque post abdicationem eius vocatum amplius fuisse Gregorium Constantinopolitanum Episcopum, vt ponitur in testamento. Ad hæc vero primum illud iure dici posse videtur: Quis adeo durus est & seuerus Iudex, qui in re adeo antiqua non concedat testamentum ipsum aliquem puluerem contraxisse mendorum, qui sit excutiendus? Quamobrem si velimus post absolutum Concilium & post abdicationem sedis illud ipsum testamentum fuisse à Gregorio nuncupatum: tunc plane accidisse videtur, vt Ioannes ille, qui ex archiuo Ecclesiæ Nazianzenæ ipsum in lucem prodidit testamentum, cum illud exscriberet, & Gregorium simpliciter nominatum Episcopum legeret, honoris causa addiderit, Constantinopolitanum; & quidem bona fide, quod sciret eo anno ipsum præfuisse eidem Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

XLII. DE TEMPORA CONDITI TESTAMENTI.

Verum illi sententiæ magis inhæreo, vt prope tempus Concilii eiusmodi à Gregorio fuerit conditum testamentum, atque dicendum esse, in mensem potius irrepsisse errorem. Etenim nec in codice, quem nactus est Brissonius, nec in altero è duobus Vaticanis nomen mensis expressum erat: in quo & potuit accidisse, vt errore librariorum, *iouiano pio*, scriptum fuerit pro *iunio*. Vt autem opiner paulo ante Concilium eiusmodi esse à Gregorio conditum testamentum, illud persuadet, quod ea oratione, quam tunc Constantinopoli ante Concilium in Maximum habuit, inter alia, suis se cunctis iam priuasse bonis ostendit his verbis: *Paupertatem obijcient? Quid ego audiui? meas opes & copias? Atque vtinam & pannos hosce exuere possem, vt huius vitæ spinas nudus percurrerem: vtinam & grauem hanc tunicam quam celerrime abijcerem, vt leuiorem acciperem.* & infra: *Sed pecunias eripient? quas tandem? senectā, quin eadem opera pennas quoque excidant, quibus cinctus non sum.* hæc ipse, quibus quidem se iam bona cuncta abdicasse significat.

XLIII. MIRA GREGORII ERGA PAVPERES SOLLICITVDO.

Sunt autem adhuc complura alia ex eiusdem Gregorii scriptis adducenda, quibus demonstrari contingat idem ipsum testamentum Gregorii. In primis vero, quod quæ in eo mira erga pauperes solicitudo monstratur, eadem in omnibus eius scriptis expressa conspicitur. Quod enim in testamento pauperibus posthabuerit affines, cum ita à parentibus fideicommissariam accepisset hæreditatem: testatur ipse de matre sua in oratione habita in funere patris, adeo erga pauperes fuisse amore propensam, vt dicere soleret, se ipsam, si licuisset, & filios ad alendos paupetes distractuam fuisse. Ipse vero non fundos tantum & domos in pauperes erogauit, sed & libros in eorum vsum conuertit. Cum enim Adamantius rhetor amicus Gregorium aliquando rogaret darī sibi libros rhetoricæ facultatis; mittit ipse quidem illos Gregorius, sed pretium illorum petit, scripta ad eum epistola, vbi ad finem ista facete admodum d: *Quod si hæc quidem recte dici videntur, & minime philosophicum esse librorum pretium postulare: tu mihi pecuniam solue, obiectionem autem tuam soluent pauperes.* hæc ipse, ex quibus vides immensam eius erga pauperes curam.

d *Gregor. Naz. epist. 199.*

XLIV.

Sed & videre est in ipsius Gregorii scriptis eiusdem testamenti quo pauperibus sua cuncta reliquit, haberi saltem tacitam mentionem. Etenim ad hoc ipsum visus est alluisse, cum post discessum Constantinopoli, scribens ad Constantinopolitanos sacerdotes & populum, ista habet in fine: *Hæc verba Gregorij sunt, quem alunt Cappadocia, quippe se facultatibus omnibus sub orbauit, vt se Christo offerat.* Insuper in carmine de se ipso post reditum ex vibe Constantinopolitana, de suarum rerum abdicatione agens, hunc habet versum:

Cessi inuita alij, mente libente alijs. Plane duplicem Constantinopoli à se factam rerum abdicationem insinuans, inuito animo alteram, nimirum cum sedem reliquit, alteram cum pauperibus cuncta sua testamento donauit.

XLV.

Est & carmen ad Iulianum Tributorum Exæquatorem, quo Ecclesiam Nazianzenam commendat, in qua ad pauperum vsum se omnia sua erogasse testatus: quæ quidem bona cum ab ipso Iuliano describerentur ad vectigalia soluenda, vt mitius agat rogans, hæc de Nazianzena Ecclesia inter alia habet: *Moueat tua (inquit) domus, quæ miseros homines omni benignitatis genere complecti consuerit: moueant te quoque, ô amice, opes meæ, quas ego crucis ferendæ causa pauperibus erogani.* & paulo post: *Opes meæ sunt, sed tua est descriptio. Cur agitur, vt erga pauperes alendos mei cedem eandem vterque consequamur.* En vides, lector, ex his omnibus non solum ostendi ipsius Gregorii testamentum, sed idem executioni mandatum perspicue declarari, cum quæ ipse reliquisset Ecclesiæ, illa iam possideret. Meminit & aliis in locis de abdicatione à se facta omnium diuitiarum, tetento sibi (vt ipse ait) vbi degeret, paruulo tantum horto cū fonte, testatur id quidem ipse, cum in monachos quosdam hypocritas iuste inuehitur.

TESTAMENTVM GREGORII IAM EXECVTIONI MANDATVM.

XLVI. DE EVAGRIO SEGATARIO.

Sunt & alia præterea pluta, quæ eiusdem testamenti germanitatem insinuant, vt cum in eo Euagrium diaconum adeo commendat, cui & recensita supellectilis legata reliquit: hunc quis non videt fuisse Euagrium Ponticum, qui cum eo vixit Constantinopoli, laudatissimum tuncillum quidem, de quo suo loco pluribus agitur? Insuper Euphemius, qui in hoc eodem testamento

nomi-

nominatur, is esse potuit, cuius meminit in epistola ad Alypium *a*, de cuius etiam nuptiis agit in epistola ad Theodosium *b*. Nec praetermus de Regino, cuius meminit in testamento, quod nihil prohibet quin ille esse possit, qué inter familiates adnumerat in carmine ad Hellenium. Sed ex Episcoporum quoque scriptionibus intellige eiusdem testamenti sinceritatem: nam praeter Amphilochium, qui sequitur ordine Optimus Episcopus Antiochenus, ipse est, cuius mentio fit in lege *c* Theodosii hoc anno post Concilium data. Et quis nesciat, qui vltimo loco subscriptus habetur Cledonius presbyter, illum esse, quem adeo mitifice laudat in eodé carmine ad Hellenium? Sed & prudens rerum antiquarum scrutator sinceritatem scripti huius intelliget ex vocibus vestimentorum ibi nominatorum, quae ob nimiam antiquitatem inter exoticas abierunt, vt illae, *comoesa*, atque *sigillion*: sed de *sigillione* apud Trebellium Pollionem in Claudio facta mentio reperitur.

a Greg. ep. 149.
b Greg. ep. 14.
c l. 3. de haer. C. Theo.

XLVII. Iam habes, lector, Gregorii testamentum non solum è carie & tinea erutum, sed ab obiectionibus vindicatum, illustratumque scholiis, & reddirum omni puro ex parte probatum: egregium plane, quod plurimi facias, monumentum, ab aliis, si qui ante viderunt, fortasse spretum, quod veluti in obductio situm numismate ipsa in eo Gregorii imago minime cerneretur expressa, imo reddere videretur effigiem hominis contagio obligati: sed eo ettetso diligenter & perpurgato, ipsissimam ibi cusam Gregorii intueris imaginem. Haec iam satis, quae si hic minus oportuna videntur, caro monitori, sed importuno exactori Maffae accepta feras.

Cui vt morem geram, hic tibi etiam adiicimus, veluti corollarium de propinquis eiusdem Gregorii Nazianzeni perbreuem descriptionem.



Haec quidem ex ipsius Gregorii scriptis perspicua satis redduntur cuilibet recte intuenti. Nam de Vitaliano, quod vir fuerit Gorgoniae sororis, & genitos ex ea nominatos superius liberos, inuenies in carmine filiorum ad ipsum Vitalianum inscripto iunctis his, quae de Gorgonia eiis locis superiis dicta sunt. De coniugio autem Alypianae cum Nicobulo, satis recitata nuper epistola ad ipsum scripta declarat: ex eis vero Nicobulum Iuniorem genitum, carmina eiusdem Gregorii, tum patris, tum filii nomine edita, aperte satis docent, & aliae insuper epistolae ad Nicobulum scriptae, vel in quibus de Nicobulo mentio habetur.

XLVIII. Fuisse reperiuntur & alii Gregorii Nazianzeni propinqui: sed qua linea collocandi, incertum est; vt qui nominatur in testamento Meletius, de quo mihi facile persuadeo, vt vir fuerit Eugeniae, siue Nonnae Gorgoniae filiae. Constat insuper, ἀνεψιοὺς cōsobrinos suos, siue aliter quomodocunq; propinquos, ab eodem nominatos esse Helladium & Eulalium, cum scribit ad Lollianum *d* & ad Caesarium *e*, quos & nominatim celebrat in carmine ad Hellenium, vbi & matris eorum meminit; ibi etiam propinquos fuisse tradit Cledonium, Carterium, & Nicomedem: Eupraxium item alibi *f* propinquum suum appellat itemq; Valentinianum *g*, & Amazonium *h*. Sed de his satis. At iam ad Theodosium se conuertat oratio.

d Greg. ep. 191.
e Greg. ep. 105.
f Greg. ep. 177. 89.
g Greg. ep. 189. 196.
h Greg. ep. 82.

XLIX. THEODOSII AD ANTYSIN VRBEM. l. 17. de Iur. C. Theod.

Auctor est Marcellinus in chronico sub huius anni Consulibus Timasio atq; Promoto ipsum Theodosium Imp. vna cum Honorio filio mense Iunii vrbem ingressum esse, digressum vero inde Kal. Septembr. Certe quidem vsque ad tertium Nonas Maii hoc anno mansisse Theodosium Mediolani, rescriptum ab eo ibidem eodé die datum aduersus Macedonianos significat. Cum autē Romam venisset, ibi triumphū de liberato Imperio Occidentali, victoque tyranno egisse, Sozomenus tradit *k*, voluisseque socium habere gloriae Valentinianum, participumque esse cum illo triumphum: quod maioris gloriae atq; triumphi illi conciliauit honorem, splendoremque contulit. Sed tot tantaque bona vna Iustina videre non mœruit, cuius impietas ad exitium Italiae tyrannum amarat: iam enim ante haec omnia ipsam esse defunctam, idē auctor affirmat. Tunc Latinus Pacatus, nobilis orator Gallicanus, cum Romae praesens esset, Theodosium post triumphum in Senatu oratione laudauit, qua post recensitas de hostibus victorias partas haec de aduentu & commoratione eiusdem Imperatoris in Vrbe: *Licuerit mihi quae in barbaris gentib. longinquis, prouinciis pro summa re fortiter feliciterq; gessisti, annuente numine tuo & senatu fauente dixisse. Ea vero, quae Roma gesta sunt qualem te Vrbi dies primus inuexerit, quis in curia fueris, quis in rostris; vt pompam praetextium sercloratum, curru modo, modo pedibus subsecutus, alterno clarus incessu nunc de bello, nunc de superbis triumpharis, vt te omnib. Principem singulis exhibueris Senatorem; vt crebro ciuilig, progressu non publica tantum opera lustraueris, sed priuatas quoq; aedes diuinis vestigiis conseraris, remota custodia militari, tutior publici amoris excubiis, horū haec linguis, horum inquam, voce laudentur, qui de communib. gaudiis & dignius vtig, quae maxima, & iustius poterunt praedicare quae propria sunt. O mea felix peregrinatio, & bene susceptis & exhaustis laboribus. Quibus ego interfui bonis? quibus fruor gaudiis? quae reuersu vrbibus Galliarum dispensabo mira acula? quantis stupentium populis, quam multo circumdabor auditore, cum dixero: Romam vidi, Theodosium vidi, & vtrumq; simul vidi: Vidi illum Principis patrem, vidi illum Principis vindicem, vidi illum Principis restitutorem.* haec & alia plura clarus orator.

k Sozom. l. 7. c. 24.

L. Agit & Prudentius de Theodosii Romam aduentu, atque nihil illum antiquius habuisse, quam vt Vrbem à profano idolorum cultu penitus liberaret. Haec quidem ipse in carmine contra Symmachum scripto: quod constat ab eo elaboratum post ipsius Theodosii obitum sub Honorio Imperatore, postque debellatum (vt ex eo constat) Alaricum à Stilicone apud Pollentiam. De Theodosio igitur agens duorum tyrannorum extinctorum nominat, licet post haec Eugenium expugnari & occidi conigerit: aduentum autem eius in Vrbem his cecinit versibus, insectatus deorum cultum:

Cum Princeps geminis victor cedet tyranni
Pulchra triumphali respexit moenia vultu,
Nubibus obsessam nigrantibus aspicit Vrbem:
Noctis obumbrata caligine turbidus aer
Arcebat liquidum septena ex arce serenum:
Ingemuit miserans, & sic ait: Exue tristis
Fida parens habitus, equidem praedinite cultu
Illustrata cluis, spoliisq, insigne superbis
Attollis caput, & multo circumfluis auro:
Sed nebula propter volitantibus, obsitus altis
Verticis horret apex, ipsas quoq, fluida gemmas
Lux hebetat, spissisq, dies & fumus ob ora
Suffusus rutilum frontis diadema retundit.
Obscuras video tibi circumferrier vmbras,
Caeruleasq, animas, atq, idola nigra volare.
Censeo sublimem tollas super aera vultum,
Sub pedibusq, tuis nimbosa elementa relinquas, &c.

1 Prud. aduers. Symmach. l. 1.

Quo modo autem cum Romanis transegerit, inferius subdit: nempe vt sacrificia omnia abolerentur, festique dies, & ipsae statuae idolorum frangerentur; si quae tamen earum excellentis essent manus artificis, eædem non ad cultum, sed ad Vrbis ornatum exponerentur. subdit enim post multa ipse Prudentius:

Deponas iam festa velim puerilia, ritus
Ridiculos, tantoq, indigna sacraria regno.
Marmora tabenti respergine tincta lauate,
O proceres: liceat statuas consistere paras
Artificum magnorum opera. Haec pulcherrima nostra
Ornamenta cluant patriae, nec decolor vsus
In vicium versa monumenta coinquinet artis.
Talibus edictis Vrbis informata refugit
Errores veteres, &c. haec ex Prudētio recitasse voluimus,

quo cessere invidia querelarum quorundam de idolorum demolitione: nam conflictio nobilissimorum artificum operum Gothis potius, quam Christianis ista non attendentibus adscribenda est: quibus fortasse Deus tradidit Vrbem, vt eam penitus expurgarent à deorum Gentilium simulacris.

LI. SYMMACHVS VS AGENS PRO ARA VICTORIÆ THEODOSII IRAM IN SYRIT. a Soz. lib. 5. c. 14.

At quid tunc actum cum Symmacho clarissimo Senatore, propugnatore tamen Gentilium deorum cultus: hæc in primis Socrates habet *a*: *Romæ igitur festa celebrantes triumphalia. Quo quidem tempore Theodosius Imperator, suæ singularis clementiæ in causa Symmachi viri Consularis illustrem dedit significationem. Ipse namque Symmachus & inter viros ordinis Senatorij Romæ principem locum obtinuit, & propter excellentem ipsius in Latinis litteris eruditionem in summa admiratione fuit: nam multos libros Latino sermone conscripsit, inter quos liber de laudibus Maximi tyranni, dum adhuc viueret, editus, & coram eo recitatus, cum postea læsæ maiestatis reum fecit: quapropter mortem veritus, ad Ecclesiam confugit. Imperator vero, qui adeo pio & religioso animo erga fidem Christianam affectus erat, vt non sacerdotes modo, qui in eadem cum illo fide consentiebant, supra modum coleret, sed Nouatianos etiam, qui in fide Consubstantialis cum eo consistebant, amplecteretur humanitate, quo Leontio Romæ Ecclesiæ Nouatianæ Episcopo pro Symmacho deprecanti gratificaretur, Symmachum absoluit crimine: qui veniam consecutus, Apologeticum ad Imperatorem Theodosium scripsit.* hæc Socrates.

LII. NOVATIANA HÆRESIS INVALESCIT.

Quod de Nouatiano Episcopo ait Romæ agente: licet hactenus à Nouatiani schismatici tempore auditum non sit, Nouatianos habuisse Episcopum Romæ; tamen quod tolerati iidem fuerint, haud adeo incredibile videri potest, cum & Donatistæ id etiam (vt ex Optato vidimus) fuerint æmulati, nempe vt sectæ ipsorum Africanis Romæ degentibus, ex Africa Romam Episcopum mitterent. Auditos quidem his temporibus fuisse in Vrbe Nouatianorum susurros, necnon Montanistarum in hæresi collegarum, S. Hieronymus *b* in epistola ad Marcellam satis significat. Quinetiam inualuisse nonnihil his temporibus in Occidente Nouatianam hæresin, scripta Paciani de Pœnitentia, confessione, & baptismate satis docent.

b Hier. ep. 149. & supra p. 54.

Cæterum quod ait Socrates, Theodosium humanitatis complexum esse Nouatianos, & in gratiam eorum Episcopi fuisse ab eo absque pœna Symmachum absolutum; longe errat: nam rem aliter se habuisse, San. Prosper *c* suorum temporum res scribens demonstrat his verbis: *Theodosij religiosi Principis Imperio per Iouinum & Gaudentium Comites omnia templa expoliata: qua vana figmenta quis nostrum permittitur ignorare? Cui Symmachi illi mirabili eloquio & scientia praditus, tamen Paganus, pro vno Laudum in consistorio recitato, fauoris arte, qua valuit, aram Victoriæ in Senatu restituit, Christiano, vt nouerat, Principi intimauit. Quem statum à suis affectibus pulsum, in centesimo lapide, vbi duæ non strato imposuim ea duæ, manere præcepit.* ita Prosper.

c Prosp. de Promiss. & prædict. l. 3. c. 38.

LIII.

Sic namque se habuit Symmachus, longe antiquo Catone impar, quippe quod temporibus inseruiens: nam qui pro concione laudauit Maximum tyrannum, celebrauit & Theodosium eiusdem tyranni extinctorem: sed sicut ad laudandum Maximum adulario & priuatum commodum impulit; ita ad præconia Theodosij veritas perstrinxit: siquidem litteris ad Flauianum scriptis testatur, se haud pro rei dignitate tantum munus expleuisse: sic enim ait in epistola ad eundem æque etiam Ethnicum scripta *d*: *Cum ciuiles & bellicas laudes Domini nostri Theodosij stylo honore percurrerem, magis enim contigisse me omnia, quam satis fecisse fateor; etiam leges eius bonum pacis admisceri, quas vt nouerca priscu adeuisse admirationem, ita reseruasse* * *nobis parem gloriam non putabam*, &c. laudat recentem legem hoc anno X. Kalend. Februarii Mediolani datam, qua inconcessum esse voluit Imperatori, atq; domesticis eius, quod priuatis inter permissum esset; nimirum cum lege cauit, ne liceret Imperatori, vel magistratibus, quicquam per codicillos vel epistolam relictum accipere: extat ipsa sanctio in Codice Theodosiano descripta.

d Symmac. l. 2. ep. 23.

* seruasse

e l. 2. de testam. Cod. Theod.

At quod Symmachus abutens Theodosij mansuetudine inconcessa tentare præsumpsit, iustam Principis iram expertus exulare coactus est. Verum (quod ait Socrates) scribens ad eundem Imperatorem Apologeticum non veniam tantum consecutus, sed maiorem apud eum gratiam nactus est, vt ipse Symmachus tradit ad dictum Flauianum postea scribens, vbi & de sua defensione meminit, cum ait *f*: *Erit fortasse copia mihi asserendæ quandoque apud æternum Principem Dominum nostrum Theodosium veritatis, cuius erga me fauor fecit, vt aliquid interim moliretur inuidia. Non puto eam causæ meæ bonis temporibus conditionem* * *futuram, quæ sub tyranno fuit, cuius litteris ad Marcellinum suggestionem datis, homines meos suis esse mulctatos: quod in Panegyrico defensione non tacui.* hæc ipse. At quid tum Romæ actum à populo Christiano.

f Symmach. lib. 2. ep. 31.

* eruditionem

LIV.

Cum animus Theodosij aperte Fidelibus innotuisset insensissimus esse aduersus superstitionem Gentilicium, declaratus nimirum non eo signo tantum, quod negasset restitui in Capitolio aram Victoriæ, sed quod petentem id Symmachum exilij pœna mulctasset, atque etiam per Comites suos (vt dictum est) Iouinum & Gaudentium idolorum templa expoliasset, vix credi potest, quâta animositate Fideles Romæ in idola insilierint: de quorum studio hæc S. Hieronymus in præfatione ad Eustochium in Pauli Epistolam ad Galatas *g*: *Romana plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto studio & frequentia ad Ecclesias & ad Martyrum sepulchra concurritur? Vbi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur?* Videtur enim hoc tempore ipse habuisse præ manibus commentarium illum, quem iam se ante absoluisse, quâ Theodosius ageret in Imperio annum decimum quartum, testatur in fine de Scriptoribus Ecclesiasticis. De eadem demolitione idolorum argumentum illud non leue, cum idem sanctus Hieronymus ad Lætam scribens *h*, sic ait: *Auratum squallet Capitolium: fuligine & aranearum telis omnia Romæ templa cooperta sunt: mouetur Vrbs sedibus suis, & vndas populus ante delubra semiruta currit ad Martyrum tumulos.* ita ipse, signans haud dubium hæc tempora, quibus spoliata à Theodosio idolorum templa fuere, à populo vero quassata ac semiruta. Laudat magnopere hac ex parte sanctus Ambrosius Theodosium, dum de ipso ait *i*: *Imitatus Theodosius Iacob, qui supplantauit perfidiam tyrannorum, qui abscondit simulacra Gentium: omnes enim cultui idolorum fides eius abscondit: omnes enim cæremonias obliterauit.*

g Hieron. præf. ad Gal. l. 2.

h Hier. epi. 7.

i Ambros. in funere Theod.

LVI.

Equidem & sanctus Augustinus *k* testatur, Theodosij lege iussa esse simulacra, vbi reperirentur, confringi: aut enim post recensitas adeptas ab eo diuina ope victorias *Simulacra Gentilium vbique euertenda præcepit; satis intelligens: nec terrena munera in dæmoniorum, sed in Deo vti esse posita posse testate.* hæc Augustinus. Hac semel à Christiano Principe idola frangendi impetrata diu optata licentia, exarsit Christiani populi iustus zelus in deturbandis confringendisque deorum Gentilium simulacris; in quibus dæmones diutius honorem sibi diuinum proditorie vsurpabant. Communisse enim idola, nonnisi satanæ regnum dissipasse eoque videbatur. Vnde fine diis Capitolium, nempe templa sita squallore obducta fuisse, Hieronymus tradit: qui & hæc alibi de Capitolio Ioue & aliis templis eiusdem *l*: *Templa Iouis & cæremonia conciderunt.* Verum non sic quidem concidisse affirmat Capitolinus Iouis templum, quod dirutum hoc anno fuerit, sed quod ornamentis tantummodo expoliatum. Nam Zosimus tradit *m*, cum Theodosius Romam venit hoc scilicet anno, Stiliconem Ducem vtriusq; militiæ è fastibus Capitolij, laminas aureas abstulisse, eiusque vxorem, Serenam nomine, detraxisse è collo Rheæ deorum matris mundum muliebrem, suoque ipsius illigasse collo. Cremasse insuper libros Sibyllinos eundem Stiliconem, luxit Gentilitas; de quo ista Rutilius versibus cecinit *n*:

k Aug. de Ciuit. Dei li. 5. c. 21.

IOVIS CAPITOLINI TEMPLVM SPOLIATVM

l Hier. cont. Iouin. l. 2.

m Zos. lib. 5.

n Rutil. in Itinr. lib. 2.

Non tantum Getici grassatur proditor armis
Ante Sibyllinæ fata cremauit opis.

licet hæc potius sub Honorio Imp. contigerint.

Ar est

LVII. CAVSA NECIS STILICONIS VNDE MANAVIT.

At est, quod de Zosimo admiretis, qui tum Stiliconem ob violatas fores Capitolii, tum Serenam coniugem ob spoliatam deorum matrem mundo, male periisse ait: sed quam hæc præter scriptorum omnium sententiam, id eius proditioni Imperii tribuentium? nam æquius fuisset dicere, Stiliconem ob tyrannidem contra Christianum piumque Imperatorem iusto Dei iudicio ipsum cum suis recentioris sceleris meritas dedisse pœnas. Sed est iusta in eo querela Zosimi de homine barbaro eiusque coniuge, quod ea sublata sibi sumpsissent; cum apud antiquæ probitatis Christianos nefas duceretur sic in idola grassari, vt in vsum priuatum ipsorum aliquid ex idolis conuerteretur. Vnde Sanct. Augustinus a ad Publicolam: *Cum* (inquit) *templa, idola, luci, & si quid huiusmodi, data potestate euertuntur: quamuis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari; ideo tamen in vsus nostros priuatos duntaxat & proprios non debemus inde aliquid vsurpare; vt appareat nos pietate ista destruere, non auaritia. Cum vero in vsus communes, non proprios ac priuatos, vel in honorem Dei veri conuertuntur: hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegis & impiis in veram religionem mutantur.* hæc Augustinus; qui & alibi ait, Christianos minime consuevisse nisi voluntate Principis in idola insurgere, absistisseque à priuatorum rebus: sunt hæc eius verba b: *Vbi nobis non est data potestas, non facimus: vbi data est, non praetermittimus. Multi Pagani habent istas abominationes in fundis suis: Numquid accidimus & confringimus? Primo etiam agimus, vt idola in eorum cordibus * confringamus.* hactenus ipse. Quæ igitur à Fidelibus aduersus idola Romæ suæ perpetrata, ea omnia voluntate facta esse Imperatoris, vel eo ex facile possumus intelligere, quod Gentiles, aduersus quos & in quorum oculis hæc agebantur, vtique armis etiam defendissent iura templorum, pro quorum defensione maiores ipsorum magna sæpe certamina obiissent, haud mediocris enim potentiæ esse potuit, Christianis illæsis talia tantaque patrari; sed id actum patrocinio Imperatoris, qui & quod iubebat lege, docebat exemplo.

a Aug. epist 154.

b Aug. de Verbis Domin. ser. 6.

* corde frangamus

LVIII. DEMOLITA MVSCIVLÆ INNOCENTIVM.

Quid præterea Romæ tunc egerit Imperator, Socrates ita narrat c: *Theodosius Imp. quamquam ad exiguum tempus in Italia commoratus est, vrbi tamen Romæ plurimum opportunè commodi, partim dando, partim auferendo. Nam sicut multa magnifice & liberaliter in eam contulit, sic duo, quæ illi magnò dedecori fuerunt, ademit: quorum alterum fuit huiusmodi. Erant Romæ ædes peramplæ & vastæ antiquitus extructæ, in quibus panis, qui suppeditabatur ciuitati, confectus fuit. His præfuerunt, quos Romani patrio sermone Mancipes appellant. Qui tempore progrediente, ædes illas fierum latibula effecerunt. Nam quia pistrina ad ædes spectantia in profundo sita essent, & ad latera singularum ædium adiscata caupona, inque illis meretrices habitarent: complures idcirco, cum qui cibi capiendi necessitate adducti, tum qui obscœnæ libidinis intemperantia inflammati, eo veniebant, per insidias dispoliati fuerunt: nam machina quædam facta est, vt ex caupona in pistrinum precipitarentur. His dolis delusi erant in primis progrini, qui Romam incolebant: qui cum irretiti tenerentur, coacti fuerunt in pistrinis molere; ac complures non exire permissi, ibi vitam ad summam senectutem traduxerunt, suisque attulerunt opinionem, quod mortem oppetiuerant. In hunc laqueum vnus ex Imperatoris Theodosii militibus forte incurrit: qui cum in pistrinum inclusus exeundi potestatem non haberet, districto, quem habebat, pugione, eos, qui eum egredi prohibebant, trucidauit: reliqui rei gestæ merè perterriti, militem dimiserunt. Imperator igitur, re intellecta, Mancipes graui supplicio affecit: ædes, quæ latronum erant perfugia, penitus disturbari iubet. Atque hoc vno dedecore Romam ciuitatem omnium facile principem ad ipsum modum liberauit.* c

c Socr. li. 5. c. 18.

LIX. QVID PASSÆ ADVLTERÆ ROMÆ.

Alterum tale fuit. Si qua mulier in adulterio esset deprehensa, eam cum deliquerat, supplicij genere non ad tollendum peccatum, sed ad augendum coercere solent Romani. Nam illam in augustum lupanar concluso, turpiter, impudenterque scortari cogerunt: quippe effecerunt, vt eo tempore, quo obscœnum illud flagitium admitteret, pulsarentur tintinnabula, vt eos, qui adessent in proximo, facinus inimine lateret, immo vero ex tintinnabulorum sonitu illud turpe & ignominiosum supplicij genus omnibus liquido constaret. De qua flagitiosa consuetudine Imperator certior factus, eam omnino non ferendam putauit, sed Sestra (sic enim lupanaria illa nuncupabantur) demoliri iubet; aliasque leges, quibus mulieres in adulterio deprehensæ coercerentur, sancit. Quapropter Roma, Theodosii Imperatoris opera, his duobus turpissimis impurissimisque flagitiis liberata est. hæc Socrates. At quidem hanc vigesse Romæ consuetudinem, apud neminem legi: etenim ibi lex Iulia semper vigens ac vigilans extitit vindex aduersus adulteros. In aliquibus autem Italiæ locis scimus hactenus in more esse, vt viduarum ad vota secunda transeuntium matrimonia hoc tintinnabulorum sonitu derideantur.

LX.

Has cum sordium cloacas Theodosius expurgasset, atque alia turpia obscœnaq; Gentilicæ superstitionis prorsus aboleuisset; merito Prudentius ista cecinit d:

Quantum præcipuus noſtro ſub tempore Princeps
Proſpexit, tribuitq; boni. Multos Catilinas
Ille domo pepulit: non ſæua incendia tecti,
Aut ſicas patribus, ſed tartara nigra animabus,
Internoq; hominum ſtatui tormenta parantem.
Errabant hoſtes per templa per atria paſſim,
Romanumq; forum, & Capitolia celſa tenebant:
Qui conuitatas ipſa ad vitalia plebis
Moliti inſidias, intus ſerpente veneno,
Conſuerant taciti peſtem miſcere medullis.
Ergo triumphator latitanti ex hoſte togatus
Clara trophæa refert ſine ſanguine: remq; Quirini
Aſſueuit ſupero pollere in ſæcula regno.

hæc & alia plura de Theodosio, cum Romam venit; quem licet minime nominet, prudens lector intelliget non de alio, quam de Theodosio Prudentium loqui, vel vno saltem eo certissimo signo, dum inferius ait, contulisse ipsum Symmacho Consulatum, de quo sequenti anno dicturi sumus, quem constat non ab alio, quam à Theodosio illi fuisse collatum.

d Prud. ad. aduers. Symmach. li. 1.

LXI.

Sed & quod ad Vrbis expurgationem pertinet, aduersus maleficos edidit sanctionem ad Albinum Præfectum Vrbis: hunc illum esse putamus patrem Lætæ nutus Paulæ, quem Sanct. Hieronymus e Pontificem superstitionis Gentilicæ fuisse tradit. ipsum autem rescriptum sic se habet f:

e Hier. ep. 7. f L. 11. de malef. C. Theod. QVID THEODOSIVS IN MALEFICOS.

Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Albino P. V. Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit, illico ad publicum protrahat, & iudicorum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire tentauerit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis suppresserit, vltimum supplicium non euadat gemina suspicioni obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, foueritati legum & debitæ subtraxerit quæstionis; aut proprium fortassis inimicum sub huius vindictæ nomine supplicio atrociore confecerit. Dat. XVII. Kalend. Septembr. Romæ, Timasio & Promoto Consulibus.

* consilio

LXII. QVID IN MANICHÆOS.

Quod ait Sozomenus g, Theodosium Romæ multa quoque pro salubertimo Ecclesiarum statu constituisse: quænam hæc fuerint, iam videamus. Aduersus enim Manichæos in Vrbe commorantes ad eundem Præfectum Vrbis Albinum eiusmodi rescriptum dedit h: *Quicumque sub nomine Manicheorum mundum solicitant, ex omni quidem Orbe terrarum, sed quam maxime de hac Vrbe pellantur sub interminatione iudicij. Voluntates autem eorundem, quinimo ipsæ etiam facultates populo publicatæ, nec vim testamentorum teneant, nec derelinqui per eos, aut ipsem fas sit: nihil ad summum his sit commune cum mundo. Datum XV. Kalend. Iulij Romæ, Timasio & Promoto Consulibus.* Ad huius quidem legis decretum S. Ambrosius visus est habuisse respectum dum scribens i ad Siricium Papam, Theodosium Imperatorem execratum esse Manichæos affirmat. Sed & post hanc VII. Idus Augusti, de feriis, quibus à iudicii strepitu vocaretur, ad eundem Albinum Præfectum rescriptum dedit k.

g Sozom li. 7. c. 14. in fin.

h L. 18. de har. C. Theod.

i Ambr. ep. 81. in fin.

k L. 2. de feriis C. Th.

LXIII.

Hæc quidem sanciuisse Theodosium, instante Siricio Romano Pontifice, labores ab eo ea de causa susceptos significant:

nificant: nam in libro de Romanis Pontificibus hæc de ipso leguntur a: *Hic inuenit Manichæos, quos in exilium deportauit: & hoc constituit, vt non participarent cum Fidelibus communionem; quia polluto ore non liceret sanctum corpus Domini contrectare*. Hoc quoque constituit, vt si quis conuersus de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterij dictus vitæ suæ teneretur obnoxius, vt iciuniis & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione vsque ad vltimum diem transitus sui, humanitate Ecclesiæ, viaticum eis largiretur.* hæc ibi de Siricio, quæ quidem mores Manichæorum ignorantibus subobscura videri possunt. Sciendum est enim ex iis, quæ superius dicta sunt, sic Manichæos se solitos esse inter Catholicos insinuare, vt perdifficile cognosci possent, cum nulla habita ab eis ratione periurii se esse Catholicos mentirentur: quod si aliquando Manichæi esse detegerentur conuincerenturque; iidem pœnitentiam simulantes, hæresin forinsecus detestantes, Manichæi nihilominus intrinsecus perseuerarent; & quo minus detegerentur, quales essent, cum Catholicis in Ecclesia conuenirent, atque cum eis sacram participarent Eucharistiam. Iure igitur sic exagitauit latentes Manichæos Siricius, eosdemque communione priuatos in exilium mittendos curauit, sanciuitq; ne amplius pœnitentes Manichæi ad participationem Eucharistiæ, nisi in fine vitæ admitterentur. Quamnam autem artem ad Manichæos ab Orthodoxis dignoscendos S. Leo Papa excogitarit, suo loco dicturi sumus. Porro hoc tempore Iouinianum aliqua ex parte sensisse cum Manichæis, S. Ambrosius *b* ac collegæ Episcopi scribentes ad Siricium Papam ostenderunt. Sed de Iouiniano superius.

a *Bib. Ponti fical. in Siricio.*

* connexari

b *Ambr. ep. 81.*

LXIV. QVID SIRICIVS PAPA IN FLAVIANVM.

Qui autem interpellauit Imperatorem aduersus Manichæos Siricius Papa, eundem contra Flauianum Episcopum Antiochenum, quod alias litteris fecerat, animauit; nec modo tantum, sed cum iterum aduersus Eugenium venit. At videamus, quid de his in primis Theodoretus, propensior nimis (vt demonstratum est superius) erga Flauianum, conscribat: ait enim *c*: *Ne Paulino quidem iam mortuo, simultas compressa est: sed cum Euagrius eius sedem post illum obtinuisset, non desisterunt inimicitias cum magno Flauiano exercere: idq; cum Euagrius contra leges Ecclesiæ designatus esset: quippe solus Paulinus eum ordinauerat: in qua re complures simul canones violauit. Siquidem canones neque faciunt potestatem cuiquam iam mortem oppetituro, quemquam in locum suum sufficere: atque omnes prouinciæ Episcopos iubent in vnum ad eandem rem conuocari: quinetiam vetant rursum quemquam absque tribus Episcopis Episcopum constitui.* hæc quidem, quæ dici de ordinatione Euagrii facta viuente Paulino Theodoretus, repugnant omnino his, quæ à Socrate *d* & Sozomeno *e* dicuntur, affirmantibus nonnisi post Paulini obitum tentasse auditores eius subrogare in locum ipsius Euagrium: aliquid tamen vitii in ordinatione Euagrii intercessisse, S. Ambrosii testificatione paulo post fumus demonstraturi. Contigisse autem Paulini mortem hoc ipso tempore, tum Socrates, tum Sozomenus testari videntur: quando ea re audita Romæ, pro Euagrio Siricius Theodosium interpellauit. subdit autem Theodoretus studens Flauiano, quæ post obitum Paulini & substitutionem Euagrii contigisse narrat, licet confuse admodum, dum hæc ait in Euagrii sectatores: *Attamen horum nihil sane cupientes, Euagrij communionem sunt illi quidem amplexati, Imperatoriq; animum contra Flauianum incitare obnixe studuerunt. Nam cum Imperatori nimis acriter instando, multum sæpe exhibuissent molestiæ, accersit eum Constantinopolim, & Romam proficisci iubet. At Flauianus respondet hyemem iam esse. Itaq; polliciturus, se ineunte vere imperata facturum, in patriam reuertit.* sed hæc facta sunt, cum Theodosius post annum sequentem Constantinopolim reuertit.

c *Theod. lib. 5. c. 23.*

d *Socr. l. 5. c. 15.*

e *Soz. l. 7. c. 12.*

CAVSA EVAGRII ATQVE FLAVIANI.

LXV. At subdit Theodoretus: *Sed cum Episcopi Romani, non Damasus solum ille admirabilis, verum etiam post illum Siricius & Anastasius Siricij successor, vehementius in Imperatorem inuehi essent, dixissentq; eum illos, qui tyrannidem contra se exercere molirentur, opprimere, sed his, qui per tyrannidem leges Christi euertere studerent, impunitatem concedere: cum accersit denuo Imperator, Romamque vt contendat, cogere laborat.* hic plane auctor confundit historiam, dum hæc non ab vno tantũ Siricio facta affirmat, sed à Damaso, qui eum præcessit, & ab Anastasio, qui successit; cum cõstet longe ante creationem Euagrii Damasum esse defunctum, & tempore Anastasii nequaquam superstitem fuisse Theodosiũ. quamobrem & Socrates quoque errare conuincitur, dum hæc de Euagrio æque refert ad tempora Damasi, quæ quidem nonnisi sub Siricio contigisse, ipsorum quoque sententia patet: nam tam ipse, quam Sozomenus subrogationem Euagrii ad tempora refert, quibus Theodos. Romæ agebat.

LXVI. THEODORETVS PATRONVS FLAVIANI HAVD SYNCERVS ASSERTOR. *f Theod. li. 5. c. 23.*

Quid autem tergiuersationis obtenderit Flauianus, quo minus Romam ad iudicium proficisceretur: patronus eius Theodoretus *f* sic narrat: *Tunc sapientissimus Flauianus libere Theodosio, non sine maxima omnium laude, respondit: Si qui me, ô Imperator, vt fidem minime sinceram ac sanam professentem insimulent, dicam ve vitam me traducere indignam sacerdotio, tum illis ipsis iudicibus vtar, tum pronunciatam ab eis lubens subibo sententiam. sin autem de fide & præsulatu digladientur, neq; agam cum illis iudicio, neq; his, quos eam dignitatem adipiscendi studium tenet, aduersabor. sed cedam equidem volens, meq; ipse præsulatu abdicabo. Quare tu, cui libitum est, sedem Antiochenam tribuito.* hic meminisse oportuit, quæ superius dicta sunt exordio sedis Flauiani, optasse id Gregorium Nazianzenum ob pacem Ecclesiæ à Flauiano præstari, sed minime consecutum esse: quamobrem hæc Theodoreto inania existimo composita esse verba, vt colore aliquo excusaret hominem vocatum ad Synodum non obtemperasse. quo vero Theodosius Imperator id ab eo fieri recusasset, sic subdit: *At vero Imperator hanc eius animi magnitudinem & sapientiam magnopere admiratus in patriam reuerti, & Ecclesiam sibi commissam sedulo pascere iubet.* huc usque Theodoretus, qui & de his denuo interpellatum fuisse Theodosium ait, cum rursum rediit in Italiam, quando videlicet aduersus Eugenium tyrannum expeditionem parauit. Sed de his suo loco agendum.

LXVII. SYNODVS CAPTANA.

At quod ad hanc causam pertinet, præterierunt multa Græcos historicos, quæ in Occidente decreto Episcoporum statuta fuisse, certum est. Siquidem post querelas Siricii aduersus Flauianum apud Theodosium Imperatorem, in eadem causa indicta fuit Synodus Capuæ, ad quã Flauianus vocatus minime venit, sed Imperatorem scriptis literis interpellauit, petens ab eo, vt ageret cum Episcopis Occidẽtalibus, Synodum agi in Oriente, ad quam ipse causam dicturus accurreret. Qui autem interea vocati Capuæ Episcopi conuenere, ne aliquo diro schismate ea de causa Christianus discinderetur Orbis, illud in primis statuere, vt Orientalium nemini communio denegaretur, qui Catholicæ esset fidei assertor, licet starent alii ipsorum à parte Flauiani, & à parte Euagrii alii. hoc itaque vinculo mutuæ communicationis astringi voluere: ne eã ob causam schisma aliquod conflaretur. Rursum vero vt huiusce modi dissensiones omnino sedarentur, causam illam inter Euagrium & Flauianum cognoscendam delegauerunt Theophilo Episcopo Alexandrino, tum ob sedis illius principalem in Oriente auctoritatem, tum etiam quod cum à neutrius partibus staret, satis idoneus existimatus est, qui ad dissidia componenda sequester accederet, atque atbiter iudicaret vna cum Ægypti sibi subiectis Episcopis; ita tamen, vt ipsorum iudicium postea confirmandum esset à Romanæ sedis Antistite. At refugit Flauianus Theophili iudicium: extat enim de his omnibus S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi ad eundem Theophilum epistola in hæc verba conscripta *g*:

g Ambr. ep. 78.

LXVIII. QVID S. AMBROSIVS FLAVIANO SVBTREPVGIENTE IVDICIVM.

Ambrosius Theophilo. Non habet, quod vrgeat, Euagrius: & habet, quod metuat, Flauianus, ideoq; refugit examen. Dent patres veniam doloris iusto: quia propter ipsos vniuersus Orbis concutitur. Et illi tamen nostro non compatiuntur dolori. Perstringi saltem se aquaminiter ferant ab iis, quos vident sua per tantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil, quod ad Christi pacem pertineat, eloquentes, grauis Orbe stabat discordia. Cuibone pacis naufragio sancta Synodus Capuensis tandem obtulerat portum tranquillitatis, vt omnibus per totum Orientem daretur communio Catholicam confitentibus fidem: & deuotus ipsa tua sanctitatis examen imparteretur, si tribus

& consacerdotibus nostris Ægyptiis pariter considentibus: quia hoc verum iudicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communione, aliquo fauore propenderet. Cum ex his igitur æquissima Synodi constitutis sperauerimus iam remedium datum, finemque oblatum discordiæ: scribit sanctitas tua, iterum fratrem nostrum Flauianum ad precum auxilia & Imperialium rescriptorum suffragia remeasse. Frustra ergo tantorum sacerdotum fusus labor: iterum ad huius sæculi iudicia reuertendum, iterum ad rescripta; iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria; iterum imbecilli corpore patriam peregrino mutabunt solo; iterum sacrosancta altaria deserentur, vt in longinqua proficiscamur; iterum pauperum turbæ Episcoporum, quibus ante onerosa paupertas non erat, externa opis egentes compellentur inopiam gerere, aut certe victum inopum itineris vsurpare.

LXIX. FLAVIAN. REDARGVITVR.

Interea solus exlex Flauianus (vt illi videtur) non venit, quando omnes conuenimus. Fœnerator & debitor inuicem sibi occurrunt; isti sibi non possunt occurrere. Solus exsors Flauianus (vt ipse vult) sacerdotalis consortij, qui nec Imperialibus decretis, nec sacerdotii conuentui præsentiam facitat sui. Nec tamen etiam hoc moti dolore, fratri Euagrio donamus speciem bonæ causæ, qui eo defensabilior sibi videtur, quod eum refugit Flauianus, aut quod habere se alterum arbitratur æqualem, vterque alienæ magis ordinationis vitia, quam suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamus viam, vt malimus eos suis potius bonis, quam alieno vitio defendi.

LXX.

Quæ de re quoniam propriis texistis literis, posse cupimus reperiri aliquem, qui possit auferre fratrum discordiæ. cum sancta Synodus cognitionis tuæ vnanimitatis tuæ cæterorumque & Ægypto consacerdotibus nostris commiserit, iterum oportet fratrem nostrum Flauianum conuenias, vt si in eo perseuerauerit, quo veniendum non putet salutis Concilij Nicæni, sed etiam Synodi Capuensis statutis, illibata pace vniuersorum ita consulas, vt non videamur destruere, quod ædificatum est.

a Gal. 2.

Si enim a quæ ædificaui, destruo, præuaricatorem me ipse constituo, si quæ destruxi, iterum ædificem. Seruetur ergo inuicem pacis gratia inter vniuersos & nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit. Sane referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ sacerdotem Ecclesiæ: quoniam præsumimus ea te indicaturum, quæ etiam illis displicere nequeant. Ita enim vtile erit constitutam sententiæ, ita pacis & quietis securitas: si id vestro statuatur consilio, quod communioni nostræ dissensionem non afferat; vt nos quoque accepta nostrorum serie statutorum, cum id gestum esse cognouerimus, quod Ecclesia Romana haud dubie comprobauerit, lati fructum huiusmodi examinis adeptiscamur. hactenus Ambrosius ad Theophilum. Vides ex his, quantum detulerint maiores primæ sedi, nempe Rotomæ Ecclesiæ auctoritati: cum ex Synodo delegata causa secundæ sedis Episcopo Alexandrino cognoscenda, vna cum illi subiectis Episcopis; quicquid tamen illi iudicassent, comprobandum esse duxerint auctoritate Romani Pontificis, absq; vero ipsius confirmatione omnia irrita redderentur.

LXXI. COMMOTVS PAPA IN FLAVIANVM.

Quid autem post hæc vsque ad secundum Theodosii in Italiam aduentum in eadem causa transactum fuerit, ignoratur: illud tantum ex Socrate b, iuste commotum esse Romanum Pontificem (quem ipse errore, vt dictum est, Damasum vocat, cum constet fuisse Siricium) aduersus Flauianum Antiochenum Episcopum; sed per Theophilum Episcopum Alexandrinum actum esse, vt ob vniuersalis Ecclesiæ pacem illi reconciliaretur, communicatioque ab eo vt prius eidem impartiretur. Ad breue autem post hæc tempus vixisse Euagrium, cum Socrate Sozomenus c quoque affirmat, cum tamen nec sic discordia illa finem acciperet: siquidem etsi Euagrio nullus sit datus successor; qui tamen eius communionis erant, primatos conuentus agentes, communicare cum Flauiano penitus recusarunt. Certe quidem Euagrium adhuc fuisse superstitem anno decimoquarto Imperij Theodosij, san. Hieronymus, qui eodem anno scribebat commentarium de Scriptoribus Ecclesiasticis, affirmare videtur, cum de ipso ait: *Euagrius Antiochiæ Episcopus acris & feruentis ingenij, cum adhuc esset presbyter, diuersarum hypothesin tractatu mihi legit, quos nec dum edidit; Vitam quoque beati Antonij de Græco Athanasij in sermonem nostrum transtulit.*

b Socr. l. 5. c. 15.

c hoc. l. 7. c. 15.

Sed ad Capuensem sita ab eis dictam) Synodum redeamus. Non de Antiochena tantum dissensione in ea actum est, sed & de causa Bonosi eiusdam in Macedonia Episcopi hæresis accusati, quod impudentissimo ore illibatam Dei genitricis Mariæ virginitatem negare post partum auderet: cuius causæ cognitionem eadem S. Synodus delegauit Anysio Episcopo Thessalonicensi, qui eam cũ sibi subiectis Episcopis cognosceret. Extat de eiusmodi delegata causæ cognitione epistola apud Ambrosium, non tamen Ambrosij, in hæc verba conscripta d:

LXXII. RELIQVA GESTA IN SYNODO CAPVANA.

d Apud Amb. ep. 77. LXXIII. CAVSA BONOSI ITERATA.

Accepi litteras vestras, quibus vel pro veritate, vel pro modestia nostram sententiam scisciari voluistis. Sed cum huiusmodi fuerit Concilij Capuensis iudicium, vt finitimi Bonoso atque eius assertoribus iudices tribuerentur & præcipue Macedones, qui cum Episcopo Thessalonicensi de eius factis cognoscerent: aduertimus, quod nobis iudicanda forma competere non posset. Nam si integra esset hodie Synodus, recte de his, quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur, qui hoc recepistis iudicium sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi vel accusatoribus, vel accusato copiã dare. Vicem enim Synodi recepistis, quos ad examinandum Synodus elegit. Denique cum Bonosus Episcopus post iudicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium, qui eius sententiam consuleret, interdictum sibi Ecclesiam irrumpere atque ingredi responsum est ei, quod nihil temere audiam foret, sed omnia modeste patienterque, sine gerenda: neque contra sententiam vestram tentandum aliquid: vt quid videretur vobis iustitia conuenire statueretur, quibus hanc Synodus dederat auctoritatem. Ideo primum est, vt his iudicent quibus iudicandi facultas est data. Vos enim totius (vt scripsimus) Synodi vice decernitis: nos quasi ex Synodi auctoritate iudicare non conuenit, &c. damnatum autem ab Anysio Episcopo Thessalonicensi Bonosum, vetitumque ab eo ordinatos cum illo communicare, sed receptos fuisse eos in iisdem ordinibus, Innocentius Papa e testatur. A Bonoso autem Bonosiani sunt hæretici denominati, iidem Photinianæ hæ. esis sectatores, vt Gennadius f tradit, aduersus quos Audentium Hispanum Episcopum scripsisse, idem affirmat. Damnantur à Gelasio g Papa Bonosiani vna cum Photino, & aliis illi similibus: Photini enim hæresin impie fuisse sectatum Bonosum, idem qui supra Innocentius Papa h haud obscure significat. cuius autem ciuitatis hic Episcopus fuerit, non memini me legisse. Porro hoc eodem tempore eiusdem nominis complures vixere ab illo diuersi, vt Bonosus ille adeo amicus sancti Hieronymi, qui in scopulo quodam vitam transegit anachoreticam, quem ipse mirifice prædicat in epistola i ad Ruffinum: aliusque huic aduersus, quem sanctus Hieronymus k vituperans nominat Bonosum (siue Bonasum) rabulam Segestanum. Alium etiam proferunt Bonosum Marcellinus ac Faustinus presbyteri schismatici in libello ad Theodosium, eumque Treueris in carcere ob defensionem fidei defunctum prædicant, re vera tamen vnum ex ipsorum consortibus schismaticum Luciferianum. Sed ad Synodum Capuensem redeamus.

e Innoc. ep. 22. c. 5.

f Gennad. de vir. Illustr. in Audentio.

g Gelas. in Conc. Rom. c. Sancta Romana.

h Innoc. ep. 20 11. 12.

BONOSI FLVXIS.

i Hier. ep. 41.

k Hier. ep. 100.

Fuit præterea in eadem Synodo Capuensi statutum, ne fierent rebaptizationes, reordinationes, & Episcoporum translationes. Citatur eiusmodi canon à Concilio Carthaginensi *l.*

LXXIV.

l Conc. Carthag. c. 15. apud Theod. Bal. a. t. 32.

Hæc sunt, quæ de Synodo Capuæ habita colligere licuit: cuius etsi certus annus, quo celebrata est, ignoratur, hæc tamen circa tempora actam esse, in dubitationem reuocari non potest.

Redeamus iam ad Theodosium Imperatorem, quem hoc eodem anno Kal. Septemb. ab Vrbe recessisse, auctor est Marcellinus, cuius quidem mensis octauo Idus ad Albinum Vrbis Præfectum eiusmodi religioso Imperatore dignum rescriptum dedit *m*:

m l. 1. de quæst. Cod. Theod. THEODOS. AB VRBE RECEDENS VENIE MEDIOLANVM. l. 19. de hær. C. Th.

Sacratæ Quadragesimæ diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum. Dat. VIII. Idus Septemb. Foro Flam. Timasio & Promoto Coss. Venisse Theodosium post hæc Mediolanum, eiusmodi rescriptum aduersus hæreticos ad Tatianum datum significat *n*:

LXXVI.

*Hi qui sani * dogmatis retinent principatum, hoc est, Episcopi, presbyteri, diaconi, atque lectores, & qui clericatus velamine reli-*

* scuti

gioni

gioni maculam conantur infligere, sub cuiuslibet hæresis siue erroris nomine constituti; ex funestis conciliabulis, seu intra Vrbem, seu in suburbanis esse videantur, omnimodo propellantur. Datum 6. Kalend. Decemb. Mediolani, Timasio & Promoto Coss. Iam vero reliquas à Theodosio hoc anno res gestas ordine prosequamur.

LXXVI. DE OCCASIONE CLADIS TEMPLI SERAPIDIS ALEXANDRIÆ.

Hoc eodem anno (vt Marcellinus in Chronico auctor est) dato ab eodem Imperatore rescripto, celeberrimum illud totoque orbe terrarum notissimum templum Serapidis Alexandriæ funditus excisum est. Rem adeo admirandam edito libro Sophronius huius temporis scriptor haud ignobilis, testimonio Hieronymi commendatus, fusissime explicauit: sed quoniam penitus periit commentarius ille; reliquum est, vt more nostro hinc inde cum labore colligendo fragmenta, rem ipsam integram, vt licebit, repræsentemus. Hic primum illud dicendum est, eiusmodi demolitionem templi Serapidis & aliorum in Ægypto templorum idolotum prædictam a fuisse à Bessarione Abbate: sed & præcognitam quoque à dæmone, atque reuelatã Antonino philosopho Ethnico, auctor est Sardianus: ex quo Gentiles, cum in templi iactura erubescerent imbecillitatem suotum deorum; tamen quod illi ista ante prænunciassent, prædicabant ipsorum potentiam. Inerebuit quidem de re tanta iactantia auctatum vulgi rumoribus, tum etiam editis ab Eunapio Sardiano scriptis: cum enim agit de Antonino tunc apud eos magni nominis philosopho filio Sosipatræ doctissimæ fœminæ, ait b: *Ad eum iuuentus fauor ac sapientia studio dedita frequens commeabat, sano adolescentibus, qui sacris operabantur, pleno. Ipse quoque homine maior habitus, & inter mortales vitam degens, iam tum contubernalibus discipulisque prædicere solebat, à sua morte non exiturum amplius deorum templum, inuito magnifica illa & religiosa Serapidis delubra informi situ obruturum iri, & vastitatem passura, quæque in terris affectu pulcherrima forent, in ea fabulosum chaos & spissam caliginem dominatura, suamque tyrannidem esse exercitura; atque omnia tempus detexit, veraque comprobauit, vt oraculi vim prædictio obtinuerit.* hæc Eunapius, qui de eodem inferius: *Istud itaque prudentiæ Antonini æstimationem summopere adduxit, quod palam apud omnes prædixerat, templa in sepulchra conuersum iri.*

a *Vita SS. PP. p. 2. c. 21*

ANTON. PHILOSOPH. PRÆNOVIT RESCISSIONEM SERAPIDIS.

b EUNAP. *Vit. Philos. in Ædesio*

LXXVII. EVVERÆ CLADIS SERAPIDIS PRÆNVNCII.

Cum hæc itaque posteri Gentiles deorum illorum cultores per Theodosium impleta vidissent, memores prædictionis Antonini, iactantes se de his, diuinitatis aliquid diis suis futurorum conscriis impertiebant: atque non hæc Alexandriæ tantum spargebant, sed toto Orbe, vbi deorum cultores essent, magno suorum idolorum præconio diffamabant. Huius quidem rei occasione compulsus est sanctus Augustinus scribere commentarium illum de diuinatione dæmonum, in cuius exordio causam refert, quare in eo argumento versari coactus sit: ait enim c:

c *Aug. de diu. dæm. c. 1.*

Quodam die in diebus sanctis Octauarum, cum mane apud me adessent multi fratres laici Christiani, & in loco solito consedissemus, ortus est sermo de religione Christiana aduersus præsumptionem, & tanquam miram & magnam scientiam Paganorum: quem recordatum atque completum litteris mandandum putaui, non expressis contra dicentium personis, quamuis Christiani essent, & magis cõtradicendo quærere viderentur, quid Paganis respondere oporteret. Cum ergo de diuinatione dæmonum quæreretur, & affirmaretur prædixisse nescio euersionem templi Serapis, quæ in Alexandria facta est: respondi, non esse mirandum, si istam euersionem templi simulacris suis imminere dæmones & scire & prædicere potuerunt sicut alia multa, quantum eis nosse & pronunciare permittitur, &c. huius igitur euentus causa idem S. Augustinus commentarium illum absoluit.

LXXVIII. ANTONIN. PHILOS. VATES. d *Sard. Vit. Philos. in Ædesio.*

At audiamus, quid ira percitus aduersus Christianos ob demolitionem templorum suorum effutiat Sardianus, d cum de eodem Antonino vate narrare pergit: *Quod autem, inquit, diuini quiddam in eo fuerit, breui post elucet. Nam vix adeo ex hac vita migrauerat, cum & cultus numinis apud Alexandriam & Serapidis delubrum disturbata dissipataque fuere, non religio tantum, sed vniuersa fabrica, & omnia eum habuerunt exitum, quem poetarum fabulæ tribuunt gigantum victoriæ: simile enim quid Canobicis templis accidit imperante tunc Theodosio, Prætorij Præfecto Theophilo, placulari homine, & Eucrymedante quopiam, qui* e

e *Q4. f. 7.*

Late lex tumidas inter seuosq; gigantes

Primatum temnit. puto hic Eunapium intelligere voluisse Theophilum tunc Alexandriæ Episcopum aduersus idolorum templa egregiam operam nauantem: sed subdit: *Venerato tum Vrbis Præfecto, & Romano Ægyptilegionensium imperio obtinente: qui omnes iras aduersus saxa & lapicidas aggerantes, ea oppugnabant; & qui bellum nunquam antehac tractauerant, Serapidis ædem funditus demoliti sunt, templique donaria manus hostiliter iniecerunt, absque hoste & extra prælium victoriam adepti. Eo pacto cum simulachris ac donariis commissa strenue pugna, non deiecere modo illa, verum etiam depeculati fuere, multa atque inter ipsos lex erat & tessera, vti quid quisque furto subduxerat, lateret occultum. Mansit tamen area adis, quam asportare ne quiuerunt ob saxorum molem, quæ difficulter loco commoueri potuerant.* hæc de templorum demolitione Eunapius.

LXXIX. EVNAPIVS HOSTIS MONACHORVM.

Quod autem demolitis templis, atque sublatis sacrificiis & idolis, expurgatisque rite locis impietatis, ibidem erectæ pro templis fuerunt Ecclesiæ; & loco sacerdotum idolorum monachi sunt substituti, ac pro idolis reliquiæ martyrum per Theophilum Episcopum Alexandrinum illuc delatæ fuerunt: maiore æstuans ira philosophus, in eosdem monachos & reliquias sanctorum martyrum acerbioribus inuehitur contumeliis, atque blasphemiis insectatur, obruendis quidem silentio: sed boni consulas, lector, cum scis loqui hominem Ethnicum, Dei hostem, afflatum dæmone, atque indignatione turbatum: ab eiusmodi enim sic composito hominum genere quis putet aliud, quam enormi calumnias & eructari blasphemias: sic isto parato antidoto, sibilos audi serpentis: *At, inquit, egregij illi viri & bellicosi, confusis perturbatisque rebus omnibus, debellasse se deos, incruenti quidem sed ab auaritiæ crimine non impuris manibus gloriabantur, sacrilegium & impietatis crimen laudi sibi assumentes. Idem postea in sacra loca inuexerunt monachos, sic dictos, homines quidem specie; sed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda scelera committebant, quibus tamen pietatis pars videbatur, sacri loci reverentiam preculcare. Nam ea tempestate, quinis atrum vestem indutus, quique in publico sordido habitu spectari non abnuebatis tyrannicam obtinebat auctoritatem, in eam virtutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus etiam dictum est in vniuersa historia commentaria.*

LXXX. DEPLORANDVS STATVS RECENTIORVM HÆRETICORVM.

Hæc in Monachos Sardianus, quæ à nostri temporis hæresiarchis magno accepta sunt plausu, & litteris ferme aureis exarata, pro titulo affixa sunt postibus suorum commentariorum, quibus monasticã vitam impugnant? probe quidem (non improbo) cum sua se sponte in classem Ethnicorum coniiciant idolorum cultorum, recedentes ab iis, quæ his temporibus eodem argumẽto scripserunt præstantissimi Christiani, disertissimi que doctores Ecclesiæ, Magnus Athanasius, Magnus Basilius, Gregorius Theologus, Ioannes os aureum, & alii innumeri sanctissimi atque doctissimi Patres miraculis coruscantes: quibus hi spretis, auersoque vultu eos spectantes & execrantes, ad vnius tabidi canis vomitum reforbendam magna se auiditate conuertunt; sic quidem è quorum partibus stent, perspicue cum verbis, tum factis significantes; vt nulla alia de iisdem sit ferenda sententia, nisi quam sibi ipsis stolide interrogarint, nempe vt partem cum blasphemis Ethnicis sortiantur, qui spretis Patribus Orthodoxis, illis pertinaciter inhæserunt, duplo tamen ac quadruplo grauius illis plectendi, quod maioti peccauere nequitia.

LXXXI. EVNAPIVS BLASPHEMVS QVID IN MARTYRES.

Sed quid in martyrum reliquias in Ecclesiis super delubra erectis repositas Eunapius? *Illi ipsi monachos Canobi quoque collocarunt, vt prædiis, qui animo cernuntur, seruos, & quidem flagitiosos diuinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum cæremoniasque obligatis. Ii nauig, comitata & salita eorum capita, qui ob scelerum multitudinem à iudicibus extremo supplicio fuerant affecti, pro diuis ostentabant: iis genua submittebant, eos in deorum numerum recipiebant, ad illorum*

sepulchra paluere sordibusque conspurcati: in iis nonnulli martyres, diaconi alij, & legati, arbitriq; precum petitionumque apud eos nominabantur, cum fuerint scrutinia infida, & flagris pessime subacta, & quæ cicatrices scelerum ac nequitiæ vestigia corporibus circumferrent: eiusmodi tamen deos sert tellus. Istud itaque providentia Antonium existimationem summopere adauxit, quod palam apud omnes prædixerat, templa in sepulchra conuersum iri. hactenus Eunapius. At nihil est, quod immorer in refellendis his, quæ ab omnibus Gentilibus aduersus Christianos ab exordio nascentis Christi Ecclesiæ obiici solita fuere, cũ de his sexcentæ (ita diximus) Apologiæ aduersus eosdem Gentiles à Patribus scriptæ fuerint. Sed hic ille diligenter obseruandus est cultus, à piis exhiberi solitus sacris reliquiis martyrum, qui ex eiusdem Eunapii blasphemiis egregie refertur, vt loco benedictionum accipienda sint, quæ ab ipso maledicta inseruntur.

LXXXII. ANTIQVI MORES CATHOLICÆ ECCLESIÆ.

Referat primum illud antiqui moris, vt cum noua esset Ecclesia dedicanda, in eam reliquiæ sanctorum martyrum inferrentur, Sed & ille veteris obseruantiæ vsus attendendus ex verbis Eunapii, non solum sub altarib. claudi martyrum reliquias, sed & foris relinqui præcipua eorundem membra certis diebus cunctis perspicua, ac adoranda. Tenio vero illud magna consideratione dignum ex eodem elicitur, tãto honore prosequi solitos antiquos Christianos cultum sanctorum martyrum, vt Gentiles existimarent eosdem ab illis haberi deos; cum tamen religio Christiana nonnisi vnum Deum consueuerit adorare. Vides, quæ lateant sub stercore gemmæ, & quas nobis referrent Gentilium blasphemiæ veritates? At de his hactenus, quæ occasione prædictionis habitæ ab Antonino philosopho, imo mago, de Serapidis templi clade ex Eunapio sunt recensita. Iam vero rei gestæ narrationem accuratam, ex scriptis eorum, qui hoc tempore vixerunt auctorum, hic describamus. Ruffinus enim cum causam demolitionis templi Serapidis præmittit, ita auspicatur historiam *a*:

a Ruff. li. 2. c. 22.

LXXXIII.

Interea apud Alexandriam nouus motus, & contra temporum fidem aduersum Ecclesiam concitantur, ex occasione huiusmodi oborti. Basilica quædam publici operis vetusta admodum neglecta fuit, quam Constantius Imperator donasse Episcopis perfidiam suam prædicantibus ferebatur. Quæ longa incuria nihil validum præter parietes habebat. Visum est Episcopo, qui per idem tempus gubernabat Ecclesiam, hanc ab Imperatore deposcere, vt crescentibus Fidelium populis, orationum quoque crescerent loca. Quam cum acceptam vellet excolere, reperta sunt in loco antra quædam latentia & terra defossa, latrociniis & sceleribus magis, quam cærimoniis apta. Igitur Gentiles, qui retegi criminum suorum latebras & flagitiorum cauernas viderent: non ferentes operta tot seculis mala & tenebris obtecta reserari, velut draconum caluse potato, insanire omnes ac palam furere coperunt. Nec vocibus iam & seditionibus, vt solebant, sed manu ferroque decertare nituntur: crebros conflictus agere in plateis, belloque aperto vterque populus inter se coire. At nostri numero & potentia multo plures, sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter nostrorum plurimi vulnerati, aliquantis etiam interfectis, ad templum, quasi ad arcem quandam refugiebant, quo nonnullos ex Christianis captos secum abducentes, accensis aris, immolare cogebant; renitentes nouis & exquisitis supplicijs excruciatos necabant. Alios patibulo affigentes, alios confractis cruribus in speluncas præcipitantes, quasi ob sacrificiorum sanguinem cæteraque impuritates delubri recipiendas vetustas cariosa construxerat. est memoria horum inter martyres recensita in Romano Martyrologio XVII. Kal. Aprilis.

RESERANTVR IDOLATRARVM SCELERA.

LXXXIV. b Soc. l. 7. c. 10.

Tunc & accidisse refert Sozomenus *b*, vt Olympus ille, cum se clausum conspiceret in templo, audiret in eo cantari, *Allelvia*, & cum qui ita caneret, non videret, intelligeret præsagium, nempe occupandum templum fore à Christianis, ideoque eum cito citius, exte is infelis, nocturno silentio clam recessisse tradit, atque nauim conscendisse, demumque in Italiam nauigasse. Addit Socrates *c*, inter Ethnicos tunc aduersus Christianos pugnasse Helladium & Ammonium grammaticos, quorum ille sacerdos Iouis erat, hic vero Simiæ, illumque se nouem homines trucidasse in illa rixa gloriatum: sed fugisse hos postea Constantinopolim affirmat, seque ipsorum auditorem fuisse. Pergit autem Ruffinus semel inchoatam narrationem.

c Socr. l. 5. c. 16.

Verum hæc per dies singulos primo cum metu; deinde cum fiducia & desperatione gerere, atque intra templum clausi rapto & præda vtuere: ad postremum grassantes in sanguinem ciuium, ducem sceleris & audacia sua diligunt Olympum quendam nomine & habitu philosophum, quo antesignano arcem descenderent, & tyrannidem tenerent. At hi, quibus Romanarum legum custodia, iurisque dicendi cura permissa est, cognitis, quæ gesta fuerant, turbati atque perterriti ad templum conuolant, causas audaciæ percontantur; & quid sibi vellet illa concursio, in quo cum tanto scelere ante aras sanguis ciuium funderetur, inquirunt.

LXXXV.

Sed illi obstrepentes, confusis & dissonis vocibus rationem facti nullam, sed clamorem reddebant. Missis tamen ad eos nunciis, de Romani Imperij potestate, de vindicta legum, & de his, quæ talia solent subsequi, commonebant. Cumq; loci munitio nihil aduersus vesana molientes agi nisi vi maiore posset: res gesta ad Imperatorem refertur. Ille, qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare, quam perdere, rescribit, illorum quidem vindictam, quos ante aras sanguis effusus martyres effecit, non esse poscendam, in quibus dolorem vteritus superauerit gloria meritorum: de cætero vero malorum causam, radicesque discordiæ, quæ pro simulachrorum defensione veniebant: penitus debere succidi: quibus exterminatis, etiam bellorum causa pariter conquiesceret.

Cumq; hæc scripta venissent, & velut post inducias parui temporis ad audiendum vterque populus conuenisset ad templum: statim vt prima epistolæ pagina reserata est, in cuius exordio vana Gentilium superstitio culpabatur, immensus clamor à nostris attollitur, stupor & pauor Gentilium populos inuasit: latebras vnusquisque sine quærere, angustos fugæ calles rimari, aut nostris se latenter immergere: vt ab omnibus, qui aderant, nosceretur præsentia Dei populo audacem tribuente furorem dæmonis, qui in illis prius debachatus fuerat, effugatum.

LXXXVI. TEMPLVM SERAPIDIS.

Sed qualenam esset templum Serapidis, ita describitur ab ipso Ruffino, qui cum (vt diximus) diu vna cum Melania Alexandriæ versatus sit, illud plusquam semel vidisse potuit. ait igitur: *Serapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto, plerisq; vero etiam notum. Locus est non natura, sed manu & constructione per centum & eo amplius gradus in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spatijs omni ex parte distentus: cuncta vero, quo ad summum pauimentorum euadatur, opere fornicato constructa; quæ immensis desuper liminaribus & occultis adstibus inuicem in semet distinctis, vsum diuersis ministerijs & clandestinis officijs exhibebant. Iam vero in superioribus extrema totius ambitus spatia occupant exedræ & pastophoria domusque in excelsum porrecta, in quibus vel seruire, vel ij, quos apellant ἀγγελους, id est, qui sectatis, comminare solitierant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distincte intrinsecus circumibant. In medio totius spatij ædes erat pretiosis edita columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa.* Sed & de ædibus Serapidis hæc Ammianus *d*: His, inquit, *accedunt altis suffulta* * *fastigijs templa, inter quæ eminet Serapium: quod licet minuatur excitate verborum, attritu tamen & columnis* * *amplissimis & spiramentibus signorum figmentis & reliqua operum multitudine ita est exornatum, vt post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.* subiungit de bibliotheca Ptolomæi ibi posita, de qua nos superius. *In hac vero ade* (subdit Ruffinus) *simulacrum Serapis ita erat vastum, vt dextera vnum parietem, alterum læua perstringeret: quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositũ ferebatur.* hæc de statua Serapidis Ruffin. quã factam esse à Sesostre Rege per Bryaxem artificem, auctor est Clemens Alexandrinus, quiait *e*: *Adeo faciendum mixta & varia visu est materia: habebat enim ramentum auri & argenti & æris & ferri & plumbi, nec ei vllus lapis deerat Aegyptius, nec sapphiri & hæmatistæ fragmenta, sed nec smaragdi & topatij: hæc ergo omnia leuigata, tritaq; ac commixta illinit colore cæruleo, qua de causa nigrior est cæteris imaginib.* hæc Clemens.

d Ammian. li. 22. * suffulta * columnarijs

e Clem. Alexand. ad Gentes. SERAPIS SIMVLACRVM QVALE.

LXXXVII.

Quod vero ad Serapidis imaginem spectat: humana effigie in vertice modium seu calathum gestantem eum simulacra reddidisse, quæ hactenus visuntur statuæ ipsius demonstrant; interdum vero quibusdam additis hiero-

glyphi-

glyphici characteribus, vt describitur à Macrobio in Saturnalibus a vbi ait: *Soli se sub illius nomine testatur impendere vel dum calathum capiti eius infigunt, vel dum simulacro stigmum tricipitis animantis adiungunt, quod exprimit medio eodemq; maximo capite leonis effigiem: dextera parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis, pars vero læua cerucis rapacis lupi capite finitur, eaq; formas animalium draco connectit volumine suo, cauda redeunte ad Dei dexteram, qua constituitur monstrum.* ita ipse: sed subdit hæc de templo Ruffinus:

LXXXVIII. ORNATVS TEMPLI SERAPIDIS.

Interioris delubri parietes laminis primo æreis vestiti, super has argenteis, ad postremum æreis habebantur, quæ monumento pretiosioribus vnetallis forent. erant etiam quædam ad stuporem admirationemque videntium dolis & arte composita. Fenestra perexigua ab ortu Solis ita erat aptata, vt die, qua fuerat institutum simulacrum Solis ad Serapin salutandum introferri, diligenter temporibus observatis, ingrediente simulacro, radius Solis per eandem fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita vt inspectante populo, osculo salutatus Serapis videretur à Sole. Erat & aliud fraudu genus huiusmodi: Natura Lapidis magnetis huius virtutis esse perhibetur, vt ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum Solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, vt lapis, cuius * *naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cum temperate sub ipso radio ad libram fuisset positum simulacrum, & vi naturali ad se raperet ferrum: assurrexisse populo simulacrum, & in aere pendere videretur. Et ne hoc lapsu propero prodereture, ministri fallacia. Surrexit, aiebant, Sol, vt valeduem Serapi, discedat ad propria. Sed & multæ aliæ decipiendi causa à veteribus in loco fuerant constructa, quæ nunc longum est enumerare per singula.*

IMPOSTVRÆ IN TEMPLO SERAPIDIS. * natura

Verum quonam modo ea impostura detecta fuerit atque sublata, sanctus Prosper, qui his viuebat temporibus, ita describit b: *Apud Alexandriam in templo Serapis hoc argumentum dæmonis fuit. Quadriga ferrea nulla basi suffulta, nullis vnquam infixa parietibus colligata, in aere pendens cunctis stuporem, ac velut diuinum subsidium oculis mortalium exhibebat: quam tamen lapis magnes, qui ferrum sibimet attributum suspendit, eo loco cameræ affixus totam illam machinam sustentabat. Itaque cum quidam Dei seruus inspiratus intellexisset: magnetem statim vt camera subtraxit, omne illud ostentum cadens, confractum comminutumque ostendit, diuinum non esse, quod mortalis homo firmauerat.* hæc Prosper. Subdit vero Ruffinus.

b Prosper. de prædi. l. 3. c. 38.

LXXXIX. DESTRVITVR SIMVLACHRVM SERAPIS.

Verum vt dicere cœperamus, rescripto Theodosii recitato, parati quidem erant nostrorum populi ad subuertendum erroris auctorem: persuasio tamen quædam ab ipsis Gentilibus fuerat dispersa, quod si humana manus simulacrum illud contigisset, terra dehiscens illico solueretur in chaos, cælumque repente rueret in præceps. Quæ res paululum stuporem quendam populis dabat. Cum ecce vnus ex militibus fide magis, quam armis munitus, correptam bipennem, insurgens omni nisu, maxilla veteratoris illudit. Clamor attollitur vtrorumque populorum: neque tamen aut cælum ruit, aut terra descendit. Inde iterum atque iterum repetens, putris ligni femoralium genu cadit. Quo dejecto, igne adhibito, tam facile quam lignum aridum, conflagrauit. Post hoc resultsicun cerucibus, & depresso modio trahitur caput: tunc pedes aliaque membra cæsa securibus & raptata funibus detrahuntur, ac per singula loca membratim in conspectu cultricis Alexandriæ senex veterosus exuritur. Ad vltimum, truncus, qui superfuerat, in Amphitheatro concrematur: vanaque superstitionis & erroris antiqui Serapis hic finis fuit.

XC. De cuius origine diuersa fertur opinio Paganorum. Alij Iouem putant, cuius capiti modius superimpositus, vel quia cum mensura modoque cuncta indicet moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Alij vrtutem Nili fluminis, cuius Aegyptius opibus & fœcunditate pascatur. Quidam in honorem nostri Ioseph formatum perhibent simulachrum ob diuisionem frumenti, qua famis tempore subuenit Aegyptiis. Alij repertum in historiis Græcorum veteribus ferunt, Apin quendam patrem familias seu Regem in Aegypto Memphis positum, cum famis tempore frumenta apud Alexandriam defecissent, ex proprio assatim ciuibus alimenta præbuisse, quo defuncto, in honorem eius instituerint apud Memphin templum in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habens quadam coloris insigmia, qui ex nomine eius, Apis appellet: σορὸν vero, id est, sepulchrum, in quo corpus eius inerat, Alexandriam deduxerint; & Soron Apis, primo ex compositione Serapin, post vero per corruptionem Serapin nominarint. Quod an verum sit, aut nihil omnino, Deus viderit. hæc de Serapide Ruffinus: sunt autem diuersæ maiorum ea de re sententiæ.

XCI. SERAPIS VNDE DICTVS. c Gen. 41.

Sed quod ad Ioseph filium Iacob attinet, haud quidem spernenda ea est sententia: nam ex diuinis litteris patitum est, mutasse Pharaonem Regem Ægypti nomen Ioseph: ait enim diuina Scriptura c de ipso Rege: *Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi.* hæc ibi: scimus antiquos scriptores ipsum nomen, *Serapis*, ex Græcis deducere vocibus, cum dicant ferme omnes, σορὸν ἄπις, *sepulchrum Serapis.* Sed Iulius Matern[o] haud ignobilis scriptor, qui claruit temporibus Constantini, & post illius obitū ad eius filios commentarium illum scripsit de errore profanæ religionis, hæc de Ioseph & significatione nominis aliter expressa habet d: *Discite etiam, sacrosancti Imperatores, venerandum Alexandria numen vnde sumpserit exordium.* & post recitatam de saluata à penuria eius prouidentia atque industria Ægypto, ista subdit: *Huic post mortem Aegyptij patrio gentis suæ instituto templa fecerunt; & vt iustam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio esurientibus & cementibus frumenta diuiserat, capiti ius superpositus est. Nomen etiam, vt sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit* e. *Nam quia Sara prompsos fuerat, ex qua non agenaria Abraham indulgentia Dei susceperat filium, Serapis dictus est Graco sermone; hoc est,* Σαρῶς; *sed hoc inuito Ioseph accidit, imo mortuo.* ita ipse.

d Iul. Firmic. c. 14. IOSEPH CREDITVS SERAPIS.

e Gen. 21.

XCII. Verum haud facile mihi persuadeo, Ægyptium populum deos pattios peregrinis vocibus nuncupasse, & non potius Ægyptio vocabulo, quem tanti facerent deum, appellare voluisse: vnde tota vis in eo posita esse videtur ad dignoscendam originem eius, quidnam apud Ægyptios vox, *Serapis* significaret: nam si apud eos idem erat *Serapis*, quod *mundi Saluator*; non alium certe, quam Ioseph ipsos figurificare voluisse, certum redditur. Fertur ab antiquis Serapidis illud oraculum Ioseph o Patriarcha dignissimum, à nostris etiam decantatum, quo veræ Theologiæ pronunciatur elogium, sic Latine redditum:

Principio Deus est tum Verbum; bis Spiritus vnus est:
Congenita hæc tria sunt, cuncta hæc tendentia in vnum.

quod sane oraculum, ex eo, quod eundem cum Plutone esse Serapidem Heraclides Ponticus tradidit, (quæ fuit plurimorum antiquorum sententia) idcirco Plutoni illud ipse tribuit. Certe quidem non frumentum tantum, sed veram Dei cognitionem Ioseph um tradidisse Ægyptiis, testificatione diuinæ Scripturæ comprobatur, vbi dicitur f: *Constituit eum Rex Pharao, vt erudiret Principes sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.* vt iure dici possit, eam de Deo recitatam sententiam fuisse Ioseph. Tradūt insuper à Serapide inuenta esse symbola quædam, quibus ab obsessis dæmones pellerentur, quod Hebræorum sapientiæ conuenit. Pergit vero Ruffinus:

f Psal. 104.

XCIII. DILIGENTIVM LVDIBRIO EXPOSITI.

Sed ad incœptum, inquit, redeamus. Post hæc capite ipso idolatria deiecto studiis vigilantissimi sacerdotis, quæcunque fuerant per totam Alexandriam portenta potius, quam simulachra, pari exitu & simili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miseris mortalibus laqueis à dæmonibus præparati sint, quæ funera, quæ scelera in illis, quæ dicebant ἄβυσσα, tegerentur: quot ibi infantum capita defecta inauratis labris inuenta sint, quot miserorum cruciabiles mortes depictæ. Quæ cum proderentur in lucem, ac sub auras prolata ferrentur, licet confusissime ipsa Gentiles & pudore dissugerent: tamen si quis adesse potuit, mirabatur tot saculis se illu tam nefarius & tam pudendis fraudibus irretitum. Vnde & plurimi ex his, condemnato errore, & scelere deprehenso, fidem Christi & cultum vera religionis amplexi sunt. Nam vt omittam cætera flagitia, quæ in aliis locis, vt nec atu parulis, despicatisque ob fibrarum inspectionem virginibus, gerebantur: vnum solummodo, quod in templo Saturni geri, ad omnium venit conscientiam, memorabo: ex quo etiam cætera, quæ omissimus, perpendantur.

XCIV. CLANDESTINÆ

Sacerdos erat apud eos Saturni, Tyrannus nomine: hic quasi ex responso numinis, adorantibus in templo nobilibus quibusque & primarius vnus, quorum sibi matronæ ad libidinem placuissent, di-

IMPVDICITIÆ SACERDOTVM IDOLORVM.

cebat Saturnum præcessisse, vt vxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat gaudens, quod vxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam comptum, insuper & donariis omnifariam, ne vacua scilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum. In consertis omnium conclusa intrinsecus matrona. Tyrannus clausis ianuis, & traditis clauibus, discedebat.

Deinde facto silentio, per occultos & subterraneos aditus intra ipsum Saturni simulacrum patulis irrepebat cauernis. Erat autem simulacrum illud à tergo excisum & parieti diligenter annexum. Ardentibusq; intra eadem luminibus, intenta supplicantiq; mulieri, vocem subito per simulacrum æris concauati proferebat, ita vt pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tanti numinis putaret alloquio. Posteaquam vero qua libitum fuerat, vel ad confirmationem maiorem, vel ad libidinis incitamentum disseruisset numen impurum; arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguebantur vniuersa. Tunc descendens, obstupefactæ & consternatæ mulieri de adulterij fucum profanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multo iam tempore gererentur: accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruisse facinus, & attentius designantem, cognouisse vocem Tyranni ac domum regressam, viro fremidem sceleris indicasse. Ille de iniuria coniugis, imo potius sua ardentius inflammatus, inscriptum Tyrannum ad tormenta deduxit. Quo conuicto atque confesso, cæcis, fraudibus reuelatis, pudor omnis & dedecus Paganorum peruaserat domos, adulteris matribus; incestis patribus, liberis spurijs deprehensis, quibus diuulgatis & proditis, raptim cum simulacris & adibus excitabantur & crimina.

XCV. a *Iosep. Antiq. l. 18. c. 4.*

At non recens vel vnius eiusmodi fuit sceleris perpetratio: siquidem Ægyptijs sacerdotibus peculiare fuisse huiusce modi in mulieres, deorum nomine, exercere facinora, ostendunt, quæ Romæ contigisse Iosephus a describit tempore Tiberij Imperatoris, crimina haud dissimilia per sacerdotes Anubis in Paulinam clarissimam fœminã perpetrata; quam sub specie Anubis dei, adolescenti nomine Mundo, ipsius amatori insciam subiecerunt. Quam ob causam sacrifici illi iussu Tiberij cruci affixi fuerunt. Subdit vero Rufinus de alio Ægyptiorum templo tunc diruto, his verbis rem gestam narrans:

XCVI. b *Rufin. li. 1. c. 26.*

TEMPLI CANOPI DEMOLITIO.

Iam b vero Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? vbi prætextu sacerdotalium litterarum (ita enim appellant antiquas Ægyptiorum litteras) magicæ artis erat pene publica schola. Quem locum, velut fontem quendam atque originem dæmonum, in tantum venerabantur Pagani, vt multo ibi maior celebritas, quam apud Alexandriam haberetur. Sed de huius quoque monstri errore, cuiusmodi originem trahant, absurdum non erit pauca exponere. Ferunt aliquando Chaldæos ignem deum suum circumferentes cum omnium prouinciarum dijs habuisse conflictum, quo scilicet qui vicisset, hic esse deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij erãt aut auri, argentique aut ligni, vel lapidũ, vel ex quacunque materia constabant, quæ per ignem procul dubio corrumperetur: ex quo fiebat, vt ignis loci omnibus obtineret. Hæc cum audisset Canopi sacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydrias fieri solent in Ægypti partibus fictiles, vnde ignis crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua defundatur, defecatior ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis, desuper etiam variis coloribus picta, aqua repletam statuit in deum; & excisum veteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aptant. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum, cera hydriam ignis accenditur: cera, quæ foramina fuerant obturata, resolutur: fudante hydria, ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldæorum victor ostenditur. Vnde ipsum Canopi simulacrum pedibus perexiguis, attracto collo, & quasi strigillato, ventre tumido in modum hydriæ cum dorso æqualiter teretis formatum, ex hac persuasione velut deus victor omnium colebatur. Sed profecerunt hæc fortasse aliquando contra Chaldæos: nunc vero adnitente sacerdote Dei Theophilo, nullus profusi fuder, nec ceris fraus obtecta subsecuit: vastata sunt omnia, atque ad solum deducta, hæc Rufinus. Sed quod ad Canopi originem spectat, à duce Menelai sic dicto putant traxisse nomen. Cæterum Stephanus tradit Canopum dictum esse Neptunum, eoque signo mare ab Ægyptijs circumscribi.

CANOPVS QVALIS.

XCVII.

Pergit vero post hæc Rufinus: *Et nihil nõ gestum est, quod in squalorem verteret locum: flagitiorum cauerna ac veternosa bu-*

sta deuicta sunt, & veri Dei templa & Ecclesia celsa cõstructa. Natus & in Serapis sepulchro profanis aditibus complanatis, ex vno latere Martyrium, ex altero consurgit Ecclesia. Occasio autem Martyrij construendi vnde data sit, dignum arbitror memorare. subdit his Rufinus de profanatis atque dispersis tempore Iuliani Apostatæ reliquijs Ioannis Baptistæ, iisdemque collectis, & ad S. Athanasium tunc perlatis, atque hactenus conseruatis; cuius rei gestæ historiam suo loco superius recitauimus. In loco igitur, vbi Serapis templum erat, erecta Basilica fuit, illatæque in eandem ipsæ sacratissimæ reliquiæ (vt S. Athanasius ante prædixerat) S. Ioannis Baptistæ per Theophilum Episcopum Alexandrinum. Porro ipsa ædificatio Ecclesiæ sub Theodosio facta est, reliquarum vero collocationem post ipsius obitum fieri contigit sub eius filio c Arcadio Imperatore; quo tempore dedicata est, IV Kalen. Sept. quo quidem die in vniuersa Ecclesia eiusdem S. Ioannis Baptistæ decollationis solemnitas celebratur d.

c *Cedren. in Compend.*
d *Adamantius a. Is. Bapt. Beda de sex ætat. in hel.*

Post occasum vero Serapis, qui nunquam vixerat (subdit Rufinus e) *quæ iam alterius dæmonis stare delubra potuerunt? Parum dixerim, si omnes, qua erant Alexandriæ per singulas pene columnas cuiuscunque dæmonis adicula insulta ceciderunt: sed per ciuitas Ægypti vrbes, per castella, per vicos, per omnes rus, per ripas fluminis, per eremum quoque si qua fana, vel potius hasta reperiri potuerunt, instantia vniuscuiusque Episcopi subruta & ad solum deducta sunt, ita vt demoniorum cultura redderetur, quod iniuste fuerat dæmonibus deputatum.*

XCVIII. e *Rufin. l. 2. c. 28.*

XCIX.

Sed & illud apud Alexandriam gestum est, quod etiam Thoracis Serapis, qui per singulas quasque domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant, ita abscisis sunt omnes & abrasi, vt ne vestigium quidem vsquam, vel nominis appellatio, aut ipsius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret: sed pro his Crucis Dominicæ signum † vnusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisque depingeret. Quod cum factum esse, hi, qui super fuerant ex Paganis, viderent: in recordationem rei magnæ ex traditione sibimet antiquitus commendata venisse perhibentur. Signum hoc nostrum Dominicæ Crucis inter illas, quas dicunt ἱερογλυφικὰς, *id est, sacerdotales litteras, habere Ægyptij dicuntur, velut vnum ex ceteris litterarum, quæ apud illos sunt, elementis. Cuius litteræ, seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationem, VITA VENTVRA. Dicebant ergo hi, qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod hæc, quæ nunc colũtur, tam diu starent, quam diu viderent signum illud venisse, in quo esset vita. Vnde accidit, vt magi hi, qui erant ex sacerdotibus, vel ministri templorum, ad fidem conuerterentur, quam illi, quos errorum præstigia & deceptionum machinæ delectabant.* Addit f Socrates in imo diruti delubri lapides eiusmodi signo † Crucis inscriptos esse reperros, adeo vt Gentiles dicerent aliquid esse Serapidi commune cum Christo: quod non negandum, si de eius origine ex Iosepho filio Iacob, quod dictum est, omnino constare posset. Pergit vero Rufinus:

QVID HIS RVDIBVS FIGVRIS GRÆCIS.

f *Socr. l. 5. c. 17.*

C. DE VINA MENSVRA NILI.

Sane quoniam moris erat in Aegypto, vt mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapidis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis auctorem: subuerso eius simulacro, itaque consumpto omne simul negabant, Serapin iniuria metiorem aquas vltra ac affluentia solita largiturum. Sed vt ostenderet Deus, non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse, qui aquam fluminis temporibus suis inberet excrescere: tanta ex eo & deinceps fuit mundatio, quantam fuisse prius, ætas nulla meminerat. Et ideo vina ipsa, id est, aqua mensura, quam πῆχυν vocant, ad aquarum dominum in Ecclesiam cœptam deferri. Sed vbi hæc gesta religioso Principi nunciata sunt: extentis ad cælum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi Christe, quod absque vrbis illius magna pernicie tam vetustus error extinctus est. hactenus de rebus hoc anno gestis Rufini narratio. Addit vero hæc his Sozomenus de eiusdem Nili exundatione aliquando cessante:

g *Soz. l. 7. c. 20.*

CI.

Ferunt autem Aegypti fluuium tunc solito tardius ad primum exundationis gradum constitisse (eo scilicet tempore, quo Theodosius Imperator Gentiles vetuit immolare dæmonibus hostias) *Aegyptijergo indignabantur, quod non permitterentur secundum leges patrias fluuio sacrificare. Animaduertens autem gentis illius Præfectus eos ad sollitionem adornari, imperatori*

rem ita-

PRODIGIA EVENDATIONIS.

rem indicant. Imperator, vt intellecta: Satius est, inquit, ergo Deum permanere fidelem, quam sitientia Nili, & ex eis expectata anni fertilitatem præposuisse pietati. Vel nunquam enim fluxerit iste fluuius, si quidem re vera & exclamationibus pellici & sacrificiis delectari & sanguinis fluxu inquinare insuentes ex diuino paradiso riuos petit. Ceterum Nilus haud multo post largiter effusus, etiam sublimioribus vndas immisit: & postquam ad perfectissimam & rato completam mensuram accessisset, ac nihilominus aqua tumescere, in contrarium timorem conecti sunt Aegyptij, ac metui erat ne & Alexandriam vrbem, & qua Libyæ portio erat, fluuius inundaret. Fertur itaque Alexandrinorum Paganos ob hoc ipsum stomachantes, quod præter opinionem euenerat, subsannasse, & in theatris exclamasse, quod fluuius veluti senex ac delirus emeruisset. Ex eo plurimi Aegyptij patria superstitione damnata, ad Christianismum transierunt. Atque hæc quidem, vt comperi, scripsi. hactenus Sozomenus.

CII.

Ne autem quod Theodosius aduersus delubra Gentilium, lege lata, fieri imperauerat, auaritiæ potius, quam pietati adscribi ab aliquo posset: quid præstiterit, Socrates ita significat a: Delubra idcirco euersa, simulacra deorum in lebetes & ad res alias ad vitæ vsum accommodatas conflata. Nam Imperator deorum imagines Ecclesiæ Alexandrinæ, vti ad pauperes subleuandos impenderentur, donauerat. Itaque Theophilus Episcopus Alexandrinus, cum omnes deorum statuas confringere aggrederetur, vnam certi alicuius dei integram seruari iussit, eamque in loco erexit publice, vti Gentiles, tempore progrediente, non inficias irent, se eiusmodi deos coluisse. Hæc de re nouis equidem Ammonium & ammaticum valde animi discruciatum fuisse, dixisseq; religioni Græcorum grauem insulsi eam esse plagam, quod illa vna statua conflata non esset, sed de industria ad ipsorum religionis irrisionem reseruata. hæc Socrates.

a Socr. l. 5. c. 16.

CIII. ECCLESIÆ ERECTÆ SVPER LOCA DELVBRORVM.

Qui igitur Theophilus Alexandriæ super locum Serapi erexit basilicam, titulo S. Ioannis Baptistæ, in loco, b quem Canopum diximus nominatum, ab Alexandria vrbe distantem (vt Ammianus b ait) duodecim milliariis, aeris temperie salubertimum, aliam extruxit Ecclesiam sub nomine Apostolorum. Ab hac ciuitate Canopo (habent Acta SS. Cyri & Ioannis c) distat quidam vicus spacio duorum * nomine Menuthe *. Hic autem vicus erat demonium habitatio: versabantur enim in eo maligni spiritus. Theophilus vero cum voluisset locum purum reddere à dæmonibus, Christiq; Euangelistarum & Apostolorum characteribus & figuris; vt ad eum consecrandum idoneus, occuparet: id quod statuerat, non perduxit ad effectum. Interim enim mors aduenies eduxit eum de vita præsenti. Deinde autem Cyrillus, qui post ipsum sedis fuit, eandem suscepit curam, vt locum illum à dæmonibus liberaret: quod diuina reuelatione admonitus fecit inferendo illic reliquias S. Marci Euangelistæ nec non Cyri ac sociorum ipsius Ioannis martyrum. Illatis igitur illuc vigesimo octauo mensis Iulij dictis reliquiis, continuo cessauit demonum infestatio, consecutaq; mox est corporis ægri sanitatis largitio. hæc habent citata superius Acta, quibus pariter declaratur susceptum esse hoc anno à Theophilo munus expurgandi Ægyptum ab idolorum cultu: sed licet in eo nauiter toto vitæ tempore laborauerit, minime tamen absolui consummarique potuit.

b Ammian. l. 22. c Metaphr. die 30. Ian. * militiariū * Manuthe.

CIV. VOCATI MONACHI IN AVXILIVM.

Porro ad certamen istiusmodi à se initum aduersus dæmones, quod spirituale esset, spirituali quoq; nisus est Theophilus auxilio, fultusq, diuini Spiritus armis: siquidem sanctissimos monachos, quos adeo detestatur Sardianus, opinatores, quasi auxiliares copias accuit è solitudine: nam in Vitis SS. Patrum d hæc leguntur: Intrauerunt aliquando fratres Alexandriam inuitati à Theophilo Archiepiscopo, vt præsentibus his facta oratione, destrueret templa Paganorum, &c.

d Vit. SS. Patr. part. 2. c. 4. de continentia.

CV. IDOLOLATRIA VBIQVE PER SVMDATA.

At plane accidit, vt tam ingenti fragore collapsa in Ægypto idololatria, vnde tanquam è fonte riui in totum fere orbem terrarum superstitio dimanarat, Gentiles vbique concussi fuerint, atque pro defensione deorum suorum sic nouo casu excitati concurrerint; de quibus Sozomenus e: Adhuc autem, inquit, in quibusdam ciuitatibus ero templis suis Pagani aderitter dimicabant, velut in Arabia Petræa Acropolita, in Palæstina Raphiota & Gazæi, in Phœnicia bi, qui Heliopolim incolunt, in Syria potissimum vindices templi Apamei, qua colatur ad Axium fluuium: quos quidem ego intellexi ad protectionem templorum suorum frequenter auxilijs vsos hominum Galilæorum, & collectorum ex pagis Libano vicinis: ac demum ad tantam prorupisse audaciam, vt etiam Marcellum, qui eius prouinciæ Episcopus erat, interficerent. Hic enim cum iudicaret, illos non alia ratione facilius à priori superstitione posse conuerti, templa, quæ in vrbe & in pagis habebant, euertit: & certier factus in Aulone (is est tractus Apamenorum proximus) templum esse amplissimum, militibus aliquot ac gladiatoribus assumptis, aduersus istud contendebat. Qui cum appropinquasset, extra telorum iactum ipse restitit. Erat enim pedibus debilis, & neque repugnare, neque hostem vel fugare, vel fugere poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in destruendo templo occupatis: ex Paganis quidam, intellecto, quod ille ibi relictus esset solus, ea ex parte, qua locus pugna vacabat, egrediuntur, & improuiso adortum corripiunt, & rogo iniecto, interimunt. Ac in præsentia quidem clam id habuerunt. Sed postquam temporis progressu prodita sunt: filij Marcelli vindicare patrem studebant: quanquam Synodus eius gentis id fieri prohibuerit, aquum non esse censens vindictam sumere de eiusmodi morte, pro qua gratias agere deceret tum illum ipsum, qui mortuus fuerat, tum cognatos & amicos eius, vtpote qui, vt pro Deo moreretur, dignus habitus esset. hæc de Marcelli certamine Sozomenus.

e Sozom. l. 7. c. 15. MARCELLVS EPISC. APAMEÆ DEMOLITOR TEMPLORVM.

CVI.

Sed multa quidem, magnique momenti ab ipso sunt præterm ssa, quæ à Theodoreto, qui res tunc gestas, vtpote Syrus homo, habuit explo atas, enarrantur, quæ nos suis ipsius verbis hic desc rbemus; ait enim f: Ex Episcoporum numero Marcellus, vir in rebus omnibus longe præstantissimus, lege, tanquam machina bellica omnia delubra vrbis, cuius Episcopatum ipse administrabat, prorsus expugnauit. Qua in re gerenda, fiducia in Deum potius, quam multorum hominum vsum adiutus est. Atque hoc loco factum in primis memorabile ab eo factum narrabo. Vbi Ioannes Episcopus Apameæ, cuius ante fecimentionem, mortem obuertat. in eius locum diuinus Marcellus, vir spiritu (vt Apostoli g præcepto vult) feruescens, substitutus est. Venit forte Apameam Præfectus Orientis, duobus ducibus cum duobus hominum millibus comitatus. Qui quidem, plebe propter metum sibi à militibus inicctum quiescente, delubrum Iouis, quod amplissimum fuit, multis ac variis ornamentis illustratum deturbare aggreditur: verum cum structuram eius valde solidam & firme compactam cerneret, excisum aut lapidum coagmentationem nullo modo posse dissolui: nam lapides erant grandissimi, arcte inter se iuncti, & ferro præterea ac plumbo colligati. Quare Præfectum deterritum cum videret sanctus Marcellus, eum ad alias vrbes amandauit, ipseque Deum impense precatus est, vt viam sibi ad illius delubri demolitionem aperiret.

f Theod. li. 5. c. 21.

g Rom. 12.

TEMPLVM IOVIS APAMENI INSOLVBILE.

CVII. CÆMENTARIVS OPVS AGREDITVR ALIIS INCOGNITVM.

Itaque primo mane vir quidam, qui neque architectus, neque lapidarius fuit, neque vllam aliam artem nouit, sed lapides & ligna humeris portare assueuerat, sua sponte eo venit, qui vt accessit, pollicitus est se delubrum facillime demoliturum: solumque mercedem postulauit, qua duos opifices conduceret quam simulac sanctus Episcopus ei daturum promiserat, eiusmodi quiddam excogitauit homo ille. Delubrum habebat porticum quadratam, erectam in sublime, sibique adiunctam. Hanc sustentabant columnæ maxime pares proportione ipsi templo, ambitus autem cuiusque sexdecim cubitorum fuit. Lapis, ex quo erant fabricatæ natura durissimus, nec facile lapidariorum instrumentis cedens. Quarum singulas cum vndique suffodisset ille, & adiecta illis iunxta tigna oleagineis suffulsisset, ad aliud eodem modo transiit. Nam tribus columnis ad hunc modum suffossis, mittit tigni flammam.

CVIII. DÆMON IMPEDIT TEMPLI RVINAM.

Verum dæmon quidam ater apparens, tigna (vt eorum fert natura) igni absumi non patitur, sed impetum flammæ cohibet. Vbi vero istud sapius egerant, videbantque machinam illam frustra admotam, Episcopo sub meridiem forte dormienti rem indicant. Ille confestim ad sanctum Dei templum propere contendit, aquam in vase asseri mbet, quam sub sacrosancto altari ponit: ipse autem humi in faciem prostratus, Dominum benignum & clementem precatur, ne tyrannidem dæmonis longius serpere permittat, sed tum eius patefaciat imbecillitatem, tum suam ipsius potentiam ostendat eum ad finem, vt infidelibus nulla maiora excitandi inde detur occasio. Hæc & alia his similia locutus, cum aquam signo Crucis signasset; Equitium, vnum ex diaconis, fide & pietatis studio egregie munitum, aquam iubet accipere, ocyus ad delubrum currere, & cum fide eam spargere, tignisque flammam adhibere. Quare confecta, dæmon aquæ aduersa virtutem ferens, penitus aufugit. Ignis autem aqua, sua natura maxime aduersaria, velut oleo

AQVA CRVCE SANCTIFICATA FVGAT VR DÆMON.

sotus, tigna occupat, eaque momento temporis prorsus absumit. Itaque columnæ, basi sublata, corruunt, aliasque duodecim secum deijcient: ipsum præterea templi latus columnis cohærens, violento illarum casu pariter deturbatum est, cuius ingenti fragore tota adeo personabat ciuitas, vt omnes ad illud ipsum delubrum spectandum concurrerent: atque simul vt intellexere dæmonem infestum fugatum esse, hymnorum concentu vno ore omnes Deum celebrarunt. Eodem modo sanctus ille Episcopus alia quoque simulacrorum fana demolitus est. hæc de Marcello Theodoretus, quem & martyrium subiisse tradit, allectumque ipsum inter martyres scimus perpetua memoria celebrandum decima quarta die mensis Augusti.

CIX. At non omnia deorum templa in Oriente sub Theodosio fuerunt penitus diruta: siquidem Gazæ delubrum Marnæ famosissimum vsque ad ortum Theodosii iunioris, Arcadii Imperatoris filii, tutantibus illud ciuibus Ethnicis, integrum permansit, vt suo loco dicturi sumus: ad

a *Hier. ep. 7.* hæc namq; tempora alluxit S. Hieronymus *a*, cum ad Lætam scribens sic ait: *Iam & Aegyptius Serapis Christianus factus est*, quod scilicet illius cultores ad Christum conuerti fuissent, vel etiam, quod vbi Serapidis templum erat, illiciam erecta Christo Ecclesia esset, & subdit: *Marnas Gazæ luget inclusus, & euersionem templi iugiter pertremiscit.* prætermissum vero illud à Theodosio puto, quod absque cæde plurimorum Gazensium templum tuentium, id perfici minime posse videret.

CX. TEMPLORVM DEORVM IN OCCIDENTE CLADES.

Cæterum qui zelus pertigit Orientis Episcopos sub Principe maxime pio idola demoliri, æque Occidentales impulit sacerdotes id ipsum præstare fiducia animosa. Periere si quæ de his scripta fuere à maioribus monumenta: de S. Martino tantum hæc habentur eo argumento à Severo

b *Seuer. vit. S. Mar. c. 10* conscripta: *Dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum, quæ fano erat proxima, esset aggressus excidere: tum vero Antistes loci illius, cæteraque Gentilium turba capit obsistere. Et cum idem ille, dum templum euertitur, imperante Domino quieuissent, succidi arborem non patiebantur. Ille eos sedulo commonere, nihil esse religionis in stipite: Deum potius, cui seruiret ipse, sequerentur. arborem illam excindi oportere, quia esset dæmoni dedicata. Tum ex illis vnus, qui erat audacior cæteris: Si habes, inquit, aliquam de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsi succidemus hanc arborem, tu ruentem excipe: & si tecum est tuus (vt dicis) Dominus, cuncta des. Tum ille intrepide confisus in Domino, factarum sepollicetur.*

CXI. *Hic vero ad istiusmodi conditionem omnis illa Gentilium turba consentit, facilemque arboris sua habuere iactura, si inimicum sacrorum suorum casu illius obruissent. Itaque cum vnam in partem pinus illa esset accliuis, vt non esset dubium quam in partem succisa corrueret, eo loco vinctus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborem esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio lætitiaque cœperunt: aderat enimus turba miranti um, iamq; paulatim nutare pinus, & ruinam suam casura minitari. Pallebant eminus monachi, & periculo tam propiore conterriti, spem omnem fidemque perdiderant, solam Martini mortem expectantes. At ille confisus in Domino, intrepidus opperiens, cum iam fragorem sui pinus concidens edidisset, iam cadenti, tam super se ruenti, elatam obuiam manu signum salutis opponit. Tum vero turbinis modo (retroactam putares) diuersam in partem ruit, adeo vt rusticos, qui tuo loco steterant, pene prostrauerit. Tum vero in cœlum clamore sublato, Gentiles stupere miraculo, monachi fere præ gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus prædicari, satisq; constitit, eo die salutem illi venisse regioni. Nam nemo fere ex immani illa multitudine Gentilium fuit, qui non impositione manu desideratus, in Dominum Iesum, relicto impietatis errore, crediderit. Et verè ante Martinum pauci admodum, imo pene nulli in illis regionibus Christi nomen receperant: quod adeo fortitudini illius, exemploq; conualuit, vt iam ibi nullus locus sit, qui non aut ecclesijs frequentissimis, aut monasterijs sit repletus. Nam vbi fana destruxerat, statim ibi aut ecclesias, aut monasteria construebat.* subdit Seuerus hæc etiam eodem argumento.

CXII. *In vico autem, cui, Leprosum, nomen est, cum idem Martinus templum opulentissimum superstitione religionis voluisset euertere: restitit ei multitudo Gentilium, adeo vt non absque iniuria sit repulsus. Itaque secessit in proxima loca, ibique per triduum cilicio tectus & cinere, orationi semper atque orari, precabatur à Domino, vt quia templum illud ex vsu humanæ manus non potuisset, virtute illud diuina dirueret. Tum subito ei duo Angeli hastati atque scutati, instar militiæ cœlestis, se obtulerunt, dicentes, missos se à Domino, vt rusticam multitudinem fugarent, prosidiumq; Martino ferrent, ne quis, dum templum dirueret, obsisteret: rediret ergo, & opus cœptum deuotus impleret. Ita regressus ad vicum, inspectantibus Gentilium turbis & quiescentibus, dum profanam aedem vsque ad fundamentum diruerat, aras omnes atque simulacra redegit in puluerem. Quo viso rustici, cum se intelligerent diuino nutu obstupefactos atque perterritos, ne Episcopo repugnarent, omnes fere in Iesum Dominum crediderunt, clamantes, & palam confitentes Deum Martini colendum, & idola negligenda, quæ sibi adesse non possent.*

CXIII. *Quid etiam in pago Iduorum gestum sit, referam. Vbi dum templum idem euerteret, furens Gentilium rusticorum in eum irruit multitudo. Cumque vnus audacior cæteris stricto eum gladio peteret: reiecto pallio, nudam cervicem percussori præbuit. Nec conlatus ferire Gentilis: sed tum dexteram altius extulisset: resupinus ruit, consternatusq; nimio metu veniam precabatur. Nec dissimile huic fuit illud. Cum eum idola destruentem, cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non comparuit. Plerumq; autem contradicentibus sibi rusticis, ne fana eorum destrueret: ita prædicatione sancta Gentilium animos mitigabat, vt luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa subuerterent:* hactenus Seuerus de Martino templa deorum destruente. En quod miraculis est declaratum Dei nutu templa deorum esse prostrata, cum tamen nonnihil fuerint, qui maluissent eadem expurgata in vsum conuerti Christianæ religionis; quod interdum factum esse, non dubium est. Ex his igitur, quæ de sancto Martino à Severo conscripta legimus, coniecturam capere possumus quid à cæteris Occidentalis orbis Episcopis gestum sit: nam paria alios Episcopos diuersarum ciuitatum oportuit obiisse certamina, quod omnibus in locis iidem adhuc vigerent hostes, & castra diaboli, ad quę prosternenda dissiciendaque penitus maximos oportuit Dei sacerdotes exantlasse labores. Cæterum non sic quidem hæc sub huius anni periodo claudimus, vt omnia vnius anni termino facta esse contendam: sed quod hoc anno cœptum sit, quod sequentibus quoq; annis agi perseuerauit indesinenter: adeo vt sit reperire post decennium per Theodosii Comites Gaudentium atque Iouinum, quos tradit Prosper hoc tempore Theodosii idolorum templa Romæ spoliasse, sub Honorio Imperatore (quod S. Augustinus testatur *c*) sub Consulatu Manlii Theodori, deorum templa Carthagine euersa esse. Cum vero vbique terrarum Christiani orbis à Christianis idolorum templa prosternerentur, nullibi tamen maiori studio, quam Romæ, Hieronymi *d* sententia, id factum fuisse constat.

c Aug. de Ciu. Dei, l. 18. c. vlt.

d Hier. prooem. lib. 2. comment. in ep. ad Gal.

IESV CHRISTI
Annus 390.

SIRICII PAP. Annus 6. VALENTIN. 15. THEODOSII 12. IMPP.

NONAGESIMO supra trecentesimum Christi anno Valentinianus Augustus quartum aggressus est Cōsulatum, collegam nactus Neoterium. Antequam autem ad huius anni Theodosii Imperatoris res gestas enarrandas stylum admoueamus, vetus monumentum eiusdem anni Consulibus consignatum hic reddamus; quo valde admireris reperiri his temporibus Theodosii, cum Romæ adhuc ipse moraretur, dicatam ibidem fuisse aram ad sacrificia, in qua sculpti superne arietes quinque, singuli scilicet in singulis angulis, atq; vnus in fronte, iidemque omnes mactati iacent, & in dextro latere aries adstat sub pinu, à qua tympanum, & fistulæ compactæ & crotala dependent, à sinistro vero latere sub altera I.

pinu duæ fistulæ & faces transuersæ, omnia ad vsum sacrificii comparata.Inscriptio vero sic habet *a*:

DD.NN.FL.VALENTINIANO.ET.GRATIANO.IMPP.SVIS.CEIONIVS.RIFIVS.VOLVSIANVS.V.C.ET.ILLVTRIS.EX VICARIO.ASIÆ.ET.CEIONI.RVFI.VOLVSIANI.V.C.ET ILLVSTRIS.EX.PRÆFECTO.PRÆTORIO.ET.EX.PRÆFECTO.VRBIS.ET.CECINE.LOLLIANE.CLARISSIMÆ.ET.ILLVSTRIS.FEMINÆ.DEÆ.ISIDIS.SACERDOTIS.FILIVS ITERATO.VIGINTI.ANNIS EX.PERCEPTIS.TAVROBOLIIS VI.ARAM.CONSTITVIT.ET.CONSECRAVIT.X.KAL. IVN.D.N.VALENTINIANO.AVG.ET. NEOTERIO.COSS.

a *Impressa & desiderata habes apud Immortalis Inscrip. antiq. pag. 20. n. 1.*

Potuit ne fieri, vt post tot leges à Theodosio aduersus sacra Gentilium editas, ipso etiam adhuc Romæ agente, & vt ita dicam, ob oculos eius, noua constitueretur ac dedicaretur ara, cum nec vnam Victoriæ restitui, Gentilium laborante Senatu, & adnitente Symmacho, ipse concessisset, imo & eam ob causam anno superiore (vt vidimus) eundem Symmachum multasset exilio? Quamobrem in eam sententiam volentes magis imus, vt ea omnia à Volusiano secreto in propriis ædibus facta fuerint ad priuatorum sacrorum vsum. Porro de Volusiano deorum cultui addictissimo illud modo sciendum, laborasse plurimum S. Augustinum iam Episcopum, vt eum ad fidem capessendam induceret, id exposcente eius matre ad Christum iam ante conuersa; ipsum tamen resistentem atque obnitentem vsque ad vltimam senectutem Ethnicum permansisse; cum tandem morbo detentus, agente apud eum Melania iuniore eius nepte, baptizatus, bene Christianas vltimum clausit diem: sed de his suo loco dicendum quinto Annalium tomo.

II. De clade Thessalonicensi.

Hoc ipso anno Theodosius Imperator, qui anno superiore recedens ab Vrbe mense Septembris (vt vidimus) Mediolanum se contulerat, ibidem degens, ob cladem Thessalonicensium perpetratam à S. Ambrosio repellitur ab Ecclesia, ac nonnisi publice acta pœnitentia, in eam admittitur. De re tanta narrationem aggressuris, cur hoc potissimum anno à nobis ponatur; ratio in primis reddenda est. Sed ante omnia confutanda illorum sententia, qui dixerunt ea cõtigisse post secundum Theodosii in Italiam aduentum, postque debellatum Eugenium; cuius sententiæ auctor est Sozomenus *b*, quem vix vnum vel duos reperies ex recentioribus sequentes, cum innumeri ferme sint, qui ea omnia ad tempus post debellatum Maximum referant, secuti Ruffinum *c*, Paulinum *d*, atque Theodoretum *e*. Inconstans pariter assertio reperitur, cum Thessalonicensium cædem tunc euenisse dicant, cum de differenda executionis sententia triginta diebus Theodosius legem tulit: nam nullo penitus pacto cohæret tempus eiusmodi latæ legis cum temporibus debellati ab eodem Theodosio Maximi. Etenim data illa lex ponitur *f* Veronæ sub Consulatu Antonii & Syagrii, anno Domini trecentesimo octogesimo secundo adhuc superstite Gratiano, à quo lata habetur, cum nondum Theodosius in Occidentem rediisset; quod post septennium à tempore latæ legis euenit, de qua modo dicendum inferius.

b *Soz. l. 7. c. 24.*

c *Ruffin. l. 2. c. 18.*

d *Paulin. in Vita S. Ambros.*

e *Theod. l. 5. c. 17.*

f *l. 13. de iurisdict. Cod. Theod. & C. Iustin. eo. tit. l. 5 vindicari.*

III. De tempore cladis Antiochenæ.

Cum igitur ad tempora primi in Italiam Theodosii aduentus eiusmodi Thessalonicensis cladis referenda sit, constetque ipsum Theodosium moram duxisse in Occidente ad sequentem vsque annum: quoto potissimum anno eius in Italia commorationis id acciderit, perquirendum est. Non quidem primo euenit anno, quo Maximum debellatum mense Augusti diximus: nam eum post necem Maximi contigerit Ambrosio agere apud Theodosium pro Episcopo, qui incenderat synagogam, & aliis; nullam prorsus eius rei habuit mentionem, quæ nec ista tio inferenda fuisset, id exigente argumentatione, si ante accidisset. Sed & cum octo menses intercessisse Theodoretus dicat *g* à tempore excommunicationis vsque ad reconciliationem, quæ tempore Natalis Domini contigit: non patiuntur angustiæ temporis, vt primo anno hæc facta esse dicantur; nec item anno sequenti, quo vidimus Theodosium non in luctu (vt ferunt *h*) & pœnitentia egisse Mediolani, sed scimus profectum esse mense Iunii Romam, deque extincto tyranno vna cum Valentiniano triumphasse. Quamobrem reliquum est, vt affirmare necesse sit, hoc ipso anno, vel sequenti, ea de clade Thessalonicensi ac pœnitentia Theodosii contigisse. Sed cum non detur locus, vel tempus, vt dici possit ea obuenisse anno sequenti, siquidem mense Nouembris eius anni recedens ex Italia reuersus est Constantinopolim, vt demõstrabitur; ex necessaria proposita inductione, affirmandũ est, ea omnia præsenti anno contigisse, quo Theodosium consedisse Mediolani, ex datis ibi rescriptis apparet.

g *Theod. l. 5. c. 17.*

h *Theod. ibid.*

IV.

His igitur de tempore declaratis, de spinetis difficultatum emergens oratio ad rei gestæ narrationem prosiliens, alia adhuc paruper præpeditur dubitatione, quod dixerint alii, cladem Thessalonicensem, cum Theodosius ibi esset, factam esse. sed perspicui hi redarguũtur erroris, cum antequam fieret, constet Ambrosiũ Mediolani apud eundem Theodosium intercessisse, vt Thessalonicensib. noxam sceleris perpetrati remitteret: quod quidem tum eiusdem Ambrosii, tum aliorum testificatione, subsequẽs oratio demonstrabit. Ingrediamur iam pede libero historiam ipsam ex diuersis antiquis historicis concinnatam, atque in primis ex Sozomeno *i*, cum ab exordio auspicatur his verbis facinus à Thessalonicensibus perpetratum: *Erat, inquit, peccati insimulatio huiusmodi: Botheric hã tum temporis apud Illyricos militum Præfecti auriga, pincernam domini impudice intuitus, de stupro interpellarat, eaque de causa comprehensus, in vinculis erat. Instante autẽ solemni equestri certamine, populus Thessalonicensis illum, veluti ad eam concertationem necessarium, dimitti postulabat. Quod quoniam non impetrabat, in grauem seditionem efferbuit, ac tandem etiam Botheric hum ipsum interfecit. Quæ renunciata, Imperator prater modum exarsit; & certum eorum numerum, qui adfuerant, interfici præcepit, ex quo ciuitas multis insontibus cadibus impleta fuit.* hæc Sozomen. de facinore Thessalonicensium, & in eos à Theodosio decreta vindicta.

i *Soz. l. 7. c. 24.*

V.

Sed non quidem ab eo tunc ibi præsente, nec statim, verum (vt Paulinus & alii testantur) cum iam ante S. Ambrosius apud Theodosium pro illis egisset, atq; etiam indulgentiam impetrasset: nam ait *k*: *Promiserat u. Ambrosio Imperator, se veniam daturum ciuibus suprædictæ ciuitatis: sed agentibus Comitibus occulte cum Imperatore, ignorante sacerdote, vsque in horam tertiam gladio ciuitas est donata, atque plurimi interempti innocentes.* At non vno Ambrosio interpellante, sed aliis quoque Episcopis id agentibus, veniam Theodosium Thessalonicensibus impertitum esse, S. Augustinus affirmat *l*, sed quorundam, qui ei cohærebant, vitiodicate compulsum: verum puto Ambrosium per litteras rem gessisse, siquidem ex eius ad eundem Theodosium litteris post ea datis constat, post tantam cædem patratam; redeunti Mediolanum Imperatori ipsum Ambrosium communionem Ecclesiasticam denegasse.

k *Paulin. in Vit. S. Ambros.* EPISCOPI IMPETRANT VENIAM THESSALONICENSIBVS.

l *Aug. de Ciuit. Dei, l. 5. c. 25.*

VI.

Sed vnde, quæso, tanta fiducia Comitibus Theodosii, vt à pollicitatione veniæ auderent Principẽ reuocare? & quibus ab illis valuit Theodosius argumentis inflectí, vt quod promisisset Episcopis, nõ præstaret? Audi, quæniam à magistratibus tunc videantur iustitiæ specie potuisse ingeri Theodosio: pro arbitrio nimirum & ratione temporis debere Principem adhibere misericordiam & indulgentiam, atque rigorem temperare iustitiæ; ab his vero tunc abstinendum, cum rerum experientia constaret, ex ea subditos reddi contumeliosos, proteruos, atque ad delinquendum faciliores; adeo vt nisi mox seueritas legum inuigilaret, & gladius potestatis occurreret, nulla amplius futura esset securitas magistratibus; periclitandamque mox salutem Imperatoris, si impune liceret populo leges pedibus proculcare, & conferto agmine appetere magistratus. Rursum v. his addere, hanc omittem audaciam

illis

illis non aliunde suppeditati, quam ex nimia Principis indulgẽtia: nam si lege actum esset (vt par esse videbatur) aduersus Antiochenos scelus immanissimum perpetrantes, cum ipsius atque Augustæ defunctæ statuas deiecere, ac tanta ignominia pertraxere; haud Thessalonicensium animi in necem Præfecti militum adeo immaniter exarsissent, sed cohibiti fuissent timore vindictæ, & inflexibilis ad veniam seueritas Principis continuisse eosdẽ quantumlibet efferatos in officio. Quod item in Antiochenos vltum non esset, animatos etiam improbos Arianos, tot legibus exagitatos, summa ex indulgentia Principis armatos fiducia, non esse veritos in tanta ciuitate tam immane scelus, neglectis magistratibus & ipso Arcadio Augusto filio Theodosii, vi publica perpetrare, cum Constantinopoli (quod dictum est) insilientes in domum Episcopi, eam incendio concremarunt.

VII. Sed quod Arianis etiam immeritis fuerit indulgentia impertita, Catholicis quoque grassandi in synagogam Iudæorum, & in ædes Valentinianorum audacia subministrata fuisse videri poterat: Et ad postremum quod sicut illis, ita & istis è ditissimo promptuario clementiæ Principis fuerit hausta venia, pœnæq; remissio abundanti misericordia erogata; his exemplis, veluti ad delinquendum illecebris, Thessalonicenses ex leuissima causa tam dira animo concepisse, tamque crudelia opere perpetrasse. Quibus si ex sententia Episcoporum ignosceretur, iam de salute Imperii actum esset, cum iam audacibus quibusque impune quoduis aggredi scelus & attentare flagitiũ licetet: adeo vt nullum pene remedium foret ad prostratam Imperatoriam potestatem ac maiestatem erigẽdam, comprimendamq; excrescentem audaciam, quam si in Thessalonicenses acerbius vindicaretur; vt non tantum compensaret admissum facinus vindictæ seueritas, sed superfluens & excedens supplicium timore sui reuocaret contempta hactenus iura exulemq; custodia legum partam populorum tranquillitatem atque modestiam postliminio restitueret. Docere namque hoc ipsum simul naturam cum atte; cum vt bene consulatur vniuerso corpori, quod formentis & oleilenitate curari non potuit, scabidum membrum ferro secetur, sectumq; igne adustum consolidetur.

VIII. Hæc plane sunt, quæ putamus à Comitibus tunc fuisse Imperatori suggesta: quibus ille adeo persuasus, ob litus quod pollicitus erat Episcopis, de vindicãdo in populum Thessalonicensem, animo efferato rescripsit, cum sic ipse à natura compositus esset moribus (quod ait Ambros.[a]) vt in æquilibrio positus facile vel impelleretur ad veniam vel etiam commoueretur in iram, atque adeo vt se ipsum ab ea reuocare vix posset. Ista autem à nobis eo sunt inculcata consilio, vt ex his Theodosii pietas magis eluceat: qui cum hæc omnia pro sui excusatione haberet, quę aduersum redarguentem Dei sacerdotem obtẽderet, quibus iustam vel apparentem saltem defensionem pararet: his tamen omnibus spretis atque contemptis, Dei sacerdoti magis, quam sibi ipsi sententiæque familiarium detulit, atque paruit. Magni quidem hæc sunt ponderis, si æquo rectæ æstimationis libramento pensentur: vt non declinauerit os eius ad verba malitiæ (vt Dauid [b] ait) immo nec prætensæ iustitiæ, *ad excusandas excusationes in peccatis*: sed absque controuersia à se inique admissum existimaret, quod sententia Dei sacerdotis ita esse, decretum fuisset.

IX. Qualis namque ipse Theodosius natura compositus esset, & quam facilis id ignoscendum, S. Ambrosius declarat his verbis [c]: *Benefitium se putabat accepisse augustæ memoriæ Theodosium, cum rogaretur ignoscere. & tunc propior erat venia, cum fuisset commotio maior iracundiæ. Prorogatiua ignoscendi erat, indignatum fuisse; & optabatur in eo, quod in aliis timebatur, vt iracoceretur. Hoc erat remedium rerum, quoniam cum haberet super omnes potestatem, quasi par eos postulare malebat, quam quasi Iudex punire. Sæpe trementes vidimus quos obiurgabat, & conuictos sceleris cum desperassent solutos crimine. Vincere enim volebat, non plectere, æquitatis Iudex, non pœna arbiter, qui nunquam venia consentiendi negaret.* hæc de moribus Theodosii S. Ambrosius; quos cum probe nossent qui illi inhærentes à consiliis erant, magna diligentia cauerunt, ne quæ ab Imperatore, ipsis persuadentibus, statuta erant, S. Ambrosio innotescerent: ea enim aduersus Thessalonicenses non ipse Theodosius solus animo furore concitato decreuit; sed res mature est acta in Consistorio, ad quod non tantum ne Ambrosius accederet, verum & curatum est, ne ipse sciret quæ statuta essent; quod timeretur, ne pro illis rogando veniam, rem impediturus esset. hæc quidem omnia in literis postea ab Ambrosio ad Theodosium scriptis expressa habentur, quas paulo post recitabimus. At quid post hæc, cum decretum ab ipsis in Consistorio fuit executioni mandatum?

Accidit quidem, vt sicut incensa flamma nesciat certis limitibus contineri, sed latius progrediatur, cum venti vehementioris flatu percellitur: ita vindicta in Thessalonicenses delinquẽtes ab Imperatore statuta, æque insontes cum sontibus, quasi turbo violentus obuoluerit. ait n. Ruffinus [d]: *Ad Circenses inuitat ipse populum, eiq; ex improuiso circumfundi milites, atq; obtruncari passim, vt quisq; occurrisset, gladio iubet, & vindictam dari non crimini, sed furori.* hæc ipse. Verum nequaquam vnius Circi limitibus valuit ira tot militum cohiberi; sed foras progressi, omnes, quos reperissent, veluti hostes gladiis confodere: *Nam ciuitas* (inquit Sozomenus [e]) *multis iniustis cædibus adimpleta fuit. Siquidem & peregrini, qui modo vel ad negotiandum, vel de via aduenerant, ex improuiso apprehendebantur, siebantq; miserabiles cædes, in quibus & hæc quoque. Mercator pro filiis suis duobus captis, se ipsum offerens, orabat, vt filiis seruatis, ipse interficeretur; & meum sacti mercedem, auri quicquid habebat, militibus pollicebatur. Illi calamitatem hominis miserati, pro vno ex filiis, quocunq; vellet, supplicationem admittunt: duos vero dimittere, tutum sibi non esse dicunt, ob id, quod numerus deficeret. Pater itaque vtrunque lamentabundus ac plorans intuitus, neutrius electionem facere sustinuit: sed in continua hæsitatione, donec interficerentur ambo, substitit, æquali vtriusque amore victus. Quinetiam fingi quendam seruum accepi, pro domino suo, qui ad tantenam raptabatur, alacriter tunc oppetisse mortem.* hæc Sozomenus. Porro septem millia hominum cæsa fuisse Theodoretus affirmat [f]: ad triumq; horarum spatium sæuisse gladiũ, Paulinus ait [g].

Tam immanis Thessalonicensium cædis perpetratæ nuncium mox in Occidentem perlatum est, auditumque Mediolani non ab Ambrosio solum, sed & ab Episcopis, qui Synodi causa conuenerant; qui & infandum facinus deplorarunt, auctoremq; ipsum Imperatorem vehementer detestati sunt. Ambrosius vero ipse, qui inter eos locũ principem obtinebat, vindex acerrimus insurrexit, atque armis, quibus licuit, nempe spiritualibus, aggredi ipsum Imperatorem instituit: ac primum omnium veluti quibusdam missilibus, longe adhuc positum, literis appetit, quibus significauit, ipsum ob patratas Thessalonicẽsium cædes indignum se Ecclesiastica communione penitus reddidisse, atque ab ipso ingressu Ecclesiæ separarum; sed vnam illi viam salutis esse relictam, vt pœnitentiam agendo prometeretur ab Ecclesia indulgentiam. At descubamus hic eius epistolam, eo tempore ad ipsum Theodosium scriptam [h].

Augustissimo Imperatori Theodosio Ambrosius.

Et veteris amicitiæ dulcis mihi recordatio est, & beneficiorum, quæ crebris meis intercessionibus summa gratia in alios contulisti, gratia meminì. Vnde colligi potest, quod non ingrato aliquo affectu aduentum tuum semper mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breuiter expediam. Solus tibi in tuo Comitatu ius naturæ eripuimus videbam, vt audiendi & loquendi priuaret munere. Motus enim frequenter es, quod ad me pertenissent aliqua, quæ in Consistorio tuo statuta fuerant. Ego ergo expers communis vsus sum: cum dicat Dominus Iesus, nihil esse occultum, quod non manifestetur? Verecundia igitur, qua potui satisfeci Imperiali arbitrio; & prospexi, ne aut ipse causam commotionis haberes, cum id egerim, ne quid ad me de Imperialibus deferatur statutis: aut ego cum fuero præsens, aut non audiam per metum omnia, & quasi conniuentia famam subibo, aut ita audiam, vt mihi aures pateant, vox intercludatur, vt audita non possim eloqui: nec eas, qui in suspicionem proditionis venirent, iudam in periculo.

Quid

[a] *Ambr. ep. 28.*
[b] *Psal. 48.*
[c] *Ambr. or. in funere Theodos.*
[d] *Ruffin. l. 2. c. 18.*
[e] *Soz. l. 7. c. 24.*
[f] *Theod. l. 5. c. 17.*
[g] *Paulin. in vita S. Ambr.*
[h] *Ambr. ep. 28.*

Quid igitur facerem? Non audirem? sed aures non possem cera veterum fabularum claudere. Prodirem? sed quod in tuis iussis timerem, in meis verbis deberem cauere, ne quid cruentum committeretur. Tacerem? sed quod misericordium foret omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et vbi illud: Sed si sacerdos a non dixerit errantis: is, qui erraverit, in sua culpa morietur, & sacerdos reus erit pœnæ, quia non admonuit errantem? Accipe illud, Imperator Auguste. Quod habeas fidei studium, non possumus negare: quod Dei timorem, non differimus. Sed habes naturæ impetum, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiam si quis stimuler, in manus excitas, vt eum revocare vix possis. Vtinam si nemo mitigat, nullus accendat.

Libenter eum committo tibi: ipse te revoca, & pietatis studio vincu impetum naturæ. Hunc ego impetum malis cogitationibus tuis secreto committere, quam meis factis publice fortasse movere. Itaque malus officio meo aliquid deesse, quam humiliatus, & requiri in me ab aliis sacerdotis auctoritatem, quam te desideras in me amantissime honorificentiam, vt represso impetu, integra esset consilij eligendi facultas. Prætendi ægritudinem corporis re vera gravem, & nisi à viro mitior ibas, vix leuandam: vel emori tamen* maluissem, quam aduentum tuum biduo aut triduo non expectarem, sed quid facerem, non erat.*

Factum est in vrbe Thessalonicensium, quod nulla memoria habet, quod revocare non potui ne fieret, immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum totum rogarem: & quod ipse sero revocaueris graue factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, cum propter aduentum Gallorum Episcoporum Synodus conueniret, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit, non erat facti tui absolutio in Ambrosij communione. In me etiam amplius commissa exaggeratur inuidia, si nemo diceret Dei nostri reconciliationem fore necessariam. An pudet te, Imperator, hoc facere, quod Rex Propheta auctor Christi secundum carnem prosapiæ fecit Dauid? Illi dictum est b, quia diues, qui haberet plurimos greges, vitam pauperis unius propter aduentum hospitis eripuit & occidit: & cognato, quod in hoc ipse argueretur, quia ipse fecisset, ait: Peccaui Domino. Noli ergo impatienter ferre, Imperator si dicatur tibi: Tu fecisti istud, quod Dauid Regi dictum est à Propheta. Si enim hoc sedulo audieris, & dixeris: Peccaui Domino. si dixeris regale illud propheticum c: Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante Dominum nostrum, qui fecit nos: Dixerit & tibi: Quoniam pœnitet te, dimittit tibi Dominus peccatum tuum, & non morieris. Iterum cum plebem numerari iussisset Dauid, percussus est corde, & dixit ad Dominum d: Peccaui vehementer, quod fecerim hoc verbum: & nunc, Domine, aufer iniquitatem serui tui, quod deliqui vehementer. Et missus est iterum ad eum Nathan Propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, vt quam vellet, eligeret, famem tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugere à facie inimicorum suorum, aut triduo mortem in terra. Et respondit Dauid: Angustiæ sunt tria hæc vehementer: verumtamen incidam in manus Domini, quoniam multæ misericordiæ eius nimis: & in manus hominis non incidam. Culpa autem erat, quoniam voluit scire numerum totius plebis, quæ secum erat: quod scire, Deo soli debuit reseruare. Et cum, inquit, mors fieret in plebe: ipso primo die, ad horam prandij cum vidisset Dauid percutientem Angelum in plebem, ait Dauid: Ego peccaui, & ego pastor malignum feci, & hic grex quid fecit: Fiat manus tua in me & in domum patris mei. Itaque pœnituit Dominum, & iussit Angelo, vt parceret plebi, sacrificium autem offerret Dauid. Erant autem tunc sacrificia pro delictis: hæc nunc sunt sacrificia pœnitentiæ. Itaque ea humilitate acceptior Deo factus est.*

Non enim erubescendum, peccare hominem; sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet Deo. Iob sanctus, & ipse potens in sæculo e ait: Peccatum meum non abscondi, sed coram plebe omni annunciaui. Ipse immanis Regi Saul dixit f Ionathas filius suus: Noli peccare in seruum tuum Dauid: &, vt quid peccet in sanguinem innocentem, occidere Dauid sine causa? Quia etsi Rex erat, peccabat tamen, si occideret innocentem. Denique ista in Dauid g cum iam regno potiretur, & audisset Abner innocentem occisum à Ioab ducem militiæ suæ, ait: Innocens sum ego & regnum meum amodo & vsque in æternum à sanguine Abner filij Ner. h reuocauit in dolore.

Hæc ideo scripsi, non vt te confundam, sed vt Regum exempla prouocent, vt tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolle autem, humiliando Deo animum tuum. Homo es, & tibi venit tentatio: vincecam. Peccatum non tollatur, nisi lachrymis & pœnitentia. Nec Angelus potest, nec Archangelus: Dominus ipse, qui solus potest dicere i: Ego voluntatem sumi, si peccauerimus, nisi pœnitentiam deferentibus non relaxat. Suadeo, rogo, hortor, admoneo: quia dolori est mihi, vt tu, qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicem clementiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot perisse non doleas innocentes. Etsi in prælijs felicissime egeris, etsi in alijs quoq; laudabilis; tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. Id tibi inuidit diabolus, quod habebas præstantissimum. Vince eum, dū habes adhuc, vnde possis vincere. Noli peccato tuo aliud peccatum addere, vt vsurpes, quod vsurpasse multis officit.

Ego certe in omnibus aliis licet debitor pietati tuæ, cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis Imperatoribus præferebam, vnt adæquabam: ego, inquam, causam in te contumaciæ nullam habeo, sed habeo timoris: offerre non audeo sacrificium, si volueris assistere. An quod in vnius innocentis sanguine non licet, in multorum licet? Non puto. Postremo scribo mea manu, quod solus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribulationibus liberet: quia non ab homine, neque per hominem, sed aperte mihi interdictum aduerti. Cum enim essem solicitus, ipsa nocte, qua profecturus parabam, venisse quidem visus es ad Ecclesiam: sed mihi sacrificium offerre non licuit. Alia præterea vt potui cauere, sed pertuli amore tui, vt arbitror. Dominus faciat, vt omnia cum tranquillitate cedant. Multifarie Deus nostri admonet signis cælestibus, Prophetarum præceptis, visionibus etiam peccatorum vult nos intelligere, quo rogemus eum, vt perturbationes auferat, pacem vobis imperantibus seruet, fides Ecclesiæ & tranquillitas perseueret, cui prodest Christianos & pios esse Imperatores.

Certe vis probari Deo? Omnis rei tempus, vt scriptum est: Tempus i, inquit, faciendi Domine &: & tempus beneplaciti Deus. Tunc offeres cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit Deo.

Nonne mi delectaret, habere gratiam Imperatoris, vt secundum voluntatem tuam agerem, si causa pateretur? Et simplex oratio sacrificium est. hac veniam refert, illa offensionem: quia hæc habet humilitatem, illa contemptum. Dei enim vox est, quod malit, vt fiat mandatum eius, quam deferatur sacrificium. Clamat istud Deus, ad populum Moses annunciat, ad populos Paulus prædicat. Id facito, quod intelligis in tempore plus placere. Misericordiam l, inquit, malo, quam sacrificium. Quare non illi magis sint Christiani, qui peccatum condemnant suum, quam qui defendere putant? Iustus in exordio sermonis accusator est sui? Qui se accusat cum peccauerit, iustus est; non ille, qui se laudauerit.

Vtinam, Imperator, etiam ante mihi potius credidisses, quam consuetudini tuæ. Dum puto, quod cito ignoscis, cito reuocas (vt sæpe fecisti) & tu prouentus es, & ego non deliuani, quod cauere non debueram. Sed gratias Domino, qui vult seruulos suos castigare, ne perdat. Istud mihi commune est cum Prophetis, & tibi erit commune cum sanctis. An ego Gratiani patrem non oculis meis præferam? Debent veniam sancta alia pignora tua: dulce mihi nomen ante tuli, quibus amarem communiter detuli. Anno, diligo, rationibus prosequor. Si credis sequere: si, inquam, credis, agnosce, quod dico. Si non credis, ignosce quod facio, in quo Deum præseru. Beatissimus & florentissimus cum sanctis pignoribus seuatus tranquillitate perpetua, Imperator Auguste. hactenus Ambrosius ad Theodosium.

His acceptis literis, Theodosius magnopere perculsus est animo, vt qui iam satis expertus esset sacerdotis Dei infractum robur, solidamque pro sacratum custodia legum constantiam; iamque admisse crudelitatis conscientiæ stimulis saucius, atq; scriptis Ambrosij acriter verberatus, piaculi sentire cœpit enormitatem, quam ante iratus non intellexerat: occuluerant enim eam iustorum velamenta prætextu. Quo igitur insontes animo reculebat esse necatos, tot confodiebatur immensi doloris iaculis, audireque videbatur, voces sanguinis innocentium à Deo magno clamore postulare vindictam. His igitur lancinatus indefinentibus flagris, redire Mediolanum compellitur, conueniendeque eum, quem ante male consultus fuerat auersatus Ambrosium, ab eoque remedium salutis exposcere. Sed quid tunc egit Dei sacerdos? Copiam, inquit Paulinus n, Imperatori ingredienti Ecclesiam denegauit: nec prius dignum iudicauit sacris Ecclesiæ, vel sacramentorum communione,

IMP. AD PŒNITENTIAM. h Mat. 28.

XVII. Visio ostensa Ambros.

i Psal. 118. k Psal. 68.

XVIII.

l Ose. 6. Matth. 9. & 12 m Prou. 18.

XIX.

XX. Theodosij pœnitentia.

n Paulinus in vita S. Ambr.

XIV. Admonet de agenda pœnitentia.

XV.

XVI. S. Amer. vrget

a Ezech. 3.

*monere

*tandem

b 2. Reg. 12.

c Psal. 94.

d 2. Reg. 24.

e Iob. 31. f 1. Reg. 18.

g 2. Reg. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munione, quam publicam ageret pœnitentiam. Cui Imperator contra asserebat, Dauid adulterium simul & homicidium perpetrasse. Sed responsum illico est: Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Quod vbi audiuit clementissimus Imperator, ita suscepit animo, vt publicam pœnitentiam non abhorreret: cuius correctionis profectus secundam illi parauit victoriam. post illam videlicet nuper recensitam de indulgentia concessa illis, qui Iudæorum incenderant synagogam. Sed Paulinus compendio quidem: nam plura prætermisit à Theodoreto narrata, quem audire dignum putamus; ait enim a:

a *Theod. li. 5. c. 17.*

XXI. AMBROS. VETAT THEODOS. INGRESSVM ECCLESIÆ.

Hac miseranda & lugubri calamitate cognita, Ambrosius ille, de quo supra diximus, Imperatoris Mediolanum aduentantis, & in sacrum templum ingredi cupientis, extra sacra vestibula obuiam procedit, vetatque in templum intrare, & his fere verbis eum affatur: Est verisimile, ô Imperator, te ignorare cadis à te perpetratæ magnitudinem, neque post sedatam iracundiam ratione admissum facinus peruidere. Nam Imperatorius fortasse principatus peccatum agnoscere non finit, sed potestas offundit rationi caliginem. Verum qua sit natura nostra, & quam fragilis ac fluxa, considerandum est: & in animum pluuerem, ex quo orti sumus, & in quem reuasuri, acies mentis intendenda: neque ipse splendore purpuræ deceptus, corporis illa operti imbecillitatem ignorare debes. Quin etiam illis imperat, qui & eiusdem sunt naturæ participes, atque adeo conseruus: Vnus enim Dominus omnium & Rex, huius vniuersitatis fabricator Deus. Quibus igitur oculis intuebere templum illius, qui est omnium Dominus? quibus pedibus sanctum illud solum calcabis? Qui, quaso, manus inuicta cæde & sanguine respersas extendere audes eiusdem sacrosanctum corpus Domini accipere? Aut quo modo venerandum eius sanguinem ori admouebis, qui furore ira iubente, tantum sanguinis, tam inique effudisti? Recede igitur & ne conare nouo scelere scelus ante editum augere; sed capesse vinculum, quo vt legeris, Dominus omnium cœlitus sententiam dat: quod quidem vinculum vim habet & morbum animis depellendi & te ad sanitatem restituendi.

XXII. DOLOR THEODOSII OB EXCOMMVNICATIONEM.

Huic orationi obsecutus Imperator (nam diuinis educatus eloquiis, accurate norat tum qua essent officia sacerdotum, tum qua Regum propria) cum gemitu & lachrymis ad Palatium reuertitur. Atque longo temporis spatio dilapso (octo enim menses iam præterierant) Saluatoris Natalitia fuere celebrata. ex his colliges, mense Aprilis hæc Mediolani peracta. Sed pergit: Imperator autem consedet in Palatio, lamentis se dedens, & magnam vim profundens lacrymarum. Quod cũ animaduertisset Ruffinus, (huius Magister Aulæ fuit, magnaque apud Imperatorem auctoritate, vtpote familiaritate ei coniunctior, ad illum accedit, rogat causam fletus. Tum Imperator lugens acerbius, & maiorem in modum flens. Tu, inquit, Ruffine ludis: nam quanti is ipse in malis verser, non sentis. Ego vero gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector; quam facilis aditus ad sacrum templum seruis & mendicis pateat, liberq; illis ad Dominum suum deprecandum detur introitus: mihi autem non modo ad illum locum, verum etiam ad cœlum ipsum accessus præclusus sit. Nam venit mihi in mentem sententia à Domino prolata, qua palam dicit b: Quemcunq; ligauerit is super terram, erit ligatus & in cœlis.

b *Matt. 6.*

XXIII.

Cui Ruffinus: Curram, inquit, si placet, ad Episcopum: ei supplicabo, persuadebòque vt tua soluat vincula. At non est, inquit Imperator, tibi morem gesturus. Nouit enim adeo iustam æquamque Ambrosii esse sententiam, vt non metu potestatis Imperatoriæ sit legem diuinam violaturus. hæc ideirco Theodosius, quod sciret Ecclesiæ legem esse, vt non nisi prope Paschale tempus publice pœnitentes ab Episcopo reconciliarentur Deo, & restituerentur Ecclesiæ: nisi velis potius ipsum alluisse ad Ecclesiasticam illam legem, qua cauetur, ne voluntarius homicida nisi in fine vitæ communicet. *Verum* (subdit Theodoretus) *cum instaret Ruffinus, polliceretur q; se Ambrosio persuasurum: Imperator iubet propere abire: ipseque falsa spe indultus, & Ruffini confisus promissu paulo post sequetur. Vt primum autem Ruffinum sanctus vidit Ambrosius: Videris mihi, inquit Ruffine, eorum impudentiam imitari: nam tametsi tuo suasu tam crudelis facta est cædes, tu tamen ita perfricuisti os, vt nec pudeat, nec pigeat tanta rabie contra imaginem Dei insæuisse. Vbi vero Ruffinus obmixe eum oraueret, dixeratque Imperatorem breui eo venturum: S. Ambrosius diuino zelo accensus: Ego, inquit Ruffine, prædico, me illum ab ingressu sacri vestibuli prohibiturum: Quod si Imperium mutauerit in tyrannidem, eadem iubens quidem excipiet. Quibus auditis, Ruffinus Imperatori per internuncium significat, horaturq; vt maneat in Palatio.* Quod autem hic à S. Ambrosio Ruffino exprobratum sit, suasu ipsius tam diram illatam esse Thessalonicensibus cladem: erit vt miretis, cum scies postea, quantam, Deo vlciscente, expertus sit ipse vindictam, & quam infelici exitu vitam clauserit.

c *Concil. Aneyr. c. 21.*

AGIT PRO STRATV FINV PRO THEODOSIO.

XXIV. THEODOS. CONVENIT S. AMBR.

Hac cum Imperator (subdit Theodoretus) *in medio foro accessisset: Eo, inquit, illuc nihilominus, quo iustas debitasque contumelias subeam. Vbi vero ad sacros templi parietes aduenit, non ingrediturin templum ille quidem, sed ad Episcopum, qui in aedicula salutatoria sedebat, accedens, obsecrat, vt vincula sibi soluat. At Ambrosius eius aduentum dixit esse tyrannicum, eumque ipsum contra Deum insanire & illius leges protercre. Tum Imperator: Non obstinato animo, inquit, leges sanctas impugno, neque sacra vestibula per nefas introire cupio: sed oro, vt mihi soluas vincula, & proponas tibi ante oculos clementiam illius, qui est Dominus omnium, & ne mihi occludas iamiam, quam ille omnibus, quos peccatorum suorum pœniteat, patefecit. Cui Ambrosius: Quam tu, inquit, pœnitentiam post tam graue scelus admissum ostendis, quæ medicamenta ad vulnera tam difficilia curatu sananda adhibuisti? Tuum est, inquit Imperator, medicamenta ostendere, eaque temperare, & vulnera, qua agrius curantur, obligare: meum autem, qua sunt adhibita, accipere.*

XXV. S. AMBR. AVCTOR SANCIENDÆ LEGIS.

Tum S. Ambrosius: Quoniam, inquit, iracundia permissis iudicium, & non recta rationi, sed animo irato obsecutus, sententiam pronunciasti: conscribe legem, qua deinceps sententia per iracundiam pronunciata irrita sint & nullius momenti: cognitioneque causarum de cæde & publicatione bonorum ad triginta dies scripti prodita maneant, vti recta ratione de illis iudicium dein atque de duobus illis confecti, qui decreta illa scripserint, mandata tua tibi ostendant: ac tum quidem compressa iracundia, ratione sola causam expendens, inquires in decreta; & ita perspicies, iniqua ne sint, an æqua. Quod si iniqua deprehenderis, certum est ea decreta scripta mandata te dilaturum: sin æqua, confirmaturum; sicque manifesto intellecturum, numero dierum interceptorum nihil de auctoritate decretorum recte sancitorum omnino detractum esse. Istud consilium Imperator, quoniam prudentissimum esse censebat, libenter amplexatus, iubet extemplo legem conscribi, suaque subscriptione confirmat. meminerunt etiam huiusce nunc scriptæ legis Ruffinus d & Sozomenus e. Extat quidem lex ipsa, eadem continens: sed quod ante annos octo data habeatur, & non Mediolani, sed Veronæ, viuente adhuc Gratiano Imperatore, nec Natalis Domini tempore, verum mense Septembris, rem perplexam admodum reddit. Lex igitur cum in Codice Theodosiano, tum etiam Iustinianeo ita descripta legitur f:

d *Rossæ. li. 2. c. 16. e Soz. l. 7. c. 24.* f *l. 15. de pœnis. C. Theod. & C. Iustin. eo. tit. Lib.*

XXVI. LEX DE DIFFERENDA EXECVTIONE SENTENTIÆ.

Imppp. Gratianus, Valentin. & Theodosius AAA. Flauiano PP. Illyrici & Italiæ. Si vindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro cuiusque iniuria iusserimus: nolumus statim eos aut solui pœnam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat, vinciatque custodia: & excubiis solertibus vigilanter obseruet. Dat. 15. Kal. Septembris, Verona, Antonio & Syagrio Coss. quo quidem tempore Theodosius annum agens quartum in Imperio morabatur Constantinopoli; nec memoria vlla penitus est, vnquam nisi aduersus Maximum pugnaturum venisse in Italiam. Quamobrem cum de causa sanciendæ legis eadem sit sententia antiquorum historicorum, ac Ruffini præsertim, qui tunc temporis ea scribebat, illud cogimur opinari, vt non incuria id factum existimemus (tot enim simul errores in adeo breuem scriptionem irrepsisse, haud facile adducimur, vt credamus) sed studio perpetratum ab aliquo, qui indigne ferret, ea suo loco & tempore atq; titulo posita legi, quibus Theodosii immane facinus decantaretur. Cæterum quod ad locum spectat, cum ea lex data habeatur Veronæ XV. Kal. Septemb. constat Theodosium hoc ipso anno & mense constitisse Veronæ: nam aliud ibidem hoc item anno repetitur datum rescriptum eodem mense post dies quinque, nempe X. Kalen. Sept. adeo quod etsi annus non consentit, certe quidem & locus & mensis & causa aptari posse videntur legi superius recitatæ.

g *l. 18. de ædif. C. Theod.*

At in hoc rursus illud quidem in primis considerari XXVII.

DE TEMPORE LATA LEGIS. a *Sidon. lib. 8 ep. 7.* b *Suet. in Tiber. c. 75.*

potest, videri diu hanc legem absq; promulgationis titulo in chartis publicè editis circũ latam: si quidem Sidonius Apollinaris *a*, quod inuenerit eam absq; titulo, tribuit ipsam Tiberiano Senatusconsulto, quo (vt auctor est Suetonius *b*) decem tantum dierum spatium ante executionẽ sententiæ concessum est; cum tamen prorogatio triginta dierum nonnisi lege Theodosij modo recitata concessa habeatur. Constat igitur ignorasse auctorem legis Sidonium, qui longe diuerso eam adscribit Principi: quam sic repertam absq; titulo atq; Consulibus, pro arbitrio fortasse Anianus scriptor Codicis Theodosiani sub eodem titulo & Consulibus collocauit; cuius fidem secutus Trebonianus eodem modo descripsit in Codice Institianeo. an autem factum id errore fuerit, vel prætextu obtegendi criminis Theodosij, alij pro arbitrio iudicent, ac si quam habent ad nodi huius perplexitatem soluendam veriorẽ assertionem, proferant, & acquiescemus. Hactenus de lege per Theodosium lata, quam abrogatam fuisse per Nicephorum Botonitatem, suo loco dicemus extitit illa sane proficua & Theodosij naturæ optimè cõparata, vtpote qui soleret interdum dura præcipere, sed (vt ait Autelius Victor) modica dilatione molliretur. At prosequamur reliqua à Theodoreto descripta.

XXVIII. THEODOSIVS RECONCILIATVR ECCLESIÆ. c *Psal. 118.*

Quare, inquit, *confecta*, nempe lege sancita, *Sanctus Ambrosius eius vincula soluit. Itaq; Imperator fidelissimus in sanctum templum ingressus, non stans Dominum precatus est, neque genibus flexis, sed prono humi abiectus, versum illum Dauid recitauit* c: *Adhæsit pauimento anima mea: vivifica me secundum verbum tuum. Atq; capillum manibus lacerans, frontem ferire, lacrymarum guttis solum rigare, veniamq; supplex petere cœpit. Vbi autem tempus postulauit, vt dona sacra mensæ offerret, surgit, atque non minorem lacrymarum vim, quam antea effundens, in sacellum ingressus est. Cum vero dona, vti solebat, obtulisset, intus prope cancellos mansit. At rursum magnus ille Ambrosius non conticuit quidem, sed locorum differentiam cum docuit. Ac primum scisitatur, ecqua re egeret? Et cum respondisset Imperator, se expetere diuinorum mysteriorum perceptionem: significauit illis per primarium diaconum, qui eis ministrabat, ad loca interiora solis sacerdotibus aditum patere, eademq; alijs omnibus inaccessa esse, nec debere tangi. Iubet igitur, vt exeat, & cum reliquis laicis consistat: Nam purpura, inquit, Imperatores, non Sacerdotes efficit. Quam admonitionem itidem excepit lubens Imperator fidelissimus: respondit q; se non animi confidentia inductum mansisse intra cancellos, sed hanc consuetudinem Constantinopoli didicisse. Quare habeo, inquit, etiam pro hac medicina gratiam.*

XXIX. LAVDANTVR AMBROSIVS ET THEODOSIVS.

Tantis & tam eximijs virtutis ornamentis enituit tum Episcopus, tum Imperator. Vtrumq; enim admiror: alterum propter ingenuam loquendi libertatem, alterum propter facilem obedientiam: & illum propter diuini zeli ardorem, hunc autem propter sinceram fidem. Imperator vero pietatis præcepta, quæ ab illustri illo Episcopo didicerat, etiam cum reuertisset Constantinopolim, obseruauit. Nam cum diuino quodam fato ad templum denuo veniret; statim vt dona sacra mensæ obtulerat, exibat. Atque cum Nectarius, qui id temporis illius Ecclesiæ Antistes fuit, rogaret, cur non maneret intus? gemens, inquit: Ægrè tandem didici, quid inter Imperatorem interest, & Episcopum: ægrè tandem reperi veritatis magistrum: nam solum Ambrosium noui Episcopũ, dignum eo nomine. Tantum commodi reprehensio, à viro virtute præstanti adhibita, secum apportare solet. hactenus Theodoretus de Theodosij pœnitentia, cuius magno præconio S. Augustinus meminit, cum hæc ait *d*:

d *Aug. de Ciuit. Dei. l. 5. c. 26.*

XXX.

Quid autem fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimum scelus, cui iam Episcopi intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei coharebant, vindicare compulsus est; & Ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit pœnitentiam, vt imperatorium celsitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam? hæc Augustinus. Sed quid de his ipse e Ambrosius: *Dilexi*, inquit, *virum, qui magis arguentem, quam adulantem probaret. Strauit omne, quo vtebatur, insigne regium: defluxit in Ecclesia publicè peccatum suum, quod ei alienum fraude obrepserat: gemitu & lacrymis orauit veniam. Quod priuati erubescunt, non erubuit Imperator publicè agere pœnitentiam; neq; vllus postea dies fuit, quo non illum doleret errorem.* hæc ipse.

e *Ambr. or. in funere Theod.*

Viguit, vigebitq; semper eiusmodi Theodosij exemplum in Ecclesia Dei; & q̃ tunc effulsit, effulgebit iugiter tanquam insigne quoddam ac præclarissimum ornamentum, ac veluti nobile trophæum erectum, ex illustri victoria consecutum, vincente seipsum Imperatore: vigebit, inquã, gloriosus triumphus exculptus æternis tabulis, longe præstantiorib. illis, quibus tum barbarorum, tum tyrannorũ declarabatur extinctio, atq; felix Imperij propagatio, vt tanquam in viua columna amplissimis perpetuisq; notis expressa visuri sint posteri Imperatores ac Principes, nihil elucere venustius, coruscare splendidius, atq; micare ardentius inter omnes regiæ coronæ virtutũ gemmas, quam ipsam illibate seruatam & in omnibus integerrimè custoditam religionẽ, cuius causa exhibita humilitas sublimis sit exaltatio, & delata obedientia quouis summo præstet Imperio: vsq; adeo, vt eius gratia & ipsæ tenebræ peccatorum, quibus offundi obscuratiq; solet fulgor ille regiæ maiestatis, conuertantur (vt vidimus de Theodosio) in claritudinẽ semperq; manentem gloriam.

XXXI. PRÆCIPVVM DECVS THEODOSII.

XXXII. IN NEGLIGENTES AGERE PŒNITENTIÃ. f *Aug. hom. 49.*

At quam iuste S. Augustinus acriter inuehatur in viros longe inferioris ordinis ab Imperatoria dignitate & aliis Prætecturis, qui de peccatis publicis publicam negligerẽt agere in Ecclesia exemplo Theodosij pœnitentiã, ipsum audi, cum ait *f*: *Resistit mihi filius pestilentiæ, & erubescit genu figere sub benedictione Dei? Quod non erubuit Imperator, erubescit nec Senator, sed tantum curialis? superba ceruix, mens tortuosa. Fortasis imo quod non dubitatur, propterea Deus voluit, vt Theodosius Imperator ageret pœnitentiam publicam in conspectu populi, maximè quia peccatum eius celari non potuit. Et erubescit Senator, quod non erubuit Imperator? Erubescit nec Senator, sed tantum curialis, quod non erubuit Imperator? Erubescit plebeius, sine negotiator, quod non erubuit Imperator? Quæ ista superbia est? nonne sola sufficeret gehenna, etiam si adulterium nullum esset?* hæc Augustinus.

XXXIII. DE FABIOLÆ PVBLICA PŒNITENTIA.

Quam autẽ vigeret hoc tempore in Ecclesia seueritas publicæ pœnitẽtiæ, à qua nõ liberaret excusare vel nobilitas, dignitas, neq; sexus; plane declaratur alio exemplo clarissimæ fœminæ Romanæ Fabiolæ nomine, q̃ adhuc supererat Fabiorũ antiquæ familiæ nobile germẽ. Hanc contigit ob secundas nuptias post diuortium factũ cum priori viro illicite contractas, hisce ferme diebus publicã Romæ agere pœnitentiam; quam à S. Hieronymo descriptam his adiungere, ob connexionẽ temporum & similitudinẽ argumenti, operæpretiũ ducimus. ait enim *g*: *Igitur & Fabiola, quia persuaserat sibi, & putabat à se virum iure dimissum, nec Euangelij vigorem nouerat, in quo nubendi vniuersa causatio, viuentibus viris, fœminis amputatur: dum multa diaboli vitat vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror, quærens excusare culpam, cuius pœnitentiam ipsa confessa est? Quis hoc crederet, vt post mortem secundi viri in semetipsam reuersa, quo tempore solent viduæ negligentes, tugo seruitutis excusso, agere se liberius, adire balneas, volitare per plateas, vultus circumferre meretricis; saccum induceret, vt errorem publicè fateretur? & tota vrbe spectante Romana, ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui Cæsariano truncatus est gladio, staret in ordine pœnitentium, Episcopo, presbyteris, & omni populo collacrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, squalidas manus, sordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste non purget? quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant?* & post multa de vtilitate pœnitentiæ, de eadem subdit: *Non est confusa Dominum in terris, & ille eam non confundet in cœlo* h. *Aperuit cunctis vulnus suũ, & decolorem in corpore cicatricẽ flens Roma conspexit. Disputa habuit latera, nudum caput, clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini, sed extra castra cum Maria sorore Moysi separata consedit; vt quam Sacerdos eiecerat, ipse reuocaret.* ac deinde: *Recepta sub oculis omnis Ecclesiæ communione, quid fecit? Scilicet in die bona malorum non oblita est, & post naufragium rursum tentare noluit pericula nauigandi.* hactenus Hieronymus: quæ aũt subdit de eiusdem Fabiolæ peregrinatione Hierosolymam, & de rebus gestis post quam reuersa est, suo loco dicemus. hæc n. modo de antiquissimæ ac nobilissimæ Romanæ familiæ sanctã propagine, Christiana religione fœcunda, occasione publicæ pœnitentiæ, satis sit retulisse. Iam ad S. Ambrosium redeat oratio.

g *Hier. ep. 30.*

h *Luca 9.*

XXXIV. a *Paulin. in Vit. S. Ambros.* PERSÆ CONVENIVNT S. AMBROSIVM.

Paulinus igitur post enarratam Theodosij pœnitentiam, mox hæc adiungit *a*: *Per idem tempus duo potentissimi ac sapientissimi viri Persarum ad famosum Sacerdotis venere Mediolanum* (ob pacem enim inter Romanos & Persas, vt dictum est, initam, liber securusque erat his temporibus inter gentem vtramque congressus) *deferentes secum plurimas quæstiones, vt ex illo probarent sapientiam viri: cum quo ab hora diei prima vsque ad horam sere tertiam noctu per interpretem disputauerunt, admirantesq; discesserunt ab eo. Et vt se probarent, non ob aliam causam venisse, nisi vt certo certius nosceret virum, quem fama comperauit, alta die valedicentes Imperatori, profecti sunt ad vrbem Romam, illic volentes cognoscere potentiam illustris viri Probi: quæ cognita, ad propria reuerterunt.* hic ille Anicius Probus, promotor olim Ambrosij ad Præfecturam prouinciarum, longa (vt diximus ex Marcellino) Prætorij Præfecturæ propagatione lassatus. Augustissimas plane fuisse Romæ ædes Probi, illud à Secundino *b* dictum insinuat: *Ego namq;, inquit, fateor non tali diligentia, nec tanta industria Aniciana domum micare marmora, quanta tua scripta perlucent eloquentia.* Claruere in eadem familia sanctæ fœminæ Proba alia, Iuliana nurus, & Demetrias neptis magni nominis virgo, de quibus suo loco dicturi sumus.

b *Apud August. in ep. Secundini Manichæi. tom. 6. pag. 218. edit. Plantin.*

XXXV. c *Ambros. ep. 18.*

Quoniam aût ex Epistola *c* S. Ambrosij ad Theodosium hoc anno post cladē Thessalonicensem (vt vidimus) data, liquet, hoc ipso anno collectam esse Mediolani Synodum Episcoporum: cuiusnam rei occasione oportuerit illum cogi conuentum, & quid in eo factum sit, est diligentius perquirendum. Haud enim leuis momenti hæc fuit Synodus, ad quam & Galliarum Episcopi conuenerunt, & tres Apostolicæ sedis Legati à Siricio Papa missi. Cuiusnam rei gratia, in quam, eiusmodi concilium collectum fuerit, quidve in eo Patres statuerint, vt intelligamus: in primis quid hoc anno à Siricio Papa Romæ gestū sit, quidve ab eodem scriptum Ecclesiæ Mediolanensi, est declarandum.

SIRICIVS PAPA DAMNAT IOVINIANŪ.

XXXVI. Memminisse debem* quæ superius dicta sunt, ex monasterio Mediolanensi prodijsse, imo eiectum fuisse Sardanapalum illum sub habitu monastico latitātem Iouinianum hæresiarcham, cæterosq; eiusdem impietatis collegas, quorum vitulatas hæreses superius recensuimus. Toleratus namq; fuit iste cum suis aliquandiu, vel quod ipsius expectaretur correctio, vel quod potius contemnendus videretur, qui adeo vana atq; insulsa priuatim in aures aliquorum susurrans ingereret. Sed cum eo temeritatis vsq; progressus esset, vt etiam eodem argumento à se scriptos cōmentarios ederet; iam zizania, quæ creuissent ad messem, falce Apostolica succidenda fuerunt.

XXXVII. b *Hier. adu. Iouinian. lib. 1.* IOVINIANI SCRIPTA QVALIA.

At qualia essent eiusmodi Iouiniani scripta, accipe ex S. Hieronymo *d*: *Pauci, inquit, admodum dies sunt, quod sancti ex vrbe Roma fratres cuiusdam mihi Iouiniani commentariolos transmiserunt, rogantes, vt eorum ineptiis respōderem & Epicurum Christianorum Euangelico atque Apostolico vigore conterrerem. Quos cum legissem, & omnino non intellegerem, cœpi reuoluere crebrius, & non verba modo atque sententias, sed singulas pene syllabas discutere, volens prius scire, quid diceret, & sic vel probare vel redarguere, quod dixisset. Verum scriptorum tanta barbaries est, & tantis vitiis spurcissimus sermo confusus, vt nec quid loquatur, nec quibus argumentis velit probare, quod loquitur, potuerim intelligere. Totus enim tumet, totus sudat: attollit se per singula, & quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur. non est contentus nostro, id est, humano more loqui: altius quiddam aggreditur.*

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.

Quod ipse

Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.

Præterea sic inuolvit omnia, & quibusdam inextricabilibus modis vniuersa perturbat, vt illud Plautinarum litterarum ei possit aptari:

Hæc quidem prater Sibyllam leget nemo.

nam diuinandum est.

Furiosas Appollinis vates legimus.

& illud Virgilianum:

Dat sine mente sonum.

Heraclitum quoque, cognomento σκοτεινὸν, fudantes Philosophi vix intellegunt. Sed quid ad nostrum σκοτεινότατον, cuius libros multo difficilius est nosse, quam vincere? Quanquam & in victoria non parua sit difficultas. Quis enim eum superare queat, cuius assertionem penitus ignoret? Et ne lectorem longius trahamus: cuiusmodi eloquentia sit, & quibus verborum floribus ornatus micet, secundi libri eius monstrabit exordium, quod hesternam crapulam ructans ita euomit: Satisfacto imitatio, non vt clauo currum nomine, sed vt rumore purgatus viuam vario: Obsero agrum, nouellas plantationum, arbusta teneritudinis erepta de vitiorum gorgitibus, audientiam communitant agminibus. Scimus Ecclesiam ipse fide, charitate inaccessibilem, inexpugnabilem: non est in ea immaturus, omnis docibilis, impetu irrumpere, vel arte illudere potest nullus. Rogo, qua sunt hæc portenta verborum? quod descriptionis dedecus? vomne vel per febrem sommiare cum putes? vel arreptum morbo phrenetico, Hippocratis vinculis alligandum? &c.

VERBA IOVINIANI.

hæc quidem de Iouiniani commentariis ex Hieronymo recitasse voluimus, quod dignum obseruatione sit intelligere, non curasse dæmonem in promulgatione illarum hæresum, quibus adblanditur voluptatibus carnis, viros disertos quærere & eloquētiæ studiosos; sed effrenis animi & perfrictæ frontis, vita turpissimos vocasse magistros; eo quod absque eloquentia satis ad perditionis filios suadendos esse carnis illecebræ: quod hoc quoq; nostro sæculo factum vidimus, cum impudente apostatam, fœdum moribus, eloquio infantissimum cōstituit hæ esiarcham, restitutorem collapsæ penitus scholæ Iouiniani, atq; nouum assertorem doctrinæ Epicuræ. Sed de Iouiniani facta Romæ condemnatione prosequamur historiam.

XXXVIII. PAMMACHIVS AVCTOR DAMNATIONIS IOVINIANI.

Cum igitur (vt dictū est) eiusmodi scripta Iouinianus Romę vulgasset: primus omniū, qui ex aduerso surrexit, & contra deforme monstrum cominus decertauit, egitq; vt Apostolica damnaretur auctoritate, Pammachius fuit nobilissimus Senator, atq; doctissimus Romanorum, qui S. Paulæ gener extitit, Christianæ religionis exactissimus cultor, & fidei Catholicæ ardentissimus propugnator, de quo alias plutibus; ad quem Hieronymus e scribens hæc ait: *Domiq, idcirco, te post Dominum faciente, damnatus est, Iouinianus videlicet, & ausus sit perpetuæ virginitati matrimonium comparare.* At non vnius Pammachij relatione, sed & aliorum Fidelium, Iouinianum delatum fuisse Siricio Papæ, idem ipse Pontifex litteris illis, quas de eiusdem damnatione ad Ecclesiam Mediolanensem scripsit, affirmat: eas veto hic describendas esse putamus, cum quid ab ipso Siricio aduersus impium hæresiarcham eiusq; gregales definitum Romę sit, certa testificatione contineant; sic n.se habent *f*:

c *Hier. ad Pammach. ep. 50.*

Siricius Mediolanensi Ecclesiæ.

XXXIX. EPISTOLA SIRICII PAPÆ DE CONDEMNATIONE IOVINIANI.

*Optarem semper, fratres carissimi, dilectionis & pacis vestræ sinceritati gaudia nunciare: ita vt vicissim discurrentibus litteris, sospitatis vestræ innotemur indicio. Numquam patitur nos quietos ab incursione sua vacare hostis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se ante decepit. Pudistiæ aduersarius luxuria magister, crudelitatibus * pascitur, abstinentia punitur, odit iciunia ministris sicis prædicantibus, eadem dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia percussus dicentis 1: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O infelix audacia, ô desperata mentis astutia. Iam incognitus sermo hæreticorum intra Ecclesiam cancri more serpebat, vt occupans pectus, totum hominem præcipitaret in mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum, quem parauerant, dirupisset; scena tanti mali & hypocrisis publicata, multorū simplicium corda traxisset in ruinam; quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, malens per spatiosa ambulare, quam per arcta via iter cum labore transire.*

f *Siric. ep. 1. tom. 1. op. Rer. Pontif.*

* eruditis libris

g *2. Cor. 15.*

XL. *Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi, quæ hic gesta sunt, ad vestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorantia Sacerdotis cuiuslibet pessimorum hominum Ecclesiam irrumpentium sub religiosi nomine contagio violaret: sicut scriptum est, Domino docente* h: *Multi venient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos: ij videlicet, qui subtiliter Christianos se iactant, vt sub velamento pij nominis gradientes, domum orationis ingressi, sermonem serpentina dissuasio-*

h *Matth. 7.*

nis

tionis effundant: vt a *sagittent in obſcuro rectos corde, atque* veritatem Catholicam peruertendo, ad ſua doctrina rabiem diabolico more traducant, atq; animum ſimplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæreſium malignus atem ab Apoſtolicis nunc vſque temporibus didicimus. & experti probauimus: ſed nunquam tales canes Eccleſia myſterium latratibus fatigauerunt, quales iſti mane ſubito irrumpentes, doctrina perfidiæ polluti, hoſtes fidei, qui cuius ſint diſcipuli verborum fructibus prodiderunt.

a *Pſal. 10.*

XLI. *Nam cum alij hæreticis ſingula ſibi genera quæſtionum male intelligendo propoſuerint conuellere atque concerpere de diuinis inſtitutionibus: iſti non habentes veſtem* b *nuptialem, ſanctantes Catholicos, nouit ac veteris Teſtamenti (vt dixi) continentiã peruertentes, illecebroſo atq; ficto ſermone aliquot Chriſtianos ceperunt iam vaſtare, atque ſua dementia ſociare, intra ſe continentes nequitiæ ſuæ virus, præferentes ſe tanquam electi; blaſphemias tamen ſuas conſcriptione temeraria publicarunt, & deſperata mentis furore concitati paſſim in fauorem Gentilium ſe prodiderunt. Verum à fidelibus Chriſtianis, viris genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem ſubito ſcriptura horrifica videntur eſſe delati, vt ſacerdotali iudicio detecti diuina legi docere contraria, ſpiritali ſententia deleantur.*

b *Matt. 22.*

XLII. NVPTIÆ ET VIRGINITAS CVIVS MERITI. *Nos ſane nuptiarum vota non aſpernanter accipimus, quibus, velamini interſumus; ſed virginum nuptias Deo deuotas maiore honorificentia honoramus. Facto igitur presbyterio, conſtitit doctrina noſtra, id eſt, Chriſtianæ legis eſſe contraria: vnde Apoſtoli c ſecuti præceptum, quia aliter, quam quod accepimus, annunciabant; omnium noſtrum tam presbyterorum & diaconorum, quam totius etiam cleri vna lata fuit ſententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Pontinus *, Martianus, Lunarius, & Ingenioſus, qui incentores nouæ hæreſis & blaſphemiæ inuenti ſunt, diuina ſententia & noſtro iudicio in perpetuum damnati, extra Eccleſiam remanerent. Quod cuſtoditum ſanctitatem veſtram non ambigens, hæc ſcripta direxi per fratres & presbyteros meos Creſcentem, Leopardum, & Alexandrum, qui religioſum officium fidei ſpiritu poſſint adimplere feruentes.* hactenus litteræ Siricij ad Ambroſium perlegatos, quorum Leorpardus presbyter fuiſſe videtur. Tituli Paſtoris, ex quo & ipſe Siricius ad ſedem Pontificiam euectus fuit, ſiquidem amborum nomina in fragmentis quibuſdã in eodem Titulo hactenus aſſeruantur in lapidibus ſculpta, qui erant monumẽtum veterum Epitaphia, quæ penitus periere, quæ hic voluimus vtcumq; mutila deſcripſiſſe: SALVO SIRICIO EPISCOPO. & alio fragmento: ECCLESIÆ SANCTÆ ..... cætera deſunt. Extat & tabula marmorea his littetis exarata: LEOPARDVS PRESBYTER. quem vnum eſſe ex nominatis Siricij Papæ Legatis, nulla apud me dubitatio eſt.

c *Gal. 1.*

* Frõtinus

XLIII. CONCILIVM MEDIOLANENSE. Quod autem Siricius eoſdem Mediolanum tres Legatos miſerit, ea cauſa interceſſiſſe videtur, vt horum auctoritate Mediolani Synodus cogeretur Epiſcoporum, vt ab iiſdem Iouinianus & alij nominati illic etiam damnarẽtur hæretici, vbi cœperunt hæreſum venena ſpargere, & cuius infelicis arbotis Romæ truncus ſuccius erat, conuellerentur ibi quoq; radices, circuiſſe enim eos prouinciam illam cum hiſce mercibus, teſtari videtur S. Ambroſius, cum vt hoc caueret, literis admonuit Vercellenſem Eccleſiã d. Quid autem Synodus Mediolanenſis aduerſus eoſdem hæreticos hoc anno celebrata decreuerit, literæ ab ea ad Siricium Papam ſcriptæ declarant, quarum ſic ſe habet exordium e:

d *Ambroſ. ep. 82.*
e *Epi. Rom. Pont. to. 1. pag. 42.*

XLIV. EPISTOLA SYNODI AD SIRICIVM. *Domino dilectiſſimo fratri Siricio Papæ Ambroſius Epiſcopus, Baſſianus, & ceteri. Recognouimus literis ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias, qui fideliter commiſſam tibi tanquam ſeruus, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſtodias, dignus, quem oues Domini audiant & ſequantur.* Obſerua, lector, quod S. Ambroſius & alij eius Synodi Epiſcopi apta ſatis collatione dicunt, cõmiſſam Eccleſiæ ianuam Romano Pontifici; vtpote quod eidem in Petro cõmiſſæ ſint claues regni cœlorum: cum de ſe Chriſtus dicat f: *Ego ſum oſtium; per me ſi quis introierit, ſaluabitur.* & rurſus: *Qui non intrat per oſtium; ſed aſcendit aliunde, hic fur eſt & latro.* licq; cum intelligis Eccleſiæ ianuam Chriſtum, & nonniſi hanc vnã patere portam venientibus ad Eccleſiam, huiuſq; portæ Romanum Pontificem ianitorẽ: cognoſcas pariter illos legitimè in Eccleſiam ingredi, cenſeriq; Catholico nomine, quibus tantus ianitor aperuerit; illos vero excluſos atq; reiectos, quibus idem fores occluſerit; eoſdemq; conſcendentes aliunde non inter Catholicos, ſed inter fures atq; latrones cõmetari debere; quod ſeruatum eſſe ab initio fundatæ per Petrum Romanæ Eccleſiæ, ſæpe ſuperius dictũ eſt, nimirum illos, tantũ totius Catholicæ Eccleſiæ ſententia cenſitos eſſe Catholicos, qui gauderẽt communione Romani Pontificis; illos vero hæreticos vel ſchiſmaticos, qui ab eiuſdem communionis participatione ſecluſi eſſent. Sed pergunt illi:

f *Ioan 10.*

XLV. HÆRETICORVM DOCTRINA; LVPORVM VLVLATVS. *Et ideo quia noſti ouiculas Chriſti, lupos facile deprehendes, & occurres quaſi prouidus paſtor, ne iſti morſibus perfidiæ ſuæ, feraliq; vlulatu Dominicum ouile diſpergant. Laudamus hoc, domine frater noſter dilectiſſime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur, ſi luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Chriſti vocem non recognouit. Agreſtis enim vlulatus eſt, nullam virginitatis gratiam, nullum caſtitatis ordinem ſeruare, promiſcuè omnia velle confundere, diuerſorum gradus abrogare meritorum, & pauperta tem quandam cæleſtium remunerationum inducere,* &c. pluribus enim diſſerunt atq; demonſtrant ſuper excellere ſancto coniugio virginitatem, illibatamq; omni tempore & illæſam cuſtoditam Dei genitricis virginitatem, cui ijdem ſceleſtiſſimi detrahebant. Viduitatisq; Chriſti amore ſeruatæ præconia extollentes, ieiuniorũ merita prædicant, quæ veritatis proditores ſomno vinoq; ſepulti, tanquam ſui ipſorum intemperantiæ aduerſaria impugnabant. Atque poſt multa hæc ijdem ad Siricium:

XLVI. *Sed quid plura apud magiſtrum atque doctorem? cum iam dignum præmiũ retulerint illi perfidiæ ſuæ, qui ideo vſq; huc venerunt, ne ſupereſſet locus, in quo non damnarentur, qui vere ſe Manichæos probauerunt, non credentes, quia ex virgine vtig, veniſſet.* docent deinde plurimus, qua ex parte Iouinianus cũ ſuis participaret cũ Manichæis: addunt q; ipſos Manichæos tunc tẽporis cum Imperatoris decreto, tum legatorum ſententia eſſe damnatos, atq; ciuitate illa expulſos. ſiquidem iſta ad poſtremum adiungunt:

XLVII. * Hæc LEGATORVM COMMENTATIO. *Sed * eſt impietas Manicheorum, quam & clementiſſimus execratus eſt Imperator: & omnes, qui illos viderunt, quaſi quædam contagia refugerunt; ſicut teſtes ſunt fratres & compresbyteri noſtri Creſcens, Leopardus, Alexander, ſancto feruentes ſpiritu, qui eos omniũ execratione damnatos, Mediolanenſi ex vrbe quaſi profugos repulerunt. Itaq; Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum *, Genialem, Martianum, Lunarium, & Ingenioſum, quos ſanctitas tua damnauit, ſciat apud nos quoq; ſecundum iudicium tuum eſſe damnatos. Incolumem te & florentiſſimum Deus noſter tueatur omnipotens, domine dilectiſſime frater.*

* Pontinũ, Frontiniũ,

SVBSCRIPTIO EPISCOPORÛ.

Item ſubſcriptio.

Ego Ambroſius Mediolanenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.
Eucentius Epiſcopus Cemetenſi ſaluto ſanctitatem tuam in Domino, & huic Epiſtolæ ſubſcripſi.
Maximus Epiſcopus Emonenſis, &c.
Felix Epiſcopus Ladrenſis
Baſſianus Epiſcopus Laudenſis
Theodorus Epiſcopus Ollodurenſis
Conſtantius Epiſcopus Arauſianus
Sabinus Epiſcopus Placentinus
Ex iuſſu Domini Epiſcopi Geminiani, ipſo præſente, Aper presbyter ſubſcripſi.
Eoſtarbius Epiſcopus, Conſtantius Epiſcopus, & omnes ordine ſubſcripſerunt.

Vides plures alios breuitatis cauſa prætermiſſos eſſe nominari Epiſcopos: porro magnæ virtutis viros, ſanctitate conſpicuos, miraculisq; claros nonnulos ex ijs fuiſſe, docent quæ ſuperius dicta ſunt, cũ de Concilio Aquileienſi actum eſt: complures enim Epiſcopi vtique Concilio interfuiſſe reperiuntur; inter quos præ cæteris enituere S. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, & S. Sabinus Epiſcopus Placentinus, Ambroſio (vt dictũ eſt ſuperius) ſanctitate atq; doctrina non impar: vt taceamus de ſanctis Baſſiano, Geminiano, & alijs: Vt ex his intelligas, magna Dei prouidentia factum, vt per tales tantosque viros nefanda hæreſis damnaretur; ne quid reliqui poſteris eſſet, quod reuocari poſſet in dubiũ, à quorumnam parte ve-

ritas ſteterit, num apud luculentũ porcum eiuſq; gregales ſues grunnitu potius obſtrepentes, quã humana voce loquẽtes; an apud acceptiſſimos Deo viros opere ac ſermone præſtantes, quorum ſentẽtiæ & ipſe Deus miraculorum operatione ſæpius ſuffragatus eſſet. Hæc dixerimus, vt rubore ſuffundãtur (ſi tamen erubeſcere nõrunt) recentiores hæretici, qui (vt dictum eſt) obſtructam diu ante Iouiniani ſordium cloacam refoderunt ipſo halitu homines corrumpentem; ſciantq; licet nolint, ſe cum Iouiniano iam ante annos mille ac ducẽtos in Eccleſia eſſe damnatos tum ſententia Romani Pontificis, tum Gõcilio Mediolanenſi, tum deniq; priuatis ſubſcriptionibus ſanctorum virorum, Hieronymi, Ambroſij, Auguſtini, & aliorum, adde & Imperatoriis ſanctionibus. Etenim primum omnium hos ſceleſtos è monaſteriis eiectos, habitu tamen monaſtico vagantes, ab vrbib. recedere & adeſerta loca proficiſci, Theodoſius Imperator reſcripto huiuſmodi iuſſit, hoc anno dato *a*:

a l. 1. de Monach. C. Theod.

XLVIII. LEGE THEODOSII EX PELLVNTVR MONACHI HÆRETICI.

Quicunq; ſub profeſſione monachi reperiuntur, deſerta loca & vaſtas ſolitudines ſequi, atq; habitare inbeantur. Dat. III. Non. Septembris, Verona, Valentiniano IV. & Neoterio Coſſ. hac ſtatuta lege, cogitur improb. hæreſiarcha ab Vrbe recedere. ſed eſti ſolitudinem petiit; negligẽtia tamen magiſtratuum, quorum torpore leges inſito vigore deficiunt, factum eſt, vt quamuis non auderet ſe rurſus in Vrbem intrudere, extra mœnia tamen ſuos colligens, conuentus ſuburbanos haberet. Sed reclamantibus rurſus Epiſcopis, Honorius Imperator legis paternæ vindex eundẽ Iouinianum ſeruili primũ affectum ſupplicio relegauit in inſulam, cæteris illius ſectatiis in diuerſa loca diſperſis. Extat eius ſententiæ eiuſdem Imperatoris ad Felicem Præfectum Prætorio eiuſmodi reſcriptum *b*:

b l. 13. de haeret. C. Theod.

XLIX. QVIBVS IOVINIANVS AFFECTVS DE MVLTA SVPPLICIIS.

Iouinianum ſacrilegos agere cõuentus extra muros Vrbis ſacratiſſimæ, Epiſcoporum querela deplorat. Quare ſupra memoratum corripi præcipimus, & contuſum plumbo cum cæteris ſuis participibus & miniſtris exilio coerceri, ipſum autem machinatorem in inſulam Boam feſtina celeritate deduci: cæteros prout libuerit (dummodo ſuperſtitioſa coniuratio exilij ipſius diſcretione ſoluatur) ſolitariis & longo ſpatio inter ſepoſitis inſulis in perpetuum deportari. Si qui autem pertinaci improbitate vetita & damnata repetierit: ſciat ſe auſteriorem ſententiam ſubiturum. Dat. prid. Nonas Martij, Mediolani, Honorio nouum & Theodoſio quintũ AA. Conſulibus. eſt is annus Domini duodecimus ſupra quadringẽteſimum: vt ex his videas, ipſum Iouinianum cum ſuis poſt damnationem hoc anno tum Romæ, tum Mediolani acceptam, viginti & duos annos Eccleſiam perturbaſſe. Porro inſula, in quã deportatus eſt Iouinianus, Boas dicta, poſita habetur in Dalmatiæ littore, cuius meminit Ammianus *c*, in quam Florentium Magiſtrum officiorum ſub Iuliano relegatum fuiſſe tradit.

BOAS INSVLA VRBIS ITA. *c Ammian. lib. 22.*

L. DE LIBRIS S. HIERONYMI IN IOVINIANVM.

Quoniam autem libri, quos Iouinianus conſcripſerat, vbiq; vulgari magno detrimento à pluribus legebantur: Romæ exiſtentes viri pij atque prudentes, de antidoto aduerſus propinata venena parando ſolliciti, ad ſanctum Hieronymum Bethlehem agentem ediros cõmẽtarios ab eodem Iouiniano iamante miſerunt, qui eos aduerſaria ſcriptione refelleret. affirmat hoc ipſe *d*: qui dum nouiſſimo loco ſuarum lucubrationum, quas vſque ad annum decimum quartũ imperij Theodoſij ſe conſcripſiſſe teſtatur, duos libros aduerſus Iouinianum à ſe editos recenſeat, & poſt eos ad Pammachium Apologeticum cum Epitaphio: plane intelligi poſſe videtur, hoc ipſo anno antequam ſibi Iouiniani damnatio innotuiſſet, eoſdem ab ipſo cõmentarios eſſe conſcriptos, ſequenti vero Apologeticum eadem ex cauſa (vt dicemus) elucubratum. Haud id fuit leue certamen, ſed plane arduum, non quidem quod ſuperaretur rei difficultate & argumenti ſubtilitate, aduerſus quæ innumera diuinæ Scripturæ loca, Conciliorum canones, ſanctorum Patrum elogia, ac deniq; quæ ſola ſatis ſufficere potuiſſet) ipſa à temporibus Apoſtolorum illibate hactenus in Eccleſia conſeruata traditio ſuppeteret; ſed quod homo lenis blandis illecebris quamplurimos Chriſtianos Romæ agẽtes vſq; adeo dementaſſet, vt ipſum veluti nouum Apoſtolũ, impium colerent Iouinianum. Demonſtrat hæc ipſe S. Hieronymus apoſtrophe illa aduerſus eum ad calcem operis poſita, quæ ſic ſe habet *e*:

d Hie. adu. Iouinian. li. 1

Nunc reſtat, vt Epicurum noſtrum ſubantem in hortulis ſuis inter adoleſcentulos & mulierculas alloquamur. Fauent tibi craſſi, nitidi, dealbati: addẽ, ſi vis, iuxta Socraticam irriſionem, omnes ſues & canes. & quia carnem amas, vultures quoque, aquila, accipitres, & bubones. Nunquam nos Ariſtippi multitudo terrebit. Quoſcunque formoſos, quoſcunque calamiſtratos, quos crine compoſito, quos rudentibus buccis videre, de tuo armento ſunt, immo inter tuos ſues grunniunt. De noſtro grege triſtes, pallidi, ſordidati, & quaſi peregrini huius ſæculi, licet ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu. hæc ipſe, alludens ad veros monachos: atque paulo poſt ſubdit de frequentia ſectatorum eius: *Ne glorieris, quod multos diſcipulos habeas. Filius Dei dixit in Iudæa, & duodecim tantum illum Apoſtoli ſequebantur: Torcular, inquit I, calcaui ſolus, & de gentibus vir non eſt mecum. Ille in paſſione ſolus remanſit, & Petri quoque erga eum trepidauit conſtantia. Phariſæorum autem doctrinæ omnis populus applaudebant, dicens* g: *Crucifige, crucifige talem: Non habemus Regem, niſi Cæſarem: id eſt, vitia ſequimur, non virtutes, Epicurum, non Chriſtum, Iouinianum, non Apoſtolum Paulum. Quod multi acquieſcunt ſententiæ tuæ, indicium voluptatis eſt: non enim tam te loquentem probant, quam ſuis fauent vitiis. In circulis platearum quotidie ſiftu hariolus ſtultorum nares verberat, & obtorto fuſte dentes mordentium quatit, nec tamen deeſt, qui ſemper poſſit inducis: & pro magna ſapientia deputas, ſi plures porci poſt te currant, quos gehennæ ſuccidiæ nutrias?*

e Hier. adu. Iouinian. lib. 2

LI. APOSTROPHE S. HIERONYMI IN IOVINIANVM.

f Iſai. 63.

g Luc. 23.

Poſt præconium tuum & balneas, quæ viros pariter & fœminas lauant, omnis impatientia, quæ ardentem prius libidinem quaſi verecundia veſtibus tegebat, nudata eſt & expoſita: quæ ante in occulto erant, nunc in propatulo ſunt. Oſtendiſti tales diſcipulos, non feciſti. Hoc profecit doctrina tua, vt peccatum ne pœnitentiam quidem habeat. Virgines tuæ, quas prudentiſſimo conſilio, quod nemo vnquam legerat, nec audierat, de Apoſtolo h *docuiſti: Melius eſt nubere, quam vri: occultos adulteros in apertos verterunt maritos. non ſuaſit hoc Apoſtolus, non electionis vas: Virgilianum conſilium eſt.*

LII.

h *1. Cor. 7.*

Coniugium vocat; hoc pratexit nomine culpam.

Quadringenti ferme anni ſunt, quod Chriſti prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreſes tunicam illius conſciderunt: vniuerſus pene error de Chaldæo & Syro & Græco ſermone proceſſerat. Baſilides magiſter luxuriæ & turpiſſimorum complexuum poſt tot annos ita in Iouinianum; quaſi in Euphorbium, tranſformatus eſt, vt Latina quoque lingua haberet hæreſin ſuam. Nulla ne fuit alia in toto Orbe prouincia, quæ reciperet præconium voluptatis, in quam coluber tortuoſus irreperet, niſi quam Petri doctrina ſuper petram fundauerat Chriſtum? Vexillum Crucis, & prædicationis auſteritas, idolorum templa deſtruxerat: e regione luxuria ventris & gutturis ſubuertere nititur fortitudinem Crucis. Vnde per Iſaiam loquitur Deus i: *Populus meus, qui vos beatificant, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum conturbant. Nec non per Hieremiam* k: *Fugite de medio Babylonis:* &c. ſubdit vero: *Hieremias captiuitatem nucians lætidatur à populo. Ananias* l *filius Azur frangebat ad præſens lugneas torques, & in futurum ferreas præparabat. Semper Pſeudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara eſt veritas; & qui eam prædicant, replentur amaritudine: in azymis enim ſyncéritatis & veritatis Dominí Paſcha celebratur, & cum amaritudinib. comeditur.* At quibus pudendis vocibus Iouinianus alliceret fœminas ad ſui ſequelam, idem addit, hæc dicens:

LIII. TVRPITVDINES HÆRETICORVM.

i *Iſaiæ 3.*

k *Hier. 50. l Hier. 28.*

Egregia ſane vox, & quam audiat ſponſa Chriſti inter virgines & viduas & calibes (vnde & ipſum nomen inditum eſt, quod cælo digni ſint, quia cœtu careant.) Raro iciunate, crebrius nubite: non enim poteſtis implere opera nuptiarum, niſi multum & carnes & nucleum ſumpſeritis. Viribus opus eſt ad libidinem: cito caro conſumpta marceſcit. Nolite timere fornicationem. Qui ſemel in Chriſto baptizatus eſt, cadere non poteſt: habet enim ad deſpumandas libidines ſolatia nuptiarum. Quod & ſi ceciderit, redintegrabit vos pœnitentia: & qui in baptiſmo ſuiſtis hypocrita, eritis in pœnitentia ſolide fideles. Neq; turbemini, putantes inter iuſtum & pœnitentem aliquid intereſſe, & humiliorem gradum dare quidem veniam ſed coronam tollere. Vna eſt enim retributio: qui ad dexteram ſteterit, introibit ad regna cælorum.

LIV.

LV. CORRVPTI MORES HÆRETICORVM.

His consiliis subolci tui pastoribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt equi insanientes a in feminas salti sunt: statim vt mulieres vident, adhinniunt: & impatientiam suam, prob nefas, Scripturarum solantur exemplis. Sed & ipsa muliercula misera, & non miserabiles, præceptoris sui verba cantantes: Quid enim, nisi semen requirit Deus? non solum pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, majoriq; procacitate defendunt libidinem, quam exercent. Habes præterea in exercitu tuo plures succenturiatos; habes scurras & velites in præsidijs, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis calcibusq; defendant. Tibicedunt de via nobiles, tibi osculantur diuites caput. Nisi enim tu veniisse, ebrij atque ructantes Paradisum intrare non poterant.

a *Hieron. 3.*

LVI.

Malæ virtutes, imo vitiis, habes in castris tuis & Amazonas exerta mamma & nudo brachio & genu venientes, contra se viros ad pugnam libidinum provocantes. Et quia opulentum patersamilias es, in auxiliis tuis non turtures, sed vpupæ nutrimentur, quæ tota fœtida voluptatis lustra circumnolent. Me carpe, me discute, obyce crimina, quæ volueris, argue luxuriæ & deliciarum: magis me amabis, si talis fuero: ero enim de armento tuo. hæc ad Iouinianum Hieronymus: peroratio autem ad Romam conuersus, ista habet: *Sed & ad te loquar, quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione deleuisti, Vrbs potens, Vrbs Orbi domina, Vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatu, iuxta Hebræos: serua quod diceris. Virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem Maledictionem, quam tibi Saluator in Apocalypsi* b *comminatus est, potes effugere per pœnitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Cane Iouiniani nomen, quod de idolo derivatum est. Squallet Capitolium: templa Iouis & Æsculapij concidérunt: cur vocabulum eius & vitia apud te vigeant? Adhuc sub Regibus & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam, quam sub Consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.* hucusque Hieronymus, & quidem (vt apparet) post illatam templis deorum cladem, quam anno superiori contigisse vidimus, id operante Graccho Præfecto Vrbis.

b *Apoc. 17. 18.*

LVII. SVGILLATI LIBRI S. HIERONYMI CONTRA IOVINIANVM.

Sed quid post hæc accidit? Cũ duo libri illi à S. Hieronymo aduersus Iouinianũ elaborati, Romã perlati, lectique fuissent: impugnati sunt non leuiter, nec ab humilis cõditionis hominibus, eo quidẽ prætextu, quod idem S. Hieronymus ea scriptione cum totus esset in commẽdatione virginitatis, visus esset nuptias despexisse. Primus autem ac potentior in Hieronymi scripta illa declamator insurrexit monachus quidam iunior, æmulus illius gloriæ, idemq; Iouiniani hæresis valde suspectus: hic quidẽ ex eo quoq; Hieronymum sugillabat, quod cum nec satis percepisset Iouiniani sententiam, aduersus tamen illum scribere ausus esset. De quibus omnib. per Domnionem idem S. Hieronym. certior factus, ad eum apologeticã c scripsit Epistolam, qua hominẽ, qualis esset, suis coloribus reddidit. Sed & ad finem eundẽ Domnionem admonet: vt agat cum petulante iuuene, suadeatq; vt quæ blaterat in triuio vel inter mulierculas, scriptis mandet, si se iustam causam fouere putet. Videas in iis literis Hieronymum ita naturã comparatum, vt vehementioribus quibusdam animi motibus impelleretur in hæreticos aduersarios, sed quos mox freno Christianæ professionis adhibito coerceret, & disciplina Euangelica temperaret, vt cum ad eum ijsdem literis ait: *De nobis quoq; dici potest: Fortem habet in cornu, longe fuge. Sed magis volumus esse discipuli eius, qui ait* d: *Dorsum meum posui ad flagella, & faciem meam nõ auerti à confusione sputorũ.* & aduersus Rufinum e: *Hoc vnum denuncio, & repetens iterum iterumq; moneo: cornutam bestiam petis. & nisi caueremus illud Apostoli* f: *Maledici regnum Dei non possidebunt: &, Mordentes inuicem, consumpti estis ab inuicem: tam nunc sentires,* &c.

c *Hieron. ep. 31.*

d *Isai. 50.*

e *Hier. Apolog. aduers. Rufin. l. 1. Cor. 6.*

f *Gal. 5.*

LVIII. SIRICIVS PAPA OFFENSVS SCRIPTIS S. HIERONYMI.

Verum non monachum vnum illum contemnendum potius, quam reuincẽdum, scriptis à se commentariis aduersarium expertus est, sed plurimos & quidem pios, Catholicæq; fidei assertores, nonnihil offensos, quod ab eodem S. Hieronymo visum esset matrimonium parum pensum atq; dessectum; idemq; in Pammachium concitati sunt, quem scirent oẽs acerrimum semper fuisse eiusdem Hieronymi defensorem: quin & ipsum Ecclesiæ Romanæ Pontificem eadẽ ex causa fuisse commotum, ipse Hieronymus ita ad Pammachium scribit *h: Audio totius in te Vrbis studia concitata: audio Pontificis & populi voluntatem pari mẽte congruere. Minus est tenere Sacerdotum, quam mereri.* hæc cum dicat ipse, nemo in illam suspicionem ducatur, vt ea ex causa putet Siricium fauisse Iouiniano, quem constat ex huius anni rebus gestis ab eodem tum Romæ damnatum, tum procuratum, vt ab aliis quoq; Episcopis dãnaretur. At nõnihil sane aduersus Siricium cõmotum fuisse Hieronymum, cum ex his, quæ dicta sunt, atq; aliis, quæ infetius dicturi sumus, aperte constabit. Sed quo tandem progressa res esset eo vsq;, vt sedandi cõcitati rumoris causa Pamachius editos à S. Hieronymo duos libros illos reuocare studuerit; sed frustra, cum iam vbiq; exscripti atq; vulgati illi fuissent, testatur id quidem ijsdem litteris S. Hieronymus, vbi ait: *De opusculis meis contra Iouinianũ, quod & prudenter & amanter fecerit exemplaria subtrahendo, optime nouit. Sed nihil profuit ista diligentia, cum aliquanti ex Vrbe venientes, mihi eadem lectitarent, quæ se Roma excepisse referebant, In hac quoque provincia iam libri fuerant diuulgati: &, vt ipse legisti, Nescit vox missa reverti. Non sum tanta felicitate, quanta plerig, huius temporis tractatores, vt nugas meas, quando voluerim, emendare possim. statim vt aliquid scripsero, aut amatores mei, aut inuidi, diuerso quidem studio, sed pari certamine in vulgus nostra disseminant.*

h *Hieron. ep. 32.*

Cum igitur editi semel libri reuocari nõ possent, idem Hieronymus consilio Pammachij pro ijsdem apologeticam scripsit Epistolam. testatur hoc ipse, cum ait *i: Apologeticum ipsius operis tibi misi, quem πρὸ θύρας, & te poscente, edidi: quem cum legeris, aut ipse pro nobis cæteris satisfaces; aut si tu quoq, natem contraxeris, illam Apostoli εὐκοπίαν, in qua de virginitate & nuptiis disputat, aliter differre compelleris.* hæc ipse, plane significans, omnia eo argumento à se conscripta consentientia esse iis, quæ à S. Paulo scripta sunt ad Corinthios *k*, quibus virginitatẽ nuptiis præfert. Tempus autem eiusdem Apologetici si requiras: inuenies plane quod diximus, post præsentem annum fuisse conscriptum, ea nimirum ratione, quod cum hoc anno constet damnatum Iouinianum, in ipsoq; Apologetico eiusdem dãnationis mentio habeatur, plane cõuincitur post præsentem annum esse elaboratum, nempe decimo tertio Theodosij Imperatoris: tunc n illum à se conscriptũ fuisse testatur *l*, & postea ad eundem Epitaphium elucubratum, de quo suo loco dicturi sumus.

i *Hieron. ep. 32.* HIERONYMVS SCRIBIT APOLOGETICVM.

k *1. Cor. 7.*

l *Hieron. de Script. Eccl.*

Certe quidem nullo indigere videbantur Apologetico scripta priora, in quorum exordio eiusmodi contestationem præmisit *m*: *Neq, vero,* inquit, *nos Marcionis & Manichæi dogma sectantes, nuptiis detrahimus; nec Taciani principis Encratitarum errori decepti, omnem coitum spurcum putamus, qui non solum nuptias, sed cibos quoque, quos Deus creauit ad vtendum, damnat & reprobat. Scimus in domo magna non solum vasa esse aurea & argentea & lignea & fictilia,* &c. plurib. insinuat, venerabiles esse nuptias & torum immaculatum, sed virginitatem longe præstare. Quamobrem & in Apologetico illis verbis iuste conqueritur, quibus ait *n: Dum contra Iouinianum presso grada pugno, à Manichæo terga mea confossa sunt. Nonne quæso statim in principio operis mei ista præfatus sum? Neq, enim nos Marcionis,* &c. iuste quidem atq; prudenter, satisq; ad errotis lineam declinandam, vt à nemine iure redargui potuisset.

LX. m *Hier. eft. Iouin. li 1.* HIERONYMI SCRIPTA SINCERA.

n *Hieronym. ep. 50.*

Cæterum quod his ipsis temporibus, æquè ac hæresis Iouiniani, vigebat, virgebatque magnopere Dei Ecclesiam Manichæorum hæresis, qui adeo inualuerant, vt parum profuerit crebris eos exagitari Imperatoris edictis; displicuit Siricio & aliis piis viris, depressione nuptiarũ à S. Hieronymo virginitatem extolli. Verum quod totus ipse esset in pugna illa pro virginitate suscepta, ferreturque concitatus aduersus Iouinianum æquantem coniugium virginitati; in præconiis virginitatis, non autem coniugij (vt ipse excutat) versari necesse fuit: vnde calumniæ locus patuit, quasi faueret Hieronym. Manichæis. Manichæorum autem causam eos agere, qui virginitatẽ nuptiis præferebant, iactare solebat Iouianus, de quo

LXI. CAVILLVS IOVINIANI HÆRESIARCHÆ.

a aug. de nup. & concup. ad Valer. l. 2. c. 23.

S. Augustinus a: Iouinianus, qui paucos ante annos nouellam conatus est hæresin condere, Manichæos patrocinari dicebat Catholicos, quod aduersus eum sanctam virginitatem nuptiis præferebant. Sed responsurus est ipse, non se, quod Iouinianus de indifferentia nuptiarum virginum, sentire: nec ego id dico, quod ipsi hoc sentiant. Verumtamen per Iouinianum Catholicis Manichæos obiicientem, non esse hoc nouum, noui hæretici recognoscant. Nos itaque nuptias bonum dicimus esse, non malum. Sed sicuti Arianæ Sabellianos nos esse criminantur, quamuis non dicamus vnum eundemq; esse Patrē & Filium & Spiritum S. quod Sabelliani dicunt; sed dicamus vnā eandemq; esse naturam Patris & Filij & Spiritus sancti, quod Catholici dicunt: ita Pelagiani nobis Manichæos obiiciunt, quamuis non dicamus malum esse nuptiæ. hæc Augustinus. Sed quid postipse? dicam.

LXII. S. AVGVSTIN. CVR SCRIBIT DE BONO CONIVGALI.

Cum igitur sciret idem S. Augustinus Hieronymum eam passum esse calumniam, quantumlibet piè sancteq; scripserit, quod visus esset in virginitatis laudibus nuptias detraxisse, atq; eam ob causam de eo falsa illa iactassent æmuli cum hæreticis, nimirū fouisse illum causam Manichæorum: ipse cautior aduersus Iouinianum alia via agēdum sibi proposuit, nempe vt quantum liceret nuptias laudibus celebraret, ac simul præconia virginitatis extolleret. Sicq; elaborauit cōmentarium, illo titulo prænotatum, *De bono coniugali contra Iouinianum*: cuius à se post Hieronymum susceptæ prouinciæ rationem affert, cum hæcait b post damnatū Iouinianum: *Remanserunt*, inquit, *istæ disputationes eius in quorundam seruuculis ac suissorre; quas palam studere nullus audebat. Sed etiam occultè venenis repentibus, facultas, quam donabat Dominus occurrendum fuit: maxime quoniam iactabatur, Iouiniano respondere non posse cum laude. sed cum vituperatione nuptiarum. Propter hoc librum edidi, cuius inscriptio est, De bono coniugali.* hæc ipse.

b Aug. Retract. lib. 2. c. 22.

LXIII. QVÆ PLAGVIA OB ORTA EX IOVINIANI HÆRESI.

Tot igitur taculis confossa bestia est, quæ matrimonium æquabat virginitati: at quibus iudicas conficiendū esse ictibus mōstrum illud, nostro obortum sæculo, per quod nedum virginitas subijcitur matrimonio, sed omnino humi deprimitur, immo prorsus extinguitur? cui merito illud conueniat, quod de Behemoth dictum reperitur c. *Sternit sibi aurum quasi lutum.* dum autea vasa pudoris, quasi testacea reputat, cōfringit, ac tanquam lutum prosternit. Sed qui prædixit ligandum illum in ancillis suis d; de hoc quoq; monstro cōstat alias sæpe obtentam in sanctis virginibus prænunciasse victoriam.

c Iob 41.

d Iob 40.

LXIV.

Rursus vero quod ad sordidas huiusmodi Iouiniani hæreses spectat: quātas ipsæ inuexerint in Vrbem deformes libidines; relaxatis semel habenis concupiscentiæ, Theodosij sanctio manifestat. Quod enim excrescentia & alluuione omnium turpitudinum Iouiniani & sectatorum ipsius, Vrbs (quod tātopere deplorasse vidimus sanctum Hieronymum) ita repleta esset luxuria, vt putorem exhalaret infandorum scelerum; eorum videlicet turpissimorum hominum, qui post alteram abeuntes catnem, omnes naturæ terminos præter gressi, in imum se barathrum demersissent: hos ipsos Sodomitico dignos incēdio, vltricibus merito flammis absumi, Theodosius Imperator hoc anno lata lege sanciuit, quæ Romæ publicata est in Foro Traiani; est vero huiusmodi e:

Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Orientio Vicario Vrbis Romæ.

c l. 6. ad legem Iul. de adul.

LEX THEODOSII ADVERSVS NEFANDVM SCELVS.

Omnes, quibus flagitij vsus est, virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia (nihil enim discretum videntur habere cum fœminis) huiusmodi scelus, spectante populo flammis vindicibus expiabunt. Publicata in Foro Traiani, VIII Id. Aug. Valentiniano A IV. & Neoterio Coss. ex alio vero Codice paulo fusiorem & in aliquibus diuersam, sed admodum depraua tam Pithœus sic edidit eodem ipso titulo:

LXV.

Non patimur Vrbis Romæ virtutem omnium matrem diutius effœminari, in viros pudoris contaminatione fœdari. & post aliqua valde corrupta: *Laudanda igitur experientia tua, quibus flagitiosa luxus est viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilq; discretum habere cum fœminis occupatos; vt flagitij poscat immanitas atque omnibus seductos pudet dicere, virorum lupanaribus spectante populo flammis vindicibus expiabit: vt vniuersi intelligant, sacrosanctum cunctis esse debere hospitium virilis animæ, nec sine summo supplicio alienum experiisse sexū, qui suum turpiter prodidisset. Prop. prid. Id. Maij, Roma in atrio Minervæ.* Quam igitur euacuauerat Constantinus (vt dictum est, Hieronymo auctore) lacunam sordium, mox licētia hæresis Iouiniani repleuit. Ex his intelligas, lector, quas secum sordes ferant hæreses: quib. soluta Christiana disciplina, petulantiæ carnis carceres aperiantur ad cursum.

Quod ad res pertinet Orientis: hoc ipso anno (nō autem sequenti sub Consulatu Tariani * & Symmachi, vt à Socrate f ponitur) accidit Constantinopoli scelus illud immane, q; tum ab ipso Socrate, tum eriā à Sozomeno g recensetur, de diacono Constantinopolitanæ Ecclesiæ, qui cum nobili se mattona commiscuit. cum propalato facinore per pœnitentiarium presbyterum, factum est, vt à Nectario eius Ecclesiæ Episcopo muneri illi mācipatus presbyter dimoueretur. Porro quod ad veritatem rei gestæ spectat, consule, quæ dicta sunt superius primo Annalium tomo, cum de secreta peccatorum confessione pluribus actum est: ibi n. complures obortæ inde difficultates soluuntur, & Nouatianorum historicorum mendacia confutantur. Quod vero ad nobilem illam fœminam attinet: fuisse eam ordine diaconissam, Sozomenus significare vtique videtur, cum ait: *Hæc porro de causa Theodosium Imperatorem equidem conijcio, prouidentem Ecclesiæ, honoris & dignitati edicto cauisse, ne mulieres, nisi liberos haberent, & annum sexagesimum excessissent, diuinum ministerium, diaconissæ munus scilicet, vllum susciperent, secundum Apostoli Pauli expressum mandatum: illa vero, quæ caput ornarent *, Ecclesiæ exturbarentur, & Episcopi, qui has ipsas admitterent, Episcopatibus suis priuarentur.* hæc Sozomenus, plane demonstrans, iuniorem fuisse fœminā illam diaconissam, qua cum diaconus scelus patrasset. Extat ipsa lex Theodosij Imperatoris, quam hic curauimus contexendā, hoc ipso anno ab eodem Theodosio promulgata sub huius anni Cōsulibus: quibus liquet, præsenti potius, quam sequenti anno, quæ dicta sunt, accidisse. Sed & quod exhausisset vidua illa bona sua dirando diaconum; inde factū est, vt idem Imperator eadem lege cauerit, ne viduæ quouis titulo vel Ecclesiæ, vel eius ministris bona relinquerent. Sed reddamus hic ipsam ea de causa (vt creditur) hoc anno editam sanctionem h:

f Socr. lib. 7. c. 16.

g Soz. lib. 7. c. 16.

CAVSA REDDENDÆ LEGIS.

* attondere.

Impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Tatiano PP.

h Lex 49. de Episc. Cod. Theod.

LXVII. LEX THEODOSII ADVERSARIA ECCLESIASTICÆ LIBERTATI.

Nulla nisi emensis sexaginta annis, cui votiua domi proles sit, secundum præceptum Apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. Tum filiis suis curatore (si id ætas poscit) petito, bona sua idoneis sedulæ religionis gerenda committat: ipsa tantum prædiorum suorum reditus consequatur, de quibus seruandi, abalienandi, donandi distrahendi, relinquendi, vel quoad superest, vel cum in fata concedit, & libera ei voluntas est, integra sit potestas. Nihil de mobilibus & supellectilibus, nihil de auro, argento, cæterisq; claræ domus insignibus sub religionis defensione consumat; sed vniuersa integra in liberos proximos, vel in quoscunq; alios arbitrij sui existimatione transferibat. At si quando diem obierit, nullam Ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat heredes. Caueat namq; necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas specialiter comprehensas fuerit à moriente confectum. Immo si quid ab hu morienti fuerit extortum, nec tacito fideicommisso aliquid clericis in fraudem venerabilis sanctionis callida arte aut probrosa cuiusq; cohibentia deferatur; extortores sint ab omnibus, quibus inhiauerant bonis.

LXVIII.

Et si quid forte per Epistolam, codicillum, donationem, testamentum, quolibet denique detegitur genere conscriptum erga eos, quos hac sanctione submouimus; id nec in iudicium deuocetur; sed vel ex intestato ii, qui sibi competere intelligit, statuti huius definitione succedat: si quis se agnouit filium, si quis probat propinquum, si quis denique vel casu, vel iudicio, pro solido, pro portione heres, legatarius, fideicommissarius apertis deprehenditur codicillis, fruatur fortuna munere, conscientia sua fructu, & submotis his atque deiectis in hereditarijs corporibus potestate vtatur hac redit.

LXIX.

Fœminæ, quæ crinē suum contra diuinas humanasq; leges instinctu persuasæ professionis abscederint ab Ecclesiæ foribus arceantur.

Non

REFORMINAE SIBI ARTEVTIMVS COMAM DEPONANT.

Non illis fas sit sacrata adire mysteria, neque vllis supplicationibus mereantur veneranda omnibus altaria frequentare. Adeo quidem, vt Episcopus tonso capite fœminam si introire per miserit, deiecto loco, etiam ipse cum huiusmodi contubernio arceatur: ac non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacunq; ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari. Hoc absque dubio emendandis pro lege erit, emendatis pro consuetudine; vt illi habeant testimonium, isti incipiant timere iudicium. Dat. XI. Kal. Iul. Mediolani, Valentiniano A. IV. & Neoterio Coss hactenus constitutio Theodosii.

LXX. AMBROSIVS COGIT THEODOSIVM ABROGARE LEGEM INIVSTAM. 21. Tim. 5.

Cum autem Mediolani hæc fanxerit Imperator, ex causis (vt sibi videbatur) legitimis persuasus: quoniam dum vltor sceleris exsurrexit, compertum est etiam innocentes; occurrit quamprimum vindex Ecclesiasticæ libertatis seuerus Regum censor S. Ambrosius: qui editam sanctionem ea ex parte compulit abrogari, qua periclitabatur Fidelium erga Deum religio, & erga pauperes misericordia: alia vero ex parte, qua Apostolica institutio conseruabatur immunis (nam Pauli a præceptio est, ne vidua eligator minor sexaginta annorum) fuit in suo robore perdurare. Theodosius igitur, Dei obtemperans sacerdoti, aduersantem pietati à se editam sanctionem, contraria lege promulgata, aboleuit, cum post dus ferme menses ad eundem Tatianum ita rescripsit b:

b l. 22. de Episc. Cod. Theod.

LXXI. POSTERIOR LEX PRIOREM REVOCAT.

Legem, qua diaconissas vel viduas nuper est promulgata, ne quis videlicet clericus, neue sub Ecclesiæ nomine, mancipia, supellectilem, prædam velut infirmi sexus dissipator inuaderet, & remotis affinibus ac propinquis, ipse sub pretextu Catholicæ disciplina se ageret viuentis heredem; tatenus animaduertat esse reuocatam, vt de omnium chartis, si iam nota est, auferatur: neque quisquam aut litigator ea sibi vrendum, aut Iudex nouerit exequendum. Dat. X. Kalend. Septembr. Verona, Valentiniano Aug. IV. & Neoterio Coss.

Sicitaque abrogata parte illa legis, in qua libertas Ecclesiastica dispendium passa erat; pars ea in suo vigore permansit, qua iuniores viduæ capillorum abscissione magno scandalo vel saltem periculo intrudebant se in numerum diaconissarum Ecclesiæ: quod quidem perperam agi, paulo ante adeo enorme perpetratum scelus edocuit. Vides quam conferat, lecto, ad germanum legum sensum, tem gestam, causamq; ipsam prænoscere, qua ab Imperatore edita sanctio animatur; cuius ignari eam in longe diuersam falsamq; sententiam distrahant necesse sit, Theodosium sugillantes, quasi aduersatus fuerit fœminarum monasticæ disciplinæ. Meminit autem huius latæ legis Marcianus c Imperator, quam ratam firmamq; esse voluit, atque alia edita sanctione muniuit: sed de his nos alias pluribus.

c Marcian. Nouel. tit. 5. de iust. cler.

LXXII. d Aurel. Victor in Theodos. e Ambros. epist. 66.

Quod insuper ad leges Theodosii spectat: laudatur ab Aurelio Victore d lex illa à Theodosio data, qua consobrinarum coniugium vetaretur. meminit huius quoque legis S. Ambrosius ad Paternum scribens, cum ait e: *Sed si diuina te præterierunt; saltem Imperatorum præcepta, à quibus amplissimum accepisti honorem, haud quaquam præterire te debuerunt. Nam Theodosius Imperator etiam patrueles, fratres & consobrinos vetuit inter se coniugij conuenire nomine, & seuerissimam pœnam statuit, si quis temerare ausus esset fratrum pia pignora: & tamen illi inuicem sibi æquales sunt tantummodo, quia propinquitatis necessitudine & fraterna societatis ligantur vinculo, pietati eos voluit debere, quod nati sunt. Sed dicis aliquid relaxatum. Verum hoc legi non præiudicat, &c.*

LXXIII. Ff 2. de inoffic. testam. C. Theod.

Porro lex ista Theodosii periit, sed illa tantum extat, quæ Constantio tribuitur, sancita Romæ, Arbitione & Lolliano Consulibus f. Quod autem ait Ambrosius seuerissimam pœnam à Theodosio aduersus hos fuisse statutam: quænam illa fuerit, reperies in constitutione Arcadii & Honorii Imperatorum, seueritatem eius legis mitigantium; qua (vt ibi dicitur) statuta erat pœna ignis atque bonorum proscriptio g. Extimauit namq; Theodosius, opus esse seuerissima lege sancire disciplinam, quâ Constantii constitutione decretam efficeris libido violasset. Sane quidem vt Romani ducerent consobrinas, nequaquam antiquo iure factum apparet, sed recentiori, vt Plutarchus auctor est, qui ait h: *Antiquitus enim sanguine iuncti ac Romani non copulabant sibi matrimonio, & ne nunc quidem matertera aut sorores: sero concessum fuit, vt ducere consobrinas liceret.* idque gratia populari potius, quam libere decernente Senatu factum affirmat, cum subdit: *Vir quidem pecunia indigens, alias honestus & gratia populari nemine inferior, consobrinam habere putabatur vxoris loco, ad quam hereditate dos magna peruenerat, eaque ratione dines ipse esse: cui cum esset eo nomine dies dicta, populus omissa causa cognitione eum absoluit; decretoque facto, nuptias consobrinarum permisit publice, coniugio autem superiorum graduum interdixit.* hæc Plutarchus. Intelligis, quanta leuitate tanta res fuerit pertractata? Passus tamen est ex hac lege à Gentilibus inuidiam Theodosius, ægre ferentibus ad ius antiquum pœnis grauissimis reuocari. pro cuius sanctionis defensione, & aliarum, in quas illi obloqui non cessabant, Paulinus (vt suo loco dicetur) defensionem scripsit egregiam.

f l. 2. de inoffic. testam. C. Theod.

g l. 1. de inoffic. nupt. C. Theod.

h Plutar. Quæst. Rom. q. 6.

LXXIV.

Purgauit igitur tanquam scopa Theodosius hac lege non excrescentes solum Gentilium Romæ libidines, sed & aliorum Paganorum vbique degentium: siquidem Græci Ethnici antiquarum legum Solonis & Lycurgi auctoritate, nec non Ægyptii ex antiquo more iureque patrio non à consobrinis tantum, sed nec ab vterinis coniugio abstinebant: audi enim Philonem, qui dum agit i de legibus Iudæorum, quibus huiusmodi coniugia vetita erant, hæc ait: *Quamuis Atheniensis Solon hoc obseruat in vterinis tantum germanis, eodem patre prognatis relinquit liberum. Contra Lacedæmoniorum legulator vterinis non interdicit connubio, sed solis eodem patre genitis. At Aegyptius videns vtriusque simplicitatem & semperfecta placita, laxauit libidinem, & auxit in corporibus animisque insanabile malum intemperantiæ, permissa licentia ducendi sorores, siue per alterum parentem. siue per vtrumque cognatas, maiores pariter & minores, æqualesue, ne gemellis quidem exceptis.* hæc Philo. Tot igitur tantaque in orbe Romano aucta turpitudinum mala lex vna Theodosii in Ethnicis sancte curauit, quæ in Christianis ipsa religionis professio procul amouerat: nam (vt pluribus docet Theodoretus libro de legibus) vna cum nomine Christiano, abdicatis omnibus prauis moribus, antiquatisque turpibus iniquisque legibus, diuinæ, puræ, iustæ, sanctæque leges seruandæ ab omnibus susceptæ sunt.

i Philo. de special. leg.

Sed illud quidem perperam factum, vt quod Christiani Principes vetuerint sanctionibus, ne inter consobrinos matrimonium iniretur, iidem Principes id faciendi aliquando licentiam impertiuerint: quem vsum vsque ad Gothos Reges in Italia regnantes perseuerasse, formula dispensationis k à Cassiodoro conscripta declarat.

k Cassiod. lib. 7. form. 46.

Hoc quoq; anno Galla Augusta posterior Theodosii coniux, Constantinopoli cum esset, ex hac vita migrauit, quam Arcadius sepeliuit: eodemq; tempore in foro haud longe ab ecclesia erecta est columna, desuperque fuit Theodosii argentea statua collocata; sed & obeliscum etiam hoc anno in Circo Constantinopoli positum, affirmat Marcellinus sub huius anni Consulibus. Reliquit autem Galla vnicam prolem, nempe filiolam, nomine Gallam Placidiam, de qua suo loco dicendum pluribus erit.

LXXV. OBITVS GALLÆ AVGVSTÆ.

IESV CHRISTI
Annus 391.

SIRICII PAP. Annus 7. VALENTIN. 16. THEODOSII 13. IMPP.

CHRISTI annus trecentesimus nonagesimus primus adscribitur Fastis Consulatu Tatiani & Symmachi: hicenim ob patrocinia patriorum cultus deorum (vt vidimus) extra trecentesimum lapidem à Theodosio relegatus, sed restitutus, scripto iam (vt Socrates ait l) ad Theodosium Apologetico, ab eodem est euectus ad Consulatum. Quod enim Symmachus inter Senatores primarius emineret, & in reb. gerendis solertissimus ac sagacissimus haberetur, cuius tantũ nutu reliqui mouerẽtur; Theodosius reditum in Orientem, eũ amplissimo magistratu voluit demerere, ne quid turbarum ab eo aduersus Valentinianum, quem solum relictum queret in Occidente, cõcitaretur. Agit de huiusmodi Symmachi Consulatu à Theodosio

I. SYMMACHVS RECONCILIATVS THEODOSIO.

l Socrat. l. 5. c. 14.

Imperatore ei collato Prudentius, cum ostendit Theodosium nequaquam egisse tyrannice, cum Romæ cultum idololattriæ abolendum lege sanciuit: nam amplissimorum magistratuum participes quoq; Ethnicos esse voluisse affirmat, cum ait a:

Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet. Quoniam cœlestia nunquam
Terrenis solutum per iter gradientibus obstant,
Ipse magistratum tibi Consulis, ipse tribunal
*Contulit, oratumq; * toga donauit amictum*
Cuius vellegio tibi displicet: ô pereuntum
Assertor diuum, solus qui restituendos
Volcani, Martiq; dolos, Veneriq; peroras.

& quæ sequuntur.

a *Prud. aduerſ. Symmach. li. 1.*

*auratumque

II. Cæterum ne Symmachi honoris præstantia quicquam sibi arrogaret Gentilicia superstitio, idem Theodosius tunc nouis eam rursus, antequam recederet ab Italia, exagitat sanctionibus; quarum prima data mense Februarij hic se habet b:

b *Lio. de Pagan. C. Theod.*

Impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius
AAA. Albino PP.

*Nemo se hostiis polluat: nemo insontem victimam cadat: nemo delubra adeat: templa perlustret, & mortali * opere formata simulacra suscipiat: ne diuinis atq; humanis sanctionibus rem fiat. Iudices quoq; hanc formam contineant; vt si quis profano ritui dedutus templum vsquam, vel in itinere, vel in Vrbe adoraturus intrauerit, quindecim pondo auri ipse protinus inferre cogatur. nec non Officium eius parem summam simili maturitate dissoluat. si non & obsisterit Iudici, & consessum publica attestatione reuelerit, Consulares seruos, Officia eorum simili modo, correctores & præsides quaternas, apparitiones illorum similem normam æqualis sorte dissoluant. Dat. III. Kal. Mart. Mediolan. Tatiano & Symmacho Coss.*

*metalli

QVÆ THEODOSIVS ADVERSVS IDOLOLATRAS.

III. Porro hæc sanciti voluit Theodosius ex Senatusconsulto, cum, latis Comitiis, singulorum Senatorum est rogata sententia: de quibus ita Prudentius:

Age quam pleno subsellia nostra Senatu
Decernant infame Iouis pulmar, & omne
Idolum longe purgata ex Vrbe fugandum.
Qua vocat egregij sententia Principis, illac
Libera cum pedibus, tum corde frequentia transit:
Nec locus inuidiæ est, nullum vis asperа terret:
Ante oculos sic velle patet: cunctis, probatum,
Non iussum, sola captiuatione sequuntur.

Rursum vero idem Theodosius ad Ægypti magistratus aliam eiusdem argumenti dedit sanctionem, his verbis conscriptam c:

c *l. 11. eod. tit.*

Idem AAA. Euagrio Præfecto Augustali & Romano Comiti Aegypti.

IV. *Nulli sacrificandi tribuatur potestas: nemo templa circumeat: nemo delubra suscipiat: intercluso sibi vestra legis obstaculo profanos aditus recognoscant: adeo vt si qui vel de diis aliquid contra vetitum sacrisq; molietur, nullo excusandum se indulgentiæ recognoscat. Iudex quoque, si quis tempore administrationis suæ, fretus priuilegio potestatis, pollutа loca sacrilegus temerator intrauerit: quindecim auripondo, Officium vero eius nisi collatis viribus obtuerit, parem summam ærario nostro inferre cogatur. Dat. XV. Kalend. Iulij, Aquileiæ, Tatiano & Symmacho Consulibus.* hæc aduersus Gentiles.

V. Quod vero sciret idem Theodosius Imperator, esse inter Christianos nonnullos, qui conciliandi sibi Imperatoris gratia, ex deorũ Gentilium cultu ad Christianam se religionem contulissent, eosdemq; pro conditione rerum ac temporum paruo momento huc & illuc impelli: vt eos in suscepтæ religionis officio, hisce voluit legibus coercere d:

d *l. 1. de Apost. Cod. Theod.*

QVÆ THEODOSIVS ADVERSVS APOSTATAS.

Impp. Valentin. Theod. & Arcad. AAA. Flaviano PP.

Hi, qui sanctam fidem prodiderint, & sanctum baptisma profanauerint, à consortio omnium segregati sint, à testimonio alieni, testamenta (vt ante iam sanximus) non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, à nemine scribantur hæredes. Quos etiam præcipimus procul abesse ac longius amandari, nisi pœna visum fuisset esse maioris, versari inter homines & hominum cœtere sustragia. Sed nec vnquam in statum pristinum reuertentur: non flagitiorum VI.

e *l. 5. de Apost. Cod. Theod.*

VII. QVID GENTILES MACHINATI IN VALENTINIANVM.

morum obliterabitur pœnitentia: neq; vmbra aliqua exquisitæ defensionis aut munimenti obducetur. Quoniam quidem eos, qui fidem quam Deo dicauerant, polluerunt, & prodentes diuinum mysterium in profana migrarunt, sueta, quæ sunt commenticia & concinnata, non possunt. Lapsus etenim & errantibus subuenitur, per datis vero, hoc est, sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio pœnitentia, quæ solet aliis criminibus prodesse, succurritur. Dat. V. Kalen. Maij, Concordia, Tatiano & Symmacho Coss.

At ne videretur ipse Imperator eiusmodi sanctione voluisse tantum errantem inferiorem plebeculam, paucos post dies appendicem adiecit ad coercendos eos, qui in sublimiori gradu collocati essent, ita ad eundem Flavianum rescribens e:

Si quis splendor collatus est in eos vel ingenitus dignitatis, qui fide deuij & mente cæcati, à sacrosanctæ religionis cultu & reuerentia descissent, ac se sacrificiis mancipassent, perdant. vt de loco suo, statuque deiecti, perpetua vtantur infamia; ac ne in extrema quidem vulgi ignobilis parte numeretur. Quid enim his cum hominibus potest esse commune, qui infandis & feralibus mentibus gratiam communionis exosi, ab hominibus recesserunt? Dat. V. Id. Maij, Constantio, Tatiano & Symmacho Coss.

His ergo cohibiti legib. Gentiles nobiles, & qui honoris ac quæstus causa in gratiã Theodosii Christianæ fidei cultum fuerant amplexati, ægre ferentes animo hisce vinciri vinculis, de nouo in Occidente Imperatore creando meditari cœperunt, postquam Theodosius Constantinopolim redisset; quod scirent absq; eius patrocinio Valentinianum adolescentulum imbellẽ perfacile è medio tolli posse. Res igitur in annum sequẽtem dilata est, quod ipse Theodosius ad huius anni propè finem moram traxerit in Occidente: nam auctor est Socrates f eundem Imperatorem recedentẽ ex Italia, Constantinopolim peruenisse quarto Idus Nouemb. Quo cum aduentasset, nihil antiquius habuit, quam vt ablolutа basilica, quam in honorẽ S. Ioan. Baptistæ in Septimo sumptuose extigendam curarat, inuentum sub Valentis Imperatoris tempore caput eiusdem S. Ioannis Baptistæ in eam ex Coslai vico propè Chalcedonem posito transferret. Cõstat quidem auctoritate Sozomeni atq; Prosperi tũi ipsorum ætatis res scribentium, id post reditum Theodosii ex Italia esse factum antequam Valentinianus Imperator occumberet. cæteũ anni vnius errore lapsus videtur Prosper, nisi id vitio librariorum accidit, dum eiusmodi translationem capitis factam tradit per Theodosium anno superiori sub Consulatu Valentiniani quarto atq; Neoterii; cum omnium assertione liqueat, ipsum non ante præsentem annũ Constantinopolim rediisse, reuersum autem istud ipsum curasse. Quamobrem nec audiendum Cedrenum putamus, qui eiusmodi translationem ad annum sextum Theodosii refert, vel qui ad posteriora teponũt tempora. At quid de his in primis Sozomenus tradat, audiamus g:

f *Socrat. li. 7. c. 2.*

VIII. VVB VALENTE IMPERATORE RAPTVM CAPVT S. IOANNIS BAPTISTÆ

Circa hoc tempus Constantinopolim translatum fuit Ioan. Baptistæ caput, quod Herodias ab Herode Tetrarcha petierat. Fertur autem fuisse repertum apud monachos quosdam secta Macedonianæ: qui cum primum Hierosolymis habitassent, postea migrarunt in Ciliciam. Sub eo autem Imperio, quod ante præsens hoc fuit (nempe Valentis Augusti) indicante Mardonio, qui domus Imperatoris maior eunuchus erat, insserat Valens illud Constantinopolim transferri. Itaq; illi, qui in hoc missi erant, publico vehiculo impositum agebant. Sed vbi ad Pantichium peruenissent (qua locus est Chalcedonis) non vlterius procedere valuerunt muli, qui vehiculũ trahebant, & quidem communantibus equisonibus, & auriga flagris acriter vrgente. Cum autem nihil proficerent, viderentq; cunctis & ipsi quoq; Imperatori res ea non sine miraculo & numine diuino geri: sacrum hoc caput in Coslai pago deposuerunt: erat enim is forte in proximo, & ad Mardonij huius dationem vertimebat. Circa hoc autem tempus sive Deo, sive ipso Propheta excitante, venit in hunc pagum Theodosius Imperator. Cui quidem, cum Baptistæ reliquias tollere vellet, solam aiunt restitisse Matronam: ea erat virgo sacra, sed quam sectarentur ministri & custos.

IX. THEODOSIVS ACCIPIT CAPVT IOANNIS BAPTISTÆ

*Cum autem illa cuncti in viribus resisteret, ratus eam non esse cogendam, presbyto contendebat Imperator, vt concederet. Et postquam grauate cessisset; irritum fore Imperatori quod conabatur, ex eo rata quod tempore Valentiniani * accideret: purpura sua thecã,*

XI.

In qua tacebat caput involuens, accipiebat, ac reuersus ante vrbem Constantinopolitanam condidit, in loco, quem Hebdomon vocant adificato ibi in honorem Dei amplissimo pulcherrimoq; templo. Matronam porro, *quamuis frequenter ac multum precatus & blandis pollicitationibus adortus esset, inducere Imperator non potuit, vt ab opinione sua desisteret; erat enim secta Macedonianæ. Quanquam tamen Vincentius presbyter eiusdem secta fautor, qui & ipsam & Prophetæ loculos ex aquo venerabatur, & sacerdotio in hunc ipsum vsum fungebatur, è vestigio secutus est, & cum his, qui de Catholica Ecclesia erant, communicauit; cum quidem (vti Macedoniani dicunt) cum iureiurando professus esset, se ab eorum opinione nunquam esse recessurum. Sed ille ad extremum id hac adiecta conditione manifeste terminauit: Vt si Baptista sequi vellet Imperatorem, & ipse quoque cum eodem absque omni hæsitatione conscientia communicaret.* Fuit autem hic natione Persa, *& cum sub Imperio Constantij persecutio Christianos affligeret, fugiens vna cum Adda consobrino suo, ad Romanos venit, atque ipse quidem in clerum allectus est, & ad presbyterij dignitatem processit: Addas autem vxore ducta plurimum profuit Ecclesiæ, & filium reliquit successorem, virum ergo Deum fide, erga amicos promptitudine insignem, vita integrum litterarum amatorem, & omnigena tum Gentilium, tum Ecclesiasticorum eruditione preditum, moribus commodis, licet Imperatori & aulicis familiaris esset & in bellicis expeditionibus splendide se gessisset, verum illius quidem crebra mentio est tum apud probatissimos quosque monachos, tum apud homines studiosos, qui ipsum familiariter cognouerunt. Matrona vero vsq; ad obitum in Coelat pago versata est, vixitque generose admodum & caste, & sacris virginibus præfuit, quarum etiam nunc multas superesse intellexi, quæ mores disciplinæ per Matronam acceptæ digne repræsentant.* hucusq; Sozomenus.

VINCENTIO ET ADDA PERSIS CHRISTIANIS.

X. HISTORIA A MACEDONIANO AVCTORE ACCEPTA.

Sed quoniam à Macedoniano homine noscitur eiusmodi historiam mutuatus, auctorem minime erubuit: at quisquis ille fuerit, sectæ fauit, dum suis adsciscit eiusdem sancti præcursoris Domini inuentionem capitis, illius vero custodiam tribuit Matronæ virgini. Quãobrem hæc omnia ad lapidem Lydium admouenda sunt; vt quæ veritate subsistant, quæue nutent, perspicue possit intelligi. Atque illud in primis certum est, translationem sacrarum reliquiarum nequaquam fieri hoc tempore solitam curru, equisonibus, & aurigis, sed Episcoporum humeris pompa solemni. Accipe, quid sub Arcadio Theodosij filio dicat factum S. Hieronymus de reliquiis Samuelis Prophetæ, cum ex Palæstina in Thraciam delatæ sunt *a: Sacrilegium ne*, inquit, *dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui vem vilissimam & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquiis, & tanta lætitia, quasi præsentem viuentemq; Prophetam cernerent, susceperunt, vt de Palæstina vsque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem vna voce resonarent?* &c. Portauerunt quidem & Episcopi ipsi humeris sacratissima Ioannis pignora, & non currus, quem equlæ traherent. Accipe de his exemplum aliud, quod idé S. Hieronymus scripsit de sanctæ Paulæ defunctæ corpore, quod quidem Episcoporum humeris ad sepulturam elatum fuisse affirmat: *Translata*, inquit *b, Episcoporum manibus & cernicem feretro subjicientibus.* En vides, quibus ritibus & qua pompa efferri, transferriq; solerent sacræ reliquiæ; quæ quidem religionis officia adhibita esse, imo & cumulatius exhibita digno triumpho in euectione venerandi capitis magni Baptistæ, recentioris Eliæ, terrestris Angeli, præcursoris Domini, Prophetæ & plus quam Prophetæ, Veritatis præconis, amici sponsi, & magni martyris, negare quis poterit?

a Hier. adu. Vigilant.

b Hier. ep. 27.

XI.

Rursum vero ad confutandam eandem ex Macedoniano auctore petitam historiam, hæc adiicimus. Quam insulse fingitur altercatio illa Theodosij Imperatoris cum Macedoniana fœmina, & abiecta nimis illis cum precib. & blanditiis postulatio tanti Principis pro assequendo tanto ab hæretica virgine munere? quasi capere & vẽdicare nõ licuisset, niũ illa præbuisset assensum: cum nemo nõ sciat, ex his, quæ superius dicta sunt, eundem Imperatorẽ Macedonianos & alios hæreticos exagitasse legibus seuerissimis. Facessant igitur commenta isthæc: illudq; vnum ratum firmumque ex Sozomeno habeatur, post reditum Theodosij ex Occidente, factam esse ab ipso eiusdem sacri capitis in Hebdomon, in basilicã ea de causa illic erectam, translationem: id assimantibus etiam (vt dictum est) ex Latinis eiusdem temporis Prospero, & qui post ipsum secuti sunt c, ex Græcis post Sozomenũ Cedreno d, atq; e Nicephoro. Cuius pij studij Theodosium, etiam aduersantium dæmonum testificatione, magnum constat esse præmium consecutum, cum pugnante pro ipso Ioanne Baptista in difficillimo bello pollentem viribus Eugenium expugnauit tyrannum, vt suo loco patebit.

c Sigibert. in Chron. & alij. d Cedren. in compend. e Niceph. lib. 12. c. 45.

Cæterum quod spectat ad eiusdem venerandi Baptistæ capitis inuentionem, nulla est vera historia, quæ tot obuoluatur ambagibus, & variarum dubitationũ complicata sit nodis. Etenim apud Acta *f* Matronæ Pergensis ea contigisse fertur tempore Leonis Imperatoris atq; Verinæ Augustæ, non cum primum apud Herodis regiam inuentum est, sed cum in agro Emeſæ ciuitatis repertum. Apud Marcellinum Comitem aliter facta esse inuentio capitis legitur, Opilione & Vincomalo Consulibus; sub Imperatoribus Valentiniano & Marciano, anno Domini quadringentesimo quinquagesimo tertio; apud quẽ ipsa prior atq; posterior eiusdem capitis inuentio pluribus enarratur: apud Marcellinum dixerim potius, quam à Marcellino, vtpote ab aliquo illius addita Chronico, quod perbreuibus quidem rerum monumentis ab ipso elaboratum esse constat, non autẽ longioris alicuius narratione historiæ: vt plane appareat, consarcinatoris suturã pannũ nouum veteri consutum vestimento. Sed grauiorib. scatet erroribus quod apud incertum habetur autoté in tractatu illo, qui apud Cyprianum extat de reuelatione capitis Ioan. Baptistæ; dum post illam, quam recitat ex Marcellino auctore, primam in palatio Herodis inuentionem factam tempore Marciani Augusti, posteriorem addit per Marcellinum presbyterum, aitq; ab eodem allatũ ipsum caput Alexandriam, datumq; Iurando eius ciuitatis post Theophilũ Episcopo. Quis hic, rogo Iurandus successor Theophili? An Cyrillum post Theophilũ sedisse, potuit aliquis ignorasse? Sed illud monstruosius; quonam pacto valuit successori Theophili Ioannis caput afferri, cuius prior inuentio ab ipso facta dicitur sub Marciano, posterior vero; cũ Alexandriam translatum fuit, longe postea? Sed nugæ sunt istæ, ac plane somnia, cum ex his dicendũ esset, ante illud acceptum à successore Theophili, quam primo inuentum fuerit: cum tamen nonnisi post secundã inuentionem Alexandriam translatum esse dicatur: certa enim temporum ratio, etsi aliæ deessent probationes, ista omnino redarguit atq; confutat.

f Metaph. die 8. Nouembr. Surii tom. 6.

XII. ALIA DE INVENTIONE CAPITIS HISTORIA.

XIII.

Prærermittimus hic de tertia ibi posita eiusdem Ioannis (vt ibi dicitur) inuentione capitis & in Gallias facta translatione plurib. agere: nã cum mendaciis in primis ea innitatur historia; noua, vt subsistat, iacienda essent eidem fundamenta, atq; si posset, docendũ in primis, quo modo illud ipsum, quod constat Constantinopolim esse translatum, postea delatum fuerit Alexandriam. At est quod coniicere valeas, lector, ex iis, quæ idem incertus auctor ibi habet, cuiusnã Ioannis caput illud fuerit, quod in Gallias translatum est, Baptistæ ne, vel alterius Ioannis. Sed audi, quæso. Dicitur ibi reuelatum fuisse cuidam Felici monacho, dictumq; illi: *Felix surge concitus, & pergens ad ciuitatem Alexandriæ, inuenies ibi Ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptistæ consecratam, vbi caput eius cum tribus pueris innocentibus conditum est*, &c. Porro inuenies in Actis Cyri & Ioannis martyrum g, à Cyro Memoriam erectam fuisse Alexandriæ trium puerorum, Ioannemque martyrem collegam, Edessa oriundum, capite truncatum: vt plane coniectura non leuis sit, huius Ioannis capitis factam esse Alexandriæ in Gallias translationem. At diximus de his in Notis *h*. Verum vt ad inuentionem Baptistæ capitis, de qua agitur, reuertamur: ferebatur Gelasij tempore ea de re historia quædam, de qua sic ipse *i*: *Item scripta de inuentione capitis S. Ioan. Baptistæ, nonella quidem relationes sunt, & nonnulli eas Catholici legunt. Sed cum hæc ad Catholicorum matres aduenient*, beati*

g Apud Metaph. die 31 Ian. Lipom. tom. 5. & Surium. ibi eo die.

h Nolent. ibi Rom. Mart. die 29. Maij.

i Gelas. in Conc. Rom. decret. de libris suthentic. * pertinent

Paulã

GELASII CENSVRA QVÆ VGILET. 21. *Thes. 5.*

Pauli Apostoli præcedat sententia a: *Omnia probate quod bonum est, tenete.* hæc ipse. At non exiistimes Gelasium intelligere potuisse eam de reuelatione capitis scriptionem, quæ apud Cyprianum extat: nam longe post Gelasii tempora scriptam esse, ex Pipini memoria ibidem recensita, nemo non videt. Quamobrem cum nouam eam dicat esse relationem, equidem puto de illa intelligere, quæ nouissime traditur facta temporibus Marciani recentiorem enim illa nullam inuenies.

XIV. b *Extat apud Sur. 6 tom. 4.*

Insuper ex iis, quæ superius dicta sunt, & ea confutantur, quæ apud Metaphrasten b leguntur in oratione de translatione manus eiusdem Ioannis Baptistæ: nimirum à Iustiniano Imperatore translatum esse ex Emesa eiusdem præcursoris caput, quod obsignatum dicitur fuisse signaculo Constantini: id enim idcirco ab auctore creditum, quod idem Iustinianus Imperator eiusdem Ioannis Baptistæ templum erectū in Hebdomo restituisset: quod à Theodosio ædificatum, Sozomenus, qui illud videre potuit, Constantinopoli cum esset, affirmat. Porro tam apud Græcos, quam Latinos publicis monumentis duplex memoria anniuersaria die peragitur duplicis eiusdē præcursoris capitis inuentionis; quarum prior illa dicitur facta ex ruderibus antiquæ Herodis regiæ; posterior vero ex agro Emesæ, vnde translatum est Constantinopolim, in cuius solemnitate Ioannes Damascenus c ista habet: *Sicut diuinum depositum occultum terræ Christus detexit caput tuū nobis, ô Propheta & præcursor: omnes igitur simul profecti, in huius inuentione cantibus Deiloquis Saluatorem laudamus, saluantem animas nostras supplicationibus tuis.* At de his hactenus: consulat qui plura velit, quæ eodem argumento in Romano Martyrologio annotauimus.

DVPLEX AB ECCLESIA CELEBRATVR INVENTIO CAPITIS S. IOAN. BAPTISTÆ. c *Damas. in Const. Eccle.*

XV. Iam vero quod reliquum est rerum gestarum Theodosii anni huius, absoluamus. Quod enim cuperet Orientalem Ecclesiam ab omni hæreticorum labe purgatam prorsus reddi, eiusmodi edidit vltimo mense anni huius sanctionem d:

d *l. 10. de hæret. C. Theod.*

THEODOSIVS PELLIT HÆRETICOS. * Noua Rom.

*Hæreticorum pollutæ contagia pelli vrbibus vniuersis, prorsus arceri, ac nullis penitus inhærere patere conuentibus: ne quoquam sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum peruersitati vel publica conuenticula, vel latiora errantibus secreta tribuantur. Dat. XIV. Kalend. Ianuarij, Rom. * Tatiano & Symmachio VV. CC. Coss.* Ex hac quidem constitutione Socrates erroris arguitur, dum ait, nonnisi Eunomianos hæreticos à Theodosio exagitatos; reliquis autem, vt Arianis, & Nouatianis, conuentus agere permissum. sic enim habet, dum statum præsentis temporis hæreticorum in Oriente describit e: *Eas porro res, quæ etiam apud alios, Arianos dico, Nouatianos, Macedonianos, Eunomianosq; gestæ sunt, commemorare, operæ pretium arbitror. Nam Ecclesia cum semel esse diuisa (imo ipsi ab Ecclesia diuisi) non vna dissensione acquieuit; sed homines ab se mutuo auersi, alter altero denuo secesserunt: atq; adeo exiguam leniculamq; occasionem nacti, mutuæ communionis consociationisque vincula disruperunt. Proinde qua ratione, quando, & quibus de causis inter se dissenserint, consequenti sermone ostendemus.*

SOCRATES ERRORIS ARGVITVR e *Socr. li. 5. c. 20.*

XVI. *Illud interea intelligamus oportet, Theodosium neminem istorum exagitasse, præter Eunomium: quem, quoniam Constantinopoli domi suæ conuentus egerat, libros ab se editos palam ostendere, multos denique, sua doctrina labe infecerat, in exilium mitti iussit. Reliquis vero neq; molestia quicquam exhibuit, neq; secum communicare coegit: sed singulis copiam fecit in locis separatis conuentus agendi, & ita de religione Christiana sentiendi, vt quisque de ea opinionem conceperat. Atq; vt alios omnibus sectis potestatem permisit ecclesias sibi extra ciuitates construendi; sic Nouatianis, vtpote in fide Consubstantialis cum eo consentientibus, dedit mandatum, vt ecclesias suas (sicut à me supra cōmemoratum est) intra vrbes haberent & libere retinerent.* hæc Socrates: sed quam vera sint, de aliis præsertim hæreticis, tum superrecitatæ, tum reliquæ superius descriptæ latæ aduersus hæreticos leges, apertam fidem faciunt, nosque alias de his eiusdem auctorem erroris arguimus.

XVII. f *Socrat. l. 5. c 10.*

NOVATIANI INTER SE DIVISI.

Porro de schismate Nouatianorum hoc tempore inter ipsos conflato, hæc idem Socrates subdit f: *Cum post Agelium Marcianus Episcopus Nouatianorum esset creatus: Ecclesia illorum tali de causa diuisa est. Sabbatius quidam ex Iudeo factus Christianus, & à Marciano ad presbyterij dignitatem euectus, mihilominus Iudaica religioni quæ animitus erat ante occupatus, seruire laborauit: quinetiam simul Episcopatu adipiscendi cupiditate incensus fuit. Itaq; nactus duos presbyteros Theochistum & Macarium sua cupiditatis adiutores, tempus & morem festi Paschatis celebrandi, qui in Pazo * vico Phrygiæ, regnante Valente (sicut ante dixi) à Nouatianis decerni tentatus erat, renouare conatus est. Ac quamquā primum simulatione monasticæ vitæ excolendæ, ab ecclesia recessit sibiq; nonnullos, quos mysteriorum cōmunione indignos censebat, permagna offensioni fuisse docuit: tamen haud ita multo post, dum commentus separatim agere institueret, se manifesto aperuit. De quibus rebus certior factus Marcianus, sanctum ipsius in presbyteris ordinandis errorem & insectatam propterea magnopere accusauit, quod homines tam inanis gloriæ appetentes ad munus presbyterij extulerat: atq; grauiter sibi succensens, dixit, multo fuisse satius, manus suas super ipsius imposuisse, quam earum impositione Sabbatium ad gradum designasse presbyteri.*

* Pepuza

XVIII. SYNODVS NOVATIANORVM.

Idcirco Angari (est hoc emporium Bithyniæ prope Helenopolim sitū) Concilium Episcoporum Nouatianorū conuocat. Quo cum essent in vnū coacti, accersunt Sabatium, eumq; causas animi sui offensionis coram Concilio proponere iubent. Ac simulatq; ille dissensionem de festo Paschatis celebrando causam attulerat cur animo esset offenso: (illud enim tum ad consuetudinē à Iudæis in eo seruatam, ad præceptum normamq; eorum, qui in Pazo conuenerant, celebrandum esse dicebat) Episcopi in Concilio congregati, suspicantes illū sedis Episcopalis desiderio eam rem causatū esse, ureuerando hominē obstringunt, vt Episcopatum nunquam capesseret. Ista ex de re inuiolandum dat. Illi dum canonē edunt de festo Paschatis: quem canonem, ἀδιάφορον, id est, indifferentē vocabant: docebant q; dissensionem de festo Paschatis non satis iustam causam esse, cur Ecclesia dirimeretur: neq; eos, qui in Pazo coacti fuissent, præiudicij generalis canoni feciſe. Nam veteres, qui proxime à temporib. Apostolorum aberant, quanquā de hoc festo inter se dissidebāt, tamen inter ipsos mutuo cōmunicasse, nec aliquādo vincula rupisse cōcordiæ. Quinetiā Nouatianos, qui Romæ, quæ est ciuitas primaria, vitam degebant, tametsi numquā in eo festo morem Iudæorum sequerentur, sed semper post æquinoctium Paschā celebrarent; tamen cum illis, qui eiusdem erant fidei, quiq; alium morem in festo illo agendo seruabant, minime discordiam exercuisse. hæc de nouo canone, quem aduersus communem vsum Ecclesiæ Catholicæ Nouatiani statuere: cui nō adhærere, nihil aliud fuisse, quam schismate à Catholicorum cōmunione diuidi, iam satis superius demonstratum est. Porro subdit de Sabbatio, iterum priuatos conuentos egisse, & contra iusiurandum Episcopum se creari passum esse.

XIX. ERRORES SOCRATIS DE RITIBVS ECCLESIARVM.

Cum autem idem auctor falsa quadā assumptione affirmet, licuisse cuilibet ab hinc; dispendio Catholicæ veritatis celebrare qua die Pascha vellet: hæc sane ille, vt ex eo ipse Nouatianus suos Nouatianos excuset Episcopos, vnius occasione Sabbatii in eā fuerum acti. Dum q; subdit quod ad ritus spectat, peculiares licere suos cuiq; vendicare, dumq; diuersarum Ecclesiarum ritus recenset, magnopere quidem errore labitur (vt de reliquis agere prætermittamus) dum ait g: *Qui sunt Romæ, tres septimanas ante Pascha, Sabbato & Dominico exceptis, simul ieiunant:* sed hæc certa demonstratione refellimus superius, dū egimus de Quadragesima tomo primo Annaliū. Sicut & quod Sozomenus h ait, semel tantum in anno Romæ *Alleluia* cantari solitum. cum superius sit demonstratum, etiā in ipsis defunctorum exequiis consueuisse Romæ occini *Alleluia*. Vel quod de his agens longe mentitur Nicephorus, dum ait i: *Neq; Episcopus, neq; alius quispiam in Ecclesia Romæ ad populū docens, verba facit.* Sed quid ineptius dici potest? Nonne S. Ambrosius recitat sermone Liberii Papæ ad populum habitū, cum soror ipsius sacrum velū virginitatē professa accepit? Nonne S. Leonis & S. Gregorii adhuc extant homilia ad populū dictæ? Sed puto quidē, eosdem Nouatianos auctores, Nouatianorum ecclesiarū, quæ in diuersis locis toto ferme orbe Christiano dispersæ erant, mores insinuare voluisse; vel nullo delectu habito Catholicorū & Orthodoxorum eorudē ritus simul commiscuisse, confusisseque. Nam quid est, rogo, quod ait Socrates k: *In Thessalia alteram consuetudinem inualuisse noui, vt ibi qui clericus fit, si cū vxore, quam cum esset laicus duxerat, postquam clericus factus sit, dormierit, clericatu abdicatus sit: id adeo cum omnes illustres*

g *Socr. l. 5. c. 21.*

h *Sozom. li. 7. c. 19.*

i *Niceph. l. 12. c. 34.*

k *Socrat. l. 5. c. 22.*

presbyteri in Oriente, & Episcopi etiam, modo ipsi voluerint, nulla lege coacti ab vxoribus abstineant. nam non pauci illorum, dum Episcopatum gerunt, etiam liberos ex vxore legitima procreant? An non his contraria prorsus scribebat hoc tempore (vt dictum est) S. Hieronymus aduersus Iouinianum? diaconos scilicet, & vniuersum chorum sacerdotale, nec ministrare, nec offerre hostias Deo potuisse, qui seruitent opti coniugali: nam & assertione quoq; Iouiniani (vt ait) confirmat, esse non potuisse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat: alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. Quem quidem morem tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia viguisse, satis superius est demonstratum: vt non sit opus hic iterum eandem legentis fastidio iterare.

XX. a Socrat. l. 5. c. 22. DE ARIANIS INTER SE DIVISIS.

Subdit vero Socrates a de Arianis: Quinetiam Arians inter seipsos diuisi sunt ob hanc causam. Quæstiones controuersa captiosaque inter eos quotidie agitatæ, illorum disputationes ad absurdas quasdam sententias & opiniones prouexerunt. Nam quoniam in Ecclesia creditur Deum esse Patrem Filij Verbi: quæstio inter eos oborta est, vtrum Deus, antequam Filium existeret, Pater dici posset. Et quia Verbum Dei non ex Patre generatum, sed ex non essentijs extitisse opinabantur: in primo & summo quæstionis capite lapsi, non sine causa in absurdam contentionem inciderunt. Dorotheus igitur ab illis Antiochia accersitus, dixit, non posse Patrem aut esse aut vocari, si non existat Filius. Marinus, quem è Thracia ante Dorotheum euocauerant, tempus opportunum nactus (agre enim ferebat Dorotheum sibi prælatum) contrariæ sententiæ patrocinium suscepit. Qua de causa ipsi inter se diuisi fuere. Ac cum prædict manem illam voculam, quæ erat ante prolata, essent secuncti, separatim alter ab altero conuentus fecerunt: & qui parebant Dorotheo, in propriis ac suis locis manserunt: qui autem Marini sententiam sequebantur, extruxerunt sibi ecclesias, conuentusq; seorsum egerunt: denique docuerunt, Patrem semper Patrem fuisse, etiam cum Filius non exisseret. Appellabantur hi Psathyriani, propterea quod Theodisius quidem psathyropola, id est, placentarum venditor genere Syrus, ardenti studio huic opinioni patrocinatus est. cuius sententiam secutus est Selenas Gothorum Episcopus, vir genere permixto ortus: nam pater eius Gothus fuit, mater autem Phryx. addit iterum subdiuisam fuisse eiusmodi sectam in alias duas partes. Sed quid in his recensendis immoror, cum & exemplis recentibus spectemus oculis, quolibet ferme die hæreses parere hæreses, nec mense ferme integro hæresium patronos inter se sibi ipsis constare? qui vtinam illos, de quibus agimus, Arianos imitarentur, de quibus idem auctor hæc subdit: Quamobrem multi clerici, qui erant de istorum Episcoporum ecclesijs, odio contra eos ob concertationem illam ex inani gloriæ cupiditate ortam concepto, ab illis desciuerunt, seque totos addixerunt fidei Consubstantiali.

XXI. b Socra. l. 5. c. 23. DE EVNOMIANIS INTER SE DISSIDENTIBVS.

Post hæc autem idem Socrates b de Eunomianis agit in alias sectas inter se diuisis, inter quas nouissimas illas ponit, quarum alteram à Theophronio Eunomiotheophronianam, alteram vero ab Eutychio Eunomicu tychianam tradit appellatam. Sed & Macedonianos inter se ait fuisse dissidentes sententia. Verum hoc peculiare hæretibus omnibus, vt quoniam abhorrent à veritate, quæ vna eademque semper est, in diuersas sententias sectasq; distrahantur. Sit igitur prudenti homini signum potissimum, illic Catholicam Ecclesiam esse, vbi ab exordio vna eadeque semper fides viguit; hæreticorum vero esse, non dicã Ecclesiam, sed protibulum, in quibus non vna semperq; manens cognoscitur sponsa, sed expositæ pto coiuscunq; concupiscentia concubinæ. At his dimissis, iam reliquas huius anni res gestas ordine prosequamur.

XXII. c Possid. Vit. S. Aug. c. 2. 3. AVGVSTINVS INITIATVR PRESBYTERATV. d Possid. l. c. c. 4.

Annus hic tertius numeratur, ex quo S Augustinus in Africam reuersus, vna cum sociis laicus vixit (vt Possidius ait c) longe à cutis sæcularibus, orationi, lectioni, ac scriptionibus vacans: quo ipse à Valerio Episcopo Hipponensi creatus est presbyter, cum ageret ætatis annum trigesimum septimum; de cuius ordinatione hæc idem auctor d: Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi Catholica Valerius sanctus Episcopatum gerebat. Quin cum flagitante Ecclesiastica necessitate, de prouidendo & ordinando presbytero ciuitati, plebem Dei alloqueretur & exhortaretur: iam scientes Catholica S. Augustini propositum & doctrinam, manum iniecta (quoniam & idem in populo securum & ignarum quid futurum esset, astabat) tenuerunt. Solebat autem laicus, vt nobis dicebat, ab eis tantum Ecclesiis, quæ non haberent Episcopos, suam abstinere præsentiam. Vigebat namque mos ille, vt quem eruditione & moribus insignem populus nosset, eundem vi raptum, reclamantem licet, offerrent Episcopis ordinandum: quod plane contigit Augustino, de quo Possidius: Eum ergo tenuerunt, & vt in talib. consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id vno consensu & desiderio fieri perficiq, petentibus, magnoq, studio & clamore flagitantibus, vbertim eo flente: nonnullis quidem lacrymas eius (vt nobis ipse retulit) tunc superbe interpretantibus, & tanquam eum consolantibus, ac dicentibus: quia locus presbyterij, licet ipse maiore dignus esset, appropinquaret tamen Episcopatui. Cum ille homo Dei (vt nobis retulit) maiori consideratione intelligeret, & gemeret, quam multa & quam magna sua vitæ pericula de regimine & gubernatione Ecclesiæ impendere iam ac prouenire spectaret, atque ideo fleret. Et eorum tunc, vt voluerunt, completum est desiderium. Porro de eadem vi sibi ab Hipponensibus adhibita testatur ipse Augustinus in epistola ad Albinam. Cæterũ sic creatus est presbyter, vt regimen Ecclesiæ Valerius illi concrederet. Vnde Possidius subdit:

c Augustin. epist. 225.

XXIII.

Factus ergo presbyter, monasterium intra ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur vnicuiq, sicut opus erat: quod ita ipse prior fecerat, dũ de transmarinis ad sua remearet. Quod igitur S. Augustinus primus fuit, qui monasticæ vitæ institutum induxerit in Africam, eademq; primus seruare cœpit, alijsq; seruanda tradidit: inde accidit, vt Donatistæ putarint eiusmodi vitæ genus ab ipso fuisse excogitatum: nam sic ipse aduersus Petilianum f: Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum & monachorum; arguens etiã me, quod hoc genus vitæ à me fuerit institutum: quod genus vitæ omnino quale sit, nescit, vel potius toto Orbe notissimum, nescire se fingit. euexerat ipse ex Italia eiusmodi viuendi formam: viderat enim (quod ipse testatur) apud Mediolanensem ciuitatem nobile monasterũ; consperexerat & Romæ plura eademque peregregia, quæ tanquam beatorum ciuium choros laudauit quam quidem disciplinam æmulatus, in Africana Ecclesia quam primum instituere conatus est: seruit vero his in primis hæreticos aduersarios, nempe Donatistas, de quibus etiam superius dictum est.

f Aug. confut. lat. Petil. l. 3. c. 40.

XXIV.

Cæterum iam ante presbyteratũ, adhuc laicus, vna cum suis sociis, de quib. diximus, idem vitæ genus in Africa excoluerat apud Tagastem; sed nondum aliquod ab eo instructum fuerat monasteriũ, cuius exigendi gratia se Hipponem contulerat, Hipponensem ciuem Agentem in rebus, cuius Possidius g meminit, conuentutus, à quo fuerat accersitus. At erit iucundius, hæc ipsa omnia ab ipsomet Augustino ad populum pro cõcione narrante percipere; ait enim h: Quærebam, vbi constituerem monasterium, & viuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnem sæculi reliqueram: & quod esse potui, esse nolui: nec tamen quæsiui esse, quod sum. Elegi i in domo Dei mei abiectus esse magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ab eis, qui diligunt sæculum, segregaui me. sed eis, qui præsunt populis, non me coaptaui; nec in consilio Domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem & abiectum, & placuit illi dicere: Ascende sursum. Vsque adeo autem timebam Episcopatum, vt quoniam cœperat esse alicuius iam momenti inter Dei seruos fama mea, in quo loco scirebam non esse Episcopum, me illo accederem, cauebam. Et hoc agebam quantum poteram, vt in loco humili saluarer, ne in alto periclitarer. Sed vt dixi, Domino seruus contradicere non debet. Veni ad istam ciuitatem propter videndum amicum, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscũ esset in monasterio. Quæsi securus perueni, quia locus habebat Episcopum. Apprehensus presbyter factus sum, & per hunc gradum perueni ad Episcopatũ. Non attuli aliquid, nec veni ad hanc Ecclesiam, nisi cum iis indumentis, quib. illo tempore vestiebar. Et quia bñ dispositũ esse in monasterio cum fratribus cognito instituto & volũtate mea, beata memoria senex Valerius dedit mihi hortũ illum, in quo nunc est monasterium. Cupi bam proposita scatret colligere, comparer meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me: vt quo modo ego tenuem paupertatulam meam vendidi & pauperibus eroganı. sic facerent & illi, qui mecum esse volu sscnt

g Possid. Vit. S. Aug. c. 3.

h Aug. de diuers. ser. c. 9. i Psal. 84.

vt de,

vt de communi viueremus, commune autem nobis esset magnum & vbertimum prædium ipse Deus. hæc ipse.

XXV. Verum quod dicit Possidius, Augustinum factum presbyterum, monasterium intra ecclesiam mox instituisse: aliter se rem habuisse, cum præcedens S. Augustini sermo declarat, tum quæ subdit his verbis: *Perueni ad Episcopatum: vidi necesse habere Episcopum, exhibere humanitatem assiduam quibuscunq; venientibus, siue transeuntibus: quod si non fecissem, Episcopus inhumanus dicerer. si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium clericorum.* hæc ipse; quibus declaratur, nonnisi facto ipso Episcopo, accidisse quod ait Possidius, constituisse ipsum Augustinum monasterium intra ecclesiam: vt ex his videas duo ab eo erecta fuisse Hippone monasteria, alterum, cum adhuc presbyter esset in horto; alterum vero cum factus est Episcopus, in ipsa Episcopali domo, quæ inhærens esse soleret ecclesiæ. Instituit postea & monialium monasterium, eisdemq; regulas viuendi præscripsit *a*, sicut & clericis fecerat. Ex hac quidem Augustini plantatione accepti palmites longe lateque diffusi, tum in Africa, tum etiam in aliis plerisque Ecclesiis Occidentis fructu vbertimo locupleruntEcclesiam. Mansit Augustinus presbyter in annos quatuor (vt auctor est S. Prosper in Chronico) quarto post hunc anno, sub Consulatu Olybrii & Probini, fuit creatus Episcopus.

a Augustin. epist. 109.

XXVI. LIBELLVS SVPPLEX AVGVSTINI AD VALERIVM EPISCOP. HIP.

Cum autem ordinatus Ecclesiæ Hipponensis presbyter S. Augustinus à S. Valerio Episcopo cogeretur Dei verbum populo ministrare: ipse cum non tantæ esse doctrinæ sibi videretur, vt tam grande munus obiret, inducias saltem petiit in sequens Pascha, quo in diuinis Scripturis fieret eruditior. Extat adhuc ipsius libellus precum ea de causa tunc oblatus Valerio, dignus quidem, qui hic integer describatur: sic enim se habet *b*:

b Apud Augustin. epist. 148.

XXVII. *Domino beatissimo & venerabili, in conspectu Domini sincera charitate carissimo patri, Valerio Augustinus presbyter in Domino S.*

Ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius & latius & hominibus acceptabilius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie vis agatur: sed nihil apud Deum miserius & tristius & damnabilius. Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à puericia, nec ab adolescentia mea didici: & eo tempore, quo discere coperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum (nam quid aliud existimem nescio) vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Sed arbitror Dominum meum propterea me sic emendare voluisse, quod multorum peccata nauta rum, antequam experti essem, quid illic agatur, quasi doctior & melior reprehendere audebam. Itaq; postquam missus sum in medium, tunc sentire cœpi temeritates reprehensionum mearum, quam quam & antea periculosissimum iudicarem hoc ministerium. Et hinc erant lacrymæ illæ, quas me fundere in ciuitate ordinationis meæ tempore, nonnulli fratres animaduerterunt; & nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati sunt.

XXVIII. *Sed multo valde, multo amplius experti sum, quam putabam: non quia nouos aliquos fluctus aut tempestates vidi, quas ante non noueram, vel non audieram, vel legeram, vel non cogitaueram; sed ad eas euitandas aut perferendas solertiam & vires meas omnino non noueram. & alicuius momenti arbitrabar. Dominus autem irrisit me, & rebus ipsis ostendere voluit me ipsum mihi. Quod si non damnando, sed miserando fecit (hoc enim spero) certe vel nunc cognita aegritudine mea, debeo Scripturarum eius medicamenta omnia perscrutari; & orando ac legendo agere, vt idonea valetudo animæ meæ ad tam periculosa negotia tribuatur: quod ante non feci, quia & tempus non habui. Tunc enim ordinatus sum, cum de ipso actionis tempore ad cognoscendas diuinas Scripturas cogitaremus, & sic nos disponere vellemus, vt nobis otium ad hoc negotium posset esse. Et quod verum est, nondum sciebam, quid mihi deesset ad tale opus, quale me nunc torquet & conterit. Quod si propterea in re ipsa didici, quid sit homini necessarium, qui populo ministrat sacramentum & verbum Dei, vt tam non mihi liceat assequi, quod me habere cognouit: iubes ergo, vt peream, pater Valeri? vbi est charitas tua? Certe diligis me, certe diligis ipsam Ecclesiam, cui me sic ministrare voluisti: & tamen certus sum, quod & me & ipsam diligis. Sed putas me idoneum, cum ego melius me nouerim, qui tamen nec ipse me nôssem, nisi experiendo didicissem.*

XXIX. *Sed dicit fortasse sanctitas tua: Vellem scire, quid desit instructioni tuæ. Tam multa autem sunt, vt facilius possim enumerare quæ habeo, quam quæ habere desidero. Audeo enim dicere, scire me & plena fide retinere, quid pertineat ad salutem nostram. Sed hoc ipsum quo modo ministrem ad salutem aliarum, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant? & sunt fortasse aliqua, imo non est dubitandum esse in sanctis libris conscripta consilia, quibus cognitis & apprehensis, possit homo Dei rebus Ecclesiasticis ordinatioribus ministrare, aut certe inter manus iniquorum vel vincere conscientia saniore, vel mori, vt illa vita non amittatur, cui vna Christiana corda humilia & mansueta suspirant. Quo modo autem hoc fieri potest, nisi quem admodum ipse dominus dicit, petendo, quærendo, pulsando, id est, orando, legendo,* plangendo? *Ad quod negotium mihi parum tempus vel vsque ad Pascha impetrari volui per fratres à tua sinceriſsima & venerabili charitate, & nunc per has preces volo.* c Matt. 7. a gendo

XXX. *Quid enim respondebo Domino iudici? Non poteram ista iam quærere, cum Ecclesiasticis negotiis impedirer? Si ergo mihi dicat: Serue nequam, si vlla Ecclesia calumniosum aliquem pateretur, cuius fructibus colligendis magna opera impenditur, neglecto agro, quem rigauit sanguine meo, si quid agere pro ea posses apud iudicem terra, nonne omnibus consentientibus, nonnulli etiam inuentibus & cogentibus pergeres; & si contra te iudicaretur, etiam trans mare proficiscereris: atque hoc modo vel animum, vel amplius absentiam tuam nulla querela reuocaret, ne alius possideret terram, non anima, sed corpori pauperum necessariam, quorum tamen famem vna arbores mea multo facilius, mihiq; gratius, si diligenter colerentur, explerent? Cur ergo ad discendam agriculturam meam, vacationem temporis tibi defuisse causaris?*

XXXI. *Dic mihi, quid respondeam, rogo te. An forte vis dicam: Senex Valeri, dum me omnibus rebus instructum esse credidisset, quanto amplius me dilexit, tanto minus ista discere permisit: Attende omnia ista, senex Valeri, obsecro te per bonitatem & seueritatem Christi, per misericordiam & iudicium eius, per eum, qui tantam tibi inspirauit erga nos charitatem, vt te nec pro lucro animæ nostræ audeamus offendere. Sic autem mihi Deum & Christum testem facio innocentiæ & charitatis & sinceri affectus, quem circa nos habes, quasi ego non de his iurare omnibus possim. Ipsam ergo charitatē & affectum imploro, vt miserearis mei, & concedas mihi ad hoc quod rogaui tempus quantum rogaui, atq; adiuues me orationibus tuis, vt non sit inane desiderium meum, nec infructuosa Ecclesiæ Christi atq; vtilitati fratrum & conseruorum meorum absentia mea. Scio, quod illam charitatem pro me orantem, maxime in causa, non defuturi Dominus, & eam sicut sacrificium suauitatis accipiens, fortasse breuiore tempore, quam postulaui, me saluberrimis consiliis de Scripturis suis reddet instructum.* huiusq; libellus supplex Augustini ad Valerium Episcopum Hipponensem.

XXXII. AVGVSTINVS QVE IN HAC TEMPORA LVCVBRATIONE.

Quis hæc audiens, non existimet aliquem loqui hominem rudem, & sacrarum literarum ignarū, quiq; Christianorum Theologiæ vix atrium penetrarit? At non hic ille Augustinus, qui ante hoc tempus pro defensione & illustratione Christianæ religionis tot tamq; disertos ediderat commentarios aduersus philosophos & hæreticos, nempe contra Academicos & Manichæos, elucubrataq; libros, *De beata vita, De ordine,* & aurea illa, *Soliloquia, De immortalitate animæ, De disciplina, De moribus Ecclesiæ, De animæ quantitate, De libero arbitrio, De Genesi aduersus Manichæos, De Musica, De Magistro,* & *De vera religione?* Quis igitur talia tantaque præstiterat in hanc diē vniuersæ Catholicæ Ecclesiæ, an non sufficiens erat, vt publice doceret populū Hipponensem? sane quidem, sed id præstitit, quod sciret nihil in Ecclesia Dei maioris esse negotii, quam Euangelium prædicare: susceperant enim hoc ministerium Christus, & à Christo ab eo missi, & Prophetæ; cū tamen iidem ante id ipsum muneris obituri à Deo vocati, refugientes interdū & nonnisi magna Dei gratia roborati susceptum prosecuti sint opus, tales namque esse consueuerunt præcones Catholicæ veritatis; hæretici vero contra, illis similes, de

a Hier. 23.

quibus Dominus *a*: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant.*

XXXIII. DIVINÆ SCRIPTVRÆ IMMENSITAS.

Sed quid præterea? Qui diuinarum Scripturarum mare magnum ac spatiosum manibus sæpius nauigio firmæ fidei, & remigio præclari ingenii, atq; secunda diuini Spiritus flante aura, tentarat; eius immēsa vastitate superatus, vix extremas vndas littora verberantes sibi visus est attigisse. At ne hæc me putes fingere, vel coloribus pingere; audi ipsum ad Volusianum scribentem *b*: *Tanta*, inquit, *est Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerē, si eas solas ab incunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non quo ad ea, quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate: sed cum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua pie rectēq; non viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligenda sunt, latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet c: Cum consummauerit homo, tunc incipit*, hæc ipse. Ex his probe, puto, intelliges, etiam si non ingeram; quanta leuitate, temeritate, & audacia hoc nostro sæculo apud hæreticos credatur diuina Scriptura cerdonibus.

b *Augustin. epist. 3.*

c *Eccl. 18.*

XXXIV. PRESBYTERI IN AFRICA DOCERE INCIPIVNT.

Tentauit S. Valerius, quod ante nullus Africanorum Episcoporum attigerat, nempe vt presbyter Euangelium prædicaret, cum nonnisi Episcopi id obirent munēris; ait enim Possidius *d*: *Sanctus vero Valerius ordinator eius, vt erat vir pius & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat, suas exauditas à Domino fuisse preces, quas se frequentissime fudisse narrabat, vt sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei ædificare: cui seruiens homo natura Græcus, minus q; Latina lingua & litteris instructus, minus vtilem præstabat. Et eidem presbytero potestatem dedit, coram se in Ecclesia Euangelium prædicandi, ac frequentissime tractandi, contra vsum quidem & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum. Vnde etiā ei nonnulli Episcopi detrahebant. Sed vir ille venerabilis & prouidus, in Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, vtilitati Ecclesiæ consulens obtrectantium non curabat linguas, dummodo facilitaretur à presbytero, quod à se Episcopo impleri minime posse cernebat. Vnde accensa & ardens elevata super candelabrum e lucerna, omnibus, qui in domo erant, lucebat. Et postea currente & volante huiusmodi fama, bono præcedente exemplo accepta ab Episcopis potestate, presbyteri nonnulli coram Episcopis populis tractare cæperunt verbum Dei.* hæc Possidius.

d Possid. vit. S. Augustin. c. 5. PRESBYTERI IN AFRICA PRÆDICANT EVANGELIVM.

XXXV. AVRELIVS EPISCOPVS CARTHAG. PROMOVET PRESBYTEROS AD DOCENDVM.

Et quidem non Ecclesiæ tantum tenues, sed ipsa primatum totius Africanæ prouinciæ gerens Carthaginensis Ecclesia, & eius Præses Aurelius nuper creatus Episcopus eiusmodi Valerii est imitatus exemplum: quod vt acceperunt Augustinus & Alipius, magno gaudio exultarūt, & litteris congratulati sunt ei ista scribentes *f*: *Impletum est gaudio g os nostrum & lingua nostra exultatione, nunciantibus litteris tuis sanctam cogitationem tuam, adiuuante Domino, qui eam inspirauit, ad effectum esse perductam, de omnibus ordinatis fratrib. nostris, & præcipue de sermone presbyterorum, qui te præsente, populo infunditur, per quorum linguas clamat charitas tua maiore voce in cordibus hominū, quam illi in auribus, Deo gratias. Nam quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest? Deo gratias, qui te & tam fideli pectore dit auit erga filios tuos, & id, quod in intimo animæ habebas, quo humanus oculus non penetrat, eduxit in lucem, donando tibi non solum, vt bene velles, verū etiam in quibus posset apparere quod velles.* hæc ipsi lætitia affluentes, quod cœpissent in Ecclesia Carthaginensi docere presbyteri. Tanto namque decuit præcentore nouum occini canticum Domini.

f *Augustin. epist. 77.*

g *Psal. 125.*

XXXVI. h *Hieron. epist. 2.* REPREHENDITVR CONSVETVDO AFRICANÆ ECCLESIÆ.

Improbata igitur fuit & irrita reddita ea Africanæ Ecclesiæ consuetudo, qua iuberentur tacere presbyteri: nam eam his verbis sugillat S. Hieronymus dum ait in epistola ad Nepotianum *h*: *Pessima consuetudinis est in quibusdam Ecclesiis, tacere presbyteros, & præsentibus Episcopis non loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Et si alij*, inquit Apostolus Paulus 1) *fuerit reuelatum sedenti, prior taceat: potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes ædificentur *: & spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est, non enim dissensionis Deus, sed pacis. Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat Episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.* hæc Hieronymus, ostendens ex Apostolica institutione manare, vt doceant presbyteri in Ecclesia; idemq; Nepotiano normam præscribit quo modo presbyteri populum docere deberent.

h *Hieron. epist. 2.*

1 *Cor. 14.*

* consolentur

XXXVII. k *Possid. vit. S. Augustin. c. 6.* AVGVSTINVS EXAGITAT MANICHÆOS.

Sed ad Augustinū redeamus: cui facto presbytero aduersus Manichæos certamen ineundum fuit: *Sane tunc*, inquit Possidius *k*: *in illa Hipponensi vrbe Manichæorum pestilentia quamplurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducente & decipiente eiusdem hæresi quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem conuersante atq; manente.* inter alios autem seductus fuerat quidam eiusdem Augustini amicus nomine Honoratus, ad quē restituendum ad pietatem, scripsit de Vtilitate credendi cōmentarium, eo quod irridentur Fideles, qui credere iuberentur: vbi plura habet de præstantia fidei Christianæ, & certitudine in credendo. Addidit & aduersus eosdem hæreticos de duabus animabus commentarium, quo refellit eos dicentes alteram à patre, alteram vero creatam à principe tenebrarum. Sed & sequēti anno idem Hippone disseruit cum eodem Fortunato Manichæo, de qua disputatione suo loco dicturi sumus.

XXXVIII. DE CORRECTIONE TOTIVS AFRICANÆ ECCLESIÆ AGIT AVGVSTINVS. l *Augustin. epist. c. 4.*

Inter hæc Aurelius Episcopus Carthaginensis, cū haud pridem ex diacono eiusdem Carthaginensis Ecclesiæ factus esset Episcopus, litteris salutauit Augustinum presbyterum hoc ipso presbyteratus eius exordio, cum coalescere inciperet fratrum cœtus, & Alipius cum eis vitam ageret; quod suis ad Aurelium redditis litteris ipse Augustinus significat *l*, quibus & eum hortatus est, vt prauos mores, qui in Ecclesia Africana creuissent, auferret: tātam enim spem se concepisse de eo testatur, cum ait: *Scias itaque domine beatissime & plenissima charitate venerabilis, non desperare nos, imo sperare vehementer, quod Dominus & Deus noster per auctoritatem personæ, quam geris, quam non carni, sed spiritui tuo impositam esse confidimus, multas carnales suditates & agritudines, quas Africana Ecclesia in multis patitur, in paucis gemit, Conciliorum * grauitate & tua posse sanare.* sed quæ in vniuersa Africana Ecclesia corrigenda essent, his verbis inculcat: *Cum enim Apostolus tria breuiter genera vitiorum detestanda & vitanda vno in loco posuerit, de quibus innumerabilium vitiorum excurgit seges: vnum horum, quod secundo loco posuit, acerrime in Ecclesia vindicatur: duo autem reliqua, id est: primum & vltimum, tolerabilia videntur hominibus, atq; ita paulatim fieri potest, vt nec vitia iam putentur. Aut enim Vas electionis m: Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & dolo: sed induite vos Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Horum ergo trium, cubilia & impudicitia tam magnum crimen putantur, vt nemo dignus non modo Ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiam sacramentorum communione videatur, qui se isto peccato maculauit, & recte omnino.*

l *Augustin. epist. 4.*

* consiliorum

m *Rom. 13.*

XXXIX. AGAPES RATIONABILI CAVSA SVBLATÆ.

Sed quare solum? comessationes enim & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, vt in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per dies solemnes (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. & paulo post: *Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, & eorum conuiuiorum, ma priuatis parietibus continentur, accipiamusq; cum eis corpus Christi, cum quibus panem edere prohibemur: saltem de sanctorum corporum sepulchris, saltem de locis sacramentorum, de dominis orationum tantum dedecus arceatur.* hæc cum S. Augustinus inculcet, dicatq; in iisdem conuiuiis prægustari solitum corpus Christi: plane puto intelligis, lector, de Agapibus ipsum loqui, ex institutione Apostolica in Ecclesia olim, Paulo docente *n*, fieri consuetis: laudabilis quidem institutio, quam tamen prauus vsus corruperat: nam symbola charitatis in luxum transierant, & ebrietatem, quæ quidem cum in Ecclesiis tum in marinis Augustinus videtur fuisse correcta, in Africanis optat per Aurelium emendari, atq; idcirco subdit:

n 1. *Cor. 11.*

XL. SVBLATÆ ANTEA IN MVLTIS ECCLESIIS TRANSMARINIS.

Hæc si prima Africa tentare auferre à cæteris terris, imitatione digna esse deberet. Cum vero & per Italia maximā partem, & in aliis omnibus, aut prope omnibus transmarinis Ecclesiis, partim quia nunquam facta sunt, partim quia vel orta vel inueterata, sanctorum & vere de vita futura cogitantium Episcoporum diligentia & animaduersione, extincta atque deleta sint, dubitamus quo modo possimus tantam morum labem, vel proposito tam lato

exemplo, emendare? Et nos quidem illarum partium hominem habemus Episcopum, vnde magnas agimus gratias Deo: quamquam eius modestiæ atq; lenitatis est, eius denique prudentiæ & solicitudinis in Domino, vt etiam si Afer esset, cito illi de Scripturis persuaderetur curandum, quod licentiosa & male libera consuetudo vitiosum instituit. Sed tanta pestilentia est huius mali, vt sanari prorsus (quàtum mihi videtur) nisi Concilij auctoritate non possit. Aut si ab vna Ecclesia inchoanda est medicina: sicut videtur audacia, mutare conari quod Carthaginensis Ecclesia tenet; sic magna impudentia est, velle seruare, quæ Carthaginensis Ecclesia correxit. Ad hanc autem rem quis alius Episcopus esset optandus, nisi qui ea diaconus exercebatur? hæc ipse.

XLI. CONSVETVDO VETVS LENITER TOLLENDA. a *Gal 6.*

Quod vero res longa firmata consuetudine ita videretur vixisse radices, vt perdifficile statim penitus euelli posset; inde est, quod idem S. Augustinus Aurelio persuadet, lenitate non autē seueritate agere, & exemplo potius quā præcepto: nam subdit. *Sed quod erat tunc dolendum, nunc auferendum est, non asperè, (sicut scriptum est a) in spiritu lenitatis & mansuetudinis. Dant enim mihi fiduciam litteræ tuæ indices germanissimæ charitatis; vt tecum tanquam mecum audeam colloqui. Non ergo asperè (quantum existimo) non duriter, non modo imperioso ista tollentur magis docendo, quam iubendo: magis monendo, quā minando: sic enim agendum est cum multitudine: seueritas autē exercenda est in peccata pauciorū. Et si quid minamur, cum dolore fiat, de Scripturis comminando vindictam futuram, &c.* Præstitit hæc quidem cuncta, quæ auferenda Augustinus suasit, & modum, quo abolenda forent, Aurelius, nimirum cum id fecit auctoritate generalis Concilii ex omnibus Africanis provinciis Carthaginē congregati; sed id quidem lenitate & temporis spatio. Siquidem post annos sex, in Concilio Carthaginensi isthæc omnia fuere sublata; vbi Patres & inter eos Augustinus iam Episcopus hæc b sanciuerunt, incipientes iudicium à domo Dei, videlicet:

b *Conc. Carthag 3. c. 30.*

XLII. CANONES DE ARROGATIONE AGAPVM. c *Eod Concil 30.*

Vt nulli Episcopi vel clerici in Ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes, hospitiorum necessitate illic reficiantur. hæc de Episcopis & clericis; laicos vero hoc edito canone monuerunt: c

Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur. hæc in Concilio Carthagine habito, Cæsario & Attico Coss. anno Domini trecentesimo nonagesimo septimo.

XLIII. CORRIGENDÆ NON TOLLENDÆ OBLATIONES PRO DEFVNCTIS. d *Augustin. epist. 64.*

Sed quid præterea Augustinus Aurelio putauit necessario inculcandum? Quod enim eadem quoq; conuiuia & Agapes ex antiquo vsu bene introducta, sed prauis moribus corrupta, non solū exhiberi solita erāt in sepulchris sanctorum martyrum, sed etiam in memoriis defunctorum: idem S. Augustinus ita hæc tolli suadet, vt tamen cōsidcum velit piis oblationibus pro animabus defunctorum: nempe vt quæ ad eorum sepulchra ferrentur, erogarentur in pauperes: sic enim ait d: *Sed quoniam ista in coemeteriis ebrietates & luxuriosa conuiuia, non solum honores martyrum ac carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorū: mihi videtur facilius illis dissuaderi posse istam sordidatem ac turpitudinem si & de Scripturis prohibeatur: & oblationes pro spiritibus dormientium, quas vere aliquid adiuuare credendum est, super ipsas memorias non fiant sumptuosæ, atq; omnib. petentibus siue typho & cum alacritate præbeantur, nec; vendantur: sed si quis pro religione aliquid pecuniæ offerre voluerit, in præsenti pauperibus eroget, ita nec de sacris videbuntur memoriis fluxerunt, quod potest gignere non lenem cordis dolorem; & id celebratur in ecclesia, quod pie & honeste celebratur.* hactenus de his S. Augustinus. Intueris, lector, quam iniuste atq; impie calumnientur recentiores hæretici, qui huiusmodi oblationes præstandas à populo pro animabus defunctorum, excogitatas tradunt à moribus oblatorum ecclesiis ministrantium clericorum; cum illas omnes non clericis, sed pauperibus elargiri, Augustinus suaserit. Cum autem istas comessationes ex Augustini consilio Aurelius Carthaginensis Episcopus sustulisset, ex eoq; accidisset vt populus ab omni pro defunctis pionum officiorum frequentatione cessaret: opus fuit Christianos ad eas præstandas pro defunctis oblationes, Ecclesiastica lege sancita, compellere, tanti enim existimare partes populum in antiquo pietatis officio retinere. Quam obrem in eodem Carthaginensi Concilio Aurelius cum aliis Africanis Episcopis hæc decreuere e:

OBLATIONES PRO DEFVNCTIS VIVI PAVPERVM DESTINARI.

e *Conc. Carthag 4. c 91.*

Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate colunt, tanquam egentium necatores, excommunicentur. cur id, nisi quod (vt ex Augustino dictum est) eædem omnes ac statim erogabantur in pauperes? quas quidem non exiguas fuisse intelligere potes, cum adeo pauperes iis alerentur, vt earum subtractione necari iidem egeni dicerentur. At de his modo hactenus.

Hoc eodem anno cœptæ sunt dissensiones illæ inter S. Epiphanium Constantiæ Cypri & Ioannem Hierosolymorum Episcopum, occasione hæresum Origenis, quas ille vna cum Ruffino, Palladio, Isidoro, & aliis compluribus defendendas ac propagandas infeliciter susceperat. Quod enim sanctus Hieronymus in epistola ad Pammachium tres numerat annos à susceptæ cōtentionis exordio vsque ad tempus illius epistolæ, quam scriptam fuisse post sequentem annum suo loco dicemus; satis apparet hanc ipsam altercationem hoc anno cœpisse, de qua nos sequenti anno opportuniori occasione agere aggrediemur.

XLIV. DISSENSIONES INTER S. EPIPHANIVM ET IOANNEM.

IESV CHRISTI
Annus 392.

SIRICII PAP. Annus 8. VALENTIN. 17. THEODOSII 14. IMPP.

I. DE CONSVLATV ET PRÆFECTVRA RVFFINI. f *Ambros. epist. 3. 4. 35.*

SEQVITVR Christi Redemptoris annus trecentesimus nonagesimus secundus auspicio Consulatus Arcadii Augusti iecundum cum collega Ruffino, qui vna cum Consulatu auctus est quoque Præfectura Prætorii; de quo S. Ambrosius f ad Tatianum superiori anno Consulem: *Ruffinus enim ex Magistro officiorum factus est in Consulatu Præfectus Prætorio, ac per hoc plus posse cœpit, sed tibi tam mihi obsecse: est enim aliarum Præfectus partium. Quasi gaudeo vel illi vt amico, quia honore auctus, mundia lenatus est, vel tibi vt filio, quia liberatus es ab eo, quem tibi graniorem Iudicem arbitrabare.* hæc ipse: has enim discordias inter Ruffinum & Tatianum narrat Zosimus g: vt de his ipsum Ambrosium loqui non dubites. Cum igitur rediisset Theodosius in Orientem, quo præsente (vt vidimus) Gentiles de restituendis deorum sacris nec mutire ausi sunt sine magno ipsorum periculo; Senatores, qui erant Romæ deorum cultores, inter quos omnes Symmachus Consularis eminēret, cum meliorem spem concepissent, publica legatione Valentinianum conueniunt, vt ab ipso impetrent veterā lacra, quæ pluribus legibus editis abstulerat Theodosius. De hac quidem legatione quid in primis Paulinus dicat, & in quo sit corrigendus, videamus.

g *Zos. l. 4.*

II. h *Paul. in Vit. Ambr. DE LEGATIONE GENTILIVM.*

Egresso, inquit h, *Theodosio de Italia, & Constantinopoli constituto Valentiniano Augusto intra Gallias posito directa relatio est sub nomine Senatus à Symmacho tum Præfecto Vrbis de repetenda ara Victoriæ & sumptibus cæremoniarum. Sed vbi comperit sacerdos Ambrosius, misso libello ad Imperatorem postulauit, vt ad se relationis exemplaria dirigentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, præclarissimum libellum conscripsit, vt contra nihil vnquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere.* hæc Paulinus, qui mox subdit de nece Valentiniani, quæ paulo post accidit. At confundere ipsum hanc posteriorē Gentilium Senatorum legationem cum priore, satis superius demonstratum est, cum docuimus de tempore Vrbanæ Symmachi Præfecturæ. Quod si velimus eum confudisse Præfecturam Vrbanam cum Consulatu, quem Symmachus gessit anno superiore; dicenda esset eiusmodi legatio contigisse vltimo anni superioris tempore: nam Theodosium recedentem ab Italia peruenisse Constantinopolim vidimus IV. Id Nouembris.

III. VALENTINIANVS IMP. REMITTIT LEGATIONEM GENTILIVM. i *Ambr. orat. in Symm. Palatin.*

Verum testificatione ipsius Ambrosii demonstratur, nouissimam hanc legationem missam esse ad Valentin. hoc anno paulo ante eius obitum; de qua hæc ipse in funebri laudatione i. Deum pro eius anima interpellans: *Solue ergo seruo tuo munus tuæ gratiæ, quam ille nunquam negauit: qui ante diem mortis, templorum priuilegia negauit, insurgentibus, quos reuereri posset. Astabat virorum caterua Gentilium: supplicabat Senatus. Non metuebat hominibus displicere in Christo.*

ita ibi

ita ibi Ambrosius, qui & superius egit de alia ante missa legatione sub Symmachi Præfectura, de qua nos suo loco pluribus diximus.

IV. VALENTINIANI OBITVS TEMPVS.

Quod vero ad annum, mensem, & diem interitus Valentiniani Imp. pertinet: manifestus error deprehenditur apud Marcellini Chronicon, dum recensetur sub anni superioris Consulibus. Nam præter id, quod dictum est superius, & omnium assertione constat, Theodosium ab Italia recedentem, reliquisse Valentinianum in columem; Epiphanius etiam in libello de Mensuris & ponderibus ita ait; *Sub his Consulibus Arcadio secundū atq; Ruffino mortuus est Valentinianus iunior, filius Valentiniani Magni, inuentus in Palatio subito strangulatus (vt fama fert) Idib. Maij, pridie Pentecostes, in die Sabbati. In ipsa die Pentecostes elatus est: erat autem tunc secundum Aegyptios mensis Pachon dies vigesimaprima, iuxta Graecos Artemisij mensis tertia & vigesima: secundum Romanos decimo septimo Kalend. Iunias.* hæc ipse: vt nulla exactior nota temporis describi potuisse videatur. Sub hoc quoque anno eius interitum recenset Prosper in Chronico, idemq; Zosimum sensisse apparet.

V.

Erat adhuc Valentinianus catechumenus: qui paulo ante obitum profecturus cum exercitu aduersus barbaros in Italiam irrumpentes, cupidus ante eam expeditionem initiari sacro baptismo, Viennæ cum esset in Gallia, S. Ambrosium Mediolano, vt ab illo, quem patris loco habebat, baptizaretur, accersit, sed ipso adhuc in itinere constituto, proditorum appetitus insidiis occisus est. Narrat hæc ipse S. Ambrosius non sine luctu his verbis *a*: *Audiuit in Transalpinis partibus positus, ad Italiæ fines barbaros appropinquasse: solicitus ne alieno hoste suum regnum attentaretur, venire properabat, cupiens dimittere Gallicana otia, & pericula nostra suscipere. Hæc mihi cum aliis communia; illa priuata, quod sæpe me appellabat absentem, & à me initiandum se sacris mysteriis præ se ferebat. Quinetiam cum rumor quidam ad Viennensem pertulisset vrbem, quo inuitandi eum ad Italiam gratia, eo pergerem; quam gaudebat, quam gratulabatur me sibi optato adfore? Mora ei aduentus mei prolexior videbatur, atque vtinam aduentum ipsius nullus præuenisset nuncius. Iam promiseram me profecturum, respondens vel honoratis petentibus, vel Præfecto, vt tranquillitati Italiæ consuleretur, me sicut superfluo ingerere non posse propter verecundiam, ita necessitatibus non defuturum. Confirmatum hoc erat. Ecce postridie litteræ de insruendis mansionibus, inuectio ornamentorum regalium, aliaque huiusmodi, qua ingressurum iter Imperatorem significarent. Quibus rebus ab ipsis, quibus fuerat postulata, intermissa legatio est. Rem mihi videbar, sperata mea præsentia, nec impleta. Sed vtinam viuenti tibi hunc deberem reatum. Excusarem, quod nulla tua audissem pericula, nullas tuas accepissem litteras, quod non potuissem propriis animalibus occurrere, etiam si iter ingressus essem. Itaque securus venie, dum dies subduco, aduentum tuum intelligo. Ecce res. riptum accipio, vt sine mora pergendum putarem, eo quod vadem fidei tuæ habere me apud Comitem tuum velles. Num restiti? num moratus sum? Addatur, eo vt properarem ocyus, nec arbitrarer causam itineris mei Synodum Gallorum esse Episcoporum, propter quorum frequentes dissensiones crebro me excusaueram, sed vt ipse baptizaretur in ipso egressu. Gestarum iam rerum iudicia potius cognoscere, sed properandi studio nihil aduertere poteram. Iam superabam Alpium iuga, & ecce nuncius amarum mihi & omnibus de tanti morte Imperatoris. Reflexi, iteri fletibus meis Laui. Quibus ego votis omnium proficiscebar? Quo gemitu omnium reuertebar? non enim Imperatorem sibi, sed sanctum ereptum putabam. Quanto ipse angebar dolore? primum quod tantus Princeps, quod dulce pignus meum, quod ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego æstus cum illo biduo fuisse comperi, quo litteris, quas ad me miserat, supernixit? Vesperi profectus est Silentiarius: tertio die mane quærebat, iam ne remeasset? iam veniret? Ita sibi saluteni quandam venturam arbitrabatur. O iuuenis optime, vtinam te viuentem inuenire potuissem: vtinam te dilatio aliqua meo reseruasset aduentui. Nihil de aliqua mei virtute polliceor, nihil de ingenio atq; prudentia. Sed quanta ego cura inter te & Comitem tuum (Arbogastem intell. git) quanta sedulitate concordiam & gratiam sedissem? Quam me ipsum pro tua obtulissem fide? Quam in meipsum eos recepissem, quibus ille se timere dicebat? Certe si Comes non esset inflexus, tecum remansissem. Præsumebam de te, quod ipse me audires, si pro te non esse auditum videres. Multa habueram quæ tenerem: nunc nihil habeo præter lacrymas, & fletus.* hæc Ambrosius.

a *Ambr. orat. in funere Valentin.*

VI.

Sed quæ causa eius interitus præcesserit, Zosimus illam ita describit *b*: *Visus Arbogastes subditis sibi militibus idoneus, ob fortitudinem reique bellicæ scientiam & pecuniæ contemptum, magnam ad potentiam peruenit, adeoque tantus erat, vt etiam aduersus Principem liberior esset, & quæcunq; non recte nec vti par erat fieri putabat prohiberet. Ea Valentinianus permoleste ferens, reluctabatur quidem sæpius, sed nihil proficiebat: nam Arbogastes omnium militum beneuolentia munitus erat. Tandem Valentinianus haud ferens amplius, vt huic subiectus esset, cum Augusto in solio sedens accedentem videret Arbogastem, acerbius homine linuis affricens, litteras porrigit, quibus imperium ipsi abrogabat. Ille perlectis: Nec imperium mihi dedisti, ait, nec auferre poteris. quibus prolatis, disceptoque libello, & in terram abiecto, discedebat. Ex eo tempore non clanculum suspiciones alebantur, sed omnibus eorum inimicitiæ patebant.* donec ab eodem Valentinianus ferro confossus (vt subdit) cum ageret militibus ludos: verum nō ferro, vt ait, sed laqueo strangulatus: quod ipsum testatur Socrates *c*: Sozomenus *d* vero male, dum spontaneo laqueo periisse eū affirmat, quod scilicet hęc de eius obitu cubicularii ipsius leui fama sparsissent: hoc namque est quod ait sanctus Hieronymus *e*: *Adolescens Valentinianus & pene puer, post fugam, post exilia, post recuperatum multo sanguine Imperium, haud procul ab vrbe fraterna mortis conscia, necatus est, & cadauer examine suspendio infamatum.* Ruffinus *f* vero tradit, causas, cur laqueo vitam finierit, ignoratas, & num ipse sibi vel alii iniecerint ipsi illum. Sed Ambrosius rerum etiam secreto gestarum probe conscius longe ab hac abhorret sententia, vt sibi ipsi adolescens manus conscinerit: probe sciens id dolo Arbogastis Comitis factum, quem præsentia sua placare se potuisse affirmat, si illic adesse contigisset: etenim Paulino constat auctore, Ambrosium ab Arbogaste omni obseruantia cultum, quem sæpe ab eodem Ambrosio tradit exceptum fuisse conuiuio, eaque de re inter suæ gentis Reges plurimum gloriari solitum. de ipso enim ista Paulinus *g*: *Per idem tempus Arbogastes Comes aduersus gentem suam, hoc est, Francorum, bellum parauit; atque pugnando, non paruam multitudinem manu fudit, cum residuis vero pacem firmauit. Sed cum in conuiuio à Regibus gentis suæ interrogaretur, vtrum sciret Ambrosium, & respondisset, nosse se virum, & dilogi ab eo, atque frequenter cum illo conuiuari solitum audiuit: Ideo vincis omnes, quia ab illo viro diligeris, qui dicit Soli, Sta, & stat.* hæc Paulinus à nobis recensita, quod iure doluerit Ambrosius se præsentem minime fuisse, quo sibi deuinctum Comitem ipsum Arbogastem placasset. Quod vero dicit idem Paulinus, eum fuisse natione Francum, id ipsum affirmat Zosimus; sed Sozomenus Galaram, hoc est, Gallum, appellat, idem esse Francum, quod Gallum existimans. Francum quoque eum dixerunt alii. Quibus autem moribus compositum esset, vt ab Ambrosio amaretur, Suidas *h* declarat his verbis: *Arbogastes Francus robore corporis & asperitate animi flammæ similis, proximus à Bautone (hic Consulatum gessit cum Arcadio) In hoc fuit constans & exquisita molestia, & odium irreconciliabile auaritiæ, vnde diuitijs gregario militi nihil præstabat. Quapropter Cæsari Theodosio vtilis videbatur; vt qui ad Valentiniani mores virtles & iustos suam quoq; grauitatem adiungere, & regiam instar rectæ & immotæ columnæ sustentare posset, ne quid in aula damni aut peccati admitteretur.* hęc Suidas de Arbogaste: cui, ex sententia etiam Regum barbarorum constat, ante tam immane facinus perpetratum omnia dextera contigisse, innumerisque eum ferme auctum fuisse victoriis; post necem vero Imperatoris, iusto sanguine in eum clamante vindicta, semper in deteriora esse prolapsum.

b *Zosim. l. 4.* CAVSA NECIS VALENTINIANI IMP.

c *Socrat. l. 5. c. 24.*
d *Sozom. l. 7. c. 22.*
e *Hieron. epist. 3.*
f *Ruffin. l. 2. c. 31.*

ARBOGASTES AMICVS S. AMBROSII.

g *Paul in vita S. Ambros.*

h *Suid. verb. Arbogastes.* ARBOGASTIS VIRTVTES.

VII. VALENTINIANI MORES LAVDATI.

Quod vero ad Valentiniani ipsius mores pertinet, S. Ambrosius mira refert; delictaq; illa pristina, quæ ante, vt faueret Arianis, iniquissime perpetrarat, relinquit obuoluta silentio, quod sciret non puerulo ea fuisse adscribenda peccata, sed Iustinæ Augustæ Arianæ fœminæ, cuius nutu omnia voluebantur. Sed quod ad mores spectat: quam in primis studeret ea corrigere, quę de se alits displicere cognosceret, his verbis ostendit *i*: *Verebatur primo ludis*

i *Ambr. orat. in funere Valentin.*

Circensibus delectari: sic istud absterserit, vt ne solemnibus quidem Principum natalibus vel Imperialis honoris gratia Circenses putaret esse celebrandos. Auebant aliqui ferarum eum venationibus occupari, atque ab actibus publicis intentionem eius abduci; omnes ferae vno momento iussit interfici. hæc de his Sanct. Ambrosius: quod enim nefas sit opinari sanctissimum virum vel leue mendacii folium attexuisse eius coronæ laudum, dicta ab eo fide dignissima habenda sunt; qui & hæc subdit: Audite in Consistorio negotia, & Danielis spiritu, in quibus dubitarent senes; vel persona alicuius contritu ducerentur, congruam vero adolescente videres senilem ferre sententiam. Iactabant inuidi, quia præmature prandium peteret; cœpit ita frequentare iciunium, vt plerumq; ipse impransus conuiuium solemne suis Comitibus exhiberet, quo & religioni sacra satisfaceret, & Principis humanitati, sed de eius castitate hæc addit:

VIIII. DE SCENICA FORMOSA.

Scenicæ, inquit, cuiusdam forma ac decore deperire Roma adolescentes nobiles nunciabantur: insitt eam ad Comitatum venire. Missus pretio deprauatus, sine mandati effectu redijt. Alterum missit, ne voluisse emendare vitia adolescentum, & non potuisse videretur. Datus est obtrectandi aliquibus locus. Deducta tamen nunquam aut spectauit, aut vidit. Postea redire præcepit, vt omnes agnoscerent, irritum eum nouisse mandatum, & adolescentes docerent ab amore mulieris temperare, quam ipse, qui potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc fecit, cum adhuc non haberet vxorem, & tamen exhiberet sui tanquam vinctus coniugio castitatem. Quis tam dominus esset, quam ille sui corporis fuit? Quis tam aliorum arbiter, quam ille sui censor ætatis? Quid de pietate eius loquar? Quis cum homines nobili ortos genere & locupleti prosapia, qua cito mouere inuidiam scit regiæ cupiditatis, accusator vrgeret, Præfectus insisteret: respondit, vt nihil eruentum sanctis præsertim ducibus statueretur. Et cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, calumniæ pronunciaturus, accusatum libere, donec Præfectus cognosceret, obseruare iussit. neq; ante aut postea quisquam tanti criminis sub adolescente Imperatore formidauit inuidiam. hæc & alia plura San. Ambrosius, qui tota illa oratione in eo argumento versatur. Inferius vero de annis, quibus impetauit, hæc habet mendosa lectio:

IX. TEMPVS QVO VALENTIN. REGNAVIT. * desunt

Metuo te & tu nobis aliqua offensione fu raptus, vt octauo decimo regni tui anno imminentis mali acerbitatem quasi iustus euaderes. hæc de tempore, quo impetauit. Cæterum si ratio subducatur ab anno, mense, & die, quibus imperare cœpit, & quibus desiit, nonnisi annos sexdecim, menses sex, minus diebus octo contingit numerari: tot enim sunt* dies à decima quinta Maij, qua obiit, vsque vigesimam tertiam Nouemb. qua fuerat adscitus in Imperium, vt impleatur mensis. Siquidem Valentinianum seniorem ex hac vita migrasse constat post Consulatum Gratiani & Equitii, decimo quinto Kal. Decemb. ac post dies sex (vt ex Ammiano dictum est) ipse Valentianus iunior regnare cœpit, anno Domini trecentesimo septuagesimo quinto, mensis Nouembris vigesima tertia die: à quo tempore si numeres vsq; in præsentem annum, & mensis Maii diem decimam quintam, quibus eum decessisse perspicue satis vidimus; non amplius quam dicto tempore reperies imperasse. vnde mendum in notam numeri apud S. Ambrosium irrepsisse, facile inducimur, vt credamus: ipsum enim vltra præsentem annum vitam produxisse, ea, quæ sequenti anno dicentur, impossibile esse significent. Erat Valentinianus cum obiit, annum agens ætatis vigesimum septimum inchoatum: siquidem sub Gratiani & Dagalaiphi Consulatu natum vidimus: sententiam autem Ammiani a, qua eum fuisse quadrimum refertur anno trecentesimo septuagesimo quinto, secundum quam dicendus esset obisse annum ætatis agentem vigesimum primum, superius confutauimus.

a Ammian. lib. 30.

X. LVCTVS THEODOSII.

Sic igitur vita functo Valentiniano corpus eius delatum est Mediolanum, nullo obicem ambitores, ne se arguerent tanti sceleris reos, & ex hoc subiacerent inuidiæ, liberam euectionem regii cadaueris permisere. Vniuersis hisce (inquit Zosimus) Theodosio Principi eodem tempore renunciatis: vxor eius Galla fratrem deplorans regiam vniuersam conturbabat simul & ipse Princeps magno mœrore curaq; conficiebatur. hæc & alia Zosimus: sed quod ait de Galla Augusta, brevi post iam ante obitum Valentiniani ipsum vita functam, superius ex Marcellino dictum est. Theodosius vero, quod vnicum sibi pietatis officium reliquum esse videbatur, de honorifica sepultura curanda ad S. Ambrosium litteras dedit, qui ad eum ista rescripsit b:

b Ambros. epist. 34. XI. EPISTOLA AMBROSII AD THEODOSIVM.

Silentium meum rupit serino clementiæ tuæ. Nihil enim in tam tristibus rebus melius facere, in animum induxeram, quam si fieri posset, me ipsum abdere. sed quia in secessu aliquo delitescere & sacerdotio exire non poteram, vel silentio intra me latebam. Doleo enim, fateor, dolore acerbo, non solum quod immatura ætate Valentinianus Augustus decesserit, sed etiam quod informatus fide ac tuis institutis tantam deuotionem erga Deum nostrum induerat, atq; tanto in me incubuerat affectu, vt quem ante persequebatur, nunc diligeret: quem ante vt aduersarium repellebat, nunc vt parentem putaret. Quod ego non pro recordatione iniuriæ veteris expromsi, sed pro testimonio conuersionis. Illud enim alienum, hoc suum; quod à te insitum filij ita tenuit, vt matris persuasionem excluderet. Ille sed à me nutritum præ se ferebat: ille vt fedulum patrem desiderabat: ille simulato à quibusdam aduentu mei nuncio, impatienter præstolabatur. Quinetiam illis ipsis publici doloris diebus, cum sanctos & summos sacerdotes Domini intra Gallias haberet, vt à me tamen sacramentis baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est. Quod etiam si non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est.

XII.

Hunc ergo non intimo ambelem spiritu, secretiq; mentis atq; animi visceribus amplectar? Hunc mihi mortuum putem: immo mihi magis viuit. Quas ego Domino referebam gratias, quod ita in me coepisset esse, quod ita emendatus, quasi senioris cuiusdam ætatis mores induisset? quas clementiæ tuæ, quod eum non solū regno reddidisses, sed etiam (quod est amplius) institutisses fidei & pietatis tuæ disciplinæ? Hunc ergo non doleam, cui integrū, antequam sacramentum, quæ desiderauit, adipisceretur gratiam, repentina obisse morte? Reluctatus sum, quod etiam ipse dignatus es ferre testimonii dolori. Vt Imperator, arbitrū teneo affectus mei, te mea mentis interpretē. Sed flendi tempora alias non deerunt: nunc de sepultura eius, quoniā scripsit clementia tua ita hic procurandū. Sed exors recessit hæc summa: quid cognouerim, non reprehendo. Est hic porphyreticum labrū pulcherrimū, & in vsu huiusmodi aptissimū: nam & Maximianus Diocletianū socium ita humatus est. Sunt tabulæ porphyreticæ pretiosissimæ, quibus vestiatur operculū, quo regales exuiæ claudantur. Hæ fuerat paratæ, sed expectabatur rescriptū clementiæ tuæ, cuius perceptione recreatæ sunt sanctæ filiæ tuæ. filij tui Valentiniani soror, quæ se grauibus afficiunt modis, & amplius exagitabantur, quod eis nihil scriberetur sibi. Vnde iis non parum accessit solatij: sed dum inhumatæ sunt reliquiæ, nequaquam sibi parcunt: videntur enim sibi germini sui quotidianum fumū tenere. Et re vera cum sine fletu magno ac sine dolore graui nunquam sint: tamen quoties cunq; to accolunt, exangues reuertuntur. Et ipsū igitur consuletur, & carissimis exuuiis, si accelereter sepultura, ne æstimo penitus soluantur calore vix enim superiorem æstatem transegimus. Mandatum tuum seruo, & commendo Domino. Diligat te Dominus, quia tu Domini seruos diligis. hucusque epistola Ambrosii ad Theodosium Imperatorem.

SEPVLCHRVM VALENTINIANI.

XIII. AMBROSIVS LAVDAT VALENTINIANVM PVBLICA ORATIONE. Ambros. de obit. Valentiniani. VTILITAS PRO DEFVNCTIS.

Curauit igitur, ex Theodosii voluntate sepulturam S. Ambrosius, & qua die corpus sacrophago condendum erat, panegyricam habuit orationem: nam in ipsa inter alia c: Sed tam, inquit, cara mihi complectar viscera & debita quidam sepulchro, prius tamen singula membra perspiciam. post multa autem de eodem licet catechumeno adhuc, vitam tamen æternam consecuto (nam quod expetitum baptismū non accepérit, scelus anteuertit proditorum) hæc habet: Nec nos quidem dubitemus de meritis Valentiniani, sed tam credamus vel testimoniis Angelorum, quod detersa labe peccati, ablutus ascendat, quem sua fides: lauit, & pietio consecrauit. Credamus, quia ascendit à deserto, hoc est, ex hoc arido & inculto loco ad illas floridas lætitias delectationes, vbi cum fratre coniunctus æterna vita fruitur voluptate. Beati ambo, si quid nostræ orationes valebunt, nulla dies vos silentio præteribit: nulla inhonoratos vos mea transibit oratio; nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transiuerret: omnibus vos oblationibus frequentabo. Hæc Ambrosius. Habes, lector, ex ipsius munifica sponsione, pro defunctis suffragiatum precibus, tum omni genere (vt ait) oblationum, pro concione, oratione publica decantata, idque ex antiquo (vt vidimus) Ecclesiæ vsus præscripto, non reaeris ab Ambrosio inductum & vsurpatum.

c Ambros. de obit. Valentiniani.

Quod

XIV.

Quod enim ad salutem animæ Valentiniani spectare videtur; ea quidem Ambrosii certa securaque testificatione firmatur: etenim non solum ad id significandum baptismi votum atque petitio interesset, sed præcesserit fidei Christianæ fortis, constans, & animosa confessio, cum (vt ex Ambrosio dictum est) vrgeret caterua Gentilium, & Senatus instaret pro restitutione Gentilium rituum: sed & cum id (vt diximus) factum ante diem obitus eius sit, vehemens suspicio fuit mortem ipsi illatam arte Gentilium, sicque confessor ac pene martyr ob necem illatam ex hac vita decesserit. Quæ enim sunt postea subsecuta, arguunt ea, quæ præcesserunt. Siquidem qui post eius obitum arripuit Imperium, Gentilibus idolorum cultoribus fauit, restituit iura templorum, sacrificia intermissa sedulo reuocauit Ethnicisq; hominibus quæcunq; petiere concessit: vt plane proditione Gentilium id factum esse, coniectura non leuis intercedat. Sed iam singula disquiramus, quæ hæc secuta sunt.

XV. EVGENII TYRANNI.

Qui post Valentinianum regnare cœpit, fuit Eugenius: nomen sibi tyrannus sumens Augusti, elatus in Imperium à Valentiniani interfectoribus. Quisnam autem hic fuerit, cum plures eius nominis repetiantur viri, qui hoc sæculo claruere: ne quod vnius est, alii tribuatur; de singulis dicendum puto. Primus omnium ille occurrit, qui claruit temporibus Constantii ac Iuliani; cuius statua dicata in Foro Traiani, eiusmodi erat inscriptione notata *a*:

a *Apud Senatium antiq. inscrip pag. 68. n. 6.*

FL. EVGENIO, V.C. EX. PRÆFECTO. PRÆTORIO
CONSVLI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO
OFFICIORVM. OMNIVM. COMITI. DOMESTICO
ORDINIS. PRIMI. OMNIBVSQ. PALATINIS
DIGNITATIBVS. FVNCTO. OB. EGREGIA. EIVS
IN. REMPVBLICAM. MERITA. HVIC
D. D. N. N. CONSTANTIVS. VICTOR. AC
TRIVMPATOR. SEMPER. AVGVSTVS. ET
IVLIANVS. NOBILISSIMVS. CÆSAR
STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI
TRAIANI. QVAM. ANTE. SVB. DIVO
CONSTANTE. VITÆ. ET. FIDELISSIMÆ
DEVOTIONIS. GRATIA. MERVIT
ADPROBANTE. AMPLISSIMO. SENATV
SVMPTV. PVBLICO. LOCO. SVO
RESTITVENDAM. CVRAVERVNT

Deturbata illa quidem Eugenij statua fuisse videtur à Magnentio tyranno, qui occiso Constante, tyrannidem arripuit Imperii Occidentalis.

XVI. EVGENIVS PRÆFECT. VRBIS.

Vixit his quoque temporibus Fl. Eugenius * Agellus Præfectus Vrbis, cuius memoria reperitur in basi vnius columnarum ambientium Sanctuarium in basilica San. Pauli, per Valentinianum ipsum, de quo egimus, restitui cœpta. qui ex loco & opere fuisse arguitur Christianus, & sicut familia, ita fortasse sanguine coniunctus Asellæ nobili Romanæ ac sanctissimæ virgini, quæ à S. Hieronymo summis laudibus celebratur. Porro eiusdem Eugenij breuis hæc legitur ibi inscriptio:

* Aselius

FL. EVGENIVS. ASELLVS
C. C. PRÆF. VRB.
V. S. I. REPARAVIT

Cæterum neminem horum fuisse Eugenium tyrannum, de quo agimus, certum est: siquidem prior ille Consul ordinarius designatus, antequam Consulatum adiret, diè obiit: posterior vero iste, quod Vrbanam gesserit Præfecturam, longe diuersus ab Eugenio tyranno fuisse conuincitur, qui nunquam huiusce modi muneris dignitate functus aliquando reperitur; etenim nulla prorius natalium claritudine nobilis iste fuit, quem clientem & famulum Arbogastis nominat Claudianus, cum ait *b* his versibus:

b *Claud. in Panegyric. de tertio Honorij Consulatu.*

Prob crimen superum, longi prob dedecus æui:
Barbarus Hesperias exul possederat oras,
Sceptraq; deiecto dederat Romana clienti. & alibi *c*:
Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul.

c *Idem in Panegyric. de 4. Consulatu.*

EVGENIVS TYRANNVS.

Ignobilis plane hic, quem Arbogastes euexit in Imperium, Eugenius fuit. Insuper extitit & alius quoq; Eugenius eunuchus, qui Procopio aduersus Valentem tyrannidem exercenti ipso Imperii exordio præsto fuit, cuius meminit Zosimus *d*: sed cum de Eugenio agit, qui occiso Valentiniano imperauit, plane diuersum ab hoc fuisse significat: quem obscurum genere, rhetoricis facultatibus, quas publice professus erat, tantummodo clarum, in aula versatum, Rhicomeri Duci familiaritate coniunctum, & eius commendatione ab Arbogaste in familiaritatem acceptum tradunt.

d *Zos. l. 4.*

Sic igitur sublimatus in Imperium Eugenius, legationem ad Theodosium pro pace misit, functusq; est eo munere inter alios Ruffinus Athenienſis: *qui* (inquit Zosimus *e*) *nec litteras Arbogastis secum ferebat, nec vllam aliam mentionem illius faciebat. Cum Princeps Theodosius in deliberando, Legatisque cõuenienter respondendo cunctando detinuit.* Addit Ruffinus, missos tunc fuisse etiã Legatos sacerdotes, qui Arbogastem culpa purgarent, insontemq; eum penitus mõstrarent. Cæterum inter hæc Theodosius de expeditione aduersus Eugenium paranda cogitare cœpit: cum interim Eugenius Gentilium vatũ deciperetur promissis, de quo hæc Sozomenus *f*: *Porro Eugenius quidam, erga Christianorum religionem non sincere affectus, Principatum inuasit, & Imperij insigna assumpsit. Putabat enim, se id, quod conabatur, absque impedimento consecuturum, inductus quorundam verbis, qui se futura prædicturos pollicebantur ex victimarum immolatione, & viscerum inspectione, & obseruatione siderum. Harum rerum studiosi tunc erant cum alij multi apud Romanos in dignitate constituti viri, tum etiam Flauianus tunc temporis Præfectus, vir eximius, & in rebus politicis prudens habitus, quiq; insuper ex omnis generis diuinationis scientia exacte præscire futura credebatur.* fuit hic pernecessarius Symmachi Consularis, cuius ad eum scriptæ extant complures epistolæ, quibus plane intelligitur ipsum idololatriæ addictissimum fuisse. Sed pergit auctor: *Hac enim existimatione Eugenium potissimum perpulit, vt ad bellum se se pararet cum Imperium illi fato destinatum esse Flauianus asseueraret, & victoriam ex pugna illi cessuram, & mutationem religionis Christianæ.* hæc Sozomenus. At quinam fuerint vtriusq; Principis apparatus, suo loco dicturi sumus infersius.

e *Zos. l. 4.* LEGATIO AB EVGENIO AD THEODOSIVM.

f *Sozom. l. 7. c. 22.*

XVII.

Quid autem Gentilium deorum defensor, Imperatorem nactus quamuis Christianum, tamen ad Gentilitatem propensiorem, Flauianus ab Eugenio, simul ac Augustus acclamatus est, petierit & obtinuerit; Paulinus ita declarat *g*: *Non multo post, petentibus tunc Flauiano Præfecto & Arbogaste Comite aram victoriæ, & sumptus cerimoniarum (quod Valentinianus augustæ memoriæ adhuc in iuuenibus annis constitutus denegauerat) oblitus fidei suæ concessit. Hoc vbi audiuit sacerdos Ambrosius, relicta ciuitate Mediolanensi, ad quam ille festinato veniebat, in Bononiensem ciuitatem emigrauit.* inuitatus namq; fuerat à Bononiensi Episcopo ad translationem S. Agricolæ martyris, de qua ipse meminit *h*, atq; martyris reliquias acceptas secum vexisse testatur. *Bononia vero recedens* (subdit Paulinus) *Fauentiam vsque perrexit: vbi cum aliquantis degeret diebus, inuitatus à Florentinis, ad Tusciam vsque descendit, declinans magis aspectum sacrilegi viri, non formidans imperantis iniuriam.* Tunc & epistolam ad eundem dedit, qua causam significauit, cur ipso non expectato, Mediolano recesserit, reddemus hic ipsam; licet eandem à nostra bibliotheca acceptam, in Sixtina editione edendam proposuerimus cum aliis S. Ambrosii epistolis: est autem huiusmodi *i*:

XVIII. REDDITA GENTILIBVS ARA VICTORIÆ ET ALIA IVRA.

g *Paul. in vita S. Ambros.*

h *Ambr. in exhortat. ad virgin.*

AMBROSIVS VITAT ET LITTERIS CORRIPIT EVGENIVM

Clementissimo Imperatori Eugenio Ambrosius Episc.

Secessionis meæ causa timor Domini fuit, ad quem omnes actus meos, quantum queo, dirigere, neque vnquam ab eo mentem deflectere, nec pluris facere cuiusuis hominis, quam Christi gratiam consuetui. Neminem enim facio iniuriam, si omnibus Deum præfero, & confidens in ipsum, non vereor vobis Imperatoribus dicere qua pro meo captu sentio. Itaque quod apud alios Imperatores non tacui, nec apud te, clementissime Imperator, tacebo. Atque vt ordinem rerum custodiam, strictim recensebo, quæ ad hoc spectant negotium. Retulerat vir amplissimus Symmachus, cum esset Præfectus Vrbis, ad Valentinianum augustæ memoriæ Imperatorem iuniorem, vt templis, quæ sublata fuerant, reddi iuberet. Functus est ille partibus suis pro studio & cultu suo. Vtique etiam ego Episcopus partes

i *Ambr. ep. 15. edit. Sixti.*

XIX. AMBROSII MEDIOLANIDISCESSVS CAVSA.

meæ debui recognoscere. Dedi libellos Imperatori duos, quibus significarem sumptus sacrificiorum Christianum verum non posse reddere, & non fuisse quidem me auctorem cum tollerentur, auctorem tamen fieri quo minus decernerentur, debere, quia dare pretia sacrificiorum simulacris videretur, non reddere. Quod enim ipse non abstulerat, non quasi ipse redderet, sed arbitratu proprio largiebatur ad superstitionis impensas. Postremo si fecissem, aut non venirem ad ecclesiã, aut si venirem, futurum, vt aut sacerdotẽ non inuenirem, aut inuenirem sibi in ecclesia resistentem. Nec ad excusationem obtendi posse, quod esset catechumenus, cum non liceat etiam catechumenis sumptus idolis subministrare. Lecti sunt libelli mei in Consistorio: aderat amplissimus honore magisterij militaris Bauto comes, & Rumoridus* & ipse eiusdem dignitatis Gentilium nationum cultui inseruiens à primis pueritiæ suæ annis Valentinianus tunc temporis audiuit suggestionem meam, nec fecit aliud, nisi quod fides nostra ratio poscebat. Acquieuerunt etiam Comites sci.

* Rumoridius,

XX.

Postea etiam clementissimo Imperatori Theodosio coram intimanti, atq; in os dicere non dubitaui: cui intimata Senatus legatione huiusmodi, licet non totus Senatus popposcerit, insinuationi meæ tandem assensionem detulit: & sic aliquibus ad ipsum non accessi diebus, nec molestè tulit, quia non pro meis commodu faciebam, sed quod & ipse & anima meæ præderat, in conspectu regis loqui non confundebar a. Iterũ Valentiniano augustæ memoriæ Principi legatio à Senatu missa intra Gallias, nihil extorquere potuit. & certe aberam. nec aliquid tunc ad eum scripseram. Sed vbi clementia tua Imperij suscepit gubernacula, compertum est postea donata illa esse præcellentibus in Republica sed Gentilu obseruantiæ viris, & fortasse dicatur, Imperator Augustæ, quæ ipse non templis reddideris, sed bene meritis de te donaueris. Verum nostri pro Dei timore agendum esse constanter: quod etiam pro libertate frequenter fit, non solum à sacerdotibus, sed etiam ab his, qui vobis militant, aut in numero habentur prouincialium. Te imperante petierunt Legati, vt templis redderes non fecisti, iterum alteri postulauerunt: recusus es, & postea ipsis, qui petierunt, donandum putasti.

a *Psal.* 118. AMBROS. REDARGVIT EVGENIVM OB SVMPTVM ROGATVM GENTILIVM SACRIFICIIS.

XXI.

Etsi Imperatoria potestas magna sit, tamen considera, Imperator quantus sit Deus, qui corda b omnium videt, conscientiam interiorem interrogat, nouit omnia, antequam fiant, nouit intima pectoris tui. Ipsi falli vos non patimini, & Deum vultis celare quicquam? Hoc non cecidit in animum tuum? Quamuis enim illi agebant tam perseueranter, nomine tñ tuo fuit Imperatur, pro Dei summi & veri & viui veneratione perseuerantius obsistere, & negare, quod erat iniuriæ sacræ legis. Quis inuidet, quoniam quæ voluisti, aliis donauisti? Non sumus scrutatores vestræ liberalitatis, nec aliorũ cõmodorum inuida sed fumus interpretes fidei. Quo modo offers dona tua Christo: Pauci æstimabunt, quid fecerit, omnes quid voluerit, quicquid illi fecerint, tum erit, quicquid non fecerint, suum: & sic es Imperator, Deo subditus magis esse debes. Quo modo sacerdotes Christi tua munera dispẽsabunt: Fuit huiusmodi quæstio temporibus superioribus, & tamen fides Patrum ipsa cessit persecutio, & Gentilitas detulit.

b *Act.* 1. *Dan.* 13.

XXII.

Nam cum ageretur agon quinquennalis in ciuitate Tyro c, & ad spectandum venisset Antiochia Rex, sceleratissimus Iason ordinauit sacrorum procuratores, vt ab Hierosolymis Antiochenses ferrent didrachmas argenti CCC. & illas darent ad sacrificium Herculis: verum Patres non Gentilibus dederunt pecunias, sed viris fidelibus suis misis protestarunt non erogari ad deorum sacrificium, quia non congruebat, sed in alios sumptus dari, & pronunciatum est (quia ille ad sacrificium Herculis missam dixerat argentum) suscipi quidem debere in id. ad quod erat missum: sed quia illi, qui detulerant, resistebant pro studio & cultu suo, vt non sacrificio proficerent, sed aliis necessitatibus: traditæ sunt pecuniæ ad constructionem nauium, etsi coacti inferunt, non tamen ad sacrificium, sed ad alios sumptus Reipublicæ. Deniq, qui attulerant, vtiq, potuissent tacere. sed ladebant fidẽ, quia sciebant quo deferrent, & ideo missi sunt viri timentes Deum, qui agerent, vt non templo, sed ad impensas nauium, quæ missa fuerant, deportarentur. Illo enim crediderunt pecunias, quo causas agerent sanctæ legis. Iudex rerum effectus fuit, qui absoluit conscientiã. Sipositi in aliena potestate sic præcauebant: quid te oporteret facere, ô Imperator, dubitari non potest. Te vtiq, nemo cogebat, nemo habebat in potestate: debuisti sacerdotem consulere.

c 2. *Machabæor.* 4. ARGVMENTVM AB EXEMPLO.

XXIII.

Ego certe quando tunc restiti, etsi solus restiti, tamen non solus volui, nec solus id feci. Quoniam igitur meis vocibus & apud Deum & apud omnes homines teneor, aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere, nisi vt consulerem mihi, quia non potui tibi cedere modeste. Certe diu pressi, diu texi dolorem, nulli quicquam intimandum putaui: dissimulare mihi nunc non licet, tacere liberum non fuit. Ideo etiam in primordiis Imperij tui scribenti, non rescripsi, quia istud præuidebam futurum. Denique repositeri literas, cum ipse non rescriberem, dixi: Hæc causa est, quod extorquendum ei arbitror. Tamen vbi causa emersit officij mei, pro his, qui solicitudinem sui gerebant, & scripsi & rogaui: vt ostenderem in causis Dei, tiliorem mihi iustum metlem, nec pluris me facere adulationem, quam animam meam: in his vero, in quibus vos rogari decet, etiam me exhibere sedulitatem potestati debitam; sicut & scriptum est d: Cui honorem, honorem: cui tributum, tributum: Nam cum primato detulerim corde intimo, quo modo non deferrem Imperatori? Sed qui vobis deferri vultis, patimini, vt deferamus ei, quem Imperij vestri vultis auctorem probari. hactenus Ambrosij epistola ad Eugenium.

d Rom. 13.

XXIV. AMBROS. QVID EVGENTIVS.

Recitat ex eadem epistola fragmentum Paulinus. Sed sequamur Ambrosium: qui cum peruenisset Florentiam, opportune accidit, vt rogatus dedicaret ecclesiam à Iuliana clarissima fœmina erectam: sub cuius altare condidit idem sanctus reliquias martyris Agricolæ, quas Bononiæ acceperat. Habuit ibidem luculentam orationem Ambrosius, qua cum religiosæ fœminæ in erectione basilicæ factum laudibus celebrarit, maiori tamen præconio extulit, quod de de viuis lapidibus nobilius templum Deo dicaret, nempe tres filias vna cum filio. Fuit Ecclesia illa nomine sancti Laurentij nuncupata, eademq; Ambrosiana dicta à ciuibus, in memoriam tanti viri, qui eam dedicasset, Ambrosij. Ibi cum ageret sanctus Antistes, cum sancto Zenobio eius ciuitatis Episcopo familiaritatis vsus ipsi interessit, plurib. inter se officiis declaratus; quæ Paulinus recenset, sicut & præclara miracula ibidem Apostolis digna edita. Permansit ibi Ambrosius, vt putatur, vsq; ad reditum Mediolanum, nempe ad biennium: constat enim eodem auctore Paulino, Mediolanum non ante reuersum, quam sub Consulatu Arcadij tertio atque Honorij secundo, quo anno Theodosius in Italiam descendit aduersus Eugenium.

XXV.

Cætetum etsi Florentia recessit Ambrosius corpore, tamen virtute iugiter mansit: cuius quidem rei certum exhibuit experimentum, tum quod sanctus Zenobius testatus est, se mirando quodam modo, absente illo licet, vidisse tamen Ambrosij speciem ipsum in omnibus reddentem quasi orantem in basilica Ambrosiana, tum etiam cum post obitum præsto illi ciuitati fuit aduersus ducenta millia barbarorum, dum obsidione cingeretur à Rege Radagaiso. At de his pluribus inferius romo quinto acturi sumus: Sed ad Eugenium reuertamur. Falsa ipse spe illectus oraculorum ac diuinationum Gentilium, nihil non indulsit, quod iidem pro restituendo collapso cultu deorum postulassent: iisque parare se cœpit præsidiis ad resistendum Theodosio, si armis decernere haberet in animo: hisque munimentis stabiliendum sibi curauit Imperium, homo alioqui Christianitatis feruens imaginem.

CONTRARIA STVDIA THEODOSII ET EVGENII.

Cum è contra Theodosius, semel atque iterum expertus, nihil adeo ac pietatem erga Deum ad barbaros actyrannos debellandos conducere, nihil antiquius habuit, quam diuinum auxilium quibus valeret officiis demerere, conciliareq; piis legibus diuinum numen, quod facilegis rescriptis ab Eugenio sciret offensum. Quod igitur magno animi dolore cognouisset, Eugenii concessione restitui in Romano Capitolio aram Victoriæ, occlusa diu referari Gentilium templa, fumare Vrbem nidore derestabilium sacrificiorum, oracula consuli, extaque inspici animalium: quod tamen sibi non adhuc integrum esset, his malis occurrere; quibus valuit modis, contrariis legibus repugnare nisus, hanc aduersus idolorum cultores edidit sanctionem:

e *l. 11. de Pagan. C. Theodos.*

XXVI. THEODOSII EDICTVM ADVERSVM GENTILIVM EVGENII VM.

Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatũ, vel in potestate positus, vel honore perfunctus, siue potens sorte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla vrbe, sensu carentib. simulachris, vel insontẽ victimã cædat, vel secretiore piaculo lares, ignem, erogenium, penates nidore veneratus, accẽdat lumina, imponat thura, serta suspendat. Quod si quispiã immolare hostiã sacrificatus audebit, aut spiritalia exta consulere;

ad exem-

ad exemplum maiestatis reus, licita cuncto accusatione delatus, excipiat sententiam competentem, etiam si nihil contra salutem Principum aut de salute quæsierit. Sufficit enim ad criminis molem, naturæ ipsius leges velle rescindere, illicita perscrutari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quærere salutis alienæ, sibi alieni interitus polliceri. Si quis vero mortali opere facta & anum passura simulacra, imposito thure, venerabitur, ac ridiculo exemplo metuens, subitoque ipse vel redimita vittis arbore, vel erecta effossis ara cæspitibus, vanas imagines humiliore licet muneris pretio, tamen plena religionis iniuria honorare tentauerit: ut vtpote violata religionis reus, ea domo, seu possessione mulctabitur, in qua cum Gentilicia constiterit superstitione fumulatum. Namque omnia loca, quæ thurea constiterit vapore fumasse (si tamen ea in iure fuisse thurificantium probabuntur) Fisco nostro associanda censemus. Sin vero in templis, fanisve publicis, aut in ædibus agriue alienis tale quidpiam sacrificandi genus exercere tentauerit: si ignorante Domino vsurpata constiterit, viginti quinque libras auri mulcta nomine cogetur inferre: conniuentem vero huic sceleri par ac sacrificantem pœna retinebit. Quod quidem ita per Iudices, ac Defensores, ac Curiales singulorum vrbium volumus custodiri, vt illico per hos comperta in iudicium deferantur, per illos delata plectantur. Si quid autem ij tegendum gratia, aut iniuria prætermittendum esse crediderint: commotioni iudiciariæ subiacebunt. Illi vero moniti, si vindictam dissimulatione distulerint, tringinta librarum auri dispendio mulctabuntur, Officiis quoque eorum damno parili subiugandis, Dat. VI. Idus Nouembris, Constantinopoli, Arcadio Augusto II. & Rufino Coss. Hi sunt primi Theodosij ad futurum bellum apparatus ex religione comparati.

XXVII. Ac nec id satis, sibi subiectum Imperium ab idololatriæ sordibus expurgare: sed & Christianam religionem conatus est ab hæresum inquinamentis liberam reddere. quamobrem hoc ipso anno aduersus hæreticos ita rescripsit *a*:

In hæreticis erroribus quoscunque constiterit vel ordinasse clericos, vel suscepisse officium clericorum, denis libris auri viritim mulctandos esse censemus: locum sane, in quo vetita tentantur, si cohibentia domini patuerit, Fisci nostri iuribus aggregari. Quod si id possessorem (quippe clanculum gestum) ignorasse constiterit: conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem auri libras Fisco nostro inferre præcipimus: si seruilis fece descendens, pauperrate sui pœnam damni ac vilitate contemnit, casus fustibus, deportatione damnabitur. Tum illud specialiter præcauemus: vt si villa dominica fuerit, seu cuiuslibet publici iuris, & conductor & procurator licentiam dederit colligendi, denis libris auri, propositæ condemnatione mulctentur. Verum si quos talibus repertos obscœnidare mysteriis, ac sibi vsurpare nomina clericorum, tam nunc produtum fuerit, denas libras auri exigi singulos & inferre præcipimus. Datum XVII. Kalendas Iulij, Constantinopoli, Arcadio Augusto secundum, & Rufino Coss. meminit huius legis Sanctus Augustinus in Epistola ad Bonifacium *b*: Qua, inquit, Theodosius piissimæ memoriæ promulgauit, vt quisquis hæreticorum Episcopus vel clericus vbilibet esset inuentus, decem libris auri mulctatur, &c. at. de eadem quoque mentionem habet, scribens ad Ianuarium *c*, nec non cum disputat aduersus Cresconium *d*. Sunt hæc Theodosij arma aduersus tyrannorum hoc anno in sequens bellum disposita, quibus & hæc post mensem elapsum aduersus eosdem addidit *e*:

Deportatione dignus est, qui nec generali lege admonitus, nec competenti sententia emendatus, & fidem Catholicam turbat & populum. Dat. XV. Kal. Aug. Constantinopo. Arcadio Aug. II. & Rufino Coss.

XXVIII. Quod vero generali lege sanciebat, occasione (vt diximus) Iouiniani & sociorum eius monachorum vagantium, ne in ciuitatibus monachi apparerent, sed deserta loca peterent; quoniam hæc in iniuriam & damnum cõuertebantur etiam illorum, qui pij frugiq; essent: emendans quæ promulgauerat Theodosius, hoc anno istam scripsit *f*:

Monachos, quibus interdicta fuerant ciuitates, dum iudiciariis aguntur iniuriis, in pristinum statum submota hac lege esse præcipimus. Antiquata si quidem nostra clementia rusticos, liberos in oppidis largimur eis ingressus. Dat. XV. Kal. Maij Constantinop. Arcadio A. II. & Rufin. Coss. sed & de Paschalibus feriis ita ad Tatianum:

Alios omnes frui publici, siue priuati diebus quindecim Paschalibus conquiescant. In his tamen & emancipande & manumittendi cunctis licentiam habeant, & super his ante non prohibeantur. Dat. Kal. Ian. eisdem Coss.

Sed & idem Imp. Theodosius cum illibate conseruatũ voluerit ius Ecclesiarum, ne id fieret damno alterius, cauit: quamobrem de his, qui confugiunt ad eas, ista sanciuit *g*:

Publicos debitores, si confugiendum ad Ecclesias crediderint, aut illico extrahi de latebris oportebit, aut pro his ipsos, qui eos occultare probantur, Episcopos exigi. Sciat igitur præcellens auctoritas tua, neminem debitorum posthac à clericis defendendum; aut per eos, eius, quem defendendum esse crediderint, debitum esse solvendum. Dat. XV. Kal. Nou. Constantinop. Arcadio Aug. II. & Rufin. Coss. hæc plane ipsa lex est, cuius vigore compulsus aliquando S. Augustinus persoluere quod debebat qui cõfugerat ad Ecclesiam, pro eius debiti dissolutione de collecta facienda in populo litteras dedit, ex quibus ista describimus *h*:

Cum frater noster Fastius debito decem & septem solidorum ab oppignoratoribus vrgeretur, vt redderet: quod ad præsens vnde explicaret se, non inueniebat; ne corporalem pateretur iniuriam, ad auxilium sanctæ Ecclesiæ confugit: illi etiam exactores cum profecisse cogerentur, & ideo dilationem dare non possent, grauissimis me querelis onerauerunt, ita vt eis illum traderẽ, aut quod sibi deberi ostendebant, vnde acciperem, prouiderem. Cumq; obtulissem Fastio, vt vestram sanctitatem de necessitatibus eius alloquerer, pudore deterritus, ne facerem, deprecatus est. Ita ego maiore necessitate coactus, à fratre nostro Macedonio decem & septem solidos accepi, quos in causam eius continuo dedi, promittente illo, quod ad certum diem cum eis reddendis posset occurrere, & consentiente, vt si non posset occurrere sermo de illo fieret ad vestram misericordiam. Quam fraternam fratribus exhibere consueuistis. Nunc ergo, quoniam absens est, restat, vt subueniatis, non illi, quem nemo compellat absentem, sed pollicitationi meæ, cuius existimatio vobis semper est præsens. Iam enim dies, ad quẽ se promiserat occurrisse, transactus est; & ego ei, qui solidos suos fidei meæ commisit, quid respondeam, non inuenio, nisi vt faciam, quod me facturum esse promisi. Sed quoniam non sum de hac re commonitus, vt die Pentecostes, quando aderat mator vestra frequentia, sermonem inde facerem: peto vt has litteras pro lingua mea præsente habere dignemini, admonente vos & exhortante in cordibus vestris Deo & Domino nostro, cui credidistis. & paulo post: *Quoniam ergo domesticus fidei est, Christianus fidelis, Catholicus frater noster, pro cuius supplenda necessitate vos peto, vt faciatis, quod Dominus imperat, sine tristitia, sine murmuratione & cum lætitia & hilaritate facite.* & in fine: *Scripsi eis etiam presbyteris, vt si quid minus fuerit post collationem sanctitatis vestræ, compleant ex eo, quod habet Ecclesia, dum tamen vos secundum quod placet hilariter offeratis: quia siue de vestro, siue de Ecclesia detur, omnia Dei sunt, & deuotio vestra dulcior erit thesauris Ecclesiæ,* &c. hæc Augustinus, quæ occasione legis editæ, & ad infinuãdum vsum collectarum (de quo multa suo loco superius) recensuisse non piguit.

Quod rursum ad S. Augustinum pertinet: hoc ipso anno, publica disputatione contulit cum Fortunato veterioso hæretico Manichæo Hippone regio, spectante & audiente populo, excipientibus eam Notariis. Extant ipsa Acta eiusmodi exordio scripta *i*: *Quinto Kalendas Septembris, Arcadio Augusto bis, & Rufino viris clarissimis Consulibus, habita disputatio aduersus Fortunatum Manichæorum presbyterum in vrbe Hipponensium regionum in balneis Sossi sub præsentia populi. Augustinus dixit,* &c. Huius autem congressus occasionem Possidius ita describit *k*: *Sane tunc in illa Hipponensi vrbe Manichæorum pestilentia quamplurimos ciues & peregrinos infecerat & penetrauerat, seducente & decipiente eiusdem hæresis quodam presbytero, nomine Fortunato, ibidem cum sancte atque manente. Interea Hipponenses ciues, & peregrini Christiani, tam Catholici, quam etiam Donatistæ, adeunt Augustinum presbyterum, atque deposcunt, vt illum hominem Manichæorum presbyterum, quem doctum credebant, videret, & cum eodem de lege tractaret. Quod idem (vt scriptum est l) paratus ad respon-*

a *l. 11. de hæret. C. Theod.* QUID THEODOS. ADVERSUS HÆRETICOS. * conniuencia

b *Augustin. ep. 50.*

c *Augustin. ep. 68.*

d *Aug. contra Cresco. li. 3. c. 47.*

e *l. 3 de his, qui pro relig. contem. C. Theod.*

f *l. 3. de monachis. C. Theod.* THEODOSIVS REVOCAT

CAP. QVÆ DE MONACHIS SCRIPSERAT.

XXIX.

g *l. 1. de his qui confug. ad Eccles. C. Theod.* DE FVGITIVIS AD ECCLESIAM DEBITORIBVS.

h *Augustin. ep. 215.*

XXX. AVGVSTINVS PRO DEBITORE SE OBLIGAT.

COLLECTA INDICTA AB AVGVSTINO.

XXXI. DISPVTATIO AVGVSTIN. CONTRA FORTVNATVM *Augustin. contra Fortunat.*

k *Possid. Vit. S. Aug. c. 6.*

l *1. Pet. 3.*

sionem omni poscenti se rationem de fide & spe, quæ in Deum est, potenti, exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, minimè renuit: sed vtrum etiam hoc Fortunatus fieri vellet, sciscitatus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatum id detulerunt, petentes & exhortantes & flagitantes, quod id minime recusaret.

XXXII. SVPERATVR FORTVNATVS AB AVGVSTINO.

Sane quoniam idem Fortunatus iam apud Carthaginem sanctum nouerat Augustinum adhuc in eodem secum errore constitutum, cum eodem congredi pauitabat. Verumtamen suorum maximè instantia coactus ac verecundatus, promisit cominus se esse venturum, certamenq; disputandi subiturum. Vnde condicto die & loco, conuenerunt in vnum, concurrentibus quamplurimis viris studiosis, turbaq; curiosis: & apertis Notariorum tabulis disputatio est capta primo, & secundo finita est die. In qua ille Manichæus præceptor (vt Gestorum continet fides) nec Catholicam assertionem potuit euacuare, nec Manichæorum sectam, subnixa veritate, valuit comprobare: sed deficiens responsione, vltimo collaturum se cum suis maioribus ea, quæ refellere non potuit, prosecutus est: & si sibi forte de his satu minime fecissent, sua anima consuluturum. Atque ita ab omnibus, apud quos magnus & doctus videbatur, nihil valuisse in sua sectæ assertione inducatus est. Qua ille confusione affectus, & sequenti tempore de Hipponensi ciuitate profectus, ad eandem amplius non remeauit. At sic per memoratum Dei hominem omnium cordibus vel qui aderant, vel qui absentes illa, quæ gesta sunt, cognouerant, error ille ablatus, Catholica est intimata ac retenta sincera religio. hactenus Possidius.

XXXIII. FORTVNATVS AD SVOS VICTVS ABIT.

Fuisse autem hæc nouissima verba Fortunati, cum ab Augustino adeo arctatus esset, vt effugium prorsus nullũ illi pateret, Acta docent: *Fortunatus dixit: Sine præiudicio professionis meæ dixerim. Illa, quæ à te opponuntur, cũ retractauero meu cũ maioribus: sin minus responderint interrogationi huic meæ, quæ similiter à te nunc mihi offertur, erit in mea contẽplatione: quia & ego animam meam cupio certa fide liberari, & venire ad huius rei inquisitionem, quæ à te mihi offertur, & ostensurum te polliceris. Augustinus dixit: Deo gratias.* hic finis illius disputationis habitæ de origine mali, super quam totus cardo Manichææ hæresis vertebatur. Scripsit autem post hæc idem Augustinus duos libros de Genesi ad litteram contra eosdem Manichæos *b*, necnon aduersus disputationes Adimanti Menetis discipuli *c*, hæc vero omnia cum adhuc presbyter esset (vt ipse testatur) contra Manichæos, quibus Africa abundabat, Augustinus conscripsit.

b Aug. Retract. li. 1. c. 8.

c Aug. eod. li. c. 22.

XXXIV. SVCCESSOR FORTVNATI.

Quod aũt ad Fortunatum ab Augustino victum spectat: cum inde recessisset, nunquã rediit, sed à Manichæis in suus est eius successor Hipponem, quem idem Sanct. Augustinus infectatus est, Epistola ad eum scripta (non n. hæreticum hominem alloquidignatus est) vbi inter alia hæc ad finem habet *d*: *Itaq; denuncio tibi in nomine Christi, vt si paratus es, solue quæstionem, in qua defecit præcessor tuus Fortunatus, & ita binoierat, vt non rediret, nisi cum suis disputatione collata inueniret, quid contra respondere posset, disputans cum fratribus. Sin autem ad hoc non es paratus: discede hinc, & noli peruertere vias Domini, & illaqueare & venenis inficere animas infirmas: ne adiuuante dextera Domini nostri, quo modo non putauerat, eruboscat.* hæc Augustinus ad successorem Fortunati.

d Augustin. ep. 144.

XXXV. QVID AVGVSTINVS IN DONATISTAS.

Quod vero Ecclesia Africana magnopere infestaretur à Donatistis antiquis schismaticis, Catholicæ Ecclesiæ perduellibus: Augustinus miseratus in primis imperitam incautamq; plebeculam vbiq; deceptã, eidem ignorãtiæ errore seductæ in primis opem ferendã putauit: sed quonam consilio, ipsum audi *e*: *Volens, inquit, etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi vulgi & omnino imperitorum atq; idiotarum notitiam peruenire, & eorum quantum fieri posset per nos imbarere memorie: Psalmum, qui eis cantaretur, per Latinas litteras feci; sed vsq; ad, V litteram; tales enim Abecedarios appellant*, &c. extat ipse Psalmus, cui illud præfixum exordium *f*:

e Augustin. Retract. l. 1. c. 20.

f Augustin. Psal. contra Donatistas VBI FIDES CATHOLICA.

Omnes, qui gaudetis de pace, modo verũ iudicate. idemq; versus sæpius ponitur repetendus in Psalmo, quo schismatis in primis origo cãtatur, sed & dilaudantur calũniæ à Donatistis Catholicis illatæ: verum & demõstrantur ipsi extra Ecclesiam vagari, extra quam nullam penitus fas sit salutem sperare: aperteq; docetur, eos, qui non iunguntur cathedræ Petri, in Ecclesia esse non posse: quod his versibus occini voluit:

Scitis, Catholica quid sit, & quid præcisum à vite. & post aliqua aduersus Donatistas præ seferentes formam sanctitatis, ista subdit:

Sed quid illi prodest forma si non viuit de radice?
Venite fratres, si vultis vt inseramini in vite.
Dolor est, cum vos videmus præcisos ita iacere.
Numerate Sacerdotes vel ab ipsa Petri sede:
Et in ordine illo Patrum quis cui successit, videte.
Ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum porta, &c. edidit quoq; egregium cõmentarium aduersus Donati Epistolam: illa n. cum præ manibus ferme omnium haberetur, magnum inferebat ipsam legentibus detrimentum: parauit igitur ipse veneno antidotum, cum eam cõtrariis scriptis exagitauit *g*; sed hæc elucubratio hactenus desiderata est. At si scire cupis reliquos commentarios ab eo editos vsque ad sequentem post annum, quo creatus est Episcopus: ipse docet. nimirum duo volumina de sermone Domini in mõte *h*: disseruit & super Pauli Epistolam ad Roman. *i*, necnon postea elaborauit expositionẽ eiusdem Pauli Epistola ad Galatas, & de diuersis quæstionibus prolixum opus, commentarium de Mendacio, ac tractationem de Fide & Symbolo, de qua dicemus anno sequenti.

g Augustin. Retract. li. 1. c. 23.

h Aug. ad li. 1. c. 9. 1 Ead. li. 1. c. 23. 24. & 25.

Sed est, vt & S. Hieronymus lucubrationes singulas in hunc vsq; annũ decimum quartũ Theodosij Imperatoris editas perfacile enumeres, si quæ ad finem habet in commentario de Scriptoribus Ecclesiasticis; leges. Scripsit illum ad Dextrum V. C. quem Præfectura Prætorij decoratum fuisse, ipse tradit in Apologa contra Ruffin. dum ait *k*: *Ante annos ferme decem, cum Dexter amicus meus, qui Præfecturam administrauit Prætorij, me rogasset, vt auctorum nostræ religionis ei indicem texerem, inter cæteros tractatores, &c.* Iccirco perat ante idem Dexter ad ipsum Hieronymum historiam: quod ipse testatur his verbis *l*: *Dexter Pacians de quo supra dixi, filius, clarus apud sæculum, & Christi fides dedicus, fertur ad me omnimodam historiam texuisse, quam necdum legi,* sed ea dispẽdio quoq; nostro periit. Meminit eiusdẽ cõmentarij Marcellinus in Chronico, traditq; ab eo recensitos viros illustres centũ triginta quinque, eorundemq; descripta volumina: quæ fic accipias, vt Christianæ religionis scriptorum editos commentarios enumerarit aduersus Celsum, Prophyrium, & Iulianum, qui Christianos omnes imperitiæ arguebat.

k Hieron. Apolog. ad Pamm. Aug.

l Hieron. de Scrip. Eccl.

XXXVI. S. HIERONYMVS SCRIPTA VIRORVM IN HVNC ANNVM.

Nam cum præfatur ad Dexterum, hæc inter alia: *Discant, inquit, Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduersus Christum canes: discant eorum sectatores, qui putant Ecclesiam nullos Philosophos & eloquentes, nullos habuisse doctores, quanti & quales viri eam fundauerint, extruxerint, & ornauerint, & desinant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatu arguere. suamq; potius imperitiam agnoscant.* ita ibi. Accidit plane miraculum illud prophetico *m* ore cantatum: *Tu diripisti fontes & torrentes. tu siccasti fluuios Etham.* nam idem Hieronymus alibi *n*: *Quotusquisque nunc Aristotelem legit? Quanti Platonis vel libros nouere vel nomen? Vix in angulo otiosi eos senes recolunt. Rusticanos vero & piscatores nostros totus Orbis loquitur, vniuersus mundus sonat.* sed quod ad ipsum catalogũ spectat, ipse excusat, quod vltimo loco sua quoq; in eo scripta posuerit, ad Desiderii ita scribens *o*: *Post cat alogum plurimorum, me quoq; in calce voluminis, quasi abortiui, & minimũ omnium Christianorum posui.* Peruenisse eundẽ librum in Africam sine titulo S. Augustinus ad S. Hieronymum scripsit, eumq; prodi rogauit: sed & aliquid amplius desiderati ab ipso, nempe vt cum adnumerat hæreticos inter scriptores Ecclesiasticos, in quib. cauendi essent, ipse admonnisset, significauit; quod vt alio libello præstaret, vehementer rogauit: insuper quoq; time serit Augustinus aliquod ab eo præ ermissos scriptores Ecclesiasticos, quo id consilio sit factum, exquisiuit. Hæc recensuisse voluimus, ne suspecta sit fides auctoris alicuius, qui nõ reperiatur in eodem catalogo scriptus; nam multos præterm ssos esse, Augustinus probe cognouit.

m Psal. 73. 15 Isaiæ 19. 5. commen. ad Galat.

n Hieronym. præfat. in l. 5. commen. ad Galat.

o Hieronym. ep. 134.

p Augustin. ep. 9.

Sed & miramur, cur ipse cum lucubrationes omnes à

XXXVII. VIXI DOCTISSIME IN ECCLESIA TRADIDERE PLERIQVE.

XLI. XLII.

se edi-

SCRIPTA HIERON. AD EO PRÆTERMISSA a Hier. præfat. in epist. ad Ephes.

se editas vsque ad præsentem annum Imperij Theodosij decimum quartum recolere se dicat, ex eis tamen aliquas numerare prætermisisse it, nempe commentarios in Pauli Epistolam ad Ephesios, quos se testatur a scripsisse paulo, postquam Alexandria recessisset, quo profectum vidimus statim, vt Roma rediit Hierosolymam: nisi quis velit, illud, quod ibi, nuper, ait, vltra septennium complecti temporis spatium. Insuper ad Pammachium b scribens paulo post missum ad eum Apologeticum (quem ante hoc tempus se scripsisse testatur in eodem commentario de viris illustribus) *Libros*, inquit, *sexdecim Prophetarum, quos in Latinum de Hebræo sermone verti, si legeris, & delectari te hoc opere cognoueris; prouocabis nos, etiam cætera clausa armario non tenere. Tantulus nuper lub in linguam nostram: cuius exemplar à S. Marcella consobrina tua poteris mutuare.* & paulo post: *Miseram quadam τῶν ὑπομνημάτων in Prophetas duodecim sancto patri Domnioni, Samuelem quoq; & Malachim, id est, quatuor Regum libros, quæ si legere volueris, probabis quanta difficultatis sit diuinam Scripturam & maxime Prophetas intelligere, & interpretii vitio; quæ apud suos purissimo cursu orationis labuntur, apud nos scatere vitiis.* hæc ipse, quæ ibi omissa sunt numerari: necest, vt quis putet ista claudi illa sententia, qua in fine dicit c: *Multa q, alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in manibus, & necdum expleta sunt.* nam constat hæc ab illis fuisse diuersa, quæ ab ipso iam, vt ait; edita erant atq; missa Romam. Quamobrem dici plane de eo posse videtur, quod iactare solet de valde abundante diuitiis homine: adeo prædives fuit, vt numerum nesciens diuitiarum suarum.

b Hieronym. epist. 32.

c Hieron. de script. Eccl.

XXXIX. RELIQVA HIERON. SCRIPTA HOC TRIENNIO.

Quod vero ait Hieronymus, se hoc anno, cum illa scriberet, multa habuisse in manibus de opere prophetali; plane alluisse visus est ad ea, quę ipse habet in Epistola ad Chromatium Episcopum Aquileiensem his verbis d: *Triennium*, inquit, *circiter fluxit, postquam quinque Prophetas interpretatus sum, Michæam, Nahum, Habacuc, Sophoniã, Aggæum, & alio opere detentus non potui implere, quod cœperam. Scripsi enim librum de Illustribus viris, & aduersus Iouinianum duo volumina: Apologeticum quoque, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & Nepotianum, vel de Nepotiano libros duos.* hæc ipse: & quod subdit: *Et alia, quæ enumerare longum est.* hæc quidem vltima periodo visus est claudisse Hieronymus ea, quæ dicit se habuisse præ manibus, sed nondum fuisse expleta, cum librum illum ederet.

d Hieronym. præfat. in comment. super Ionam.

XL. e Hieron. ep. 10.

Quod vero in dicta Epistola de optimo genere interpretandi dicat e, ante fermè biennium scriptam Epistolã à sancto Epiphanio ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum arguente eum quorundam prauorum dogmatum: plane ad hunc ipsum annũ ea Epiphanij Epistola esse referenda docetur. Insuper cum idem Hieronymus ad Pammachium scribens f aduersus eiusdem Ioannis errores, in fine eius Epistolæ testetur, iam ante ad ipsum Ioannem ab Epiphanio Epistolam fuisse scriptam; cumque constet eam dedisse Hieronymum ad Pammachium anno sequenti: plane necesse est affirmare, ante sequentem annum dictam Epiphanij Epistolam ad Ioannem datam, præsenti scilicet. Sed vnde, inquies, constat anno sequenti eam ad Pammachium à Hieronymo esse scriptam Epistolam? ex eo nempe, quod in ea ipse meminit ingentis illius Solis deliquij, accidisse quę ait ante paucos menses, quod quidem sequenti anno factum apparet, Consulibus Theodosio tertium & Abundantio.

f Hieronym. ep. 61.

XLI. SCRIPTA ADVERSVS IOANNEM EPISCOP. HIEROSOLYM.

Ex his igitur sic ordine temporum rectè disponuntur tum Sancti Epiphanij, tum S. Hieronymi scripta illa; quibus magni momenti historia texitur: vt hoc anno data dicatur Epiphanij Epistola ad Ioannem, sequenti vero dictis Coss. eam aduersus eundem Ioannem à Hieronymo scriptam fuisse dicamus: post sequentem vero annum, qui est Domini trecentesimus nonagesimus quartus, Coss. Arcadio & Honorio, eam ab ipso Hieronymo ad Pammachium de optimo genere interpretandi Epistolam conscriptam fuisse intelligamus. Sunt omnes eiusdem argumenti, nempe spectantes ad causam eiusdem Ioannis Hierosolymorum Episcopi. At quæ nam fuerint isti, & quæ hoc anno sanctus Epiphanius in eum obiecerit, quæve antea ipse Iohannes aduersus Epiphanium egerit, accuratè perueſtigemus. Magni quidem ponderis historiam aggredimur, & perplexam difficultatibus multis, nisi recto temporis tramite dirigatur.

XLII. g Hieronym. ep. 61. CAVSA IOANNIS EPISCOP. HIEROSOLYMI.

Iam superius de Ioanne aliqua contigit enarrari: ipsum nimirum ex monacho, sed secta Macedoniano, abdicata hæresi, g sæpe illectum Episcopatus, illo tandem potitum esse: postea vero Origenis errorum se patronum exhibuisse, atque Origenistarum furorem; eamque ob causam adeo infensum fuisse illi aduersantibus SS. Epiphanio, Hieronymo, atque Theophilo Episcopo Alexandrino, vt nullam prætermiserit occasionem ipsdem molestiam negotiumque faceſſendi. At quamnam diu quæsitam attigit ille occasionem contra Epiphanium agendi, cuius rei causa prouocatus est ad ipsum eam dare Epistolam, primo loco dicendum est. Refert ipsam idem Epiphanius in dicta Epistola; sed primum ista præfatur h: *Oportebat nos, dilectissime, clericatus honore non abuti in superbiam sed custodia mandatorum Dei & obseruatione diligentissima hoc esse, quod dicimur.* & paulo post: *Nihil tibi nocuimus, nihil iniuriæ fecimus, nec quicquam violenter extorsimus. In monasterio fratrum, & fratrum peregrinorum, qui prouincia nihil tua deberent, & propter nostram paruitatem, & litteras, quas ad eos ebro direximus, communionis quoque tuæ caperant habere dissidium, ne viderentur quadam duritia & conscientia nostra antiquæ fidei ab Ecclesia separari, ordinauimus diaconum; & postquam ministrauit, versum presbyterum, super quo deberas gratulari, intelligens, quod de Dei timorem hoc sumus facere compulsi: maxime cum nulla sit diuersitas in Sacerdotio Dei, & vbi vtilitati Ecclesiæ prouidetur. Nam etsi singuli Ecclesiarum Episcopi habeant sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen præponitur omnibus charitas Christi, in qua nulla simulatio est; nec consideratur, quid factum sit, sed quo tempore & quo modo, & in quibus, & quare factum sit.* fuit enim tunc ab Epiphanio ordinatus frater S. Hieronymi, Paulinianus nomine, de quo idem Hieronymus ista hæc ipsa refricans ad Pammachium scripsit i:

h Apud Hieron. Epiph. ep. 60.

NECESSITAS ORDINANDI FRATRIS HIERONYMI.

i Hieronym. ep. 61.

Sed pergit cœptã semel narrationem Epiphanius: XLIII. *Cum enim vidissem, quia multitudo sanctorũ fratrum in monasterio consisteret, & sancti presbyteri Hieronymus & Vincentius propter verecundiã & humilitatẽ nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij, quæ Christianorum præcipua salus est: inuenire autem & comprehendere seruum Dei non posses, qui te, ea quod graue onus Sacerdotij nollet suscipere, sæpe fugiebat; sed nec alius quis Episcoporum facile eum reperiret: vnde & satis iratus sum, quo modo dispensatione Dei ad nos venerit cum diacono monasterij & cæteris fratribus, vt mihi satisfaceret, quia nescio quid aduersus eos habebam tristitiæ. Cum igitur celebraretur collecta in Ecclesia villæ, quæ est iuxta monasterium nostrum: ignorantem eum, & nullam penitus habentem suspitionem, per multos diaconos apprehendi insimus, & teneri os eius, ne forte liberari se cupiens, adiuraret nos per nomen Christi: & primum diaconum ordinauimus, proponentes et timorem Dei: & compellentes, vt ministraret, valde quippe obmitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum, & per sua deprecationis testimonia Scripturarũ, & propositione mandatorum Dei. Et cum ministraret in sanctis sacrificiis, rursus eum, urgenti difficultate tenta ore eius, ordinauimus presbyterum, & eisdem verbis, quibus antea suasoramus, impulimus, vt sederet in ordine presbyterij. Post hæc scripsimus ad sanctos presbyteros monasterij & cæteros fratres, & increpauimus eos, quare non scripsissent super eo, cum ante annum multos eorum queri audissem cur non haberent, qui sibi Domini Sacramenta consecraret, & illum omnes suo poscerent testimonio, & grandem vtilitatem in commune monasterij testaretur, quare tunc reperta opportunitate non scripsissent nobis, neque super ordinatione eius aliquid poposcissent.* VIOLENTA ORDINATIO.

Hæc ita acta sunt, vt locutus sum, in charitate Christi, quam erga paruitatem nostram habere credebam: quamquam in monasterio ordinauerim, & non in parochia, quæ tibi subiecta sit. O vere benedicta Episcoporum Cypri mansuetudo & benignitas, & nostra rusticitas sensui tuo & arbitratu digna misericordiæ Dei. XLIV. EPISTOLA NIMIS

Nam

Nam multi Episcopi communionis nostræ & presbyteros in nostra ordinauerunt prouincia, quos nos comprehendere non potuerannus; & miserunt ad nos diaconos & hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia. Et ipse cohortatus sum beatæ memoriæ Philonem Episcopum & Sanctum Theoprobum, vt in Ecclesiis Cypri, quæ iuxta se erant, ad meæ autem parochiæ videbantur Ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset & late patens prouincia, ordinarent presbyteros, & Christi Ecclesia proueniret. hæc de prætensa causa ixiatum Epiphanius, cum re vera ob hæresum Origenis patrocinium Ioannes iracundia accenderetur.

XLV. IOANNES INVISVS COMMOTVS IN EPIPHANIVM. a *Hieronym. ep. 61.*

Quod ergo etsi non sub Ioannis parochia, in Palæstina tamen Epiphanius ordinasset in monasterio sanctum virum primo diaconum, deinde presbyterum, maximas Ioannes aduersus eum turbas concitauit: cum tamen si quid perperam gestum esset, Episcopus Cæsareæ matrimæ, quæ metropolis totius Palæstinæ erat (vt Hieronymus postea scripsit a) expostulare debuisset. Sed excusandus fuit Epiphanius ex causa nuper relata, & ex cõsuetudine Ecclesiarum Cypri: verum etsi deliquisset; tanto tamen viro condonandum vtique fuisset, quem etiam (vt idem testatur Sanctus Hieronymus) Valens acerbissimus persecutor, cum alios exagitaret Catholicos Episcopos, ob insignem meritorum excellentiam non tetigerat.

XLVI. ALIA IOANNIS QVERELA. b *Hieronym. ep. 62.*

Sed quam excanduit Ioannes ea de causa in Epiphanium; audi, quid Epiphanius ipse dicat: *Audiui, inquit b, quod tumeas contra nos, & irascaris, & minitetis scribere in extremos fines terræ, vt loca prouinciasq; nominem.* sed aliam quoq; præ te rexebat Ioannes Episcopus causam irarum in Epiphanium, quam subdit, sic dicens: *Qui vt tristitias & rixas inter fratres concitent, te quoque turbauerunt, & dixerunt, quod in oratione quando offerimus sacrificia Deo, soleamus pro te dicere: Domine, præsta Ioanni, vt recte credat. Nolimus in tantum putare rusticos, vt hoc tam aperte dicere potuerimus. Quãquam enim hoc in corde meo semper orem: tamen, vt simpliciter fatear, nunquã in alienas aures pretuli, ne te viderer scrupendere, dilectissime. Quando autem complemus orationem, secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus & pro te quoq; dicimus. Custodi illum, qui prædicat veritatem. Vel certe ita: Tu præsta, Domine, & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis: sicut occasio sermonis se tulerit, & habuerit ordo consequentiam.* hæc ipse: sed prætextus inanes erant hi. Verum indignationis Ioannis in Epiphanium illa potissimum causa præcesserat, quod eum coram redarguerat hæresum Origenis, monueratque ab illis recederet: nam idem in eadem Epistola ista subdit:

XLVII. AEGVIT EPIPHANIVS IOANNEM HAERESVM ORIGENIS.

Quapropter obsecro te, dilectissime, & aduolutus pedibus tuis precor, præsta mihi & tibi, vt saluetis (sicuti scriptum est) à generatione peruersa; & recede ab hæresi Origenis, & à cunctis hæresibus, dilectissime. Video enim, quod propter hanc causam omnis vestra indignatio concitata sit, quod dixerim vobis: Ariopatrem, Origenem scilicet, & aliarum hæreseon radicem & parentem laudare non debetis. Et cum vos rogarem, ne ita erraretis & meminerem; contradixistis, & me ad tristitiam atq; lacrymas adduxistis; non solum autem me, sed & alios plurimos Catholicos, qui intererant. Inde, vt intelligo, hæc est omnis indignatio, & iste furor; & idcirco communionem, quod mittatis aduersum me Epistolas, vt huc illucq; seruo vester discurrat: & propter defensionem hæreseos, aduersum me odia suscitantes, rumpitis charitatem, quam in vos habuimus; in tantum, vt feceritis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobis communicauerimus ista Origenis errores & dogmata defendentibus. subijcit his admonitionem de erroribus Origenis: ac demum de Palladio illa ingerit, quæ superius recẽsuimus, ipsum videlicet prædicare Origenis errores. Quæ vero insuper ab aliis aduersus ipsum Epiphanium querelæ ferentur, ijdem litteris ita conscribit:

c *Hieronym. ep. 60*

XLVIII. DE CONSCISSO AB EPIPHANIO VELO.

Præterea audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, vt ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico faceremus; & venissem ad villam, quæ dicitur Anablatha, vidissemq; ibi præterieus lucernam ardentem, & interrogassem, quia locus esset, didicissemq; esse Ecclesiam, & intrassem, vt orarem: inuenisse vela pendere in foribus eiusdem Ecclesiæ, tinctum atque depictum, & habere imaginem quasi Christi, vel sancti cuiusdam: non enim satis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum, hominis fendere imaginem; scidi illud, & magis dedi consilium custodibus eiusdem loci, vt pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent, illuq; contra murmurantes dixerunt: Si scindere voluerat, iustum erat, vt aliud daret velum, atq; mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse pollicitus sum, & illico esse missurum. Paululum autem moratus fuit in medio, dum quæro optimum velum pro eo mittere: arbitrabar enim de Cypro mihi esse mittendum. Nunc autem misi quod potui reperire, & precor, vt iubeas presbyteros eiusdem loci suscipere velum à latere, quod à nobis missum est; & denuncies præcipere, in Ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere solicitudinem, vt scrupulositatem tollat, quæ indigna est Ecclesia Christi, & populo, qui tibi creditus est. hæc de velo picto auctor, qui dicitur Epiphanius, ad Ioannem.

XLIX. DE LOCO EPISTOLÆ EPIPHANII CONTROVERSIA.

Videre videor, pie lector, te inter legendum contrahere supercilia, signumq; dissplicentiæ præferre; moxq; è controuersijs Epiphanij cum Ioanne, ad Iconoclastarũ transisse certamen: sed non relinquam solum, sequar te; & pro animi tui sententia in loci huius discussione, in quem velut in syrtes quasdam incurrit oratio, aliquantulum immorabor. Atq; primum quæ alias de aliis Epiphanij scriptis ab Iconoclastis aduersus cultum sacrarum imaginum allata fuerint, & cuius ea fidei habita sint; est hic declarandum; inde vero de recitato huius Epistolæ textu fiet exacta discussio, ac fidelis in omnib. disquisitio. Vindicandus nobis omnino est sanctissimus Pater ab Iconoclastarum erroribus, quibus illi scripta ipsius calumniosissimè conspersere.

L. NOMINE EPIPHANII SCRIPTA SVPPOSITA. d *Conc. Nicen. 2. Act. 6. edit. Sur.*

In Nicæno n. posteriori Concilio è libello Gregorij Iconoclastæ hæc ex Epiphanio aduersus sacrarum venerationem imaginum sunt allata d: Epiphanius Cyprius inter antesignanos præclarus sic inquit: *Attendite vobis, vt scripturis traditiones, quas accepistis, ne declinetis neq; ad dexteram, neque ad sinistram, quibus infert hæc: Estote memores, dilectissimi, ne in Ecclesiam imagines inferatis, neque in sanctorum cœmeteriis eas statuatis, sed perpetuo circumferte Deum in cordibus vestris. Quintiã neq; in domo communi tollerentur,* &c. sed adulterina impietatique eiusmodi fuisse scripta, tanti Patris nomine ab aduersarijs decorata responsum est ab Epiphanij defensore, hisce potissimum signis; quod cum idem Epiphanius omnes scriptis suis exagitet hæreses; si hæresin putasset imagines venerari, vtiq; eandẽ (vt par erat) sicut alias, styli acumine ferisset: cum certum sit ex ijs, quæ superius dicta sunt, viguisse Constantini tempore, sicut antea & postea, in Oriente & Occidente in Ecclesia Catholica cultum sacrarum imaginum. Rursum vero à maioribus eadem scripta vt Epiphanij germana minimè fuisse cognita, idem defensor docet his verbis: *Beatus Pater Epiphanius temporib. Arcady & Theodosij floruit: ab eo igitur tempore ad hanc hæresin vsque, anni sunt quadringenti: & tamen libros illos contra imagines nemo Christianorum præter ipsos nouitatis magistros recepit. Quod si tanto tempore in Ecclesia non sunt recepti, quamobrem nunc à nobis recipi debent?*

LI. IMPROBATA S. EPIPHANII NOMINE SCRIPTA EDITA SVNT.

Quoniam insuper ab Iconoclastis eiusdem Patris citabitur Epistola ad Theodosium Imperatorẽ: quid ea contineretur de cultu sacrarum imaginum, idem defensor sic recitat: Afferunt quidam istorum Epistolam, veluti scriptam à Beato Epiphanio Cypriorum Præsule ad Theodosium Imperatorem. nos eam in manibus sumentes, & diligenter & minimè defunctoriè legentes, inuenimus circa finem Epistolæ eiusmodi emphasin: *Sæpe cum ministris meis de imaginum ablatione egi: sed ab iis non recepta sum, neq; vel in paucis vocem meam audire sustinuerunt.* subdit idem defensor; ad hæc confutanda, sanctorum Patrum vsum & auctoritatem, qui eodem cum Epiphanio sæculo vixere, omnesque assertores eiusdem imaginũ coluere, quos recensere brevitatis causa prætermisimus. Sed ad impostoram istam manifestius aperiendam considera, quam repugnent inter se inuicem. Epiphanium in aliena diœcesi (vt vidimus ex eius Epistola ad Ioannem) enervisse cultum sacrarum imaginum, vnam ex eius manib. conscindendo: & ipsum eadem præstandi in sua diœcesi minimè

tantum

tantum virtum habuisse, præsertim cum in ea insula primariam sedem teneret, & sub se positos Episcopos adeo sibi coniunctos & obsequentes haberet; quorum & tanta erga eum reuerentia esset, vt quicquid ipse decreuerat, veluti cœlitus demissum oraculum ab omnibus haberetur.

LII. ARGVITVR PERSPICVE IMPOSTVRA.

At demus ipsum in hoc suos sibi renitentes expertũ esse: quo modo eius pertinax cõtradictor & oppugnator Ioannes Hierosolymorũ Episcopus vna cũ illis eius, in qua ea etat imago, Ecclesiæ ministris in ipsum talia in aliena diœcesi præsumentem non continuo cum alijs simul obiecit; Cur quod displiceret sibi, & corrigeret in aliena Ecclesia, hoc ipsum nõ præstaret in sua? Certe quidẽ magno id Epiphanio cessisset dedecori, cõscindere in aliena diœcesi sacras imagines, qui easdẽ in omnibus Cypri Ecclesijs esse pateretur: cum & illud Euãgelicum *a* in eum iure obiectari licuisset: *Medice, cura te ipsum*. Num, rogo te, modestia Ioannis Episcopi vndiq; occasionem captantis in eum dicendi, vel faciendi, ea in ipsum obijcere prætermisisse potuit? Sentis, puto, lector, quam hæc sibi inuicem aduersentur, vt de impostura iam iudicium facias. Sane quidem testificatione S. Ioannis Damasceni *b* constat ipsam S. Epiphanij in Cypro Ecclesiam sacris exornatã imaginibus viq; ad sua tempora perseuerasse: qui & de aliis scriptis Epiphanij nomine suppositis hæc habet *c*: *Scito*, inquit, *sermonem illum alterius cuiusdam fictitium: qui, vt sæpe fit, S. Epiphanij abusus est nomine*. ita ipse, eademq; apud aduersarium Gregorij conoclastæ. Epiphanij vero defensorem, item Epiphanium nominatum, inuenies, atque hæc ad postremum *d*: *Sic igitur ista falsa scripta contra venerandas imagines dicuntur quidem à quibusdam Epiphanij non tamen sunt, vt demonstratum est. Nam & illi ipsi discipuli templum in Cypro, quod eiusdem Patris nomine appellauerunt, ædificarunt; & cum multis aliis picturis, illius quoque imaginem ibidem collocarunt. Quod si autem in tantopere venerandarum imaginum inspectionem fuisset execratus: quo modo in tantam audaciam illius discipuli erupissent, vt illi imaginem collocarent? Iudicate omnes, qui auditis, & verum à falso discernite, quia editiones istæ non sunt beati istius Patris, sed potius Manichæi: quas veluti amara bile plenas fugiamus*, &c. equidem Manichæos magnorum virorum nomine supposita edere scripta consueuisse, supertius pluribus demonstratum est.

LIII. EPISTOLÆ ADDITAMENTVM DIVINCOGNITVM.

Quod igitur ita de illis iudicauere Patres, idemq; de ijsdem scriptis sensit Ioannes Damascenus, quæ iam antè in notuerãt & plurimorum manibus circumferebantur: quid dicendum de additamento hoc ad finem Epiphanij Epistolæ ad Ioannem consarcinato, sicut & de illo ad finẽ Epistolæ eiusdem Epiphanij scriptæ ad Theodosium collocato? Attentius age, lector, quod de impostura arbiter factus sis. Quid est, amabo te, quod ab aduersarijs Iconoclastis tempore Nicæni Cõcilij silentio prætermissa est hæc ad Ioannem Epistola, qua non quid tantum Epiphanius scripserit, sed quid ipse fecerit aduersus vsum imaginum, conscindendo eas adeo perspicuè poterat demonstrari, Epistola præsertim ad tantum virum scripta, & à S. Hieronymo translata, vt de eius falsitate nulla videretur oriri potuisse suspicio? Certè quidẽ nihil est, quod in hoc excuses, aduersariorũ modestia id factum; cum pugnacissimi essent & audacissimi: neq; eorundem prætexas in his persequendis negligentiam; cum appareat, fagacissimos extitisse. Necesse, quod ingeras, latuisse tunc eam in angulo Epistolam, neq; repertã, cum cõstet assertione Hieronymi *e*, quãplurima eius fuisse exemplaria descripta, & eadem vbiq; sparsa, dum ait: *Harum exemplaria certatim Palæstinæ rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis*. Quid igitur de his iudices, iam satis habes? nempe eo quidem omnino tunc temporis caruisse addimento Epistolam illam, cuius nulla prorsus fuerit ab aduersarijs facta vel leuis mentio.

LIV. EXHIBERONYMO DEBITVR IMPOSTVRA.

Quod aũt nihil huiusmodi obiectum fuerit à Ioanne, manifestius confirmatur. Nam cum S. Hieronymus pro Epiphanio defensionem egregiam aduersum eundẽ Ioannem scripserit in Epistola ad Pammachium *f*, atq; in ipsa omnia ab illo in Epiphanium dicta vel facta cõmorer, quæ in dictis Epiphanij ad ipsum Ioannem literas expressa habẽtur: cum omnia soluat, redarguat, & oppugner; cur ea diligentiam, quæ præcipuè confutanda erant, reliquit intacta, pro quibus tuendis longiori quoq; opus erat oratione? certè quidem haud eiusmodi esse videbãtur, quæ dissimulari potuissent, si in ea Epistola talia scripta essent. Vel si vere ea facta fuissent; quo modo nõ (vt eadẽ inculcem) maiori energia Ioannes in Epiphanium illa exaggerasset, qui tantopere in eundem inuectus est, quod in aliena diœcesi, licet nõ ipsius Ioannis, necessitate poscẽte, sanctum virum diaconum atq; presbyterum ordinasse? Certè maioris audaciæ, & ipsi Ioanni grauioris contumeliæ esse facinus videri potuisset, in Ecclesiam Ioanni subditam Epiphanium violentas iniecisse manus, quã in monasterio alienæ parœciæ sacros ordines ministrasse. Silentium ergo tum Ioannis accusantis, tum Hieronymi Epiphanium defendẽtis, quo modo non apertè demõstrat, eo additamento tunc illam Epistolam caruisse? Sed consarcinatoris futuram inspice, malè pannum nouum veteri adsuentis.

Post confutatos ab Epiphanio eo Epistola errores Origenis, finem imponens, addit *g*: *Cum hæc ita se habeant, dilectissime, custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim Scriptura diuina* h: *Nolite murmurare ad inuicem sicut quidam murmurauerunt, & à serpentibus perierunt. Magis acquiesce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis præstet nobis iuxta suam clementiam, vt conteratur Satanas sub pedibus Christianorum. & abijciatur omnis occasio peruersa, ne scindatur in nobis vinculum charitatis & pacis, & rectæ fidei prædicatio*. Quis non intelligit his periodis totã illam Epistolã terminari? & quis non videat, quod mox sequitur, esse peregrinam appendicẽ, & aduentitiam impostura, qua subditur: *Præterea audiui quosdam murmurare contra me*, &c. vsq; ad nouissima illa verba: *Palladiũ vero Galatam*. & quæ sequuntur, superiorib. optimè congruentia, quod eiusdem sint argumenti, sed quibus inhærent, minimè cohærentia?

LV. ADDITAMENTI IMPOSTVRA.

g *Apud Hieron. ep. 60.*
h *1. Cor. 10*

LVI. VSVS VERBORVM PICTORVM IN ECCLESIA.

Sed iam ex rebus ipsis arguamus effictum dolosa arte commentum. Expostulasse dicitur ibi Epiphanius, quod pro foribus Ecclesiæ appensum viderit pictum velũ, monuisseq; presbyteros, ne à quoliber eiusmodi veli genus susciperent. At quo modo ipse valuit prohibere, quod in Ecclesia Catholica sciretur vbiq; receptum? Accipe quæ his ipsis fermè temporibus scribebat Paulinus de Ecclesia S. Felicis, ad quam ex Asia, Africa, & Europa Fideles confluere consuerant *i*:

Aurea nunc niueis ornantur limina velis, & rursum &
Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,
Siue coloratum textili fucata figurã.

Sed & de picturis imaginum sanctorũ martyrum ante ostia poni consuetis (ne quis opinari possit vela depicta nequaquam imagines sanctorum expressisse) hæc idem his versibus *l*:

Trinaq; cancellis currentibus ostia pandunt,
Martyribus mediam pictis pia nomina signant,
Quos par in vario reddimunt gloria sexu.

i *Paulin. Natal. 3.*
k *Paulin. Natal. 6.*
l *Paul. Natal. 10.*

Consueuisse quidem oblata à Fidelibus vela illis effigiari figuris, quæ ferrent imagines eorum sanctorum, quibus darentur, docet, & Venantius Fortunatus, dum de velis Cruci oblatis agit, eaq; crucib. intexta fuisse significat *m*. Necesse autem, quod quis causari possit, eiusmodi cõsuetudinẽ vno in loco tantummodo viguisse. Nam de transmarinis Ecclesiis in Africana prouincia, de velo sacris imaginib. picto, diuinitusq; exhibito, & appenso in Ecclesia S. Stephani protomartyris in Vzalensi ciuitate, eius loci Episcopus Euodius, cuius memoriæ & fidẽ probat S. Augustinus *n*, æternæ memoriæ scriptis prodidit *o*, & quidẽ rem gestam ipso viuente Augustino, paucos post annos, nempe sub Honorio Imperatore, eandemq; diuino miraculo consignatam; vt non habeat, de quo ambigat humanum ingenium, quod sciat esse diuinitus cõprobatum. In Vzalensi igitur ciuitate, post liberatam ipsam ab imminenti clade, precibus fusis in Ecclesia protomartyris S. Stephani, hæc contigisse idem Euodius narrat his verbis:

m *Venant. Fortun. l. 2. carm. in honor. S. Cruc.*

n *Aug. de diuers. ser. 32. 33. & de Ciuit. Dei. li. 22. c. 8.*
o *Euod. de mirac. S. Steph. l. 1. c. 1. apud Aug. eo. 101*

Ecce

LVII. DE VELO PICTO SACRA IMAGINE DIVINITVS OSTENSO.

Ecce namq; altero die, procurante diuina dispensatione, quidam negotiator nunquam nostræ cognitus regioni, subdiaconum nostrū, nomine Sennodium, in loco Memblotitano vltro cernunt, & ad se vocant; & quisnam, vel vnde esset, ab eodem flagitant. Qui vbi se subdiaconum Valensis Ecclesiæ memoratus est: respondit continuo idem ille ignotus homo, si tamen solum homo: credendum est enim quia Angelus & homo (nempe facie homoste vera Angelus) neque enim hoc vel inauditum atque inexpertum est siue religioni Christiane, siue notitiæ humanæ, sanctos Angelos terreno habitu & visibili specie, plerumq; hominibus apparuisse. Dedit ergo subdiacono memorato velum variis pictum coloribus, in quo inerat pictura hæc. In dextera veli parte ipse Sanctus Stephanus videbatur astare, & gloriosam crucem propriis repositam humeris baiulare, qua Crucis cuspide portam ciuitatu videbatur pulsare, ex qua profugiens draco teterrimus cernebatur exire, amico Dei videlicet aduentante. Verum ille serpens noxius nec in ipsa fuga tutissimus, sed triumphali pede martyris Christi contritus asperibatur & pressus. Talis itaque pictura veli, non omnino absq; mysterio Dei, vbi à nemo rato subdiacono allata pariter atque suspensa est ante ipsam Memoriam tanti patroni, omnis ætas omniq; sexus intueri & mirari cœpit, tanquam spectaculum grande, quo scilicet auctore, quove liberatore draco ille extinctus est, hostisq; deuictus.

* cuius

LVIII. PICTVRA SYMBOLICA.

Gestæ quippe rei fidem præcedentis diei, commendabat in animis omnium attestatio sequentis diei. Namq; illud, quod studiosius cernebatur in velo, hoc tam credibilius tenebatur in vero. Concurrebat enim pictura cum gratia, & tam diuinitus pridie gestum salutis beneficium recolebatur, quam postea in veli imagine aduertebatur. Denique ex ipsa congruentia diei præcedentis atque sequentis veritatis, & imagine rerum & quorundam exemplarium, tantus in multis stupor pariterq; amor, admiratio & gratulatio accendebatur, vt à conuictis nihil aliud omnino vel diceretur, vel affirmaretur, nisi hoc vnum: Vere quia per amicum suum Deus istam liberauit ciuitatem, & grandem à nobis depulit pestem. Et re vera Dei sunt ad homines quædam allocutio in velocitate tacite significantis admodum & dicentis: O miseri mortales, quale hesterna die draconis euasertis incendium, vel cuius pro vobis aduocati fuerit acceptum suffragium, isto sequenti die istius veli figuratione intelligite, atque gaudete. Hinc vestram & præcedentem tentationem & subsequentem liberationem apud vosmetipsos conferte: exinde non dubij, sed certi Deo vestro per amicum meum gratias agite. Ecce draconem de vestra ciuitate cernitis fugatū & expulsum: ecce conterentem caput eius primum martyrem meum: ecce Crucis tropheum, per quod victistis inimicum. Hoc ego modo ciuitate nostra à tanto periculo primitus liberata, ac postea, tali per congruentem picturam veli admonitione instructa & illuminata, geminо miraculo est omnis pia anima tu Dei gloria exhilarata. hucusq; huiusmodi, integerrimus testis, qui & ea, quæ viderat, scripsit, & ad eos, qui eadem quoq; perspexerant.

LIX. a *Exod. 8.*

Habes, lector, digito Dei (quod nec negauit ipse Pharaō) nempe diuinæ virtutis potentia pictum sacris imaginibus velū, & appensum ante Ecclesiam protomartyris, vt de facto certus sis; & auctoritate factoris de religioso sacratum imaginū cultu securus. Habes & cum his de Occidentalis orbis Ecclesiis probatū velorum pictorum vsum. An non erit id ipsum demonstrare in Oriente? vel si in Oriente, an non & in Palæstina, & Hierosolymis ipsis? Acta quidem Mariæ Ægyptiacæ, eademq; recitata ac probata in dicto Nicæno secundo Concilio *b*, habent, ipsam in atrio Hierosolymitani templi stetisse, quod ob nimia peccata sua in Ecclesiam ingredi vetaretur: atq; tunc oculos sublenasse, vid: sseque Dei genitricis imaginem: quā venerata, meruit templum antea inconcessum libere ingredi. Iam vides, lector, quot quantisq; manifestis probationibus additamentum illud ad Epiphanij Epistolam ad Ioannem impostura Cedarguatur; vt alicuius Iconoclastarum potius esse figmentum, quam Epiphanij germanum scriptum; perspicuè intelligatur.

b *Con. Nic. 2. Act. 4.*

LX. NOVISSIMA RISPOSTA DE L'ISTOLA EPIPHANII AD IOANNEM.

Quamuis esti concederemus re vera Epiphanij illud esse, ne sic quidē afferre potest veritati aliquod præiudicium. Nam ex quo demonstratū est certis exemplis, tum in Occidente, tum etiam in Oriente, & ipsis Hierosolymis, siue in velis, siue in pariete effigiari consueuisse venerādas imagines: haud potuit vel debuit vnus Epiphanius aduersus vniam Catholicæ Ecclesiæ reclamare, atq; easdē sacras imagines ablq; sacrilegij culpa discindere. Quamobrem si id re vera acccidisse dicere velimus; tunc ad saniorem illorum verborum sensum expende, q̄ dicitur: *Velum depictum habens imaginem quasi Christi vel sanctī cuiusdam.* sic accipiendum esse, vt ipse iuste excanduerit in prauum facin⁹, quo alicuius profani hominis imago in sacro velo depicta, quasi Christi esset, vel alicuius sancti, ad limen religiose fuisset appensa. Quo sensu verba illa accepta Iconoclastas potius impugnent, quā faueant; Catholicos vero redarguāt, si quando ornatus causa in Ecclesia suspendunt aulæa, quæ profanas, & sæpe Gentilium, vtinam interdum non inhoneſtas imagines habeant: quem detestabilem pranumq; vsum incuria ministrorum complurib. in locis inoleuisse dolemus. Quam autem moleste tulerint maiores, & huius sæculi homines in Ecclesias inferri profanas imagines, declarant quæ dicta sunt superius c de Donatistis in Paulum atq; Macarium obloquētibus, quod posituri essent in Ecclesia imaginē Constantis Imperatoris. cōsueuisse vero eiusmodi profanas imagines poni pro titulo alibi dixim⁹. Quod igitur hominis alicuius profani (si finxerimus euenisse factū) quasi Christi vel sancti alicuius in velo Ecclesiæ Epiphanius imaginem vid: sset effigiatam; tanquā nefas id detestatus, illud ipse velū, diuino percitus zelo, discidit: hæc, inquam, dixerimus, si constare posset, vere Epiphanij esse verba illa, quæ ad Epistolam ostendimus ādita; & sic ex sententia auctoritateq; ipsius probari potius in Ecclesia vsum sacrarū imaginum viguisse. Quæ autem post hæc de altercatione Iohannis cum Epiphanio secuta sint, vt singula singulis ex instituto reddamus annis, dicenda sunt anno sequenti.

c *Tom. 3. Annal. an. Dom. 388. pag. 585.*

IESV CHRISTI
Annus 393.

SIRICI PAP. Annus 9. THEODOSII IMP. Annus 15.

I. HONORII IMP. CREATVR. *d Sueur. Ly. c. 24.*

TRECENTESIMVS nonagesimus tertius Christi annus à Consulatu Theodosij tertio & Abundantij nomen accepit: quo idem Theodosius Imperator Honorium filium Imperatorem creat quarto Idus Ianuarij: id quidē Socrates, Prosper & Marcellinus tradunt. Cæterū nonnulla data reperiuntur rescripta anno superioti sub titulo Honorij Imperatotis. Quo item anno, eclipsato mirifice Sole us tenebras factas esse quarta hora diei, ijdē q̄ supra auctores testātur, nec non S. Hieronymus in Epistola ad Pammachium aduersus Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, cum eius ita meminit *e*: *Nos*, inquit, *scindimus Ecclesiam, qui ante paucos menses, circa diem Pentecostes, cum, obscurato Sole, omnis mundus iam iamq; venturum iudicem formidaret, quadraginta diuersæ ætatis & sexus, presbyterii tui obtulimus baptizandos? & certe quinq; presbyteri eram in monasterio qui sine iure poterant baptizare, sed noluerunt quicquā contra stomachum tuum facere: ne & hac tibi de fide reuocandi daretur occasio. An non tu potius scindis Ecclesiam, qui præcepisti Bethlehem presbyteris tuis, ne Competentibus nostris in Paschæ baptismum traderent, quos nos Diospolim ad Confessorem & Episcopum misimus Dionysium baptizandos?* hæc ipse, qui ob Paulinianum fratrem suum ab Epiphanio ordinatum (vt dictum est anno superiori) eundem Ioannem sibi paticbatur infensum: sed & quod sciret idem Ioannes ob errores Origenis ab eodem S. Hieronymo perstringi nonnihil, vehementioti eum odio insectabatur. Vt igitur hæc omnia manifestiora fiant, cœptam anno superioti narrari historiā de Ioannis Hierosolymorum Episcopi indignatione in S. Epiphanium Constantiæ in Cypro Episcopum prosequamur.

c *Hieron. ep. 61.*

II. TENVIS SCRIPTAS EPISTOLA HIERON. IN IOANNEM.

Cum ex literis ad ipsum ab eodem Epiphanio scriptis idem Ioannes magis magisq; cōmotus esset: vt in sanctissimum virum iniuste exacerbatum hominem vel coerteret, vel saltem vt iniusti eius animi motus omnibus innotescerent, atque ipsius Ioannis culpa cōtrouersiam illam

obor-

obortam esse sciretur; S. Hieronymus aduersus eundem Ioannem ad Pammachium epistolam scripsit: quæ tum ex dicto Solis defectu certa nota temporis hoc anno scripta esse monstratur, tum etiam quod in eadem epistola ait, iam interlapsos esse annos tredecim, ex quo ipse recessisset Antiochia & iuisset Constantinopolim, quod contigit anno Domini (vt demonstratum est) trecentesimo septuagesimo nono: à quo tempore numerando tredecim annos elapsos, hic ille annus esse demonstratur, quo decimus tertius absolutus dicitur, & inchoatus decimus quartus: his enim verbis Hieronymus Ioannē ipsum compellat *a*: *Satis multo dormisti tempore, qui posit annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris: ob id enim & ego Antiochiam & ille Constantinopolim vrbes celeberrimas deseruimus, non vt te in populis prædicantem laudaremus, sed vt in agris & in solitudine adolescentia peccata deflentes, Christi in nos misericordiam deflecteremus.* hæc de tempore.

a *Hier. ad. ep. 61.*

III. SCRIBENDI IN IOANNEM HIERON. RATIO.

Porro earum scribendarum litterarū necessitatem sibi incumbere S. Hieronymus intellexit, cum iam quod ille comminatus in Epiphanium erat, scripturum se in eum literas, quæ vniuerso Christiano orbi notæ forent, opere perfecisset, cum eas accusationes in dicta Epiphanii epistola recensitas & confutatas in sanctissimum vitum exaggerasset & amplificasset: præ se ferebant Ioannis literæ titulum ad Theophilum Episcopum Alexandrinum *b*, sed tamen encyclicæ erant, publicæ & communes omnibus. Quod igitur ille eas ad Occidentales omnes dedisset: S. Hieronymus, cuius causa cum Epiphanio videbatur esse communis, quod ambo simul aduersus Origenis errorum defensores & disseminatores vindices pietatis insurrexissent, quorum causa prætextus illi omnes à Ioanne fuerant excogitati; scribendi Romam ea de re ad Pammachium, & Alexandriam ad Theophilum eius sedis Episcopum consilium iniit; sicq; aduersariis literis & calumnias confutare, & occulte serpentes hæreses cum hæreticis propalate decreuit.

b *Hier. ep. 61.*

IV.

Descriptis autem iisdem à Ioanne literis ad Occidentales aduersus Epiphanium, ipse sanctus Hieronymus fidem facit illis verbis, quibus ad Theophilum scribens ait de Ioanne *c*. *Cumque nos vsque ad præsentem diem ficta pacis ostensione lætaueris; Occidentalium sacerdotum commouit aures, &c.* meminit eiusdem epistolæ ad Occidentales scriptæ idem Hieronymus ad Pammachium scribens *d*. At non ad Theophilum tantum & Occidentales aduersus Epiphanium Ioannes legatos misit, sed in alias plures diuersasque prouincias: nam ipse Hieronymus hæc habet in eadem epistola ad Pammachium: *Ille per totum exinde triennium suas iniurias deuorat, priuataque simultate contempta, fidei tantum correctionem postulat. Tu, qui sumptibus abundas, & totius Orbis religio lucrum tuum est, grauissimos illos Legatos tuos huc illuc que transmittis, & dormientem senem ad respondendum suscitas.*

c *Hier. ep. 61.*

d *Hier. ep. 61.*

V. PAMMACHIVS VRGET HIERONYM. SCRIBERE IN IOANNEM.

Cum igitur ea Romæ ex literis Epiphanii in Ioannem, quarum (vt diximus) exemplaria vulgata erant, & Ioannis in Epiphanium aduersariis scriptis ad Occidentales missis innotuissent; & diuersorum in diuersa studia, vt fieri solet, animi ardentius commouerentur, cum alii Epiphanio, Ioanni alii fauerent: Pammachius vir clarissimus, de quo sæpe inferius, ad S. Hieronymum literas dedit, quibus rogauit, vt de mutuis altercationibus cum Ioanne apologeticam epistolam scriberet, qua cunctæ inter eos versantes controuersiæ enucleatim expressæ, perspicuæ omnibus fierent. Cuius impulsu ipse Hieronymus eas ad Pammachium literas dedit, quibus ista præfatur *e*: *Nosti, Pammachi, nosti, me ad hoc opus non inimicitiæ, non gloriæ cupiditate descendere, sed prouocatum literis tuis ex ardore fidei: ac velle, si fieri posset, omnes id ipsum sapere; nec impatientia ac temeritatis posse reprehendi, si post triennium loquor.* tertius namque hic numeratur annus dissidiorum; primus enim ille, quo de hæresibus Origenis Epiphanius Ioannem Hierosolymis coram redarguit; secundus, quo idem Epiphanius pro sua defensione ad eundem Ioannem dictam epistolam dedit; tertius vero præsens, quo Ioannes ad Occidentales scripsit aduersus Epiphanium atque Hieronymum, cum & ipse Hieronymus rogatus ad Pammachium scripsit, qui his, hæc subdit: *Denique, nisi ad Apologiam, de qua nunc scribere instituì, multorum animos diceres perturbatos, & in vtramque partem fluctuare sententiam, decreueram in incepto silentio permanere.* hæc de Hieronymi in scribendo aduersus Ioannem ad Pammachium ratione.

e *Hier. ep. 61.*

Quod autem ipse Ioannes redargutus ab Epiphanio dedisset literas pro sui defensione (vt dictū est) ad Theophilum Episcopum Alexandrinum: cur non ad eum, qui ipsum hæresis redarguerat, rescripsisset, & apud eum se purgasset, Hieronym. obiicit illis verbis *f*: *Ac primum, antequam epistolam tuam, quam scripsisti ad Episcopum Theophilum, interpretatam huic voluimini inseram, & ostendam tibi me intelligere nimis cautam prudentiam tuam, expostulare tecum libet. Quæ hæc est tanta arrogantia, non respondere de fide interrogantibus? tantam fratrum multitudinem & monachorum choros, qui tibi in Palæstina non communicant, quasi hostes publicos existimare? Dei filius propter vnam morbidam ouem gnonaginta nouem in montibus derelictis, alapas, crucem, flagella sustinuit.* & de Epiphanio, quem redarguentem cōtemperat, quod ad alios potius, quam ad eum rescripsisset, ista subdit: *Habes Papam Epiphanium, qui te aperte missis literis hæreticum vocat, certe nec ætate, nec scientia, nec vitæ merito, nec totius Orbis testimonio maior illo es. si ætatem quæris, iuuenis ad senem scribes: si scientiam, non sic eruditus ad doctum, licet te fautores tui disertiorem Demosthene, acutiorem Chrysippo, sapientiorem Platone contendant. & tibi ipsi forte persuaserint. De vita autem & fide nihil amplius dicam, ne te ladere videar.* subdit enim, ipsum Ioannem Macedonianorum & Arianorum olim, cum Orthodoxi fidei causa persecutione vexarentur, communicatione fœdatum esse, declinasseque communicare cum confessoribus. Accurrsum: *Scribe igitur ad hunc: respondeepistolæ eius: sentiant ceteri fidem, eloquentiam prudentiam tuam; ne tibi solus disertus esse videatur. Cur ab alio prouocatus, alio fama arma concurris? Palæstina interrogaris, & respondes Aegypto.*

f *Hier. ep. 61.*

VI. DE LITERIS IOANNIS AD THEOPHILVM DATIS.

g *Matt. 18*

Sed dicis: *Epistolam meam probauit Alexandrinus Episcopus. Quid probauit? contra Arium, contra Photinum, contra Manicheū bene locutum: Quis enim te hoc tempore arguit Arianum? Quis tibi nunc Photini, Manichæique crimen impingit? Olim ista emendata sunt atque concussa. Noueras tam stultus, vt aperte defenderes hæresim, quam sic eos Ecclesia displicere. Nouerus te, si hoc feciſſes statim loco mouendum, & socij tui delitias suspiraba: sic sententiam temperasti, vt nec simplicibus displiceres, nec tuos offenderes. Bene scripsisti, sed nihil ad causam pertinens. Vnde noueras Alexandrinæ Ecclesiæ Pontifex, in quibus argueris? quorum à te confessio postularetur: Debueras tibi obiecta proponere, & sic ad singula respondere.* Sed quod Ioannes ad aliqua ab Epiphanio obiecta responderat, & non ad omnia, ista subdit: *Octo tibi, vt statim probabo, de spe fidei Christianæ, quæstionum capita obiecta sunt. tria tantum tangis & præteris: in ceteris grande silentium est.* At quam frigide illa tria diluerit ipse, sic pergit: *Ipsa quoque tria quasi negligens atque securus, quasique aliud agens, & in quibus aut nulla, aut parua sit quæstio, præternolas, atque perstringis: & ita apertus ac tellus incedis, vt plus confiteari tacendo, quam rem ad disputando.*

VII. THEOPHILVS TRANSACTARVM RERVM IGNARVS.

Sed de frigida ista defensione, seu potius astuta tergiuersatione, imo & hæresum velamento, ad Pammachium hæc supra ipse Hieronymus *h*: *Persuadere mihi vult quod pure credat: pure ergo & loquatur. Et si quidem vnum verbum: vel vnus sensus esset ambiguus, sidno, si tres: ignorantiæ veniam tribuerem, nec ea, quæ aut obscura, vel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem. Nunc vero quæ ista simplicitas est, quasi super ona & aristas inter theatrales præstigias pendentes gradu incedere, vbique dubium, vbique suspectum? potes eum non expositionem fidei sed figuratam controuersiam scribere.* & paulo post: *uream hanc apponit sententiam: Nolo in suspicione hæreseos quenquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientiæ iudicetur. si taceat.* & citerius: *Numquam de amicorum iudicio gloriemur. Illud verum est testimonium, quod ab inimica voce profertur. alioqui si amicus pro te dixerit, non testis, aut iudex sed fautor putabitur.* hæc & alia plura Hieronymus, tum ipsi Ioanni, tum aliis significans, veram fidei confessionem nullis esse circumducendam verborum inuolucris; sed eum, qui quæritur, patenter, constanter, sincereq; profi-

h *Hier. ep. 61.*

VIII. DE FRIGIDA DEFENSIONE IOANNIS.

teri debere: suspectum que reddi omnem, qui amphibologiarum obscuritatibus atque perplexitatibus in re tam seria ludit:

IX. HÆRESVM ORIGENIS CAPITA OBIECTA IOANNI.

At quænam essent octo illæ in eum obiectiones de fide Catholica violata, idem Hieronymus ibi recenset his verbis a: *Primum quod de libro* περὶ ἀρχῶν, Origenis videlicet, *vbi loquitur: Secundum non congruum est dicere, quod possit Filium videre Patrem; ita inconueniens est opinari, quod Spiritus sanctus possit videre Filium. Secundum, quod in hoc corpore quasi in carcere sunt animæ religatæ, & antequam homo fieret, in paradiso inter rationabiles creaturas in cœlestibus commorata sunt: vnde postea in consolationem suam anima loquitur in Psalmis* b: *Priusquam humiliarer, ego deliqui: & cætera his similia. Tertium, quod dicat & diabolum & dæmones aliquando, & cum sanctis vltimo tempore regnaturos. Quartum, quod tunicas* c *pelliceas humana corpora interpretetur, quibus post offensam & eiectionem de paradiso Adam & Eua induti sunt: haud dubium, quin ante in paradiso sine carne, neruis & ossibus fuerint. Quintum, quod carnis resurrectionem, membrorumque compagem, & sexum, quo viri diuidimur à fœminis, apertissime neget, tam in explanatione primi Psalmi, quam in aliis multis tractatibus. Sextum, quod sic paradisum allegorizet, vbi historiæ auferat veritatem; pro arboribus* d *Angelos pro fluminibus virtutes cælestes intelligens, totamque paradisi contrectans tropologica interpretatione subuertat. Septimum, quod aquas,* e *quæ super cælos in Scripturis esse dicuntur, sanctas supernasq; virtutes, quæ super terram & infra terram, contrarias & dæmonia eas esse arbitretur. Octauum, quod extremum obiicit Epiphanius scilicet, imaginem & similitudinem Dei, ad quã homo conditus fuerat, dicit ab eo perditam, & in homine post paradisum non fuisse. Ita sunt sagittæ, quibus confoderis; hæc tela, quibus in tota epistola vulneraris: excepto eo, quod tuis gemmis adnoluisti, sanctamq; caniciem, seposito parumper sacerdotij honore, substernens, deprecatur salutem tuam.*

a *Hier. ep. 61.*

b *Psal. 118.*

c *Gen. 3.*

d *Gen. 2.*

e *Psal. 148.*

X. IVNCTA CVM IMPIETATE DERISIO.

Hos Origenis errores cum Ioannes ac tota illa Origenistarum schola, nempe Ruffinus, Palladius, & alii complures in Ægypto monachi inferius nominandi summæ sapientiæ titulo exponerent: si quos scirent secus sentire, eosdem rudes & simplices ac plane animales homines nominabant, necnon *Pilosiotas*, noua voce pro ludibrio nuncupabant, non autem *Peluſiotas*, vt deprauate legitur, sed *Pilosiotas*, hac vbce sugillantes atque subsannantes Catholicos, quasi crederent mortuos resurrecturos etiam cum pilis, dum recte dicerent eos resurrecturos cum singulis corporis membris; cum illi ex Origene corpora cum suis membris resurrectura negarent, vnde Hieronymus *f*:

f *Hier. ep. 65.*

Dicentibusq; nobis, vtrum capillos & dentes, pectus & ventrem, manus & pedes, cæteroq; artus exintegro resurrectio exhibeat: tunc vero risu se tenere non possunt, cachinnoq; ora soluentes, tonsores nobis necessarios, & placentas, & medicos, ac sutores ingerunt. & alib: Pilosiotas nos appellant & luteos, animalesq; & carneos, quod nos pernitiamus ea, quæ sunt spiritus. eadem quoq; ita rursum *g*: *Hã, inquit, sunt strophæ vestræ atque præstigiæ, quibus nos Pilosiotas & iumenta, & animales homines deludis.* hæc quidem communiter in omnes Orthodoxos ab Origenistis iactari solita erant: sed quæ priuatim Ioannes in Epiphanium effutisset, Hieronymus eadem *h* ad Pammachium epistola prodit.

g *Hier. ep. 61.*

h *Hier. ad Pammach. ep. 61.*

XI. RES GESTÆ EPIPHANII CVM IOANNE HIEROSOLYMIS.

At illud primum de Ioanne dicendum, ipsum inuerecunde nimis asserere ausum esse literis illis ad Theophilum scriptis, se nunquam ab Epiphanio reprehensum Origenis erroris ante querelas illas de ordinato Paulliniano: quasi sanctissimus vir ille non zelo Catholicæ fidei, sed priuati odii causa in ipsum Ioannem exacerbatus fuisset. subdolam hanc accusationem & prætextum coarguens ipse Hieronymus, ista subdit *i*: *Fefellisti absentem, & litera tua peregrinis auribus blandiuntur. Nos hic eramus, cuncta nouimus, quando contra Origenem in Ecclesia tua Papa Epiphanius loquebatur; quando sub illius nomine eos vacula tor quebantur. Tu & chorus tuus cauno risu, naribusque contractis, scalpentes capita, delirum senem rustibus loquebamini. Nonne ante sepulchrum Dominicum, misso archidiacono, præcepisti, vt talia disputans conticesceret? Quis hoc vnquam presbytero suo coram plebe imperauit Episcopus? Nonne cum de ἀναβάσεσι pergeretis ad Crucem, & ad eum omnis ætatis & sexus turba conflueret, offerens paruulos, pedes deosculans fimbrias vellens, &c.* Ne prætereas, rogo, sed considera, quæ hic tibi obiter lectio suggerit, lector, nempe antiquum morem osculandi pedes Episcoporum; vt non adeo mireris, cum vides Fideles osculari pedes summi Pontificis. Pergit vero Hieronymus:

i *Hier. ep. 61.*

XII. IOANNIS IN EPIPHANIVM QVERIMONIA.

Cumque non posset promouere gradum, sed in vno loco vix fluctus inundantis populi sustineret; tu tortus inuidia aduersus gloriosum senem clamitabas, nec erubuisti in os ei dicere, quod volens & de industria moraretur. Recordare, quæso, illius diei, quando ad horam septimam inuitatus populus sine sola, quasi postea auditurus Epiphanium esset, detinebatur, quid tunc concionatus sis, nempe contra Anthropomorphitas, qui simplicitate rustica Deum habere membra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, furens & vndiquaque loquebaris: oculos & manus & totius corporis truncum in senem dirigebas, volens illum suspectum facere stultissimæ hæresios. Postquam lassus ore arido, resupinaque cernice ac tremente labia conticuisti, & tandem totius populi vota completa sunt: quid tibi fecit delirus & fatuus senex? Surrexit, vt se indicaret pauca disturum esse: salutataque & voce & manu Ecclesia: Cuncta, inquit, quæ locutus est collegio frater, ætate filius meus contra Anthropomorphitarum hæresin, bene & fideliter locutus est; quæ mea quoque damnatur voce, sed aquum est, vt quo modo hanc hæresin condemnamus, etiam Origenis peruersa dogmata eodem damnemus. Qui risus omnium, quæ acclamatio consecuta sit, puto quod retineas. Hoc est illud, quod in epistola tua dicis, loquentem illum ad populum qui vellet, & qualia vellet. Scalpebat delirabat, qui in regno tuo contra tuam sententiam loquebatur: Qua vellet, inquit, & qualia vellet. Vel laudat, vel reprobat. Quid & hic dubium incedis? Si bona erant, qua loquebatur cur non aperte prædicas? si mala, cur non constanter reprehendis? hæc & alia in eum Hieronymus: atque vehementer commotus, ac stomachatus in hominem insultantem in sanctissimum senem, ista iure subdit: *Nisi me honor sacerdotij, & veneratio nominis retinuerat, & scirem illud Apostoli* k: *Nescibam, fratres, quod Pontifex est, scriptum est enim: Principi populi tui non maledices: qua vociferatione & indignatione verborum de tua narratione conquereres? licet ipse nominis tui extenues dogmatem, cum patrem pene omnium Episcoporum, & antiquæ reliquias sanctitatis & opere & sermone desipiens.* ista Hieronymus modo in Ioannem, quem eadem epistola satis ignominia sugillatum ante reliquerat, in memoriam reuocans, & scriptis signans eius consuetudinem pristinam cum hæreticis, & conuersionem eiusdem ad fidem Catholicam spe adipiscendi Episcopatus fotinsecus demonstratam.

k *Act. 3.*

XIII. IOANNIS CALVMNIOSE AGENTIS ET MENDAX *i Hier. ep. 61.*

Quod vero idem Ioannes literis illis suis ad Theophilum de Epiphanio addiderat, ipsum eadem concione Ioannem laudasse, & Catholicæ fidei esse, omni populo declarasse: quam id mendaciter dixerit, & quanta affectus nausea fuerit Ioannis prædicatione Epiphanius; præter illa, quæ nuper sunt relata, hæc addit de his, quæ eadem die postea facta sunt *l*: *Hæc quam vere dixerit, & nos testes sumus, qui audiuimus; ad quos tuis vocibus perturbatus venit examinis, temere se communicasse dicens. Rogatusq; ab omni monasterio, vt ad te de Bethlehem reuerteretur: tantorum preces non ferens, sui reuersus est vespere, vt medio noctis aufugeret. Et litera ad Siricium Papam probant: quas si legeris, perrubebis, quo modo tua dicta mutatus sit, & Catholica declaranerit.* hæc Hieronymus, qui dũ citat e iusdem Epiphanii epistolam ad Siricium Papam, ipsam hoc anno ab eo scriptam esse, quo ad Pammachium idem Hieronymus scripsit, indicat eadem epistola ad Pãmachium in fine, vbi omnes de eius rei controuersia ab ipso Epiphanio scriptas epistolas recenset, cum ait: *Præsto sunt plures epistolæ Epiphanij, vna ad ipsum Ioannem (de qua supra) alia ad Episcopos Palæstinos, & nuper ad Romanum Pontificem in quibus dicit, se eum coram multis de dogmatibus arguentem non meruisse responsum.*

l *Hier. ep. 61.*

XIV. IOANNIS ADVLATIO RED. E QVESTVS. *m Hier. ep. 61.*

At quod tursum ad Ioannis datam ad Theophilum epistolam spectat: turpis quoq; adulationis Hieronymus eum redarguit, cum ei tribuat, quod non decet, simulq; vafrum hominis consilium aperit, ista subdens post longam disputationem Origenis errorum, quibus ipsum consensisse demonstrat *m*: *Scribit, inquit, ad Theophilum Episcopum Apologiam, cuius istud exordium est: Tu quidem vt bonus Dei*

& Apostolica ornatum gratia, curam omnium Ecclesiarum, maxime eius, quæ in Hierosolymis est, sustines; cum ipse pluribus solicitudinibus Ecclesiæ Dei, quæ sub te est, distringaris. Laudat faciem, ad personam Principum trahit. Tu, qui regulas quæris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilij canonibus veteris, & alumnos clericos, & cum suis Episcopis commorantes tibi uteris vsurpare, respondemihi: Ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc tibi decernitur, vt Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem Episcopum referre debueras; cui, spreta communione tua, communicare non noueras: aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius literæ dirigendæ. Sed noui, cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Sciebas quid fugeres, quid vitares. malusti occupatu auribus molestiam facere, quam debitum Metropolitano tuo honorem reddere. hæc cum tam constanter S. Hieronymus ingerat, Episcopumque Hierosolymitanum sub Cæsariensi constitutum affirmet: iam satis perspicue intelligere potes, nihil innouatum in Concilio Constantinopolitano de sedium prætogatiuis in Nicæno Concilio constitutis: nam S. Hieronymum, qui eo tempore apud Gregorium Nazianzenum versatus est, præteriisse non potuit, si quid ibi aliter decretum fuisset.

ARGVITVR APERTÆ FALSITATIS CANON CONSTAN. SYNODI.

XV. DE LEGATIONE ET PERSONA ISIDORI.

Post hæc autem de legatione Isidori presbyteri ac monachi Alexandrini à Theophilo eius Ecclesiæ Episcopo Hierosolymam missi, deque litteris per ipsum à Ioanne Hierosolymotum Episcopo ad Theophilum datis, idem Hieronymus agit ex verbis in primis earundem Ioannis litterarum ad Theophilum redditarum: dum eum fugillat, quod ad cœlum ferat præconiis Isidorum consodalem in hæresi, hominem Origenistam. Erant ista verba Ioannis ad Theophilum de Isidoro scribentis: *Misisti religiosissimum hominem Dei, Isidorum presbyterum, virum potentem, tam ex ipsa incessus & habitus dignitate, quam diuinæ intelligentiæ, curare etiam eos, qui animo vehementer ægrotant, si tamen sensus sui languoris habeant. Homo Dei mittit hominem Dei: nihil interest inter presbyterum, & Episcopum: eadem dignitas mittentis & missi.* ad hæc Hieronymus: *Hæc satis imperite: In portu (vt dicitur) naufragium. Iste Isidorus, qui in cœlum tuis laudibus tollitur, id ipsum infamatur Alexandriæ, quod tu Hierosolymæ: ex quo non Legatus aduenisse videtur, sed socius. Alioquin & littera manu eius scripta, quæ ante tres menses legationis ad nos directa erant portantes errorem, Vincentio presbytero reddita sunt, quæ vsque hodie ab eo tenentur: quibus cohortatur ducem exercitus tui (puto Ruffinum) vt super petram fidei stabili perstet gradu, nec nostris nenijs terreatur. Polliceturque se, antequam legationis vlla esset suspicio, venturum Hierosolymam, & ad aduentum suum illico aduersariorum cuneos proterendos.* hæc & alia plura Hieronymus de Isidoro, quibus demonstrat eum fuisse potentissimum Origenistarum antesignanum. atque ad postremũ illam in Ioannem eum adeo laudantem querelam subiũgit: *Videte, quid faciat concordia dogmatum: Isidorus, qui vt hæc significaret, eius socius erat, homo Dei, & presbyter Ἰσοστάσιος, & vir potens, & sacro ac venerabili incessu, & diuinæ intelligentiæ, & Hippocrates Christianorum vocatur: ego miserus, dum in solitudine delitesco, à tanto Pontifice repente truncatus, presbyteri nomen amisi.* Quibus significare videtur, se excommunicatum à Ioanne fuisse. Sed de his infra.

XVI. THEOPHILVS LABORAT PRO PACE.

Quid autem hac legatione, cum à Theophilo Hierosolymam missus est, egerit Isidorus cum ipso, Hieronymus ipse declarat. Sed primo intelligas opus est, legationis eius causam; nempe Theophilum egisse sequestrem, vt dissidia inter Ioannem & alios Episcopos, necnon ipsum Hieronymum pace componeret: nesciebat autem adhuc qui eum misit Theophilus, Isidorum ipsum Legatum ergo Ioannem esse propensiorem, & studere Origenistis. Hic igitur Hierosolymam cum venisset, quod ante pollicitus erat (vt diximus) litteris, egregie præstitit, nimirum, vt aduersus Orthodoxos pro Origenis hæresi sectatoribus infatigabili studio laboraret: confestimque ex Legato se detexit Origenistam. Nam quod sciret sanctum Hieronymum acerrimum Origenistarum aduersarium (fuerat enim id expertus, cum tertio eum inuisit) literas à Theophilo ad ipsum scriptas illi reddere noluit. Testatur id quidem Hieronymus, cum hæc ait *a*: *Cum ergo huc*

a Hier. ep. 61.

venisset, & accessisset ad nos tribus vicibus, & admonuisset tam diuina sapientia tua, quam propria intelligentia habentia medicinam verba: nec profuit alicui, nec profuit ei quisquam. Hic, qui ad tres vices dicitur ad nos accessisse, vt & in veneundo mysticum numerum conseruaret, qui Theophili Episcopi mandatum nobis loquebatur, literas ad nos ab eo missas noluit reddere. Cumque diceremus: Si Legatus es, redde legationis epistolas: si epistolas non habes, quo modo Legatum te probabis? Respondit, se habere quidem literas ad nos, aduratum tamen ab Hierosolymorum Episcopo, ne nobis eas redderet. En Legati constantia, qui vt pacem faceret, & suspicionem in alteram partem fauoris excluderet, æquum se vtrisque præbuit &c. perstitit in eodem officio Isidorus, nimirum, vt qui ad causam pacis tractandam venerat, vsque ad profectionem causam Origenistarum indefesso studio procurarit. nam inquit S. Hieronymus: *Hæc ipsa Apologia* (Ioannis scilicet ad Theophilum scripta) *de qua nunc sermo est, Isidoro præsente, & multum collaborante, dictata est; vt idem esset & dictator & baiulus literarum.*

Sed sicut priuatis Isidori studiis omnis spes pacis intercepta est, cum tantum abfuerit, quod procurauerit abdicationem hæresum Origenis, quarum causa dissidium factum esset & conflata discordia, vt easdem stabilire curarit: ita Ioannis opera irritum cassumque redditum fuit opus paulo ante ea de causa ab Archelao Comite impensum: hunc illum putamus Archelaum, ad quem Præfectum Augustalem exrat *b* Imperatorum rescriptum post annos tres datum, Cæsario & Attico Consulibus. Quid autem pro pace ipse conatus sit, & quem finem res sortita fuerit, idem S. Hieronymus ita narrat, cum primum ait *c*: *Alicubi ne dicti, aut tibi alicubi mandatum est, quod sine satisfactione fidei communionem tuam subiremus? Quando per virum disertissimum & Christianissimum Archelaum Comitem, qui sequester pacis erat, conductus locus fœderis fuit: nonne hoc inprimis postulatum est, vt futuræ concordiæ fides iaceret fundamentum? Pollicitus est Ioannes esse se venturum. Inst. abat dies Paschæ: frequens monachorum turba conuenerat: expectabaris in loco; quid faceres, nescibas. Repente mandasti, ægrotare nescio quam: illo die te non posse venire. Ludio ne, an Episcopus hæc loquitur? Pone verum esse quod dicis, propter vnius mulierculæ delicias, vt te absente doleat caput. fastidium sustineat, stomacho perfrigescat. Ecclesiæ causam negligu: tot virorum & Christianorum & monachorum contemnis præsentiam? Noluimus occasionem dare: videbamus enim stropham dilationis tuæ iniuriam patientia vincimus. Rescribit Archelaus: monet altero & tertio die manere. At ille occupatus (muliercula enim vomere non cessauit) diem nauseam euasisset, nostri penitus oblitus est.* hæc ipse, quæ quidem, vt dixi, paulo ante Isidori legationem contigerant: nam subdit: *Post duos ergo menses tandem expectatus venit Isidorus, &c.*

XVII. ARCHELAVS COMES LABORAT PRO CONCILIANDA CONCORDIA.

b l. 9. de iurisdict. C. Theod.

c Hier. ep. 61.

Porro cum Ioannes sensisset Hieronymum sibi præceteris aduersari, pugnare que aduersus Origenistas; quibus valuit eum molestiis afficere conatus est. Etenim ab eo se excommunicatione mulctatum, vetitum esse ingredi Sepulchrum; inferius his verbis significat, cum simul docet cætera, quæ ab eodem Ioanne in Orthodoxos fuerant perpetrata: *An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas clericis tuis, vt si quis Paulinianum ab Epiphanio Episcopo consecratum presbyterum dixerit, Ecclesiam prohibeatur intrare? Ex quo tempore vsque in præsentem diem videmus tantum spectum Dominis; & hæreticis intrantibus, procul positi suspiramus. Nos ne sumus, qui Ecclesiam scindimus; an ille, qui vnus habitaculum, mortuis sepulchrum negat, qui fratrum exilia postulat? Quis potentissimum illam feram, totius Orbis cervicibus imminentem, contra nostras cervices spiritualiter incitauit? Quis ossa sanctorum & innoxios cineres, hucusque verberari ab imbribus sinit? His nos blandimentis bonus pastor inuitat ad pacem, & prouium arguit facere principatum, qui omnibus Episcopis rectam dum taxat fidem tenentibus & communione & societate sociamur.* hæc Hieronymus: qui tamen nequaquam ex Bethlehem pulsus est: nam cum ipse superius illidem compellationibus hominem vrget, ait. *Quis scindit Ecclesiam? nos, quorum omnis domus Bethlehem in Ecclesia communicat: an tu, qui aut bene credis, & superbe de fide taces; aut male, & vere scindis Ecclesiam?* Cur autem è monasterio Bethlehem electus non fuerit, nec à Bethlehemiticæ ecclesiæ ingressu penitus interdictus, non aliam puto

XVIII. QVANTA IOANNES IN ORTHODOXOS.

causam, quam reuerentiam S. Paulæ: laudatissimæ fœminæ, quam ob insignem generis nobilitatem ipsi etiam prouinciarum Præsides (vt superius vidimus de Melania) prosequerentur honore, atque frequentarent obsequiis. Quo modo autem post hęc conatus sit idem Ioannes auxilio Præsidum Hieronymum exilio damnatum ablegare, dicemus paulo post. Sed prosequamur reliqua.

XIX. DE CAVSA PAVLINIANI.

Ad postremum autem eadem refricans ipse Hieronymus, quæ ab ipso Ioanne ad Theophilum fuerunt scripta de ordinatione Pauliniani ab Epiphanio facta; quæ in eis coaceruata fuere mendacia aperit, atque redarguit, sic dicens *a*: *Si causa discordiæ non ex dissensione fidei est, sed ex Pauliniani, vt dicit, ordinatione descendit: qua tanta stultitia est, volentibus occasionem dare, nolle respondere? Considerè fidem, sed tamen responde quod quæreris: vt omnibus luceat, non de fide, sed de ordinatione esse certamen. Quamdiu enim interrogatus de fide tacueris, potest tibi aduersarius dicere: Non est ordinationis causa sed fidei.* ita ipse, qui & in epistola ad Theophilum hæc & alia ab eodem confictа redarguit his verbis *b*: *Fratrem meum causam dicit esse discordiæ, hominem, qui quiescit in monasterij cellula, & clericatum non honorem interpretatur, sed onus. Cumque nos vsque ad præsentem diem fidei pacis ostensione lætificauerit, Occidentalium sacerdotum communi autoritate decreuerit, & pene puerum in parochia sua Bethlehem presbyterum constituerit. Si hoc verum est, concili Palæstini Episcopi non ignorant: monasterium enim sancti Epiphanij nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est presbyter, in Eleuteropolitano territorio, & non in Heliensi situm est. Porro ætas eius & beatitudini tuæ nota est; & cum ad triginta annorum spatia iam peruenerit, puto eam non in hoc esse reprehendendam, quæ iuxta mysterium assumpti hominis in Christo perfecta est.* & paulo post: *Certe ipse, quando Episcopus ordinatus est, non multum ab ea, in qua nunc frater meus est, distabat ætate. Vel si hoc in Episcopis licet, in presbyteris non licet, ne per antiphrasim à suo nomine discrepare videantur: cur ipse aut eius, aut minoris ætatis, & quod his amplius est, ministrum alterius Ecclesiæ ordinauit presbyterum?* & ad Pammachium: *c*: *Vbi Paulinianum mentitus es puerum, illuc puerum mittis presbyterum: item quæ Theosebiam Tyriæ Ecclesiæ diaconum facis presbyterum, & contra nos arma, illinc que in nos abuteris eloquentia. Tibi soli licet Ecclesiæ iura calcare. Tu quicquid feceris, norma doctrina est: & non erubescis ante tribunal Christi audacundum tecum Epiphanium prouocare.* hæc ipse & multa alia id genus ad Pammachium habet.

a Hier. ep. 61.

b Hier. ep. 82.

c Hier. ep. 61.

XX. HIERON. THEOPHILVM FACIT CERTIOREM EPISTOLÆ.

Quod vero sciret Theophilum Episcopum Alexandrinum Ioannis literis ameuersum, qui (vt ille sc. ipse rat) existimans ob rem friuolam, nempe ordinationis Pauliniani causa, non autem tuendę Catholicæ fidei, eos sic inter se ipsos fuisse altercatos, pro pace inter eos conciliandа Legatum miserat Isidorum in Palæstinam, & pacis conciliatrices ad vtramq; partem literas dederat: sanctus Hieronymus ad eundem Theophilum, quem nosset fuisse Ioannis mendaciis male persuasum, literas dedit, quibus eidem rerum gestarum veritatem puro sinceroque sermone significaret; seque pacem, quam offerebat, optare, modo veram pacem, quæ compendio, non autem dispendio fidei Catholicæ comparetur. Ac post multa, quo tandem progressus & quid demum contra ipsum Ioannes molitus sit, declarat his verbis *d*: *Nuper nobis postulauit & impetrauit exilium: atque vtinam impetrare potuisset, vt sicut illi voluntas imputatur pro opere, ita & nos non solum voluntate, sed & effectu coronam haberemus exilij. Fundendo sanguinem, & patiendo magis quam faciendo contumeliam, Christi fundata est Ecclesia, persecutionibus crescit, martyrio coronata est. Aut si ipsi soli, iuxta quod legimus, amant rigorem, & non nouerunt persecutionem sustinere, sed facere sunt & hinculos, sunt variorum dogmatum hæretici, & maxime impiissimi Manichæi: cur eorum ne verbo quidem quemquam audent ledere, nos solos expellere cupiunt? Nos soli, qui Ecclesiæ communicamus, Ecclesiam scindere dicimur? Oro te, nonne æqua est postulatio, vt aut illos nobiscum expellant, aut nos cum illis teneant? Nisi quod in eo magis honorant, quos saltem exilio ab hæreticis separant.* hæc ipse: sed quam dedecens esset, hæc irrogari ab ipso Ioanne, qui professione monachus erat, ista mox subdit:

d Hier. ep. 61.

XXI. *Monachus, proh dolor, monachis minatur & impetrat exilium, & hoc monachus apostolicam cathedram habere se iactans. Non nouit terroris natio ipsa succumbere, & impendentes gladio magis cernices, quam manus subjicit: Quis enim monachorum exul patriæ, non exul est mundi? Quid opus est auctoritate publica, & rescripti impendiis, & toto Orbe discursibus? tangat saltem desiculo, & vltro exibimus. Domini est terra & plenitudo eius. Christum loco non tenetur inclusus. Præterea quod scribit nos pergere tecum Romam, & Ecclesiæ communicare eis, à qua videmur communione separati: non est necesse ire tam longe, & hic in Palæstina eodem modo ei iungimur.* his plane docet sanctus Hieronymus, non ob id, quod excideret à communione Ioannis, exclusum se esse è communione Catholicæ Ecclesiæ, qui communicet cum Romano Pontifice: ex quibus videas, communione Romanæ Ecclesiæ (quod alias sæpe dictum est) quemlibet declarari Catholicæ communionis esse participem. hæc & alia plura Hieronymus ad Theophilum: quibus ille persuasus, post hæc (vt dicemus) fauit causæ Epiphanii, Hieronymi, & aliorum in Palæstina Orthodoxorum, imo fidei Catholicæ aduersus Ioannem, Rufinum, & alios Origenistas.

Inter hæc autem, dum controuersiæ huiusmodi Hierosolymis agitarentur, quid passus idem ipse Hieronymus fuerit à pseudomonacho aduersariorum arte submisso ad surripiendam epistolam Epiphanii ab ipso in Latinum translatam, idem ipse ea epistola, quam post hęc sequenti anno scripsit ad Pammachium, declarat his verbis *f*: *Ante hoc ferme biennium miserat Ioanni Episcopo supradicto Papa Epiphanius literas, arguens eum in quibusdam dogmatibus, & postea clementer ad pœnitentiam prouocans: harum exemplaria certatim Palæstinæ rapiebantur, vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptionis. Erat in monasterio nostro vir apud suos haud ignobilis, Eusebius Cremonensis: qui cum hæc epistola per multorum ora volitaret, & mirarentur eam pro doctrina & puritate sermonis docti pariter & indocti; cœpit à me obnixe petere, vt sibi eam in Latinum verterem, & propter intelligendi facilitatem apertius explicarem: Græci enim eloquio penitus ignarus erat. Feci quod voluit, accitoque notario, raptim celeriterque dictaui, ex latere in pagina breuiter annotans, quem intrinsecus sensum singula capitula continerent; siquidem & hoc vt sibi soli faceremus, oppido flagitarat: postulauitque ab eo mutuo, vt domi haberet exemplar, nec sæcule in vulgus proderet. Exacta anno & sex mensibus transiit, donec supradicta interpretatio de scrinijs eius nouo prælatio Hierosolymam commigrauit. Nam quidem pseudomonachus, vel accepta pecunia (vt perspicue intelligi datur) vel gratuita malitia, vt in casum corruptor mittitur persuadere, compilatis chartis eius & sumptibus, Iudas factus est proditor: dedituque aduersarijs latrandi contra me occasionem, vt inter imperitos concionarentur, me falsarium, me verbum non expressisse de verbo, pro honorabili dixisse, charissimum, & maligna interpretatione (quod nefas dictu est) dicti lenonem, id est, reuerendum auribus omnium, nobilissimæ transferre. Hæc & ejusmodi nuga crimina mea sunt.* ita ipse, qui ea occasione egregiam illam tractationem de optimo genere interpretandi scripsit ad Pammachium anno sequenti: qua cum in primis se purget ab illata calumnia, denique aperte docet, quinam fuerint obiectorum criminum architecti, cum ait: *Hæc non est illius culpa, cuius sub persona alius agit tragœdiam, sed Rufini & Melaniæ magistrorum eius, qui illum magna inter se debent scire docuerunt.* & in fine: *Excessi mensuram epistolæ, sed non excessi doloris modum: nam qui falsarium vocor, & inter mulierum radios & texturia delanior, contentus sum crimen abnuere, non referre. Vnde arbitrio tuo cuncta permitto, vt legas ipsam epistolam tam Græcam, quam Latinam, & illico intelliges accusatorum meorum nænias & probrosa querela.* hæc Hieronymus.

f Hier. ep. 101.

XXII. HIERON. FALLITVR MALITIOSE.

Sed quam impudens id scelus exiterit, fraudulenter chartas surripere, & quam acres, quamque seueras leges sæculi vindices haberet, recenti demonstrat exemplo, cum ait *g*: *Ac primum, antequam de translationes respondeam, volo interrogare eos, qui malitiam prudentiam vocant. Vnde apud vos exemplar epistolæ? Quis dedit? Quæ fronte protertis, quod scire rederemini? Quid apud homines tutum erit, si nec paretibus quidem & scrinijs nostra possumus secreta celare? Si antea tribunalia iudicum hoc vobis crimen impingerem: reos legibus subjugarem, quæ etiam pro vtilitatibus fisci noxios delatoribus pœnas statuunt,*

g Hier. ep. 101. HIERONYMI PROPRIA CONFESSIO.

XXIII.

tuunt, & cum ſuſcipiant proditionem, damnant proditorem. Lucrum videlicet placet, voluntas diſplicet. Dudum Eſychium, virum Conſularem, contra quem Patriarcha Gamaliel graviſſimas exercuit inimicitias, Theodoſius capite damnauit, quod ſollicitato notario, chartas illius inuaſiſſet. Fuit iſte Gamaliel Iudæorum Patriarcha temporibus Theodoſii & filiorum, aduerſus quē Theodoſii iunioris reſcriptum *a* extat. Subdit & de alijs proditoribus exempla à Romanis ſupplicio affectis, atq; addit: *Quod leges publica, quod hoſtes tuentur, quod inter bella & gladios ſanctum eſt, hoc nobis inter monachos & ſacerdotes Chriſti intutum fuit. Et audet quid cum ex eis, adducto ſupercilio, & concrepantibus digitis, eructare & dicere: Quid enim ſi vedemit, ſi ſollicitauit? fecit, quod ſibi profuit. Mira ſceleris defenſio, quaſi non & latrones, & fures & pyratæ faciant, quod ſibi prodeſt.* hæc & alia plura in ſui defenſionem & aduerſariorum accuſationem forti vehementique ingerit oratione. Quod vero de Eſychio viro Conſulari, vltimo damnato ſupplicio, ingerit, & de ſcriptis Iudæorum ab eo ſarreptis: ad id plane pertinere exiſtimo, quod Theodoſius hoc anno aduerſum iniuriam irrogantes Iudæis, conuentus illorum prohibentes, vel ſynagogas diripere, vel deſtruere tentantes, ad Comitem Orientis III. Kalend. Octobr. reſcriptum dedit *b*:

a *l. 21. de Iud. C. Th.*

b *L. 9. de Iud. C. Th.*

XXIV. LAMENTABILIS RVFFINI CASVS.

Iam vides, lector (quod non ſine immenſo animi dolore recolimus) quinam fuerint: præcipui Hieronymi aduerſarii & Origeniſtarum patroni, Ruffinus ſcilicet, atq; Melania: Proh dolor! tanto totius Eccleſiæ Catholicæ ſcandalo, ita mutatus eſt in inimicum Hieronymo amic⁹ cariſſimus ille Ruffinus, cui quam arctis amicitiæ vinculis & inſolubilibus neceſſitudinis nexibus ipſe Hieron. aſtrictus eſſet, vel vno ſaltem illo declarat elogio, cum eundem vna cum Melania viſitantem Ægypti monaſteria è ſolitudine Syriæ literis inuiſens, atque ſalutans, inter alia plurima amoris ſigna, ſic ait *c*: *Crédas mihi, frater, non ſic tempeſtate iactatus portum nauta proſpectat, non ſic ſitientia imbres arua deſiderant, non ſic curuo aſſidens littori anxia filium mater expectat, poſtquam me à tuo latere ſubitus turbo conuulſit, poſtquam glutino charitatis hærentem impia diſtraxit auulſio, &c.* quanta enim animi ſolicitudine ſaluum ſibi cuperet quod haberet, neve propter abſentiam aliquod vel leue ſaltem pateretur diſpendium amicitia, permiſceret; ad finem illud, quod memoria tenacius retineret, appoſuit: *Obſecro te, ne amicum, qui diu quæritur, vix inuenitur, difficile ſeruatur, paruiter cum oculis meis amittat. Fulgeat, cui libet, aurum, & pompaticis ſeculis coruſca ex ſarcinis metalla radient: charitas non poteſt comparari, dilecto pretium non habet: amicitia, quæ deſiuere poteſt, vera nunquam fuit.* En quibus ipſe vallis circumdat amicum, ne eos, volens licet, tranſilire abſque ignominiæ nota valeret. Sed ſecutus alienos Ruffinus infelix, terga vertit amico; merenſque transfuga in caſtris hoſtium, inde in amicum ac fratrem furens, prodit dux impiorum armatus, nulla prorſus alia cauſa compulſus, quam vt aduerſantes Catholicæ veritati Origenis errores ſaltuos ſeruet atque propugnet: ipſum quidem haud ſegniter, vel loco nouiſſimo, ſed inter primos militaſſe, Epiphanius dicta epiſtola ad Ioannem indicare videtur, dum inter tot defenſores Origenis ipſum tantum nominat, ac bene precatur his verbis *d*: *Te autem, frater, liberet Deus, & ſanctum populum Chriſti, qui tibi creditus eſt, & omnes fratres, qui tecum ſunt, & maxime Ruffinum presbyterum, ab hæreſi Origenis, & ab aliis hæreſibus & perditione earum.* hæc Epiphanius.

c *Hieron. ep. 42.*

RVFFINI ACERBISSIMVS CASVS.

d *Hier. ep. 60.*

XXV. LVGVBRIS MELANIÆ STATVS.

Sed maiori me dolore ſauciat, angore cruciat, atque mœrore conſternit Melaniæ acerbiſſimus caſus. Hæccine vidua illa clariſſima, ornamentum Romanarum fœminarum, decus ſummum Chriſtianorum, viuumque exemplar Chriſtianæ philoſophiæ, quæ inſigne illud Romæ ſpecimen edidit, cum eodem tempore maritum ac duos chariſſimos liberos ſiccis penitus oculis ſepeliuit? cuius incredibilem ſanctitatē admiratus prædicans quondam ipſe Hieronymus, aliiſq; imitandam proponens, illa tantæ fiduciæ effatus eſt verba *e*: *S. Melania noſtri temporis inter Chriſtianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus* (Paulam alloquitur) *mihique concedat in die ſua habere partem, ſalente adhuc mariti corpuſculo, & necdum humato, duos ſimul perdidit filios, &c.* ſed plane quod ſubditur in fœmina glorioſius, cū de victa victrice omnium Vrbe triumphans, ſuperatoque inſito à natura vnicæ prolis amore, Roma ſpreta, vnico ibi relicto filio, exul mundi, cœli ciuis, victrix etiam ventorum & fluctuum, ingruente iam hyeme (vt ait) Hieroſolymam nauigauit.

e *Hier. ep. 25.*

XXVI.

Quam ob cauſam, iure meritoq; idem S. Hieronymus tantarum rerum admiratione ſtupens, eam dignā exiſtimauit, vt Theclæ nomine ſi nuncuparet; nobiliorem titulum non inueniens, quo Melaniam decoraret, quam nomen ſanctiſſimæ virginis, primogenitæ Pauli & primæ martyris inter fœminas: vtpote quę Romæ prima omniū clariſſimarum mulierum Romanarum, ſpernendæ pro Chriſto Vrbis, contemnendi diuitias, deſerendi filios, petendique Hieroſolymam exemplum dedit, cæteriſq; ad id ipſum præſtandū, forte aggreſſa facinus, viam aperuit, cum ipſa prima reliquas Romanas nobiles fœminas antegreſſa, relicta Ægypto, tranſmiſſoq; mari, in littore Palæſtino, terra promiſſionis, poſſeſſione ſanctorum, felicior, quam Maria in terra deſerta, tympanum pulſans pœnitentiæ, præcinuerit Domino canticum nouum, quam alię illuſtres Romanæ fœminæ, veræ redditæ Iſraelitæ, virgines atque viduæ ſecutæ, choros ducentes, eaſdem cum ea cōcinuere Chriſto vincenti laudes. Sed probata ad aquas contradictionis (ô fallaciam incredibilem hoſtis humani generis!) decepta, ſuperata defecit: tantaq; onuſta adeo prætioſis mercibus nauis (ita namq; naui inſtitoris comparatur diuino eloquio mulier fortis) in ipſo tranquillitatis portu (quis credat?) eſt paſſa naufragium, cum incauta in ſyrtes Origenis impegit: Origeniſq; ſic conſperſa fuligine, conuerſa eſt ex Noemi * in Mara, & ex Thecla redit in Melaniam, à fuſcedine ductum nomen infauſtū. Iſta patitur humana conditio, vt nihil quilibet, dum viuit, vendicet ſibi tutum.

f *Hier. in Chron.*

LVGETVR MELANIA

* Noemi

XXVII. CASVS DIDYMI PLANGITVR.

Sed quod luctus luctum prouocat, & excutiunt lacrymæ lacrymas: iungatur his funeribus horum malorum omnium auctor infelix Didymus; cuius cum ſublimitatem præceſſam intueor, profundam voraginem, in quam ſe præcipitem merſit, vix datur, poſſe deorſum inſpicere acutioribus mentis obtutibus. Hic ille ipſe (vt dicta ſuperius obiter repetamus) quem Magnus Antonius *g* Alexandriæ inuiſens, beatum prædicauit, quod licet cæcus eſſet carnis oculis, mentis tamen illos oculos nactus eſſet, quos (vt ait) ſancti ſoli & Apoſtoli meruerūt. Cuius ſi ſcientiam ſpectes, id vnum inter alia multa ſatis in memoriā reuocaſſe, quod vt hunc poſſet habere magiſtrum, ſanctus Hieronymus poſt auditum Gregorium Nazianzenum, & poſtquam exhibuiſſet ſe Romæ Orbis doctorem, cano iam capite ipſum adiit, peregrinatus Alexandriam. Sed plane accidit, ſecundum profundum Dei iudiciorum abyſſum, vt qui ex cæco diuino munere intrinſecus videns erat, ob eamque cauſam ab eodem ſancto Hieronymo *Videntis* nomine (qui Prophetarum eſt titulus) fuit appellatus, idem bis cæcus euaderit, dum plus homini infelix, quam antiquæ Eccleſiaſticæ traditioni detulit: dum, inquam, vehementiori quam par erat amore ſuum proſecutus Origenem, eius minime vitauit errores, ſed priuato ſtudio aſpidis oua fouit: quibus ab eius diſcipulis Euagrio, Iſidoro, Ruffino, atque Palladio ruptis, egreſſi ex eis ſunt reguli, motibus ipſos primum dilacerantes, poſtea vero diu multumque longe lateq; ſerpentes Dei Eccleſiam infeſtarunt, fœtibus multiplicatis, prognatis nimirum ex iiſdem poſtea Pelagianis. Apertiſſimum namque Origenis propugnatorem fuiſſe Didymum, ſanctus Hieronymus in Ruffinum ſæpe poſtea declamauit: ſed ita comparatum illum fuiſſe, vt pro ratione audientis ſciret propinare doctrinam, idem affirmat, cum hæc ait *h*: *Extat liber Didymi ad te: quo ſciſcitanti tibi reſpondit, de infantibus ſcilicet cito ex hac vita ſublatis: non eos multa peccaſſe, antequam viderent animæ eorum immemorem gerentur in corpora: & ideo corporum carceres tantum eis tetigiſſe ſufficere. Magiſter meus & tuus eo tempore, quo tu ab eo iſta quærebas, tres explanationum in Oſee Prophetam libros ad*

g *Hier. ep. 33.*

h *Hier. ad aduerſ. Ruffin. Apolog.*

me, me rogante, dictauit: ex quo apparet, quid me, quid te docuerit. hæc ipse. quibus videas ex duplicis oris magistro errorum tenebras nonnisi filiis tenebratum clandestinæ & furtiuæ esse communicatas, cum è contra pura gaudens luce veritas, vt lucerna super candelabrum posita, pari fulgore æque omnes illustrare consueuerit.

XXVIII. Propagasse autem ætatem Didymum ad hæc saltem tempora, ex eo possumus intelligere, quod sanctus Hieronymus, qui anno superiori (vt dictum est) librum scripsit de Scriptoribus Ecclesiasticis, eum tum fuisse superstitem tradit, annum excedentem ætatis octogesimum tertium, qui & editos ab eo commentarios ita recenset *a*: *Didymus Alexandrinus, captus à puera etate oculis, & ob id elementorum quoque ignarus, tantum uiri aculum sui omnibus præluit, vt dialecticam quoque & geometriam, quæ vel maxime visu indigent, vsque ad perfectum didicerit. Is plura opera & nobilia conscripsit, commentarios in Psalmos omnes, commentarios in Euangelium Matthæi & Ioannis, & de Dogmatibus, & contra Arianos libros duos, & de Spiritu sancto librum vnum, quem ego in Latinum verti: In Isaiam tomos decem, & octo in Oseæ, ad me scribens, commentariorum libros tres, & in Zachariam meo rogatu libros quinque, commentarios in Iob, & infinita alia, quæ digerere, proprij indicij est. Viuit vsque hodie, & octogesimum tertium ætatis excessit annum.* hucusque de Didymo sanctus Hieronymus: sed meritam omnium pene mercium iacturam fecit, qui naufragium est passus in fide: etenim constat, vix commentarium de Spiritu S. & in epistolas canonicas expositiones reliqua esse ex tot tantisq; ab eo commentariis elaboratis.

a Hier. de Script. eccl. in Didym.

XXIX. Alius vero eiusdem nominis claruit inter anachoretas Ægypti Didymus sanctitate clarus, de quo ista Euagrius *b*: *Vidimus inter eos quendam ex senioribus virum bonum, nomine Didymum, in quo multa erat Domini gratia, quam in eo etiam vultus ipse indicabat hic scorpiones, & serpentes, id est, bestias, quas cornutas vocant, & angues, qui in illis locis præ feruore Solis acerrimi habentur, tanquam terræ quosdam vermiculos pedibus conculcabat, & ita extinguebat, vt nihil ab eis omnino paterentur.* hæc ipse. meminit etiam Socrates *c* de Didymo monacho annorum nonaginta quinque, solitariam vitam agente: extitit hic plane felicior illo, de quo agitur, Didymo Alexandrino; qui sui iactura omnes pios certo quidem exemplo docuit, traditionibus Ecclesiæ potissimum inniti tendum; nec illis quamuis doctrina insignem hominem præferendum: vtillud Pauli semper in omnium mente oreque versetur *d*: *O Timothee, depositum custodi profanas vocum nouitates deuita.*

b Euag. vet. SS. Patr. l. 1. c. 14.

c Socr. li. 4. c. 18.

d 1. Tim. 6.

XXX. ADVERSARII S. HIERON. Sed deploratis infelicium lapsibus, ad S. Hieronymũ redeamus: qui cum aduersariorum taculit esset vndique impetitus, plane accidit, vt eius hostes experirentur eundem aduersarium acerbissimum: indeque factum est, vt cum lucubrationibus ipsius aperte appeterentur, iidem in eum acrius insurgentes impetum facerent, limisque inspicerent oculis eius scripta & canino dente cotroderent: conqueritur enim ipse de his sæpius. Quinam autem hi fuerint, ex multis vix paucos licet enumerare: & vt omittamus dicere de Ioanne atque Ruffino, qui perpetuum illi indixerunt bellum, fuit ex his monachus quidam iuuenis, Romæ versatus, idemq; nonnihil Iouiniani hæresis suspectus, prout idem ipse Hieronymus testatur in Apologetico ad Domnionem, de quo superius. Sed & Bonosus Segestanus Romæ itidem factus est vehemens Hieronymi obtrectator, quod se existimaret literis Hieronymi, quibus in vitia inuectus est Vrbis clericorũ, ab eo ipsum sibi male conscium fugillatum *f*: qua pariter ratione pars reliqua illa deterior Romani cleri, quæ videretur eiusdem Hieronymi scriptis infamata, crebris eum solita fuit *g* impetere maledictis: adeo autem frequens tum horum, tum aliorum fuit turba in Hieronymum obloquentium & obtrectantium, vt vix ediderit scriptum aliquod in quo non opus fuerit pro se texere Apologiam, & in alios inuectiuam; quod ipse cum pluribus locis, tum præcipue in præfatione in Michæam Propheram testatur, cum ait *h*: *Semper inuidiæ respondemus (quia non cessat inuidia) & librorum nostrorum exordia æmulorum maledicta confutant, qui vulgo iactant me sterilis ieiunique sermonis quæstiunculas inepti as scribere, & cum loquis nesciam, tacere non posse.* & post pauca: *Meo tauro spinges, qui circumdederunt me; vt quiescant, & desinant maledicere, malefacta ne nosc ant sua.* hæc & alia id genus frequenter habet: vt instar ad ædificantium templum Dei eidem necesse fuerit, altera manu gladium aduersus hostiũ impetum habere districtum, manu altera stylo vti ad officium ministerii. Sed de his hactenus.

c Hier. ep. 11.

f Hier. ep. 150.

g Hier. præfat. in Didymi de Spiritu S.

h Hier. præfat. in Michæa. l. 2.

Inter hæc autem, cum Dei Ecclesia (vt vidimus) in Oriente ex Origenis erroribus ita esset exagitata dissidiis: his occurrere studuit Theophilus Alexandrinus Episcopus, laborauitq; quibus valuit remediis Ecclesiæ mederi vulneribus: sed demulcendo potius, quam pungẽdo, conatus est dissidentium animos ad pacem allicere: quod tamen Hieron. atque aliis nonnihil displicuit, vt qui confiderarent vulnus illud haud indigere fomentis, sed aperiendum esse ferro, atque Ecclesiasticæ seueritatis censura curandum. Verum ipse Theophilus sic sibi prudenter visus est agere, si Catholicos ad pacem cogeret vigore canonicæ disciplinæ, ac deuios lenitate verborum redderet Ecclesiæ obsequentes. Tradit id quidem tũc fuisse Theophili consilium S. Hieronymus, scripta ad eum epistola, vbi ait *i*: *Quod de canonibus Ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit Dominus, corripit, & flagellat omnem filium, quem recipit. Sed tu scito nobis nihil esse antiquius, quam Christi iura seruare, nec Patrum transferre terminos, semperq; meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam, cuius se esse participem Alexandrina Ecclesia gloriatur. Super ne faria hæresi quod multam patientiam geris, & putas Ecclesiæ visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate: multis sanctis displices, ne dum pauc orum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam peruersorum, & facilio robustior fiat.* hæc Hieronymus. Porro quod profecturus esset Romam Theophilus, atque abiturum cum eo esse Hieronymum, Ioannes Episcopus diuulgasset *k*; se non indigere Romam abire, vt cum Ecclesia Romana communicaret, cum absentei communione sociaretur, ostendit. Verum abierit ne Romam Theophilus, incertum est.

XXXI.

i Hier. ep. 68.

k Hier. ep. 61.

Sed quid tandem? Opera, puto, eiusdem Theophili Episcopi Alexandrini, inita est concordia inter Hieronymum atq; Ruffinum: & existimare fas est, alios quoque pari fœdere eidem copulatos, Origenis erroribus silẽtio condemnatis. At male obducta cicatrix serpente intus secus tabo, iterum in vlcus erupit; quod accidit, cũ Ruffinus Romam rediens, Periarchon Origenis se translatum edidit vna cum erroribus eius, quibus à se purgatum mentitus fuit; quando autem id contigerit, suo loco dictum fuit: quando autem id contigerit, suo loco dictum fuit: quando autem id contigerit, suo loco dictum fuit:

tempus vocatam Episcopis hoc illi tubentibus, qui plenarium totius Africæ Concilium Hippone agebant, de Fide & Symbolo presbyter adhuc Augustinus disputauit. hæc ipse. meminit eiusdem tractationis idem Augustinus *a*, cũ in ipsa correxit, quod dixerat de resurrectione: *Non tam caro erit & sanguis, sed tantum corpus.* elucidasse voluit, quæ dixisset ambigue, ne ea in deteriorem sensum, ad astruendam suã ipsorum hæresin ab Origenistis vsurpari potuissent, de quorũ errore paulo superius actum est. Porro eam disputationem ipse Augustinus in librum conuertit, id ipsum postulantibus cõpluribus, qui aderant, & à quibus diligebatur, Episcopis. Cum vero adeo præclarum specimen de se eo conuentu coram Patribus Augustinus ediderit, ob idque eum cuperent omnes: Valerius inuidiam patiebatur, quod sibi adsciuisset eum in presbyterum Hipponensis Ecclesiæ: qui timens pariter, ne tam nobilis Christi ministri dispendium faceret, & adsciscendus ab aliis esset in alicuius vacantis sedis Episcopum, cogitare cepit de subrogando eum sibi adhuc viuenti Antistitem coadiutorem, futurũ postea successorem: testatur id quidem Possidius *b*. Contulit ipse tunc totum id cum Aurelio Episcopo Carthaginensi; atque tandem postea, cum sibi oppottunum visum est, perfecit quod mente conceperat, idque post annum. agemus ea de re plutibus suo loco. hæc autem modo occasione Concilii Hipponensis, in quo Augustinus omnibus totius Africæ Episcopis manifestus, quantusq; esset, innotuit.

a Aug. Retract. lib. 2. c. 57. QVID AVGVST. IN CONCILIO HIPPONENSI.

b Possid. vita S. Aug. c. 8.

XXXV. Hoc item anno, renunciato (vt dictum est) Honorio Imperatore, relictoque cum eo Arcadio Augusto Constantinopoli, ipse Theodosius aduersus Eugenium tyrannem Occidentale Imperium occupantem, expeditionem parat: *Quem*, inquit Socrates *c*, *plurimi barbaritram Istrum incolentes sua sponte ad auxilium ei contra tyrannum ferendum secuti sunt.* Cæterum Theodosius doctus exemplo, pietate magis, quam armis hostes debellari solere, in eo præcipue innitendum esse putauit, vt Deum sibi sanctis operibus sanctorumque precibus conciliaret illud Dauidicum occinens *d*: *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* probe sciens, Deo duce, Cyrum *e* dorsa Regum retrorsum conuertisse, superbos terræ humiliasse, portas æreas contriuisse, confregisseque vectes portarum ferreos. Sicigitur compositus animo, primum omnium futuri belli euentum non magicis explorat præstigiis, nec oraculorum responsis quærit ambiguis (hæc enim omnia sanctis legibus, ne quis faceret, omnino proscripserat) sed Deum Optimum Maximũ per seruos suos, quid de futuro belli euentu prædiceret, consulendum putauit. Quamobrem Legatos mittit ad celebertimum vatem illum in eremo latitantem Ioannem anachoretam, cuius in futuris euentis explorandis virtutem satis perspectam habuit ex superiori bello huic non impari aduersus tyrannum Maximum gesto. Quæ autem ille diuino efflatus spiritu responderit, Rufinus tradit, qui hæc ait *f*: *Theodosius nihilo segnius inflammatus ad vltionem, arma contra Eugenium, qui in locum defuncti substitutus est, corripit, primo Dei voluntatem per Ioannem monachum, de quo supra memoranimus, scisciatus. Tum ille, qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat incruentam, etiam hanc, licet non absque plurima vtriusque sanguinis inundatione promittit.* hæc ipse. Porro hac ad Ioannem legatione functum esse Eutropium, qui sub Arcadio post Ruffinum rexit Imperium, Sozomenus *g* auctor est. At vero non de futuro exitu belli tantum vaticinatum esse Ioannem, sed & post obtentam victoriam proximum fore propulasse obitum ipsius Theodosii Imperatoris, Euagrius tradit *h*, Theodoretusque *i* id ipsum affirmat. At post hæc Ruffinus subdit ista etiam de bellico apparatu.

c Socr. l. 5. c. 14.

d Psal. 59.

e Isa. 45.

THEOD. LEGATOS PRO PRECIBVS MITTIT.

f Ruffin. l. 2. c. 32.

g Soz. l. 7. c. 22.

h Euagr. lib. 35. Patrum, c. 1.

i Theodor. l. 5. c. 24.

XXXVI. BELLICVS THEODOS. APPARATVS.

Igitur præparatur ad bellum non tam armorum, telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidiis: nec tam exercitatum vigiliis, quam obsecrationum pernoctatione munitus circuibat cum sacerdotibus ac populo omnia orationum loca, ante martyrum & Apostolorum tecta sinebat cilicio prostratus, & auxilium sibi fida sanctorum intercessione poscebat. hæc de Theodosii pio apparatu Ruffinus tradit, qui hoc ferme tẽpore ista fieri bebat. Addit Cedrenus, sed quo auctore, nescimus, Theodosiũ incognitum alieno habitu ea ex causa esse peregrinatum Hierosolymam ad sancta inuisenda loca, quo facilius Dei auxilium promereret, eundemque diuino monitu cognitum à Ioanne eius sedis Episcopo. At hæc Cedrenũ ignoranere maiores, quæ si explorata habuissent, minime reliquissent obuoluta silentio.

Qualisnam autem Eugenii tyranni ad idem bellum fuerit apparatus, ex eode Ruffino possumus intelligere, cum ista subdit *k*: *At Pagani, qui errores suos nouis semper erroribus animant, innouare sacrificia, & Romam funestis victimis cruentare, inspicere exta pecudum, & ex fibrarum præscientia secuturam Eugenio victoriam nunciare superstitiosus hac agente & cum omni animositate Flauiano tunc Præfecto, cuius assertionibus (magna enim erat eius in sapientia prærogatiua) Eugenium victoriæ fore pro certo præsumpserant.* hæc ipse. Erat quidem Christianus Eugenius, vt ex sancti Ambrosii ad eum scripta epistola potest intelligi: cæterum vt qui in gratiam Christianorum Principum eandem religionem sectatus esset, haud eam ex animo coluit, vtpote qui foris præ se ferret Christianum, intus Paganum gereret, & cum posset absque arbitris, quæ deorum Gentilium essent, sacra ageret: vnde factum est, vt Gentilium omnium Senatorum animos sibi conciliarit, eosdemque fautores ad ambiendum Impetium nactus sit. Quem vero exitum res habuerint, dicturi sumus anno sequenti, quo ambo exercitus manus conseruere. Prosequamur iam reliqua à Theodosio hoc anno sancte pieque gesta, quibus ad id quod parabatur hoc anno bellum, diuinum sibi numen propitium reddidit. Inter alia autem digna memoria illud plane fuit, quo magnam excitauit admirationem, & summam concitauit sibi laudem, dum quo tempore ad immensas bellorum expensas consueuerant Reges indicere noua tributa populis sibi subditis (quod & ipse ante in belli apparatu aduersus Maximum fecerat, cum ea de causa populus Antiochenus impatiens oneris, in rem fœdã, quam recensuimus, prolapsus est) ipse Theodosius modo non ab his tantum abstinuit, vt nouas exactiones inferret; sed recens indictum à Præfecto Prætorio Tatiano ante biennium consule, nouo dato rescripto, omnino remisit. Extat de eiusmodi Theodosii temperantia & digna Christiano Principe munificentia ipsum rescriptum hoc ipso anno datum ad Ruffinum agentem Præfectum Prætorio, his scilicet verbis *l*:

k Ruffin. l. 2. c. 33.

THEOD. APPARATVS AD BELLVM VENTVRVM.

l l. 23. de annon. & trib. C. Th.

Ærariæ præstationis adiectio, quam citra priscam consuetudinem prouincialium humeris Tatianus imposuit, à cunctis penitus salubri moderatione remouenda est. Dat. pridie Idus Iuny. Constantinopoli, Theodosio Augusto III. & Abundantio Coss. Ex his plane intelligis esse corrigendum Sozomenũ dicentem, Theodosium in hac expeditione parandã aduersus Eugenium, nouum indixisse tributum, cuius causa tumultuatus fuerit populus Antiochenus: sed id contigisse in expeditione belli aduersus Maximum, satis perspicue superius est demonstratum, vt nullo modo reuocari possit in dubium.

XXXVII. XXXVIII. THEOD. TEMPORE BELLI CIVILIS VTA RELAXAT.

XXXIX. Quod rursus ad hanc rem spectat, illud etiam augustæ munificentiæ hoc anno Theodosius specimen edidit, cũ illate in Fiscum bona reorum tempore Præfecturæ Prætorii dicti superius Tatiani, vel ipsis reis, vel ipsorum coniunctis restituenda mandauit, gemino ea de re dato rescripto, cum primum ad eundem qui supra Ruffinum Præfectum Prætorii ita rescripsit *m*:

m l. 22. de bon. proscr. C. Theod. THEOD. BONA DAMNATORVM RESTITVIT.

Omnia proscriptorum bona, quæ Fisco iusserat Tatianus adscribi, vel ipsis, qui propriam nuditatem, vel illis, qui suorum mortem in extrema positi egestate lugent, sine dubitationis obstaculo vestis præcipimus. Dat. pridie Idus Iuny. Constantinopoli, Theodosio Augusto III. & Abundantio V. C. Coss. Rescripsit idem Imperator eadem ad Hesperium Comitem rerum priuatarum, illud quoque addens, vt eadem bona, licet aliis donata fuissent, nihilominus redderentur; sic enim rescripti sui se habet *n*:

n l. 25. eod. tit. C. Th. XL.

Omnia proscriptorum bona, quæ Fisci nomine singulis quibusque Tatianus eripuit, vel ipsis, qui gladio acerbiorem stylum passi, damnatas suas meditatæ sleuerunt, vel eorum filiis ac propinquis, qui

cruentas excepere sententias, restitui mox iubemus: ita vt omnes, qui aliquid ex huiusmodi bonis nostra liberalitate meruerunt, restituere adepta cogantur. Datum pridie Idus Iunij, Constantinopoli, Theodosio A. III. & Abundantio Coss. Hæc, rogo, attendant, qui in bellico apparatu non largitionibus & eleemosynis preces pauperum sibi cõciliant, sed eorum luctu ex acerbioribus exactionibus & clamoribus Deum contra se pronocant, & infensum penitus reddunt, secundum illud Dauid dicentis *a: Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* cum interdum contingat ea ipsos subditos pati à suis Principibus, quæ nec ab hostibus forent aliquando experturi. Vnde accidit, vt quantumlibet belli iusta causa præcesserit, illud tamen triste Dominus effari cogatur indignans: *Heu b consolabor super hostibus meis.* cum scilicet cogitur (vt ita dicam) Deus inuitus in suos arma conuertere; quæ in hostes exacuerat iustus zelus. Sed ad Theodosium redeamus.

PRINCIPES CHRISTIANI ID ATTENDANT.

a *Isai. 11.*

b *Isa. 1.*

XLI. Hæc cum ipse (vt vidimus) mense Iunii statuisset, paulo post, nempe sequenti mense, quæque optima mente agitans, ne quid indignum, quo diuina prouocaretur vindicta, milites perpetrarent licentia militari: quo eos intra fines modestiæ contineret, hæc primum rescripsit ad Comites vtriusque militiæ *c*:

Nemo militans à suo hospite salgamũ aliquid nomine postulet, id est, ne lignum aut oleum culcitraue poscantur. Datum IV. Kalend. Aug. Constantinop. Theodosio Aug. III. & Abundantio V. C. Coss. vetuit etiam pro annonariis speciebus ex gente pretium *d*, & ip eos, qui ditiorum sibi procurarent hospitia, ista sanciuit *e*:

c *l. 3. de salgam. C. Th.* THEOD. COERCET LICENTIAM MILITVM. d *l. 18. 19. 20. de erog. mil. annon. C. Th.* e *l. 4. de metat. C. Theod.*

XLII. *Si qui mensorum nostrorum manu, quã deputatas singulis quibusque domus enotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerit: ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur. Dat. VI. Kalend. Nouemb. Constantinop. Theodosio Aug. III. & Abundantio V. C. Coss.*

Quæ vero idem hoc eodem anno, mense Augusti, Christiano maxime pio digna sanciuerit, ex his accipe, quæ ad Ruffinum Præfectum Præt. in hæc verba rescripsit *f*, quibus admireris Magnum Theodosium in sago militari summe philosophantem:

f *l. 1. si quis maled. imp. C. Th.*

Si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum fuerit: cum pœna nolumus subiungari, neque durum aliquid, nec asperum sustinere. Quoniam si id ex leuitate processerit, contemnendus est: si ex insania, miseratione dignissimus: si ab iniuria remittendum. Vnde integris omnibus, ad nostram scientiam referatur: vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrum præter mitti, an exquiri debeat, censeamus. Dat. V. Idus Augusti. Constantinopoli, Theodosio Aug. III. & Abundantio V. C. Coss.

THEOD. PRVDENTIA IVNCTA CLEMENTIÆ.

Admirare, lector, Imperatoris cum pietate prudentiam, dum cum ipse videtur seuerus, ratio soluere disciplinam, tunc magis eam fabula edita legis astringit. Etenim quem putas ista percipientem voce præconis, vel in albo Prætoris aut in foro legentem, non continuo ficmma erga suum principem charitate propensiorem redditum? vel si alias prauo in eum esset commotus animo, nonne qualibet grauiori pœna supplicium illud fuisset sibi existimandum, quod quicquid in Principem obloquutus ipse fuisset, ad eius peruenturum aures certo sciret? Sic igitur ea edita sanctione Christiano Principe digna, ita cõciliauit sibi animos omnium, vt tamen eorum, qui odium imbibissent, ardentem freno audaciam coercuerit, cum scirent, quod si in maledicta prorumperent, fore ea principi manifesta; in hunc plane modum optime consulens & Christianæ mansuetudini & Imperatoriæ maiestati. His itaque præmiis sanctissimis legibus, aliisque piis operibus, idem Theodosius Imperator ad sequentis anni auspicandum bellum certam sibi strauit ad victoriam viam; quam (vt suo loco dicemus) feliciter consecutus est, ante clementia certans, quam armis decerneret.

XLIII. Prædicata quidem fuit in Christiano Principe inter alias egregias virtutes clementia ab exteris etiam hominibus, & admirationem haud mediocrem attulit, atque inter alios Themistio Gentili philosopho, qui eam virtutem in Theodosio plurimum celebrauit: quem ex quantum prædicat hac ex parte ipsi Deo Opt. Max. cæteros Principes quantumlibet nomine celebres superantem. ipse enim vbi pro concione damnauit Alexandri Magni trucem animum, & ex vino truculentiorem solitum reddi, quo etiam probos è medio sustulit; ad Theodosium conuersus, *Tu*, inquit, *optime Rex, nequaquam: quin improbis largiris veniam; atque id vt probis gratificareris, eos dimittis incolumes & indemnatos, qui stulta ac vana locuti sunt, tanquam eos, quibus tristia somnia obtigerint: atque ita ad præclaram virtutum omnium clementiam quam facillime impelleris: quia Dei quam simillimus, & diuinæ cuiusdam naturæ particeps esse videris.* hæc Themistius magni nominis à temporibus Constantii Imperatoris in Orbe philosophi, qui & sub Theodosio, prouecta admodum senectute vixit, & à Theodosio, licet ethnicus esset, magna æstimatione habitus: etenim (vt ipse testatur) profecturus Constantinopoli Theodosius in Occidentem, Arcadium filium eidem commendauit.

XLIV. ALIPIVS PROFICISCITVR HIEROSOLYMAM.

Hoc eodem anno Alipius Tagastensis, Augustini in vitæ instituto collega, Hierosolymam profectus inuisit sanctum Hieronymum: cui cum multa de eiusdem Augustini vitæ sanctitate atque doctrina nota fecisset, sequester extitit, vt inter vtrumque amicitiæ vinculum strictius necteretur. Docent hæc litteræ eiusdem Augustini postea scriptæ per Profuturum. Puto tunc per eundem Alipium innotuisse Augustino commẽtarium ab ipso Hieronymo elucubratum de Scriptoribus Ecclesiasticis, cuius in dicta epistola per Profuturum missa ipse meminit Augustinus. Vbi vero in Africam Alipius reuersus est, haud multo post creatur Episcopus Tagastensis, ante scilicet, quam Augustinus per ipsum Profuturum ad Hieronymum scriberet: nam in ipso literarum exordio ita habet *g*: *Nunquam aeque quisquam tam facile cuilibet facie innotuit, quam mihi tuorum in Domino studiorum quieta lætitia, & vere exercitatio liberalis. Quamquam ego percupam omnino te nosse: tamen exiguum quiddam tui minus habeo, præsentiam videlicet corporis: quam ipsam etiam, posteaquam te beatissimum nunc Episcopum, tunc vero tam Episcopatu dignum frater Alipius vidit, remeansque à me visus est, negare non possum magna ex parte mihi esse relatu eius impressam; & ante reditum, cum te ille ibi videbat, & ego videbam, sed oculis eius: non enim animo me atque illum, sed corpore duos, qui nouerit, dixerit, concordia duumtaxat & familiaritate solidissima, non meritis, quibus ille antecellit.*

g *Aug. ep. 5. & apud Hier. ep. 86.*

XLV. Cæterum vbi hæc sequenti anno post creatum Alipium Episcopum scriberet Augustinus, Hieronymus eum præuenit epistola, qua inter alia eundem Augustinum admonuit de cauendis in Origenis lectione eius erroribus: significat hæc idem ipse Augustinus in secunda epistola ad illum scripta *h*. Quod autem sanctus Hieronymus ipsum ista monuerit, non alia de causa factum puto, nisi quod cum Alipii Hierosolymam aduentus tunc contigerit, cum epistolæ nuper controuersiæ Hierosolymis inter Hieronymum & Epiphanium altera ex parte, ex altera vero Ioannem Hierosolymitanum Episcopum, Ruffinum, Isidorum, Palladium, Melaniam & alios versarenturne Augustinus relatione Alipii de omnibus certior redditus, aduersariæ partis fortasse defensor insurgeret.

h *Aug. ep. 9. HIERON. QVEM ADMONVIT AVGVST.*

XLVI. Certe quidem subodorari mihi videor, tantos viros, penes quos summa rerum Hierosolymis esset, nempe Ioannem eius ciuitatis Episcopum, & vna cum Melania Ruffinum (vt moris est rectis dogmatibus aduersantium, in eorum propugnatores acerrime inuehi, calumnias lacerare, ac proscindere contumeliis) aduersus Hieronymum aliqua Alipii auribus insusurrasse, eademque ipsum in Africam redeuntem Augustino narrasse: quibus ipse nonnihil permotus, paulo licentior primis litetis ad Hieronymum scriptis, licet retenta pace & concordia atque amicitiæ vinculo, quo se profitebatur astrictum, à reprehensione scriptorum illius aggressus sit, dum illa Profuturo data epistola, Hieronymi scripta carpit *i*: sed in quibusnam; hæc suo tempore, quo epistola scripta probatur, aperiemus. hic satis modo egisse de peregrinatione Alipii Hierosolymam, ex qua fieri amicitiæ inter vtrumque

i *Aug. ep. 8. & apud Hier. ep. 87.*

prima

primaria facta sunt feminæ, ita altercationis sparsa, fomitem suppeditantibus Origenistis.

XLVII. QVANDO HIERON. SCRIPSERIT DE VITA CLERICORVM.

At tandem huius anni periodum claudamus tractatione lucubrationis eiusdem S. Hieronymi ad Nepotianum S. Heliodori nepotem, De vita clericorum inscriptæ: hoc enim anno ipsam elaboratam fuisse, inde colliges, quod idem S. Hieronymus in eius libelli fine dicat a: *Coegisti me, Nepotiane carissime, lapidato iam virginitatis libello, quem sancto Eustochio Romæ scripseram, post annos decem rursus Bethlehem ora referre, & confodiendum me linguis omnium prodere, &c.* quod scilicet sicut in illo prauos clericorum mores fugillauit, ita in isto vitæ clericalis omnes recensendo numeros, qui ab eis essent extorres, reprehensionis nota viderentur insusti. Quod vero ait, post decennium à tempore illo, quo ad Eustochium de Virginitatis custodia libellum scripsit, eum ad Nepotianum scripsisse tractatum: si tempus enumeres, ad hunc ipsum annum lucubrationem illam ad Nepotianum editam referre necesse erit. Exquisierat eam crebris epistolis à Hieronymo Nepotianus, qui relicta sæculi militia, in qua clarus apud Imperatorem vigebat, vitæ se clericali addixerat: de his enim in eius epitaphio ita Hieronymus b: *Quoties ille transmarinis epistolis deprecatus est, vt aliquid ad se scriberem: quoties nocturnum de Euangelio c petitorem & interpellatricem duri iudicis mihi viduam exhibuit? Cumque ego silentio magis, quam literis denegarem, & pudore reticentis pudorem suffunderem postulantis: auunculum mihi opposuit precatorem, qui & liberius pro alio peteret, & pro reuerentia sacerdotij facilius impetraret.* Quanti a libellum illiu fecerit, & ex eo profecerit Nepotianus, idem Hieronymus hæc subdens indicat: *Feci ergo quod voluit, & breui libello amicitias nostras aeterna memoris consecrauit. Quo suscepto, Cræsi opes & Darij diuitias se vicisse iactabat: illum oculis, illum manibus, illum sinu, illum ore tenebat: cum q, instratu frequenter euolueret super pectus soporati dulcia pagina decidebat, &c.*

a Hieron. ep. 83.

b Hier. ep 3.

c Luc. 11.

XLVIII. DE ANTIQVO VSV VESTIVM CLERICORVM.

Quod vero inter alias admonitiones (quod ad antiquum vsum pertinet) de clericorum vestitu illa addidit: *Vestes pullas aque denuo vt candidas*: æque nos admonemur clericorum dignum habitum nequaquam olim pulli fuisse coloris, qui vestium monachorum peculiaris erat: nã in epitaphio S. Marcellæ, & alia ad Marcellam d epistola, nec non contra Iouinianum idem non obscure significat, pulli coloris fuisse habitum monachorum. Cum igitur neque pullus, neque candidus color clericis congruere videretur, possumus intelligere castaneum colorem, necnon violaceum in Ecclesia Catholica antiquo vsu receptum, retentumque vsque hodie ab eis, qui familiæ sunt summi Pontificis, nec non ab alumnis Romanæ Ecclesiæ Seminarii, & aliis: vt omittamus Episcopos, illis exceptis, qui ex clausralium ordinibus ad eam promoti sunt dignitatem. Irrepsisse autem colorem niger in clerum videtur, cum & monachismus (vt dictum est superius) in nonnullis Ecclesiis à clericis receptus est, & ex monachis Episcopi creati sunt, reliquos autem clericos alio vsos esse colore, vt distinguerentur etiam à laicis, qui incedebant atrati, superius diximus. Si de coloribus Gentiliciam consulas antiquitatem, scimus ex Suetonio ab Augusto reprehensos Romanos pullatos, ab eodemque iussos nonnisi albatos in theatro sedere. Cæterum alba ferre vestimenta, his temporibus peculiare Nouitianorum fuit, qui se Catharos, nempe mundos esse iactabant, & dici volebant. sed de his alias.

d Hier. ep. 22.

IESV CHRISTI
Annus 394.

SIRICII PAP. Annus 10. THEODOSII IMP. Annus 16.

I. BELLVM THEODOS. ADVERSVS EVGEN.

NONAGESIMVS quartus supra trecentesimum Christi annus aperitur nouis Consulibus, iisdemque Augustis, Arcadio tertium & Honorio secundũ: quo Theodosius Imperator, sublato Eugenio tyranno, totius Romani Imperij monarchia vna cum filiis potitus est. Hæc autem quo modo gesta sint, accurate dicenda sunt. Res quidem magna obseruatione digna, vtpote quod non de eo tantum agatur bello, quo de summa totius decernatur Imperij; sed de potentia & veritate alterutrius diuini cultus, nempe Christianæ religionis, ac Gentilitiæ superstitionis, disceptatio peragi videatur; adnitente nimirum Theodosio vndique petitis ex Christiana religione præsidiis; aduersariis vero (vt dictum est) ex diis Gentium indesinentibus sacrificiis, aliisq; superstitionis ritibus sibi auxilium comparantibus, qui deorum oraculis de promissa sibi victoria gestiebant. Isti igitur omnem fiduciam collocantes in opitulatione deorum, de excipiendo intra Alpium sepra aduenientem Theodosium cum exercitu consilium inierunt. Ductabãt copias impieratis post Eugenium Arbogastes & Flauianus Præfectus in Christianam religionem infensus, & cultu deorum nulli secundus. *Recedites hi Mediolano cum exercitu, vt Alpium claustra munirent* (inquit Paulinus c) *minatis sunt, cum reuertissent. statuisse se esse facturos in basilica Ecclesiæ Mediolanensis, atque clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cum dæmonibus suis male crediti sunt, dum aperiunt os suum in blasphemiam ad Deum, spem sibi victoriæ ademerunt. Causa autem commotionis hæc fuit: quia nuncra Imperatoris Eugenij, qui se sacrilegio commiscuerat, ab Ecclesia respuebantur, nec orandi ei cum Ecclesia societas tribuebatur.* hæc Paulinus, cuius testificatione illud etiam certum habetur, reuertisse è Tuscia Mediolanum, digresso iam inde Eugenio, S. Ambrosium, vt Theodosium venturum exciperet de tyranno victorem, cum nihil dubitaret de propitio belli euentu fidelibus, impijs vero funesto. Occupant isti Alpium iuga: sed quibus aggeribus muniunt aditus? deorum simulacris, idolis Gentium, nempe (vt Augustinus fait) simulacris Iouis Fulminci. At quonam pręsagio signo ductatur eorundem exercitus? statua Herculis. hæc q; omnia peracta sunt consilio Flauiani, qui de certa victoria nam eiulgarat responsa deorum: quibus confisi, Italiæ claustra, Iulias Alpes tuto præsidio occupantes, Theodosium aduenientem expectant.

c Paul. in vita S. Ambrosii.

AVXILIO DEORVM NITVNTVR ADVERSARII.

f *Aug. de Ciu. Dei l. 5. c. 26.*

Hic autem (inquit Sozomenus g) *postquam omnia illi instructa essent, quæ ad bellum necessaria erant, Honorium iuniorem filium Cæsarem declarat* (quod factum anno superiori, alii affirmant) *Arcadium enim iam ante inaugurauerat: vtroque autem filio Constantinopoli relicto, propere cum exercitibus ex Oriente ad Occidentales Imperij regiones festinabat, sequebatur q, ipsum ingens auxiliarium manus ex barbaris Istri accolis. Fertur autem, quod cum egressus Constantinopoli ad septimum milliare peruenisset, Deo preces nuncupauit in ecclesia illa, quam in honorem Ioannis Baptistæ construxerat: ac petierit, vt expeditionis illius alea tum sibi, tum exercitui suo, tum Romanis omnibus feliciter cederet: & auxiliatorem sibi inuocauerit ipsum Baptistam. Hæc igitur precatus, in Italiam contendit.* Præuio b Crucis signo, quod micabat in Labaro, præcipui duces hi ducebant exercitum: Timasius i, post hunc Stilicho maritus Serenæ filiæ fratris ipsius Theodosii Imperatoris: fœderatosque barbaros regebant Gainas atque Saulus: sed & Bacurius ex Armenia oriundus parti exercitus cuidam præfectus erat. ista ex Zosimo. Sed quod ad Bacurium spectat, errotis arguitur à Russino k, qui ait eum non Armenum, sed gente Iberum fuisse, Iberorumque Regem, apud Theodosium autem Domesticorum Comitem: cui, inquit, summæ curæ erat religio atque veritas: qui Hierosolymis familiariter cum ipso Russino versatus est, cum ageret ibi ducem exercitus Iunianus: à quo se accepisse ipse Russinus tradit, quam scripsit gentis Iberorum ad Christum sub Constantino Imperatore conuersionis historiam, suo loco superius recensitam. Sed & eiusdem Zosimi illi sunt corrigendi errores, quibus ait, Theodosium duxisse secũ Honorium, & Gallam Augustam hoc item tempore esse defunctam, aduersantibus ei huius temporis scriptoribus omnibus.

g Soz. l. 7. c. 4. THEODOS. RECEDIT CONSTANTINOPOLI

h *Theod. l. 5. c. 24.*

i *Zosim. l. 4.* VIRTVTE CRVCIS CONFISVS THEODOS.

k *Russin. l. 1. c. 10. & l. 2. c. 33.*

II.

Erat totius virtus exercitus Theodosii signum Crucis, quam expauescerent aduersariæ potestates: erat Crux illi munimen & ornamẽtum effulgens in armis atq; militaribus signis: qua & suam ipsius munire frontem magis, q

III.

coronâ ac diademate ornate, caput, eidem curæ erat; cum depositis illis, hanc vt Christianorum Principum regale sertum, summum capitis ornamentum ac tegumentum, superinduere: de quo Chrysostomus *a*: *Ad hæc*, inquit, *impij & persecutores erant Reges, nunc vero ad cœlum proferunt pietatem; & ingredientes limen Ecclesiæ, deponunt coronam, & crucem Christi depingunt in suis frontibus Theodosius pater & filius Theodosij religione ac pietate insignes.* hæc ipse. Prudentius agens aduersus Symmachum, ipsum Theodosium Romam his verbis iure compellantem inducit *b*:

Agnoscat, Regina, libens mea signa necesse est,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

a *Chrysost. hom. 3. in Pentecost.*

b *Prud. aduers. Symmach. lib. 1.*

IV.

In ipso autem procinctu Theodosius, memor pietatis, qua sola sperat parari sibi posse victoriam, nouis edictis Christi hostes insectatur hæreticos: mense enim Aprilis rescripsisse hæc reperitur *c*:

c *l. 22. de hær. C. Th.* QVÆ DECRETA ADVERSVS HÆRATICOS.

Hæretici neque Episcopi faciendi potestatem, neque Episcoporum confirmationes licitas habeant. Dat. XVII. Kal. Maij Constantinopoli Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. sed ista plenius nouo rescripto mense Iulij ad Ruffinum Præfectum Præt. ab Arcadio & Honorio hoc eodem anno postea promulgato repetuntur his verbis *d*:

d *l. 23. de hæ. C. Th.*

Hæreticorum dementia nec vlterius conetur perpetrare, quæ perperit, nec illicita habere concilia; nusquam profana præcepta vel docere, vel discere: nec Antistites eorundem aude. ne fidem infamare, quam non habent. & ministros creare, quod non sunt: nec per conuenticulam iudicantum, omniumque quibus per constitutiones paternas super hac cura mandata est, insolenti audacia negligatur & crescat. Dat. VII. Idus Iulij. Constantinop. Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss. hæc quidem filii Imperatores, iussu proculdubio parentis, quem expeditio militaris coegerat rem paucioribus agere.

V.

At iam ipsas res bellicas prosequamur. Quomodo autem ipso primo congressu compulerit Theodosius aduersarios loco cedere, & iuga conscendere montium, Ruffinus *e* his paucis absoluit: *Vbi veræ religionis fretus auxilio Theodosius Alpium fauces cepit vrgere: primi illi, quibus nequicquam litata sunt tot victimæ, de fallacia conscientia trepidi dæmones in fugam versi, post etiam magistri horum & doctores errorum, præcipue Flauianus plus pudoris, quam sceleris reus, cum potuisset euadere, eruditus admodum vir mereri se mortem prorerore iustius, quam pro crimine iudicauit: cæteri vero instruunt aciem, & collocatis in superioris iugo insidiis, ipsi pugnam in descensu montis expectant.* hæc isto modo Ruffinus, cui consentiunt scripta à Zosimo, dum ait *f*: *Alpium prater omnem spem potitus, ad hostes accessit, inopinato aduentu Eugenio territo.* Theodoretus *g* reliqua fusius prosecutus, tradit primo congressu Theodosium posteriores tulisse: quod & Zosimus *h* narrat his verbis:

e *Ruffin. l. 2. c. 33.*

f *Zos. l. 4.*

g *Theod. l. 5. c. 24.*

h *Zos. l. 4.*

VI. PVGNA THEODOS. ADVERSVS TYRANNVM.

Ceterum præstare atus Theodosius, vt legiones barbaras in aduersos immitteret, iisque primum periclitaretur, Gainem cum nationibus sibi subditis hostem aggredi iussit, sequentibus hunc aliis ducibus, quicunque barbaricis omnibus, equitibus, inquam, & sagittariis equestribus & pedestatui præerant. Aduersus hos cum suos produxisset Eugenius, omnibusque copiis congressi iam essent exercitus: ipso prælij tempore talis defectus Solis accidit, vt maiori spatio nox esse potius, quam dies existimaretur. Cumque noctur nam quodammodo pugnam exercitus pugnarent, tanta strages hominum edita fuit, vt eo die maior pars scelerator um Theodosij Principis interficeretur, vna cum Bacurio duce, qui ante suos fortissime se periculo obiecit: cæteri præter opinionem fuga cum residuis euaderent. Igitur vbi noctis interuentu se recollegissent exercitus; ob victoriam elatus Eugenius, munera distribuebat in eos, qui supra cæteros fortiter se gessissent, & coronam potestatem faciebat, quasi nullum amplius post tantam cladem accepturam prælium futurum esset. Hu ad equitas conuersis, Theodosius auroram appetente conflictatus, vniuersis cum copiis in hostes adhuc humi iacentes irruit, & nihil eorum, quæ perpetrentur, animaduertentes occidit, &c. ista de bello Zosimus, quæ non vt probemus, sed vt confutemus, recensuisse voluimus. Callido quippe consilio Ecclesiasticus scriptor, quod sciret victoriam Theodosij in deorum ignominiam & gloriam Christi cedere: quam negare non potuit, sic obscurauit, vt non Christi vi tuti atque pietati Theodosij ascribenda esset, sed potius Eugenij ostentatæ parta esse, dici deberet.

i Ruffin. l. 2. c. 33. VIII. PVGNA RVFFINO DESCRIPTA.

m Ps. 113.

Sed quem trium errorum hac ipsa narratione nuper arguimus, restat, vt in his quoque magnopere erraße mõstremus. ac primum quod ait de Solis eclipsi eo ipso tempore hoc anno facta, quam constat testificatione Prosperi, ac Marcellini contigisse sub Consulatu Theodosij & Abundantij, anno nimirum superiori; vt superius dictum est. Verum assertione S. Hieronymi *k* illud Solis defectum factum esse constat tempore Pentecostes; pugnam autem hanc, omnium consensione, accidisse liquet mense Septembris. Consentiunt & tabulæ astronomicæ, quæ necalium huius temporis monstrant Solis defectum. At vero quod ad obtentam victoriam pertinet: eam quidem non desidia hostium acriter & obstinate pugnantium, sed diuinitus fuisse à superis impertitam, manifesto experimento non nostri tantum scriptores affirmant, verum & Zosimo superstitione non impar, sed fide longe superior Claudianus (vt dicemus) aperte testatur, quod & carmine quoq; cecinit. Vides, lector, qui semel detrahendi Christianis studio, historiam scribendi munus suscepit, per quam deuios fecerat anfractus. Porro ipsa pugna à Ruffino ita describitur:

Vbi ad primos ventum est, & illico se legitimo Principi tradiderunt, cum cæteris inimicis validius deprehensis conflictum acerrimum geritur: fletit aliquandiu anceps victoria: fundebantur, ex parte Theodosij scilicet, auxilia barbarorum: terga iam hostibus dabant sed fiebat hoc, non vt Theodosius vinceretur, sed ne per barbaros vincere videretur. adde & Ariana hæresi imbutos homines. *Tum vero* (subdit Ruffinus) *ille*, nempe Theodosius, *vt comperta suorum acies vidit, stans in edita rupe, vnde & conspicere & conspici ab vtroque posset exercitu, proiecto armis, ad soluta se vertit auxilia: & prostratus in conspectu Dei: Tu, inquit, omnipotens Deus, nosti, quia in nomine Christi filij tui, vltionis iusta (vt puto) prælia ista suscepi: si secus, in me vindica: si vero cum causa probabili, & in te confisus huc veni, porrige dexteram tuis: ne forte dicant Gentiles: Vbi m est Deus eorum? Quam supplicationem pij Principis certa à Deo esse suscepta, hi, qui aderant, luces, animantur ad cædem, & præcipue Bacurius, vir fide, pietate, virtute & animi & corporis insignis, & qui comes esse & socius Theodosij mereretur, proximos quosque conto, telis, gladio passim sternit, agmina hostium conserta & constipata perrumpit: iter per millia trucidantium ad ipsum tyrannum, ruptis agminibus, & acernatim susis fragibus, agit. Vix fortasse ab impiis credantur, quæ gesta sunt.*

Etenim compertum est, *quod post illam Imperatoris precem, quam Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus est, vt tela hostium in eos, qui iecerant, retorqueret. Cumque magna vi persistente vento, omne iaculum missum ab hostibus frustraretur: fracto aduersariorum animo, seu potius diuinitus repulso, arbogaste duce nequicquam fortiter faciente, Eugenius ante Theodosij pedes vinctus post terga manibus abducitur, ibique vita eius & certaminis finis fuit. Tum vero religioso Principi gloriosior victoria de frustrato opinionibus Paganorum, quam de tyranni interitu fuit, quibus spes vana, & falsa diuinatio mimus in interitu contulit pœna, quam pudoris seruauit in vita.* hactenus Ruffinus: eadem quoque Socrates *n* de spectata virtute Bacurii, & de victoriæ miraculo, retorquente spicula vento, testatur, hæcque gesta esse octauo Idus Septembr. affirmat, iisdem, qui supra Consulibus, eadem quoque Sozomenus *o*, qui de quarundam cohortium militum Eugenii super montem agentium, ex quibus clades non modica imminebat, defectione mox secuta post Theodosij ad Deum preces hæc addit: *Deus eum confestim exaudiuit, sicut comprobauit eventus. Siquidem duces illorum qui montis verticem tenebant, missis quibusdam nunciarunt, sciliicet auxilio venturos esse, si quidem apud eum in dignitate futuri sint. Cum igitur nec chartam, nec atramentum petitum reperiret: accepta tabula, quam ex astantibus quidam forte habebat, assignauit illis præclari ac digni exercitus profecturam, quam apud ipsum sint consecuturi, si quidem promissa adimpleuerint. Quocirca & illi accepta hac conditione, Imperatori iunguntur.* Qui autem ex aduersariis Theodosio præsto fuit, Arbetio Comes extitit, de quo paulo post ex Orosio dictum fumus.

n *Socr. l. 5. c. 24.*

o *Soz. l. 7. c. 24.*

VII. ZOSIMI RADAGVNTIS BARBARI I. Prosper. in Chr. Marcel. in Chr. Hier. ep. 61.

X.

XI.

Theodoretus autē his omnibus plura habet, duobus-

IX.

que

que diebus pugnatum affirmat, sicut Zosimus, prioriſque diei certamine fractas fuisse Theodosii exercitus vires tradit, atque ista mox subdit a: Ibi cum duces dicerent, nimis pancos ad prælium de integro ineundum superesse, hortaretur q, vt bellum aliquandiu intermitteret, quo ineunte vere, exercitu collecto, hostes multitudine superarent: Imperator fidelissimus eorum consilium repudiauit: Nam non committendum esse, inquit, vt saltem taris Crux tante arguatur imbecillitatis, Herculisque statuæ tantum virtutis nostro testimonio tribuatur. Quippe vt Crux nostrum exercitum, ita illa hostium antecedit. Qua oratione cum tanta in Deo fiducia habita, cum copiæ relictæ & pauca admodum essent & animis fractæ: sacra ade in vertice montis, vbi castra fecerat, reperta, totam noctem huius vniuersitatis gubernatorem precibus solicitauit. Sub tempus autem noctis, quo galli cantare solent, somnus eum oppressit. Qui humi stratus, videre sibi visus est duos viros candido vestitu amictos equis albis vehi: qui ipsum bono animo esse, timorem abijcere, prima luce arma capere, & exercitum in aciem educere iubent: Nam si auxiliares & velut antesignanos ad eum missos esse, & alterum esse Ioannem Euangelistam, Philippum Apostolum alterum.

a Theod. l. 5. c. 24.

CERTAMEN THEODOSII A THEODORETO DESCRIPTVM

X. Hac oblata visione, Imperator preces fundere non desiit, sed attentiore cogitatione eas Deo adhibet. Eadem quoque visio militi secundum quietem apparuit, qui Præfecto suo eam narrauit: ille eum deduxit ad Tribunum militum, Tribunus autem ad Ducem: Dux noui aliquid inde portendi ratus, Imperatori significat. Tum Imperator: Non mea, inquit, causa hæc oblata est visio (ipse namque illis, qui victoriam promiserant, fidem habui) sed ne quisquam existimaret, me, vtpote præsagia faciendi cupidum, eam confinxisse. Huic igitur militi Deus mei Imperij propugnator hanc obtulit visionem, vt mihi eandem narranti certum testimonium daret: nam mihi primo communis omnium Dominus illam ostenderat. Quare omni metu prorsus amoto, antesignanos vestros & principes belli gerendi sequamur, atque nemo bellantium multitudine meriatur victoriam: sed eorum potentiã, qui se duces nobis præbent, quisque consideret. hæc Theodoretus. sed antequam reliqua ab eo tradita prosequamur, hic reddendum est nobile antiquitatis monumentum, quo hæc à Theodoreto descripta, antiquo reddita numismate contempleris: extat ipsum quidem aureum prægrande apud virum insignem præclara eruditione & sincera fide omnibus notum, Fuluium Vrsinum, his quibus hic vides imaginibus cusum: inspexi ego, & formis hisce incidendum curaui.

APOSTOLI PRO THEODOSIO PVGNANT.



Vides Theodosii seniotis veram certamque vultus effigiem, eñsque manum dexteram volumine, nempe (vt puto) sacro Euangelio munitam, sinistram vero Cruce armatam; quibus significetur, his armis superasse confidentem diis Gentium exercitum. ex aduersa vero numismatis facie intueris expresse sacerdotali decoros habitu geminos illos, quos in visu vidit Apostolos, Ioannem atque Philippum expressos reddi, æque dextra volumen sacrũ, sinistra vero Crucem gestantes. Habes etiam ex his, lector, inter alia, vnde antiquum sacerdotalem habitum discas, simulque tonsuram intelligas, atque palliola humeros ac pectus decore ambientia, votaque nuncupata atque multiplicata. Sed iam cœptam narrati à Theodoreto historiam prosequamur:

XI. Hac oratione militum animis valde confirmatis, omnes de monte deducit. Tyrannus autem cum videret milites procul à se ad prælium ineundum paratos, ornat exercitum & aciem struit. Ipse vero colle quodam occupato, ait militibus suis, Imperatorem tam quam mori cupientem, & desiderio ex hac vita abeundi flagrantem, præcipitio decertare. Dat igitur mandatum ducibus, vt eum vinum ad se & vinculis constrictum adducerent. Postea vero quam phalanges ordine locatæ erant; satis animaduerti poterat, tum quam ingentes hostium copiæ essent, tum quam pauca cum Imperatore in acie congrederentur.

Quodnam autem à Theodosio ipso ingressi pugnæ signum sit datum, Orosius docet his verbis b: Sciens se esse non solum Crucis signo tuendum, sed & victoriam adepturum, signo Crucis se muniens, signum prælio dedit, ac se in bellum, etiam si nemo se sequeretur, victor futurus immisit. Prima autem salus extitit Arbetio hostium partium Comiti, qui cum ignarum Imperatorem circumpositis excepissent insidiis, conuersus ad reverentiam præsentis Augusti, non solum periculo liberauit, verum etiam instruxit auxilio, &c. habet eadem quoque Theodoretus, qui subdit his verbis: Cum autem tela vtrinq, conjici capta sunt, tum antesignani Imperatoris (duo nimirum Apostoli illi) vere promissa præstitere. Nam ventus violentus è regione hostibus ferueus, illorum sagittas, iacula, spiculaq, in ipsos retorquet: adeo vt nullum teli genus eis adiumento fuerit: neq, miles grauis armaturæ, neq, sagittarius, neque iaculator Imperatoris exercitum ledere potuerit. Quinetiam tanta pulueris copia in eorum faciem impetu ferebatur, vti palpebras occludere, & pupillas oculorum vt graviter oppugnatas tegere ac tueri eos coegerit. Imperatoris autem exercitus nullo damno, incommodoue ex illo turbine accepto, fidentibus animis hostes trucidant. Qui quidem his rebus perspectis, & diuino auxilio, quod Imperatoris copijs allatum erat, cognito, abiectis armis, veniam ab Imperatore supplices petunt. Ille autem flexit animum, & illorum misericordiam capit.

b Oros. l. 7. c. 35. VICTORIÆ VIRTVTE CRVCIS PARTÆ.

Iubet itaque tyrannum celeriter ad se adduci. Illi igitur propere collem ascendunt, in quo tyrannus ignarus iam rerum gestarum considebat. Qui cum eos anhelantes videret, ipsaque anhelitus celebratæ aduenientis indicantes celeritatem, victoria nuncios esse suspicatus est: rogatque num Theodosium, vt illis erat imperatum, vinctum adducerent? Cui illi: Non eum, inquiunt, adducimus ad te, sed te hinc ad eum abducimus: hoc namque dedit in mandatis summus huius vniuersitatis moderator Deus. Qua cum dixissent, ei è solo erepto vincula iniciunt, adducunt vinctum: & qui paulo ante insolenter gloriatus fuerat, captiuum ad Theodosium deducunt. Imperator autem primam iniuriarum in Valentinianum, & impie occupata tyrannide eum in memoriam reuocat: deinde bellorum contra Imperium legitimum susceptorum causa cum irrisione reprehendit. Reprehendit etiam flatuam Herculis, qua fretus tam audax temerarium que facinus admiserat. Postremo iustam aquamq, de supplicio illi irrogando sententiam pronunciat. Talem se se Theodosium tum in pace, tum in bello præstitit: quippe semper diuinum imploranti auxilium, semper q, illud consecutus est. hucusq, Theodoretus.

XII. EVGENII INFELIX EXITVS.

En aspicis, lector, quot quantaque non dicam stylus, sed falx Zosimi resecauit: at ne videamur testibus illam domesticis confutare; quæ Gentilis poeta Claudianus c metro cecinerit, his addamus:

XIII.

c Claud. in Panegy. ad Honor. Imper. in 3. esus Consul. DIVINO MIRACVLO VICTI HOSTES.

——Victoria velox
Auspicijs effecta tuis, pugnasti vterque,
Tu fatis genitor q, manu. Te propter & Alpes
Inuiolo faciles: cauto nec profuit hosti
Munitis hæsisse locis: spes irrita valli
Concidit, & scopulis patuerunt clausira reuulsis,
Te propter gelidus Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaq, tela
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.
Alpinæ rubuere nives, & frigidus amnis
Mutatis firmauit aquis: turbaq, cadentum
Staret, ne rapidus tuissei flumina sanguis.

Monstrat hisce versibus locum ipsum certaminis fuisse ad ripam amnis, nomine, Frigidi: quod etiam Socrates tradit d. Tacet vero hanc, & aliam inauditam affert Zosimus victoriæ causam. De Claudiano autem Orosius e: Vnus, inquit, ex ipsis Poeta quidem eximius, sed Paganus pernicacissimus, huiusmodi versib. & Deo & homini testimonium tulit, &c. qui tamen ex Claudiano paulo diuerse binos hos recitat versus:

d Socr. l. 5. c. 24.
e Oros. li. 7. c. 35.

O nimium dilecte Deo tibi militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Et ex eodem Orosio, puto, recitat Augustin. f. verum existimo memoria

f Aug. de ciu. Dei li. 5. c. 26.

lapsum

lapsum ipsum Orosium, & cum illos redderet versus, non consuluisse codicem, cum aliter habeat Claudianus.

XIV. INGENS VIRTVS THEODOS.

Sed quod hinc inde petita fragmenta in vnum orationis contextum compingendi munus suscepimus: non prætereat ingens prætitum hoc in bello specimen fortitudinis atque fidei Theodosii Imper. ab aliis prætermissum, sed à S. Ambrosio his verbis pro concione laudatum a: *Recognoscitis, inquit, quos vobis Theodosii fides triumphos acquisierit. Cum locorum angustiis & impedimentis calonum agmen fuerit. Cum locorum angustiis & impedimentis calonum agmen fuerit. Cum locorum angustiis & impedimentis calonum agmen fuer

ium venisse Romam, & Honorium filium Imperatorem nominasse: cum constet, non Romam accessisse, sed Mediolanum, ibiq; vsq; ad obitum perstitisse, & Honorium iam ante (vt dictum est) Imperatorem nominatum fuisse. Quod autem ad indulgentiam hostibus impertitam pertinet: Synesius ea oratione, qua agit cum Arcadio de seruanda clementia erga supplices, ingerit paternum exemplum, illudq; magnifice de Theodosio prædicat, quod victor hostium ipse à misericordia vinceretur, generositatemque naturæ ad indulgentiam flecteret.

Accipe & de his testimonium Gentilis poetæ, Claudiani inquam *a*:

——Non insultare iacenti
Mallebat: mitis precibus, pietatis abundans,
Pœna parcus erat: paci non intulit iram.
Post acies odiis idem qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi: multosq; subactos
Asperа latura commendauere catena.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Pronus, & in melius gaudens conuertere fata.

XX. Quæ autem acciderint apud Constantinopolim & in Ægypto eodem belli tempore & victoriæ momento admiratione quidem digna narremus: Sozomenus enim in primis hæc ait *b*: *Fertur autem, quod eo tempore, quo pugna hæc committeretur, ex eo templo Dei, quod erat in Hebdomo, in quo preces fuderat Imperator, egressus dæmon quidam, subreptus in sublime, Ioanni Baptistæ sit conuiciatus, & capitis obtruncationem exprobrarit, magnaq; voce clamarit: Tunc me vincis, & exercitus meo insidiaris? Huic rei qui sorte præsentes aderant, cum magnum esset apud omnes studium de bello vel audire aliquid, vel dicere noui, obstupefacti annotarunt, eundem hunc fuisse diem, quo hunc euentum belli extitisse, non multo post ab iis cognouerunt, qui pugnæ interfuerant.* hæc Sozomenus. Quid autem contigerit in Ægypto in Thebaidis solitudine de S. illo Ioanne monacho, qui bis Theodosio de auspicandis prœliis ventura prædixerat, Euagrius narrat his verbis *c*: *Vt autem cœpimus ab eo velle proficisci: datis nobis benedictionibus: Pergite inquit, in pace, ô filioli: Hoc tamen scire vos volo, quod hodierna die victoriæ religiosi Principis Theodosii Alexandriæ nunciatæ sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autem & ipsum Theodosium non multo post propria morte vitam finire. Cumque profecti ab eo fuissemus, hæc ita gesta esse ad fidem comperimus, vt ipse prædixerat. Post dies autem paucos, insecuti sunt nos quidam fratres, annunciantes nobis, quod ipse S. Ioannes in pace quieuerit. Obitus autem ipsius talis quidem fuerat: Per triduum, inquiunt, nullum ad se introire permisit, & posito genibus in oratione reddidit spiritum, atque ita perrexit ad Dominum.* hæc Euagrius. Celeberrimum vero fama omnium huius temporis monachorum Ioannem fuisse, quæ dicta sunt superius, satis significare possunt.

XXI. Sed redeamus ad Theodosium, de quo hæc San. Ambrosius *d*: *Præclaram adeptus victoriam, tamen quia hostes in acie strati sunt, abstinuit à consortio sacramentorum, donec Domini circa se gratia filiorum exprimeretur aduentu.* hæc S. Ambrosius, & quidem ritu Christiano: quamuis sciamus fuisse apud Gentiles lustrationes à cæde hostium, nempe suffitu lauri, vt tradit Plinius *e*, aqua item, vt apud Virgilium illis verbibus *f*:

Me bello è tanto digressum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

De ritu autem Christianorum est canon S. Basilii in epistola ad Amphilochium in hæc verba *g*: *Cædes in bellis factas Patres præcedibus non reputauere, vt mihi videtur, ignoscentes his, qui pro pudicitia & pietate decertant. Recte autem forte habet, consulere, vt qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communione abstineant.* ista canon: quem quidem non fuisse vsu receptum, ea ratione Theodorus ait, quod nunquam daretur militibus sacra participare, vtpote quod ante absolutum triennium fidem pugnare iterum arque iterum aduersus hostes compellerentur. huius tamen canonis auctoritate repressum Phocam Augustum tradit, cum vellet cæsos in bello Romanos milites haberi martyres: *Episcopis contra refraganibus, ac dicentibus: Quo modo eos, qui in bello ceciderunt, inter martyres adnumerabimus, quos Magnus Basilius, vt qui non essent puris manibus, triennio à sacramentis prohibuit?* Apud Latinos extat canon pœnitentialis in antiquis Ritualibus libris vndecimus ordine, vt qui in bello cædem fecissent, abstinerent quadraginta diebus. Certe quidem diuina *h* lex noluit esse huiusmodi viros absque aliqua purgatione: qua traditum est, vt qui licet mandato Dei homines occidissent, iidem tamen septem diebus extra castra manentes lustrarentur tertio & septimo die. Theodosium autem haud paucis diebus abstinuisse oportuit, cum non communicarit, nisi postea cum filiis ipsius Constantinopoli relicti, ab ipso litteris accersiti Mediolanum, ad ipsum Theodosium peruenerunt: nam tradit hæc Paulinus *i*: *Reuertens itaque sanctus Ambrosium de vrbe Aquileiensi, vno die præcessit Imperatorem: nec diu clementissimæ memoriæ Theodosius Imperator susceptis filiis in Ecclesia, & traditis sacerdoti, in hac luce fuit.* haud enim superstes diu fuit Theodosius, qui post filiorum aduentum ex hac vita decessit sequenti anno, XVI. Kalend. Februarii.

XXII. Præcesserunt autem eius obitum signa quædam, elementis varie perturbatis: nam à mense Septembris, quo victoriam obtentam fuisse diximus (vt testatur Marcellinus in Chronico) nonnullæ regiones tertæ motu quassatæ sunt: sed & S. Ambrosius ipso orationis exordio, quam habuit in funere Theodosii: *Hoc nobis*, inquit, *motus terrarii graues, hoc iuges pluuiæ minabantur, & vltra solitum caligo tenebrosior denunciabat, quod clementissimus Imperator Theodosius recessurus esset è terris. Ipsa igitur excessum eius elementa mœrebant: cœlum tenebris obductum, aer perpeti horrens caligine: terra quatiebatur motibus, replebatur aquarum alluuionibus. Quidni mundus ipse defleret eum Principem continuo esse rapiendum, per quem diu a mundi ipsius temperari solerent, cum criminum pœnas indulgentia præuenerit?* hæc Ambrosius.

XXIII. Inter alias Orbis regiones Palæstinam quoque diro tunc vexatam esse terræmotu, occasione impurissimi Vigilantii meminit S. Hieronymus. Venerat ipse ex Hispania, ibique nondum detectus hæreticus, cum Catholicis communicabat: sed qualis intus iam tunc esset omni virtute vacuus, occasio foris manifestauit. de eo enim idem Hieronymus hæc habet *k*: *In hac provincia, cum subitus terræmotus noctu medio omnes de somno excitasset, tu prudentissimus & sapientissimus mortalium nudus orabas, & referebas nobis Adam & Euam de Paradiso. Et illi quidem aperti oculis erubuerunt, nudos se esse cernentes, & verenda texerunt arborum foliis. Tu & tunica & fide nudus, subitoq; timore perterritus, & aliquid habens nocturna crapula, sanctorum oculis obscœnam partem corporis ingerebat, vt tuam indicares prudentiam. Tales habet aduersarios Ecclesia, hi duces contra martyrum sanguinem dimicant.* hæc de Vigilantio S. Hieronymus; de cuius aduentu Hierosolymam idem meminit *l* in epistola ad Paulinum de institutione monachi. Sed de Vigilantio plura inferius. Scribebat autem hoc anno ipse Hieronymus (vt dictum est superius) epistolam, seu tractationem de optimo genere interpretandi ad Pammachium.

XXIV. Insuper dedit epistolã hoc pariter anno ad Furiam de viduitate seruanda; nam ait *m* in fine: *Scio me ante hoc ferme biennium edidisse libros contra Iouinianum.* illos autem anno decimoquarto Theodosii esse editos, eius testificatione superius dictum est. ipsa enim Furia, matre Titiana * clarissima fœmina, & parte Consulari, Christianis ambobus è stemmate Camillorum sata, orbata viro, à Hieronymo litteris expetierat, vt de modo viuendi, viduitateque seruanda epistolam scriberet. Præstitit hoc ipse haud inuitus eandemq; Paulæ haud dissimilem, Marcellæq; æqualem reddere studens, quas & imitandas proponit. quodam enim necessitudinis vinculo Furia Paulæ coniuncta videri poterat, quod germanus Furiæ fuerat maritus Blesillæ filiæ sanctæ Paulæ, vt idem Hieronymus sibi tradit: qui & vult eam habere monitorem Exuperium: *Habes*, inquiens, *sanctum Exuperium probatæ ætatis & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat.* hunc ipsum tunc Romæ agentem, postea Tolosæ iam Episcopum, alibi laudat *n*: sed de eo inferius pluribus agendum est.

a *Claud. in 3. Consulatu Hono. Imp.* DE CLEMENTIA THEODOSII PRÆCONIA.

b *Soz. l. 7. c. 24.* VICTORIA THEODOSII EODEM MOMENTO LONGE COGNITA.

c *Euagr. Vit. SS. Patr. par. 2. c. 1.*

d *Ambr. in fune. Theod.*

e *Plin. lib. 35. c. vlt.*

f *Virgil. Aeneid. 2.* EXPIATIO OB CÆDEM BELLICAM.

g *Basil. ad Amphiloch. c. 13.*

h *Num. 19.*

i *Paulin in Vit. S. Ambros.*

XXII. TERRÆ MOTVS IMMENSI.

XXIII. VIGILANTIVS QVID HIEROSOLYMIS.

k *Hieron. aduer. Vig.*

l *Hieron. epist. 13.*

m *Hier. ep. 10.* HIERON. SCRIBIT AD FVRIAM.

* Tatiana

n *Hieron. epist. 4.*

XXV. a *apud Theodor. Balsam. pag. 390. 391.* CONSTANTINOP. SYNODVS IN ENCÆNIIS. * Helladius

Hoc eodem anno, iisdemq; Coss. Arcadio tertium & Honorio secundum apud Theodorũ *a* celebrata ponitur tertio Calend. Octobris Synodus Constantinopolitana in causa vertente inter Agapium & Gebadium, vtrumq; sibi vendicare satagentem Episcopatum Bostrensem: in qua Synodo hi Episcopi tunc consedisse nominantur, videlicet, Nectarius Constantinopolitanus, Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Palladius * Cæsareæ Cappadociæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconii, Paulus Heracleæ, Arabianus Ancyræ, Ammon Hadrianopolis, Phalerius Tarsi, Lucius Hierapolis, Elpidius Laodiceæ, Paulus Alexandrorũ, Dioscorus Hermopolis, Probatius Beronices, Theodorus Mopsuestiæ, Dizus Seleuciæ, Epagathus Marcianopolis, Gerontius Claudiopolis, & alii diuersi Episcopi, & reliqui ex omni ordine sacerdotali. Mirabitur fortasse aliquis, quo modo accidere potuit, vt duo Patriarchæ, Alexandrinus & Antiochenus, ac cæteri primaram sedium Episcopi conuenerint vnius controuersiæ inter duos Episcopos componendæ causa: sed maiore etiam admiratione afficietur, si consideret, quod eiusmodi adeo magni in Oriente generalis concilii nulla penitus apud antiquos sit mentio.

XXVI. b *Pallad. in Laus. c. 2.* EPISCOPI VOCATI AD DEDICATIONEM ECCLESIÆ.

Quamobrem illud existimo, huiusmodi Episcoporum conuentum non conuocatum esse vel Ecclesiasticorum dogmatum causa, vel disciplinæ Ecclesiasticæ corrigendæ, vt in cæteris Conciliis fieri consueuit, vel litis vnius Ecclesiæ terminandæ studio; sed ad hoc, vt nouam basilicam Apostolorum Petri & Pauli nomine erectam à Ruffino Præfecto Prætorio, penes quem summa erat in toto Orientali Imperio auctoritas, iidem dedicarent: hunc que ipsum esse conuentum Episcoporum, cuius Palladius *b* ipse suorum temporum scribens meminit, cum de Euagrio Pontico agit, qui vna cum Ammonio & aliis ex Ægypto vocatus à Ruffino ea de causa Constantinopolim venit. *Hic idem*, inquit, *sanctissimus cum à Ruffino temporis illius Præfecto, Prætorio multiplici supplicatione rogatus fuisset, & cum magno illo Ammonio Constantinopolim ob necessarias eremi actiones aduenisset, ipse quoq; dignaretur venire, vehementer id precantibus sanctis diuersarum prouinciarum Episcopis, aliisq; quam plurimis eremitis (qui ad dedicationem basilicæ, quam ipse condiderat, conuenerant) memoratum Ruffinum propriis manibus suscepit sacro fonte mundatum*, hæc ipse, subdens de Ammonio ibidem defuncto, & in eadem basilica, Ruffiniana dicta, sepulto. Certe quidem ad dedicationem basilicarum vocari solitos è remotissimis quoq; regionibus Episcopos, quæ dicta sunt superius de Antiochenæ ac Hierosolymitanæ ecclesiarũ Encæniis docent.

XXVII. c *Soz. li. 8. c. 17.*

Meminit eiusdem à Ruffino erectæ basilicæ Sozomenus *c*, ædificatam q; fuisse ait trans mare prope Chalcedonem, in loco dicto, Ad quercus: vbi ab eodem Ruffino sumptuosa villa extructa erat, erectæq; regiæ ædes, ipsaq; basilica in honorem præcipuorum Apostolorum Petri & Pauli dedicata, dicta quoq; nomine communiori, Apostolæum; in qua postea à Theophilo Episcopo Alexandrino collecta Synodus fuit aduersus Ioannem Chrysostomum, vt suo loco dicetur. Placuit igitur Ruffino omnia pro arbitrio in Oriente moderanti, Theodosio præsertim absente, tot tantosq; Episcopos Constantinopolim ad duplicia Encænia conuocare, nimirum ad nobilissimæ dedicationem basilicæ, & ad suam sacro baptismate initiationem explendam.

XXVIII.

Hæc igitur causa præcessit, vt præcipuarum sedium Episcopi inuitati à Ruffino Constantinopolim se conferent. Vbi cum essent, post facta ex more expleta solemnia (quod etiam in Encæniis Antiochiæ & Hierosolymis factum scimus) idẽ conuocati Episcopi dicta die Constantinopoli considentes, controuersiam inter duos illos Episcopos obortam iudicio definiuere eo modo, quo Acta declarant ibidem à Theodoro narrata: nimirum, ex sententia Theophili Episcopi Alexandrini definitum, non licere deponi Episcopum à duobus vel tribus aliis Episcopis, sed maioris tantum Synodi arbitrio, nempe eiusdem prouinciæ Episcoporum sententia.

Quod autem ad nomina Episcoporum haud otiose ex iisdem Actis recitata pertinet: habes duo illa lumina Orientalis Ecclesiæ post Gregorium Nazianzenum atque Basilium, eius germanum Gregorium Nyssenum, & Amphilochium Iconii Episcopum adhuc his temporibus fuisse superstites. Certe quidem quod ad Gregorium Nyssenum spectat, de ipso adhuc viuente atque multa scribente meminit sanctus Hieronymus anno ante superiorem, quo edidit (vt ait) commentarium illum de Scriptoribus Ecclesiasticis, vbi de ipso *d*: *Multa alia scripsisse & scribere dicitur*. & de Amphilochio post Gregorium agens, nimirum adhuc viuente, hæc habet: *Amphilochius Iconij Episcopus nuper mihi librum legit de Spiritu sancto, quod Deus sit, & quod adorandus, quodque omnipotens sit.* Vides igitur, tum auctoritate San. Hieronymi, tum etiam ex Actis Synodi hoc anno habitæ, quam procul à veritate abhorreant, qui dixere, eundem Amphilochium ipso exordio Theodosii Imperii ex hac vita desisse, cum adhuc reperiatur hoc anno decimosexto eiusdem Imperatoris in humanis fuisse.

Ex quibus pariter intelligas, alium sensum verbis Gregorii Nazianzeni de Amphilochio agentis aptandum esse, quam dicere intellexisse de Amphilochii obitu; dum in carmine parænetico ad Olympiadẽ scripto, in fine hæc habet loquens de sorore eiusdem Amphilochii sanctissima fœmina eidem inhærente *e*: *Est*, inquit, *in promptu admonitio vna multis partibus nostra præstantior. Theodosiam, ô elegantissima mulier, habes: hac tibi & sermonis omnis & actionis velitis quædam imago ad imitandum proposita sit: fœmina * quidem illa Chiorum sub matrimonij radicibus: quæ te à patre accepta optimis moribus imbuit. Amphilochij Episcopi soror, quem vna cum sancta Thecla ad Deum misit, vere atq; Orthodoxæ doctrinæ præconem, decusque meum & ornamentum.* ista Gregorius, quem constat haud his verbis voluisse significare Amphilochiũ ex hac vita migrasse, quem liquet multos annos post Gregorii Nazianzenum fuisse superstitem. Porro, quod ad ipsius Amphilochii egregiam doctrinam spectat, ex eo quare hoc nomine ipsum videtur S. Hieronymus Basilio Magno atque Gregorio Theologo, dum de iisdem hæc tradit *f*, scribens ad Magnum: *Cappadocum q; Basilij, Gregorij, & Amphilochij, qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atq; sententiis suos referciunt libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas eruditionem sæculi, an scientiam Scripturarum.* Cæterum quod ad eiusdem Amphilochii lucubrationes pertinet: licet S. Hieronymus nonnisi commentarii illius de Spiritu sancto meminerit; tamen complura alia ipsum scripta edidisse, fidem facit Theodoretus, qui plura ac diuersa in suis dialogis ab eodem Amphilochio mutuatus, eadem citat. adhuc extat eiusdem ad Seleucum carmen de libris sacris.

Inter alios vero superius nominatos Antistites habetur Gelasius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ, qui quidem Catholicus fuit & magnæ eruditionis: de quo S. Hieronymus (quod ille nondum sua edidisset scripta) hæc pauca tantum: *Gelasius Cæsarea Palæstinæ post Eusebium Episcopus accuratissimatiq; sermonis fertur quædam scribere, sed celare.* ita ipse. Cuius vero æstimationis ea habita fuerint ab eruditis Ecclesiasticis viris, ex Theodoreto intelligere potes, qui in dialogis cum eum citat, eiusmodi præconio virum exornat *g*: *Sit autem*, inquit, *etiam veteres Palæstinos vti audire: præbe aures in primis admirabili Gelasio, qui Cæsariensem agrum diligenter excoluit*, &c. At longe alius hic Gelasius ab illo eiusdem nominis viro fuit, quem S Basilius ad Theodorum scribens *h* Arianorum communioni coniungit. Nominatur insuper inter cæteros eius Synodi Episcopos Dioscorus quoque Hermopolis in Ægypto Episcopus; quem illum ipsum putamus Dioscorum, cuius Palladius meminit *i*, ex presbytero & monacho Nitriæ erectum ad Episcopatum. Sed cum & ex eorum Episcoporum catalogo perspicue intueris Theodorum Mopsuestenum Episcopum cum aliis consedisse, intellige ipsum Catholicum perseuerasse adhuc cum Catholicis communicantem, nec dum hæresin, qua Orientem exussit, professitem. At hæc de his satis.

Quod

XXXI. Quod vero ad Ruffinum spectat (ex quo ad hæc de Concilio tunc Constantinopoli celebrato diuertimus) laudandus quidem, quod basilicæ ædificatione, atq; initiatione sacri baptismi, inter alia peccata, culpam illam immanem expiandam curauit, qua auctor fuit (vt dictum est) Theodosio Imperatori cladis Thessalonicensis: felix, si sic perseuerâsset: sed dum deteriora molitur, nempe diram tyrannidem, affectans Imperium, eiusque rei causa barbaros ex diuersis prouinciis in Romanum solum studens immittere, tum Romano Imperio, tum sibi ipsi gratissimorum malorum concinnator extitit. Sed de his fusius suo loco agendum erit, atq; hæc modo satis. Iam vero reliqua prosequamur.

XXXII. Hoc eodem anno, iisdem nominatis Consulibus, Adrumeti in Africa celebrata esse Synodus reperitur, missaque ad eam legatio ab Aurelio Episcopo Carthaginensi: quæ autem ibi decreta fuerint, haud apparet, quod diuersorum Conciliorum canones in vnum collecti, simul sub vno titulo Concilii Africani habeantur admixti.

XXXIII. CONCILIVM BAGAIENSE DONATISTARVM. Sed & Donatistæ in Numidia hoc item anno generale Concilium celebrarunt, Bagaiense dictum, quod Bagai ciuisdem proinciæ ciuitate fuerit collectum, conuentibus in vnum duabus ipsorum factionibus, quibus inter se diuisi erant, Maximianistarum videlicet, & Primianistarum, sic dictis à duobus Episcopis Carthaginensibus ab iis inter se dissidentibus creatis in schismate, Primiano scilicet, & Maximiano. Hoc quidem anno eiusmodi celebratum esse Concilium, S. Augustinus ex Actis eius affirmat, cum ait *a*: *In memorato Concilio Bagaiensi dies & Consul adscriptus est, non solum quo decretum Concilij conditum est, verum etiam ipsius dilationis. Ergo à die octauo Kalendarum Martium post Consulatum Theodosij Augusti III. Consulatu Augustorum Arcadij tertium & Honorij iterum, qui dies est Concilij Bagaiensis, vsque ad octauum Kalendarum Ianuariarum, qui dies est dilationis, octo menses ferme numerantur.* hæcipse, qui & inferius eadem ferme repetit verba. His de tempore stabilitis, de causa eiusmodi ipsorum adeo celebris conuentus conuocandi agendum est. Mira quadam Dei prouidentia accidit, vt tanquam ludentes in scena, nolentes licet, & inuiti, actionem illam repræsentarent in se ipsis quam egerunt maiores eorum tempore ordinationis Cæciliani: vt ex his saltem, quæ ipsi modo egerant, errasse conuincerentur illi, & iustificaretur Cæciliani causa: adeo vt si suspenderêt æqua lance iudicium, nec quo modo se ipsos absoluerent, & Cæcilianum damnare possent, haberent. Vnde S. Augustinus *b*: *Vide quo modo illis Deus reddidit, quod de Cæciliano dixerunt. Mira similitudo: voluit Deus post tot annos reuoluere illis in faciê quod gestum est, vt omnino vnde dissimulent, & qua effugiant, non inueniant.* Sed quæ hæc, & quo modo acciderint, videamus.

XXXIV. SCHISMA DONATISTARVM INTER PRIMIANVM ET MAXIM. Mortuo Parmeniano, quem post Donatum diximus factum fuisse Carthagine Episcopum partis Donatistarum, in eius locum suffectum est ab ipsis Primianus: aduersus quem postea ab aliis Donatistis creatus est Maximianus diaconus, sicque maximum inter eos conflatum est schisma. Quonam modo autem illud acciderit, S. Augustinus ex ea describit, vt ait, ex litteris Tractatoriis, ex epistolari nimirum historia: erant enim apud eius huiusmodi epistolæ, quas nos dicimus Synodales, siue Synodicas, quæ à Synodo scribebantur Encyclicæ perspicuæ omnibus, atque publicæ) his igitur litteris Tractatoriis schismatis inter eos principium referatur: scriptæ sunt ipsæ ab illis, qui aduersus Primianum Carthagine primo celebrarunt Concilium, Episcopis quinquaginta tribus: quoto autem Christi anno illud collectum fuerit, ignoratur.

Postea vero ab eiusdem partis Episcopis centum & amplius aduersus eundem Primianum Episcopum Carthaginensem habitum est Concilium in oppido *d* Cebarsussi, in quo pariter idem Primianus damnatus est. Dixi itaq; hæc Concilia præcessisse generale hoc omnium Donatistarum Episcoporum Concilium Bagaiense, de quo agimus.

XXXV. CONCI- Sed quod rerum gestarum ordo postulat, quæ primo gesta sunt in Concilio Cauernensi apud Carthaginem, hic recitemus, nec aliunde fidelius, quam ex ipsorum epistola Synodali: qua cum sententia ipsa describitur lata ab ipsis aduersus Primianum, dumq; retexuntur pariter causæ damnationis eius, totius rei gestæ narratur historia: habet hæc omnia S. Augustinus e in enarratione in psalmum trigesimumsextum inserta. Reddamus igitur hic eandem ipsorum epistolam, vt scripta est, absque interlocutionibus illic adiectis:

LIVM CAVERNENSE MAXIMIANISTARVM. *c Aug. in Psal. 36.*

XXXVI. EPIST. SYNOD. CONCILII CAVERNENSIS. *Sanctissimis fratribus atq; collegis per vniuersam Africam hoc est, per prouinciam Proconsularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim constitutis, sed & presbyteris & diaconis, vniuersis plebibus in veritate Euangelij nobiscum militantibus, Victorinus, Fortunatus, & ceteri quinquaginta tres Episcopi, qui in Concilio apud Cauernas Sussis fuimus, in Domino æternam salutem.* quarum autem Ecclesiarum Anguli essent Episcopi, ex titulo cuiusq; sedis in subscriptione ponuntur.

* est *Nemo* qui nesciat, fratres dilectissimi, de sacerdotibus Domini, non propria voluntatis, sed diuinæ legis impulsu tam in reos sententiam dicere, quam innocentibus inflictam iure ab eis ac merito submouere. Non leui enim periculo subiacebit, quisquis aut reo pepercerit, aut innocentem confutare pertentarit: maxime cum scriptum sit f: Innocentem & iustum non occides, & purgatione non purgabis reum. Hoc igitur edicto legis admoniti, necesse nos fuerat Primiani causam, quem plebs sancta Carthaginensis Ecclesia Episcopum fuerat in ouile Dei sortita, seniorum litteris eiusdem Ecclesiæ postulantibus, audire atque discutere sub eo: vt explanatis omnibus, aut innocentem (quod optabile fuerat) purgaremus, aut nocentem certo ostenderemus suis meritis esse damnatum. Optatissimum nobis fuit vt plebis sanctæ Carthaginensis Ecclesiæ eo se lætetur Episcopo sublimatam, qui in omnia sanctus, & in nullo reprehensibilis haberetur. Propterea vtique talem esse oportet Domini sacerdotem, vt quod populus pro se apud Deum non valuerit, ipse pro populo mereatur, quod popposcerit, impetrare: quia scriptum est g: Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autem sacerdos peccauerat, quis orabit pro eo? & infelius.*

f *Exod. 23. Dan 13.*

g *1. Reg. 2.*

XXXVII. PRIMIANVS DAMNAVIT QVATVOR DIACONOS *Scandala igitur Primiani, & ipsius nequitia singularis sic in se cœleste iudicium prouocauit, vt horum criminum auctorem necesse esset penitus amputari, qui recens ordinatus est. Presbyteros suprædictæ plebis ad coniurationem impiæ conspirationis impellens, hoc ab eis voluit precario iure postulauit, vt damnandos quatuor diaconos, viros egregios, ac singularibus meritis approbatos, Maximianum scilicet, Rogatianum, Donatum, itemque Salgamum, conspirarent, vt incunctanter ei promitterent accommodare consensum. Cuius illi mala præsumptione stupefacti, cum rem silentio reseliissent, per se cogitatum scelus non dubitauit implere; vsque adeo, vt in Maximianû diaconum, verum (sicut omnibus notum est) innocentem, sine causa, sine accusatore, sine teste, absentem, ac lecto eubantem sententiam putaret esse promendam: quia iampridem ei rices non dissimili furore dammaret. Nam cum incestos, contra legem, decretaq; omnium sacerdotum communem sanctæ aduungeret: cumq; obsistente maxima parte plebis, etiam seniorum nobilissimorum litteris conueniretur, vt per se corrigeret quod admisit, ac sua temeritate posset emendare contempsit.*

XXXVIII. CONTVMACIA PRIMIANI AB QVITVR. *His itaque permoti seniores Ecclesiæ suprædictæ, ad vniuersum eborum litteras Legatosque miserunt, quibus non sine lacrymis deprecati sunt, vt ad se ferentius veniremus; quo perpenso libramine, intentionibus exploratis, existimatio Ecclesiæ purgaretur. Ad hanc proinde cum secundum memoratorum litteras veniremus: nota sua ille nationi frenescens, aduentum nostrum penitus declinauit. Qui vsque magne rebelli animo recalcitrans vi malo permansit, vt conducta multitudine perditorum, atque impetratis officialibus, basilicarum cunctas obsedisset: qui ingrediendi nobis, atque agendi solemnia, interdicerent facultatem. Hæc si Episcopum conuentu facere, si Christi vis licea admittere, si hoc Euangelia protestantur, probet aut inducet quisquis amator aut assertor est veritatis. hoc enim nobis inflexit frater aliquando proprius, quod numquam faceret alienus, &c.* omissis ibi recensitis nonnullis ex eadem epistola Synodali, iam reddamus eam, quæ ibidem legitur ab illis in eam lata sententia.

XXXIX. *Decreuimus omnes sacerdotes Dei, præsente Spiritu Sancto, hunc eundem Primianum: primo quia super vnos Episcopos alios subrogauit: quod incestus cum sanctorum communione nuquerit:*

quod presbyteros ad conuiuationem in eadem consistere pertentarit: quod Fortunatum presbyterum in cloacam fecerit mitti, cum egrotantibus baptismo succurrisset: quod communionem Demetrio Episcopo denegauit, vt cogeret filium abdicare: quod idem presbyter obiurgatus sit, quod Episcopos hospitio suscepisset: quod supradictus Primianus multitudinem miserit, qua Christianorum domos exterret: quod obsessi sint Episcopi simul & clerici, & postea ab eius satellitibus lapidati sint: quod in basilica casi sint seniores, quod indigne ferrent Claudianistas ad communionem admitti: quod innocentes clericos putauerit esse condemnandos: quod se nobis audiendum noluerit exhibere, cum basilicarum fores, ne ingrederemur, multitudine & officialibus intercluserit: quod Legatos à nobis ad se missos iniuriose reiecerit: quod loca multa, vi primo, debinc auctoritate iudiciaria vsurpauerit: praeter alia illicita eius admissa, qua pro honestate styli nostri silemus: à sacerdotali choro perpetuo esse damnatum decreuimus: ne eo palpato, Dei Ecclesia aut contagione, aut aliquo crimine maculetur. Quod ipsum Paulus Apostolus a exhortatur & admonet: Praecipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt discedatis ab omni fratre inordinate ambulante. Atque ideo non immemores pietatis Ecclesiae, condecibile existimauimus, omnes sanctos consacerdotes, & omnes clericos & omnes populos, qui se Christianos meminerunt, hac nostra Tractatoria commonere, vt omnes eius communionem, vtpote damnati, diligenti cura horreant. Ipse enim de suo interitu rationem reddet, qui hoc nostrū decretum non audiendo tentauerit violare. Placuit sane nobis & Spiritui sancto, quod tempus tardius ad conueniendum reseruetur sibi eo: vt quicunque consacerdotum vel clericorum, sua salutis immemores, a die damnationis supradicti Primiani, id est, à die Kalendarum Iuliarum vsque ad diem octauum Kalendarum Ianuariarum, minus à Primiani damnati communione recesserint, tali sententia constringantur. Laici quoque nisi se à supradicto die damnationis illius, intra diem Paschae futurae, ab eius consortio separauerint, non posse quemquam nisi per paenitentiam sequidem meminerit Ecclesiae, reformari. hactenus litteræ Synodales, quibus subscripti leguntur Episcopi quinquagintatres, & primo loco Victorinus Episcopus Munaciensis, & cæteri post eum. hæc acta sunt in Concilio Cauernensi.

a 2. Thess 3.

XL. CONCILIVM CEBARSVSSENSE DONATISTARVM.

Quod vero ibidem apud S. Augustinum legantur nomina Episcoporum quinquaginta trium: ex his corrige quod apud eundem, quadraginta trium Episcoporum eiusmodi Concilium collectum fuisse dicitur. Sed & quod ab eodem donatus habitum apud Carthaginem, hic vero ex eorundem epistola Synodali factum habeatur apud Cauernas Suis; locum illum propinquum Carthagini fuisse, dicendum est. ait enim S. Augustinus contra Cresconium tum de hoc, tum de alio ab iisdem, sed coniiori numero aduersus eundem Primianum congregato Concilio b: *Recitat decreta Conciliorū. Primum, quod apud Carthaginem à quadraginta* & tribus factum est, quo pro damnatus est Primianus. Alterum, quod Cebarsussi centum vel amplius vestri tunc Episcopi conduxerunt, quo perfecte plenoq; damnatus est.* hic autem depositus est à duobus Concilijs Primianus Episcopus Carthaginensis, vt in locum eius subrogatus sit ab iisdem Maximianus eiusdem Ecclesiæ diaconus, qui erat vnus ex illis quatuor à Primiano damnatis, cum abiit ipse in Numidiam, & eius prouinciæ Episcopos ad sui defensionem prouocauit, quos & iudices interpellauit. vnde ad eum Augustinus c: *Iudices Numidas, apud quos te purgares, tu ipse adisti, tu constituisti: Maximianistas illos non petierunt.* hæc ipse.

b Augustin. contra Cresconium lib. 4. c. 6. *quinquaginta tribus

c Aug. in Psal. 36.

XLI. DONATISTÆ IN DIVERSAS SECTAS DIVISI.

Vides ex his, schismaticos ab Ecclesia Catholica primitus separatos, inter se ipsos pluribus esse partibus scissos, & ab auctoribus scissionum nomine nuncupatos: vt qui primi à Donato dicti sunt Donatistæ, eorundem alii à Primiano nuncupati fuerint Primianistæ, & à Maximiano Maximianistæ; sed & (vt in recitata sententia vidimus) alios à Claudio appellatos Claudianistas, & rursum alios à Rogato olim Rogatistas, de quibus S. Augustinus dait, multa hos passos esse ab aliis Donatistis, quod cum aliis conuenire noluissent: de quibus idem pluribus in epistola ad Vincentium d. Sed & Ticonium scissuram fecisse in schismate Donati, iam superius dictum est. Cæterum cum sic scissi ipsi omnes inter se essent, adeo tamen pertinaci dissentione ab inuicem discrepabant, vt suæ quisque sectæ esset pugnacissimus defensor, & alteram aduersarius obstinatus. nam Augustinus, Pars, inquit, f. Donati in multa minutissima frusta consissa est: quæ omnes minutæ particulæ hanc vnam multo grandiorem, in qua Primianus est, de recepto Maximianistarum baptismo reprehendunt; & singulæ conantur asserere, apud se tantummodo verum baptismum remansisse, nec omnino esse alibi, neque in toto orbe terrarum, qua Ecclesia Catholica expanditur, nec in ipsa grandiore parte Donati, nec in cæteris, præter se vnam ex minutissimis partibus. hæc ipse.

d Aug. contra Petil. lib. 2. c. 84 e Aug. epist. 48.

f Augustin. lugens, contra Donatistas. l. 1. c. 1.

At admiratione quidem dignum est, quod inter tot sectas diuisi Donatistæ cum essent, tamen quæ potior inter eos habebatur, adeo erat abundans & refecta numero Episcoporum, vt nullam pene sensisse iacturam ex multiplici sessione, attonitus obstupescas. Audi, quæso, quid de his S. Augustinus g: *Multa praeterea*, inquit, *inter ipsos facta sunt schismata, & ab iis se diuersis cœtibus alij atque alij separarunt, quorum separationem cætera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab eisdem erroris centum fere Episcopis ordinatus, & à reliquis trecentis decem, cum eis duodecim, qui ordinationi eius etiam presentia corporali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse etiam extra Ecclesiam dari posse baptismum Christi: nam quosdam ex eis, cum eis, quos extra eorum Ecclesiam baptizauerant, in suis honoribus sine vlla quoquam repetitione baptismatis receperunt,* &c. obiicit enim eis, quod eadem ab ipsis obiecta aduersus Catholicos, vt sancta ac legitima recepissent. Sed iam de Synodo Bagaiensi hoc anno in Numidia habita pertractemus.

g Aug. de haeres. c. 69

XLII. MVLTITVDO IN CREDIBILIS DONATISTARVM.

XLIII. CONCILIVM BAGAIENSE DONATISTARVM.

Qui igitur excitati atque vocati sunt à Primiano Episcopo Carthaginensi Episcopi Donatistæ aduersariæ factionis, omnes trecenti atque decem, Bagai ciuitate Numidiæ conuenerunt: vbi considentes, examinata causa ipsius Primiani, qui adetat, & Maximiani itidem Episcopi Carthaginensis absentis, & aliorum eidem communione copulatorum, hæc in hos prolata est in Synodo damnationis sententia, quam recitat Augustinus his verbis h:

h Aug. contra Cresc. lib. 3. c. 51.

Cum omnipotentis Dei & Christi eius voluntate in Ecclesia sancta Bagaiensi Concilium gererentur, Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Ianuarius, Saturninus, Felix, Pogasius, Rusticus, Fortunius, Crispinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & cæteri numero trecenti & decem placuit Spiritui sancto, qui in nobis est, pacem firmare perpetuam, & schisma atrocissimæ sacrilega. subdit Augustinus: *Deinde cum multa in eos horrenda vomuissent,* &c. Quænam ea essent, alibi idem Augustinus narrat, cum ait i: *Vt verbis illius plenarij Concilij magis vtar, illo,* nempe in factione Maximianistarum, *vperes semina noxios partus tardo calore vaporant, publici sacinoris & parricidij sui foeta scelerum vota gignunt. Parturiunt iniustitiam, concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Iam non confusa criminum silua nemina eorum discernatur. ad poenam. Dum eius indulgentia fuxus, dum clementia dimitteretur linea, iam causa quos puniret inuenit. quos tanquam in asperos scopulos veridica vnda naufraga membra proicit: quorum pereuntium littora Aegyptiorum exemplo funeribus plena, nec ipsam inuenienta sepulturam.* & in Maximianum ipsum hæc sunt verba sententiæ:

i Aug. contra Cresc. lib. 4. c. 51.

BACCHIDES MAXIMIANISTARVM.

XLIV. SENTENTIA LATA IN MAXIMIANVM AC EIVS SECTATORES.

Maximianum fides amulum veritatis adulterum, Ecclesiæ matris inimicum, Dathan, Chore, & Abiron mirastrum, de pacis gremio sententiæ fulmen excutiat, quem non solum mors iusta sui sceleris condemnat, sed etiam trahit in consortium criminis plurimos catena sacrilegij: venenum assidum sub labiis eorum, quorum os maledictione plenum est & amaritudine, & eorum pedes veloces ad effundendum sanguinem: contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum: iacent membra abscissa, qua pestifera putredo ita corripit, vt plus habeat in abscissione solatium, quam in remissione medicamium. Famosos criminis reos, &c. hucusque ibi Augustinus, narrans ea, quæ dicta sunt in præsenti, verbis præteriti temporis, quod sic oratio postulabat. Sed & superius iisdem modis ac tempore, quæ reliqua eiusdē sunt sententiæ, ita refert k: *Famosi ergo criminis reos, Victorianum*

k Aug. contra Cresc. lib. 3. c. 53.

Circa-

Carcabianenſem, Martianum Sullectinum, Baianum Baianenſem, Saluium Auſſibenſem, Theodorum Vſulenſem, Donatum Sabratenſem, Miggenem Elephantarienſem*, Prætextatum Aſſuritanum, Saluium Membreſitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Muſtitanum, & Martialem Pertuſenſem: qui funeſto opere perditionis vas ſordidum, collecta facultia, glutinarunt: ſed & clericos aliquando Eccleſiæ Carthaginis, qui dum facinori interſunt, illicito inceſtus lenocinium præbuerunt, Dei præſidentis arbitrio, vniuerſalis Concilij ore veridico damnatos eſſe cognoſcite. ſunt hi illi duodecim Epiſcopi ordinatores Maximiani. ſed de aliis ita ſubditur in illorum ſententia.

* Elephantarienſem.

XLV. REDIRE PERMISSI MAXIMIANISTÆ.

Eos autem, quos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria, id eſt, qui à Maximiani capite propriam vanam verecundo pudore fidei retraxerunt, ad matrem Eccleſiam redire permiſimus. Ac ne anguſtum redeuntibus tempus ſpem ſalutis arctata diei preſſura ſubduceat, agnoſcentibus quibus lætet manentibus præcedentibus ſtatutis vniuerſis vſque in diem octauum Kalendarum Ianuariarum proxime futurarum agnitionis* pandimus ianuam, vt integris honoris & fidei regreſſi habeant fundamenta: quâ ſi quiſquam ingredi neglexerit pigra ſegnitia ſciat ſibi ad omnes veniales aditus ſua voluntate vitæ eſſe ſubductam. Manebit enim circa eos dicta ſententia, & poſt præſtitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia. hactenus verba ſententiæ. At ſicut magno animi ardore tot numero aduerſus Maximianiſtas conuenerunt Primianiſtæ; ita etiam haud impari ſolicitudine aduerſus eoſdem ſectantes Maximianum, vt ab ipſorum eiicerentur Eccleſiis, curauere. Extat enim Titiani Aduocati libellus aduerſus Felicianum & Prætextatum Epiſcopos partis Maximiani, ambos ex duodenario illo numero Epiſcoporum, qui ordinauerunt eundem Maximianum (quorum Prætextatus erat Epiſcopus Aſſuritanus, Felicianus autem Muſtitanus) quo rogatur Proconſul, vt ab ipſorum ſedibus pellerentur. nam Auguſtinus a: *Inueniuntur autem*, inquit, *poſtulatio apud Herodem Proconſulem, vide quamo poſt dicta aduerſus Felicianum & Prætextatum de Muſtitanis & Aſſuritanis locis excludendos: cuius pauca ſubiunxi.*

* igotionis

a *Aug. contra Creſcon. lib. 3. c. 56.*

XLVI. LIBELLVS ADVERSVS FELICIANVM ET PRÆTEXTATVM.

Poſt Conſulatum dominorum Arcadij III. & Honorij iterum; Auguſtorum, ſexto Nonas Martias, Carthagine in Secretario Pratorij Titianus dixit: Peregrinus presbyter, & ſeniores Eccleſiæ Muſtitanæ regionis tale deſiderium proſequuntur. Cum Eccleſiæ Catholicæ ſanctitatem vir memoriæ venerabilis ab errore perfidiæ Donatus aſſereret, in eius nomen & cultum mundi pene totius obſeruantia nutrita coaluit. Sed cum eius religionis laudandum mirandumque propoſitum Maximiani cuiuſdam venena polluerent: multorum cœtus Antiſtitum in vnum, Deo conſpirante, collectus, hominem, vel potius peſtem, quæ ſuperna diſpliciuit maieſtati, etiam puræ mentis propria coercitione damnauit. Eos quoque quos aliena præſumptionis error attraxerat, portu primo propoſito pœnitendi, ſi reuerti cuperent intra tempus ad religionis tramitem præſtitutum, pari vigoris admonitione compeſcuit. Sed ſuis inſtitutis iniquitas delectatur, & ſemetipſam non deſerit, cum ſemel præcipitata corruerit. Idem namque Maximianus cœptam nutrit audaciam, & alios ſibimet conſociat ad furorem. Inter quos etiam Felicianus quidam, qui primo rectæ ſectatus, deprauationis huius attaminatione ſuſtatus, in Muſtitana poſitus ciuitate, Deo omnipotenti parietes conſecratos & Eccleſiam venerandam quaſi quadam obſidione credidit retinendam. Hunc etiam Prætextatus in Aſſuritanis partibus imitatur. Sed cum aquitatis tuæ innotueſcere poteſtati conſortium ſacerdotum: inſiſti (vt Geſta teſtantur) explo ſo omni contradictionis effectu, ſacratiſſimis ſacerdotibus à profani mentibus Eccleſias vindicatas oportere reſtitui. hucuſque recitat Auguſtinus ex libello Titiani: & ſubdit poſthæc:

a *Aug. contra Creſcon. lib. 3. c. 56.*

XLVII. MAXIMIANISTÆ RECEPTI A PRIMIANISTIS.

Producitur autem iſte conſulſus (quantum ex Geſtis Proconſularibus & Municipalibus indagare potuimus) vſque ad Theodorum Proconſulem, hoc eſt, vſque ad annı alterius diem XI. Kalend. Ianuarij: qua die clerici & ſeniores agentes ſub Rogato Epiſcopo, qui in locum damnati Prætextati Aſſuritani fuerat ſubrogatus, allegauerunt memorati Proconſulis iuſſionem. Cæterum poſt multum temporis eoſdem pœnitentes ſuis ipſorum fuiſſe Eccleſiis reſtitutos, idem Auguſtinus agens contra Gaudentium declarat his verbis b: *Inueni, ſi potes, quid dicas, quo modo ſuſceperitis honorem Felicianı Muſtitani, & Prætextati Aſſuritani, quos cum Maximiano & aliis dccem ſine vlla dilatione damnaſtis: contra quos, vt eos de baſilicis pelleretis, apud duos, vel vos ſaltor, apud tres Proconſules litigaſtis: & cum iam in locum Prætextati alium ordinaſſetis, poſt tam longum tempus eos in ſuis honoribus recepiſtis. Qua iuſtitia, qua ratione, qua fronte in honore ſuo ſuſcipitur Maximianiſta damnatus, & damnatur orbis terrarum Catholicus inaudutus? Qua iuſtitia, qua ratione, qua fronte reſciditis baptiſmum, quem dant Eccleſiæ, quas laboribus ſuis Apoſtoli plantauerunt? cum ſuſceperitis baptiſmum, quem Felicianus & Prætextatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris à veſtra Eccleſia tradiderunt?* hæc Auguſtinus: qui ad confutandos eos ſuis ipſorum factis ac ſcriptis, eadem Acta Conciliorum, libellumq; exſcripſit, & ſæpe citat, atque frequenter refricat, vt ſic eos ex geſtis ipſorum ineuitabili argumentatione redarguat. Commiſceri enim peccatoribus, nefas cum dicerent; totius Eccleſiæ Catholicæ, quæ communicarat Cæciliano ab ipſis accuſato, communionem vitabant. Rurſum de iiſdem agens idem Auguſtinus in Epiſtola c ad Generoſum, ait eoſdem Felicianum & Prætextatum Epiſcopos, & omnes ab eis baptizatos ſuſceptos à Primianiſtis, cogente Oprato Gildoniano, de quo plura inferius. perſecutus eſt enim idem Optatus Maximianum cum ſuis, quamuis Donatiſtas, vt tradit ipſe S. Auguſtinus agens aduerſus Creſconium d.

b *Aug. contra Gaudent. lib. 4. c. 39.*

c *Auguſt. epiſt. 105.*

d *Auguſt. contra Creſcon. lib. 4. c. 47.*

XLVIII. DONATISTÆ IVRA SIBI VSVRPANT CATHOLICORVM.

e *Aug. in Pſal. 57.*

Sed quomodo lege agerent Donatiſtæ ex parte Primiani aduerſus Donatiſtas partis Maximiani, cum æque aciſti, illi rei eſſent latæ aduerſus hæreticos ab Imperatoribus legis: dicamus. Factum eſt id quidem inſcitia magiſtratuum, cum ipſi hæretici minime adiuuandi fuiſſent auxilio legis, qua ipſi pariter damnarentur. Iſtud ipſum eſt, quod S. Auguſtinus exclamat e aduerſus eoſdem, cum illud Pſalmiſtæ explicat: *Contriuit Dominus dentes eorum in ore ipſorum.* atq; ait: *Quæro & ego: Quid vobis ad Proconſules, quos miſerunt Imperatores? Quid vobis ad leges, quas contra vos dederunt Imperatores? Imperatores communionis noſtræ, leges aduerſus omnes hæreticos dederunt: eos vtiq; appellant hæreticos, qui non ſunt communionis eorum; inter quos vtiq; & vos eſtis. Si vere ſunt leges, valeant & in vos hæreticos, ſi falſæ ſunt leges, quare valeant contra veſtros hæreticos? Fratres, paululum aduertite, & intelligite quod dicimus.*

XLIX. PRIMIANISTÆ AGVNT ADVERSVS MAXIMIANISTAS LEGIBVS PVBLICIS.

Quando egerunt cauſas ſuas aduerſus Maximianiſtas, vt eos à ſe damnatos & ſchiſmaticos ſuis ejicerent de locis, quæ illi tenebant antiquitus, & ſucceſſerant Epiſcopis deceſſoribus ſuis: volentes illos inde excludere, egerunt legibus publicis, ad iudices venerunt, dixerunt ſe Catholicos, vt poſſent excludere hæreticos. Quare te dicis Catholicum, vt excludatur hæreticus, & non potius es Catholicus, ne ſis excluſus hæreticus? Modo Catholicus es, vt valeas ad excludendum hæreticum: Iudex enim non poſſet, niſi legibus ſuis iudicare. Vnerunt ſe Catholicos: admiſſi ſunt agere. Dixerunt illos hæreticos. Quæſiuit, vndeprobaretur. Lectum eſt Concilium Bagaitanum, vbi damnati ſunt Maximianiſtæ: inſertum eſt Actis Proconſularibus. Probatum eſt, quod illi damnationem deberent tenere baſilicas: & pronunciauit Proconſul ex lege. Ex qua lege? qua lata eſt contra hæreticos: Si contra hæreticos, & contra te. Quare, inquit, contra me? non enim ego hæreticus ſum. Si tu hæreticus non es, falſæ ſunt illæ leges: ab his enim Imperatoribus lata ſunt, qui non ſunt communionis tuæ, omnes, qui non ſunt communionis eorum, legibus ſuis hæreticos vocant. hæc Auguſtinus, eodem dilemnate iterum atque iterum Donatiſtas exagitans. Quænam vero fuerint hæ leges, recenſuimus ſuo loco ſuperius. Porro res Africanæ Eccleſiæ eo ſtatu collocatæ erant, vt ob immenſum numerum Donatiſtarum, Catholici quamuis merito lege agere Imperatorum poſſent, ipſiq; Proconſules deberent præſe ferre vindices legis; tamen quod tot tantaque remedia tum à Conſtantino Magno, tum à Conſtante eius filio ad eos curandos caſſa eſſe redditavisa eſſent; immo illis remediis eadem monſtra iidem acerbius prouocaſſent; quodque etiam

DONATISTÆ CVRVOLBRATI.

pollerent manu factiosorum & sceleratorum hominum, nempe Circumcellionibus; Catholici quidem quiescere rutius rati sunt, & magistratus ob pacem prouinciæ ea toleranda esse putarunt. Sic igitur veluti soluti vinculis ipsi legum, leges tamen ad alios perturbandos adhibuerunt, immo etiam furentes aduersus aduersarios leges pœnales sanciuerunt. nam de ipsis sanctus Augustinus *a: Quid amplius dicamus? Modo præconem misistis, qui clamaret Simili: Quisquis Maximiano communicauerit, incendetur domus eius.*

a *Augustin. epist. 66.*

L. SALVII VISC. DONAT. CAVSA.

Sed vide, quæso, quid in Saluium Episcopum Membresitanum, vnum ex ordinatoribus Maximiani, iudicio cum aduersariis Primianistis contendentem, & de lege illa excipientem, qua illi sibi agendi contra Maximianistas esse facultatem apud Proconsules affirmabant, iidem egerint Primianistæ: Augustinus enim contra Crescon. b agens hæc narrat, cum ait: *Quæ quæstatuta sint Saluio Membresitano: quia ei non potuit illius persecutionis exagitatio nibus exturquere, vt rediret ad consortium criminis: maluitque se committere examini, & persecutoribus suis in Proconsulari iudicio respondere: ea credo fiducia, quod sciret aduersarios suos legibus contra hæreticos promulgatis vti non posse apud Iudicem, nisi etiam se ipsos pariter eu irretirent. Sed fefellit eum ista cogitatio. Apud Seranum enim tunc Proconsulem vel gratia plus valuit, vel magis forte Bagaiense Concilium, quod illic etiam contra eundem Saluium tractatum est. Quadam sane interlocutione, quod per se ageretur, offendit ad vel, vt Saluium aut choro Episcoporum communionis Primiani videret, aut segregaret à sedibus, vt restitutus quem contra eum Primianus ordinauerat, loca omnia, quæ à Saluio tenebantur, sine aduersario possideret. & tanta fuit eadem interlocutione, quod perfecerunt Saluium paterentur, expressit. sic enim in ipsius Gestis legitur: Seranus Proconsul dixit: Ea Episcoporum secundum leges ab Episcopis audienda est. Episcopi iudicauerunt. Quare non aut sub satisfactione ad chorum reuerteris vetustatis: aut, habes scriptum, terga persecutoribus prodis?* & paulo infra:

b *Augustin. contra Cresc. lib. 4. c. 48.*

LI. QVID IN SAEVIVIT DONATISTÆ.

Iam vero posteaquam sententia Proconsulis Abitinensibus allegata est, per quam ciuitatem vicinam iudicatum impleri vestri meminerant, eo quod pene omnes Membresitani Saluium diligebant: quæ fecerunt idem Abitinenses homines ætate grauissimi, piget dicere, quia ea non quod Alia fecerunt: sed tam recenti memoria cum omnibus documentis sit clarior ipsa testificatio ciuitatum, breuiter attingam, quod illic, cum iter agerem, comperi. Nam quia ea pro defendendis ex quantacunque parte sedibus suis etiam post Proconsulis iudicatum turbæ sibi fauentis fiducia Saluius repugnare tentauerat: victus aliquando comprehensus est, non iam docendus ad iudicium, vbi in partes fuerat prolata sententia, sed pompa miserabili triumphandus. Capto enim sene mortuos canes alligauerunt vni collo, & sic cum illo, quantum libuit, saltauerunt. Hoc si vellem exaggerare dicendo: nonne fortasse hanc pœnam vix tormentis Regum Etruscorum, quibus mortua viuis corpora iungebant, comparandam esse monstrarem? &c. eadem idem Augustinus, dum agit contra Parmenianum c; & cum pluribus rem prosequitur, ait à suis Saluio vt martyri fabricatam fuisse nouam Ecclesiam.

c *Augustin. contra epist. Parm. lib. 3. c. 6.*

LII. DONATISTÆ SVA IPSORVM OPERA CONVICTI.

Quod vero eadem prosecutione causæ suæ Primianitæ aduersus Maximianistas ea omnino præstiterint, quæ iidem atq; cæteri Donatistæ à tempore Constantini Magni atque Constantis in Catholicos effasore iactabant, sicque suis ipsorum se armis confodi, negare non possent (quod crebertime idem Sanctus Augustinus inculcat) inde factum est, vt in Concilio Carthaginensi posteà Catholicis celebrato, nimirum sub Consulatu Vincentii & Fausti, decreuerint Patres ad perpetuam rei memoriam è publicis Actis excipienda esse cuncta, quæ inter Primianistas & Maximianistas penes Proconsules versata essent: sunt enim hæc ad verba decreti: *Placuit, vt ex Concilio nostro litteræ dirigantur ad Iudices Africanos, à quibus hoc petis comprimi videtur, vt in hoc adiuuent communem matrem Ecclesiam Catholicam, in qua Episcopalis auctoritas communiri in ciuitatibus potest, id est, vt iudiciaria potestate ac diligentia ex side Christiana, quod gestum sit in omnibus locis, in quibus Maximianistæ basilicas obtinuerunt, qui ab eis schisma fecerunt, inquirant, & Gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam faciant inhæreve.* hæc Patres, & quam prudenter id egerint, ex vsu frequenti ipsorum Proconsularium Gestorum, quibus Augustinus frequentissime Donatistas exagitat, satis perspicue demonstratur.

c *Cone. Afric. c. 3. to. 2. Conc.*

LIII. DONATISTÆ VIOLENTIA REPRESSA.

Cæterum sicut olim Constantinus Magnus & Constans, ita & Valentinianus maior, Gratianus, & Theodosius coercuere legibus Donatistas, prout ipse S. Augustinus affirmat, eatque ipsis legendas proponit, dum ait ei *Deinde Valentinianus, legite, qua contra vos iusserit. Inde Gratianus & Theodosius, legite quanto vultis, qua de vobis constituerint,* &c. quæ vero post Theodosium Honorius aduersus eosdem statuerit, dicemus inferius suo tempore. Sed quanam pœna contemptores legum, potestatum, ac denique numinis à Deo puniri solent? (haudenim Diuinitas patitur sontes omnino hic grassari sine supplicio) ea nimirum, vt quos carcer coercere minime valet, nec compedes & catenæ constringunt, nec securis ferit, vel ignis incendit, iidem sibi ipsis carnifices fiant: Ob idque accidit, vt è cœlo in eorum præcordia immissa vindicta, iidem Donatistæ mente turbati, furore perciti, à prauo dæmone agitati, quouis prætextu, vel desperatione adacti, vel falsa spe meliorum illecti, ipsi sibi spontanei carnifices fierent, inicerent collo laqueos, gladios in sua conuerterent pectora, venena sitirent, præcipitia, vel flumina, vel ignes ad necem quærerent, & ad quoscunque oblatos sibi interitus modos obuiis accurrerent manibus, sicque infelicissimi homines appeterent mortem, & opperterent auidius, quam alii vitam. Tali quidem, vleiscente numine, quos Iudex legum vindex non plexit, mulctati sunt supplicio Donatistæ; vt amentiæ quadam offusi caligine prætextu martyrii ipsi sibi violentas manus inferrent, vel ad iustigendum vltimum sibi supplicium alios cogerent, vt superius demonstratum est. Sit in horum exemplum quod Constantii Imperatoris temporibus dictum est ex Optato de Marculo & Donato sua sponte necatis, quos illi dicebant à nostris occisos: sed verius Augustinus *f: Ecce,* inquit, *Marculus de petra precipitatus est; ecce Donatus Bagaiensis in puteum missus est. Quando potestates Romanæ talia supplicia decreuerunt, vt præcipitarentur homines?* (exoleuerat diu ante supplicium illud, quo de rupe Tarpeia rei immanium criminum proiiciebantur) *Quid autem respondent nostri? Quid sit gestum, nescio. Tamen quid tradunt nostri? Quia ipsi se precipitauerunt, & potestates infamauerunt,* &c. at de aliis imitatione maiorum suorum eadem sibi supplicia voluntaria inferentibus agit ipse S. Augustinus contra Gaudentium his verbis g:

f *Aug. in Ioan. tract. 11.* DE DONATISTIS IN LIBYIS SEVIENT. SVI.

g *Aug. contra Gaudent. lib. 1. c. 28.*

LIV. INGENS DONATISTARVM INSANIA IN CAPIENDO MARTYRIO.

Sed nunc plane cum parcente vobis mansuetudine Christiana, ita in vos sæuit vestra clementia, vt quia ad modum dicis carnificum reperto compendio, vestras animas rapiatis. Omnino odio vos à vobis ipsis pati persecutionem, minia est impudentia, fingatis; quando vestrumque completus, & vnde ipsi pereatis, & quod pereitis. Sic autem dicis, tot hominum millia esse, qui hoc faciant, quasi non etiam ipsa sit non parua causa, cur ab huiusmodi magisterio vestro Africa liberetur. Eorum est enim hominum genus, cui hoc malum persuadere potuisti, qui solent hoc & antea facere, maxime cum idolatriæ lucentia vsquequaque ferueret, quando ipsi Paganorum arnus sepsa sua frequentantibus irruebant. Vocabant autem Pagani vnumquemlibet suis quis quot occideret. At isti gregatim hinc atque inde confluentes, tanquam in amphitheatro à venatoribus magnæ immanium bestiarum venabulis se oppositis ingerebant, furentes morichantur, putrescentes sepelichantur, decipientes colebantur. Præter hæc sunt saxa immania, & mentium horrida præcipita voluntariorum creberrimis mortibus nobilitata vestrorum: aquis & ignibus rarius id agebant, præcipitii greges consumebantur ingentes. Actatis nostræ hominibus res notissimas loquor. Quis nescit hoc genus hominum in horrendis sacrificiis inquietum, ab vtilibus operibus otiosum, crudelissimum in mortibus alienis, vilissimum cum suis, maxime in agro territans, ab agris vacans, & victus sui causa cellas circumiens rusticanas, volte & Circumcellionum nomen accepit, vniuerso mundo pene famosissimum, Africani erroris opprobrium? Ex hoc genere quis ignorat, quam multi antea per diuersas regiones ibant & peribant, & nunc illorum comparatione quam pauci sunt igniibus ardeant? cum scilicet compressi sunt iterum legibus

Impe-

Imperatorum, de quibus vbi ius ſuo loco dicendum erit.

LV. Quod autem hi nefandum ſcelus exemplo Raziæ *a* ex Machabæorum libris defendere ſoliti eſſent, & deterrimum delictum titulo martyrij honeſtarent, idem Auguſtinus eoſdem plurib. ſæpeq; confutat *b*, percitosq; gloriæ ſtimulis iſta deliraſſe, ſæpe etiam demonſtrat *c*. Nam ſic occiſos ſepeliebant, & colebant vt martyres, ad eorum ſepulchra comedentes atq; gaudentes, orantesq; iactabant ſe ad eorum memorias exanditos: ſed refellit has omnes fallacias, & ad animas decipiendas diaboli technas retegit ipſe fuſius Auguſtinus *d*.

a 2. Mach. 14. *b* Aug. contra Gaud. li. 1. c. 28. 29. 30. *c* Aug. de Vnitat. Eccleſ. c. 19. & contra Gaud. lib. 1. c. 20. & alibi in locis. *d* Aug. de Vnit. Eccl. c. 19.

Cœpta hæc ipſorum inſania ſub Conſtante Imperatore, cum ab eis miſſi ſunt Paulus & Macarius Legati pacis, nec poſtea quoad viguit impium ſchiſma deſijt, peruulgata iam etiam tranſmarinis. nam de his Philaſtrius ita meminit *e*: *In Africa ſunt, qui Circuitores dicuntur: hi circumeunt terras; & quos inuenunt in via, cogunt eos, vt interficiantur ab illis, dicentes ſe deſiderare pati martyrium: & ſub cauſa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut Bithanati moriuntur, ſeſe dantes in præcipitium, diuerſumq; ſubeunt calamitatum interitum.* Innotuerunt ijdem Orientalibus etiam: nam de ipſis Theodoretus hæc habet *f*: *Nouum inſaniæ genus excogitarunt: violentam enim mortem, martyrium nominant; & qui hanc quidem appellationem aſſequi volunt, id longo ante tempore, ijs, qui idem ſecum ſentiunt, ſignificant. Illi autem eos omni genere officij obſeruant, eumque inſeruiunt, & omne ciborum genus afferunt, veluti quædam ſacrificio deſtinata animalia præpaſcentes & pinguefacientes. Cum diuturno autem tempore in his deliciis laute & opipare vixerint, cogunt eos, quos in uia inuenerint, lethalia eis vulnera enſe affere; & nonnulli quidem inſtitutum aſſequuntur, alij vero ab eo excidunt. Quis enim ſanæ mentis in ſe cædis manifeſtæ crimen ſuſceperit? Inſtar Corybantium, itaque furentes & debacchantes, ſe ex alto præcipitio deorſum præcipitant. Ego autem interim dum de Arianis loquor, volo aliquid lepidum, quod in his euenit, enarrare. Cum enim permulti ex iis, inſtar phaſianorum adipati, in generoſum quendam iuuenem incidiſſent, deinde nudum enſem ei porrexiſſent, inſſerunt, vt eo afferret vulnera: & ſe cum interfectoris minati ſunt, niſi imperatum faceret. Is autem dixit, ſe vereri, ne aliquibus occiſis, qui ſupereſſent, pœnitentia ductis pœnam cædis ab eo exigerent; oportere itaq; prius vinculis eorum vinculum imponere, deinde ſic enſem adigere. Cum illi autem acquieuiſſent, & vincula accepiſſent: cum virgis omnes cecidiſſet, eos victos relinquens abijt. Eis vero hanc phreneſin immiſit malus dæmon.* hactenus Theodoretus, deque his modo ſatis: reliqua enim de ipſis ſuis locis antea dicta & inferius dicenda ſunt. Tantum enim abeſt, vt ab hac inſania aliquando reſipuerint, vt maiori in dies correpti furore, graſſati ſint in ſe ipſos, & in Catholicos: tunc præſertim, cum Gildonis in Africa tyranni ſectator Optatus Gildonianus, homo Donatiſta, armatus prodijt, quod ſuo loco dicturi ſumus. Vidiſti igitur & conſideraſti, nullum vnquam non dico Chriſtianum Imperatorē, ſed nec Scytam, & imaniſſimum quemuis tyrannum de Donatiſtarum ſceleribus valuiſſe adeo crudeles pœnas ſumere, quas ipſi ſibi ſponte fetali animo intulere. Sed iam quæ ſunt reliqua rerum geſtarum præſentis anni, oratione proſequamur.

e Philaſtr. de hær. c. 86. *f* Theod. hær. fabul. l. 4.

DONATISTARVM INSANIA IN AFFECTANDO MARTYRIO.

LVI. Hoc ipſo anno Alipius Tagaſtenſis, qui (vt ad calcem anni ſuperioris diximus) Hieroſolymam profectus eſt, in Africam rediens, creatus fuit ſuæ patriæ Epiſcopus Tagaſtenſis: quod ex litteris S. Auguſtini ad S. Hieronymum hoc anno datis facile poſſumus intelligere *g*. In ipſo limine perfuncti presbyteratus, & Epiſcopatus eius initiationis, Auguſtinus illas, de quibus agimus, ad S. Hieronymum litteras dedit, quarum exordium eſt: *Nunquam æquè quiſquam*, &c. Hæc quidem haud otioſe diſquirimus; ſed vt perſpicuè innoteſcat, quo tēpore cœpta ſit controuerſia illa famoſa, ore omnium agitata, inter Auguſtinum atque Hieronymum ad multorum annorum ſpatia propagata, ſimulque cauſam & fontem, vnde illa fluxiſſe contigit, percipere accurate poſſimus. Ac primum quæ de Alipij Epiſcopatu habeat Auguſtinus, his tunc ad Heronymum literis datis, hic verbis ipſius manifeſtemus: *Numquam*, inquit, *æquè quiſquam tam facile cedibet facie innotuit, quam mihi tuorum in Domino ſtudiorum ſpecta lætitia, & verè exercitato liberalis. Quamquam ergo percipiam omnino te nôſſe, tamen exiguum quiddam animo habeo, præſentiam videlicet corporis. Quam ipſam etiam, poſteaquam te beatiſſimus nunc Epiſcopus, tunc vero iam Epiſcopatu dignus, frater Alipius vidit, remeauit, à me viſus eſt, negare non poſſum magna exempla te mihi eſſe relatu eius impreſſam: & ante reditum, cum te ibi videbat, & ego videbam, ſed oculis cius, &c.*

g Aug. ep. 8

DISSENSIONES INTER AVGVST. ET HIERON. QVANDO CŒPTÆ.

Auſpicaturi iam exordium & originem controuerſiarum, quæ inter tales tantosq; viros doctrina & ſanctitate egregia præditos, Catholicæque Eccleſiæ magiſtros exortæ ſunt: hic repetere memoria debemus, quæ anno ſuperiori ad finem ipſius diximus, cum de eiuſdem Alipij peregrinatione Hieroſolymam ſermonē habuimus: nimirum tunc ex nobilium Origeniſtarum Hieroſolymis agentium Iareb. is ventum illum ſpiraſſe, quo eiuſmodi eſt excitata tempeſtas, ex qua filiorum pacis naugia non nihil iactata, & inter ſe colliſa diu, vix tandē ad tranquillitatis portum, quo vterq; rectitudinis & veritatis clauum direxerat, integra abſque naufragio peruenere: cum poſtea datis inter ſe mutuo dexteris, junctis animis, aduerſus primogenita Origeniſtarum germina, Pelagianos hæreticos, ſub eodem Catholico fidei vexillo commilitones acerrimē decertarunt.

LVIII.

Sed quo modo ab Origeniſtis ſuppeditatus eſt diſcordiæ fomes, ex veriſimilibus, ex veris tamen deductis cōiecturis datur poſſe opinari: procul vero abhorremus ab opinatione eorum, de quibus iſta Hieronymus *h*: *De amicitia omnis tollenda ſuſpicio eſt; & ſic cum amico, quaſi cum altero ſe, loquendum. Nonnulli familares mei, & vaſa Chriſti, quorum Hieroſolymis & in ſancto loco permagna copia eſt, ſuggerebant, non ſimplici animo à te factū, ſed laudem atq; rumuſculos & gloriolam populi requirente: vt de nobis crederes. & multi cognoſcerent te prouocare, me tumere, te ſcribere vt doctum, me tacere vt imperitū, & tandem reperiſſe, qui garrulitati meæ ſilentium modumq; imponeret.* hæc ipſe: ſed plane male illi Auguſtini animum perſcrutati; licet id conati fuerint, qui ad hæc aduerſus Hieronymum ſcribēda Auguſtinum quibuſdam impulſibus adegerunt. At quinam aduerſarij iſti Hieronymi, qui ex Auguſtini ad ipſum ſe ipſis inſultandi in eum captaturi forent occaſionem? illi nempe, quorum ſupernominatio facta eſt, Iohannes Hieroſolymitanus Epiſcopus, Ruffinus, Melania, & ſi qui alij ob Origenis errores, quos impugnabat, ipſi Hieronymo infenſiſſimi, eiuſmodi quidem, qui extrinſecus ſanctitate cum nobilitate pollentes, fidem apud omnes inuenirent, qui eos minus proximè perſpectos haberent.

h Hieronym. ep. 91. FOMES DISCORDIARŪ AVGVSTINI CVM S. HIERONYMO VNDE.

LIX.

Quænam autem, quantave putas hos omnes aduerſus Hieronymum in aures Alipij infudiſſe? eſt non alia, illud quidem quod dictitare & obiectare ſæpe ſolebant: nimirum, hominem eſſe faſtu plenum, tumidum, nemini præcentem, omnes carpentem, ſibi nimium arrogantem, agentem doctorem totius Orbis, omnes ſperneretem, nullius rationem habentem: fore namque Deo gratum, Chriſtianiq; iucundum, petulantiam hominis coercere, contra ipſius ſcripta conripere, & ſigillare; idq; eſſe ipſo in primis bene mereri, ſi è cathedra docētis demiſſus, in loco humili collocatus diſceret tandē, & quod non eruderet, experimento ſentiret, præſtantiorem ipſo in Eccleſia inueniri doctorem. At quorſum hæc Origeniſtarum ſtropha tendebat? eo nimirum, vt Hieronymi quam dicebant audaciam coercendo, Auguſtinum, ſi poſſent, caute ſibi coniungerent; vel ſaltem eoſdem inter ſe altercantes, ſibi inuicem aduerſarios conſtituerent, iugiter inter ſe pugnantes, mutuoque carpentes; euenireque tandem ſecundum illud Hieremiæ *i*: *Quaſi fortis impegit in fortem, ambo pariter conciderunt.* Non lenſit dolos Alipius, nec in animum inducere potuit fraudulenter hæc agi, ab hominibus præſertim, quorum ſanctitas videbatur toto iam Orbe ſpectata? quamobrem de Hieronymo ab illis accepit, eadem reuerſus in patriam retulit Auguſtino: qui bona fide, recto que animo, & nonnihil boni conſulens, ſic ſcribere

LX. ALIPIVS MALE AFFECTVS AD ORIGENISTIS IN S. HIERONYMVM.

i Hieremi. 40.

aggressus est, & carpere, quæ à Hieronymo scripta essent, vt tamen in omnibus fraternæ charitati in primis voluerit esse consultum: sicq; se reprehensorem exhibuit, vt tamen charitate se fratrem esse, pluribus significasse voluerit. Sed age iam ad ipsas literas inter se mutuo datas, quo scriptæ sunt ordine, veniamus.

LXI. AVGVST. AD HIERONYMŪ AGENS LITERAS.

Dedit igitur ipse prior Augustinus ad Hieronymum, quas diximus, litteras hoc anno cuidam Profuturo, familiares illas quidem, salibus tamen actioris correctionis aspersas: nam vnde sibi suppetere poterat haud mediocre argumentum Hieronymi commendandi, quod solus ac primus inter Latinos referare potuerit fontes Hebraicos, inde eum sugillandi se inuenisse putauit occasionem, quasi otiosè hæc ipse tentasset: à quo studio etiam dinellere eum conatus, fructuosius ipsum laborare rogat, nimirum vt verteret in Latinum Græcos scriptores Ecclesiasticos; quod postulare se dicit nomine totius Ecclesiæ Africanæ, cum ait a: *Petimus ergo, & nobiscum petit omnis Africanarum Ecclesiarum studiosa societas, vt in interpretandis eorum libris, qui Græcè Scripturas nostras quam optime tractauerunt, curam atque operam impendere non graueris: potes enim efficere, vt nos quoque habeamus illos tales viros, & vnum potissimum, quem tu libentius in tuis litteris sonas.* Origenem sanè Augustinus intelligit; cuius laudes, antequam ex eo hæreses proferrentur in lucem, suis scriptis sæpè contigerat Hieronymum prædicasse: vt vel ex hoc vno intelligas tacitam inuri Hieronymo notã, quod hoc tempore detestari profiteretur Origenem, quem antè sæpè alias cõmendasset: sicq; plane per transennam inspicias supeditata ab Origenistis Augustino eo modo, quo diximus, in Hieronymum argumenta; qui & ista mox subdit: *De vertendis aũt in linguam Latinam sanctis litteris canonicis laborare te nollem, nisi eo modo, quo lab ei interpretatus; vt signis adhibitis, quid inter hanc tuam & Septuaginta, quorum est grauissima auctoritas, interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebraicis litteris & exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerat,* &c. ad postremum eiusmodi indigno planè Augustino dilemmate agit: *Sienim*, inquit, *obscura sunt, te quoque in illis falli potuisse creditur: si autem manifesta, illos in eis falli potuisse non creditur.* hæc ipse: sed quantarum sint virium, si quæ ad ista respondeit Hieronymus legeris, plane inuenies.

a *Hieronym. ep. 80. ap. Aug. ep. 8.*

LXII. b *Galat. 2.* ALIA REPREHENSIO AVGVSTINI IN HIERONYMVM.

Post hæc autem Augustinus eam reprehensionem inculcauit de perperam facta à Hieronymo interpretatione loci illius in Epistola ad Galatas *b*, quo Paulus ait obiurgatum à se esse Petrum: cum Hieronymus diceret ex complurium doctorum sententia, ea omnia inter ipsos Apostolos per simulationem esse transacta: redarguit n. Augustinus Hieronymum tanquam praui dogmatis assertorem; quasi illis mentiri licuisse, affirmarit. At quam hæc à sententia Hieronymi abhorreant, superius à nobis est demonstratum tomo primo Annalium, cum de eadẽ controuersia & dissensione inter Paulum & Petrum pluribus disputauimus; ad quem locum lectorem reijcimus. Hæc quidem primis ad Hieronymum litteris præstitit Augustinus, quas Profuturo perferendas Hierosolymam dedit. Sed accidit, vt ipsæ retentæ in Africa, vix (vt dicemus) peruenerint post annos duodecim Hierosolymam. Verum quo casu id factum sit, sic explicat Augustinus c: *Primas, quas ad te adhuc presbyter litteras præparaueram mittendas per quendam fratrem nostrum Profuturum; qui postea nobis collega factus, iam ex hac vita migrauit; nec earum ipse perferre potuit; quia continuo, dum proficisci disponit, Episcopatus sarcina detentus, ac deinde in breui defunctus est, etiam nunc mittere volui,* &c.

c *Aug. ep. 10. ap. Hieron. 88.*

LXIII. HIERON. QVID ADMONVIT S. AVGVSTINVM.

Cum igitur harum Augustini litterarum S. Hieronymus penitus ignarus esset, ipse ad Augustinum alia occasione litteras officiosas satis misit: quæ licet non extent, eatum tamen meminit Augustinus *d*, qui & testatur inter alia admonitum se fuisse à Hieronymo, vt caueret in legẽdo Origene eius errores; vtpotè quod ipse Hieronymus aliquid visus esset odoratus esse, & in suspicionem adductus de consuetudine Alipij Hierosolymis cum Ioanne Episcopo, Ruffino, atq; Melania, & veritus ne per Alipium tanquam canalem è cœnosis fontibus in Augustini animum illaberentur toxica Origenis. His acceptis à Hieronymo literis Augustinus, cũ ad eum redderet litteras, eadẽ persuasione, qua cum primas litteras dederat animo affectus, rursum à redargutione scriptorum illius sumit exordiũ, ex causa quidem leuissima sibi comparans argumẽtum; nimirum quod accepisset à quodam homine, inditum ab eo titulũ, Epitaphium, commentatio illi, quem ante biennium conscripserat de Scriptoribus Ecclesiasticis; quod tamen minimè verum fuit, vt literis suis se postea Hieronymus excusauit. Rursum vero ijsdem Augustinus litteris eandem inculcat reprehensionem de prauo dogmate ex interpretatione perperam facta loci illius Epistolæ Pauli ad Galatas: atq; tandem, perinde ac si grauis lapsus esset errore, adhuc admonuit, vt iuxta illud Homeri, instar Stesichori, recantaret palinodiã. hæc cuncta pluribus pertractata, apud ipsos Hieronymũ & Augustinum, si vis, inspicias lector: nimis enim in longum diffluueret oratio, si cuncta verbis ipsorum hic reddere conaremur.

d *Aug. ep. 9. ap. Hieron 8.*

LXIV. LITERÆ AVGVSTINIENSES CITRA ET VLTRA.

Sed accidit; dolo quidem aduersariorum, non autem culpa vel oscitantia Augustini, vt hæ litteræ nequaquam Hierosolymam perlatæ fuerint, sed exscripta ex eis exemplaria in Italiam missa sparsaq; per singulas ferme ciuitates non sine Hieronymi grauis ignominiæ nota: quorũ vnum nactus Syrinnius diaconus, Hierosolymam ad Hieronymum attulit: testatur id ipse Hieronymus in litteris ad Augustinum scriptis, cum ista narrat, sic iure quidem expostulans e: *Satis mirari nequeo, quo modo ipsa Epistola & Roma & in Italia habeat à pleriſque dicatur, & ad me solum non peruenerit, cui soli missa est: præsertim cum idem frater Syrinnius inter cæteros tractatus tuos dixerit eam se non in Africa, non apud te, sed in insula Hadria ante hoc ferme quinquennium reperisse.* hæc Hieronymus. Quis non sentiat id subdola aduersariorum arte compositum, nec eiusmodi litteræ ad Hieronymum peruenirent, nec eius stylo potenti ex more, omnia quæ essent obiecta refellerentur: sed quasi ex illis victus atque prostratus, cum rubore fiduisse videretur; litteræ illæ Augustini vbique locorum ab aduersariis ostentarentur, describerenturque: vt sic Hieronymi nomen sannis pariter atque cachinnis expositum pro aduersariorum arbitrio vbique traduceretur.

e *Hieron. 73. ap. Aug. 75.*

LXV. PRAVI ADVERSARIORVM IN LITTERAS.

Quod autem hæc acciderint Augustino nescienti, inde satis apertè percipi potest, dum post illam Epistolã ad Hieronymum alias litteras dedit, quibus efflagitabat, vt ad datas à se literas responderet. Sed rem hanc totam gestam dolo aduersariorum cum dicimus: ne falsum me cõiectorem existimes, accipe quid præterea per Africanos itidem Episcopos idem aduersarij Origenistæ eodẽ tempore moliti sint: narrat id S. Hieronymus f in Apologia aduersus Ruffinum: *Scribit*, inquit, *frater Eusebius, se apud Afros Episcopos, qui propter Ecclesiasticas causas ad Comitatum venerant, Epistolam quasi meo scriptam nomine reperisse, in qua agerem pœnitentiam, & me ab Hebræis in adolescentia inductum esse testarer, vt Hebræa volumina in Latinum verterẽ, in quibus nulla sit veritas. Quod audiens, obstupui. & quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, vnũq; testi nec Catoni creditum est, id ipsum multorum me ex Vrbe fratrum scripta docuerunt, scisciatantiũ, an ita se haberet, & à quo ipsa Epistola disseminata esset in vulgus lacrymabiliter indicantium. Qui hoc ausus est facere, quid aliud non audiat?* hæc S. Hieronymus quibus plane significatur ex vna pariter officina ista hæc omnia esse deprõpta. Porro totius huius facinoris architectum fuisse Ruffinum, ipsumq; eius auctorẽ Epistolæ nomine Hieronymi scriptæ, idem Hieronymus in Apologia in ipsum scripta non obscurè significat g.

f *Hieron. Apolog. ad aur. Ruf. lib. 2.*

LXVI. HIERONYMI QVERELA DE AVGVST.

At quid post hæ ipse Hieronymus? licet Augustini literarũ exemplar per Syrinnium diaconum accepisset, cunctatus est tamen ad eas dare responsum, quod haud certus omnino reddi posset eas ab Augustino esse conscriptas, licet (vt ait) stylo satis intellexerit eius esse: sed stomachatus nonnihil, duabus *h* ad Augustinum missis litteris, dein-

g *Hier. lib.*

h *Hieron. ep. 91 92.*

de iniuria accepta cõquestus est, conrestatusq; pariter se ad priores ab ipso datas litteras minimè respondere velle, quousq; certioribus scriptis literis suas illas esse significaret. dedit harum literarum priores Asterio, posteriores vero Firmo, vt ex Augustini redditis litteris è apparet.

a *Ap. Hier. ep. 97.*

Quis omnes licet stylo pungenti, vtpote cõmotus iniuria, visus sit exarasse: haud tamen inter se ipsos connexũ vinculũ charitatis dissolui voluit: nam ad finem priorũ, quas Syrinnio dedit, animi sui candorem his verbis reliquisse voluit declaratum *b*: *Vide*, inquit, *quantum te diligam, vt ne provocatus quidem volueris respondere; nec credam tuum esse, quod in altero forte reprehenderis*, ad finem vero posteriorum Epistolæ *c*: *Vale*, inquit, *mihi amice carissime, atate fili, dignitate parem.* sic quidem, quod iam Augustinus esset creatus Episcopus, & mox addit: *Et hoc à me rogatus obserua; vt quidquid mihi scripseris, ad me primum facias peruenire.* Augustinus vero acceptis Hieronymi litteris ab Asterio, illas suas ad eum reddidit, quarum est exordium *d*: *Quãuis existimem*, &c. in quibus inter alia veniam petens, hæc ait: *Obsecro ergo te per mansuetudinem Christi, vt si te læsi, dimittas mihi, ne vice visissim lædendo malum pro malo reddas.* & post alia: *Vtinam mereremur amplexus tuos*, &c. Ex quibus plane intelligis, Deo dilectos, filios spacis, Ecclesiæ magistros eo animo in alterutrando fuisse, vt inter ipsos verborum grauiores verberibus ictus, se tamen mutuo complecterentur, & fartuis charitatis osculis pererent.

b *Hieronym. 91.*

c *Hieronym. ep. 94.*

d *Aug ep. 15. apud Hier. ep. 93.*

XLVII.

Porro vt his profiteretur litteris Augustinus, haud pridem dederat ad Hieronymum per Cyprianum diaconũ litteras, quæ extant, estque illarum exordium *e*: *Ex quo cœpi ad te scribere*, &c. quibus & significauit suas esse duas illas priores, quibus superius dictæ correctiones conscriptæ haberentur, de quibus & Hieronymus petierat certior reddi, tum eius essent. adiunxit vero & postremis his suis ad Hieronymum alias reprehensiones, videlicet, quod non ex Hebræo translationem libri Iob edidisset prorsus inutilem; quodq; aliter quam Septuaginta haberent, vertens ex Hebraica veritate librum Ionæ, pro cucurbita, magno omnium scandalo hederam posuisset: & quid in vna Africanarum Ecclesiarum tunc cõtigisset, recenset his verbis: *Quidam frater noster Episcopus, cum lectitare instituisset in Ecclesia cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter abs te positum apud Ionam Prophetam, quam erat omnium sensibus memoriaq; inueteratum, & tot atatũ successionibus decantatum: factu q; est tantus tumultus in plebe, maximè Græcu arguentibus & inclamantibus calumniam falsitatis, vt cogeretur Episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Verum autem illi imperitia an malitia, hoc esse in Hebræi codicibus responderunt, quod & Græci & Latini habebant. Quid plura? coactus est homo veritatem mendositatem corrigere, volens post magnum periculum remanere sine plebe.* hactenus de his Augustinus: reciprocansq; rursum per eandem lineã stylum, affirmat eum vtilius impensurũ operam reddendo Græca Latinis, quam Hebraica; eoq; nomine gratias agit de Euangelio ab ipso ex Græco in Latinum translato.

e *Aug. ep 10. ap. Hieron. ep. 18.*

NOVIS CERTAMINIBUS AB AUGUSTINO PULSATUR HIERONYMUS.

LXVIII.

QUAM SERO HIERONYMUS ACCEPERIT LITTERAS AUGUST. *Hister. ep. 89 apud Aug. 11.*

At quantum temporis interlapsum sit, ex quo illas ab Augustino olim scriptas, & per Cyprianum diaconũ iterum ad ipsum datas S. Hieronymus acceperit *f*: plane ex ipsis Hieronymi ad Augustinum per eundem Cyprianum tunc redditis litteris satis superque intelligi potest; nempe (quod admiratione quidem dignum sit) duodecim annorum spatium intercurrisse: quod sane ex manifesta illa ratione deducimus, cum ipsidem litteris ipse testetur S. Hieronymus *g*, eius exemplaria ad se perlata esse non antequam Syrinnius aduenerit ex Gallijs Hierosolymam, cum illuc missus est ab Exuperio Episcopo Tolosano; qui quidem eius aduentus contigisse monstratur sub VI. Arcadij Consulatu cum collega Probo, est is annus Domini quadringentesimus sextus. Nam cum ipse S. Hieronymus in præfatione libri tertij in Amos affirmet se dictis Consulibus elaborasse commentarios in Zachariam ad Exuperium Tolosanum Episcopum; & in præfationibus trium librorum in Zachariam idem S. Hieronymus testetur de eodẽ Syrinnio tunc misso ab Exuperio Hierosolymam: plane necesse est assimare, non ante dictos Consules Syrinnij aduentum contigisse. Porro non alium hunc fuisse Syrinnium, qui exemplaria Epistolæ Augustini ad Hieronymum attulit Hierosolymam, ab illo, qui ab eodem Exuperio Tolosano Episcopo missus accepit à S. Hieronymo commentarios in Zachariam Prophetam sub dictis Consulibus elaboratos, ex eo quoque certo cognosci potest, quod ipse Hieronymus in litteris, quas tunc pro defensione sua ad Augustinum scripsit, cum citat S. Ioan. Chrysostomum, non eum dicit esse Episcopum, sed olim fuisse, atq; esse iam desijsse: adeo vt necesse sit eam ab ipso pro sua defensione esse scriptam ad Augustinum Epistolam, cum iam Ioannes sede summotus esset, & in locum eius alius suffectus; sunt enim in dicta Epistola hæc Hieronymi verba *h*: *Quid*, inquit, *dicam de Ioanne, qui dudum in Pontificali gradu Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, & proprie super hoc capitulo latissimum exarauit librum?* quæ quidẽ ipsamet verba (ne arbitreris esse mendum in codice) repetit ipse Augustinus in sua ad Hieronymum responsione, ea Epistola, cuius est principium *i*: *Lampridem charitati tuæ*, &c. Sic igitur iam vides sedere desijsse Ioan. Chrysostomũ, cum illæ à Hieronymo scriptæ sunt literæ ad Augustinum per Cyprianum, quibus de acceptis priorum litterarum exemplaribus à Syrinnio significabatur. Porro & illud liquet, eundem Ioan. Chrysostomum quadringentesimo quarto Domini anno sede depositum & in exilium missum esse: vnde perspicias, optimè conuenire, eundem hunc esse Syrinnium, quem constat Hierosolymam venisse sub dicto sexto Arcadij Consulatu, anno Domini quadringentesimo sexto: indeq; perspicuè intelligas, non ante annos duodecim Hieronymum accepisse, non dico literas, sed exemplaria literarum, quas Augustinus scripserat: quibus & videas, quam proditorijè cum eo tunc ab aduersarijs actum sit.

f *Hier. ep. 89.*

g *Hier. ep. 91. 92.*

h *Hier. ep. 39.*

i *Aug. ep. 18 ap. Hier. 97*

LXIX.

HIERONYMVS REDARGVIT AVGVSTINVM.

Sed nõ hic finis, imo potius exordium controuersiarũ fuit: fiquidem acceptis tribus simul missis ab Augustino Hieronymus litteris, ipse ijs, quas per dictum diaconum Cyprianum reddidit, Apologiam validam quidem cõtexuit, qua cum ab omnib. obiectis causam suam defendisset, redarguit insuper Augustinum, quod eius sententiæ visus esset assertor, qua diceretur, Iudæos ad Christum conuersos vti licite legalibus potuisse. quod affirmare, nihil aliud esset, quam Cerinthi, Hebionis, & Nazatæorum hæresi adstipulari. Vice versa Augustinus his à Hieronymo pro sua ipsius defensione acceptis per Cyprianum diaconum literis, necnon superioribus Firmo datis, quarum meminimus prolixiorẽ illam rescripsit Epistolam, quæ incipit: *Lampridem charitati tuæ*, qua inter alia purgat se ab errore, in cuius suspicionem apud Hieronymum venerat, quasi eadẽ sentiret cũ hæreticis illis, qui Iudaica pariter cum fide Christiana esse seruanda antea docuissent: fatetur tamen, se minus perfectè esse locutum; intelligere autem voluisse, ea primis illis temporibus tolerata fuisse: quam suam ea de re sententiã iam ante contra Faustum scribens, plenius se declarasse testatur. Sed iam receptui posti bellum canendum: imo & compositio inter eos fœdere & veritate in vtroq; vincente firmiori pace atq; concordia stabilita, pro munere Deo laudes cum gloria concinendæ.

LXX.

CHARITAS INTER HIERONYM. ET AVGVSTINVM ILLIBATA SERVATA. *k Augustin. ep. 8.*

Porro vt ab omni suspicione malæ mẽtis praui q; animi S. Augustinũ penitus liberemus, intelligamus q; quam verissimũ esse hæc omnia aduersationum arte fuisse compolita, ipso aliter sentiẽte: præter illa, quæ superius ingesta sunt ad hæc declarãda, accipe quæso, se Augustinus ad calcem suarum primitus datarum Epistolarum habet; vt intelligas, quo animo in eiusmodi cõtentionis palæstra in arenam descenderit. Sunt hæc verba ipsius, cum Profuturo simul cum litteris alia quædam scripta Hieronymo dederat perferenda: *Sane*, *ideam frater aliqua scripta nostra fert secum; quibus legendis si dignationem adhibueris, etiam sinceram atque fraternam seueritatem adhibeas quæso. Non enim aliter intelligo quod scriptum est* 1: *Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: nisi quia magis amat obiurgator sanans, quam adulator perdens caput.*

1 *Psal. 140.*

caput. Ego autem difficillime bonum iudex lego quod scripseris; sed aut iniudior recte, aut cupidior. Video etiã inter dũ vitia mea, sed hæc malo audire à melioribus: ne cũ me recte fortasse reprehendero, rursus mihi blandiar, & meticulosam potius mihi videar in me, quam iustam tuliſſe ſententiam. hæc ipſe, volens ſua ſcripta cenſuræ Hieronymi ſubiacere. quo animo perſeueraſſe Auguſtinum immobilem vſq; ad finem, omniq; obſeruantia Hieronymum coluiſſe, innumera in iiſdem Epiſtolis ſparſa ſunt loca.

LXXI.

In nouiſſima eodem argumento conſcripta, quantum ipſe licet Epiſcopus detulerit Hieronymo presbytero, hac plane ſententia declarauit b: *Quanquam ſecundum honorum vocabula, quæ tam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus presbyterio maior ſit: tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt.* maior quidem Auguſtino Hieronymus, non ætate ſolũ, cuius ratione eum ſuperioribus literis filium nominat, ſed & linguarum Hebraicæ & Græcæ peritia, verum & in ſanctitate etiam puto Auguſtinum iure primas Hieronymo detuliſſe; quippe quem ſciret ab exordio iuuentutis iugum Chriſti portare cœpiſſe, fidemq; inmaculatam ſeruaſſe, ſe vero à fide naufragum diu per Manichæorum hæreſes deuiaſſe. Cum tot igitur prærogatiuis præſtaret Hieronymus Auguſtino; videtur inſulta nimis illa quorundam interpretatio: ſignificare nimirum voluiſſe Auguſtinum, Hieronymum maiorem fuiſſe, quod maior eſſet dignitas Cardinalatus Epiſcopatu: quali nihil præterea eſſet, quo excelleret Hieronymus Auguſtino, vt neceſſario ad Cardinalatum illa referenda ſint verba. ſed de Cardinalatu Hieronymi ſatis ſuperius. Ad poſtremum ad ſignificandam puram ſuam erga Hieronymum charitatem, timens Auguſtinus ne quid reliquum reſperſi ex liuore pulueris in Hieronymi animo reſideret, ſequeſtrem adhibuit Præſidium Sacerdotẽ, qui penitus eius animum exploraret: ad quem de ea re Epiſtolam ſcribens, hæc habet in fine b: *Si ego, quod non debui, aut quo modo non debui, aliquid ſcripſi: non ad illum de me, ſed ad me ipſum potius fraterna dilectione mitte ſermonem, quo correctus petã, vt ignoſcat, ſi meam culpam ipſe cognouero.* hæc ipſe. At quanti è contrario fecerit ipſe Hieronymus Auguſtinum, & quibus laudibus prædicauerit, inferius ſuis locis dicturi ſumus Annalium tom. 5. cum mutuo ſiterſe datas literas tempore ingruẽtis hæreſis Pelagianæ recenſebimus. Hic autem ſatis in vnum congeſſiſſe cœptam hoc anno controuerſiã, deductam vero ad annum fermè decimumquartum, ſimulq; certo narrationis ordine in vnũ modo nos perdifficilem hiſtoriam ad rerum geſtarum faciliorem intelligentiam, quam breuiſſimè licuit, complexos eſſe. Iam cætera, quæ huius ſunt anni, acta reddamus.

a *Auguſt. ep. 19.* HIERONIMVS IN AVGVSTINO MAIOR.

b *Aug. ep. 16. apud Hier. 95.*

LXXII.

Hoc eodem anno Paulinus Romanus, V.C. antiquæ nobilitatis decus, vna cum Therasia coniuge ampliſſimo patrimonio in pauperes erogato, monaſticæ vitæ inſtitutum arripiens, Vrbe admirante, in Nolanum agrum ſeceſſit. In cuius rei geſtæ narratione, à temporis certa ratione ſumentes exordium: hæc ipſa præſeferi anno geſta eſſe, inde certam deducimus manifeſtamque adducimus anctoritatem, quod idem ipſe Paulinus in Epiſtola, quam dedit ad Auguſtinum adhuc presbyterum, mox vero eodem anno poſtea creatum Epiſcopum Hipponenſem, nempe anno ſequenti, quo cõtigit ad Epiſcopatum prouehi, cum teſtetur ſe nonniſi annum habere, ex quo, abdicato ſæculo, Chriſtianæ Philoſophiæ nomẽ dederit, licet ætatis annum quadrageſimum primum impleſſet: plane ſignificat, hoc anno, ſuæ ætatis quadrageſimo impleto, monaſticum induiſſe habitum, & vitæ monaſticæ inſtituta ſectari cœpiſſe. Sed iam ipſum iſta profitentem audiamus; ea enim Epiſtola hæc habet c: *Rege ergo parulum in terra repentem, & tuis greſſibus ingredi doce. Nolo enim in me corporalis ortus magis, quam ſpiritalis exortus ætatem conſideres. Quippe ætas mihi ſecundum carnem ea iam eſt, qua fuit ille ab Apoſtolo* d *in porta Speciosa Verbi poteſtate ſanatus* (nimirum annorum amplius quadraginta) *In natalibus autem animæ, illius adhuc mihi tempus infantiæ eſt, quæ intentatis Chriſto vulneribus immolata digno ſanguine agni victimam præuenerit. & Dominicam aſſpicata eſt paſſionem.* nempe anni vnius tempore iſto termino; anniculum enim agnum ad Paſchalem victimam debere eligi, diuina lege præceptum erat e. His igitur ſignis Paulinus aperte ſignificare voluit, ſe eo tempore, quo iſta ſcribebat, nempe anno ſequenti (vt dicetur) fuiſſe ætatis annorũ quadraginta vnius, quorum annum vnum ſpiritalis natalis egiſſet in monaſtica diſciplina.

PAVLINI ET THERASIÆ CONVERSIO.

c *Ap. Aug. p. 3.*

d *Act. 4.* PAVLINI ÆTAS.

Sed vnde colligimus, dices, ſequenti anno eam à Paulino ad Auguſtinum Epiſtolam ſcriptam eſſe? ex eo nimirum eius rei certum deducitur argumentum, dum ad Auguſtinum tunc presbyterum ipſo ſcribente, Auguſtinus iam tunc factus Epiſcopus ad ipſum Paulinũ mox literas reddidit; id enim ipſe Sanctus Auguſtinus affirmat f. Pono Auguſtini ad Epiſcopatum promotionem ſequenti anno cõtigiſſe, Proſper nota Conſulum ſignat: cui enim cum Auguſtino magna fuit vitæ conſuetudo, ea tempore ſedis eius ipſum præterijſſe minimè potuerunt. Quod autem has literas Paulinus ad Auguſtinum adhuc presbyterum dederit, ex verbis eius fidem certam inuenies, dum ibi hæc ait g: *Si officium commune conſideras, frater es: ſi maturitatem ingenij tui & ſenſuum, pater mihi es, etſi forte ſis aui iunior, quia te ad maturitatem meriti honor ſeniorem prouexit, & iuuenem cana prudentia.* ita ipſe: & inferius, cum ſe eidem Auguſtino miniſterio ſociatum dicat æqualem, compresbyterum illum fuiſſe demonſtrat, ſicut etiam cum eundem fratrem nominet Auguſtinum: nam presbyterum à presbytero fratrem appellari conſueuiſſe, Epiſcopum vero patrem, idem Paulinus eadem Epiſtola ad Auguſtinum data declarat, appellans Alipium Epiſcopum Tagaſtenſem communem patrem; cum tamen quod ad ætatem ſpectat, ambo eſſent æquales. Quod autem tunc ad ea reſcripſerit Auguſtinus iam creatus Epiſcopus, in eadem ipſe teſtatur Epiſtola h. Sed & ex his illud obſerua: cum enim hoc anno ipſi ad Auguſtinum Epiſtola Paulinus tradat ſe iam impleſſe quadrageſimum annum, ac proinde inchoaſſe quadrageſimum primum; plane inuenies eiuſdem prorſus ætatis ipſum eum Sancto Auguſtino fuiſſe, quem tempore, quo fuit creatus Epiſcopus, liquet fuiſſe ætatis annorum quadraginta vnius: id quidem ex deducta exacta ſuperius annorum ætatis eius ratione perſpicuè demonſtratur. hæc vero ad tempus inſinuandum ſatis ſufficiant.

f *Auguſt. p. 96.* DE CONVERSIONE PAVLINI ELOGIUM S. AMBROSII.

LXXIV.

At quanti momenti res fuerit, tale de ſe ſpectaculum Vbi & Orbi exhibuiſſe in ſæculi abdicatione Paulinũ, ex iis facile poteris intelligere, quæ S. Ambroſius eodem tempore ad Sabinum Placentinum Epiſcopum data ad iſtud ipſum ſignificandum Epiſtola, his verbis exordiens narrat i: *Paulinum ſplendore generis in partibus Aquitaniæ nulli ſecundum, venditis facultatibus tam ſuis, quam etiam coniugalibus, in hos ſe induiſſe cultus ad fidem compери, vt ea in pauperes conferat, quæ redegit in pecuniam: & ipſe pauper ex diuite factus, tanquam de oneratus grauis ſarcina, domui, patriæ, cognationi quoque vale dicat, quo impenſius Deo ſeruiat. Elegiſſe autem ſecretum affirmatur Nolanæ vrbis, vbi tumultum fugitans, otium exigat. Matrona quoque virtutis ac ſtudio eius proximè accedit, neque à propoſito viri diſcrepat. Denique tranſcripta in alterum iura ſuis prædiis, virum ſequitur, & exiguo illic coniugũ contenta ceſſiſſe, ſolabitur ſe religionis & charitatis dantia. Sobolem eis nullã, & ideo meritorum poſteritas deſiderata. Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquuntur? Ex illa familia, illa proſapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migraſſe à Senatu interceptam familiæ nobilis ſucceſſionem? ferri hoc non poſſe. Et cum ipſi capita & ſupercilia ſua radant, ſi quando iſtiſmodi ſuſcipiunt ſacra: ſi forte Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religionis veſtem mutauerit, indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam eſſe in mendacio obſeruantiam, in veritate negligentiam, vt confundantur plerique attentiores ad ſacroſanctam religionem videri, non conſiderantes vocem dicentis k: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confundam & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cœlis, &c.* hæc ipſe: quibus plane vides Paulinum ate; Therasiam habitum mutaſſe, cum vitam monaſticam vna pariter auſpicati ſunt. quam quidem innouationem merito idem Paulinus nouũ natale ſuum appellat, dum ſe

g *Ap. Aug. p. 11.*

h *Aug. p. 14.*

i *Ambroſ. p. 36.* DE CONVERSIONE PAVLINI ELOGIUM S. AMBROSII.

k *Luc. 9.*

hoc anno genitum secundum interioris hominis renouationem, scriptis ad Augustinum literis profitetur.

LXXV. PAVLINVS QVO MODO AQVITANVS DICTVS.

Sed antequam de Paulino quæ sunt reliqua prosequamur, elucidandus est locus Ambrosij, quo air, *Paulinum in partibus Aquitaniæ nulli fuisse secundum*: ne quis ex his putet illum origine Aquitanum fuisse potius, quã Romanum, quem inter Senatores Romanos claruisse, & inter omnes nobilitate fuisse conspicuum, idem affirmat, quod & Ausonius (vt dicetur) sæpe confirmat. Quamobrem quod ipse S. Ambrosius de Paulino dicat in partibus Aquitaniæ nulli fuisse secundum; ad amplissimum patrimonii, quod ille in Aquitania possideret, vbi & habitare sæpe soletet, visus est alludere voluisse secundum ea, quæ itidem Ausonius de ipso Paulino scribit. Contingebat hoc tempore, sicut olim, nobiles Romanorum in prouincijs longe ab Vrbe positis latifundia possidere; vt sanctus Hieronymus *a* tradit de sancta Paula, & Symmachus *b* suis testatur Epistolis in Mauritania Cæsariensi plurima iugera possedisse; itidemque de Pammachio ex S. Augustini *c* Epistola constat, quod & de aliis horum æqualibus affirmari potest, vt de Antiquioribus Romanorum dicere prætermittamus. Quod igitur in eadem prouincia Aquitania alij quoque Romani ciues latissima rura possiderent, sed ab horum nemine superaretur Paulinus; ea de causa Ambrosius de ipso ait; in partibus Aquitaniæ in possessione agrorum nulli secundum fuisse.

a Hieronym. ep.27.
b Symmach lib.7.ep.66.
c August. ep.134.

LXXVI. RESTITVITVR TEXTVS AMBROSII.

Hæc autem cum optimo inte dici possint: puto tamen vitio librariorum inuersam esse periodum: nimirum, vt cum ibi apud Ambrosium sic legitur: *Paulinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum, venditu facultatibus*, &c. ita sit restituendum: *Paulinum splendore generis nulli secundum, in partibus Aquitaniæ venditis facultatibus*, &c. cui quidem lectioni fauet in primis, quod cum ipse Ambrosius amplissimum Senatorem significet fuisse Paulinum, familia nobilissima, ac Romana prosapia eademq; clarissima natum prædicet: plane res tanta minuitur, imo penitus extenuatur, si secundum priorem lectionem legerimus eum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli fuisse secũdum; cum etsi primus inter nobiles illius regionis excellnisset, haud tamen comparandus fuisset cum aliquo Romanorum antiquæ familiæ; nec sane dignus satis, vt de eo Gentiles Romæ Senatores talia tantaque quod ad generis nobilitatem spectat, ista emphasi prædicarent: *Ex illa familia, prosapia, illa indole, tanta eloquentia præditum, migrasse à Senatu interceptam familiæ nobilu successionem.* haud enim par est, ista iactari de nobili Aquitano, qui & inter eius prouinciæ nobiles non primus eniteat, sed reliquis coæquetur. Arridet insuper posteriori lectioni, quod idem Ambrosius inferius dicat, agrum Nolanum minimè ab eo fuisse distractum; sicq; non omnes ab eo agros vẽditos fuisse, sed duntaxat eos, quos amplissimos possidebat in partibus Aquitaniæ, voluerit demõstrasse: vel etsi cæteros omnes, excepto Nolano, vendiderit; Aquitanos tamen satis fuerit nominasse, qui omnium latissimi haberentur.

LXXVII. PAVLINVS DOMO VRCVM EO QVEM AVSONIVS CELEBRAT

Est insuper, vt ex eiusmodi S. Ambrosij de Paulino elogio illud pariter assequaris, non alium esse hunc Paulinum, qui in agro Aquitano prædia vẽdidit, & Nolanum secessum vna cum coniuge petijt; ab illo, ad quem extant complures Ausonij Galli viri Consularis Epistolæ versibus conscriptæ: illum ipsum namque Paulinum Ausonij pernecessarium sæculo nuncium remisisse, & cum coniuge idem vitæ instituendæ suscepisse, petijsseque perfectionis vitæ gratia Nolanum agrum, ex versibus ipsorum vtro citroque datis facis intelligi posse persuaderi.

LXXVIII.

Patere, lector, amabo te, orationi de tanto viro oblectãti se, liberiores ad cursum habenas laxari, eiusq; exordium vitæ repetere vsq; ad eiusdem anno præsenti 1605 gestas: erit, vt tu quoq; magnam ex ijs capias voluptatem. Scimus Paulinos inter alios Senatores Christianos in Vrbe celebres à Prudentio aduersus Symmachum agente recenseri his versibus *d*:

d Prud. aduers. Sym. lib.1.

Non Paulinorum, non Bassorum dubitant
Prompta fide dare se Christo, sterpemq; superbam
Gentis patriæ venturo attollere sæclo.

Præter hunc autem, de quo agimus, claruere Constantini temporibus Paulini duo, senior atq; iunior: quorum prior Consulatum gessit cum Iuliano, eo ipso anno, quo Nicænum Concilium celebratum est, qui est Domini trecentesimus vigesimus quintus: posterior vero post annos octo vna cum Optato itidem Consulatum ordinarium est consecutus. De maiori adhuc Ethnico eiusmodi vetus reperitur inscriptio *e*:

PAVLINI FIDELES.

HERCVLI. INVICTO
M. IVNIVS. CÆSONIVS. NICOMACHVS
ANICIVS. FAVSTVS. PAVLINVS

e Recitat Panuin. in Fast.

De minori autem, cum aurata statua donatus est, eiusmodi extat egregium monumentum *f*:

PAVLINI SENIORES.

ANICII. IVN.
ANICIO. PAVLINO. IVN. C. V.
PRO. COS. ASIÆ. ET. HELLESPONTI
CONSVLI. ORDINARIO. PRÆF. VRBI
VICE. SACRA. IVDICANTI. OB
MERITVM. NOBILITATIS. ELOQVII
IVSTITIÆ. ATQVE. CENSVRÆ. QVI
BVS. PRIVATIM. AC. PVBLICE.
CLARVS. EST. PETITV. POP. R
TESTIMONIO. SENATVS. IVDICIO
D. D. N. N. TRIVMPHATORIS. AVG.
CÆSARVMQ. FLORENTIVM
STATVAM. SECVNDAM. AVRO
SVPERFVSAM. LOCARI. SVMTV
PVBLICO. PLACVIT

f Describit Smetius p. 70. n.1. nec non Panuin. in Fastis.

Quod inter alios magistratus vna cum Præfectura Vrbana iunctum legis: VICE. SACRA. IVDICANTI. intelligere debes, quod ex quo Christiani Principes titulum abiecere Pontificis Maximi, ius Pontificium sacra iudicandi ad Vrbis Præfectos transtulere: quod & ex Symmachi litteris de iudicio exercendo ab ipso Vrbis Præfecto aduersus Vestalem Primigeniam virginem lapsam, superius dictum est.

LXXIX. PAVLINI ANICIANÆ FAMILIÆ.

Habes ex his pariter inscriptionibus Paulinos itidem fuisse Anicianæ familiæ germen: à qua haud putamus nostrum excludendum esse Paulinum, licet Pontius prænomine dictus sit: sicut nec excluditur senior Paulinus, cui Faustus ea inscriptione nominatus inueniatur. Cæterum Prudentium, qui sub Honorio aduersus Symmachũ (vt diximus) duos illos libros scripsisse cognoscitur, cum Paulinos celebrat, ad Paulinum, de quo agimus, cuius fama vigebat illustris, respectum potissimum habuisse, nulla penitus dubitatio esse debet. Fuisse pariter nostrum Paulinum Melaniæ clarissimæ fœminæ Consularis affinem, ipse ad Severum *g* de illa scribens affirmat. hæc de Paulini genere.

g Paulin ad Sever. ep.10.

LXXX. PAVLINVS BVRDIGALÆ NATVS

Sed & celeberrimi viri cunabula quoque petamus. Burdigala fuit illi natale solum: pluribus namq; Romanis contigisse in prouinciis diuersis occasionibus nasci, multa exempla suppetunt, vt recens de Ambrosio, qui est natus in Galliis, cum parens eius in eis gereret Præfecturam. Burdigalæ igitur natus, ibi ab Ausonio Gallo illic publicè professente rhetoricis atque poeticis institutus est facultatibus, ab eodemque paternis frequentatus officiis, prout ex eiusdem Ausonij ad ipsum datis litteris declaratur, ac primo cum versibus illis eum voluit salutari *h*:

Dic &, Valere, duc, Auere te iubet
Amicus & vicinus & fautor tuus,
Honoru auctor, aitor ingenij tui:
Dic & Magister, dic Parens, dic omnia
Blanda atq; sancta charitatis nomina. & alibi *i*:
—— Nec designare parentem
Adfari verbis. Ego sum tuus altor, & ille
Præceptor primus, veterum largitor honorum,
Primus in Aonidum qui te collegia duxi. & Paulinus ad eum *k*:
Tibi disciplinas, dignitatem, litteras,

h Auson. ep.20.
i Auso ep.23
PAVLINVS AB AVSONIO LITERIS EXCVLTVS.
k Paul. ep. 39. apud Auson ep.21

Eruditã

Lingua & togæ, & famæ decus,
Prouectus, altus, institutus debeo,*
Patrone, præceptor, pater. 99

* auctus

LXXXI.

At quod ait, à se Paulinum auctum honore, prouectumq; altius: ad illud spectare puto, quod Paulinus ab Ausonio bene institutus, dignus euaserit, cui magistratus amplissimi crederentur. Etenim fuisse ante Ausonium Paulinum insignitum ordinario Consulatu, his versibus in Epistola *a* ad eum conscripta declarasse visus est:

a *Auso. ep.* 2

PAVLINVS CONSV ORDINARIVS.

Quamquam & Fastorum titulo prior, & tua Romæ
Præcesit nostrum sella curulis honor.
Et quæ iamdudum tibi palma poetica pollet,
Lemnisco ornata est, quod mea palma caret.
Longæua tantum super annus honore senectæ, &c.

Quod de titulo Fastorum ait, & subdit de sella curuli Romæ cõsecuta: plane excluditur, quod de Fastis municipalibus quis fortasse dicere potuisset, in illis Burdigalæ Paulinum scriptum, ibiq; primarios cõsecutum fuisse honores. Quamobrem hinc plane constat Consulatum ordinarium significare voluisse: nam suffecti Consulatus nequaquam Fastis annotabantur, secundum illud Prudentij *b*:

b *Prud. l. 1. cont. Sym.*

——— Fastorumq; arce potiti
Annales proprio signarint nomine chartas,
Atq; inter veteres cera numeretur & æs. & alibi *c*:
——— Consulibus dat condere Fastos.

c *Idem l. 2.*

Consulum enim ordinariorum tantum id honoris erat: nam quod spectat ad externos Cõsules allectos, vel suffectos; nequaquam eorum nominibus consignabantur anni, verum sub quibus Consulibus Consulatum gessissent (vt idem ait Ausonius in gratiarum actione pro suo Consulatu) quærendum erat.

Sed & quod alibi idem his versibus scribit *d*:

d *Auso. epi. 24.*

Paulinum Ausoniumq; viros, quos sacra Quirini
Purpura, & auratus trabea velauit amictus,

e *Auson. in Gratiar. actiõ pro suo Consul.*

planè significat eodem Consulatu ordinario functũ esse Paulinum, quo Ausonius, ambos nimirum aurata trabea indutos esse: fuisse namq; auro textam trabeam Consularem, idem ipse Ausonius docet *e*:

LXXXII.

Sed quoniam anno ante Ausonij Consulatum Paulinus illum ipsum magistratum obierit, ignoratur: nisi dixerimus, quod cum omnes Fastorum latercŭli ceteris reperiãtur signari Consulibus, vnus vero ex eis careat Cõsulum nota, adscribaturque post Consulatum Gratiani Augusti & Equitij, par est existimare Paulini Consulis nomine atq; collegæ illum fuisse signatum. Hæc de Paulini Consulatu ex Ausonio ipso dicta sunto, cui puto refragaturum neminem.

LXXXIII. PAVLINI PRÆFECTVRA VRBANA.

Reperitur insuper Paulinus gessisse Præfecturam Vrbanam sub Consulatu Gratiani quinto & Theodosij; ad eum enim duo *f* sub ijsdem Consulibus data habentur rescripta: quem hunc ipsum, de quo agimus, fuisse Paulinum, facile inducimur, vt credamus. At qualia quantaque hæc? omnia tamen propter Christum Paulinus missa fecit, sicut & multo studio antea quæsitas musas: & licet pluribus prouocaretur ab Ausonio versibus scriptis Epistolis, tacere nihilominus animo statuit. Quamobrem succensuit in ipsum Ausonius: qui eum duabus inter scribendum sugillasse visus est notis, priori nempe illa, quod obsequeretur coniugi, quam eam ob causam, quod imperate videretur matito, appellat Tanaquilem, vt cum ait *g*:

f *l. 4. & 3. de scenic. C. Theod.*

——— Tanaquil tua nesciat istud. ex quibus conijcere licet, quã eximiæ sanctitatis fœmina fuerit vxor Paulini Therasia; cum ab Ausonio creditum sit, ab ipsa Paulinũ ad sanctiorem vitam excolendam fuisse perductum. Posteriori vero illa nota Ausonius subinfensus sugillauit *h* Paulinum, quod atræ bilis morbo, quam Græci vocant melancholiam, velut alter Bellerophontes laboraret, atq; propterea secessisset, musasq; penitus abdicasset. Ita iste, vt carnalis adhuc homo, nesciens, quæ sunt spiritus, à melancholia inductæ insaniæ tribuit sublimem illam Christianæ religionis Philosophiam, quam Paulinus vna cum coniuge, diuino afflati simul numine, arripuerant.

g *Auso. epi. 23.* QVÆ AVSONIVS IN PAVLINVM.

h *Auso. epi. 25.*

Sic quidem Ausonius in Paulinum, vt assolent hodie sæculi sectatores, qui cum vident aliquem adolescentem, spretis cum nobilitate diuitijs, caris suis, & domo paterna cum flore iuuentæ, selectum vitæ genus sectari, mox illud olim in Christum á suis dictum inclamant *i*: *Hic versus est in furorem.* Quæ item in Paulino sugillat Ausonius, eum nimirum Bellerophontis laborasse morbo, cum abdicato sæculo arripuisset vitæ monasticæ institutum: eadem plane in omnes Christianos monachos solita fuisse obiectari à Gentilibus, Rutilius & ipse Ethnicus fidem facit, vbi hæc de insulæ Capræ ĩc monachis:

i *Paul. ad Auso. epi. 25. apud Auso. epi. 24.*

Sic nimia bilis morbum assignauit Homero
Bellerophonteis sollicitudinibus.

At S. Paulinus, cum ad Ausonium rescripsit, togat, vt ab his abstineat contumeliis; atq; post multa de initæ vitæ ratione hos habet versus *k*:

k *Paul. ad Auso. epi. 25. apud Auso. epi. 25.*

Ne me igitur, venerande parens, his vt malo versum
Increpites studiis: neq; me vel coniuge carpas,
Vel mentis vitio. Non anxia Bellerophontis
Mens est: nec Tanaquil mihi, sed Lucretia coniunx.

Sed & alia Epistola eleganti metro si a Paulinus, quod obiurgabat Ausonius, excusat *l*:

l *Paul. epi. 19. apud Auso. epi. 24.*

Quid abdicatas, in meam curam, pater,
Redire Musas præcipis?
Negant Camœnis, nec patent Apollini
Dicata Christo pectora. & paulo post:
Nunc alia mentem vis agit, maior Deus:
Aliosq; mores postulat. & quæ sequuntur.

Certe quidem musis se abdicasse visus est Paulinus, quas olim adeo luculenter excoluerat, vt in poeticis facultatibus ipsum egregium portam superaret Ausonium: quod liberaliter absque inuidia idem ipse Ausonius profitetur his versibus *m*:

m *Auso. ep. 20.*

Cedimus ingenio quantum procellimus ausu.
Assurgit Musa nostra Camœna tua.

Cæterum ablegauit (quod mirandum est) à se Paulinus tersas illas comptasque musas: retinuit vero rusticam & incomptam atque rauisonam, quæ satis visa ad laudes Deo canendas, qui cordis potius, quam chordarum numeris delectatur, & magis fide, quam fidibus collaudatur:

LXXXV. AVSONIVS CHRISTIANVS.

Quod vero ad ipsum Ausoniũ spectat, illud non prætereat, fuisse ipsum quidem Christi cultorem: quod pluribus declaratur carminibus, quibus vel diuinum numen deprecatur, vel Paschalia festa celebrat, imo qui & à teneilis vnguiculis à Christianis sacris virginibus suis materteris educatus est, par est credere imbutum fuisse ab eis etiam pietate; fuerunt enim hæ, Æmilia, Hilaria, & Iulia Cataphronia; quas dum celebrat *n* Epigrammatibus, testatur eas virgines Deo deuotas in sancta consensuisse virginitate. Cæterum negari non põt eundem Ausonium tum de diis, tum de amatoriis rebus quãplurima cecinisse, ob eamq; causam visum esse nonnullis potius Gentilem, quam Christianum hominem. At de Ausonio satis. tedeamus ad Paulinum.

n *Auso. in Parental. epigr. 1. & 26.*

LXXXVI.

Vbinam autem, quove tempore, & à quo Paulinus baptizatus, atq; insuper quando presbyteratu initiatus fuerit, satis ipse docet Epistola sequenti anno ad Alipium data, in qua hæc habentur *o*: *Quod enim, inquit, indicasti iam de humilitatis nostræ nomine apud Mediolanum te adhuisse, cum illic initiareris: fateor curiositatem me velle condiscere, vt ex omni parte te nouerim, quo magis gratuler. si à suscipiendo mihi patre nostro Ambrosio, vel ad fidem imbuendum, vel ad Sacerdotium consecratus, vt eundem ambo videamur habere auctorem. Nam ego ipse à Delphino Burdigalia baptizatus; à Lampio apud Barcinonam in Hispania, per vim inflammatæ subito plebis sacratus sim. tamen Ambrosij semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in Sacerdotij ordine consoneor. Denique, suo me clero vendicare voluit, vt etsi diuersos locis degamus, ipsius presbyter censear.* hæc de se ipse: qui & ad Seuerum scribens *p*: *Nos modo*, ait, *in Barcinonensi (vt antea scripseram) ciuitate consistimus. Post illas litteras, quibus rescripsisti, diu Domini quo nasca carne dignatus*

o *Apud Auso. epi. 27. & 28.*

p *Paulin. ep. 6.*

est. vt-

PAVLINVS QVOMODO COACTVS ORDINARI PRESBYTER.

LXXXVII.

est, repentina (vt ipse testis est) vi multitudinis, sed credo ipsius ordinatione correptus, & presbyteratu initiatus sum (fateor) imutus, non fastidio loci: nam testor ipsum, quia & ab aditu nomine & officio optaui sacram incipere seruitutem: sed vt alio destinatus, alibi (vt scit) mente compositum & fixus, nouum insperatumq; placitum humanæ voluntatis expaui. ita Paulinus.

Quanti autem ponderis æstimarit munus presbyteratus, quem acceperat, ipsum audi, cum addit: *Data igitur cervice in iugum Christi, video maiora me meritis & sensibus operatractare, sanctq; arcanis & penetralibus Dei summi receptum & inſertum communicare cœlestia, & Deo propius admotum in spiritu ipso Christi & corpore & splendore versari. Vix adhuc intellectum sacra mollis capio mentis angustiis, & onus immeritis meis conscius infirmitatis horresco. Sed tu, qui sapientiam parvulis dedit, & ex ore infantium atque lactentium perfecit laudem sibi, potens est in me etiam opus suum perficere, & munus ornare, vt se dignum faciat, quem ab indigno vocauit. Scito tamen, voti communis, eodem Domino præstante, saluam esse rationem. Nam ea conditione in Barcinonensi Ecclesia consecrari adductus sum, vt ipsi Ecclesiæ non alligarer: in Sacerdotium tantum Domini, non etiam in locum Ecclesiæ dedicatus.* hæc ad Seuerum idem Paulinus, cum discessionem paratet iam cum ipso Seuero conditam, anhelans ad Nolanum secessum: quod iam consistens in Hispania mente conceperat, memor admirandi Felicis, qui ibi colitur, martyris; quem longe positus precibus frequentabat, apud quem residere, eidemque iugiter deseruire statuerat. Tradit hæc quidem ipse in primo eiusdem S. Felicis Natali, quod dum anno superiori in Hispania ageret, iam propediem discessurus, his verſibus cecinit *a*:

DE NOLANOS. PAVLINI RECESSV.

a Paulin. in Natal. 1. S. Felicis.

Pande vias faciles, da currere mollibus vndis,
Et famulis famulos à puppi suggere ventos,
Ingi, tuo placidus nobis sit lumine portus:
Illic dulce iugum, leue onus, blandumq; feremus
Seruitium sub te Domino. Essi instus iniquis
Non egeas seruis, tamen & patiere & amabis
Qualescunq; tibi, Christo donante, dicatos:
Et foribus seruire tuis, tua limina mane
Mundicie curare sines, & nolle vicissim
Excubiis seruare pijs, & munere in isto
Claudere promeritam desisso corpore vitam.

PAVLINVS CVPIDVS S. FELICIS.

hæc ipse cum adhuc in Hispania versaretur, animo tamen Nolam, ædesque S. Felicis tenens, quem ante recedens ab Italia inuiserat, suaque ei vota dicarat: licet per multa annorum spacia abesse contigerit: numquam tamen eius obliuio ipsum tenuit, prout idem ipse in secundo Natali refert, dum ait:

—— tua tempore longo
Limina cucurrerunt, ex quo solemnibus istis
Coram vota tibi, coram mea corda dicaui.

sed displicuit Ausonio longa ista in Hispanijs mora Paulini, prout Epistola ad eum scripta testatus est.

LXXXVIII. REDITVS PAVLINI IN ITALIAM.

Recedenti vero ex Hispanijs iam creato presbytero, contigit in itinere conferre se Mediolanum, inuisereque S. Ambrosium, à quo cooptatus est in clerum Mediolanensis Ecclesiæ (vt superius diximus) eo fortasse animo, quod post se eum cuperet habere in cathedra successorem: cum more maiorum de gremio eligi Episcopi consuescerent. Mediolano aũt recedens Paulinus, patrium solum repetens Romam se contulit: vbi antequam Nolanum secessum, quem diu concupierat, festinus aditet, sarcinam rerum temporalium, qua sentiret se grauatum, deponeret; sicque omni solutus vinculo, ad optatam requiem, animique tranquillitatem columbæ alis protinus euolaret. Sed quid Romæ passus sit, ex ipso audiamus, qui in Epistola, quam sequenti anno (vt ex ipsius testificatione apparet) scripsit ad Seuerum Sulpitium, cum iam annum Nolæ egisset, dum eum hortabatur, vt veniret ad Sancti Felicis, hæc habet *b*: *Multa sunt, quæ ad nos inuitare te, & de patria debeant euocare: præ cæteris amor pacis & fuga zeli, qui maxime conspectu aut vicinia æmula conuersationis accenditur. Denique à nobis Romæ zelotyporum incendia clericorum longinquitas Vrbis extinguit; & omnis illic iniquitas obstruit os suum: quia per absentiam inde nostram, quasi subducto fomite, segnis odiorum flamma frigescit, nec in vocem audet erumpere, licet dentibus fremat inuidia, dum iniquitatis suæ conscia ipsa se erubescit, nec in promptu habet, vbi faces liuidæ mentis accendat. Pax tamen Dei, quæ præcellit omnem sensum, abundat in cordibus plurimorum, & opus Dei Saluatoris in nobis Campania tota veneratur. Roma quoq; pauci, etiam in clero ipso, à quo solo videmur scandalizari, morsu inuidiæ commouentur. Sed Domino gratias, qui & mihi miserrimo peccatori suo dedit dicere: Quoniam odérunt me gratis c:*

b Paulin. ep. 1.

PATITVR INVIDIAM PAVLINVS ROMÆ.

c Psal. 34. LXXXIX. d Psal 68. e PAVLINI IVSTÆ QVERELÆ.

Quod tamen ad me pertinet: cum d ipsis quoque, qui oderunt pacem meam, mente pacificus sum: si quis enim vult contentiosus esse, hoc nostra consuetudo non recipit. Horum tamen ipsorum, qui nos oderunt, & à consortio sanctitatis suæ segregare dicuntur, vix ad nos tenuis fama perlabitur; & ab auribus nostris spinearum sepe monitis, vt aura frigida, vel importunum vacui culicis murmur excluditur. Sed plenius indicare poterunt conserui nostri, pueri tui, quantum nobis gratia Dominica detrimentum faciat Vrbici Papæ superba discretio: qui paucis ipsis diebus, quibus interfuere, viderunt, quam assidua nos, quam sedula solicitorum fratrum monachorum, Antistitum, clericorum, atque etiam ipsorum sæpe sæcularium officia toto illo nostro ægritudinis tempore celebrauerint: quod apud vnanimitatem tuam, de Dominica tamen gratia, cuius hoc quoq; opus & munus est, gloriari licet. Nemo propemodum in tota Campania Episcoporum non visitare nos, sas existimauit sibi: & quos infirmitas vel necessitas aliqua deuinxerat, missis vice sua clericis & litteris affuerunt. Afri quoque ad nos Episcopi reuisendos, prima æstate miserunt. hæc hactenus ipse: ex quibus primo videas, post legationem Africanorum Episcoporum, quam sequenti anno contigisse dicemus, has datas esse ad Seuerum à Paulino (vt nuper diximus) litteras.

XC. PAVLINVS QVÆ À SIRICIO ROMÆ PASSVS.

Iam puto, sentis, lector, quem Paulinus per Vrbicum Papam intelligat: non alium quidem, quam qui tunc Romanæ præerat Ecclesiæ Pontif. ipsum Siricium, quem insensum absq; causa aliqua, vt ait, pati coactus fuerit. Accidit plane, S. Paulinum iuste conqueri de Siricio Papa, atque alijs nonnullis Romanæ Ecclesiæ clericis, de quibus etiam cõquestum vidimus Sanctum Hieronymum, quod sæpe superius diximus. Vt plane accideris hac ex parte male audite Siricium, quod pluersus adeo insignes sanctitate & doctrina viros vbiq; spectatos fuerit commotus: Sed quanam causa? Num quod non receperit ipsum inter clericos in Ecclesia, quem ab alio ordinatum esse sciebat: idq; sic, quod idem Paulinus ait: *Vrbici Papæ superba discretio?* Vel fortasse ideo Siricius illi successuit, quod ordinatus statim fuerit ex laico presbyter: quod ne fieret à quouis Episcopo, idem Siricius data Epistola ad Orthodoxos, adhibita contestatione admonuisset? At hoc crimen fuit, in Episcopum Barcinonensem Lamp ũ culpa reijciẽda fuit: Paulinus enim (vt ipse sæpe testatur) vim passus est. Sed & in tanto viro veniale hoc, sicut in Ambrosio & alijs, qui non ad presbyteratum tantum, verum etiam ad Episcopatum ex laicis catechumenis inuiti prouecti sunt. Verum cũ hæc omnia, quæ passus est Romæ Paulinus, idem ipse liuori tantũ adscribat & inuidiæ: illud opinandi haud leuem affert occasionem; nimirum quod adueniente ipso Paulino Romam post tam longũ spacium temporis, omnium oculi in ipsum conuersi fuerint, obstupescentium præ miraculo, cum viderent Cõsularem virum presbyterum factum, mox in monachum transformandũ, celebri concursu tum ciuium, tum etiam exterorum frequentatum officijs: etenim eius fama illis veluti quodã classico excitatis, factus est ad eum inuisendum frequens vndiq; concursus, non Romanorum duntaxat ciuium, sed & peregrinorum Antistitum, ex partibus etiam transmarinis properantium, nec priuato tantũ munere, sed etiam publicarum functione legationum. Hæc inquam, tot tantaq; nonnullorum mouerunt inuidiã (vt ait) liuorẽ induxerunt, excitauerunt & tra[illegible]. Cum ille pacis filius, sic male affectis animis nullo opportuniori remedio (vt ipse addit) occurrendũ putauit, quam maturata ab Vrbe discessione: & faciendum Seuero proposuit, qui tunc in patria ijsdem inuidiæ telibus vexabatur.

XCI. QVI ROMÆ PAVLINVM COLVERINT.

Cæterum qui de aliquibus ipse Paulinus iuste cõquestus est, nonnullorum quoq; Vrbis clericorum commendat exhibita erga se charitatis officia; inter quos fuisse Anastasium Romanæ Ecclesiæ tunc presbyterum, postea vero Pontificem, non dubium est: coluisse hunc Paulinũ, eius testificatione dicemus: istud ipsum quoque fecisse Domnionem insignem virum illum, cuius est frequens memoria in litteris ad eum scriptis à S. Hieronymo: Paulinum, enim eo vsum fuisse familiarissimè, ipse testatur Epistola ad Alipium; appellatq; ipsum, virum sanctissimũ atq; parentem a. Alios itidem eiusdem studij Christiana charitate complexos esse Paulinum, Pammachiumq; & illi similes fauisse Paulino, quis dubitat? Consuluit autẽ sibi & illis ipse prudẽs, instar Iacob, absentia, quantocyus potuit in agium Nolanum se conferens, vbi in obsequio Martyris, magnæ turris ædificandæ solida supra firmam petram iaceret fundamenta: quod fecit perfecitq; feliciter opus, hoc anno inchoatum in abdicatione amplissimarum diuitiarum.

a Paul. ep. 33 apud Aug. cont. 2.

XCII.

Cum hasce rogaret in pauperes, ex eis illam subduxit partẽ, qua erigeret Fundanam basilicam; de qua construenda, scribens ad Seuerum, sic animi sui consilia aperit b: *Fundis nomen oppido est: quod aquè familiare mihi fuit, dum manerem possessio, quã illis vsitatorum habui. Itaq; vel ad pignus quasi cunctæ charitatis, vel ad memoriam præteriti patrimonij, basilicam dare in ipso oppido, quoniam & indigebat, ruinosam & paruam habens, voti fuit. Propterea & hos versiculos adjiciendos putaui, quos illi in hoc opp. do dedicandæ basilicæ paraui mus. Nam adhuc in opere est, sed propitio Deo dedicationi propinqua. quod tamen ea mihi maximè ratio persuasit, quia & in huius absidæ desiguatam picturam meus Victor adamauit, & portare tibi voluit, si forte & vnam de duobus elegeris in hac recentiore tua pingere, in qua æquè absidem factam indicauit*, &c. subdit carmina, quibus qualis esset pictura illa, describitur, nosq; alibi ad ostendẽdum antiquum vsum pingendi sacras in Ecclesia imagines recensuimus.

b Paul. epi. 12.

DE FVNDANA BASILICA.

XCIII. RELIQVIÆ MARTYRVM IN ECCLESIA COLLOCATÆ.

Sed & de sactis sanctorum ma tyrum collocatis ibi reliquijs hæc in eadem Epistola: *Verum hanc quoque basilicam de benedictis apostolorum & martyrum reliquijs sacri cineris, in nomine Christi sanctorum sancti, & martyrum martyris, & dominorum Domini consecrabunt: ipse enim testatus est se vicissim confessorum suorum confessorem futurum.* Vides, lector, pristinum vsum; erectam nempe basilicam, ornatam sactis imaginibus dedicari solemniter solitam, sed non sine reliquiis sanctorum martyrum. Putas ne tu (dic liber è) esse sanctiores Paulino recentiores apostatas, qui ista contemnunt; vt hos potius sequaris, quam ipsum, quem cum Vrbe pariter admiratus est Orbis, ac sancti Patres, qui tunc clarauere, summis laudum præconijs celebrarunt, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, ac deinde Gregorius, vt de alijs inferioris ordinis dicere prætermittamus? Inhærebo ergo volens libensq; Paulino: vtinam & merear vitæ moribus sublimi ipsius Christianæ Philosophiæ proximus cultor accedere. Tu si aliter sentis, tibi sapias: quale cuiusq; opus fuerit, ignis probabit. Sed quænam ibidem ab ipso fuerint sactæ reliquiæ collocatæ, his ipse versibus explicat:

RELIQVIÆ POSITÆ IN FVNDANA BASILICA.

Ecce sub accensis altaribus ossa piorum
Regia purpureo marmore crusta tegit.
Hic & Apostolicas præsentat gratia vires
Magnus in parvo pulvere pignoribus.
Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas,
Martyr & illustris sanguine Nazarius,
Quosq; suo Deus Ambrosiopoli longa revelat
Sæcula: cum sancto cum patre Gervasio.
Hic simul vna pium complectitur arcula cœtum,
Et capit exiguo nomina tanta sinu.

Reliquias autem istas haud prídẽ inuentas ab Ambrosio, ab eodem accepit omnes, præter Andreæ atque Lucæ, quorum corpora inuenta & translata vidimus ab Achaia Constantinopolim sub Constantio in basilicam Apostolorum.

XCIV.

Quam vero arduum arripuerit in agro Nolano vinẽdi genus (ne quis putet eum ruri agentem vitam duxisse lauram & otiosam) Epistolæ ipsius ad Seuerũ conscriptæ significant c. Fuisse quidẽ professos tum Paulinum, tum Therasiam coniugem vitam monasticã, S. Hieronymus Epistola ad eundem Paulinum postea scripta expresse testatur: quod enim quæ inhærebat ei coninx seorsum vitã monasticam agens, vsũ coniugij iam desuerat esse vxor, idem S. Hieronymus eam sororem, nõ autem coniugem ipsius appellat d. Vr autem ambo renunciantes sæculo, & mutato habitu, abdicatis diuitijs, professi vitam monasticam, agrum Nolanum elegerint: id ex sententia videtur S. Hieronymi factum esse. etenim cum idem Paulinus litteris eundem consuluisset de loco, num expediret, vr id genus vitæ Hierosolymis excolerent: tunc idem S. Hieronymus eam de institutione monastica ad Paulinum ipsum dedit Epistolam, qua reuocans à proposito Hierosolymam veniendi, hortatus est potius, vt ab vrbibus remotum locum diligerent ad habitandum. Ipsam quidem Epistolam scriptam esse, antequã Paulinus agrum Nolanum peteret, multa sunt, quæ indicant: immo datam præsenti anno fuisse, ex eo quoque possumus intelligere, dum de Vigilantio hæc habet in fine: *Sanctum Vigilantium presbyterum qua audidate susceperim, melius est, vt ipsius verbis, quam meis discas litteris: qui cur tam cito à nobis profectus sit & nos reliquerit, non possum dicere, ne ledere quemquam videar*, &c. Porro ipsum Vigilantium, qui adhuc sub habitu sancto latebat inter Catholicos, Hierosolymis fuisse hoc anno mense Septembris, tempore immensi illius terræmotus, eiusdem Hieronymi auctoritate suo loco nuper dictum est. Putamus quidem nebulonem istum bis hypocritam secutum esse Paulinum ex Hispanijs Romã redeuntem, eumdemque ab ipso acceptis litteris ad Sanctum Hieronymum profectum esse Hierosolymam: qui ex parte aliqua detexisse visus est non rectam praui hominis mentem quam ob causam eum non ferens Vigilantius, cito recessit, inimicus illi redditus, quem & scriptis (vt suo loco dicemus) exagitauit; cum postea opportuno tempore, quod coquebat in stomacho, in necem aliorum virus euomuit. At de Vigilantio modo hactenus.

c Paul. ep. 1.

VITA IN DESERTIS DAVIDIS IN AGRO NOLANO. c Paul. ep. 3. & 4. d Hieron. ep. 13.

XCV.

Quod ad Paulinũ spectat: longè alius ille est Paulinus, ad quem scribit S. Hieronymus Epistolam CIII. de libris diuinæ Scripturæ, ab hoc, de quo agitur, ad quem extare diximus Epistolam eiusdem Hieronymi decimamtertiã de institutione monachi: siquidem illum hortatur ipse Hieronymus Hierosolymam proficisci; hunc autem à proposito procul reuocat. Nec est, quod quis dicere possit, euenire potuisse, vt quem aliquando ad profectionem hortatus est, postea noua adueniente causa eundem reuocet: nam si ad vnum eundemq; eas quis velit datas fuisse Epistolas, in earum posteriori necessario habẽda mentio prioris esset, imo & ratio reddenda, cur contraria superioribus scriberet. Sed sunt & alia, quæ eosdẽ inter se Paulinos discriminant. At de his hactenus: continget enim inferius quinto tomo de eodem Paulino Nolano Episcopo sæpe mentionem haberi.

XCVI. SEVERI SVLPITII DIGNVM EXEMPLVM. e Paul. ad Seue. ep. 1.

Accidit eodem ferme tempore aliud Paulinõ persimile exemplum edi à Seuero Sulpitio Romano ciue, vito illustri in Galliis agente, & monasticum vitæ genus arripiente: dignum plane memoria laudeq; summa consilium; de quo ad ipsum scribens, ita Paulinus e, cum sua iam extenuasset summisso animo: *Tu, inquit, frater dilectissime, ad Dominum miraculo maiore conuersus es quia ætate florentior, laudibus abundantior, oneribus patrimonij grauior, substantia facultatum non egentior, & in ipso adhuc mundi theatro, id est, fori celebritate diserti sans, & facundi nominis palmam tenens, repentino impetu discussisti seruile peccati iugum, & lethalia carnis & sanguinis vincula rupisti. Neq; te diuitiæ de matrimonio familiæ Consularis aggestæ, neq; post coniugium peccandi licentia, & celebrium ante ab augusto salutationum introitu & ardua itinere virtutis in molleviam & spatiosam multorum viam reuocare potuerunt*, &c. Inhæsit Seuerus S. Martino, cuius monitis & exemplis nutriebatur in fide: sic vero se abdicauit à sæculo, vt filios in sanctitate educaret, prout idem Paulinus alia ad eum Epistola scripta testatur f.

f Paul. ep. 5.

Sed &

XCVII.

Sed & Tetradij viri clarissimi admiratione digna fuit conuersio: hic primum ethnicus, quanto fastu tumidus esset, ex Ausonij ad eam versibus accipe, quibus ait a:

Cur me supino pectoris fastu tumens
Spernis poetam Consulem?
Tuúmq; amantem, teq; mirantem, &c.

a *Auson. ep. 15.* TETRADII CLARISSIMI VIRI CONVERSIO.

Quomodo autem hic opera S. Martini ad Christianam fidem sectandã conuersus sit; Seuerus, de quo nunc egimus, in rebus gestis S. Martini ita describit b: *Eodem tempore, Tetradij cuiusdam Proconsularis viri seruus demonio correptus, dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo Martinus, vt ei manum imponeret, deduci eum ad se iubet. Sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella, in qua erat, potuit: ita in aduenientes rabidis dentibus saeuiebat. Tum Tetradius ad genua beati viri aduoluitur, orans, vt ad domum, in qua damoniacus habebatur, ipse descenderet. Tum vero Martinus negare se profani & Gentilis domum adire posse: nam Tetradius eodem tempore adhuc Gentilitatis errore implicitus tenebatur. Spondet se igitur, si de puero daemon fuisset exactus, Christianum fore. Ita Martinus, imposita manu puero, immundum ab eo spiritum eiecit. Quo viso, Tetradius in Dominum Iesum credidit, statimq; catechumenus factus, nec multo post baptizatus est, sempérq; Martinum salutis suae auctorem miro coluit affectu.* haec de Tetradio Seuerus.

b *Seuer. in vit. S. Martini. c. 16.*

XCVIII.

Claruisse autem in Gallia his ipsis temporibus praeter S. Martinum alios complures insignes sanctitate Episcopos, idem qui supra Paulinus testatus est: cum Epistolae, quae desideratur, fragmentum à Gregorio suae intextum habetur historiae his verbis c: *Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tolosae, vel Simplicium Viennae, vel Amandum Burdigalae, vel Diogenianum Albiae, vel Dynamium Engolismae, vel Venerandum Aruernis, vel Alithium Cadurcis, vel nunc Pagatum Petrogoris (vtcunque se habent huius saeculi mala) videbis profecto dignissimos totius fidei religionisq; custodes.* haec ipse de ijs, quos inuisisse, nouisse, consuetudinemq; cum ijsdem habuisse in longa illa ac diutina sua peregrinatione putamus. His addendus est S. Mauritius Episcopus Andegauensis à S. Ambrosio lector ordinatus, & à S. Martino monastica institutione excultus & presbyter consecratus, ac deinde inuitus ordinatus Episcopus, cuius mirifica Acta ad adhuc extant. At de his modo hactenus.

c *Greg. Tur. hist. Franc. lib. 2. c. 13.* EPISCOPI QVI IN GALLIIS CLARVERE.

XCIX.

Corollarium vero rebus gestis anni huius addamus ex Sozomeno, qui ad finem Imperij Theodosij, in quo versamur, de sanctissimo viro Donato Episcopo in Epiro haec habet d: *Hac memoria multi multis in locis per orbem terrarum inter Episcopos praeclari exiterunt: vt Donatus Epiroe Epiri, quem & alia multa mirabilia fecisse testantur indigena, & illud maxime, quod in draconis interfectione praestitit, qui in Chamaegephyris, quas vocant, ad viam regiam lustrum habebat, & oues & capras & boues & equos, necnon & homines & alia rapiebat. Neque enim ille vel gladium, vel hastam ferens, vel aliud aliquod telum habens, hanc belluam adortus est. sed cum illa eum aduentantem sensisset, & caput velut impetum factura exeruisset; signum Crucis aduersus ipsam aeri digito inscripsit, & illi in faciem expuit. Illa sputo in os accepto, statim concidit; ac mortua iacens, amplitudine non minor apparuit ijs serpentibus, qui visuntur apud Indos. Siquidem (vt ego quidem accepi) octo iugis in proximum campum extractam indigenae combusserunt, ne putrefacta aerem inquinaret, & morbos pestilentes gigneret. Donato huic sepulchrum est insigne templum ab ipso denominatum: prope quod etiam fons est aquae vberrimae scaturiens, quem, cum antea nõ esset, Deus illius precibus exoratus edidit: erat enim is locus prorsus aridus. Nam cum aliquando ex itinere huc aduenisset, fertur fodalibus eius aquae defectu laborantibus, effossa manibus terra orasse, & simul ad votum aquam vberem scaturiisse, & ab eo tempore defecisse nunquam.* haec Sozomenus, qui & subdit de Theotimo, Epiphanio, & aliis, de quibus nos alibi oportunius dicturi sumus quinto Annal. tomo.

d *Apud Sur. to. 3. die 13. Septembr.* DE S. DONATO EPISC.

* * *

IESV CHRISTI Annus 395.

SIRICI PAP. Annus 11. — THEODOSII IMP. Annus 17.

I.

CHRISTI annus trecentesimus nonagesimus quintus duorum germanorum fratrum Consulatu, Olybrij atq; Probini, Fastis adscribitur: in quorum Consulatus auspicijs Claudianus carmen panegyricum cecinit, vbi haec inter alia f:

Iam noua germanis vestigia torqueat annus
Consulibus, laetisq; petant exordia mensis.

& ad finem:

Omni nobilior lustro tibi gloria solis
Contigit: exactum nunquam memorata per aeuum,
Germanos habuisse duces. idque meritis patris Probi de Imperio Romano optime meriti consecutos esse fratres adolescentes, idem pluribus tradit, natosque esse illos ex Probo & Proba parentibus cõfirmat. Coluit ambos hos adolescentes Symmachus, quos & frequẽtate officijs conatum esse, Epistolae ipsius ad vtrosque simul scriptae testantur g.

f *Claudian. carm. de Consul. Olyb. & Probini.* CONSVLATVS DVORVM FRATRVM.

g *Symmach. li. 5. e. 65. 66 67. 68. 69.*

II.

At praestat hic, antequã anni huius res gestas attingamus, Aniciorũ, Proborum, & Olybriorum vetera monumenta hinc inde non sine magno labore collecta proferre: nam q; Christiani fuerint, & magni quidem nominis, celebratiq; pariter magna laude à maioribus nostris Sanctis Patribus; plurimum plane conferet ad eorum, quae ijdem de his scripsere elucidationem, vetera de ijsdem monumenta describere. Libenter patere, lector, in his aliquantulum detineri. Si enim consideres è Perside sapientes veniisse viros (quod superius dictum est ex Paulino in rebus gestis S. Ambrosij) vt Romae Probi spectarent amplitudinem: auidiori sane animo nostrum hunc laborem accipies. Quod n. iam ad calcem tomum perduximus, liceat in his aliquantulum spatiari, non tamen inaniter & otiose, sed operose ac pariter fructuose. Quod igitur ad haec in primis spectat: accipe, quae Prudentius his versibus cecinit h de Anicio, ex quo Probi, atq; Olybrij:

ANICII PROBI ET OLYBRII CLARISSIMI CHRISTIANI.

Fertur enim ante alios generosus Anicius vrbis
Illustrasse caput: sic se Roma inclyta iactat,
Quin & Olybriaci generis, & nominis haeres,
Adsciti fastis, palmata insignis ab aula,
Martyris ante fores Bruti subiuuttere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim. Ad hos item ipsos pertinet, quod S. Hieronymus ait: *Nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda sunt nomina, & illustris Anicij sanguinis genus, in quo aut nullus, aut rarus est, qui non meruit C. nsulatum: aut proferendus Olybrius virginis nostrae pater, quem immatura morte subtractum Roma congemuit.* eadem de frequentibus in ea familia Consulatibus Claudianus habet consentientia Hieronymo: his versibus k:

h *Prud ad uers. Syro. lib. 1.*

i *Hieronym. ep. 8.*

—— quemcunque requiris
Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci.
Per fasces numerantur aui, semperq; renata
Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur,
Continuum similis seruantia lege tenorem.
Nec quisquam procerum tentat, licet aere vetusto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se iactare parem. His generatim dictis, iam reliqua prosequamur.

k *Claudian. carm. de Consul. Olyb. & Probini.*

III.

DE ANICIO PROBO.

At primum quod spectat ad Probũ germanorum Consulum parentes, inde vero quae ad filios pertinent, dicenda sunt. Meminit de Probo frequenter Ammianus, eiusq; nobilissimi magistratus Praefecturae Praetorij saepius iteratae, necnon Ausonius, Symmachus & alij. Huius in Vrbe summum splendorem Paulinus in Ambrosij Vita describit, nosq; superius meminimus. Gessit hic Consulatum vna cum Gratiano anno Domini trecentesimo septuagesimo primo: delegasseq; eundem hunc Probum diximus

Ambrosio prouincias Æmiliam atq; Liguriam, cum ipse Prætorij Præfecturam administraret.

IV. Porro (quod maius existimari debet) vna cum nobilitate, opum affluentia, atque amplissimorum magistratuum splendore, egregias coniunctas habuit cum Christiana religione virtutes; quod tum alij testantur, tum Claudianus docet his versibus *a*:

a *Claudian. ibid.* PROBI VIRTVTES.

——— *virtutibus ille*
Fortunam domuit, numquamq; leuantibus alta
Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu
Nouerat intactum vitio seruare vigorem.
Hic non diuitias migrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnauit opes: sed largior imbre
Sueuerat immunes hominum ditare catervas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat populis vndante penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Præceps illa manus fluuios superabat iberos
Atque dona vomens, &c.

V. De eodem Probo hæ leguntur inscriptiones in basibus statuarum, quæ hoc ipso anno ab ijdem filijs Consulibus sunt eidem dedicatæ *b*:

b *In edib. Cassiis ad Vaticanum* STATVÆ ERECTÆ PROBO TITVLVS.

SEXTO. PETRONIO. PROBO v. c.
PROCONSVLI. AFRICÆ
PRÆFECTO. PRÆTORIO
QVATER. ITALIÆ. ILLYRICI
AFRICÆ. GALLIARVM
CONSVLI. ORDINARIO
PATRI. CONSVLVM
ANICIVS. PROBINVS. v. c.
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIVS. PROBVS. v. c.
QVÆSTOR. CANDIDATVS
FILII. MVNVS. SINGVLARI. RELIGIONI
DEBITVM. DEDICARVNT

Sed & duo alij filij, nempe Olybrius Consul & Iuliana, aliam illi statuam dedicarunt, in cuius basi hæc inscriptio legitur:

PROBI MAGISTRATVS.

SEXTO. PETRONIO. PROBO
ANICIANÆ. DOMVS
CVLMINI. PROCONSVLI
AFRICÆ. PRÆFECTO
PRÆTORIO. QVATER
ITALIÆ. ILLYRICI. AFRI
CÆ. GALLIARVM. CON
SVLI. ORDINARIO. CON
SVLVM. PATRI. ANICIVS
HERMOGENIANVS
OLYBRIVS. v. c. CONSVL
ORDINARIVS. ET. ANI
CIA. IVLIANA. C. F. EIVS
DEVOTISSIMI. FILII
DEDICARVNT

VI. Hæc supersunt monumẽta Probi ex statuis in eius memoriam erectis: Quæ aũt ipsius sepulchro inscriptiones repertæ sunt, his subijciemus. Quoto vero Domini anno ipsum mori contigerit, haud satis exploratum habetur: Illud autem sepulchrales eius tituli nos docent, baptizarum esse proxime moritucum, sepultumque in Vaticano post apsidem basilicæ S. Petri, constructo ibi instar templi nobili ædificio, egregijs hinc inde sustulto columnis, in quarum epistylijs legebantur scripta Epitaphia, versibus ab ipsa cõiuge Proba Faltonia poetria clarissima fœmina elaborata. Perseuerauit Memoria illa integra, licet neglecta, vsq; ad Nicolai Papæ V. tempora: quãdo idem Pontifex ampliorib. spacijs exædificare nouam basilicam Principis Apostolorum primus aggrediens, templum illud Probi, quod illius apsidi iungebatur, demolitus est: prægrandes vero lapides, sicut & columnæ, in alium vsum conuersi sunt; sicq; male consultum antiquitati, vt sicut ipsæ ædes, ita inscriptiones penitus perijssent, nisi opportune quidem, nec sine Dei numi accidisset, vt ante sex menses, quã structura nobilis demoliretur, Maffæus Vegius eiusdem basilicæ canonicus templum illud, vt ipse testatur, adierit, opusque egregium admiratus, sed contemptum dolens, versus in epistylijs positos iam muco nato desuper obductos exacte descripserit vna cum alijs etiam ibi repertis Epitaphijs: quæ simul collecta hactenus asseruantur in eiusdem basilicæ Bibliotheca, ea quæ hic tibi ipsa describimus, collatis exemplaribus, mendisque vitio scriptoris illapsis penitus expurgatis. Sic enim se habent:

EPITAPHIVM ADIVTVLORVM PROBI.

EXIMII RESOLVTVS IN ÆTHERIS ÆQVORE TANTVM
CVRRIS ITER CVNCTIS INTEGER A VITIIS
NOMINE QVOD RESONAS IMITATVS MORIBVS ÆQVE
IORDANE ABLVTVS NVNC PROBVS ES MELIOR
DIVES OPVM CLARVSQ. GENVS PRÆCLARVS HONORE
FASCIBVS INLVSTRIS CONSVLE DIGNVS AVO
BIS GEMINA POPVLOS PRÆFECTVS SEDE GVBERNANS
HAS MVNDI PHALERAS HOS PROCERVM TITVLOS
TRANSCENDIS SENIOR DONATVS MVNERE CHRISTI
HIC EST VERVS HONOS HÆC TVA NOBILITAS
LÆTABARE PRIVS MENSÆ REGALIS HONORE
PRINCIPIS ALLOQVIO REGIS AMICITIA
NVNC PROPIOR CHRISTO SANCTORVM SEDE POTITVS
LVCE NOVA FRVERIS LVX TIBI CHRISTVS ADEST.
Ô NVNQVAM DEFLENDE TVIS CVM VATA MANERET
CORPORIS ATQVE ARTVS SPIRITVS HOS REGERET
PRIMVS ERAS NVLLIQ. PATRVM VIRTVTE SECVNDVS
NVNC RENOVATVS HABES PERPETVAM REQVIEM
CANDIDA FVSCATVS NVLLA VELAMINA CVLPA
ET NOVVS INSVETIS INCOLA LIMINIBVS
HIS SOLARE TVOS QVANQVAM SOLATIA MOESTA
GRATIA NON QVÆRAT GRATIA CHRISTE TVA
VIVIT IN ÆTERNA PARADISI SEDE BEATVS
QVI NOVA DECEDENS MVNERIS ÆTHERII
VESTIMENTA TVLIT QVO DEMIGRANTE BELIAL
CESSIT ET INGEMVIT HIC NIHIL ESSE SVVM
HVNC TV CHRISTE CHORIS IVNCTAS COELESTIBVS ORO
TE CANAT ET PLACIDVM IVGITER ASPICIAT
QVIQ. TVO SEMPER DILECTVS PENDET AB ORE
AVXILIVM SOBOLI CONIVGIOQ. FERAT.

VII. ALIVD EPITAPHIVM.

hactenus Epitaphium Probi, quod mox sequebatur aliud eiusdem Probi simulque Probæ coniugis exaratum his versibus in epistylijs aduersæ partis ordinis columnarum:

SVBLIMES QVISQVIS TVMVLI MIRABERIS ARCES
DICES QVANTVS ERAT QVI PROBVS HIC SITVS EST

PROBI ET PROBÆ.

CONSVLIBVS PROAVIS SOCERISQ. ET CONSVLE MAIOR
QVOD GEMINAS CONSVL REDDIDIT IPSE DOMOS
PRÆFECTVS QVARTVM TOTO DILECTVS IN ORBE
SED FAMA EMENSVS QVIDQVID IN ORBE HOMINVM EST
ÆTERNOS HEV ROMA TIBI QVI POSCERET ANNOS
CVR NON VOTA TVI VIXIT ADVS QVE BONI
NAM CVM SEXDENOS MENSIS SVSPENDERET ANNOS
DILECTÆ GREMIO RAPTVS IN ÆTHRA PROPÆ
SED PERIISSE PROBVM MERITIS PRO TALIBVS ABSIT
CREDAS ROMA TVVM VIVIT ET ASTRA TENENT
VIRTVTIS FIDEI PIETATIS HONORIS AMICVS
PARCVS OPVM NVLLI LARGVS AT IPSE FVIT
SOLAM EN TANTI CONIVX TAMEN OPTIMA LVCTVS
HOC PROBA SORTITA EST IVNGAT VT VRNA PARES
FOELIX HEV NIMIVM FOELIX DVM VITA MANERET
DIGNA IVNCTA VIRO DIGNA SIMVL TVMVLO

Porro tumulum ipsum Probi ibidem inuentum esse, cum sub eodem Nicolao Pontifice nouæ construendæ basilicæ fundamenta effoderentur: idem Vegius, qui vidit, affirmat; traditq; vna cum ossibus auri copiam ex aureis vestibus, alijsq; sepulchralib. ornamentis simul inuentam: deniq; addit, ipsum sarcophagum sacris imaginibus sculptum tunc fuisse translatum in sacellum S. Thomæ Apostoli, quod extat in ipsa Vaticana basilica, ad fotis baptismatis vsum aptatum; quod opus vsq; hodie perseuerat: ossa autem, quæ intus inuenta sunt, in cœmeterio Vaticano recondita fuisse.

VIII. IVSTA AVCTORIS QVERELA DE MEMORIIS DIRVTIS.

Tulit ista antiquitatum naufragia ætas illa: cuius temporis hominibus Romæ agentibus si innotuisset, qualis extiterit Probus, Probaq; coniux, & qualis eius filia Iuliana, & neptis sancta Demetrias; quantumque Ecclesia Catholica horum fuerit opibus subleuata, ac præclaris virtutibus illustrata; quotque etiam quantisque insuper eædem sanctissimæ fœminæ sanctorum Patrum præconiis fuerint celebratæ: certe quidem semper viuentes eiusmodi memorias reliquissent, coluissentque debito venerationis officio: & licet construendæ nouæ molis causa inde eorum monumenta dimoueri necessitas compulisset; eadem tamen alio translata, sarta tecta integrè custodita seruassent, neque in alium quantumlibet sacrum vsum quoquo modo tranferri aliquando passi fuissent.

IX.

At qui Probi & Probæ cum aliis inscriptionibus hic etiã sepulchralia tibi reddimus Epitaphia: sepulchrorum quoq; formas formis (vt vides) expressas hic pariter tibi exhibendas curauimus: vt in omnibus sit venerandæ antiquitati prospectum; & in quo passa visa est detrimẽtum, postliminio (quantum fas est) ipsa restituatur antiquitas, vt sic nobilia Probi atq; Probæ sepulchra libenter lector inspectes, anteriorem videlicet sarcophagi faciem, qui à laterib. quoq; persimiles his scriptas habet imagines: In quibus in primis medium locum occupat ipsa veneranda Saluatoris effigies atq; sanctorum Petri & Pauli, cæterorumq; Apostolorũ: Talibus namq; piis ornamentis sua ipsorum ornare monumenta Christiani studebant.

PROBI SEPVLCHRŨ SANCTORVM IMAGINIBVS SCVLPTŨ.



Quam vero ceruis in Christi imaginis dextera gemmatam Crucem, eiusdem Prudentius meminit his versibus, cum Romam alloquitur *a*:

Agnoscas Regina libens mea signa necesse est,
In quibus effigies Crucis aut gemmata refulget,
Aut longis solido ex auro præfertur in hastis.

a *Prud. contra Symmach. li. 1.*

Sed & Ioannes Chrysostomus *b* ait solitam fuisse effigiari Crucem ex auro, margaritis, ac gemmis: vt scirent omnes, Crucem sontium olim suppliciis infamatã, ipso visu horrendam, ore nefandam, & horrore cauendam; ex quo eam pro salute hominum Christus Redemptor noster sponte subijt, iam fuisse redditam fulgentem, decoram, pretiosam, atq; gloriosam.

b *Io. Chrys. in homil. de ador. Cruc.*

X. Hic adiungendā putauimus altetius sarcophagi ibidem reperti typis expressam anteriotis itidem faciei imaginē: quod creditur esse sepulchrum Probæ ac Iulianæ, peramplum enim est, exrat ipsum translatum ad opus figlinū post Ecclesiam S. Matthæ apud apsidem S. Petri positam in Vaticano: In quo quas cernis ad pedes Christi fœminas inclinatas, alteram earum Probæ, Iulianæ vero alteram imaginem esse, perfacile coniectura possumus intelligere.



XI. Nec tibi otiose hæc spectanda proposita, lector existimes: attende quanta existant, quib. pr oficias. Nam quod ad ipsa Epitaphia pertinet: habes in primis ad calcē prioris inscriptionis, cum rogatur anima Probi esse adiumēto coniugi atq; proli, piam Catholicæ Ecclesiæ traditionē, adiuuari viuentes precib. defunctorum, vsu receptam, exemplo probatā, sancte religioseq; antiquitus custoditam. Habes insuper & sacratum imaginum vsum, Christi potissimum & Apostolorum, etiā in sepulchris exhibitum: cuius rei Romæ in primis exempla innumera supperunt. Et ne putes eas exculptas tantum fuisse sepulchris, sed illis Ecclesiarum parietes carnisse: adhuc licet inspicere in Titulo Pastoris Sinicij Papæ, qui his diebus Romanam Ecclesiam gubernabat, partem saltem nuiui operis egregiè cōpacti, quo Christi Redemptoris, pariterq; duodecim Apostolorum venerandæ imagines exprimuntur in apside, sicut in aliis antiquis Ecclesiis vbiq; locorum eadem vetustatis monumenta est facile reperire.

SACRARŪ IMAGINŪ VSVS.

XII. Sed ne alio lōgius digrediatur oratio, quæ ab Olybrio & Probino fratrib. anni huius Consulibus ad Probū parentem se conuertit: probe cōsulitur, si à Probo ad Probam, piam ipsorum matrem, eadem reuertatur. In primis vero vt SS. Patrū elogijs, qualis quantaq; fuerit ista mulier, innotescat: de ea hæc accipe à S. Hieronymo, qui ait a: *Proba illa, omnium dignitatū, & cunctā nobilitatū in orbe Romano nomē illustrium, cuius sanctitas, & in vniuersos effusa bonitas etiam apud barbaros veneratibus fuit: quā trium liberorū Probum, Olybrij, & Probi, non fœtigarunt ordinarij Consulatus.* hæc Hieronymus. Hanc ipsam religione venerandā etiam S. Augustinus cōmendat, cū ipsa petēte, ad eam scripsit Epistolam, seu potius tractationem, De videndo Deum. Laudat hanc eandem Ioan. Chrysostomus, quod suæ cōmunionis homines Constantinopoli Romam profugos domo exceperit ac benigne habuerit, vt suo loco dictum fuit. Sed quæ in cōmendationem ipsius Ethnicus poeta Claudianus habeat, accipe b, ne putes nostros tantum Christianæ fœminæ laudes prosecutos esse.

a *Hieronym. ep. 8.*

DE ANICIA PROBA.

b *Claud. carm. de Consul. Olybr. & Probini.*

LAVDES PROBÆ.

Sic Proba præcipuo natos exornat amictu,
Quæ decorat mundum, cuius Romana potestas
Fasibus augetur: credas & æthere lapsam
Starepudicitiam, vel sacro thure vocatam
Iunonem Inachiis oculos aduertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latia cecinere tuba, nec Græca vetustas.
Coniuge digna Probo: nam tantum cœtibus extat
Fœmineis, quantum superemmet ille maritos.

hęc ipse de Proba, quæ, viuēte adhuc viro, centonē illū de Testamēto nouo & veteri scripsit, in cuius fine hęc habet:

celebrate fauentes
Hunc socij morem sacrorum: hunc ipse teneto
O dulcis coniux: & fupetate merentur,
Hæc casti manant in relligione nepotes.

Ex his videas, nihil antiquius fuisse sanctissimæ fœminæ, quā Christianam religionē ad posteros suos trāsmittere. Sed cū ex antiquis memoriis appareat Faltoniā Probam poetriam vxorem fuisse Probi: vndenā recentiori Isidoro c accidit, vt eandē Adelphij Proconsulis coniugem fuisse dicat? & vnde insuper illis, qui sentiūt cum Isidoro, est q̄ dicāt, Probo fuisse cognomentū Adelphium? certè in antiquis monumētis nullatenus reperiri datur, Probam Adelphium dictū esse, sed tantū Anicium Sextum Petronium Probū. At quę de eadē Proba Faltonia in antiquis veterū inscriptionum monumentis reperiantur, his subdamus.

c *Isidor. lib. de Vir. illustr. c. 5.*

In duabus basibus statuarum eiusdē pene formæ atq; mēsuræ vna eademq; reperitur inscriptio in ædibus Cæsiis apud Vaticanam basilicam: in quarum primæ frontispicio hi versus breuioribus characteribus scripti leguntur d:

d *Ex codice veteri penes Pietr. pict. fol. 71. num. 12.*

CONSIMILES. FRATRVM. TRABEIS. GESTAMINA. HONORVM. TERTIA. QVÆ. DEDERANT. ADDIDIMVS. TITVLIS
DILECTÆ. PROBVS. HÆC. PERSOLVIT. MVNERA. MATRI
RESTITVENS. STATVIS. PRÆMIA. QVÆ DEDERAT & infra:
ANICIÆ. FALTONIÆ
PROBÆ. AMNIOS. PINCIOS
ANICIOSQVE. DECORANTI
CONSVLIS. VXORI
CONSVLIS. FILIÆ
CONSVLVM. MATRI
ANICIVS. PROBINVS. V.C.
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIVS. PROBVS. V.C.
QVÆSTOR. CANDIDATVS
FILII. DEVINCTI
MATERNIS. MERITIS
DEDICAVERVNT.

XIII. FESTAS PROBÆ.

XIV. INSCRIPTIO STATVÆ PROBÆ.

Quod

Quod hoc epitaphio tribuitur Probæ decoranti Anicios, id ipſe Auſonius *a* Gallus tribuit eius viro Probo verſu illo:

Stirps nouator Ammia,
Paribuſq; comit inſulis
Anicorum ſtemmata.

a *Auſo. ep.* 11.

Sed de Faltonia Proba alia rurſus in iiſdem ædibus ſicſe habet inſcriptio in baſi ſtatuæ collocatæ:

ALIA INSCRIPTIO DE PROBA.

ANICIÆ. FALTONIÆ
PROBÆ. FIDEI. NOBILITATIS. ANTIQVÆ. ORNAMENTO ANICIANÆ
FAMILIÆ. SERVANDÆ ET
DOCENDÆ. CASTITATIS
EXEMPLO. CONSVLVM
PROLI. CONSVLVM. MATRI
ANICIVS. HERMOGENIANVS
OLYBRIVS v. c.
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIANA. c. f.
EIVS. DEVOTISSIMI. FILII
DEDICARVNT

Inſuper hæc in alia baſi ibidem poſita:

DE EADEM PROBA.

ANICIÆ. FALTONIÆ
INLVSTRISSIMÆ. ET
SANCTISSIMÆ
CASTISSIMÆ. FEMINÆ
HERMOGENIANVS. OLYBRIVS
v. c. CONSVL. ORDINARIVS
ET, ANICIA. IVLIANA. c. f.
D. D.

Porro Olybrius hic Hermogenianus prænomine Claudius, non Probæ & Probi filius, ſed gener fuit, nimirum Iulianæ ipſorum filiæ coniux, vt ſequens docet inſcriptio, quæ habetur in ædibus Cæſolis via Iulia:

DE ANICIA IVLIANA.

TYRRANIÆ. ANICIÆ
IVLIANÆ. C. F. CONIVGI
Q. CLODI. HERMOGENIANI
OLYBRII V. C.
CONSVLARIS. CAMPANIÆ
PROCONSVLIS. AFRICÆ
PRÆFECTI. VRBIS
PRÆF. PRÆT. ILLYRICI
PRÆFECTI. PRÆT. ORIENTIS
CONSVLIS. ORDINARII
FL. CLODIVS. RVFVS. V. P.
PATRONÆ. PERPETVÆ

Geſſit hic Conſulatum anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimo nono vna cum Auſonio Gallo: citoq; ex hac luce ſubtractus (vt ex Hieronymo vidimus) Iulianam reliquit viduam cum prole Demetriade filia.

XV. ANICIÆ IVLIANÆ PRÆCONIA.

At qualis quantaque eſſet Iuliana hæc filia Probæ, relicta Claudii Hermogeniani, complura ſanctorum Patrum de ea digna elogia manifeſtant. Fama quidem eius nequaquam Vrbis, ſeu Italiæ angustiis valuit contineri; ſed rebus ante geſtis præclariſque animi eius virtutibus maria præteruolans, & longe lateque remotas prouincias percurrens, Africam & Orientem peruaſit. Ad hanc ipſam Innocentii Romani Pontificis extant litteræ *b*: ad eandemque ſcripſere Epiſcopi Alypius & Auguſtinus *c*, necnon Chryſoſtomus *d*: laudatque eam San. Hieronymus, *e*, & alii. Sed de eadem inferius quinto tomo pluribus agendum erit.

b *Innoc. ep.* 33.
c *Aug. ep.* 194.
d *Chryſ. ep.* 169.
e *Hier. ep.* 8.

XVI.

Quod rurſum ad filios Probi pertinet: vni ex illis nupſit Furia illa ex Camillorum proſapia clariſſima fœmina, ad quam vidnam relictam S. Hieronymus ſcripſit epiſtolam decimam De viduitate ſeruanda: teſtatur id quidem ipſe in epiſtola *f* ad Saluinam eodem argumento conſcripta, vbi in fine ait Furiam nurum fuiſſe Probi quondam Conſulis. Sed de Furia illud non prætereundum, germanam eius fuiſſe maritum Bleſillæ filiæ ſanctæ Paulæ: id enim tradit idem S. Hieronymus in epiſtola ad eandem Furiam ſcripta, cum eius exordio hæc habet: *Bleſillam præterito, quam maritum ſuum, tuum ſecuta germanum, in breui vita ſpatio tempora virtutum multa compleuit.* Mater vero eius, Iuliana dicta, ſeu potius Tatiana (vt puto) Tatiani Conſulis, qui collegam habuit Symmachum, ſoror fuit. Verum de his modo hactenus.

f *Hier. ep.* 11.
FVRIA NVRVS PROBI.

XVII.

Iam habes, lector, occaſione Conſulum fratrum textam Proborum genealogiam: nempe (vt paucis dicta repetam) ex Probo & Proba genitos tres filios, Olybrium, Probinum & Probum, ex Olybrio & Iuliana prognatam vnicam filiam Demetriadem, ſanctam virginem. Chriſtianæ pudicitiæ decus, ſed de ipſa ſimul cum matre eius Iuliana & auia Proba, plura ſuis locis inferius. *Omnes hæ clariſſimæ ex Aniciorum familia fœmina toto Orbe* inquit Chaſſiodorus) *prædicatæ: quæ quidem familia vere nobilis dicitur, quando ab ea actionis probitas non recedit.* ita ipſe.

XVIII.

Porro Demetriadis patri Claudio Hermogeniano Olybrio frater fuit Alypius, dictus, Faltonius Probus Alypius, vt eiuſmodi docet inſcriptio *g* in ſtatuæ baſi his literis notata:

g *Roma ap. Colleg. Græcorum.*
DE OLYBRIO ET ALYPIO.

Q. CLODIO. HERMOGENIANO
OLYBRIO. V. C. FRATRI
ADMIRANDÆ. PIETATIS
FALTONIVS. PROBVS. ALYPIVS. V. C.

Alia præterea eiuſdem Alypii inſcriptione compertum habetur eundem ſub Theodoſio Vrbanam Præfecturam geſſiſſe. ſic enim ſe habet *h*:

h *Ap. Smet. pag.* 136. *num.* 77.

DOMINO. NOSTRO
FL. THEODOSIO
AVGVSTO
FALTONIVS. PROBVS
ALYPIVS. V. C. PRÆF. VRB.

Ad eundem quoque Alypium complures extant epiſtolæ Symmachi, deque eo meminit in epiſtola ad Flauianum *i*.

i *Symmac. li.* 2 *ep.* 81.

XIX. SVB ALYPII PRÆFECTVRA MARTYR ALMACHIVS.

Quoto autem anno Theodoſii eius Præfectura Vrbana contigerit, ignoratur: neſcitur, num ſub Honorio alias functus ſit eodem magiſtratu. Sub ipſo autem Vrbis Præfecto contigiſſe martyrium Almachii, his verbis tabulæ Eccleſiaſticæ *k* produnt Kalendis Ianuarii: *Romæ S. Almachij martyris: qui iubente Alypio Vrbis Præfecto, cum diceret: Hodie Octaua Dominici dies ſunt: ceſſate à ſuperſtitionibus idolorum & à ſacrificiis pollutis: à gladiatoribus occiſus eſt.* ita ibi. De eodem putatur Theodoretus *l* agere, cum rem geſtam paulo fuſius narrat his verbis: *Telemachus quidam* (ſic nominat, quem Latini habent Almachium) *excolens vitam monaſticam, profectus ex Oriente, hac de cauſa Romam ſe contulit*, nempe vt ludos gladiatorios abolendos curaret. *Ac dum ſceleratum iſtud edebatur ſpectaculum, in ſtadium ipſe ingreditur, atque ad gladiatores deſcendens, mutuam inter eos dimicationem ſedere nititur. Ita q; crudelis cadis ſpectatores accenſi iracundia, & à dæmone, qui ex illa ſanguinis effuſione voluptatem capiebat, ad furorem impulſi, patris auctorem lapidibus obruerunt.* ita ipſe. At licet diſcrepet à Martyrologio, vbi dicitur à gladiatoribus necatus: potius in Theodoreto errorem ineſſe putamus, quam vt hic ab illo diuerſus habeatur. Sed idem auctor iſta ſubdit: *Qua re cognita Imperator admirabilis, Telemachum in numerum martyrum inuictorum adſcripſit, crudele autem illud ſpectaculi genus penitus ſuſtulit.* hæc ille.

k *Martyrol. Rom. die* 1. *Ianuarij.*
l *Theod. l.* 5. *c.* 26.

XX.

Cæterum ſic relatum accipias Almachium, ſiue Telemachum inter martyres ab Imperatore, vt ipſi tribuatur, quod ipſo curante, Eccleſiaſtica auctoritate à Romano Pontifice eſſe factum oportuit. Tempore Honorii Imperatoris hæc accidiſſe, Theodoretus narrat: ſed verius putamus ſub Theodoſio, cuius tempore eiuſdem Præfectura Vrbana ponitur: ſub quo Imperatore filuiſſe videntur ſpectacula illa cruenta, ſub Honorio iterum reſtituta, vt ſuo loco ex Prudentio dicturi ſumus. Vtid etiam affirmemus, illud pariter ſuffragatur, quod tempore Theodoſii reperitur Alypius per S. Ioannem Chryſoſtomum ad melioremfrugem redditus: etenim de Alypio Ægyptii Præfecturam adminiſtrante hæc habet Palladius in Lauſiacis *m*: *Interea vero dum loquuntur*, cum Ioanne videlicet ſanctiſſimo illo anachoreta: *ingreſſus eſt ſubito prouincie ipſius Præſes Alypius. Ad quem, relicto, quem mecum habebat, ſermone, ſe contulit. Surgit igitur ab iiſdem paulum, & loco cedens, eminus*

m *Pallad. in Lauſ. c.* 82. *apud Lipom. to.* 5.

ALYPIVS AD MELIOREM SYMBOLVM CONVERSVS.

flatu: prolixas autem eorum confabulationes grauiter ac moleste ferens, intra meipsum bonum illum senem reprehendebam, eo quod meo sermone contempto, illum potius honorasset. Ideoque cum id mihi ingratum fuisset, spreto eodem, recedere cogitabam. Vocauit itaque ad se tunc ille Theodorum nomine interpretem suum, dicens: Vade ad fratrem illum, & dic ei: Noli esse pusillanimis, quia nunc iam dimittam præsidem, & tecum loquar. Cognouit igitur ex hoc, ipsum Ioannem hominem esse spiritualem, & omnia prænidere: & idcirco eo magis corpi remorari. Egresso mox inde Præside, me vocauit his me alloquens verbis: Vt quid, inquit, animam tuam me reprehendendo lasisti? Quam in me inuenieras culpam, vt ea in tuis sensibus cogitares, quæ nec in me cognosco, nec tuos scio mores decere? An ignoras illud, quod non incolumes ac fortes, sed male habentes medico semper indigeant? Nam tu me, cum velis, & rursum ego inuenire te possum: & si ex me forsitan nullum, ex aliis tamen fratribus patribusque aliquod poteris habere solatium. Iste vero totus ex sacularibus rebus diabolicæ deditus potestatis, vix breuis horæ spatio potuit respirare: & nunc tentans, sicut quidam seruus austerum dominum suum fugiens, venit, vt salutare hic inueniret auxilium. Inconsulta igitur atque importuna res fieret, si illum relinquerem, & tecum morarer, qui iugiter salutis tuæ commodis vacare consueuisti. hæc Palladius de Alypii Præfecti cum Sanct. Ioanne congressu; cuius mentis redditum esse meliorem, par est credere. Atque de Alypio satis.

XXI. THEODOSII IMP. OBITVS.

Iam vero ad præsentis anni res gestas, sito quo facte sunt ordine, recensendas, orationem reuertamus. Extitit namque anni huius exordium vniuerso Christiano orbi maxime luctuosum acerbissimo nouo casu obitus Theodosii, cuius virtute paulo ante à tyrannide fuerat vniuersum Occidentale Imperium liberatum: Etenim cum adhuc triumphali lætitia gestiret populus, mox improuisa morte Theodosii, immenso mœrore consternatus est: de quo antequam agamus, hic errorem corrige Prosperis in Cassiodori Chronicon illapsum, dū sub huius anni Consulibus ponitur Eugenius à Theodosio superatus: quod quidē annō superiori contigisse, tum quæ dicta sunt certa fide demōstrant, tum etiam Claudianus de eorundem Consulatu dum versibus agit, aperte testatur; vt omittamus alia de his innumera testimonia.

XXII. DE TEMPORE ET LOCO OBITVS THEODOSII.

Hoc igitur anno, iisdem Consulibus, Theodosius Imperator, secundum quod antea à Deo prædictum fuerat sanctissimo anachoretæ Ioanni, ex hac vita migrauit decimoseptimo Kalendas Februarii, cum imperasset annos sexdecim, & duobus diebus decimumseptimum attigisset, annum agens ætatis quinquagesimum. De anno obitus eius & Consulibus testantur Prosper *a*, Marcellinus *b*, & Socrates *c*, qui & de dicta obitus die fidem facit: Quod vero attigerit annum decimumseptimum, Rufinus *d* & Marcellinus tradunt. De anno ætatis quinquagesimo Victor est auctor, cui magis assentimur, quam Socrati dicenti annos vixisse sexaginta. De loco autem eum Mediolani extremum clausisse diem, Orosius *e* & Victor *f* vna consentiunt. Errat vero Zosimus *g*, dum ait Theodosium Constantinopolim reuertentem, in itinere vita functum. Sed quæ eius præcesserint obitum, quæve fuerint subsecuta, dicamus.

a Prosp. in Chronic.
b Marcellin. in Chron.
c Socrat. li. 5. c. 25.
d Ruffi. li. 2.
e Oros. li. 7. c. 36.
f Aurel. Vict. in Theod.
g Zos. l. 4.

XXIII. ANTE OBITVM HORTATVS GENTILES THEODOSIVS.

Cum filios Arcadium & Honorium Constantinopoli venientes excepisset, & omni hostilis cœtus labe purgatus, Ecclesiasticæ communionis particeps (vt dictum est) factus esset, cōplura Reipublicæ fructuosa disposuit. Inter alia conuocato Senatu, habita oratione, hortatus fuit Gentiles deorum cultum procul abicere, quorum falsitatem iam in bello Eugeniano experti fuissent, cum quā polliciti illi fuerant certam victoriam, vt impotentes, imbecilles, atq; mendaces minime præstitissent: ab Herculis manu iam clauam extortam, atq; fulmina è manu Iouis excussa esse viderent (hos namq; deos suis ipsi castris præfecerant) contra vero certo scirent, si saperent, Christum Regem Regum Crucis virtute cœlestibus, terrenis, & inferis dominari; quem sequi deberent.

XXIV.

Sed hæc nihil penes eos profecisse Zosimus tradit, cuius hæc de re ista sunt verba *h*: *Cum senatum conuenire iussisset, qui patrijs auitisque sacrorum ritibus inhærebat, nec adhuc permouere poterat, vt ita assentiretur, qui ad contemptum deorum descruerant: orationem habuit, qua eos hortabatur, vt nō sum facerent errorem (sic enim appellabat) quem hactenus secuti fuissent, & Christianorum fidem amplecterentur, quæ liberationem ab omni delicto & impietate polliceatur. Sed cum huic exhortationi nemo parceret, nec à patrijs ritibus, quos inde vsque ab origine Vrbis acceperant, discedere vellent, & his expertem rationis assensum præferre: cum dicerent, illis obseruatis, se iam mille ducentis propemodum annis Vrbem inuictam incoluisse, cum quibus si committerent alia, quid euenturum esset, ignorarent: Tum vero Theodosius Fiscum suum sumptu grauari, qui in sacra victimasque fieret, seque ipsa velle abolere dixit: qui neque probaret id, quod ageretur, & aliquoi sciret, pœnuriam militarem maiores pecunias poscere. Cum Senatus respondisset, non vtile fieri, quæ perpetrarentur, quando sumptus ille, qui sacris impenderetur, ad Fiscum non pertineret: nihiloque minus lex sacrorum abolita cessaret, aliaque neglecta tacerent, quæcunque à maioribus tradita fuerant, Imperium Romanum paulatim diminutum, barbarorum dominium factum est, aut potius incolis prorsus amissis, ad eam redactum est formam, vt ne loca quidem, in quibus vrbes sita fuerunt, agnoscantur.* hæc Zosimus secundum antiquam Ethnicorum querelam ipse Ethnicus ingerit, quasi cuncta aduersantia ob Christianam religionem in Romanum illata fuissent Imperium. Sed de his alias sæpe suis locis.

h Zos. ibi l.

XXV. THEODOSII MILITA PRIVILEGIA TVITA. TACITVS *l. Ann. 3. vit. in fin. Theod.*

Sane quidem post deiectum Eugenium, qui aperiri permiserat rubigine obsitas feras portarum dedicatorum idolis templorum, & illis intermissa diu sacrificia immolari: Theodosius nihil antiquius habuit, quam lege lata, templa claudere, & sacrificia prohibere. vnde S. Ambrosius comparans eum Iacob: *Imitatus, inquit i, Iacob, supplantauit perfidiam tyrannorum, qui abscondit simulacra Gentium: omnes enim cultus idolorum fides eius abscondit: omnes enim cæremonias obliterauit.* Relaxata quoque ab eo tunc temporis annonaria tributa ex testamento fuisse, idem S. Ambrosius tradit: eiusq; pariter testamento legem indulgentiæ scriptam esse relictam, testatur, dum ait: *Præcepit dare legem indulgentiæ, quam scriptam reliquit. Quid dignius, quam vt testamentum Imperatoris lex fiat?* Quod vero ad filios spectat, idem paulo superius: *De filijs enim nihil habebat nouum, quod conderet, quibus totum dederat, nisi vt eos præsenti commendaret parenti.* Tradidisse quidem ipsos filios S. Ambrosio, Paulinus *k* affirmat; sed id factum est, cum eos Constantinopoli venientes suscepit Theodosius in Ecclesia, ex quo erroris arguuntur Socrates *l* & Sozomenus *m*, dum aiunt filios aduenientes repetiisse ipsum Theodosium morbo laborantem in lecto.

i Genes. 27.
k Paulin. in Vit. S. Ambros.
l Socr. lib. 5. c. 25. in Sozo. lib. 7. c. 12.

XXVI.

Cæterum quod ait ipse Ambrosius, tunc obitus tempore commendatos ab eo fuisse parenti, Stiliconem intelligere certū est, loco enim parentis ipsum ab eis haberi voluit, cui ipse Theodosius Serenam fratris filiam in matrimonium collocauerat. testatur id Claudianus *n* & Zosimus *o*. Erat Arcadius natu maior adolescens annos natus decem & octo, Honorius vero decimum dum taxat agebat annum: de quib. S. Ambrosius *p*: *Domino fauente, Arcadius Imperator iam validus inuentus est: Honorius continuo pulsat adolescentiæ fores, prouectior ætate, quam Iosias*, qui natus annos octo regni fuscepit moderandas habenas. Fuisse ambos iā ante baptizatos; & à S. Arsenio in baptismo susceptos, in Vitis Patrū habetur expressum *q*. Qui igitur moriens populi curam gessit relaxando tributa, atq; hostium quoq; voluit benemereri, tribuens eis indulgentiā testamento, filiisq; diuisit Imperium, & tradidit fidei Stiliconis; Ecclesiarum non potuit obliuisci: nam de eo S. Ambrosius *r*: *Dilexi virum, qui cum iam corpore solueretur, magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur.* hæc Ambrosius satis memor quod legibus conatus frustra ille fuerit feras bestias coercere, expetuitq; satis ipsorum hostium procaciam, animumq; dutitia obstinationis obductum nullis coercendi pœnis, vel refrenari posse suppliciis.

n Claud. aduer. Ruff. lib. 2.
o Zos. li. 4.
p Ambr. orat. de obitu Theod.
ATAS ARCADII HONORII IMP.
q Vit. SS. Patr. part. 1. c. 36.
r Ambr. ora. de obitu Theod.

XXVII. CORPVS THEODOSII TRANSLATVM CONSTANTINOPOLIM.

Igitur ex hac vita egresso, corpus pollinctum temporariæ amandatum est sepulturæ, postea vero translatum fuit Constantinopolim hoc eodem anno VI. Idus Nouembris, vt Socrates tradit: non tamen secum vexit illud Arcadius, qui mox post patris obitum, ne quid in

opinato

opinato obitu Imperatoris (vt assolet) turbarum oriretur in Oriente, quam citissime reuerti laborauit Constantinopolim: nam Honorium tantummodo interfuisse quadragenæ funeris functioni, S. Ambrosius indicat in ea, quam coram ipso tunc in laudem Theodosii habuit, oratione: nã inter alia a: Eum ergo Principis & proxime conclamauimus obitum, & nunc quadragesimum celebramus, assistente sacris altaribus Honorio Principe: quia sicut sanctus Ioseph b patri suo Iacob quadraginta diebus humationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri insta persoluit. hæc Ambrosius; qui & in peroratione significat, eo perfuncto ab Honorio Christianæ pietatis officio, mox ipsum corpus subleuandum, & euehendum Constantinopolim: ait enim c: Flesetiam, Imperator Auguste, quod non vis, Constantinopolim reuerendas reliquias ipse prosequeris, eadem tibi causa nobiscum est. omnes (si fieri posset) deductores tecum esse cuperemus, &c.

a Ambros. orat. in obitu Theod.
b Gen. 50.
c Ambros. ead. orat. in fine.

XXVIII. LAVDES THEODOSII EX RECTÆ FACTIS COMPARATÆ.

Sic namq; decuit tantum Imperatorem, post liberatum Occidentale Imperium à tyranno, triumpho magis suo, quam funere sepeliri, imo ad cœlum triumphali quadriga ferri, cum cœlesti militia, qua vicerat, triumphaturum. Cuius quidem laudes cum ex prudentia in Imperio gubernando, tum ex fortitudine in tyrannis potentissimis extirpandis, tum etiam ex pietate in fide Catholica integerrime conseruanda: sanctis piisque moribus custodiendis omnium veritatem amantium ore, omnibus sunt sæculis conclamatæ. Nullus enim vnquam Romanorum Imperatorum, qui non hæreditario iure parenti Augusto successerit, ita legitime, ita opportune, ita fructuose atq; fideliter ad regimen Romani est cooptatus Imperii. Qua dexteritate, quanta facilitate atq; felicitate tunc inuasum à Gothis Orientale recuperauit Imperium, vt victores fecerit sibi militare subiectos? Qua prudentia Persas iugi clade Romanum Imperium pessundantes, finitimas prouincias deprædantes, non solũ cessare suasit, sed & munera pro tributo conferre: Qua pietate Orientalem Ecclesiam Arianorum & aliorum hæreticorum pedibus proculcatam in auctiorem gradum, quam fuerat sub Constantino, restituit? Qua bellica fortitudine tyrannorum monstra perdomuit? Quanta fide recuperatum Imperiũ Occidentale Valentiniano restituit? Quo religionis affectu idololatriam sæpius, vt percussum multis ictibus anguem, caput rursus extollentem penitus extinguendam curauit? Quod vero tot egregiis excultum virtutibus Christianum Imperatorem in peccatum aliquando labi prouidentia diuina permiserit: totũ id fuit, vt delinquentibus Regibus posteris sanciret diuinum consilium disciplinam: nimirum, vt tum exemplo discerent Theodosii, quanto dispendio audiant Principes magis aulicos, quam sacerdotes: tum vero vt eius & pœnitentia eruditentur, quantumuis potentissimos ac inuictissimos Principes, cũ delinquunt, ferulæ subiacere Ecclesiasticæ potestatis, & solutos licet legibus sæculi, vinculis tamen alligatos esse Euangelicæ disciplinæ.

XXIX. CALVMNIÆ ZOSIMI IN THEODOSIVM DIVVNTVR.

At quod ad incomparabiles mores tanti Principis spectat: vnus infelix atque perditus Zosimus reperitur inter scriptores, qui more suo, odio Christianæ religionis, Theodosium magnopere carpserit. sed quod sciret facta eius celebertima cunctis esse perspicua, vt à nemine possent penitus obscurari, illud vafri ingenii consilium iniit, vt paeis tempore eius facta condemnet, laudet vero labores in bello, cum eundem Principem hisce verbis in sua histo ia mendaciorum textrina, fugillatum reliquit d.

d Zos. li. 4.

Cum q; Promoto curam horum omnium commisisset, ipse priorum vicendi rationis recordatus, cunas magnificas conabat, & in exquirendis voluptatibus curiosus erat, & Theatris atq; Circensibus se oblectabat. Adeoq; mihi Principis huius vitam in vtrumq; proclivem mirari subit. Nam cum natura mollis esset, omnique socordiæ & indicatu antea vitiis deditus: si mihi triste, nihil formidabile molestiã exhiberet, naturæ frena laxabat: sui vrgeret aliqua necessitas, quæ statum rerum quassaturæ timeretur, signa iam deponebat, & delicijs valere iussis, ad sortitudinem ac laborum molestiarumque tolerantiam redibat. Cum ipso rerum vsu docente talis esset, iam omni solicitudine liberatus, insitis à natura dissolutionibus seruiebat. hæc Zosimus, sed eadem & his deteriora superius, cum ait e:

e Zos. li. 4.

A voluptate molliciq; exorsus Imperium, magistratus, quæ rebus erant præfecti, conturbabat, & rei militaris duces numero plures, quã antea erant, instituebat.

XXX. ALIÆ CALVMNIÆ ZOSIMI IN THEODOSIVM.

Et de eodem paulo post: Hæc quidem socordia Principis absurdaq; pecuniarum cupiditate, tandem huc euaserunt. Idem Princeps auctor extitit, tantus vt sumptus immensam Imperatoris sacret, vt propter ciborum multitudinem, & in his apparandis magnificentiam populosæ coquorum & pistillatorum & aliorum cohortes instituerentur: quas si quis enumerare velit, ei prolixo fuerit opus commentario. Nam de multitudine inseruientium Principi spadonum, quodque complures horum, præsertim qui cæteris forma præstabant, Præsides in medium proferrent eos, quos ipsi vellent; quodque totum Imperium in sua potestate haberent, quocunq; libitum esset, animum Principis flectentes: hæc ergo commemorando, quid opus est orationem instituere prolixiorem? cum rerum interitus exinde secuti causa nobis indicanda veniant. Nam cum temere, atq; etiam in indignos Fisci bona profunderet, ideoq; non alios repluribus pecunijs egere: pronunciarum præfecturas quibuslibet accedentibus venales exponebat, nulla prorsus existimationis, aut honestæ vitæ ratione habita, sed eã tantum idoneam, qui auri vel argenti maiorem summam deferebat: adeoque videre erat, argentarios & nummularios, & alios in foro professiones facilissimas exercentes, magistratuum insignia ferre, maioremq; pecuniæ vim habentibus prouincias tradere. hæc Zosimus in euersorem deorum suorum, iure (vt sibi videbatur) indignatione commotus.

XXXI. CONTRA ZOSIMVM VICTOR.

Sed ad confutandum oblatrantẽ inuectiuis acerrimis hominem (ne canem dicam) nihil est, vt de laudatissimo Principe hic nostrotũ cõgeramus elogia: sed ne videamur domesticis testibus velle vincere, Gentili æqui obiicimus Gentilem historicum, veri tamen amantiorem, ipsum, inquam, insignis nominis scriptorem rerum sui temporis, Aurelium Victorem; qui vt summo laudum præconio Theodosium extollat, sic comparat illum Traiano, vt tamen constanter affirmet, ipsum Traiani caruisse vitiis: ac proinde iuxta veteres illas acclamationes, TRAIANO MELIOR, consecutus Theodosius vnus fuerit, ipsius sententia, vt non amplius iam à populo in noui Imperatoris auspiciis illud foret acclamandum ac deprecandum, MELIOR TRAIANO, sed illud, MELIOR THEODOSIO, publicis vocibus & votis optandum. Ipse igitur Victor omnis priuati affectus animo liber, veritatis tamũ studiosus, hæc de Theodosio posteris tradidit f: Fuit, inquit, Theodosius moribus & corpore Traiano similis, quantum scripta veterũ & picturæ docent. Sic eminens statu, membra eadem, par casaries, os absque eo, quod illi aliquantulũ vellendo sterilis genæ, neq; tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tantumq; flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mẽs vero prorsus similis, adeo vt nihil dici queat, quod non ex libris in ipsum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se cæteris putans, in omnes homines honorificus, verum effusus in bonos: simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari, sed innocua: largiri magno animo magna: amare ciues vel priuato contubernio cognitos, eosque honoribus, pecunia, beneficiis cæteris munerari, præsertim quorum erga se velut patrem affecto casu officia probarentur.

f Aurel. Vict. in Theodos.

THEODOSII VIRTVTES EX AVRELIO VICTORE.

XXXII. THEODOSII CVM TRAIANO COMPARATIO.

Illa tamen, quibus Traianus asperſus est, vinolentiam scilicet & cupidinem triumphandi, vsque eo detestatus est, vt bella non mouerit, sed timuerit: probiloquitque lege, ministeria lasciua, psaltriasque commessationibus adhiberi: tamen pudori tribuens & continentiæ, vt consobrinarum nuptias vetuerit tamquam sororum. Litteris, si minimum perfectos contemplemur, mediocriter doctus, sagax plane, multumque diligens ad noscenda morum gesta: quibus non desinebat execrari veterum facta superba, crudelia, libertatiinfesta, quæ legerat, ac Cinnam, Marium, Syllamque atque vniuersos dominantium, præcipue tamen perfidos & ingratos. Irasci fauere rebus indignis, sed flecti cito: vnde modica dilatione emollibantur aliquando seuera præcepta. Habuitque à naturæ munere, quod Augustus à philosophiæ doctore didicerat: qui cum audisset cum facile commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, vt vbi irasci capisset, quatuor atque viginti Græca litterarum memoria recenseret, vt illa concitatio, quæ momenti esset, mente aliorsum ducta, paruo temporis interiectu languesceret. Melior haud dubie (quod est rarum virtutis) post auctam annis potentiam regalem, multoque maxime post cruentam victoriam. Nam & annonæ curam solicitus attendere, & auri argentique grauis pondus sublati atq; expensi

a tyran-

à tyranno, multis è suo restituere, cum benigni Principes & quidem vix fundos solerent nudos ac deformata prædia concedere. Iam illa minutiora, & vt dicitur, intra aulam; quæ quidē quia occulta sunt, magis natare hominum curiosa oculos aureus, ad se trahunt. Patrium colere tanquam genitorem: fratris mortui, sororisq; liberos habere pro suis: cognates affinesq; parentis animo complecti. elegans latumq; conuiuium dare, non tamen sumptuosum: miscere colloquia pro personis, studiis, dignitatibus, sermone cum grauitate iucundo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neq; ad illecebras, neque ad lasciuiendum ambulationibus magnis, cum esset otium, reficiebat animum. vescendi continentia valetudinem regebat. hactenus de moribus Theodosii Victor, quibus plane calumniantem Zosimum potenter confutes & execreris.

XXXIII. THEMISTIVS LAVDATOR THEODOSII.

Sed & ii ex Græcis quæras de Theodosio testimonium, & ab homine æque Gentili (ne putes in gratiā ipsius Christianorum aliquem esse locutum) eodemq; probatæ fidei & probitatis viro, professione philosopho, & hanc ob causam Christianis antecessoribus Imperatoribus accentissimo, quem impossibile existimes esse mentitum: accipe Themistium *a*, qui non habens ex recentiotib. Principibus, quem Theodosio æquare posset, ad priscos illos laudatissimos Reges se conferens, nō dubitat ipsum præferre illis omnibus: vtpote qui affirmet, eum probitate, prudentia, atq; consilio superasse Lycurgum, fortitudine & peritia militari Alexandro Magno extitisse maio em. Quod quidem haud amplificatione quadam rhetoricæ artis ostentat, sed certis firmisq; rationibus docet. Essent hic describendæ duæ orationes; quibus ipse Themistius in eo argumento versatur, vt Theodosii egregias virtutes prædicet: sed parcimus ob prolixitatem.

a Themist. orat. 5.

XXXIV. SYMMACHVS LAVDATOR THEODOSII.

At etsi hæc satis superque sint ad Theodosii defensionem: addimus tamen Latinorum oratorum clarissimum Symmachum & ipsum Ethnicum, & Christianorum hostem, qui publica concione (vt suo loco dictum est) cum ciuiles eius, tum bellicas laudes prosecutus, testatur scribens *b* ad Flauianum æque Gentilem hominem, eas adhuc sua oratione superiores fuisse, vt sibi visus sit illas potius attigisse, quam pro rerum gestarum dignitate singulis (vt ait) satisfecerit: hæc q; familiaribus ipse litteris apud amicum alioqui Principi ob sublatum deorum cultum in Theodosium infensum, non autem in gratiam Principis pro concione iactata, sed ad aures dicta odio habentis Imperatorem Christianum idololatriæ destructorem, ab ipso præsertim Symmacho in eundem Theodosium eandem ob causam valde permoto. Vt ex his magnam inesse vim intelligas veritati, virtutemq; etiam linguas hostium coercere, ealq; habenis velut in contrarium cursum reflectere, & ex inuectiuis ad encomia dicenda conuertere. Sicigitur pro Theodosii defensione aduersus eius vituperatores Ethnicos, ipsos etiam Ethnicos scriptores obiicere satis sit.

b Symmac. li. 2. ep. 13.

XXXV. PAVLINVS APOLOGIAM PRO THEODOSIO SCRIPSIT.

Cæterum aduersus eorundem Ethnicorum calumnias longe potentiorem nactus est Theodosius post mortem patronum: etenim ipsum decus Romanæ nobilitatis, Christianæ religionis dignum exemplum, Pontius Paulinus litteris clarus, famaque celebris, eiusmodi susceptit prouinciam, vt aduersus fabulas subsannantes, Theodosii famam carpentes, lucubrationem luculentam ediderit rogatus à quodam pio viro, quo familiariter vtebatur, nomine Benedicto, prout ipse Paulinus testatur ad Seuerum hæc scribens *c*: *Alius libellus ex his est, quos ad Benedictum, id est, Christianum virum amicum meum Endelechium scripsisse videor, non tamen edidisse conuincar. Is enim mihi auctor huius in Domino opusculi fuit; sicut ipsius epistola, qua libello pro themate præscribitur, docet. Fateor autem idcirco me libenter hunc ab amico laborem recepisse, vt in Theodosio non tam Imperatorem, quā Christi seruum, non dominandi superbia, sed humilitate famulandi potentem, nec regno, sed fide Principem prædicarem.* hæc Paulinus: & S. Hieronymus ipso exordio epistolæ ad eum scriptæ de eodem sic habet: *Quid enim in nobis, aut quantum est, vt docta vocis mereamur præconium: vt illo ore, quo religiosissimus Princeps defenditur, humiles nos modicis, laudemur?* nominat eam Paulini scriptionem Gennadius Panegyricum super victoriam tyranno datum, eius argumenti conscriptum, vt demonstraret ipsum Christianum Imperatorem fide ad orationē potius, quam armis immanes tyrannos æpius superasse.

c Paul. ep. 9.

Si vis autem intelligere, quale eiusmodi à Paulino elucubratum opus fuerit, percontare S. Hieronymum hæc ad ipsum Paulinum scribentem: *Librum tuū, quem pro Theodosio Principe prudenter ornateq; compositum transmisisti, libenter legi, & præcipue mihi subdinsio in eo placuit: cuius, in primis partibus vmeas alius, in penultimus te ipsum superas. Sed & ipsum genus eloquij pressum est & nitidum; & cum Tullianā luceat puritate, crebrum est in sententiis: tacet enim (vt ait quidam) oratio in qua tantum verba laudantur. Præterea magna est rerum consequentia, & alterum pendet ex altero. Quicquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est. Felix Theodosius, qui à tali Christi oratore defenditur. Illustrasti purpura eius, & vtilitatem legum futuris seculis consecrasti. Macte virtute: qui talia habet rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O si mihi liceret istiusmodi ingenium non per Aonios montes & Heliconis vertices (vt poeta canum) sed per Sion, & Itabirium, & Sina excelsa ducere: si contingeret ducere, quæ didici, & quasi per manus mysteria tradere Scripturarum; nascereturnobis aliquid, quod docta Græcia non haberet.* hæc Hieronymus. At de Theodosio hactenus, cuius exitu optatus quoque finis huic quarto tomo Annalium imponatur. Quæ vero reliqua sunt anni huius rerum gestarum, sequenti tomo dicemus, cum Arcadii & Honorii filiorum eius in Imperio successorum acta auspicaturi sumus.

XXXVI. de Hieron. cap. 71.

PAVLINI NOBILE INGENIVM.

XXXVII. EPILOGVS CVM ADMONITIONE.

Quem igitur ab exordio Iuliani Imperii inchoauimus tomum hunc quartum Annalium, claudimus eundē felicissimo ad Deum transitu Theodosii. In quo quidē tanquam in viua tabula, semper loquentib. imaginibus, imo clamantibus, expressum habes, quæ impietatis sint vices, quive exitus alterutram sectantiū Imperatorum; cum velut in scena repræsententata videris diuersa atq; contraria diuersorum Principum studia: contemplatusq; fueris, quemnam finem habuerit Apostata Iulianus idolorum cultor, quove peruenerit Valens hæresis propugnator, & quem tandem exitum consecutus sit Valentinianus maior, Catholicus licet Princeps, sinens tamen pro arbitrio quemq; agere, idola colere, hæreses q; sectari; quo modo diuinam vindictam in se concitauerit, atq; in filios miserabilius propagarit: contra vero qui fuerit religionem pure colentis, & propensius excolentis, impietatemq; vna cum impiis insectantis felix ingressus, felicior progressus, ac tandem egressus felicissimus Theodosii Imperatoris. Vt vna ferme inspectione intelligant Christiani Principes, quos vitare, quosve sectari debeant; & quonam pacto illorum facta cauendo, Dei indignationem effugiant; ac diuinam benedictionem, imitando Theodosium, consequantur.

AVCTORIS PERORATIO.

IAM quartum tuo beneficio, Dei Genitrix Maria Virgo, pensum reddimus; persoluimusq; illud tibi, à qua profitemur acceptum. Tu enim e quæsti lanam & linum, & operata es consilio mannum tuarum. Quod igitur reliquum est operis, tu ipsa perfice; eademq; tela qualiacunq; sint (sient certe aurea in manu tua) in sacerdotalia illa indumenta contexe, de quibus Dauid *f*: *Sacerdotes tui induantur iustitiam*, & Dominus *g* ait: *Sacerdotes eius induam salutari.* Duo ista, rogo, nobis confice vestimenta: domestici enim tui dicuntur vestiri duplicibus. Hæc petimus, non inuidiosam tunicam polymitam *h*, quæ à patre filio tradita, fraternum odium concitauit, & infelici exitu, hædi consperfa sanguine, eidem patri immensum dolorem incussit excussitq; lacrymas, ex eo merito iudicanti, filium à fera pessima deuoratum. Felicius agni, quam hædi sanguine imbuantur, fidelium vestes: satisque ad ornatum quod proficit ad salutem: Siquidem diuino est depromptum oraculo *i*: *Beati, qui lauerint stolas in sanguine agni.* Tali purpura gloriantur Dei filii, cohæredes Christi, consortes regni, iidem Reges, cum Deo in perpetuum regnaturi: in quorum nos cooptari consortium, tuis, Virgo sanctissima, concedat precibus dilectus filius tuus; cui gloria & honor in secula.

Amen.

f Psal. 131.
g Psal. 131.
h Gen. 37.
i Apoc. 22.

Annalium Tomi Quarti Finis. APPEN-

APPENDIX.

I. DE CONCILIO LAODICENO.

QVod spectat ad Laodicense Concilium: est quod mireris, Lector, à nobis hoc tomo esse omnino prætermissum, adeo vt ne leuis quidem eius nominis mentio habita sit. Iuxta enim aliorum fidem, qui illud ad Damasi Papæ tempora retulerunt, sub eodem à nobis fuerat antea collocatũ. Sed eo tempore cũ de ipso nos acturi essemus; accuratius re perspecta, dum nec certum tempus vel locum inueniremus, quibus, vt aliæ res gestæ, firmiter consignari potuerit; in appendicem esse referendum, consultius existimauimus, quod prætermisse penitus nefas erat. Concilium quippe est antiqua nobilitate percelebre, Græcorum ac Latinorum scriptis memoriæ commendatum.

II. De hoc nos tractaturi, antequam de tempore differamus, corrigemus errorem illum, qui de eiusdem Synodi loco hactenus omnium fere consensu acceptus asseritur, qui nec posteriori editione cernitur emendatus; cum celebratum idem Concilium dicitur Laodiceæ, quæ est in Syria: Quod sane vehementer admirati sumus, cum ipsius Synodi titulus disertis quidem verbis ita legatur: *Sancta Synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ ex diuersis regionibus Asiæ*, &c. Sed & grauior error ille, cum duæ Laodiceæ in vnam reperiuntur esse conflatæ, dum asseritur eadem esse in Syria, quæ est ad Lycum flumen. Porro ex Strabone *a*, Plinio, Ptolomæo, & aliis Cosmographis, duas constat fuisse Laodiceas, alteram Syriæ, quæ dicta est Seleucia Tetrapolis, alteram vero in Phrygia, dictam à Strabone Laodiceam Hierapolin: sed & ponit *b* idem auctor aliam Laodiceam in Media à Macedonibus conditam. Quæ autem in Syria est Laodicea, haud procul distat à ponte Orontis fluuii, Chalcidis confinia, condita à Seleucio. Sed quæ in Phrygia est ad Lycum sita (vnde, inquit idem Strabo, ab eo cognomen accepit, vt Laodiceæ ad Lycum sita dicatur) nobilis quidem ciuitas; sed nobilior elogio diuinæ Scripturæ, ipsa quidem est, de qua Ioannes in Apocalysi *c*, & Paulus meminit in epistola ad Colossenses, nosque de ipsa alia occasione suo loco primo Annalium tomo diximus. Hæc cum ita se habeant; quid in Syria Laodiceam illam ponunt, quæ ad Lycum flumen est sita? & quid commune cum Syria iste annus habet?

III. Ex his pariter redarguitur, qui apud Gratianum *d* idem sensisse reperitur, Anselmus, nimirum qui putauit Laodiceæ Syriæ hanc Synodum congregatã; dum vult eam habitam auctore Theodosio, siue Theodoro, vel Theodoto Episcopo Laodicensi: fuit enim iste Episcopus Laodiceæ Syriæ, successitque (vt testatur Eusebius *e*) Stephano, qui sederat post Anatolium successorem Eusebii. Cæterum Theodotus, siue Theodorus, vel Theodosius iste interfuisse reperitur Magno Nicæno Concilio, habeturq; subscriptus in eo tertio loco inter Episcopos Cœlesyriæ: Quo tempore Laodiceæ, quæ est in Phrygia, totius prouinciæ illius (vt ait Theodoretus *f*) metropoli, præerat Nunechius, qui itidem Nicæno Concilio reperitur primo loco subscriptus inter Episcopos Phrygiæ. Quod igitur Theodoti Episcopi Laodiceæ, quæ est in Syria, celebrius nomen esset, quam Nunechii, incaute posuerunt eandem Synodũ Laodicensem à Theodoro, alias Theodosio, congregatam, Laodiceæ in Syria, cuius ipse erat Episcopus, celebris quidem nominis: post quem sedem illam accepit Pelagius, cuius meminit Theodoretus *g*. idèque cum aliis Episcopis Orthodoxis Imperatoris constitutione *h* laudatur: post ipsum vero Gregorius Arianus, cuius Sozomenus meminit *i*. Hæc de loco Synodi satis: de tempore iam agamus.

IV. Quonam autem potissimum tempore eiusmodi Synodus fuerit celebrata: quod nullius hac de re certa probatæque assertio extet, locus est tantummodo coniecturæ. Quamobrem illud in primis dicimus, liquido constare eandem non ante tempora tantum Theodoreti habitam esse, dum inuenitur eadem ab ipso citata *k*, sed etiam ante S. Basilium: quippe quæ in epistola canonica ad Amphilochium *l* ejusdem meminisse certum est, dum ait: *Sed quoniam nonnullis afiatici omnino visum est propter multorum æconomiam & dissensationem eorum baptisma Cathaerorum*, Nouatianorum scilicet, *suscipi, suscipiatur*. id enim statutum habetur in Laodiceno Concilio ab Asiatis Episcopis canone septimo. Ex quo etiam Concilio cum reiciatur Cataphrygarum baptismus ex sententia eorundem Basilium itidem in eadem epistola definisse apparet.

Sed quã ante Basilii tempora habitam esse diximus Synodum Laodicenã: num post tempus Nicæni Concilii, vel ante id acciderit, hoc exquirẽdum est. Quod enim de Photinianis hæreticis in eodem septimo canone mentio habeatur, diffinita causa esse. si omnium exemplarium & editionũ esset vna eadem & lectio. Nam cum pleriq; scripti codices, necnon editio posita in cusis libris posteriori loco eiusdem Cõcilii careant illis verbis, (*Aut Photinianis*) eo redacta res videtur, vt ex diuersis lectionibus, quæ germana sit, diligentius exquiratur: quæ ex eo pender, vt disquiratur, num collatum à Photinianis baptisma ab Ecclesia omnino receptum fuerit, cum septimus canon ille habeat, illorum baptismum esse suscipiendum.

V. TEMPVS SYNODI LAODICENÆ.

At licet S. Hieronymi *m* & aliorum auctoritate constet Ecclesiam Catholicam recipere consueuisse Arianorum baptismum: tamen nequaquam ab eadem fuscepturn est baptisma Photinianorum, quorum tanta erat impietas in negando diuinitatem Filii Dei, asserentium eum fuisse tantummodo hominem, vt (quod dictum est superius) Ariani ipsi aduersus eos vt maxime impios, arma sumpserint, & ab ecclesia eiecerint. quamobrem constat ex auctoritate Concilii Arelatensis *n*, Photinianorum baptismum, sicut & Paulianistarum, nullum esse, decretum fuisse. Sed & quod Theodoretus *o* affirmet Photinum eadem sensisse cum Paulo Samosateno: certe quidẽ sicut ex decreto Concilii Nicæni *p* statutum est, vt Paulianistæ venientes ad Ecclesiam baptizarentur; ita & de Photinianis seruatum oportuit. Quamobrem penitus ab eodem canone septimo explodenda est illa lectio de approbatione eorum baptismi, quæ omnino Ecclesiasticæ traditioni & Conciliorum canonibus aduersari conspicitur. Sic igitur nihil est, quod ex ea lectione colligi possit istud ipsum Laodicenum Concilium post Nicænum celebratum fuisse.

VI. *m Hieron. contra Luciferian.*

n Concil. Arelat. 1. c. 6.

o Theod. hæret. fabul. lib. 2.

p Concil. Nicæn. c. 19.

Sunt plura tamen, quæ ante Nicænum Cõcilium persuadeant idem Laodicenum celebratum esse: sed vnum illud in primis; *q* cum constet auctoritate S. Hieronymi *q*. receptum in Nicæno Concilio librum Iudith; cum in tertie canonicorum librorum à Patribus Laodiceæ congregatis idem liber ab authenticis sit explosus vna cum nonnullis alijs: euidens plane atque perspicuum redditur, dictam Laodicensem Synodum celebratam fuisse ante Nicænã. Nam quo modo auli foissent Catholicæ Ecclesiæ Episcopi conuellere, quæ in Magno illo Oecumenico Concilio de canonicis libris fuissent magna cõsideratione decreta? Præterea cum reperiantur quinq; *r* canones Laodicensis Concilij eadem omnino continere, quæ in Cõcilio Nicæno statuta sunt, nec in eis vlla prorsus mentio habeatur canonum Nicænorum eadẽ statuẽtium; argumentum est, ante Nicænum Concilii cã à Patribus Synodi Laodicenæ decreta fuisse: siquidẽ vel non oportuerat ea paulo post iterũ sanciri à prouincial Concilio, quæ decreta nuper fuerant in Oecumenico: vel saltem ad maiorem Ecclesiasticis legibus auctoritatem conciliandam, eorundem Nicænæ fidei canonum Patres debuerant meminisse, vt in alijs Concilijs factum esse reperitur, & in hoc ipso Laodiceno seruarum, vt proximè dicturi sumus: Quod cum fuerit prætermissum; equidem existimari potest, ante Nicænum Concilium ea Laodiceæ fuisse statuta.

VII. SYNODVS LAODICENA ANTE NICÆNVM CONCILIVM.

q Hieron. epist. 111.

r Conc. Laodic. c. 3. 8. 19. 24.

Cæterum sicut æquum est ista sentire, ita pariter affirmare par est idem Laodicenum Concilium in Asia fuisse post Neocæsariensem Synodum celebratum: nam eiusdem Concilij visus est citatus canon à Patribus Synodi

VIII.

Laodi-

a Strabo li. 13. Plin. lib. 5. c. 20.

b Strabo. li. 11. Plin. li. 5. c. 26.

c Apoc. c. 3. Coloss. vlt.

d c. 11. dist. 16.

e Euseb. l. 7. c. vlt.

f Theod. in epist. Paul. ad Coloss. c. 2.

g Theod. li. 4. c. 11. & 12.

h l. 3. de fide Cathol. C. Theod.

i Soz. lib. 6. c. 23.

k Theod ep. ad Coloss. c. 2.

l Basil. epist. ad Amphil. p. 21

LAODICENVM CONCIL. POST NEOCÆSARIENSE.

Laodicenæ, dum primo illius decreto dicitur *a*, bigamos ad breue tempus pœnitere debere, & sic admitti ad communionem, idq; (vt habent verba eius) secundum Ecclesiasticum canonem; nempe Neocæsariensis Concilii tertio loco positum *b*. receptа sic quidem fuit bigamia in Ecclesia Orientali, in qua diu magnoque cum detrimento versati fuerant Cataphrygæ reiicientes prorsus (vt dictum est) secundas nuptias: receptа, inquam, vt tamen non absque pœnitentia iidem ad communionem admitterentur. Sed & S. Basilius *c*, quæ ab hoc canone prætermissa sunt, addidit: nimirum quia in eo de bigamis tantum actum esset, ipse suppleuit de pœnitentia trigamorum atq; polygamorum, haud enim sic vulnus curare valuerunt, vt cicatrix nulla protsus reliqua esset.

a Concil. Laod. c. 1.
b Conc. Neocæsar. c. 3.
c Basil. ep. Canonic. ad Amphiloc. c. 14.

IX. NVNECHIVS EPISC. LAODICENVS.

Cum igitur ex his, quæ dicta sunt, satis possit intelligi, Concilium Laodicenum non ante Neocæsariense celebratum esse, neq; post Nicænum: dicere quoq; opus est, illud nequaquam sub Theodoto Laodiceæ Syriæ Episcopo, sed habitum esse sub Nunechio Laodiceæ Phrygiæ Pacatianæ Antistite: nam nullus alius præter ipsum eidem ciuitati præfuisse eo tempore reperitur Episcopus: siquidem quem diximus subscriptum haberi Nicæno Concilio Nunechium eius sedis metropolitanum Episcopum, eundem quoq; interfuisse Concilio Ancyrano paulo ante Neocæsariense Concilium celebratum, suo loco dictum est. Ex his igitur vides, quam præpostero ordine, quæ tertio loco ponenda erat Synodus Laodicensis apud Gratianum *d* reperiatur sexta ordine collocata post Sardicensem & Antiochenam, atque perperam ein Syria sub Theodoto vel Theodosio Episcopo celebrata, relataque ad Liberii vel Damasi Papæ tempora. Nihil tamen dicimus de canone Sextæ *f* Synodi, eo quod in ea Patres nequaquam seruare temporis ordinem professi sunt.

d c. 11. dist. 16.
e cod. dist. c. cod.
f c. 7. dist. 16.

X. DECRETA SYNODI LAODICENÆ.

Quod autem eiusdem Synodi canone trigesimo quinto vetitus ac improbatus videatur Angelorum cultus: consule quæ ad exactam eiusdem elucidationem dicta sunt primo Annalium tomo, cum egimus de Pauli ad Colossenses epistola. Sunt autem complures eiusdem Concilii canones ad disciplinam atq; œconomiam Ecclesiasticam pertinentes, quibus & Ecclesiastica antiqua traditio referatur: vt, quæ in primis notanda sunt, de confessione peccatorum *h*, cultu sanctorum martyrum *i*, sacri chrismatis *k* vsu, ieiunio Quadragesimæ *l*, & aliis. Qui autem postremus statutus est canon de non canendis in ecclesia psalmis vulgaribus, sed iis tantum, qui in sacris libris ab Ecclesia probatis scripti inuenirentur: equidem aduersus prauum illum vsum à Paulo Samosateno Antiocheno Episcopo primitus (vt dictum est) introductum, à Patribus consulto sancitus esse videtur. At de his hactenus.

h Concil. Laod. c. 2. & Eod. Conc. c. 14. 15.
k Eod. Conc. c. 48.
l Eod. Conc. c. 49. 50.

* * *

INDEX

IN TOMVM QVARTVM ANNALIVM ECCLESIA-STICORVM.

A.

ABRAHAMVS monachus in Syria celebris. 370. 83
Abstinentia monachorū Ponticorū. 363. 107.
nimia periculosa. ibi. 110
Acacius Episcopus Cæsareæ hæreticus fidē pro tempore mutat. ibid. 139. recantat palinodiam. ibid.
Acacius Episc. Cæsareæ Palæstinæ moritur. 366. 19. eius successor. ibid.
Acacij lucubrationes. ibid.
Acacius alter claruit Cæsareæ Palæstinæ. ib.
Acacius Berœensis solicitus pro fide Catholica. 370. 75. persuadet Iuliano Sabæ vt veniat Antiochiam. ibid. 76. ipse comes S. Iuliani Sabæ, cùm venit Antiochiam. ibi.
Acacius ordinatus Episc. Berœensis ab Eusebio. 378. 48. magni nominis monachus in Syria. 375. 14. quid petit ab Epiphanio. ibid. 16.
Acaciani exagitati à Semiarianis. 362. 238
Acacianorum & Semiarianorum concordiæ. 376. 9. 10
Academicorum iactantiæ. 384. 30
Academici à Platone Christianos accepisse dogmata iactabant. ibid.
Acepimas monachus in Syria celebris. 370. 83.
Acholius Episc. Thessalonicensis superat Gothos victores. 378. 30. baptizat Theodosium Imperatorem. 380. 1. venit Romam ad Synodum. 382. 3
Acta Synodi Aquileiensis. 381. 85. aliarum Synodorum, Vide Synodus.
Adeginus, seu Adyginus, Episcopus Cordubensis idem videtur cum Hygino à Maximo in exilium missō. 387. 55
Adelphij hæretici, idem Massaliani. 383. 35
Adelphius Massalianus detectus à Flaviano ib. 37. hæreticus damnatur. ibid. 39
Adeodatus baptizatus cū Augustino. 368. 75
Adolescens filius sacerdotis conuersus ad fidem Christi. 362. 124 innocens cedit tormentis, & mentitur. 367. 23
Adolescentis Christiani constantia. 362. 75
Adolescentia quibus à Basilio distinguatur annis. 381. 66
Adonæus Iulianus dictus. 362. 84
Adriantæ orationes Ioannis Chrysostomi. 388. 4
Adrumetina Synodus. 395. 32
Adulationes Libanij de Iuliano. 383. 72
Adulteræ quæ passæ Romæ. 389. 59
Adulteria seuerissimè vindicat Valentinianus. 369. 22
Ædituus percussus à Valentiniano. 362. 37
Ægypti Ecclesiæ à Iuliano vexata. ib. 359. 1
dololatria conuulsa. 389. 93. & deinceps.
Ægypti Episcopi ducti in exilium. 372. 83. fauent Maximo. 379. 25. eorum nomina. ibi. quòd studuissent Maximo, nō sunt vocati cum alijs ad Synod. Constantinopolitanā. 381. 19. veniunt Constantinopolim. ib. 53. studiosi Gregorij. ib. qua occasione ei sunt aduersati. ibid. 55
Ægyptiorum Episcoporum & Græcorum discordiæ in Synodo Constantinopolitana. ib. 53
Ægyptij dij ludibrio expositi. 389. 58. monachi in Syria celebres. 370. 83. monachi persecutione dirè vexati ab Arian. ib. 11. & seq.
Ægyptiorum deorum abominationes detectæ à Georgio. 362. 163. fana & idola à Graccho Præfecto Romæ deiecta. 338. 5
Ægyptij Gentiles Orgia celebrātes. 362. 160
ob sacra Mithræ in Christianos sæuiunt. ibid. 163. ab Apollonio conuersū ad fidem. ib. 161 Ethnici quid in Georgium Arianorum Episcopum. ibid.
Æmilianus martyr in Thracia sub Iuliano ibid. 80 fregit idola. ibid.
Ætius hæresiarcha restituitur & honoratur à Iuliano. 361. 15
Ætius monachus in Syria. 375. 14
Africanæ Ecclesiæ statᵘ sub Iuliano. 362. 261
Africana Ecclesia à Donatistis Firmiq; tyrannide vexatur. 373. 34. ecclesia deiecta erigitur per decreta Romani Cōcilij. 386. 2
Africanæ Ecclesiæ consuetudo, vt tantùm Episcopi concionarentur. 391. 34
Africanam Ecclesiam ad meliorem frugem restituere conatur Augustinus. ibid. 38
Africanæ virgines sacræ mitrelis caput ornabant. 362. 272
Agapæ in natalitijs martyrum sublatæ ab Ambrosio. 377. 14. ab Ambrosio prohibitæ in Ecclesia fieri. 384. 39
Agapas in Ecclesia fieri solitas submouet Augustinus. 391. 38. eædem sublatæ ab Ecclesijs transmarinis. ib. & seq.
Agapæ pro defunctis non prohibendæ, sed corrigendæ. ibid. 40
Agapetus monachus in Syria celebris. 370. 83. cum Artemio legatus ad Concilium Alexandr. 362. 180
Agelius Nouatianus mulctatur exilio. 366. 21
Agelius Episcopus Nouatianus moritur. 384. 37
Agnatius Vicarius Romæ. 369. 3
Agilon iudex in causa aulicorum Constantij. 361. 6
Alaphion apud Gazam ab Hilarione curatus fit Christianus. 362. 144
Albina mater S. Marcellæ. 375. 7
Albina S. Marcellæ mater discendi cupidissima. 382. 19
Albinæ marris S. Marcellæ transitus. 368. 45
Albinus Pont. idololatriæ ad Christū conuersus. 382. 41
Alemanni à Gratiano in Gallia superantur. 378. 21. victi à Gratiano. 379. 6
Aletius maritus Rufinæ, & gener S. Paulæ. 382. 41. 44
Alithius Episcopus Cadurcensis. 394. 98
Alexander seruus iudex Præfectus Antiochenis. 363. 29
Alexandriæ succensetur Iulianus, quòd Christiana esset. 361. 244 laudes. ib. 249
Alexandrina Ecclesia persecutionē patitur sub Iuliano. ib. 236. quid à Valente perpessa. 369. 29. & seq. quæ passa sub Lucio. 372. 69.
Alexādrinæ Ecclesiæ Timotheus præficitur. 380. 16 post obitū Athanasij calamitates. 372. 69. 70. 71. & deinceps. Ariani Lucium præficiunt. ib. 69. Basilicæ conflagratio. 363. 6
Alexandrinum Concilium sub Athanasio. 326. 176. eiusdem auctor Liberius Papa creditur. ibi. 206
Alexandrini Concilij canon de recipiendis lapsis Episcopis. 183. transactio inter duos Episcopos vitius Ecclesiæ. ib. Synodalis Epistola. ibid. 193
Alexandrina Synodus confirmata à Romano Pont. ib. 208. sub Iouiano Imp. 363. 131
Alexandrina sedes prima post Romanam. 382. 19
Alexandrini decerpunt & cōburunt Georgium Episcopum Arianum. 362. 164. arguuntur à Iuliano ob relictos Deos patrios. ib. 166. inuidiam patiuntur à Iuliano ob Athanasium. ib. 244. in periculum adducti ob maris excrescentiam. 365. 38. 39. festum diē statuunt pro liberatione. ib. 40
Alexandrini Catholici quam grauia passi, ex litteris Basilij potest intelligi. 372. 100. quàm male habiti. 372. 77. & seq. Heliopolim in Palæstinam amandati. ib. 79. vetiti lugere cladē. ib. 81. pueri Catholici quanta passi. ib. 82 Episcopi dignitas & iurisdictio. 381. 53. solemne erat quot annis vniuersis Fidelib. Paschatis tēpus significare. 380. 17 etiam Ariani scribebant Paschales Epistolas. ibid.
Alexandrinorum Catholicorum egregia confessio. 372. 78
Alexandrinus populus quam studiosus Athanasij. 362. 273
Alipius Augustini familiaris. 384. 28
Alipius baptizatus cum Augustino. 388. 75 proficiscitur Hierosolymā. 393. 44. reuersus creatur Episcopus. ib. admonitus à Ruffino & Melania de Hieronym. ib. 45. creatur Episcopus Tagastensis. 394. 57. ab Origenistis nescius cōmotus in sanctum Hieronymum. ibid. 60
Alipij Præfectura. 395. 18. quid sub ea. ibid. 19
Alipius ex congressu Ioannis eremitæ profecit. ibi. 20
Alleluia vocis vsus. Rom. 384. 22. in funere defunctorum cani solita. ib. 23. eius vsus Hierosolymis. ibid. 22
Alleluia quomodo ab Ecclesia Hierosolymorū Romana accepisse dicatur tēpore Damasi. ib. 20. cani auditum in templo Serapidis, 389. 84 in ore balbutientium infantium. 382. 41
Almachius Præfectus expurgat templum Matris deorum. 362. 77. quid in eū Christi martyr. ibid.
Almachius monachus mart. sub Alipij Præfectura. 395. 19
Altare in domibus priuatis ad Missæ sacrificium. 377. 17
Altaria à Donatistis rasa, vel perfracta, & amota. 362. 269. 270
Altare sedes corporis Christi. ib. 270
Alympiana S. Gregorij Nazianzeni neptis. 389. 36.
Amandus Burdigalensis sanctitate clarus. 394. 98.
Ambitio quā miserè homines agitet. 335. 1
Ambrosius accipit à Probo prouincias administrandas. 369. 37. 38. cur à Probo iussus agere vt Episcopus. ibid. 38
Ambrosij primordia. ib. integritate. ib. 39. natalis tempus. ibid. parentes & educatio. ibid. 37
Ambrosius Insubriæ, Liguriæ, & Æmiliæ Præf. eligitur. ibid.
Ambrosius Episcopatum Probus Præfectus imprudens prænunciat. ibid. 38
Ambrosij ætas, cum Præfectus Mediolani electus est. ib. 39. epistola ad Vercellenses quando scripta. 371. 116. studium in declinando Episcopatu. 374. 5
Ambrosius adhuc catechumenus eligitur Episcopus. ibid. 7
Ambrosij electio. ib. 3. 4. quomodo diuinitus facta. ibid. 5. 6

Ambroſius fugit Epiſcopatum. ib. eius latebræ. ib. 7. tandem acquieſcit. ib. 8. ordinatus bonis ſeſe ſpoliauit. ib. ordinatu heresi arguit magiſtratus apud Imp. ib. 10
Ambroſij electionis tempus. ibid.
Ambroſius quid cum Valentiniano Imp. ib. 10. litteras à ſancto Baſilio accepit. 375. 18
eiuſdem Ambroſij cum Baſilio neceſſitudo. ib. 21
Ambroſij electio ab omnib. Epiſcopis probata. ib. 2
Ambroſius quærit à Damaſo Simplicianum. ib. 2
Ambroſio Simplicianus à Damaſo mittitur. ibi
Ambroſij vitæ inſtitutio. ib. 25. & ſeq. bonorum curam fratri delegauit. ib. aſsiduus in ſacrificijs, in concionando, in litem compeſcendo. ib. cubiculi oſtium nulli oppanſum velo, patens omnibus. ibi. 24
ieunia. ibid
Ambroſius quotidie celebrare cõſueuit. ib.
Ambroſij labores in obeundis muneribus Epiſcopatus. ib. in ſæcularibus negotijs ſedulitas. ibid
Ambroſius & pauperes & nobiles viros ad conuiuium excipere ſolebat. ib. ad conuiuium accedere non conſueuit. ib. militiam cuiquam ſuadere abſtinuit. ib. indulget pœnitentibus. ibid. 21
Ambroſij inſignis humilitas, & modeſtia. ibid.
Ambroſius in pace Eccleſiæ ſcribere commentarios aggreſſus. 376. 9 ſcribit in S. Lucã. ib. ſcribit de Virginitate. 377. 10. quàm citò ex diſcipulo factus ſit doctor. ib. ad eum è remotis prouincijs virgines veniebant ſacrãdæ. ib. vix Chriſtianus de rebus Eccleſiæ ſcribit. ib. 30. componit clerum. ib. 43 ſcribit libros de Officijs. ib. clericos ex corporis habitu, quales eſſent, conijcere ſolitus. ib. corrigit prauos vſus, ſuperſtitionem Kalendarium Ianuarij, Agapas in natalitijs martyrum fieri ſolitas. ib. 44. quos ad Eccleſiaſticos ordines eligeret. ibid. 13.
Ambroſij Romæ aduentus & miraculum. ib 17. in euellenda hæreſi & Gentilitia ſuperſtitione diligentia. ibid. 14
Ambroſius Romæ paralyticam ſanat. ib. 17. de fide ſcribit ad Gratianum. 378. 16. victoriam certã Gratiano prænunciat. ibi 18. vſus lucubrationibus Baſilij. 379. 10
Ambroſij preces victoriæ Gratiani cauſa. ibid. 7.
Ambroſius quid in petulantem Arianam fœminam. 380. 18. Sirmij creat Anemnio Epiſcopum contradicente Iuſtina. ib. pati cœpit perſecutionem Iuſtinæ. ibid.
Ambroſio Sirmij ab Ariana fœmina iniuria facta diuinitus vindicatur. ib. baſilicam aufert Gratianus, quàm Ariani petebant. ibid.
Ambroſij libri de Spiritu Sancto. 397. 8. 381. 13.
Ambroſius de incarnatione Domini cur tractauerit. 381. 91. Macedonio ipſum ad Imperatorem non admittenti minatur id quod euenit. ibid. 11
Ambroſij apud Gratianum auctoritas. ibi
Ambroſius agit contra Priſcillianũ. ib. 110. veniens ad Gratianum excluditur. ib. 111. liberat damnatum ad mortem ingredièſ per theatrum ad Imper. ib. venit Romam ad Synodum. 382. 3. Gerontium diaconum illuſionibus dæmonum credentem corrigit. ib. 23. admonet Vercellenſem Eccleſiam de noua hæreſi. ib. 31
Ambroſij aduerſus Iouiniani hæreſin epiſtola. ibid.
Ambroſius ecchibuit furorẽ Maximi, & liberauit Italiam. 383. 14. in ſe ſuoſq; Deum vlciſci rogauit quod merebantur populi. ib. priuatur Satyro fratre. ib. fratris mortem dolet. ib. Epitaphium ſcribit. ib. 16. cupidus ſepeliri apud martyres. ib. 17. ad Maximum bis legatur. ibid. 19. efficitne continuò in Italiam irrueret. ibid.
Ambroſium contumelijs afficit Iuſtina. ib.
Ambroſij legatio ad Maximum. ibid.
Ambroſius quando ſcripſit libros de Fide ad Gratianum. 378. 16. argumẽta Symmachi pro reſtituendo cultu deorum refellit. 383. 43. reſpondet & confutat Symmachũ pro idolorum cultu agentem. 384. 1. vicit Symmachum. ib. 3. 4. acriter agit cum Valentiniano, ne Symmacho petita concederet. ib. 3. vincit. ib. 5. Symmachi libello reſpondet. ib. 3. erga Auguſtinum propẽſior. ib. 27. corrigit morem epulas faciendi ad Memorias martyrum. ib. 29. de ieiunio Sabbati quid reſponderit. ibid.
Ambroſij dicendi genus quale. ib. 26
Ambroſius contra Academicos ſcripſit. ib. 30. vexatur à Iuſtina Auguſta. 386. 8
Ambroſium adeuntem Imperatorem ſequitur populus. ib. 10
Ambroſij conſtantia in reſiſtendo Imperatori ib. 9. libellus ad Valentinianum, cum recuſat conferre cum Auxentio. ib. 16
Ambroſio concionanti angelus miniſtrat verba. ib. 24
Ambroſius abſtinuit ſe à communione Ithacij ob cauſam ſanguinis. ib. 37. diriſiſſima patitur à Iuſtina. 387. 1. paratur ei exilium. ibid. 2
Ambroſium in exilium perducere deſtinãs Euthymius, ipſe perducitur. ibid.
Ambroſius negat dare baſilicas. ib. 4. à populo in baſilica cuſtoditur. ibid. 5. cõcionem habet de ſua perſecutione die Palmarum. ib. 18. redarguit Tribunos. ib. 23.
Ambroſij conſtantia in defendendo baſilicam. ib. 4. & vaſa ſacra. ibid. 7. 18. 19. & ſeq.
Ambroſius per Tribunos à baſilica recedere iubetur. ibid. 5. iubetur dare vaſa Eccleſiæ. ib. 7. reſiſtit magna erga Deum fiducia. ib. 8.
Ambroſio inſenſum reddere Imperatorem conantur Ariani. ib. 10. 11
Ambroſius quantum confideret eleemoſynis. ib. 14. hymnos ſcribit tempore perſecutionis. ib. 15
Ambroſij epiſtola ad Marcellinam. ib. 19.
Ambroſio fauent milites contra eũ ab Imperatore miſſi. ib. 24. Maximus eius cauſam ſuſcipit. ib. 33
Ambroſius periculo baſilicæ admittendæ liberatur, & gratias Deo agit. ib. 26. rurſus agitatur per notariũ. ib. 27. omnes fluctus ſedantur, magno Dei miraculo ib. 29. ſuperat omnes Imperatoris & aduerſariorũ conatus. ib. 32. eius opera indigent Imperatores. ib. 44. noua querela excogitatur. ibid. 27
Ambroſio comminatus Calligonus pœnas dedit. ib. 30. dormienti Paulus Apoſtolus per viſum apparuit. ib. 31. pro iuſtitia pugnanti omnia fauent. ib. martyres Geruaſius & Protaſius reuelati. ib. 37.
Ambroſij epiſtola ad Marcellinã de inuentione martyrum. ib. 38. gloria ex certamine. ib. cedunt vires dæmonum. ib. 41. ficarius immiſſus. ib. 43.
Ambroſium percutere volente iuſſu Iuſtinæ, brachium obriget. ibid.
Ambroſio nocere nec dæmones poſſunt, nec aruſpex. ibid.
Ambroſius rogatur à Iuſtina obire legationem ad Maximum. ib. 44. ad Maximũ legatur. ib. 45. quid profecerit. ib. & ſeq. abſtinet à communicatione Epiſcoporum. ib. 53. eius prudentia cor. mendatur. ibid.
Ambroſij legationes duæ ad Maximum. ib. 45. relatio de poſteriori ſua legatione. ibid. 47.
Ambroſius expoſtulat cum Maximo, quòd contemptui haberetur. ib. 48. virget Maximum. ib. 52. abſtinet à communione Epiſcoporum partis Ithacianæ. ib. 53. quomodo excommunicauit Maximum. ib. 54.
Ambroſij legatio longè prudentior, quam Dominini. ib. 57. iniuriarum cauſa vindicta diuinitus illata. ib. 59. ætas exactè deducta. ibid. 61.
Ambroſius frangit vaſa ſacra pro redemptione captiuorum. ibid. 63.
Ambroſij perſecutores vlciſcitur Deus per Maximum. ib. 59. vita ab auctore ſcripta. 374. 8. ex Annalibus chronologia reſtituenda 387. 61. ſtudiũ in redimẽdis captiuis. ib. 61.
Ambroſius Mediolanenſes continet, ne fugiant metu Maximi. ib 63. laudatus à S. Auguſtino. 388. 76. apud Theodoſium agit pro inceſſoribus ſynagogæ Iudæorũ. ib. 84. concionatur coram Theodoſio aduerſus eum. ib. 92. reſtitit Gentilibus petentibus aram Victoriæ. ib. 93. defendit depoſitum viduæ. ib. quid de cauſa Vrbiani & Euagrij. 389. 68. repellit Theodoſium ab ingreſſu Eccleſiæ ob cladem Theſſalonicenſium. 390. 2. reſtitit. Theodoſio ibid. 11.
Ambroſij libellus ad Theodoſium poſt cladem Theſſalonicenſium. ib. & 12. commonet vt agat pœnitentiam. ib. 14
Ambroſio quæ oſtenſa de Theodoſio viſio. ib. 17.
Ambroſius vetat ingreſſu Eccleſiæ Theodoſium. ib. 21. auctor Theodoſio faciendæ legis de dilatione ſupplicij damnatorum. ib. 23
Ambroſij laudata conſtantia. ib. 29
Ambroſius cogit Theodoſium reuocare legem contra libertatem Eccleſiaſticam. ib. 70. accerſitus à Valentiniano in Gallias. 392. 5. profectus ad eum. ibid.
Ambroſij Epiſt. ad Theodoſium de obitu Valentiniani. ib. 11. oratio in funere Valentiniani. ib. 15
Ambroſius quid ad Eugenium. ib. 17. virum Eugenium Florentiam ſe contulit. ib. 18
quid ibi dum manſit. ib. 24. Florentiæ ſtudioſus. ibid.
Ambroſij locus de Paulino reſtitutus, & elucidatus. 396. 74
Amicitiæ quantum tribuat Nazianzenus. 271. 95.
Ammiani locus reſtitutus. 363. 75. error de electione Iouiani refellitur. ib. 116
Ammianus impudenter extarũ inſpectionem falsò tribuit Iouiano. ibid.
Ammianus hiſtoricus in Gratianũ parum æquus. 383. 31
Ammianus monachus in Syria celebris. 370. 83
Ammonius grammaticus propugnator Serapidis. 389. 84
Ammõ monachus ne fieret Epiſcopus, præcidit ſibi auriculam. 382. 20
Ampelius Præfectus Vrbis Romæ. 371. 2
Amphilochij de Baſilio commentarius ſpurius. 363. 55. in eo refelluntur quæ de Libanio habet. ibid. 74. eiuſdẽ cẽſura. 378. 19
Amphilochij nomine vita Baſilij ſpuria & falſa. 369. 43. errores in Epiſcopatu & in morte eius. ibid.
Amphilochij Iconij Epiſcopi fides laudata lege Theodoſij. 381. 74
Amphilochius Theodoſiũ facto admonuit. 385. 30. agit contra Maſſamanos. 383. 36. quamdiu ſuperſtes. 394. 23. eius doctrina & ſcripta. ibid.
Ampulla chriſmatis proiecta, ſed non fracta. 362. 567
Anabaptiſmi ab Hilario diacono quo tempore reſtitutus. ib. 114
Anaſtaſia dicta Eccleſia Nouatianorũ Conſtantinopoli. 361. 16. & 378. 18
Anaſtaſianæ balneæ Conſtantinopoli à quo denominatæ. 366. 7

Anastasia ecclesia Gregorij Nazianzeni. 373
57. dicata Dei genitrici Mariæ. ibid
Anastasia filia Valentis. 366.7
Anathema an, & quando & à quibus inferendum. 381.51
De Anathemate non inferendo elucidantur loca Chrysostomi. ibid.56
Anathematismi Romani Concilij aduersus hæreses huius sæculi. 373.11
Anathematismi Greg. Nazianz. contra Apollinaristas. ibid.16
Ancyrana Ecclesia quibus hæresibus vexata. ib.33
Ancyrani martyres sub Iuliano. 362.72
Andragathius occisor Gratiani. 383.7. classis ductor se præcipitè dedit in mare. 382.62
Andronicus philosophus magiæ causa à Valente occidi iussus. 370.99
Anemmius Episc. Sirmiensis interfuit Cõc. Aquileiensi. 381.83
Anemmius Episc. Sirmiensis venit Romam ad Synodum. 382.3
Angelus prænuncius ordinationis Ioannis Chrysostomi. 386.54
Angelus visus est ministrasse verba Ambrosio. ibid.24
Angelus liberat monachos in carcere positos. 362.159
Angelus corripit S. Martinum. 386.19
Angelorum cultus. Appen.10
Anicij Probi præfectura Prætorij. 369.37
delegat prouincias Ambrosio. ibid.
Aniciana familia. 305.2
Animas eiusdem esse substantiæ cum Deo, Priscillianistarum hæresis. 381.112
Animalia Ezechielis quid mysticè. Præfat.1.
Animas defunctorum precibus viuentium adiuuari. 368.11. 395.11. leuari suffragijs. 395. 13. iuuari sacrificijs. 389.4. leuari meritis martyrum. 383.17. vide, Suffragia, Intercessio, Defunctorum animæ.
Annales signo Dei Genitricis decori. Præf.2.
Annalium quartus tomus instar diei vnius. ibid.
Annonam impedientes perstringuntur à Nazianzeno. 367.33
Anthimi & Basilij altercationes. 371. 82
Anthimus Episcop. Tyanensis in Basilium contumeliosus. ib. & seq. anarissimus clericorum. 370.37. ob furorem dictus Martius. 371.90. vindicare sibi satagit Gregorium. ib. 97. ira succensus in Gregorium propensiorem erga Basilium. ib. 98. Gregorium ordinatũ Episcopum à Basilio alienare conatur. ib. 96. Gregorio infensus. ib. 98. Ecclesiam Safimorum occupat, repugnante Gregorio. ib. 99
Anthropomorphitarum hæresis. 370.114
Antichristus ab Arianis inuectus. 369. 11
Antichristi instare tempus creditum à Basilio. 372.150
Antiochiæ tres Episcopi eodem tempore. 362.181 & ob eam rem discordiæ Christianorum. ibid.213.214
Antiochiæ & Charris, Iuliano mortuo, humana cadauera reperiuntur, quorum exta inspicere solebat. 363.71
Antiochiam Iulianus quando proficiscitur. 362. 81. quæ scelera ibidem commiserit. ibid.135.
Antiocheni benignè exceperunt Iulianum. ibid. 81
Antiocheni deridentIulianum. ib. carpunt barbam illius. ibid. 85
Antiocheni Iulianum ob nefarium in Christum & Constantium odium vellicant. ib. 86.
Antiochenorum in Iulianum contumeliæ. ib. 89
Antiocheni exagitati stylo Iuliani. ib. 85. frequentabant spectaculum Maiumæ. ib. 89
martyres sub Iuliano. ib. 90. 116. 117. 119
genij numisma. ib. 120
Antiochenus adolescens Flius sacerdotis conuersus ad fidem Christi. ib. 124. noua arte coguntur vesci cibis profanis. ib. 126. quæ beneficia à Iuliano acceperunt. ib. 136
Antiochenis Iulianus infensus, eos vexat. ib. 129. ijsdem reconciliatus honores tribuit. ib. 136. Iulianus beneficia exprobrat. ib. fraus Iudex à Iuliano relictus. 363.29
Antiocheni eius Christiani de morte Iuliani vaticinium. ib. 32. Gentiles quid in Iulianum Imp. ib. 123. grauia passi ab Arianis. 370. 68. exclusi ab ecclesia ab Arianis, in agris agunt conuentus. ibid. 69
Antiochenum concilium sub Iouiano. 363. 140. eius epistola ad Iouianum. ib. 141. Episcoporum subscriptio. ib. 142
Antiochenos dira passos à Valente S. Basilius consolatus est litteris. 370.85
Antiochenam Ecclesiam diuisam schismate Basilius per Athanasium optat in concordiam restituere. ib. 86
Antiochiæ vno tempore Episcopi quatuor. 371.12.
Antiocheni licet inter se diuisi, vniti tamen aduersus Euzoium. 371.54
Antiochenum Concilium post obitum Valentis. 378.35
Antiocheni Concilij legatio ad Ecclesias Orientis. ib. 41
Antiocheno Concilio recta fides stabilitur. ib. 44
Antiochenum schisma. 362.181.213. eiusdem causæ. 387.66. quamdiu durauerit. 381.51
Antiocheni ciues partis Flauiani inclamabant anathema in Paulinum. 382.58
Antiochena in Ecclesia qui Marcionitæ laterent. 386.59
Antiocheni Campitæ dictæ. ib. 58
Antiochenæ Ecclesiæ in quatuor factiones diuisio. 372.48
Antiochenæ Ecclesiæ status tempore Chrysostomi. 386.47
Antiochena Ecclesia quot pauperes alere solita. ibid.
Antiochenæ Ecclesiæ discordiæ sub Valente. 370. 88. sine schismate perseuerant. 381. 28
Eccles. diuisidia subrogato Meletio Flauiano. ib. 97
Antiocheno sedes tertia. 381.19
Antiocheni Episcopi electio tractatur in Synodo Constantinopolitana, mortuo Meletio. 381.40. conficitur. ib. 51
Antiochenæ dissensionis causa tractatur in Synodo Constantinop. 383.32
Antiocheni contumelia afficiunt statuas Placillæ Augustæ. 388.3. tempus rei gestæ. ib. 2. puniti ob statuas. ib. 5
Antiochenorum status miserandus. ib. 6.
Antiochenæ fœminæ spectata constantia. ibid. 10
Antiochenorum triste spectaculum. ibid. 14
Antiocheni Gentiles & catechumeni ad baptismum confugiunt. ibid. 20
Antiochenis spes aliqua in legatione ad Theodosium. ib. 22. ignoscit Theodosius. ibid. 38
Antiquitas retinenda, & nouitas explodenda. 367.100
Antiquitati inhærendum. 388.110
Antonius martyr Ancyræ. 361.75
Antoninus philosophus vates. 395.6
Antonij vitæ exemplum duos Agentes in rebus ad vitam solitariam inducit. 385.3
Antonij Magni vita quàm proficua fuerit Augustino. ibid.
Anthusa mater Ioannis Chrysostomi. 362. 133. quàm magnæ continentiæ. ibid.
Anulum ferreum gestabat S. Macrina. 378.46
Anysius Achollo sufficitur. ib. 43
Aphraatis monachi res gestæ sub Valente. 370.71. equum Imperatoris sanat. ib. 72
Aphraates monachus pugnat pro fide aduersus Valentem. ib. 71. & seq.
Aphraatis miracula edita Antiochiæ. ib. 74
Apollinaris quantæ fuerit existimationis in Ecclesia. 373.14
Apollinaris errores. 372.10
Apollinaris Laodicenus poeticis excultus facultatibus. 362.291
Apollinaris antequam damnaretur, haud reiectus à S. Basilio. 371.47. receptus in communionem à sanctissimis viris; antequã damnaretur à Damaso. ib. 50. audiuit eũ Antiochiæ S. Hieronymus. ib. recepit eum etiam S. Gregorius Nazianz. ib. se excusat Basilius. ib. 49. & 372.10. Hieronymum habuit auditorem. 371.50. concionator nouorum psalmorum. 373.19 historiã sacram vsq; ad Saul carmine scripsit. 362.291. item multa alia. ibid.
Apollinaris hæresi damnata ab Alexandrina Synodo, cur ipse non damnatus. ib. 205
Apollinaris vt damnetur, Basilius rogat Damasũ. 372.10. in Romana Synodo sub Damaso damnatur. 373.1. 382.17. item Timotheus quidam. 371.100. errores de mente Christi. 373. 3. in Antiocheno Concilio damnatus. 378.39
Apollinarem hæresin dissimulantem palam conuincit Flauianus. ib. 37
Apollinaris hæresiarcha damnatur in Romano Concilio. 373.3.7. Magni nomine in Oriente. ib. 14. Laudatus primò ab omnibus, ab omnibus pariter est impugnatus. ib. 15. Anathematismi Gregorij Nazianzeni contra Apollinarem. ib. 16. hæreses numerantur ex anathematismis Gregorij Nazianzeni. ib. & ex alijs locis. ib. 19. antequam damnaretur, vitari nõ solebat. 371. 50. ab Ephræm delusus. 373.26. liber glutino colligatis chartis nullius visus. ib. obitus tempus. ib. 27. scripta. ib. alijs hæresibus viam aperuit. 370.29
Apollinaristæ Christum hominem Dominicum vocabant. ib. 79
Apollinaristarum primus impugnator Athanasius. 373.17
Apollinaristarũ progressus prohibitus. 384. 36.
Apollinis Daphnitici sacerdos ob incendiũ templi torqueretur. 362. 112. idem incendium Christianis adscribit Iulianus. ibid. 113. statuæ descriptio. ib. 120
Apollinis sacerdotis filius adolescens ad Christum conuertitur. ib. 124
Apollinem Daphniticum colit Iulianus. ib. 87.
Apollinis idolum cur redditum mutũ. ib. 96
templum Romæ conflagrauit. 363.1. templũ in Daphne diuinitus incensum. 362. 94. 95. & deinceps. cur non totum combustum. ibid. 115. Iulianus illud luget. ib. 117. Daphnitici simulacrum quale. ib. 120
Apollo Daphniticus Antiochenorum culpa mutus factus. ib. 87. eiusdem templi incendium. ib. 92. & causa. ib. ob vicinas reliquias S. Babylæ martyris obmutuit. ibid.
Apollonius monachus Orgia celebrantes reddit immobiles. ib. 160
Apollonius & socij ab Angelo vinculis liberati. ib. 159
Apollonius monachus quid sub Iuliano. ibidem.
Apologeticus Gregorij Naziãz. de fuga sua. 366.8
Apostolorum basilicæ dedicatio Constantinopoli. 370.132
Apostoli Ioannes & Philippus præsto sunt Theodosio. 394.9.10
Apostasia Ecebolij rhetoris. 362. 13 Iuliani. 361.3. quando facta. ib. & solemni ritu consummata. ibid.
Apostatæ pœna mulctati à Theodosio. 391.1
Apostatas intestabiles facit Theodosius. 381.80.

Apostatarum supplicia à Deo illata. 362.108. & deinc.
Apostrophe in Iulianum. 363.77. & seq.
Apparatus Iuliani ad bellum Persicum. ibi. 22. Theodosij ad bellum aduersus Maximum. 388.51. Theodosij ad bellum Eugenianum. 393.35. Eugenij tyranni. ib. 37. belici quales esse debeant. ib. 40
Appellare Episcopum ad iudicium seculare, quantum sit nefas. 381.90
Appellans ad Imperatorem Episcopus ab eo reijcitur, & pœna afficitur. 369. 40
Appellatio ad Imperatorem facta à Priscilliano. 385.2
Aproniamus Præfectus Vrbis, persecutor 362.155. Romam missus Præfectus, hostis Christianorum. 363.2
Aproniani præfecturæ, & eius gesta. ib. 4
Aquæ Taurinæ locus exilij Flauiani. 362. 63
Aqua salsa exorcizabant parietes Ecclesiarum Donatistæ. ib. 276. omnes à Iuliano sacris contaminatæ miraculo exiccatur. ib. 126
Aqua benedicta accendit ignem ad conflagrationem delubri. 389.10.
Aquileiensis Ecclesiæ status tempore Hieronymi. 372. 42. quid in ea effecerit Valerianus. 381.82
Aquileiensis Synodi causa. 380.19. 381. 8
Aquileiense Concilium quando ab Arianis petitum à Gratiano. 380.15
Aquileiensis Ecclesia floret sanctis. 372. 4. clerus nobilis sanctitate. ib. Concilij conuocatio. 381.80. Episcoporum eiusdē catalogus. ib. 81. eiusdem Acta. 383.27. epistola ad Imperatores. 381.91.9
Aquilius Seuerus scriptor Eccles. in Hispania. 388.9
Aquitania à Priscilliano polluitur. 381.10
Ara ad sacrificium dicata clandestinè Romæ sub Theodosio. 389.11
Ara Victoriæ à Valentiniano Roma concessa. 371.13
Aram victoriæ restitui petijt Symmachus 384.1. rursum Symmachus restituere tētat. 389.51. 52. & deinc. rursum petunt Gentiles. 388.9
Ara Victoriæ quando sublata à Capitolio 362.245. Gentilibus redditur ab Eugenio. 392.1
Aram Victoriæ restituendam petit Senatus nomine Symmachi. 384.
Ara Victoriæ vbi Romæ. ibid
Arbetio iudex in causa aulicorum Constantij. 361.5
Arbogastes Comes auctor necis Valentiniani. 392.6. eius virtutes. ibid
Arbogastes aliquando amicus S. Ambrosij ib. cuius rei causa vincere solitus. ib. idem genere Francus. ib. cum Eugenio in bello Præfectus. 394.
Arbogastis exitus. ib. 14
Arcadij ætas tempore obitus patris. 389. 26
Arcadio præceptorem Christianum Theodosius quærit. 383.22. Arsenium diaconū Damaso missum obtinet. ibi
Arcadius appellatus Augustus. ibid
Arcadij ætas. ibid.
Arcadium coram magistro sedentem stare sine insignibus cogit Theodosius. ibid
Arcadij & Bautonis Consulatus. 385.1
Archelaus Comes laborat pro concordia Ioannis cum Epiphanio. 393.17
Archiua Romana iacturam passa. 331.3.
Areopolis terræmotu prostrata. 365.4
Arethusis Syriæ quid in Christianos. 362.150 quid in Marcum. ibid
Ariana hæresis potentia Imperatoris præualet. 366.11. hæresis diuersis capitibus fibilans. 378.33
Arianorum diuersæ sectæ. ib. conciliabula aduersus Semiarianos. 366.26. in Gregorium Nazianzenum contumeliæ. 378.39. & seq. mos fuit partes suas sæcularibus viribus defendere. 369.9
Arianorum & Catholicorum differentia in Ecclesia propaganda. ib. fallaciæ, & errores. ib. 12
Ariani Concilium generale petunt. 380.19. extra vrbē conuentus agunt. 381.9. à Theodosio exagitati ante expeditionē in Maximum. 388.36.37. combusrunt domū Nectarij Episcopi Constantinopolitani. ibi. 70. in Ambrosium concitant Imperatorem. 387.10. multa ei per calumniam obijciunt. ib. 14. 15
Ariana hæresis paucos Occidentis Episcopos labefecit. 379.12
Ariani enecant baptismate filium Valentis Imp. 370. 48. vexant Antiochenos. ibi. 68. fauore Iustinæ tumultuati cœperunt. 380 18. agunt apud Gratianū de cogendo Cōcilio. ib. 19. detrahunt hymnis sacris ab Ambrosio scriptis. 387. 15
Arianæ hæresis riuuli. 378.33
Ariani lege Gratiani perstricti. ib. Macedonianos exagitant sub Valente. 366.22
Arianos perstringit Nazianzenus. ib. 13
Ariani non solùm Catholicos, sed hæreticos etiam secum non sentientes sub Valente insectantur. ib. 20. cōmouent Gentiles in Athanasium. 362. 239. Athanasio infensum reddere Iouianum conantur. 363.145. eorum criminationibus quid responderit Iouianus. ib. 146. insolentius agunt Constantinopoli. 380.6
Arianorum blasphemiæ. 371.27
Ariani Theodosium baptizare affectāt. 379. 14. Edessæ à Iuliano exagitati. 362.14. Cōcilijs agunt in Galatia. 370.16. vexant Nicopolitanam Ecclesiā. ib. 20. procaces non valent edicto Imperatoris cohiberi. 379. 12. quanta in Gregorium Nazianzenum. ibid. 15
Ariani & alij hæretici lege Theodosij cohibiti. 381.8
Arianorum baptisma recipiebat Ecclesia. Appen. 6.
Ariani inter seipsos diuisi. 391.20. studuēre obscurare miracula sanctorum martyrū. 387.39. negant, & dæmones confitentur. ibid. & 40. Episcopi cum torque incedere soliti. 381.94. familiares Iustinæ prouocāt Ambrosium ad disputationem, illudunt ei, sed ipsi malæ perière. ib. 96
Arianorum obstinatio in sanctorū negandis miraculis perstringitur. 337.4. eorum detegitur malitia. ib. & 6. miracula comprobantem hominem à dæmone obsessum mergunt in piscinam. ib. 41
Arianis duobus Ambrosiū ludentibus quid acciderit. 381.69
Arianorum effrænata audacia, & furor cōtra Catholicos. 380. 6
Ariani Ecclesijs pelluntur à Theodosio. 381. 8. vrbe egrediuntur. ib. 9
Arianorum dolor ob templum Gregorio datum à Theodosio. 380.13. sub Iuliano in Athanasium persecutio. 362.239. idē edicto Iuliani solū mutat. ib. 240. ritus glorificandi Patrem per Filium. 371.71. 72. 73. crudelitas in Catholicos. 370.7. persecutio aduersus Ægypti monachos. 372.85
Ariani fauore Imperatorum hæresin propagarunt. 369.9
Arianorum persecutio qualis. ib. 10
Ariani Antichristum inuexerunt. ib. 11
Arianos idololatris simillimos fuisse. 386.36
Arianis conueniendi facultatem facit Valentinianus. ib. 38
Ariani post obitum Athanasij grassantur in Ecclesiam Alexandrinam. 372.69. & deinc.
Arianæ hæresis in Eccles. Mediolanensi progressus ante Ambrosij ordinationem. 375.25.
Arianus quidam ad fidem rectam conuertitur miraculo viso. 386.24
Arianorum Synodus in Galatia. 370.16
Ariani quid commiserint in Ecclesia Constantinopolitana post Eudoxij obitum. ib. 26. sub Valente. ib. 30. 31. dant pœnas impietatis. 366.10
Ariana fœmina quid in Ambrosium. 380.18. à Deo punita. ibid.
Ariani Episcopi recantant palinodiam sub Iouiano in Concilio Antiocheno. 363.143.
Arianus homo captus relaxatur. 387. 21
Ariani lege Valētiniani, immo Iustinæ, permissi liberè agere. 388.4. à Iuliano restituti. 361.15. hominis conuersio. 386.24. lapidant Gregorium Nazianzenum, trahunt ad tribunal. 378.59
Arianorum persecutio acerbissima in Oriente. 371.23. blasphemiæ. ib. 27
Ariani persequuntur Macedonianos & Nouatianos. 366.10. Antiochiæ summa rerū potiebantur sub Iuliano. 362.107. cupiunt videri Catholici. 363.143. Episcopi profitentes fidem Catholicam permissi agere in suis Ecclesijs. ib. 144. quid Constantinopoli in Catholicos sub Demophilo. 370.25
Arianorum scelera in sacras virgines & alios. ibid. 30. eorundem fœuitia. ib. 33
Ario & Eunomio anathema dicitur in Synodo Damasi. 373.10
Arius maior familiaris Augusti. 362.245. Iuliano carus. ibid.
Arianzum ius Gregorij Nazianzeni. ib. 68
Ariminensis Concilij res gestæ. 365.13
Ariminensis praua confessio lege Iustinæ concessa. 386.8
Arintheus dux Catholicus præsto est Catholicis. 370. 22. dux exercitus Valentis. 369.67.
Arintheus Consul Christianus Catholicus. 372.1. laudatus à Basilio. ibid. 2
Armeniæ Ecclesias Basilius visitat. 371.14
Armenus Priscillianista occisus à Maximo. 385.24.
Armorici sedibus pelluntur à Maximo. 383. 3. eorum regio Britannis data. ibid.
Arsaces Rex Armeniæ captus à Sapore & malè habitus. 370.76. Rex Armeniæ Christianus à Iuliano despicitur. 363.26. 28
Arsacius Pontifex idolorū in Galatia. 362. 306. ad eum Iuliani Epistola. ibid.
Arsenius diaconus Romanæ Ecclesiæ missus à Damaso ad Theodosium, magister datur Arcadio. 383.22. stans docebat Arcadium. ib. eam ob causam à Theodosio reprehensus. ib. recedens ab Arcadio petijt eremum. ib. 23
Arsenij vita emendatur. ib. 22. laudes. 387.9
Artabius Præfectus. 361.18
Artemisiæ vxoris Theodori viri clarissimi calamitas. 370.98
Artemius martyr Antiochiæ. 362.90
Artemius miles sub Constantino & dux Augustalis sub Constantio. ib. & 92
Artotyritarum hæresis. 373.34
Aruspices adulantur Iuliano. 363.33. admonent Iulianum. ib. 46
Aruspicina à Valentiniano concessa, sine magia. 371.119
Aruspices frequentat Iulianus. 362.17
Ascalonitæ Gentiles fœuiunt in Christianos. ib. 145
Ascalone incensæ Ecclesiæ à Iudæis sub Iuliano. 363.8
Asclepiades philosophus creditus causa incendij Daphnitici templi. 362.95
Ascodrogitarum hæresis. 371.34
Ascodroborum hæresis. ibid.
Asella virgo sanctissima. 382.46
Asella familia in Vrbe clara. 392.16
Asterius magnus Orthodoxus. 370.76
Asterius cum Eusebio legatus ex Synodo Alexandrina. 362.193

Aste-

Asterij sophistæ Episcopi Ariani interitus 370.80. eius scripta. ib. 81
Athanaricus bellum gerit aduersus Phritigernem. ib. 108. statuam adorandam supercurrum collocat. ib. 111. persequitur Christianos. ib. 105. 111. 115. victus virtute Crucis. ib. 116. pacem componit cum Valente. 369. 67. quando obijt. 381. 10. funus eius. ib.
Athanasij reditus Alexandriam. 362. 174
Athanasius rediens magna pompa susciptur. ib. 172
Athanasius Episc. Alexandrinus à Iuliano liberatus. 361. 13. cum redijt Alexandriam, Concilium conuocat. 362. 176. 181. dissensiones Catholicorum de substantia & hypostasi conciliat. ib. 189
Athanasij probatio fidei ad Liberium Papam. ib. 207
Athanasium Ariani Alexandria discedere cogunt sub Iuliano. ib. 239
Athanasius Alexandriæ contra Arianos Concilium conuocat. 362. 176. eiusdem synodalis Epist. ib. 193
Athanasij ad Liberium Epistola. ib. 208. Epistola ad Rufinianum. ib. 209
Athanasius rursus persecutionem patitur ab Arianis. ib. 240. recedit Alexandria. ib. fuga lapsus eludit quærentes se. ib. 243. vaticinatur de proximo obitu Iuliani. ibid. quid passus à Iuliano. ib. 246. persecutione gloriosior. ib. 248. clàm Alexandriã redit. ib. 243. & 363. 130. pro rectæ fidei defensione laborat. 363. 130. à Iouiano restituitur. ib. percarus Iouiano. ib. scripsit ad Iouianum libellum fidei. ib. 133
Athanasij Epistola siue libellus fidei ad Iouianum. ib. emendatur in exordio. ib. 136
Athanasius creato Iouiano Synodum Alexandriæ conuocat. ib. 132. & fidei confessionem ad Imperatorem mittit. ib. 133. ab Euzoio & Lucio Arianis Episcopis exagitatus. ib. 145. vocatus ab Imperatore venit Antiochiam. ib. & 146
Athanasium Ariani Imperatori criminantur. ib. 145
Athanasius defenditur à populo contra Valentem. 370. 3. fugæ euasit persecutionem Valentis. ib. 4. agit apud Damasum de damnatione Auxentij. 364. 35
Athanasium ad suam Ecclesiam redire iubet Valens. 370. 5
Athanasius mirè ab Arianis metuebatur. ib.
Athanasius defenditur à populo, ne expellatur Alexandria. ib. 3. latebras captat. ib. 4. ad suam Ecclesiam redire iubetur. ib. 5. cur non sicut alij exulauit. ib. 8. excõmunicat Præfectum Libyæ. ib. 91
Athanasij & Basilij labores pro Ecclesia. 371. 7
Athanasius mittit Petrum Alexandrinũ ad conciliandam Alexandrinam Ecclesiam. ib. 8. Basilij opera vtitur in rebus magni momenti. ib. 33
Athanasij officia erga Basilium. ib. 32. 33
Athanasius scribit ad Basilium de lapsis recipiendis. ib. 33. cur aduersus Basilium commorus. ib. 51. gratè suscipit Melaniam, donat ei pellem ouinam. 372. 34. impugnauit Apollinaristas. 373. 17
Athanasij scripta. 372. 66. magna auiditate quærenda. ib. librum Apollinaristæ corruperunt. 373. 21
Athanasius agit causam pro Paulino apud Damasum. 372. 51. frumenti deportationem impedisse accusatur. 379. 26
Athanasij obitus. 372. 63. eius laudes & scripta. ib. 64. 65
Athanasio Petrus in Ecclesia succedit. ib. 67
Athanasius Episcopus Apcyræ interfuit Cõcilio Antiocheno sub Iouiano. 365. 142. qualis. 371. 52. eius laudes à Basilio prædicatæ. ib. interfuit Cõcilio Tyanensi. 367. 28
Athanasij Ancyrani laudes. 376. 52
Attalus presbyter hæreticus. 381. 93
Attalus Arianus damnatur in Concilio Aquileiensi. ib. 95
Atticè loqui vetiti Christiani à Iuliano. 362. 294.
Auaritia clericorum cohibita lege Valentiniani. 370. 117
Audentius Hispanus scripsit aduersus Bonosianos. 389. 73
Audæ hæresiarcha. 370. 116. eius errores. ib.
Audiani hæretici in Gothia. ibid.
Auemius Episcopus Sirmiensis creatur ab Ambrosio. 380. 18
Augurijs vacare vetitum. 382. 20
Augustinus impugnat Ticeniũ. 368. 24. Romæ quid de Romanis scholis & Carthaginensibus. 370. 130. cur Romæ studijs operam dederit. ibid.
Augustini natalis dies. 377. 7. patris obitus. ib. educatio, & à pietate discessio in Manichæos. ib. de eius futura conuersione præcedens visio. ib. 8
Augustinus Manichæorũ auditor. ib. 7. eorum dolis Carthagine inductus. ib.
Augustini conuersio in somnis matri significatur. ib. 8. conuersionis signa diuinitus data. ib. conuersio matris lachrymis adscripta quodammodo. ibi.
Augustinus Romæ licet apud Manichæos, haud Manichæus. 383. 40. in quib. minor Hieron. 382. 25. desperat de Manichæis. 383. 40. Carthagine docens quæ passus. ib.
Augustini Romam aduentus. ibid.
Augustinus Manichæorum imperitiam agnoscit. ibid.
Augustini Romam veniendi consilium. ib.
Augustinus Carthagine discedit matrem fallens. ib. Romæ apud Manichæũ diuertitur. ib. cum Manichæis versatur. ibid.
Augustino falsò adscripti sermones ad fratres in eremo quales. 382. 26. 385. 12
Augustinus in Helpidij scriptis nonnihil proficit. 383. 43. Romæ rhetoricam docet. ib. Mediolanum proficiscitur. 384. 26. eius profectionis causa. ib. 27. ab Ambrosio susscipitur. ib. Ambrosium audit libenter. ib. Manichæis renunciat, vt Academicis adhæreat. ib. 28. ex concubina filium habuit. ibid.
Augustini ætas. ib. 26. & 385. 4. resipiscentia ab erroribus. 384. 30
Augustinus orat coram Valentiniano. 387. 1. scholam deserit. ib. 3. libros contra Academicos, de ordine, de vita beata, & soliloquia scribit, item de immortalitate animæ, & de disciplinis. ib. panegyricum dixit ineunte Consulatum Bautone. ib. 1.
Augustini status, cùm Mediolani erat. ibid.
Augustinus cupiditatum fluctibus iactatus. ib. disputat de finibus bonorum & malorum. ib. 2
Augustinum Platoni nimium tribuisse pœnituit. ibi.
Augustinus Simplicianum adit. ib. vitam Antonij à Potitiano discit. ib. 3. ad fidei veritatem animum applicat. 384. 31
Augustini conuersio. 385. 3. tempus conuersionis. ib. 4
Augustinus quando Mediolanum reuertus post conuersionem. ib. recedit in villam. ib. 3. quæ ibi scripsit. ib. quanti fecerit S. Ambrosium. 388. 76
Augustini nomine sermo commentarius confutatur. ibid.
Augustinus redieris Romam quæ ibi scripserit. ib. 80. cum Alipio & Euodio conditum vitæ genus excoluit. 389. 10
Augustini baptismi tempus. 388. 71. & locorum baptismus. ib. 73. in africam reditus 389. 1. 7. 10.
Augustino vnde argumentum suppeditatum vt scriberet de diuinatione dæmonum. ib. 77
Augustinus cur scripsit de bono coniugali, cùm oppugnaturus esset postea Iouinianum. 390. 62. initiatur presbyteratũ. 391. 21. vis illi adhibita à populo. ib. 22. monasterium instituit. ib. 23. auctor monasticæ institutionis in africam. ib. de erigendo monasterio oblata occasio. ibid. 24. quot annis mansit in presbyteratũ. ib. 25. petit à Valerio otiũ, vt vacet diuinis litteris. ib.
Augustinũ libellus ad Valerium de concedendo tempore vacationis. ibid.
Augustinus altitudinem diuinæ Scripturæ mensus, non facilè peritiam intellexit. ib. 32. quæ scripserit ante presbyteratum. ib. exagitat Manichæos. ib. 37. agit de corrigendis prauis moribus africanæ Ecclesiæ. ib. 38. fideiubens pro debitore confugiente ad Ecclesiam, ipse collecta indicta soluit. 391. 30
Augustini disputatio contra Fortunatum. ibid. 31.
Augustinus exagitat successorem Fortunati. ib. 34. consulit Catholicis aduersus Donatistas psalmi cantico. ibi. eius scripta tunc temporis. ib. & 35. in Conc. Hipponensi quale specimen edidit. ib. 34. impellitur in sanctum Hieronymũ. 394. 61. reprehendit non prouocatus scripta ipsius. ib. admonetur à S. Hieronymo de cauendis Origenis erroribus. ibid. 63
Augustini reprehensionis litteræ ad Hieronymum, interceptæ, & vulgatæ. ib. litteræ vulgatæ vbique, nonnisi post annos duodecim redditæ Hieronymo. ib. 68
Augustinus à Hieronymo nunquam charitate diuisus. ib. 70
Augustini cum Hieronymo amicitia in dies magis aucta. ib. & 71
Auitus monachus in Syria celebris. 330. 83
Aulici Constantij quæ passi à Iuliano. 361. 8
Aulici Iuliani Christiani persecutionem passi. 362. 24
Aurelius diaconus Carthag. postea Episcopus. 389. 9. ex diacono factus Episc. Carthaginensis, ib. agit cũ Augustino de restituenda disciplina in Ecclesia africana. ibid.
Augustinus Episcopus communicans schismaticis Romæ punitus. 371. 123
Aurelij Episcopi Carthag. litteræ comentitiæ. 374. 11
Aurelius quando factus est Episcopus Carthaginensis. ibid.
Auriga Christianus adit S. Hilarionem. 362. 543.
Ausonij Galli Consulatus. 379. 1
Ausonius Gallus anni sui Consolatus bona prædixit. ib. 2. laudator Paulini. 394. 77. prouocat Paulinum versib. ib. & seq. 80. Christianus. ibid. 85
Auxētius Mediolani exagitatur ab Hilario 369. 6. eius artes fallaces. ib. sedet Mediolani fauente Valentiniano Imp. ib. 13. licet Arianus, negat Arium, vt videatur Catholicus. ibid. 14
Auxentij libellus fidei dolosus. ib. 15. fallacig ab Hilario detectæ. ib. 17
Auxentius decipit populum Mediolanẽsem & Imper. ib. 18. quid in S. Hilarium. ib. 11. lætus de victoria insultat in Catholicos Episcopos. ib. 26. exagitat Eusebium Vercellensem. ib. exagitat Philastriũ Episcopum Brixianũ. ib. ab Euagrio exagitatus. ib. 27. à Concilio Romano damnatur. ib. in diuersis Cõcilijs sæpè damnatus. ib. 28. cur serò damnatus. ib. 31. nunquã expelli valuit ab Ecclesia Mediolanensi, sed sedit vsq; ad mortem. ib. 32
Auxentij abitus. 374. 1
Auxentij duo, senior, & iunior. 386. 12
Auxentius iunior cur nomen mutarit. ib. & 13. ad publicã disputationẽ prouocat Ambrosiũ. ib. 15. delegit iudices laicos. ib. & 16.

eoſdemq; Gentiles. ib. 23. armatur in Ambroſium. 387. 2. tertius collega Iouinian hæreſ archæ. 390. 42. omnia mouet in Ambroſium. 387. 2.

B.

Babylæ reliquias Iulianus aſportari iubet 362. 101. earundē celebris translatio. ib 101. reliquiæ mutum reddunt idolum Iouax. ibid. 92. 96. 97. & ſeq
Babylonius equus Iuliani interijt. 363. 33
Bacurij ſpectata in bello virtus. 394. 3
Bagaienſe Concilium Donatiſtarum. 395. 35. Epiſcopi qui interfuerunt. ib. 43. ibi lata ſententia in Maximianum pro Primiano. ib. 44
Balio Comes occiſus à Gratiano. 383. 12
Balneæ Anaſtaſianæ. 366. 21
Baptiſmalis fons in Vaticano. 384. 18. virtus. 381. 78. virtutem Maſſaliani negabant. 383. 38. dilatio uſq; ad prouectam ætatem reprehenſa. 377. 14
Baptiſmo Arianorum necatus filius Valentis Imperatoris. 370. 48
Baptiſmum Photinianorum non recipit Eccleſia. Appen. 6. 7
Baptiſmus Valentis Imperatoris per Eudoxium Arianum. 366. 4
Baptizare mortuos, hæreſis Marcionitarū. 386. 53.
Baptizari pro mortuis quid. ibid
Baptizandorum numerus ingens tempore anguſtiæ. 388. 20
Barbam Iuliani carpunt Antiocheni. 362. 82 laudat Iulianus. ibid
Barba Iuliani. ib. 84. & ſeq
Barbari vndiq; concurrunt in cladem Imperij Romani. 364. 9
Barbari Crucis virtute depreſſi. ib. 16
Barbari ad fidem perducti. 372. 105
Barbari Moguntiam inuadunt. 368.
Barbari in Oriente graſſati ſub Valēte. 376. 7
Barbari inſurgunt & præualent, cùm fides Catholica violatur. 378. 18. 19. 23. & 379. 12
Barbari ſponte ſubijciunt Theodoſio. 381. 10. 15.
Barbarorum egreſſus & conflictatio aduerſus alios barbaros. 376. 7
Barſæ Epiſcopi Edeſſeni exilium & ſanctitas. 371. 109. ſuffectus lupus. ibid. 110
Baſilica Apoſtolorum Conſtantinopoli quando conſecrata. 370. 133
Baſilicæ diuerſæ à templis, illæ permiſſa Gentilibus, hæc vetita. 382. 72
Baſilica S. Pauli à Valentiniano conſtruitur. 386. 39. de hac Prudentij aliquot verſus. ib. 41
Baſilica Sicinini. 367. 7
Baſilius Ancyræ martyr. 362. 72
Baſilij Ancyrani duo. ibid. 73
Baſilius Cæſarienſis à Iuliano accerſitus. ibid. 6. in fidei defenſione acriter ei reſiſtit. ib. 7
Baſilij ad Iulianum epiſtolæ fragmentum ib. fidei aſſertio per epiſtolam ad Iulianū ib. monachi ſe ab eremo alienant. ib. 54. vitæ inſtitutio. peregrinatio. ib. 55
Baſilius initiatur presbyteratu. ib. 56. quæ paſſus ab Euſebio Epiſcopo Cæſareæ. ibi. 57. & Gregorius proficiſcuntur in eremū. ib. 59. receſſionis cauſa. ib. 63
Baſilij vitæ monaſticæ inſtitutio. ib. 61. fuga in Pontum. ib. 63. de vita ſua epiſtola. ib. 61. quid ibi de vitæ monaſticæ ineunda ratione. ibid.
Baſilius in eremo accepit litteras à Libanio. ib. 63. Gregorium vocat ab eremo Pontica. ib. 70
Baſilij cum Gregorio loci falſi. ib. 69
Baſilij & Gregorij locus eremi. ib. 70. & 363. 83. 87. profectionis in eremum tempus. 362. 72
Baſilio Magno adſcribitur interitus Iuliani. 363. 55. eiuſdem viſio de Iuliani interitu. ibid.
Baſilij cum Libanio congreſſus omnino falsò aſſeritur. ib. 74
Baſilius cum Gregorio deſtinatus ad necem à Iuliano. ib. 80. ſeorſum à Gregorio degit in eremo. ib. 85
Baſilij mater curam gerit filij agentis in eremo. ib. 88. & Gregorij in eremo vitæ ratio. ib. 82. 85. ib. 89. mutuus amor. ibid.
Baſilio ægrotanti Gregorius explicat pſalmos. ib. 90
Baſilij ad Deum exclamatio de eius in nos beneficijs. ib. & Gregorij in eremo diſtincta officia. ibid.
Baſilius quanti fecerit Gregorium. ib. 92. à Libanio laudatus & in magno honore habitus. ib. 93
Baſilij ad Libanium epiſtola. ib. & 94.
Baſilius diſcipulus olim Libanij. ib. 96. Libanium obſeruat. ibid.
Baſilij eloquentia excellens. ib. 94
Baſilius quæ paſſus ſit à Neocæſarienſibus. ib. 98. Apologia aduerſus calumnias Neocæſarienſium & Sabellianorum. ib. 103
Baſilius calumniam patitur ob collectos monachos. ib. accuſatur ambitus Epiſcopatus. ib. 105. collegit monachos. ibid. 106.
Baſilij regulæ vitæ monaſticæ cæterarum fontes. ibid.
Baſilius illuſtrator vitæ monaſticæ. ib. & 113.
Lampſacum ad Synodum vocatus. 365. 3. ſcribit litteras ad Synodum Tyanenſem de ineunda concordia cum Euſebio Epiſcopo Cæſareæ. ib. 30. & Gregorius vocantur ex eremo ob perſecutionem Valentis. 366. 6.
Baſilius opera Gregorij ab eremo abſtrahitur. ib. 12. certamen init aduerſus hæreticos. ib. Gregorium ſibi ſocium adſciuit in oppugnandis hæreticis. ib. 16. quomodo ſe habuit cum Euſebio. ib. 7. qualis in functionibus Eccleſiaſticis. ib. 13. explicat diuinam Scripturam. ib. Eunomium ſcriptis exagitat. ib. 24
Baſilij Epiſtola de formicæ natura quando ſcripta. ibi.
Baſilius tempore famis quid egerit. 367. 33. patrimonium erogauit in pauperes. ib. 34. ſuccedit Euſebio Epiſcopo Cæſareæ. 369. 41. & ſeq.
Baſilij ingreſſus in ſedem tempus. ib. 42
Baſilius quamdiu in Epiſcopatu ſederit. ibid. 43. non ſine miraculo Epiſcopus ordinatus. ib. officia erga Euſebium. ib. 46.
Baſilius fugam arripit, ne eligeretur. ib. 45
Baſilij ad Gregorium Epiſtola poſt fugam data. ib. 46. ad Gregorium Epiſtolæ de electione perſonæ ſuæ in Epiſcopum. ibid.
Baſilius, ne eligeretur, ægritudinem ſimulat. ib. 47
Baſilij laudes ex Epiſtolis Gregorij ſeniores. ibid. 50
Baſilius non ſine contradictione creatur Epiſcopus. ib. 56
Baſilij aduerſarij miniſtri Valentis Imp. ib. 58. patitur perſecutores ab exordio. ibidem.
Baſilius quomodo vicerit aduerſarios. ib. 59. creat presbyterum Petrum fratrem ſuum primum anno ſedis ſuæ. ib. 60
Baſilij matris obitus. ib. 61. fratres decem. ib. 63.
Baſilij litteræ ad Euſebium Samoſatenum exulantem. 370. 20. Epiſtolæ de Phortano hæretico. ib. 20
Baſilius Nicopolitanos ab Arianis vexatos hortatur. ib. 21
Baſilius prædicit Nicopolitanis tranquillitatem futuram. ibid.
Baſilius dira laborans ægritudine non relinquit Eccleſiæ curam. ib. 24. mortuus creditur. ib.
Baſilij certamen aduerſus Valentem. ib. 39. cum Modeſto Præfecto conflictatio. ib. 41. mira conſtantia. ib. 42. vincit Modeſtum. ib. 44
Baſilius quid in Eccleſia cum Valente. ibid
Baſilio decernitur exilium. ib. 47
Baſilius Modeſtum Præfectum ſanat. ib. 49. quid in Demoſthenem principem coquorum Valentis. ib. 51
Baſilij miracula. ib. 52
Baſilius inuito Valente remanet in ſua Eccleſia. ib. 53
Baſilium Ephræm conuenit diuinitus monitus. ib. 55
Baſilij cum S. Ephræm Syro congreſſus. ib. cubiculum ſcrutantur apparitores Euſebij. ib. 59
Baſilius coram Euſebio Præfecto ſiſtitur. ibidem.
Baſilij certamen cum Euſebio Præfecto cauſa viduæ ſeruatæ. ib. 57
Baſilius ignominia affectus ab Euſebio ib. 59. expoliari iubetur à Præfecto. ib. 60. à populo liberatur. ib. ſeruat Euſebiū Præfectum à nece. ib. 61. conſolatus eſt litteris Antiochenos dira paſſos à Valente Imp. ib. 85. agit apud Athanaſium pro pace Eccleſiæ. ib. 88. commendat Athanaſium, quòd Præfectum excommunicaſſet. ibidem 91.
Baſilij & Athanaſij labores pro Eccleſia. 371. 7
Baſilij legatio ad Occidentales. ib. 9
Baſilius tuetur cauſam Meletij aduerſus Paulinum. ib. 11. & ſeq. pro curanda legatione ad Occidentales litteras Meletij & Euſebij requirit. ib. 14
Baſilius monendum cenſet Rom. Pontificem, ne ſine litteris Catholicorum ex Oriente Romam venientibus communicaret. ib. 21. de quibus admonet Romanum Pontificem. ib. 20
Baſilij legatio & litteræ ad Occidentales. ibid. 22.
Baſilius viſitat Armeniæ Eccleſias. ib. 34. recipit Euſtathium cum profeſsione fidei Catholicæ. ib. 36. 38
Baſilij excuſatio ob exceptum Euſtathium. ib. 36. 43. communione reſpuit Theodotus Epiſc. Nicopolis in Armenia. ib. 38. 43 epiſtola ad Theodotum de reb. geſtis cū Euſtathio. ib. 45
Baſilius vndiq; exagitatus calumnijs. ibid. 45. malè audire cœpit etiam apud ſuos. ibid.
Baſilij famæ detrimento fuit Euſtathius. ibid. & 372. 9.
Baſilius ne ira percitus ſcriberet, triennio nihil ſcripſit. 371. 45
Baſilij admiranda patientia. ib. 40
Baſilius accuſatur hæreſis Apollinaris. ib. 48 quomodo ſe excuſet, quòd communicauerit cum Apollinari. ib. 49. malè audit apud Athanaſiū Ancyranum. ib. 51. à Neocæſarienſibus ſuis hæreticus habitus. ibidem 53.
Baſilij facilitas in deponenda oſtenſione. ibidem.
Baſilius ſemper & ab omnibus habitus Catholicus ante calumnias illatas. ib. 54
Baſilij defenſio aduerſus calumniatores. ibid. 53.
Baſilius dum confutat Sabellium, trium deorum accuſatur aſſertor. ib. 55. accuſatur hæreſis de Spiritu Sancto. ib. 56. 63. ſcribit libellum de fide. ib. 57
Baſilius oppreſſus calumnijs de omnibus dubitare cogitur. ib. 58. deplorat ſuas ærumnas. ibid.
Baſilij doctrinæ iuges exploratores. ib. 56. 59
Baſilius rurſus hæreſis accuſatur. ib. 60. admonent eum Gregorius Nazianz. ib. 61. in conuiuio acculatur hæreſis, ſed de-

fenditur à Gregorio. ibid.
Basilij defensio ab auctore perspicuè declarata. ib. 60. & 66. & seq. in concionando discretio: aliqua tacuit ad tempus. ib. 67. cum Gregorio inita conuentio. ib. 65. à Gregorio laudatur. ibid
Basilius in scriptis aduersus Eunomium à multis impugnatus, à pluribus defensus. ib. 70. qua in re accusatus fuerit hæresis. ib. in hymno glorificationis, cum, pro, & visus. ib.
Basilium in hymno glorificationis secuti sunt plures. ib. 75
Basilius ægrotans vsquad obitum. ib. 78. malis pressus Athanasium litteris interpellat. ib. pressus calumnijs Greg. Nazianzenum accersit. ib. 80
Basilij altercatio cum Anthimo Episcopo Tyanenti. ib. 82
Basilij & Gregorij in prædicatione partita munera. ib. 83
Basilius nouos Episcopos creat in Cappadocia. ib. 85. curat præficere sedi Satimorum Gregorium. ib. 86
Basilium acriter accusat Gregorius ob Satimorum Præfecturam sibi delatã. ib. 88
Basilius laudatur à Gregorio. ib. 93
Basilio expostulat litteris Gregorius. ib. 92
Basilius præsidio ducum Christianorum suos q defendit. 372. 2. 3. aliam legationem ad Occidentales mittit. ib. 4. item quartã ib. 15. quantum Damaso deferret. ib. 6. & Ecclesiæ Occidentali. ib. 16. 17. defert Eustathium Occidentalib. ib. 6. ex calumnijs aduersariorum malè audire cœpit apud Damasum, & alios Occidentales. ib. 9. se excusat de communicatione cum Apollinari. ib. rogat Damasum vt damnet Apollinarem. ib. suggerit Damaso de Paulino Antiocheno, & de Marcelli Ancyrani causa. ib. 11. magno dolore affectus, cùm sentit Damasum à se alienatum. ib. 15. 16. 17
Basilij Epistola ad Damasum & alios Occidentales. ib. 17
Basilius falsò accusatur Rom. Pont. ib. 15. & suspectus Occidentalibus. ib. 24. purgat se Romano Pontifici. ib. 19. 20
Basilij contestatio de vnitate & charitate tenenda. ib. 22
Basilius petit à Damaso mitti legatos in Orientem. ib. 24
Basilij cum Damaso & alijs Occidentalibus contentio absq communis iactura intercessit. ib.
Basilius sugillat Occidentales. ib. 25
Basilij obiectio de fastu Rom. Ecclesiæ diluitur. ib. 32
Basilium fastus arguit Gregorius Nazianz. ibid.
Basilij morbus. ib. 39
Basilius consolatus Alexandrinos in persecutione Lucij. ib. 100. quid humani passus considerans persecutionem Alexandrinæ Ecclesiæ. ib. 102
Basilij aliæ litteræ ad Occidentales. 373. 31. iusta expostulatio cum Occidentalibus. ibid.
Basilius epistola solatur monachos à Valẽte exagitatos. 375. 14. scribit ad Ambrosium. ib. 17. eiusdem cum Ambrosio necessitudo. ib. 20. corpus S. Dionysij ad Ambrosium misit. ib. quid ad Euaisenam Ecclesiam. 377. 1
Basilij Magni obitus. 378. 1. morientis res gestæ. ib. funus. ib. 3. è cœlo orat pro his qui agunt in terris. ib. 4. obitus quãto dolori fuerit Gregorio Nazian. ib. quid de obitu Basilij Gregorius Nazianz. ab. quid S. Ephræm Syrus. ib. 6
Basilio concionanti suggerentẽ sermonem columbam vidit Ephræm. ib. 7
Basilium Gregorius vterq & Ephræm laudarunt. ib. 6
Basilij vita omnibus canonifuit. ib. 8. abstinentia & paupertas. ib. 10. effigies & statuta. ib. 11
Basilium omnes imitari cupidi. 8. hinc Basilij multi. ib.
Basilij scripta. ib. 9
Basilius ad quem Ioannes Chrysostomus scriptit librum de Sacerdotio. 382. 66
Basilius Magnus, longè diuersus ab eo ad quem Ioannes Chrysostomus scripsit librum de Sacerdotio. ib. & 67
Basilij regulæ monachorum cum Gregorio elucubratæ. 378. 10. vita scripta ab Helladio. ib. quæ Amphiloch. j nomine fertur spuria. ib.
Bellerophontæus morbus monachis calũniosè à Gentilibus adscriptus. 394. 84
Bellum Gothicum sub Valente triennale. 366. 2. sopitum. 369. 67
Bellum inter Persas & Romanos. 363. 50
Belli Persici apparatus. ib. 22. aduersus Eugenium religiosius Theodosij apparatus. 393. 31. & seq.
Bellicus apparatus Eugenij. ib. 37
Belli tempore non affligendi populi. ib. 40
Bellici apparatus quales esse debeant. ib
Bellum Theodosij aduersus Eugenium, in quo pietas aduersus impietatem dimicat. 394. 1. & seq
Bellum aduersus Maximum, & Theodosij apparatus. 388. 50. & seq
Bello decernit Theodosius cum Maximo. ib. 61
Bella aduersus impios quomodo Christus gerat. 372. 90
Belli cædes non omnino sine aliquo piaculo. 394. 21
Bellorum & cladium causa hæresis & impietas. 378. 18
Benedicta martyr Romæ sub Iuliano. 366. 253.
Beneuolus egregius confessor sub Valentiniano & Iustina. 386. 6. 7
Berœensis adolescentis confessio egregia coram Iuliano. 363. 31
Berœensis ciuis libertas in filio apostata vituperando coram Iuliano. ib.
Byrrhi ecclesia sub Iuliano incensa. ib. 6
Bethelia pagus apud Gazam. 362. 144
Bibiana martyr Romæ sub Iuliano. ib. 253
Bibliothecam Constantinopolitanam curat Valens. 372. 116
Bibliotheca Georgij Episcopi Ariani. 362. 170.
Blanditijs Iulianus agit. ib. 8. 11. Vide Persecutio.
Blesillæ virtus. 382. 42. 43. epitaphium : quod extat. cuiusnam sit. ib. 43
Blesilla senior mater S. Paulæ. ib. 40. iunior filia S. Paulæ. ib.
Blesillæ spectata virtus. ib. 42
Blesilla alia item Christiana. ib. 43
Boas insula locus exilij. 361. 9
Bona ablata à templis deorum, sunt data Theodosij iussu pauperibus. 389. 102. relinqui clericis à viduis vetuit Theodosius, sed eam legem reuocat. 390. 67. 70. 71. relinqui clericis vetitum legibus Imperatoris. 370. 117. 119. & seq. & 123
Bonosiani hæretici. 389. 73
Bonosus hæreticus. ib. 72
Bonosi plures. ib. 73
Bonosus Segestanus. ib. Hieronymi collactaneus. 372. 40. Aquileiensis monachus. ib. 41.
Borboritarum hæresis. 373. 34
Bosphorius Episc. Coloniæ promotor Gregorij Nazianzeni. 371. 99. ei succenset Gregorius. ib.
Bostreni à Iuliano excitantur in Titũ. 362. 154. Iuliani ad eos litteræ. ib.
Bostrenorum Episcopi persecutio. ib.
Bretannio Episcopus Scytarum restitit Valenti. 371. 114
Bretannionis Episcopi Scythæ fides laudata lege Theodosij. 381. 74. 77
Bretannioni succesit Gerontius. 371. 115
Britannæ virgines ad Maximum missæ. 383. 3
Burdegalense Concilium contra Priscillianum. 385. 22
Busiris martyr Ancyræ. 362. 75
Busiris martyris admiranda constantia. ibidem.
Busiris hæretici, ac posteà Catholici confessio. ib.

C.

Cælestium signorum in membra corporis humani vis, ex Priscillianistis. 381. 114.
Cælia Concordia Vestalis donata statua. 382. 50. Maxima Vestalis erexit statuam Prætextato. ib. 51
Cælibatus ministrorum sacrorum ab Apostolorum temporibus introductus. ibidem.
Cæremonias Christianorum Iulianus transtulit in Gentilisinum. 362. 302. 305
Cærimoniæ & ritus Christianorum haud humano inuentæ consilio. ib. 303
Cærimoniæ Ecclesiæ stuporem Valenti Imp intulerunt. 370. 46.
Cæsaraugustana Synodus contra Gnosticos. 381. 102. eiusdem Actorum in locum suum restitutio, & emendatio. ib.
Cæsaraugustanum Concilium quando celebratum. ib. 103. Episcopi in eo damnati. ib. 108. & seq.
Cæsarea Cappadociæ, anteà Mazaca dicta, quando Cæsarea vocari cœpit. 362. 46. Cappadociæ metropolis. 371. 97
Cæsarienses quæ passi sub Iuliano. 362. 45
Cæsariensis sedis prærogatiua. 393. 14
Cæsarienses ob Christianam fidem à Iuliano vexati. 362. 46
Cæsariensium constantia, & animus in euertendis deorũ templis. ib. 47. in eligendo Archiepiscopo contentiones, & Eusebij electio. ib. 50
Cæsarius frater Gregorij Nazianzeni retinetur à Iuliano, & Ioribus ornatur. ib. 8. arguitur à fratre. ib.
Cæsario irascitur Iulianus. ibidem 10. & seq.
Cæsarius recedit à Iuliano. ib. idem fidei Confessor. ib. 12. eius victoria nobilis. ibidem 10. à Valente Imperatore bene habitus. 364. 8. creatus Comes rerum priuatarum. ibid.
Cæsarius Præfectus Vrbis creatus quis. ib. creatus Quæstor. ib.
Cæsarij duo apud Valentem Imperatorem. ibid.
Cæsarius Quæstor terræmotu oppressus, sed Dei ope liberatus. 368. ad eum tunc Gregorij Nazianzeni epistola. ib. 8
Cæsarij obitus. ibidem. 9. funus. ib. 10
Cæsarius inter sanctos relatus. ib. 11
Cæsarij scripta. ib.
Calami tres Valentis perfracti, non redduntatramentum in exarando exilium Basilij. 370. 50
Calendarum Ianuarij superstitionem Ambrosius abrogat. 373. 14
Calices à Donatistis perfracti. 362. 271
Calimerus cum Maximo missus à Paulino Legatus ad Synodum Alexandrinam. ibid. 180
Calixenes Magnæ matris Sacerdos à Iuliano creatur Pessinunte. ibid. 77. eius laudes. ibid.
Calligonus Eunuchus Valentiniani mortem Ambrosio minatur, nec impunè. 387. 30
Callistus scriptor rerum Iuliani. 363. 53
Canes lacerant sacrilegos Donatistas. 362. 267.

Canon de prærogatiua Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ cuius ſit fidei.381.35.ſtatutus poſt diſſenſionem Timothei Epiſcopi Alexandrini. ib.72. Concilij Alexandrini de lapſis Epiſcopis reſtituendis.362.183.de recipiendis lapſis enodatur. 362.211
Canopus idolum in Ægypto. 389.96. eius templi demolitio. ibid.
Cantus pſalmorum in Eccleſia ſemper vſitatus,nō tamen vbiq.364.20.387.15. Mediolani quando cœperit. ib.15.& ſeq.
Cantus in funere Cæſarij. 368.16
Capillatæ virgines ſacræ in Africa.362.273.275.
Capitis Ioannis Baptiſtæ translatio. 391.7
Capitolinum templum Iouis ſpoliatum ſqualliet. 389.57
Cappadoces afflictati à Iuliano. 362.46
Capuanum Concilium. 389.67
Carcerati vt relaxentur tempore Paſchatis, Imperatores conſtituerunt. 367.1
Cardinalatus Hieronymi aſſertionem ab ipſo Hieronymo confutari. 378.65
Cardinalatus S. Hieronymi obiectiones. 382.24. eius primi aſſertores qui fuerint.ibid.26
Cardinales ſine titulo non erant. 378.66
Carnis eſus execrantur Chriſtiani in Quadrageſima. 362.23
Carnis eſus illicitus Priſcillianiſtis. 381.114
Carina martyr Ancyræ. 362.73
Caroſa filia Valentis Imperatoris. 366.21
Carthaginenſes ſcholæ diſciplina ſoluæ. 371.1
Carther-us Abbas magiſter Ioannis Chryſoſtomi. 382.66
Caſius mons in Arabia. 362.88
Caſij montis templum à S.Ioanne Chryſoſtomo deſtructum. 368.64
Caſsianus legatus ad Iulianum cum ſocijs pro Donatis. 362.261
Caſsiani erratum in hiſtoria. 372.84
Caſtimoniales dictæ virgines ſacræ. 362.268 quæ paſſæ à Donatiſtis, ibid.
Caſtulus diaconus oratione Ambroſij liberatur. 387.21
Caterius Comes pietate inſignis. 379.13
Catholica fides vbi ſit,inuenire ex Auguſtini ſententia.392.35.Eccleſia penes quos eſſe dicenda ſit.365.17.19. religio confeſsione dæmonum comprobata. 387. 24
Catholicam Eccleſiam apud ſe tantùm eſſe Donatiſtæ profitebantur.168. 18.non eſſe tantum Donatiſtarum, contendit Ticonius Donatiſta. ibid.20
Catholici altercantes de voce hypoſtaſis. 362.186
Catholicos diſtingui ab hæreticis communione Romani Pontificis. 378.34
Catholici ſuccenſent Gregorio, quod cum Arianis mitius agat.380.7.quæ in eum iactare ſoliti, ib. & 8. munici Dei præſidio. 378.59.inter ſe diuiſi in Oriente. 371.19
Catholicorum congreſſus vitant hæretici. 368.17.& hæreticorum diſcrimina.378.59. præſidia aduerſus hæreticos. 370.18
Cauernenſe Concilium Donatiſtarū. 394.35
Cecrops Iulianus dictus. 362.23
Celſus Præfectus occurrit Iuliano. ib.53
Centuriatores & eorum ſimiles ſugillātur. 363.111
Centuriatorum calumnia de Hilarione Epiſc. 362.144
Centuriones & milites pro foribus excubant clericorum. 372.13
Cerealis vir Conſularis anuntiat Imperatoris.371.7.quæris Marcellam accipere in coniugem.ib. Conſulatus eius quando,ab deco inſcriptio. ibid.
Chæreus locus Alexandriæ. 362.174
Chalcidis eremus. 372.44
Chriſma à Donatiſtis proiectum.367.13.miraculum ſubſecutum. ibid.
Chriſti ſtatuam æneam demolitus, ſuam Iulianus ponit. 362.158.nomen expreſſum per litteram X.Iulianus intelligit. 362.87
Chriſtum hominem Dominicum vocabant Apollinariſtæ. 373.24
Chriſtus quomodo dictus homo Dominicus.ib.22.25.Patres vſi ſunt etiam his vocibus. ibid.25
Chriſtum victorem inuitus cogitur Iulianus confiteri. 363.57
Chriſtiana religio firmiter ſolidata demonſtratur ex vita Iuliani Apoſtatæ.ib.62.quā latè pateret tēpore Ambroſij. 387.37.quo magis concutitur, magis firmatur. 362. 161.
Chriſtianæ religionis cultum reſtituit Iouian⁹.363.123.& priuilegia Eccleſijs à Cōſtantino data.ib.124. cum idololatria certamen in bello Eugeniano peragitur. 394. 1.& deinc.
Chriſtianam religionē quibus creuiſſe putauerit Iulianus. 362.306
Chriſtianæ fidei propagatio tempore perſecutionis. 372.105.108
Chriſtianæ fœminæ ducentis filiū ad martyrium dignum exemplum. 371.108.conſtantiæ & fidei dignum exemplum. 370. 77.
Chriſtianis proſcriptis bona reſtituit Iulianus. 361.17
Chriſtianos contumelia affici, aut cogi ad ſacrificandum vetat Iulianus. ibid.
Chriſtianorum diſſenſiones occaſionē præbent detrahendi Iuliano. ib.18
Chriſtiani Galilæorum nomine ſugillati. ibidem.vide,Galilæi.iuſsi lege Iuliani dici Galilæi. 361.19
Chriſtianorum præſentia miraculo ſacra Iuliani perturbantur. 362.21
Chriſtiani ſacro chriſmate ſignati. ibid.
Chriſtianus ſignatus,terrori eſt dæmoni. ibidem.
Chriſtiani milites thus offerre recuſant. ibid.23.qui incautè obtulerunt, prehenſi publicè factum deteſtantur. ib. 34. ſoliti propinare in nomine Chriſti. ibid.
Chriſtianorum mos in ſignando Cruce pocula. ib. ſub Imperatoribus infidelibus militantes, in quibus non obtemperarent. ib.36
Chriſtianorum Conſtantinopoli degentiū conſtantia in abſtinendo à cibis infectis à Iuliano. ib. 43. Antiochiæ tamen non abſtinent. ib.126
Chriſtiani zelo religionis idola ſub Iuliano confringunt. ib. 76. 80. 90.& deinceps.
Chriſtianorum Ancyranorum de Iuliano querelæ. ib. 76. duorum adoleſcentium ſub Iuliano Ancyræ conſtantia & confeſsio celebris. ibid.
Chriſtiani ſe vltro deferunt magiſtratibus. ib.77.151
Chriſtianis adſcriptum incendium Daphnitici templi. ib.113
Chriſtiani ſpretis edictis Principū ad martyres viſendos currunt. ib.128
Chriſtianorum ſtudium in humandis martyribus ib.129.libertas in Chriſto prædicando, & deorum cultu irridendo. ibid. 131.
Chriſtianos à Gentilibus occidi libenter permittit Iulianus. ib.140
Chriſtiani ab Angelo à vinculis liberati.ib. 159.
Chriſtianorum cædes Alexandriæ ob ſacra Mithræ effoſſa. ib.163
Chriſtianis quibus dolis bona abriperet Iulianus. ib.250
Chriſtiani Romæ damnantur morte ſub Iuliano magiæ obtentu. ib.255
Chriſtianos exuit priuilegijs Iulianus.ibid. 280.
Chriſtiani à Iuliano tributis onerati pro bello Perſico, ib.281
Chriſtianorum leges iuſtiſſimæ à Iuliano deluſæ. ib.283
Chriſtianos Iulian⁹ cogit ad ſeruanda conſilia Euangelica,qua arte. ibid.
Chriſtiani vt ſacrilegi à Iuliano vexati legibus.ib. 284.à Iuliano vetiti militare.ib.à docendo prohibentur.ib 287.non autem à diſcendo. ib. 289. humaniores litteras deſcere vetantur à Iuliano.ib. 290. & deinc. doctores qui ſcholas deſeruerunt ſub Iuliano.ib. 297. eoſdem docere permittunt Valentinianus & Valens.364.20.barbari à Iuliano nominati. 362. 296. vt faciles ad credendum ſugillati à Iuliano. ibid.
Chriſtianorum mos peregrinos comitandi. 355. 20. ritus in Gentiliſmum transferre ſtuduit Iulianus.362.303.ſed fruſtra.ib.303 item & diſciplinam. ib. 306.res haud imitari non chriſtianis valent.ib. 303.in eleemoſynis effuſi,teſte Iuliano.ib.306.hoſpitales. ib. ſoliti deſtruere loca dijs Manibus dicata. 363.20
Chriſtianorum exequiæ ne interdiu agantur,prohibet Iulianus.ib.21.præmunciant Iuliani interitum.ib.31. exultarunt obitu Iuliani audito.ib.60.deos Gentium deridunt. ib. erga Deum fiducia & ſpes certa. ib. 78.
Chriſtiani ſub Iouiano Imperatore reſpirāt. ib.123.quomodo deputati cuſtodiæ templorum. 367. 43. prohibitum lege Imperatoris.ib.magnis animis inſilientes in templa deorum. 389.53.110
Chriſtianos ſcenicos eſſe, illicitum. 371.119
Chriſtianorum effuſa largitas in erogando eleemoſynas. 381.35
Chriſtiani cupidi ſepeliri apud martyres. 383.20.optimi cur calumniam paſsi hæreſis Priſcilliani. 386.24.optimi cur interdū Manichæi vocati. 372.113. demolientes tēpla & idola,nihil ſibi ex eis vendicabant. 389.102.ceſſerunt ea pauperibus. ibid.
Chromatij nomine commentitia epiſtola. 388.101
Chronopius Epiſcopus damnatus,dum appellat Imperatorem, ab eo reijcitur,& pœna mulctatur. 369.40
Chryſanthius philoſophus vocatus à Iuliano. 361.6
Chryſoſtomus., Vide, Ioannes chryſoſtomus.
Cibaria omnia iniquinata tabo idololatriæ Antiochiæ. 362.134
cilices præſto ſunt Nectario. 381.78
cinædi cum Iuliano. 362.18
ciuitates Italiæ à Maximo deuaſtatæ. 387. 60.
clades Theſſalonicenſium. 390.2.& ſeq.
clades illatæ à Gothis. 372.32
Clariuatis matrona Priſcillianiſta vncto tracta ad necem, 385.26
Claudius & Secundianus Ariani agunt de cogendo Concilio Aquileienſi. 380.19
Claudianus carus Iuliano.362.16.ſchiſmaticus partis Vrſicini. 382.4
Claudianiſtæ Donatiſtæ. 394.41
Clearchus eximit à nece Maximum philoſophum. 364.18
Clementia Theodoſij mirificè prædicata, etiam à Gentilibus. 388.41.65.393.43.394. 18.
Clementia Theodoſij à miniſtris reprehenſa, quod daret occaſionem delinquendi. 390.6.
Clementiæ virtus in Imperatore cōmendata. 364.14
Clementis VIII.menſa opipara, ſed pauperibus parata. 367.12
Clementianus Tribunus miniſter necis Gordiani martyris. 362.274
Cleri Romani pars deterior commota in S. Hieronymum. 381

Cleri componendi studium in Ambrosio. 377.7.
Clerici ne quid capiant ex testamento fœminarum, lex Theodosij. 390.67. corrigitur ab eodem Theodosio. ib. 70. forū sæculare vitare coguntur. 389. 40. & sacerdotes de laicis iudicant, non contra. 381. 90. patres monachorum. 361.6
Clericos immunitate frui ante certū tempus prohibent Valentinianus & Valens. 365.42.
Clerici extra diœcesim ordinati. 370.11. immunes à tributis. 387. 12. non exigunt tributum à Catholicis Principibus. ibid.
Clericis concessum priuilegium qui probati essent. 365.42. Romæ nonnulli inhiantes bonis sæcularium. 370.117. 120 aliqui inhiantes morti aliorum, vt rapiant bona relicta. ibid. 120
Clericis solis denegatæ successiones. ib. 22
Clericos & monachos militare cogit Iulianus. 362.159
Clerici delicioſi taxantur. 367. 13
Clericis aliquid ex testamento accipere vetitum lege Valentiniani. 370.117
Clerici mulierum domos frequentare prohibentur. ib. aucupantes munera fœminarum. ib. 119. aliquot in Vrbe persequuntur S. Hieronymum. 385. 8. cur aliquando prohibiti fieri monachi. 381.107
Clericorum tonsura ab Ammiano subobscure tacta. 362. 164. & monachorum vestium color. 393.48. Romanorum doctrina tempore Hieronymi. 385. 9. immunitas à Gratiano concessa. 377. 12. priuilegium à Theodosio indultum. 381. 16. & Ecclesiasticorum omnium auaritia cohibita lege Imp. 370.117. auaritiam compescuit Gratianus. 379. 13. delectum qualem habuerit Ambrosius. ibid. 10
Clerici ex corporis habitu ab Ambrosio cogniti. ibid.
Clericorum fores stipatæ à militibus & Cēturionibus. 367. 14. officiū fuisse mortuos humare. 367. 28. princeps insultans Basilio accepit. 370.52
Codices sacri sublati à Donatistis. 362.279
Cœmeteria Vrbis visitare solitus S. Hieronymus. 369.36
Collatio Hilarij cum Auxentio præsentibus Episcopis decem coram Quæstore. 369.13
Collecta indicta ab Augustino pro dissoluendo ære alieno. 392.30
Collyridiani hæretici. 373.30
Color vestium clericorum quis olim. 394.48
Competentibus quando traderetur symbolum. 387.18
Comes Oriētis curatur à Juliano Saba. 370. 79.
Concilium Adrumetinum. 395.32
Concilij Alexandrini Synodalis epistola. 362.193
Concilium Alexandrinū sub Athanasio. ib. Alexandrinum sub Iouiano Imp. 363.132. contra Eunomium diuinitatem Spiritus Sancti asserit. 362. 185. Antiochenum sub Iouiano Imp. 363.141. & seq. sub Gratiano. 378.35. Aquileiense ab Arianis quando petitum ab Imp. 380.19. 381. 71. Episcopi eius Concilij viri sanctissimi. ib. acta eiusdem. ib. 8. Epistola ad Imperatores. ib. 92. in Armenia, cui interfuit S. Basilius. 371.34. Bagaiense Donatistarum. 394.35. Burdegalēse contra Priscillianum. 383.24. in Curia celebratum. 366.25. Cauernense Donatistarū. 395.35. aliud Concilium Donatistarum. ib. 40. Capuanum. 349.67. Arianorum in Galatia. 370.16. Cęsaraugustanum contra Gnosticos. 381. 102. Constant. Oecumenicū. ib. 17. collectum opera Damasi. ib. 19. & seq.
Concilio Constantinopolitano quinam interfuerint. ib. 11. quæ in eo gesta. ib. 23. eiusdem fidei Symbolum. ib. 29
Concilium Constantinop. ex Damasi epistola elicis doctrinam de Spiritu Sancto. ib. 26. 28. ab eodem confirmatum Oecumenici nomen sumit. ib. 38. eius rei causa. ib. 49.
Concilio Constantinopolitano quænā hæreses damnatæ. ib. 31
Concilij Constantinopolitani canones de sede Constantinop. ib. 35. & 382. 19. ab Ecclesia Romana recepti. 381. 31. & quare non omnes. ibid. 42
Concilium Constātinop. cur ab Imperatore confirmationem petat. ib. 47
Concilij Constantinopolitani subscriptionem censura. ibid.
Concilium Constantinop. vt esset œcumenicum, Damasus decreuit. ibid.
Concilij Cōstantinop. locus Concordia nominatus. ib. 55. decretū de probandis Catholicis. ib. 75. ad Synodum Romanam litteræ. 382.9
Concilium Constantinop. à Theodosio cōuocatum. 383.24. quid in eo gestum. ib. 26. tertium. ib. 24. quartum. 394.25. Hipponēse. 393.33. in Illyrico. 365.16. Synodica ex eo. ib. Laodicenum quando celebratum. append. 1. Lampsacenū quando celebratum. 364.12. 365.4.
Concilij Lampsaceni legatio ad diuersos Episcopos. 365.6. res gestæ. ib. 4
Concilium Mediolanense contra Iouinianum. 390.43. qui Episcopi interfuerint. ib. 47. Parisiense. 362.229. 230. Romanum contra Auxentium. 369.28. contra Vrsacium & Valentem. ib. 33. sub Siricio Papa pro rebus Africanæ Ecclesiæ. 386. 2
Concilium Romæ à Damaso indictum in causa Flauiani & Paulini. 381.97. Romę sub Damaso habitum. 382.1. eorum qui interfuerunt nomina. ib. 3. cur Orientales non interfuerint. ib. 11. 12. Acta eiusdem. ib. 18. contra Apollinarem. 373.1. Anathematismi in eo. ib. 10. 11. Rompnum sub Siricio. 386. 2. in Sicilia congregatum de Legatis Orientalium Episcoporum ad Liberium. 365. 16. Sydæ habitum contra Massalianos. 383. 39. Tarsense ab Arianis impeditum. 366. 21. Treuerense sub Maximo. 386. 25. Tyanense in Cappadocia. 365. 26. Tyanense obedit litteris Liberij Papæ in restituendis depositis Episcopis. 365. 15. Valentinum. 374. 12
Concilia ab hæreticis celebrata tempore Basilij. 365. 1
Concilium petentibus congregari ab Imperatore quid respōsum à Valētiniano. 364. 12. 13. congregare sine Romani Pont. auctoritate nunquam licuit. ibidem. 12. & 382. 21.
Concionatorem aliquid interdum tacere expedit, quod non sit necessarium ad instruendam fidem Catholicam. 371. 68
Concordia dictus locus Synodi Constantinop. 382. 51. Occidentalium in fide sub Liberio. 365. 14
Confessio Legatorum ad Liberium Papam ab hæreticis data. ib. 19
Confessio Publiæ sanctimonialis. 362. 131
Confessores Alexandrini Heliopolim in Palæstina amandati. 372. 81. Edesseni octogenta exules. 371. 111
Conflagratio templi Daphnitici. 362. 94. 111. 115.
Confirmatio Synodi petitur à Theodosio, qua occasione. 381. 37
Confirmationis sacramentum à Liberio Papa collatum. 367. 1
Constantia ciuitas in Palæstina; eius Ecclesia subiecta Gazensi Episcopo. 362. 137
Constantiæ exempla in nō prodendis Christianis. 372. 115. & fidei dignum exemplum in fœmina. 370. 77. exemplum. 378. 31
Constantij obitu gaudet Iulianus. 361. 7. magistratus Christianis infensi. ib. 8.
Constantius deterior habitus Iuliano. ibid. Manichæus, conuersus ad fidem Christianam. 372. 113
Constantius per literam K, expressus à Iuliano. 362. 86
Constantij magistratus malè habiti à Iuliano. 361. 8. 9. effusæ expensæ palatij. ibid. 12. tonsor præditus. ibid.
Constantinopolis rerum omnium copia circumfluens. 370. 28. in discrimen adducta liberatur à Sarracenis. 378. 29. patria Iuliani. 361. 1. terræmotu concussa. 363. 2
Constantinopolim quando venerit Gregorius Nazian. 2. 378. 51. quamdiu ibi fuerit. ib. coactus eo proficiscitur. ib. 53. à Synodo missus Antiochena. ibid.
Constantinopolitanam Bibliothecam Valens auget & instaurat. 372. 116
Constantinopolitana Ecclesia ab Arianis vexata. 370. 26. 34
Constantinopolitanæ Ecclesiæ post Eudoxij obitum procellæ. ib. 30. eiusdē status. 378. 30. status ante aduentum Gregorij. ib. 38 eiusdem in discessu. 381. 59. sedis prærogatiua an decreta in Cōcilio Oecumenico Constantinopolitano. ib. 35. actū in Synodo de ordinando successore Meletij. ib. 42. Episcoporum altercationes. ib. 53. eius primatus, & de ea re canones Cōcilij Constantinopolitani. ib. 35. 72. Ecclesiæ prærogatiua falsò arguitur. 393. 14
Constantinopolitanum Concilium Oecumenicum qua occasione celebrari cœptum. 381. 17. collectum opera Damasi. ib. 19. Episcopi digniores qui interfuerunt. ib. 12. Acta eius. ib. 26. primum causa Maximi ventilata. ib. editum in eo volumen fidei Occidentalium, nempe Damasi. ib. 26. canonum singulorum sanciendorum causa. ib. agunt Patres de Spiritus sancti diuinitate. ib. 28. Symbolum fidei ibi scriptum. ib. 29. secuta approbatio Nicænæ fidei, & dānatio hæreticorum. ib. 30. de seruandis diœcesis limitibus actum. ib. 33. canones. ib. & seq. Concilium posterius. 382. 4. epistola Synodalis ad Damasum. ib. 9
Constantinopolitanæ Synodi epistola ad Theodosium. 381. 37. petierunt confirmationem Synodi, & cur. ib. & 38
Constantinopolitanæ Synodi subscriptionum censura. ib. 38. Synodi Episc. iuniores quales. ib. 47
Constantinopolitana Synodus vt esset, & diceretur Oecumenica, id est Damaso. ib. 49.
Constātinopolitanæ Synodi Episcopi quales. ib. 67. eorumdem iactantia. ib. 72
Constantinopolitanam Synodum metropoles non constituisse. ib. 76
Constantinopolitanæ Synodi ad Romanā litteræ. 382. 9. eiusdem legatio. 382. 12
Constantinopolitana Synodus tertia. 383. 24. quarta. 394. 25
Constantinopolitani Catholici legatos mittunt ad Valentem. 370. 27. Legati verò omnes igne & aquis absumpti. ibid. 28. execrantur eium carnium in Quadragesima. 362. 42. priuilegijs donati à Iuliano. ib. 44.
Cor Regis in manu Dei, vsurpatum à Themistio. 364. 14
Corona sacerdotalis pretiosa. 373. 36
Corpore vitiatos, sed probos ordinandos censet Demotheus. 385. 30
Corpore defuncti nondum tumulato offerri solitum sacrificium. 389. 5
Consecratio basilicæ Apostolorum Constantinopoli. 370. 132
Consecratio Pontificum id. locorum. 361. 4
Consobrinos inire inter se matrimonium vetuit Theodosius. 390. 92
Consubstantialis vox an ex necessitate fidei exprimenda. 371. 66. 68

Con-

Conſuetudines variæ in Eccleſia non improbantur. 384.29
Conſuetudo leniter tollenda. 391.42
Conſulatus Honorij infantis in cunis.386. 1.Paulini. 394.81
Cõſules cur creati non fuerint anno Chriſti.381.44.& an verè non creati. 375.1
Controuerſia inter Orientales & Occidentales ob nomen hypoſtaſis. 371.27
Controuerſia inter Paulinum & Meletium quomodo conciliata. ib.49
Conuerſio filij ſacerdotis ad fidem. 362. 12.4. Auguſtini. 385.3
Conuiuium à Maximo Imperatore exhibitum Martino.386.20.Auguſtæ vxoris Maximi exhibitum Martino.ibid.22.quotidianũ exhiberi ſolitum à Clemente VIII. pauperibus. 367.12
Cõuiuia in Eccleſijs peragi vetuit Ambroſius.377.14.ſanctorum à calumnijs defenſa. 367.11
Crux coronata in extis animalium Iuliano ſacrificanti apparuit.362.20.item in cœlo, & in veſtibus, cùm templum Hieruſalem conſtruere parant. 363.15.
Crux ſignum exercitus Theodoſij. 394. 2. gemmata. ib. gemmata ſculpta ad ſepulchrum Probi.395.9. arma Theodoſij qui Cruce vicit. 394.10
Crucem ferream geſtabat in pectore S. Macrina. 378.46
Crucis ſignum in annulo ferreo.ib. & reliquiarum cultum videt Iulianus.362.29 ſigno militant Gothi,& vincunt.370.116. ſignũ à Labaro delet Iulianus.362.27.virtute barbari cohibiti.364.10.cultum obiectare ſolitus Chriſtianis Iulianus. 362. 29.ſignum æquè ac Iulianus recentiores hæretici exhorreſcunt.ib.ſignum,& reliquias in monili geſtandi cõſuetudo. 378. 46.ſigni hieroglyphicũ apud Ægyptios. 389.99.ſignum apparet in cœlo, & in veſtibus. 363.15
Cteſiphon munitio Perſarum, quid ibi Iulianus. ib.45
Cteſiphontis in Perſia deſcriptio. ibid.
Cubicularij Conſtantij quæ ipſi ſub Iuliano. 361.8.20
Cubicularius Imperatoris Valentis dat pœnas contumeliæ in Aphraatem dictæ. 370.73
Cyclus Paſchalis Theophili quando cœpit, & quando deſinit. 380.17
Cyri Theodori iambi pro Gregorio aduerſus Baſilium. 371.90
Cyriacus Adianorum Epiſcopus magiſter Nectarij. 381.78
Cyriacus Epiſcopus martyr ſub Iuliano. 363.19.
Cyrinũs Notarius malè mulctatus. 361.9
Cyrillus diaconus quæ paſſus ab Heliopolitanis. 362.249
Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymorum obitus. 386.66.
Cyzicena Eccleſia à Iuliano vexata. 362.95
Cyzici Epiſc. Eunomius ordinatur. 366.22

D

DAdaſtana, locus inter Galatiam & Bithyniam. 364.1
Dæmon Iuliani ſpeculator à monacho orationibus præpeditur. 363.40
Dæmonibus vius Iulianus pro nuncijs.ibidem 39.
Dæmon loco Genij exagitat Iulianũ. ib. 49. in Hebdomo quid de victoria Theodoſij. 394.20
Dæmones veritatẽ fidei confitentur.387.14. torquentur & fugantur ab Ambroſio,& martyrum reliquijs.ib.41.ad Ambroſium perdendum miſſi, eũ adire non poſſunt. ib.43. in obſeſsis confitentur gloriã martyrum.ib.40. cõfitentur ſe nihil poſſe aduerſus Ambroſium.ib.43.exhorrent reliquias ſanctorum martyrũ.362.148.pauent Chriſtianum ſignaculum. ib.21
Dafroſa martyr Romæ ſub Iuliano. ib.253
Damaſci Eccleſiæ incenſæ à Iudæis ſub Iuliano. 363.6
Damaſus legatus cum ſocijs à Liberio. 365. 23.
Damaſi electio. 200. 9. ante Vrſicinũ facta. 367.15.quæ in eũ molitus Vrſicinus ſchiſmaticus. ibi.16
Damaſo fauent Patres omnes. ibid.14
Damaſum falsò quidam criminantur. ib.16
damaſi criminatores confutantur. ib.18
Damaſus accuſatur adulterij.ib. virgo.ibi. pro innocenti fœmina ſcribit ad imperatorem Valentinianum. 367.31
Damaſo reſtituitur baſilica reſcripto Imperatoris. 368.2
damaſus Papa contra Auxentium Romæ Concilium congregat. 369.28
Damaſi & aliorum Epiſcoporum epiſtola contra Auxentium. ib.29
Damaſus Papa cur non ſtatim damnauit Auxentium. ib.36
Damaſi tempore plures Synodi Romæ ſunt celebratæ. ibid.34
Damaſus Papa mittit legationẽ ad Valentem aduerſus Arianos. 370.36
Damaſi Epiſtolæ ad Orientalem Eccleſiam. 371.30
Damaſus accepta legatione Orientalium, conſolatur eos litteris. ib.quæ ad Athanaſium reſcripſit. ib.31
Damaſo datum reſcriptum à Valentiniano Imp.aduerſus clericorum auaritiam.370 117
Damaſi conſenſu Lex aduerſus clericos data creditur. ib.110
Damaſus & Occidẽtales Epiſcopi in ſuſpicionem inducti de fide Baſilij.371.9.ſuſpẽdit iudicium ſuũ de Baſilio relatione plurimorum. ibid.15
Damaſi cum Baſilio contentio abſq; caritatis & communionis detrimento. ib.24
Damaſus & alij Occidentales à Baſilio fugillati turpi nota:ſed an iure.ib.25.iudicat communicandum cum Paulino Antiocheno.ib.49.quid de tribus hypoſtaſibus ſcripſerit. ib.53
Damaſi Papæ diaconus quid paſſus Alexandriæ ab Arianis. ibid.82
Damaſus Paulino & non Meletio communicandum ſcribit Hieronymo.ib.49.idẽ ipſe præſtat poſt electionẽ Flauiani.381.97
Damaſi de Meletio ſententia. 372.51
Damaſus agit Romæ Conc.contra Apollinarem. 373.1.ſcribit ad Paulinum de recipiendo Vitale. ibid.5
Damaſi anathematiſmi. ib.10
Damaſus Apollinarem & Timoth.damnat. ib.6.7.
Damaſi Epiſtola de damnatione Timothei. ib.Synodi canones aduerſus hæreſes ſui temporis. ibid.11
Damaſus excommunicat violatores Nicænæ fidei, licet defunctos. ib. 13. damnat hæreſin Milenariorum. ib.14
Damaſi Synodus, cuius meminit Euſtinianus in epiſtola ad Ioannem.ib.15.litteræ commentitiæ ad Aurelium. 374.11
Damaſus Papa mittit ad ſanctum Ambroſium Simplicianum.375.12.Papa reſtituit Petrum Alexandrinum. 377.2
Damaſi laudes.378.34.communione probari Catholicos. ibid.
Damaſi Epiſtola ad Paulinũ Antiochenum à Theodoreto in nomine depranata.ibi. 41.Concilio Conſtantinopolitano violata. 381.26
Damaſus ſæpè conſuluit Hieronymum litteris. 378. 64
Damaſi ad Hieronymum litteræ.ib. fidei edicto Theodoſij commendata. 380.2
Damaſus Papa fauet Gregorio Nazianzeno. ibid. 5. agit apud Theodoſium pro Eccleſia Orientali ab hæreſibus ſubleuanda. 381.1
Damaſus turpiſsimis calumnijs à ſchiſmaticis exagitatus. 5.6
Damaſi iudicium quale. ibid.8
Damaſi ſtudio conuocati iuſſi Epiſcopi ad Synodum Conſtantinop. ib.19
Damaſi auctoritate damnatur Macedonius. ib.21
Damaſi volumen fidei editum in Concilio Conſtantinopolitano. ib.26. receptum à Synodo. ibid.
Damaſus ſtatuit vt Concilium Conſtantinop.diceretur Oecumenicum.381.48.Synodum Conſtantinopol. confirmat, & Oecumenicam vocat. ibid. 38.39.49.eius rei cauſa.ibid.68.ob Flauiani electionem agit cum Imperatoribus de cogenda Romæ Synodo generali.ibid.97. eum iuſtis de cauſis tolerat.382.18.ſubodoratus ſtatuta ab Epiſcopis Conſtantinopoli congregatis, de prærogatiua ſedium decretum edidit. ibi.
Damaſus apud ſe retinuit S.Hieronymum. ibid.24.
Damaſus Hieronymo vtitur in epiſtolis Synodalibus ſcribendis.ib. reſtitit Gentilibus Senatoribus. ib.52. parentes defiliæ obitu mœrentes ſcripto Epitaphio ſolatur. 383.2
Damaſi obitus. 384. 11. Pontificatus & vitæ anni.ibid.12.in eius Titulo facta miracula.ib.13. viuens cæcum ſanat.ib. 15. puerũ in fontem baptiſmalem lapſum incolumem reddit. ibid. 19. eius miracula B. Laurentio tribuunt Vrſicini aſſeclæ. ibidem 13.
Damaſi ſcripta. ib. 15. eiuſdem epigramma de fonte baptiſmatis in Vaticano.ib.18. eiuſdem verſus in laudem Regis Dauidis. ib.21
Damaſi Eccleſia, & ornatus.ib.16.Platonia ab eo ſtructa ad Catacumbas quod.ibid. in baſilica Vaticana quid ſtruxerit.ib eius actis adiecta, ibid.22
Damaſus quomodo acceperit à Hieroſolymorum Eccleſia Alleluia. ib.22
Damaſi ordinationes. ib.24
Damaſus baſilicam ad viam Ardeatinam & ad Theatrum Pompeij ædificat.ib.16.in baſilica ſua ſepultus via Ardeatina,in S. Laurentij baſilicam transferur. ib.24
damaſo mortuo dies triginta & vnũ ceſſat Pontificatus. ibid.
Damaſum modum pſallendi præcipiſſe, falſa aſſertio. ibid.30
Damaſi epitaphium quod ſibi ipſe ediderit.ibid.35
Daphniticum oraculum redditur mutum. 362.96.
Daphniticum templum quando exuſtum. ibid. 92.94. 111. cur ex parte tantùm exuſtum.ibid. 115. Iulianus illud luget.ibid. 117.
Daphnitici Apollinis ſimulacrum. ib.110
debitores confugientes ad Eccleſias non dimittantur ſine cautione. 382.30
decimæ & primitiæ perſoluendæ. 382.20
decimas dandas ſacerdotibus, Rom. Conc. decretum. ibid.
decreta impia Iuliani prætextu iuſtitiæ. 362.282.283.
decretum de lapſis Epiſcopis reſtituendis elucidatum. ib. 211. vide, Lapſi Epiſcopi.
dedicatio Apoſtolorum Baſilicæ Conſtantinopoli. 370.131
defunctorum corpora ſub terra, non deſuper condenda. 372.66.animæ ſecuritatis martyrum.383.17. animas iuuari ſacrificijs. 383.1
Defuncti corpore nondũ tumulato, offer-

rifolitum sacrificium. ibid.
Defunctorum memoria nihil detrahendū piorum ritum.191.43. animas precibus adiuuari viuentium.398.11.395.11.animas leuari suffragijs. 302.13
Defunctus curat res filij viuentis. 388.79
Delicta sibi effingentibus ad declinanda sacerdotia fidem habendam cautum est. 374.12
Delphinus Episcopus Burdegalensis. 381.103
reijcit Priscillianum. ibid.105
Demetria filia Flauiani. 362.253
Demetrias filia Claudij. 391.17
Demophilus subrogatus in locum Eudoxij in sede Constantinopolitana. 370.25. iubetur à Theodosio Ecclesias reddere Catholicis. 380.10
Demophili Episcopi Ariani obitus. 386.41
Demosthenes princeps coquorum Valentis quid à Basilio audiuit. 370.52
Depositum viduæ defendit Ambrosius. 388.93.
Deus in nos etiam inuitos confert beneficia. 363.90
Deus tempore persecutionis dilatat Ecclesiam. 372.103
Dei prouidentia declarata in Iuliani interitu. 363.78
Deum quatenus nos intelligere existimandum. 372.77
Deorum cultus à Iuliano restituitur. 361.2. Mater contumelia affecta. 362.76. impotētia derisa ob Iuliani mortem. 363.66. nomen Angelis & sanctis tributum. 375.6 Ægyptiorum fana & simulacra à Graccho Præfecto deiecta. 383.
Deuterius Episcopus Donatista. 368.21
Dij gentium derisi à Christianis post obitum Iuliani. 363.66
Dij gentium quales sint, in Iuliano demonstratum est. ib.47
Dij Ægyptij abdicati. 389.91.92. & deinc.
Diaconos coniugatos cum vxoribus permanere in Africa vetat Siricius. 386.3
Diaconi Constantinopolitani scelus. 390.66
Diaconissæ ne iuniores ordinarentur. ib.
Dicteria Antiochensium in Iulianum. 362.82. in eumdem aulicorum in Gallijs. ibid.
Dictiones, &, cum, in, variæ in hymno glorificationis. 371.60.71.73
Die Dominico Priscillianistæ ieiunabant. 381.105.106.
Didymus cognouit interitum Iuliani. 363.63.
Didymi Alexandrini lucubrationes. 386.42. 393.28.
Didymus Alexandrinus laudatus à Rufino. 372.94. bis cæcus redditus. ib.95. seducit sequentes se Melaniam & Rufinum. ibid. Hieronymum docet. 386.32. Alexandrinus magnæ æstimationis apud Hieronymum. ib.33. factus Origenillarum fautor deploratur ab auctore. 393.27. pro qualitate audiētium proponabat doctrinam. ibid.28.
Didymi ætas. ib. lucubrationes. ibid
Didymus monachus. ib.29
Dignitatum cupiditas Paulinum ad hæresin traxit. 378.15
Dynamius Engolismensis Episcopus. 394.98
Diocletianus quo anno Christi imperare cœperit. 374.1
Diocles obitus crudelitate Valentinianili imperatoris. 367.21. creditus martyr, sicut Diodorus & ipse iustus innocenter occidi à Valentiniano. ibid
Diodori Episc. exulante Meletio res gestæ Antiochiæ. 370.69
Diodorus cū Flauiano curat Ecclesiam Antiochenam post Meletij exilium. ibid.
De eodem Diodoro. ib.75.c
Diodorus ordinatus Episcopus Tarsi à Meletio. 378.55
Diodorus à S. Basilio accept⁹. 371.49. studet Nectario. 381.66
Diodori Tarsensis fides laudata à Theodosio. ib.70
Diœcesum limites seruandos ex præscripto Nicæni Concilij statutum in Concilio Constantinopol. ibid.33
Diœcesis Ecclesiæ Constantinop. ib.37
Diogenianus Episc. Albigensis. 394.95
Dionis locus restituitur. 384.1
Dionysij Mediolanensis Episcopi è Cappadocia Mediolanum translatio. 375.20. corpus à S. Basilio missum ad S. Ambrosium. ibid.
Dioscorus Vicarius Galliarum persecutor. 362.260
Dissensionis inter Augustinum & Hieronymum origo. 394.57
Dissensiones inter S. Epiphanium & Ioannem Episcopum Hierosolymit. 391.44
Dispensandi matrimonium illegitimè contractum Principes sibi malè vsurparunt facultatem. 391.26
Disputatio publica cum hæreticis decreta coram Theodosio. 383.26
Disputare de fide, non esse monachorum, sed Episcoporum. 378.61
Disputatio rerum fidei non facienda coram iudicibus laicis. 386.17
Diuinatio dæmonum. 369.77
Diuina prouidentia in suis defendendis. 387.9
Dometius monachus Persa redarguit Iulianum Nisibi agentem. 263.38
Dometij monachi Persæ martyrium. ib.
Dominica vxor Valentis. 378.29
Dominica Palmarum. 387.18
Dominico die ieiunare, Priscillianistarum mos. 381.105.106
Dominicum Aureum Antiochenum sub Arianorum potestate. 362.106
Domnini legatio ad Maximum qualis. 389. 56. & seq.
omninus deceptus à Maximo. ibid.
nophatus Episcopus quæ passus à Donatistis. 362.268
Donatus filius Nimi occisus à Donatistis. ib.226.
Donatus grammaticus præceptor S. Hieronymi. 372.40
Donatus Episc. Epiri. 394. 99. ab eo draco extinctus. ibid.
Donatus Episcopus Aretinus martyr sub Iuliano. 362.250
Donati Carthaginensis Episc. Donatistarum obitus. 368.12
Donatistarum legatio ad Iulianum. 362.261. mira adulatio. ib.263. ab Augustino reprehensa. ibid.
Donatistæ exules restituti à Iuliano. ib. 264.
Donatistarum furor aduersus Catholicos sub Iuliano. ib.265
Donatistæ inuadunt Ecclesias, & occidunt ministros. ib. proijciunt sacrum Christina ib. 267. quid in sacram Eucharistiam. ib. miraculum ex eo secutum, cum ijdem lacerarentur à canibus. ib. impia scelera committūt. ib. 268. 271. 274. quid in sacras virgines. ib. 268. 271. 274. parietes & pauimenta Ecclesiarum quomodo exorcizabant. ib. 270. 276. frangunt & radunt altaria Catholicorum. ib. 270. frangunt calices. ib. 271. auferebant mitrellas à sacris virginib. ib. 272. 274. virgines sacras reddunt profanas. ib. 273. 274. quid in mortuos & sepultos Orthodoxus. ib. 277. declinant conferre cum Catholicis. 368. 17. apud se Catholicam Ecclesiam esse contendebant. ib. 18. recentiores aduersantur maioribus. ib. 1.
Donatistas rebaptizantes cohibet Imp. Valentinianus. 373.3
Donatistæ rebaptizare prohibentur, & Ecclesias ablatas Catholicis reddere iubentur. 377.2.
Donatistas lege compescit Gratianus. ibid.
Donatistæ schismate inter se diuisi. 394.34
Donatistarum plura capita. ib. 40.41. sub Theodosio multitudo ingens. ib.42. habent vltra quadringentos Episcopos. ibi.
Donatistæ iura sibi suscipiūt Catholicorū. ib.48. cur tolerati. ib. 49. suis ipsorū factis commixti. ib.52. vltores in se ipsos armantur. ib.53. voluntariè mortem oppetunt. ib. & 54.55. sub titulo martyrij inferunt sibi mortem. ib. 53.54.56. Raxix exemplo id patrant. ib.55. tanquam Biothanati pereunt. ib.56. crudeles in seipsos. ibid.
Dorostori passus Æmilianus. 362.80
Dorotheus martyr Edessæ sub Iuliano. 363.37.
Dorotheus cum Probo legatus à Basilio ad Occidentales. 371.9.29
Draco extinctus sputo à S. Donato. 394.99.

E

Ecclesia Catholica penes quos esse dicenda sit. 368.18. Catholica absq; armis vincit. 372.89. Dei dilatatur, cùm ab hæreticis angustiatur. ib.103. Dei viros doctissimos semper habuit. 372. 36. nunquam carere potuit ministris aliquibus lucri cupidis. 370.118. Orientalis innumeris cladibus agitata. 373.33. innumeris hæresibus vexata. ibid. Scythica à Valente inuasa. 371.114. Petri & Pauli ædificata à Rufino. 394.26.
Ecclesiæ martyrum iussæ à Iuliano demoliri, vel succendi. 362.114. vexatæ legibus Iuliani. ibid. 384. à Iudæis sub Iuliano incensæ diuersis in locis. 363.6. antiquos mores Iuliani imitari conatus. 362.302.305. Catholicæ veteres institutæ. 369.8. Orientalis sub Valente status miserandus describitur. 371.7.16. nauali pugnæ comparatus. ib. 77. status sub Gratiano. 382.10. legatio ad Pont. Rom. 321.7.13. collatæ indignissimis administrandæ. 370.17.371.17 labor: ãti subuenire præstat, quàm vitam in solitudine colere. 370.76. canonem frumentarium non soluebant Imperatori. 379.25. vnitas non locorum interstitio, sed animorum diuersitate distinguitur. 372.20.21. Ægypti frumentum ab Imperatore accipiebant. 379.25
Ecclesia Hierapolitana exuta donatione M. Aurelij. 362.281
Ecclesiæ Orthodoxorum quomodo à Donatistis exorcizatæ. 362.269.270
Ecclesiæ integrum restitutæ per Iouianum Imper. 363.116. erectæ, vbi erant idolorum templa. 389.103
Ecclesiæ prædia à tributis immunia. 387.10. 11. quando pendebant tributum. ib. & 13. & secularium Principum potestas. ib.17. in rebus Ecclesiæ. ibid.22
Ecclesiam Dei diuinitus regi. 163.62
Ecclesias inanium sermonum loca non esse. 382.20.
Ecclesijs ab Orthodoxis ablatis, Catholici in campo foris coeunt. 372.108
Ecclesiæ ritus gloriam dicendi Patri per filium cum Spiritu Sancto. ib.72
Ecclesiarum consuetudines quatenus seruandæ. 384.29. Patriarchaliū ordo, & prærogatiua. 382.19. parietes aqua falsa expiati. 362.276. variæ consuetudines non improbandæ. 384.29
Ecclesiastica historia qualis esse debeat. quatuor animalium visione designatur. 1.1. iudicia à quibus tractāda. 376.6. diuersa. 381.6. iudicia Episcoporum esse. 385.31. vbi tractanda. 389.8
Ecclesiastici capere ex bonis alterius à Valētiniano vetiti. 370.117. & deinc. adire vetantur seculares iudices. 369.40. qui eorū causas iudicare non possunt. 385.24.

Eccle-

Eccleſiaſticorum auaritia, & ſtudium capiendi voluntates exagitatur. 370. 117
Eccleſiaſticum iudicium ſeu forum illibatum vult cuſtoditum Theodoſius. 385.31
Ecdicius Præfectus Ægypti ſub Iuliano. 362.242
Ecebolius Arianus. ibid.13
Ecebolij rhetoris inconſtantia. ib. Apoſtaſiæ & pœnitentia. ibid.
Eclipſis ſolis prodigioſa. 393.1
Edeſſæ martyres ſub Iuliano. 363.37
Edeſſæ Lupus Arianus Epiſcopus præficitur. 371.110
Edeſſenæ eccleſiæ perſecutio ſub Valente. ibi&. 108. fœminæ dignum conſtantiæ exemplum. ibid.
Edeſſeni quæ paſſi à Iuliano. 362.14. Fideles in fide conſtantes. 371. 108 clerici proſcripti. ibid.109. octoginta exules ſub Valente. ibid.111
Edictum Valentis de expellendis Epiſcopis Catholicis. 370.1. vide, Lex, Reſcriptum.
Electio Nectarij qualiter ſe habuit. 381. 69. quando facta. ibid.70
Electi in Epiſcopos, ſimulabant ſe aliquod admiſiſſe delictum, ne ordinarentur. 374. 12.
Electio Epiſcoporum qualiter fieri ſolita, & qui abuſus, cùm inualuit vt laici eligerentur. 375.21. Baſilij. 369.41. & deinceps.
Eleemoſynæ Chriſtianorum effuſæ laudatę à Iuliano. 362.306. Chriſtianorum Romæ abundantes. 382.75
Eleemoſynas in obitu carorum effuſius dandi conſuetudo. ibid.
Eleemoſynis quantum confideret Ambroſius. 387. 14 Chriſtiani etiam infidelibus ſubueniebant. 362.306
Eleuſana plebs in Gallia decepta à Priſcillianitis. 381.109
Eleuſinijs Iulianus Apoſtata initiatus. 361.5
Eleuſius Cyzici Epiſcop⁹ in vincula truditur à Iuliano. 362.78
Eleuſij hæretici obſtinatio. 381.32
Eleuſius Epiſcopus Cyzicenus quid ſub Iuliano. 362.78
Eleuſius Macedonianus Epiſcopus. ibid. 238 propugnator dogmatis Macedoniani. 365.5.
Eleuſius Epiſcopus iubetur ædificare eccleſiam Nouatianorum. 361.16
Eleuſius è ſede pellitur, & in locum eius ſufficitur eunomius. 367.22
Eliphius Tullenſis Epiſcopus martyr ſub Iuliano. 362.256
Elifci Prophetæ reliquiæ vbi. ib.148
Eloquentiæ ſtudia quatenus eccleſiaſticis & Chriſtianis permiſſa. 369.66
Elpidius apoſtata. 362.107.110
Elpidij Iuliani auunculi & in ſacrilegijs ſocij interitus. ib.110
Elpidius martyr ſub Iuliano. 362.25
Elpidius legatus à Liberio Papa in Orientem ad Arianos. 365.17
Emeſeni Gentiles inſaniunt in Chriſtianos. 362.149.
Emmelia Baſilij mater viſitat filium in eremo agentem. 363.87.88
Emmeliæ matris S. Baſilij obit⁹. 369.61. quid in obitu. ib. & ætas. ibid. mater decem filiorum. ibid.63
Energumenorum monſtruoſa ſpectacula. 385.19.
Ennodij diſtichon de victoria Ambroſij contra Symmachum. 384.5
Ephræm Syri viſio de S. Baſilio. 370.55. an Græcè loquendi ei gratia impertita fuerit à S. Baſilio. ib.56. eius cum S. Baſilio cõgreſſus. ib.57. Apollinarem deluſit. 373. 26. laudat Baſilium poſt obitũ oratione panegyrica. 378. 7. falsò dicitur presbyter à Baſilio ordinatus. ib. 14. infamiã ſimulat, ne epiſcopus ordinetur. ib. Edeſſeni diaconi tempus obitus. ib. 11. teſtamentum Ephræm. ib. 13. funeris honorem haberi ſibi vetat. ib. & 14. rogat, cùm defunctus eſt, pro ſe preces offerri. ib. 14. ſcripta quatenus auctoritatis fuerint. ib. publicè legi ſolita in Eccleſia. ib. quomodo, & à quibus collecta & edita. ib. quid de Paulino diſcipulo morituro admonuit. ib. 15. diſcipulus Epiſcopæus ambitione hæreticus fit. ibid. memoria in Eccleſia. ibidem 16.
Epiphanij primordia. 372.108
Epiphanius cum hæreticis Antiochiæ congreditur. 363.48. ob egregiam venerationem, & Paulinus ob ſanctitatem à Valente non tanguntur vt alij. 370.7. à Gnoſticis pellicitur. 372.109.381.99
Epiphanij Actorum ſcriptor mendax. 372. 110
Epiphanius ſcripſit res Hilarionis, cuius erat perneceſſarius. ib.109
Epiphanij vita & res geſtæ. ibid.108. & 382. 1.2. res geſtæ haud in omnibus conſtantes. 372.110
Epiphanius tentatus in exilio à Gnoſticis. ibid.109. recipit legatos è Pamphilia. 374. 13. quando & cur ſcripſerit Ancoratum. ibid. quando & qua de cauſa ſcripſit librum de Hæreſibus. 375.16
Epiphanij laudes ex laudatis viris. ib.17
Epiphanius venit Romam ad Concilium. 383.1. hoſpitatur apud Paulam. ibid. ordinat Paulinianum presbyterum inuitum. 393.19. in Ioannem excandeſcit ob Origenis errores, quos ille fouebat. 392. 46. 47.
Epiphanij nomine ſcripta ſuppoſita. ib.50. 51.52.
Epiphanius ſciderit ne velum cum ſacra imagine. ibid. 48. & ſeq quid cum Ioanne Hieroſolymitano Epiſcopo. 392.45
Epiphanij pedes deoſculatur populus. 393. 12. res geſtæ cum Ioanne Hieroſolymis. ibid.11.
Epiphanius calumniã paſſus de hæreſi Anthropomorphitarum. ibi.12
Epiſcopalia iudicia. 381.6
Epiſcopatus contemptus exemplum. 374.5. 378.15.387.7. Valentis tempore collati viris perſonis. 370. 17. 371. 17. quibus in primis cõferendi. 365.19. ambitione Paulinus hæreticus fit. 378.15
Epiſcopatum vt fugerent, quid multi agere ſolerent. 374.12
Epiſcopus qualis eſſe debeat. 372. 102. 374. 2. prædixit conuerſionem Auguſtini. 377.9
Epiſcopi dignitas. 371.96. electi, ne ordinarentur, ſimulabant aliquod admiſiſſe delictum. 374.12. Catholici benè habiti à Iuliano. 361.13. Ægypti Catholici acti in exilium Diocæſaream. 372. 83. conueniunt Conſtantinopoli, vt Gregorium in ſede epiſcopali collocent 381.18. Ægyptij non vocati ad Synodum, eò quòd fauiſſent Maximo. ibid. 19. inſigniores, qui interfuerunt Conſtantinop. Concilio. ibid.21. qui ex Ægypto venerunt pro Maximo contra Gregorium. 379. 25. frumentarij. ibid. 26.
Epiſcoporum iudicium quale. 381.6
Epiſcopi Principibus morigeri & addicti quales ſint. ibid. 47. quatuor vno tempore Antiochiæ. 371.12
Epiſcopi qui à Valente iuſſi ſunt ſolũ vertere. 370.17. multi neophyti & laici poſt Ambroſij electionem ſunt creati. 375.21. nec laici nec neophyti eligi debent. ibid. lapſi pœnitentes reſtituti, qui Arimini cecidiſſe videri poterant. 362.224. lapſi ad Eccleſiam reuerſi in eodem ſtatu ſæpius relicti. ibid. 187. declaratur hoc. ib. & 209 210. Orthodoxi omni fide maiores nominati in edicto Theodoſij. 381. 74. Donatiſtæ tempore Theodoſij vltra quadringentos. 394. 42. Galliarum huius temporis clari. ibid. 98. qui interfuerunt Concilio Antiocheno, & profeſſi ſunt eidem Catholicam. 363. 142. iuniores, qui interfuerunt Concilio Conſtantinopolitano, quales eſſent. 381. 47. 67. eorum iactantia in litteris ad Damaſum datis. ib. 73. qui venerunt Romam ad Synodum. 382.3. & humiles & erecto animo pro temporis ratione eſſe debent. 370. 43. exules à Iuliano reſtituti. 361. 13. exules à Iouiano Imperatore reſtituti. 363. 130. exules reuocati à Valente inuito. 377. 2. exules liberati à Gratiano. 378. 33. Theſſalonicenſes huius ſæculi. ibid. 42. tantum concionari ſoliti in Africa, non autem presbyteri. 391. 35. reprehenditur hæc conſuetudo à S. Hieronymo. ibid. 36. qui interfuerunt quartæ Synodo Conſtantinopolitanæ. 394. 25. duo in vna ciuitate eſſe prohibiti. 366. 10. in exilium acti impulſu Arianorum Alexandriæ. 372. 85. à Firmo legati de pace mittuntur ad Theodoſium. 377. 35. Orientales Catholici expulſi à Valente. 370. 1. Orientales cum Occidentalibus digladiantur in Concilio Conſtãtinopolitano. 381. 53. vocati Romam ad Synodũ. ib. 57. Priſcillianiſtæ damnati in Concilio Cæſaraugustano. ib. 103. & ſeq. Hiſpaniarum qui damnarunt Priſcillianum & ſocios. ibid. 103. quam cauere debent iudicium ſanguinis. 386. 33. ex quibus aſſumendi, è magiſtratibus primum, deinde ex eccleſiaſticis ordinibus. 365. 19. qui interfuerunt Concilio Mediolanenſi. 390. 47. Concilij Tyanenſis. 365. 28. depoſiti recipiunt ſuas ſedes vigore litterarum Liberij Papæ. ib. 15. ſubſcripti Alexandrino Concilio. 362. 203. lapſi an ad ſuam Eccleſiam reſtituendi eſſent pœnitentes, diſputatur in Synodo Alexandrina. ibid. 233. 211. duo vnius Eccleſiæ quando & quomodo paſſi. ibi. 183. cur ex laicis ſæpè eligerentur. 375. 11. Catholici inter ſe diuiſi occaſione Ithacij. 386. 23. electione abſtinet Valentinianus. 374.3
Epiſcoporum eſſe, & nõ Imperatorum curare Eccleſiaſtica. 364. 12. legatio ad Valentinianum pro Concilio conuocando. ibid. ſubſcripti Concilij Conſtantinopolitani inuerſa. 381. 38. electio quanta cura peragenda. 369. 49. electio ex decreto Illyricanæ Synodi. 365. 19. electiones vbi agerentur. 386. 38. poſtulatio quomodo à populo fieret. 369. 49. & ſeq. vita qualis eſſe debeat. 381. 60. Conſtantinopoli. Synodi deſcriptio. ibid. 66. eorum iactantia. ibid. 72. palliola in numiſmate expreſſa, 394. 10. 11. eſſe, & non monachorũ, diſputare de fide. 378. 61
Epiſcopos ne ſibi eligant hæretici. 384. 32. inter ſe diſcordes velato prætextu Iulianus in concordiam reuocare ſingit. 361. 18. Ariminenſis Concilij Taurus detinet & affligit. ibid. 8. vltra diœceſes ſuas iura epiſcopalia exercere vetitum Concilio Conſtantinopolitano. 381. 34. de rebus eccleſiaſticis iudicare. 385. 31. eoſdem à ſuis epiſcopis iudicari. 386. 16. Principibus adulari, indignum. ibid. 20. Imperatoribus præſtare. ibid. 21
Epiſtola Ambroſij ad Vercellenſem eccleſiam quando ſcripta. 371. 116. Ambroſij ad Iugenium. 392. 19. de obitu Valentiniani. ib. 21. Ambroſij de ſua legatione ad Valentinianum. 387. 47. Ambroſij de cauſa Flauiani & Euagrij. 389. 68. Ambroſij ad Marcellinam. 387. 19. ad Marcellinam de inuectione SS. Martyrum Geruaſij & Protaſij. ibid. 38. Ambroſij ad Theodoſium poſt cædem Theſſalonicenſiũ. 390. 11. Arianorum ad Germiniũ Semiarianum. 366. 26.

Athanasij ad Ruffianum. 362. 209. ad Iouinianum Imperat. de fide. 363. 133. Basilij consolatoria ad monachos persecutione vexatos. 375. 14. Basilij consolantis Alexandrinos rẽpore persecutionis Lucij. 372. 100. Basilij ad Ambrosium. 375. 18. ad Athanasium. 371. 79. Basilij consolatoria ad Antiochenos. 370. 35. Basilij ad Occidentales. 372. 5. ad Euaisenam Ecclesiam. 377. 5.

Epistolæ Basilij ad Iulianum fragmentum. 362. 63. ad Libanium. 363. 93

Epistola Basilij ad Synodum Tyanensem. 365. 30. ad Theodotũ de rebus gestis cum Eustathio. 371. 43. Constantinopolitanæ Synodi ad Theodosium. 381. 37. Damasi de recipiendo Vitale. 373. 5

Epistolæ Damasi & Aurelij commentitiæ. 377. 11

Epistola Epiphanij aduersus Ioannem Episcopum Hierosolymitanum. 393. 2. Epiphanij ad Ioannem. 392. 47. additamentum ei assutum. ibid. 53. 55. Epistoporum Italiæ ad Illyricos. 365. 26. Germinij Semiariani aduersus Arianos. 366. 27. Gregorij Nazianzeni agentis in eremo ad Amphilochium. 363. 87. Gregorij agentis in eremo ad Basilium. ibid. & 89. ad Basilium creatum Episcopum. 369. 57. alia de non timendo aduersarios. ibid. 58

Epistolæ duæ Gregorij ad Basilium expostulantis de sede Safimorum oblata. 371. 92

Epistola Gregorij Nazianzeni ad Basilium. 362. 67. Gregor. Nazian. ad Basilium tempore electionis eius. 369. 57. Gregor. Nazianz. ad Bosphorium de suo reditu. 366. 6. ad Bosphorium Episcopum post electionem suam. 371. 99. ad Cæsarium à terræmotu liberatum. 368. 8. ad Cæsarium, cùm esset apud Iulianum. 362. 9. Gregor. Nazianz. ad Eusebium Cæsariensem. ibi. 60. Gregor. Nazianz. ad Eusebium Samosatenum. 369. 53. ad Eusebium Samosatenum exulantem. 370. 9. Gregorij senioris ad Cæsarienses de eligendo Basilio. 369. 49. ibi laudes Basilij. ibid. Gregorij senioris ad Episcopos coactos ad electionem. 369. 51. Gregor. Nazianzen. ad Gregorium Nyssenum reprehendens eum, quod eloquentiæ nimis vacaret. ibid. 65. Gregor. Nazianz. ad Eudoxium de Basilij obitu. 378. 6. Gregorij Nazianz. ad Gregorium Nyssenum, de obitu Basilij. ibid. 5. Gregorij Nazianz. ad Nectarium obiurgatoria. 384. 31. Georgij Nazianz. de Synodo ad Posthumianum. 383. 24. Gregorij ad Saturninum de Synodo. ibid. 25

Epistolæ Gregorij recusantis venire ad Synodum. 382. 7

Epistola Hieronymi ad Asellam. 385. 13. ad Damasum. 372. 30. Hieronymi in Ioannẽ quando & quo impulsore scripta. 393. 2. S. Hilarij de rebus gestis Mediolani cum Auxentio Ariano Episcopo. 369. 8. Ioannis à Hieronymo Latinitati donata, sed furto subrepta. 393. 11. Iuliani ad Basilium. 362. 6. Iuliani ad Arsacium de mutatione rerum Christianorum. 362. 306. Iuliani ad Aetiũ. 361. 16. Iuliani ad Alexandrinos de nece Gregorij. 362. 166. Iuliani de quærendis libris Georgij Ariani. ibid. 170. alia Iuliani ad Alexandrinos de Athanasio. ibi. 244. Iuliani contra Athanasium. ibid. 241. alia contra Athanasium. ibid. 242. Iuliani ad Artabium, qua Christianos nomine Galilæorum fugillat. 361. 19. Iuliani ad Ecebolium. 362. 13. ad Bostrenses. ibid. 155. Iuliani ad Hermogenem. 361. 7. ad Libaniũ. 362. 16. Iuliani ad Iudæos. 363. 8. ad Xenonem medicum. 361. 14. Iuliani ad Libaniũ in procinctu militari scripta. 363. 30. 33. Libanij ad Ioannem Chrysostomum. 382. 63

Libanij ad Basilium. 362. 64. alia Libanij ad Basilium. 363. 94. Liberij ad Episcopos Italiæ. 362. 178. eiusdem alia ad Episcopos Orientales. 395. 11. eiusdem alia de restituendis Episcopis ad eosdem. ibid. 15. Maximi ad Valentinianum pro S. Ambrosio. 378. 33. Maximi ad Siricium. ibid. 65. Meletij ad Occidentales. 371. 15. Petri Alexandrini de persecutione Arianorum. 372. 73. Siricij ad Mediolanensem Ecclesiam de damnatione Iouiniani & sociorum. 390. 39. ad Himerium Episcopum Tarraconensem. 385. 6. Synodi Antiochenæ ad Iouinianum. 363. 141. Synodalis Damasi ex Romano Concilio contra Auxentium. 369. 29. Synodalis Episcoporum Galliæ ad Orientales. 362. 230. Synodalis Illyricorũ Episcoporum. 365. 18. Synodalis ex Concilio Mediolanensi ad Siricium Papam. 390. 44. Synodalis ex Concilio Cõstantinopol. ad Damasum. 382. 9. Synodalis Cõcilij Alexandrini. 362. 193. Synodi Constantinopol. ad Theodosium. 381. 37. Synodalis ex Concilio Antiochenono ad Iouianum. 363. 141. Synodalis ex Concilio Aquileiensi. 381. 92. Valentiniani ad Prætextatum de expellendo Vrsicino. 368. 2. alia ad eundem. ibid. & 4. de electione Siricij. 385. 6. de construenda basilica S. Pauli. 386. 29. Valentis Imperatoris de fide Catholica tenenda. 365. 21. Valentis & Valentiniani ad Arianos de recta fide. ibi. an Valentiniani etiam verè sit. ibid. 24

Epitaphium à Damaso Papa conscriptum. 383. 1. Picentiæ à Liberio Papa consignatæ. 367. 5. S. Marcellinæ sororis S. Ambrosij. 383. 17

Epulas faciendi ad Memorias martyrum mos. 384. 29

Equus Valentis Imperatoris curatus ab Aphraate monacho. 370. 74

Equi Iuliani interitus. 363. 33

Equuleus tortura qualis. 367. 25

Eremus Basilij & Gregorij Nazianzeni qualis. 362. 70. 363. 87

Error Sozomeni in reditu Basilij ab eremo. 366. 19. Sozomeni & aliorum in tempore Valentis persecutinis. 366. 5. Sulpitij & Gregorij Turon. in tempore obitus Hilarij. 369. 22

Errores & mendacia de Damaso refelluntur. 369. 15

Error cuiusdam, Isidis imaginem B. Virginis esse arbitrantis. 363. 25

Eruditis viris magistratus contulit Iulianus. 361. 4

Etherius tabellarius Damasi ad Hieronymum. 378. 63

Etruscos Aruspices secum duxit Iulianus. 363. 48. Vide, Aruspices.

Euagrius comes quid sub Iuliano. 371. 9. Antiochenus cum Eusebio venit in Italiam. 362. 226. agit contra Auxentium. 369. 27

Euagrius Episcopus delectus à Catholicis Constantinopoli. 370. 25

Euagrius Pampiani Antiochenus rediit ab Occidente, quo profectus cum Eusebio Vercellensi fuerat. 372. 9

Euagrius cum Hieronymo peregrinatur in Orientem. 371. 38. dines valdè & pius Hieronymum alit in eremo. 372. 43

Euagrius Antiochenus Episcopus. ibi. 38. 43

Euagrius Antiochenus subrogatus in locum Paulini. 380. 64

Euagrius Ponticus discipulus Gregorij Nazirzeni. 379. 25

Euagrius Ponticus diaconus Constantinopolitanus. 381. 78. cum Nectario remansit Constantinopoli. ibid. 79. profectus in Ægyptum. 388. 103. fouet Origenis errores. ibid. 104. 105

Euagrij Pontici scripta. ibid. 105

Euaisena Ecclesia in Armenia. 377. 5. quid apud eam Basilius. ibid.

Euangelium Ioannis repertũ in specu templi Hierosolymorum tradit Nicephorus. 363. 19

Euangelica consilia quo consilio Iulianus seruanda Christianis proponat. 362. 283

Euangelicæ historiæ quaternarius numerus quatuor animalibus confignatur. Præfat. 1

Euchaitæ hæretici ijdem Massaliani. 383. 39

Eucharistia super altare. 362. 270

Eucharistiam in itinere deferendi vsus. 383. 15

Eucharistia manibus accipi solita. 361. 3

Eucharistiam accipiebant, sed non consumebant Priscillianistæ. 388. 69

Eucharistiæ canibus datur à Donatistis, nõ sine diuina vltione. 372. 267

Eucharius martyr in Gallia sub Iuliano. ibidem 256

Euchrocia & Procula à Priscilliano seductæ. 381. 109

Euchrocia occisa à Maximo cum Priscilliano. 385. 24

Eudoxius baptizat Valentem tem Imperatorem. 366. 4. à Lampsaceno Concilio damnatus. 365. 3. 5

Eudoxius Episcopus Constantinopolitanus sub Iuliano. 362. 42

Eudoxius qualis fuerit. 381. 31

Eudoxij Ariani Constantinopolitani Episcopi obitus. 370. 25

Eudoxiani exagitati à Semiarianis. 362. 238. damnati Lampsaci, 365. 3. 5. in Concilio Constantinopolitano damnantur. 381. 30

Eugenius & Macarius audacter Iuliano Antiochiæ restiterunt. 362. 90. eorundem martyrium. ibid. 91

Eugenius deportatus in Oasim. ibid. ennuchus fauet Procopio tyranno. 364. 14. creatus Imperator ab Ethnicis. 392. 15

Eugenij plures. ibid.

Eugenius Asellus. ibid. 16. famulus Arbogastis dictus. ibid. Imperator legationem ad Theodosium mittit. ibid. 17. erga religionem Christianam inhdus. ibid. eius promotor Flauianus Gentilis. ib. 17. 18. ab Ambrosio reprehensus. ibid. 18. 19. reddidit sumptus ad sacrificia. ibid. 20. decipitur falsis oraculis. ibid. 25

Eugenij ad bellum apparatus comparatus ex dæmonum præsidijs. 393. 37

Eugenius Christianus licet esset, tamen deditus superstitionibus Gentilitijs. ibid.

Eugenij minæ in Mediolanensem Ecclesiã. 394. 1. munitiones simulacra deorum. ibidem 18. Alpes munit idolis. ibid. 1

Eugenij impietas in bello & vbique ostensa. 393. 37. exercitus signum primarium idolum Herculis. 294. 1. conflictus cum Theodosio. ibid. 6. & seq.

Eugenius victus & occisus. ibid. 12

Eulalius creatus Episcopus Nazianzen. 382. 6

Eulogius presbyter Edessenus egregius cõfessor exulat. 371. 110. eius exilium cum Protogene. ibid. 111. cum Protogene exul conuertit infideles ad fidem. ibid. 113

Eulogius Episcopus Edessæ ordinatus. 378. 48

Eunapius Sardianus in monachos insensus, 389. 79

Eunapius impius quid in martyres & eorũ reliquias. ibid. 81

Eunomius Episc. Samosateno Arianus. 370. 31. ordinatur Episc. Cyzenus. 366. 21

Eunomij fastus & horrendæ blasphemiæ. ibid. 24. tumorem mentis deprimit S. Basilius. ibid. res gestæ. ibid. 3. eius blasphemiæ & mores. ibid. 24

Eunomius alius Episcopus Samosatæ. ibid.

Eunomianos etiam Ariani detestabantur. 378. 33

Eunomiani edicto Gratiani damnati. ibid. inter ſe diſſidentes. 391.21
Euodius Conſul quid cum Martino. 386.31
Euoltius diaconus relegat⁹ in Oaſim. 370.12
Euortius Epiſc. Aurelianenſis. 374.22
Euphrates fluuius in Tigrim foſſa deductus 363.45
Euſignius martyr Antiochiæ ſub Iuliano. 361.126
Eupſychius martyr incenſor templi Fortunæ. ibid.53
Eupſychij martyrij cauſæ. ibid.
Euſebius Epiſcop. Bononienſis, cultor virginitatis 377.10
Euſebius Bononienſis Epiſc. interfuit Concilio Aquileienſi. 381.81
Euſebij Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ electio ipſo inuito. 362.50. & deinceps.
Euſebius infenſus Baſilio. ibid.57
Euſebius Epiſcop. Cæſareæ Cappadociæ redarguitur à Gregorio Nazianzeno. ibid. 60. interfuit Synodo Tyanenſi. 367.22
Euſebius reconciliatur Baſilio. ibid.24
Euſebius Epiſcop. Cæſareæ Cappadociæ fonet Baſilium, 366.17
Euſebius Epiſcop. Cæſareæ moritur. 369.41. ſuccedit ei Baſilius. ibid.
Euſebius eunuchus Arianus præfectus cubili Imper. Conſtantini necatur. 361.10
Euſebij Præfecti in Baſilium perſecutio. 370.57
Euſebius Præf. interficiendus à populo, liberatur à Baſilio. ibid.60
Euſebius Cremonenſis apud Hieronymum Hieroſolymis. 393.22
Euſebius martyr Hadrianopoli ſub Iuliano 362.80. martyr Gazenſis. ibid.138
Euſebij Samoſatemi laudes per Gregorium Nazianzenum. 369.53
Euſebius Samoſatenus pulſus in exilium in Thraciam. 370.8
Euſebius exulans à Gregorio Nazianz. literis ſalutatur. ibid.9
Euſebius clam ſubducit ſe à ſuis exulaturus. ne impediretur. ibid.8
Euſebius Samoſateni in habitu militari illuſtrat Eccleſias Orientis. 370.14. ad ipſum Baſilij litteræ. ibid.
Euſebij Samoſateni requiruntur litteræ ad Occidentales. 371.14
Euſebius Samoſatenus nouos ordinat Epiſcopos, Acacium Bereæ, Theodotum Hierapolis, Euſebium Chalcidis, Iſidorum Cyri. 378.48
Euſebij Samoſateni martyrium, occiſus à fœmina Ariana. ibid. legatio pro reſtituendis Eccleſ. ibid.49
Euſebius Vercellenſ. venit Alexand. ad Concilium. 362.170. ſubſcriptio cum fidei profeſſione. ibid.23
Euſebius Vercellenſ. legatus ad erigendas Eccleſias collapſas. ibid.206
Euſebij Vercellenſ. reditus in Italiam. ibid. 226. eius laudes. ibid.
Euſebius & Aſterius legati ex Concilio Alexandrino ad Antiochenos. ibid.193
Euſebij res geſtæ poſt reditum. ibid.202
Euſebius Vercellenſ. viſitat Eccleſias Orientis. ibid.212. commotus in Luciferum. ibidem, 213. cauſa recens. ibi. 214. & deinceps.
Euſebij Epiſcopi Vercellenſis res geſtæ. ibidem. 236. obitus. 371.116. idem confeſſor à maioribus dictus. ibid.117. an dicendus ſit verè martyr. ibid. vitæ cenſura. ibid.118
Euſtachius, Epipdius, Marcellus, & ſocij martyres ſub Iuliano. 363.25
Euſtathius Macedonianus Epiſcopus. ibid. 238. à Baſilio recipitur cum profeſsione fidei Catholicæ. 371.36
Euſtathius rurſus Catholicam fidem deſeruit. ibidem 42
Euſtathius Sebaſtenus legatus cum alijs Romam ad Liberium R.pam. 365.7. recipit ſuam Eccleſiam litteris Liberij Papæ ibidem. 15. exhibet Synodo Tyannenſi litteras Liberij Papæ. ibid. 32. ſedem recipit. ibid.
Euſtathij Sebaſteni res geſtæ antè & poſtea cùm reuerſus eſt in ſuam Eccleſiam. ibidem. 33
Euſtathius cur recurrit ad Romanum Pontificem. ibid.35
Euſtathius epiſc. Antiochenus quo tempore vixit. 370.29
Euſtathius rurſus in hæreſim lapſus ſtruit calumnias Baſilio. 371.42
Euſtathij ſimulatio detecta. ibid.44
Euſtathius Sebaſtenus olim Romæ receptus, qualis eſſet. 372.6
Euſtathij Sebaſteni cauſa ab exordio repetita. ibid.7
Euſtathius ſæpè lapſus, & ſæpè receptus. 365. 33. 372.7
Euſtochium filia S. Paulæ. 382.40. laudatiſſima virgo. ibid.45
Eutychius capite damnatus querela Gamalielis Patriarchæ. 393.23
Euthymius procurat exilium Ambroſij, ſed ipſe exulauit. 387.2
Euthymij in Ambroſium audacia diuinitus punita. ibid.
Euzoij duo, ambo Ariani. 367.2
Euzoius epiſc. Arianus Antiochiæ. 362.213. agit contrà Athanaſium. 363.45
Euzoij Ariani epiſcopi Antiocheni obitus. 376.10
Excommunicationis pœna. 370.92
Excommunicatio iaculata ab Athanaſio in Præfectum Libyæ. ibid.91
Excommunicatus Theodoſius luget. 390.21
Excommunicatis communicare non licet. 386.29
Excommunicato quæ denegentur. 370.92
Exequias Chriſtianorum vetat Iulianus die agi. 363.20
Exercitus Iuliani quaſi momento redditus Chriſtianis, eligit Chriſtianum Imperatorem. ibid.116. Theodoſij ſignum Crux. 394.2. Romanus premitur anguſtijs in Perſide. 363.46. & ſeq.
Exercitum ad vincendum armat religio. 378.9.15.17.18.21
Exorcizare parietes & pauimenta Catholicorum, opus Donatiſtarum. 362.369
Exilium Meletij. 370.37
Exilium irrogatum à Valente omnibus Epiſcopis Catholicis. 370.1
Exules ſub Conſtantio reſtituti à Iuliano. 361.13. ſub Conſtantio recipiunt ſua à Iuliano. ibid.17
Expeditio Theodoſij in Maximum quàm religioſa. 388.51
conſulit ſanctos viros. ibid.52. debellat hæreticos. ibid. & 53
Expiatio Gelli cædibus. 394.21. & ſeq.
Exploratores Baſilij doctrinæ. 371.59
Exuperius inſtitutor Furiæ viduæ. 394.24
Exuperius Toloſanus clarus ſanctitate. ibidem. 98

F.

FAbia Paulina vxor Prætextati. 382.51
Fabiolæ pœnitentia publica. 390.32
Fabri filius parat loculum Iuliano. 363.32
Faces ardentes in funere Chriſtianorum. 368.10. 381.41
Fægadius Epiſcopus in Gallia. 374.12
Fames ingens in Oriente ſub Valente. 367.33
Faſtus inſimulatus Baſilius, an iure. 372.31. inſimulata Romana Eccleſia an iure. ibidem.
Fauſtinus ſchiſmaticus fauet Vrſicino. 367.14
Fauſtinus presbyter cum Marcellino afferunt libellum Theodoſio, eiicuntq; reſcriptum. 388.37
Federicus Metius tranſlator epiſtolæ Iuliani. 362.256
Felix Diabenſis Donatiſta. ibid. 266. Idcirenſis Donatiſta peſsimus. ibid.267
Felix Præfectus Ærarij dira paſſus ob ſacrilegium. 362.104.107.108
Felicis Nolani martyris ſtudioſus Paulinus. 395.87
Felicis Epiſcopi Treuerenſis ordinatio. 386.29.38
Feliciani & Prætexati libellus. 394.45
Felicisimus Priſcillianiſta occiſus cum Priſcilliano à Maximo. 385.24
Felicitas nobilis Romana diſcipula S. Hieronymi. 381.46
Fœminæ Vercellenſis ſepties iſtæ hiſtoria. 367.23
Fœminarum peregrinatio reprehenditur. 386.40
Fœminæ deceptæ à Priſcillianiſtis. 381.101. vetitæ à Patribus cõuenire in ſacris cum viris.
Fœminæ Antiochenæ ſpectata conſtantia. 388.10. Chriſtianæ magua conſtantia. 370.77. ſtrigæ magæ. 382.12
Feſti Proconſulis idololatriæ miſerandus interitus. 360.20
Feſti dies Iuliani Imper. initio vbique Gentium ritu celebrantur. 361.1
Feſtum ab Alexandrinis ſtatutũ ob euaſum periculum ex maris excreſcentia. 365.30
Fidei arma contra hoſtes Chriſtianis ſumenda. 378.16
Fidei profeſsio Paulini Epiſcopi Antiocheni. 363.49
Fides Catholica omnia ſecum bona affert. 381.10. in ſede Petri. 342.35
Fidei Catholicæ commendatio. 370.87
Fides ſanctorum Patrum cuſtodienda. 363.136
Fidei Chriſtianæ propagatio tempore perſecutionis Arianæ. 372.103. & deinc. profeſsio Catholica ex Concilio Illyricano. 365.20.24. profeſsio Paulini Antiocheni Epiſcopi. 363.149. profeſsio Auxentij. 369.15. profeſsio Catholica oblata à Macedonianis Liberio Papæ. 365.6.9. confeſsio Baſilij ad Iulianum data. 362.7. regula firmata in Concilio Antiocheno. 378.44. veritatem dæmones confitentur. 387.40. cauſas ab Epiſcopis tractandas. 386.15.16.
Fides Catholica arma milites ad vincendum. 378.1.11.23.28. 379.11
Fides Catholica cùm impugnatur, barbari inſurgunt & ſuperant. 376.8. 378.17.18.21. 23.28. Chriſtiana cùm magis concutitur, tunc ſolidius firmatur. 362.261. Catholica contra Arianos teſtata miraculis Antiochiæ. 370.73.74. & ſeq. Nicænæ Synodi ab Athanaſio celebratur, & narratur. 363.153. Occidentalium concors ſub Liberio. 365.14
Fidicinæ & pſaltriæ lege Theodoſij prohibitæ. 372.113
Filij Valentiniani, & filiæ. 375.6
Firmi presbyteri martyrium ſub Valentiniano, 372.113
Firmus noluit hominem prodere apud ſe latitantem. ibid.
Firmus tyrannus in Africa. 373.31. oppugnat eum Theodoſius ſenior. ibidem. eiuſdem obitus. ibid.36
Flaccilla nominanda eſt, quam Græci Placillam dixerunt. 385.35. Ælia ei cognomen ibid.36
Flauiæ Iouinæ epitaphium. 367.2
Flauiani aduerſus Paulinum & Apollinarĩ oratio. 378. 37. Epiſcopi Antiocheni cauſa iterum ventilata Conſtantinopoli.

383. 32. prudentia in detegendis Masalianis. ibid.37
Flauiani oratio pro Antiochenis coram Theodosio.388.26.& seq. Episcopi Antiocheni legatio.ibidem.24. occurrit magistratibus. ibid.25. quid cum peruenit ad Theodosium. ibid.26
Flauiani causa rursus Romæ agitata.389.64. causa delegat Theophilo Alexandrino. ibi.67.in Theodosium mira ingratitudo. 394.16
Flauianus Præfectus Vrbis solicitat deos pro victoria Eugenij. 393.37
Flauiani operis monumentum. 394.17
Flauianus Expræf. relegatus ad aquas Taurinas, 362.153
Flauianus Episcopus exulante Meletio quid præstiterit.370.69.per calumniam Paulinum accusauit. 378.39. & Diodorus curant Ecclesiam Antiochenam post exilium Meletij 370.69.75.quid cum Paulino. 378.37.ordinatus successor Meletij in Synodo Constantinopolitana.381.42.51.382. 14. Episcopus Antiochenus eligitur. 381. 51.eam rem indignatur Damasus. 381.97. non tamen anathematizat,sed tolerat.382 18.386.52.profectus Constantinopolim ad Synodum. 382.54. ab angelo admonitus de ordinatione Chrysostomi. 393.35. cum concionatur Antiochiæ,ei defert Ioannes Chrysostomus. ibidem.37. refugit iudicium.389.67.Gentilis promotor Eugenij, 392.17.18. dcorum protector ab eis delusus.394.16.cum Eugenio ad bellum. ibid. 1.& deinceps.
Florentiæ ciuitatis Ambrosius studiosus. 392.25
Florentius Comes quid sub Iuliano. 361.8. Aquileiensis monachus laudatur. 372.42. Puteolanus schismaticus. 381.3
Fœdus cum Persis initum à Iouiano. 363. 119.fœderis conditiones.ibid.121. Theodosij cum Maximo. 386.1
Fœnerari vetitum in Rom.Synodo. 381.20
Fons baptismalis in Vaticano à Damaso extructus. 384.18
Fons atrij basilicæ Vaticanæ. ibid.
Fontes exiccati ob Iuliani impietatem. 362. 116
Formula illa, Et quod excurrit, quid importet. 368.14.15
Fortunatus Manichæus ab Augustino superatus. 392.31.& seq.
Fortunæ ara in Palatio à Iuliano erecta.362. 37
Forum Ecclesiasticum illibatum vult Theodosius.385.20.seculare clerici vitent.369. 55
Fossa ab Euphrate in Tigrim deducta.363.45
Fratres appellati aliquando schismatici & hæretici à Catholicis. 368.13
Frigidus amnis, vbi victus est à Theodosio Eugenius. 394.13
Frumentū Hierapolitis à Iuliano ademptū. 362.281
Fuga Gregorij in solitudinem. 371.100. reuocatur à patre.ibid.& 101.Basilij.ne crearetur Episcopus. 369.45. Hilarionis à persecutione. 362.141
Fulgura in pluuiam fecit Deus, cum dispertitas linguas super Apostolos pluit. Præfat.1
Fuluij Vrsini sincera fides cum peritia. 394. 10
Funarius appellatus pater Valentiniani.364. 5.
Fundana basilica à Paulino erecta, & reliquijs sanctorum locupletata. 394.92
Funera Christianorum agi die prohibet Iulianus. 363.20
Funeris honore moriens haberi sibi vetuit Ephræm. 378.14
Funus infame Iuliani Apostatæ. 363.63.Cæ

G.

Galatæ martyres. 362.72
Galates filius Valentis. 363.49
Galilæus Christus à Iuliano dictus ignominiæ causa. ibid.57
Galilæi dicti à Iuliano Christiani, quos fugillat ad contemptum.361.19.à militia rejecti lege Iuliani. 362.284
Galilæorum amentia, in ore Iuliani frequens.361.16.19.nomine carpuntur Christiani. 361.89
Galla nupta Theodosio. 387.58
Galla Placidia pro Galla Augusta. 388.100
Gallæ Augustæ obitus. 390 75
Gallicanus Consularis quid passus sub Iuliano. 362.254
Gallicani Consularis egregium Christianitatis exemplum. ibid.
Gallorum martyria sub Iuliano. ibid.256
Gaudentius & Iouinus spoliant templi idolorum. 389.12
Gaudentij Episcopi Brixiani electio. 386.6. eius res gestæ & peregrinatio. ibidem 7
Gaufridi de rebus Britannis libricensura. 383.4
Gazæ incensæ Ecclesiæ Iudæis sub Iuliano. 363.6
Gazenses Gentiles persequuntur Christianos. 362.138.141
Gazenses à Iuliano ex agitati. ibid. 138. eius martyres. ibid.& seq.
Gazensis Ecclesia & Maiumatensis vnitæ. ibidem.137
Gazensium martyrum reliquiæ. ibid.138
Gelasius Episcopus Cæsareæ Palæstinæ.394 30.nullam prærogatiuam cognouit sedis Constantinopolitanæ. 391.31
Genadij error de temporibus Tironij.368.13
Gentiles contra Christianos ex licentia iudi vbique armantur. 362.139
Gentiles Alexandrini agunt contra Athanasium.ibid.339.ausi sacrificare,& aras erigere sub Gratiano.376.3.idolorum cultores legibus Theodosij cohibiti.381.116.à Ioanne Chrysostomo ad fidem conuerti. 386.63.exultant de Maximi imperio,& illi fauent.383.6.387.67. Romanos Senatores Maximus spe dentulcet. 383.6. Orgia celebrantes Apollinij oratione immobiles fiunt.362.160. eadem liberati ad Christum conuertuntur.ibid.16. exultant ob victoriam de Valente. 378.27. frustra ob Valentē hæreticum victum exultant.ibi. Senatores legationem mittunt pro cultu deorum.382.52.quid in Ecclesiam Alexandrinam.372.73.Senatores Romani Maximo fauent aduersus Gratianum. 362.103. scommatibus Maximo Imperium augurantur.ibidem.104.venientem excipiunt summa cum lætitia.387.64.noua cœpere moliri in Romanum Imperium. 391.7
Gentib⁹ imperare recusat Iouian⁹. 363.116
Gentiles ægrè ferunt Iouianum Imperatorem creatum.ibid.117. Sapori Persæ mallent, quàm Iouiano Christiano parere. ibid. deridentes Iouianum Imperatorem. ibid.128
Gentilis hominis querela in Christum de obitu Iuliani. ibid.66
Gentilium templa & sacra à Iuliano restituta. 361.19. in nostros sub Iuliano sæuitia. 362.145.carnes martyrum edunt.ibidem. 149.res collapsæ Romæ sub Gratiano.383. 5.restituuntur à Maximo. 387.64. legatio ad Valentinianum pro sacris restituendis.392.2.Romæ res collapsæ.383.5. superstitio sub Valentiniano reuiuiscit. 376.3. etiam viget sub Valente.377.1. turpitudo sacrorum prætextu.362.19.Syrorum grassatio in Christianos.ibid.145. turpitudo in prostituendis suis virginibus.ibid.150
Gentilitas in Christianam religionem amatur in bello Eugeniano. 394. 1. & deinceps.
Georgius Arianorum Episcopus, quæ passus ab Alexandrinis. 362.162.164. detexit abominationes Ægyptiorum deorum. ibid. 163. Arianus minimè adnumerandus inter martyres. ibid.165
Georgij Episcopi Ariani scelera patrata.ibi. necem ægrè ferre simulat Iulianus. ibid. arguit leniter de ea Alexandrinos. ibid. 166
Gregorij libros omni studio perquirit Iulianus. ibid.169. Episcopi Ariani bibliotheca. ibid.70
Germinij Semiariani aduersus Arianos epistola. 366.27
Gerontij diaconi magiæ. 382.23
Geruasij & Protasij corpora S. Ambrosio reuelata.387.37.translatio,& miracula in ea edita. ib.inuentio. ib. eorum reliquiæ ad varias Ecclesias mittuntur.ibidem.42. Romæ basilica ijsdem statuitur. ibidem.
Getarum nomine Gothi intelliguntur. 370. 116
Gildo tyrannus in Africa. 375.76. Firmi frater Donatistis fauet. ibidem.
Gildonianus cognominatus Optatus Donatistarum Episcopus. ibid.
Gladiatores ne sint qui sunt ex familia Imperatoris. 367.1
Gloria Patri,&c.in fine cuiusque Psalmi dicendum, cautum concilio Rom. 382.21. Orientalis Ecclesia in fine hymnorum addere consueuit.ibid. & eius exemplum S.Ambrosius in Ecclesia Mediolanensi secuta.3. ibid.& 387.15
Gloria Patri & Filio cum Spiritu sancto, vel in Spiritu sancto, vel & Spiritui sancto. 371.72.73.& seq.
Glorificationis hymnus quo modo à diuersis pronunciari solitus. ibid.71.& seq.
Gnostici Hæretici ex Ægypto in Hispaniam. 381.99.Gnostici tentant Epiphanium. 372. 109
Gnosticorum nonnulla institua. 387.103.& seq.& dogmata. ibid.113
Gog & Magog pro Gothis ab Ambrosio recepti. 378.17.19
Gordiani Vicarij Vrbis Romæ sub Iuliano martyrium,& aliorum. 362.254. martyris sepulchrum iuxta Epiphanium. ibid.
Gothia Audiana hæresi inficitur. 370.114
Gothi Getæ vocati. ibid.116
Gothi martyres.371.114. quando Ariani facti. 370.109. & quando Christiani. ibid. 110. signo Crucis prælati vincunt Athanaricum.ibid.116. magno Roman. Imperij damno permissi sunt Istrum transire. 376.7.sub Valente Orientem depopulantur.377.4. Valentem vincunt.378.15. fœderati in diuersis locis occidi iussi.ibi.29. superati à S. Episcopo Acholio & fugati. ibid.30. deuastant Thracias & Græcias. ibi.32.victi à Theodosio.379.4.in amicitiam recepti à Gratiano. ibid.5. subdunt se Romano Imperio. 381.11. ab Athanarico martyrio coronati an Catholici fuerint. 370.112.371.111
Gothorum Ecclesia persecutionem passa ab Athanarico 370.105.& seq. bellum ciuile. ibid.108.bella ab Ezechiele prædicta. 378. 17.an hoc probetur.ibidem.20. Episcopi Theophilus,& Vulphilas.370.110. & Nicetas.ibid.116. qui tantum facti sint Ariani.ibid.113. Ecclesia florens.ibid.116. Ecclesia à Niceta excolitur. ibid.
Gothos litteras Vulphilas docuit, easq; primus apud eos inuenit. ibid.110

Gothica expeditio Valentis. 364.15. belli exitus. 365.13
Gothicum bellum triennale. ibid. bellum cum Valente pace ſedatum. 369.67
Gracchus Præfectus P. ſiue V. demoliturꝰ dola. 383.5
Græciæ illatæ clades à Gothis & alijs barbaris. 378.32
Græcorum ſchiſmaticorum & Donatiſtarum eadem conſuetudo. 362.277
Grandinis plaga, qua Oriens afflictatus eſt ſub Valente. 367.33
Grata filia Valentiniani. 375.6
Gratianꝰ pater Valentiniani ſenioris cognomento Funarius. 364. 5. creatus Auguſtus. 367. 20. poſt obitum patris cum Valentiniano puero imperat. 375.6. Valentiniano honorem Conſulatus concedit. 376.1. aduerſus hæreticos edit legẽ. ibid. & 378.33. prohibet hæreticos conuentus agere. 376.1. quid de Eccleſiaſtico iudicio reſcripſit. ibid. 6. mittit copias ad Valentem aduerſus barbaros. 377.4
Gratiani lex aduerſus Donatiſtas, qua prohibẽtur rebaptizare, & reſtituere iubentur Eccleſias. ibid. 5. lex contra Manichæos. ibid. 6 lex aduerſus Arianos. 378.34. reſcriptũ de immunitate clericorum. 377. 2
Gratianus in expeditione bellica aduerſus Gothos poſitus, petit ab Ambroſio libros de fide. 378.16
Gratiani pietas. ibidem.
Gratianus bellum auſpicaturus quærit fidẽ pro defenſione & armis. ibid.
Gratiano certa victoria prædicta ab Ambroſio. ibid.17
Gratiani & Valentiniani inſignia exercitus ibid.18. exercitus quibus conſtaret. ibidem 19
Gratianus ingentem victoriam de barbaris conſecutus. ibid. 21. Alemannos in Gallia debellat. ibidem 24. fauet Catholicis, edictum pro illis dat poſt obitum Valentis. ibid. 33. reuocat exules. ibidem, iubet reddi Eccleſias Catholicis. ibid.34
Gratiani religio. 379.1
Gratianus delegit Theodoſium imp. ibid.3 vincit Alemannos. ibid.6
Gratiani victoria Ambroſij precibus adſcribenda. ibid. 7. priorum vota pro Gratiano. ibid. 8. litteræ ad Ambroſium. ibid. 9. lex aduerſus hæreticos. ibidem 11. lex de collatione clericorum. ibid.13
Gratianus Princeps Chriſtianiſſimus dictus. ibid. 10. petit ab Ambroſio de Spiritu ſancto traditionem. ibid. annuit petentibus agi Concilium Aquileiæ. 380.19
Gratiani reſcriptum aduerſus Vrſicinum ſchiſmaticum ad Aquilinum. 381.1
Gratianus pro Gnoſticis reſcribit. ibid. 110
Gratianus neſciens fauet Priſcilliano. ibid. luit pœnas conceſſi reſcripti. ibid. 111. & 383.20
Gratiani, Valent. Theod. leges de baſilicis contrà Manichæos, & mendicantes validos. 382.73
Gratianus contra Maximum parat copias. 383. 2. nomen reſpuit Summi Pontificis. ibidem 5. Præfecto Vrb. de Gentilium ſuperſtitione iuriſdictionem tribuit. ibid. miuſtè Commodo comparatus ab Ammiano. ibid.11
Gratianus proditus à ſuis occiditur. 376. 5. 383.7. ætas & regni tempus. 383.8
Gratiani probatiſsimi mores. ibid.9. amicos perſequitur Maximus. ibid.12
Gratianus excuſatur ob decreta pro impijs. ibid.20
Gratiani vltimum aduerſus hæreticos & apoſtatas edictum. ibid.
Gratianus Theodoſ. ex Flaccilla filius. 388.36
Gregorius Hiſpaniarum Epiſcopus idem cum Eliberino. 371.122
Gregorius Epiſcopus Eliberinus coniungitur Lucifero Calaritano. ibidem 121. quid pro eo Theodoſius. ibid.122. à Theodoſio liberè dimiſſus. ibid.124
Gregorius Eliberinus libellum de fidẽ ad Gallam Placidiam dedit. ibid. gloriatur de fide ſeruata. ibid. recantat palinodiam ibid. 125. cur Orthodoxorum præconijs celebratus. ibid.
Gregorij Eliberini res geſtæ cum Oſio refelluntur. ibid.
Gregorius Eliberinus laudatur à Theodoſio. 388.69
Gregorius Nazianzenus vna cum Baſilio tentatus à Iuliano. 362.7. quid ad Cæſarium fratrẽ agentem apud Iulianum. ib. 9
Gregorij Nazianzeni vitæ inſtitutio cum Baſilio. ibid.54
Gregorius Nazianzenus proficiſcitur cum Baſilio in eremum. ibid. 59. 65. 363.82. agit apud Euſebium pro Baſilio. 362.60
Gregorij Nazianzeni epiſtola ad Euſebium. ibid. in ea Euſebij cum Baſilio inimiciti am arguit. ibid.
Gregorius Nazianzenus ordinatus inuitus presbyter. ibid.65
Gregorij ordinationis in presbyterũ tempus. ib. de Baſilio mirum deſiderium. ibidem 66. ab eo ad eremum vocatur. ibid. epiſtola ad Baſilium. ibid. 67. prima ſeceſſio. ibid. 68 pietas erga parentes. ibid. 67. cum Baſilio loci per literas. ibidem 69. & Baſilij tempus profectionis in eremum ibidem 72. inuectiua in Iulianum prohibentem Chriſtianos ſcientias diſcere. 362 295. inuectiuæ duæ in Iulianum. 363.76. ex earum ſecunda multa in eum referuntur. ibid. 77. elegans apoſtrophe in Iulianum. ibid.77.80
Gregorius & Baſilius à Iuliano deſtinati ad necem. ibid. 80. quid in eremo cum Baſilio. ibid. 81. virtutum cultor. ibid. 83. eius in ſobtudine vitæ inſtitutum. ibidem 84. ſeorſum habitat à Baſilio. ibid.85
Gregorij in eremo epiſtolæ ad Baſilium. ibidem 87. 89
Gregorius & Baſilius in eremo auſterum vitæ genus ſectati. ibid. 86. deſcribitur locus eremi. ibid.87
Gregorij cum Baſilio in eremo vitæ ratio. ibid. 85. & ſeq. exercitia corporalia. ibid. 89
Gregorius petente Baſilio explicabat illi pſalmos. ibid.90
Gregori epiſtola ad Baſilium de rebus in eremo geſtis. ibid. 87. 89
Gregorij Nazianzeni & Baſilij diſtincta officia. ibid.91
Gregorius quanti eſſet apud Baſilium. ibid. 92
Gregorij modeſtia in corrigendo quod non probaret. ibid. 107. & ſeq.
Gregorius Epiſcopus Nazian. ſenior interfuit Cõcilio Tyanẽſi. 365. 28. ad ſubueniendum Orientali Eccleſiæ ab eremo reuocatur. 366. 6. & Baſilius vocantur ex eremo ob perſecutionem Valentis. ibidem.
Gregorij epiſtola ad Boſphorium de ſuo reditu. ibid.7
Gregorius Nazianz. reuerſus habuit Apologiam de fuga ſua. ibi. 8. non factus Epiſcopus Nazianzenus, ſed auditor patris. ibidem 10. munus concionandi arripuit. ib. 11. curat abſtrahere Baſilium ex eremo. ibid.
Gregori Nazianzeni de plaga grandinis oratio. ibid.32
Gregorius Nazianzenus ſcribit ad fratrẽ à terræmotu liberatum. 368.8
Gregorij pro Cæſario defuncto oratio. ib. 11
Gregorius Nazianzenus agit omnibus viribus vt Baſilius eligeretur Epiſcopus. 369. 48. epiſtola ad Baſilium de electione eius. ibid.47
Gregorij de futura Baſilij electione vaticinium. ibid.43
Gregorius Nazianzenus epiſtolam dat ad Euſebium Samoſatenum, pro electione Baſilij. ibi. 53. audita electione Baſilij cunctatus ad eum accedere. ibid.56
Gregorij epiſtola ad Baſilium electum. ib. 57
Gregorius hortatur Baſilium non timere aduerſarios. ibid. 58. ad Baſilium ſe confert, vſus moderatione ac verecundia. ibid. reprehendit Gregorium Nyſſenum, quòd nimium ſtuderet eloquentiæ. 369. 65. litteris occurrit Euſebio Samoſateno exulanti. 370. 9. Nazianzenus conſolatur litteris Gregorium Nyſſenũ exulantem. ibid. 18. 19. Nazianzenus non reſpicit Apollinarem, antequam damnaretur. 391. 50. & Baſilius hæreſis inſimulantur. ibid. 61. admonet Baſilium de his quibus accuſaretur ab alijs. ibid. & Baſilius in conuiuio acerbè proſcinduntur. ibid. cum alter hæreſis, alter tolerantiæ malæ accuſatur. ibid. 82. egregiam habuit orationem pro Baſilio hæreſis inſimulato. ibid. 64. Baſilium defendit. ibid.
Gregorij & Baſilij in concionando diſtincta ratio, & dictio. ibid. 61. 62
Gregorius Nazianzenus vocatur à à Baſilio ibid. 80. ſubiectus Anthimo. ibid. 86. fedi Safimorum præficitur à Baſilio. ibid. & 87. & ſeq. recuſat præfecturam. ibi. 89. ſuccenſet ea de cauſa Baſilio. ibid.92
Gregorij querelæ in Baſilium ob ſedem Safimorum. ibid.93
Gregorius Nazianzenus expoſtulat litteris Baſilio de ſede Safimorum. ibid. 91. 92. cogitur tandem accipere ſedem Safimoris. ibid. 94. eius ordinatio facta coram Baſilio & patre Gregorij. ibi. orat coram Baſilio, patre ſuo, & Gregorio Nyſſeno. ibidem, 95. ſe excuſat. ibidem. 95. tentatus ab Anthimo inhæret magis Baſilio. ibid. 97
Gregorio occupatis ab Anthimo Safimis, non datur locus accedendi ad ſuam ſedẽ. ibid. 99
Gregorius ſuccenſet Boſphorio Epiſcop. obſui electionem. ibid. iterum fugit in ſobtudinem. ibid. à patre reuocatur ad curã Eccleſiæ Nazianzenæ. ibid.101
Gregorij Nazianzeni natalis contigit ante Epiſcoparum patris, immo ante Baptiſmum. ibid. 102. & ſeq. ætas. ibid.103
Gregorius ſuſcepit regimen Eccleſiæ Nazianzenæ viuente adhuc patre. ibid. 104. qua conditione. ibid. an fuerit ordinatus Epiſcopus Nazianzenus. ibid. 106. Baſilium falſtus arguit. 372. 32. poſt obitum parentis recedit. ibid. 62. abijt Seuleuciam ad S. Theclæ Memoriam. ibid.
Gregorij Nazianzeni anathematiſmi contra Apollinarem. 375. 14
Gregorius Nazianzenus Themiſtium eorum habuit. 376. 9. quid in epiſtola ad Gregorium Nyſſenum de Baſilij obitu. 378.5
Gregorij Nazianzeni ſtatus poſt Baſilij obitum. ibid. 6. de obitu Baſilij ad Eudoxium epiſtola. ibidem.
Gregorij de ſuo vitæ ſtatu querelæ. ibid.
Gregorius Nazianzenus Conſtantinopolim à Synodo mittitur. ibid. 50. tempus eius aduentus illuc. ibid. 51. tempus commorationis Conſtantinopoli. ibi. nonnihil coactus profectus Cõſtantinopolim. ibid. 53
Gregorij Nazianzen. primum hoſpitium Conſtantinopoli. ibidem. 56. conuerſum in Eccleſiam Anaſtaſiam. ibid. 57
Gregorius Nazianz. clam docet Conſtantinopoli apud Nicobolum. ibid. 56
Gregori domus, vbi Conſtantinopoli docebat, in baſilicam erecta. ibid. 58
Gregorius cur Theologus vocatus. ibid. 58
Gregorius primò ingreſſus Conſtantino-

polim

polim quæ passus ibid. 59. apperitus lapidibus ibid. raptus ad tribunal. ibidem
Gregorij in hæreticorum persecutionibus. & in aduersis consolatio. ibid. patientia in prædicatione verbi Dei. 379.14. eius in docendo modestia. ibid.15
Gregorius Nazianzenus contemptui habitus atque derisus. ibid. 15. eius virtus innotescit in Oriente. ibid.16
Gregorium auditurus Constantinopolim venit Hieronymus. ibid.17
Gregorius Nazianz. Hieronymi magister. ibidem
Gregorij modestia in docendo Hieronym. ibid.20. & Hieronymi comparatio. ibi.22
Gregorius Nazianzen. ignorauit latinam linguam. ibid. laudes scripsit Maximi Cynici. ibid.24. quæ illæ sint. ibid. 30. postulatus à populo Episcopus Constantino. ibid. 25. laudat pro concione Episcopos Ægypti. ibid. eosdem vituperat. ibid.32. recantat palinodiam de laudato Maximo. ibid 31. multa in eum. ibid. à suburbano redit Constantinopolim. ibid. non patitur fieri Episcopus Constantinopolitanus. ibid.32. conqueritur de Petro Alexandrino. ibid.
Gregorio Nazianzeno fauit Damasus Papa. 380.5
Gregorius quid contra Maximi scripta aduersus se responderit. ibid. 4. cum Arianis mitius agit. 370.7. ob id reprehensus à populo. ibid. quid in eum illi. ib. 8. cogitat de discessione. ib. 9. cohibetur ne recedat. ib. à Theod. introducitur in templum. ib. 13
Gregorius dum ad templum ducitur, quid mirum acciderit. ibid. tenuit collocari in throno. ibid. à sicario appetitus quid erga eum. ibidem. 14. miraculo ab Arianorum insidijs elabitur. ibid. ab Episcopis ad hoc vocatis à Theodosio collocatur in throno. ibid. 15. & 381.18
Gregorij electionis confirmandę gratia Synodus conuocatur. 381.18. confirmatur. ibid.25
Gregorius Nazianzen. subscripsit Concilio Constantinopolitano, quod loco. 381.39
Gregorij Nazianzen. sententia de non eligendo successore Meletij ob pacem Ecclesiæ, sed non accepta: inde mala innumera. ibid.43
Gregorius passus inuidiam, quòd visus esset fauere Occidentalibus. ibid. 44. eiusdem in eo constantia. ibid.50
Gregorio aduersantur Episcopi iuniores. ibid. 44. & seq.
Gregorius ægerrimè fert electionem Flauiani. ibid.52
Gregorij electionem impugnant Ægyptij. ibidem. 53. non tamen odio Gregorij, ibidem.
Gregorius Nazianzenus concionatur in Synodo de pace custodienda. ibid. 54. ob pacem sedi renunciat. ibidem. 55. cur hoc permissum à Synodo. ibid. 56. orationem habuit de sectis abdicatione. ibidem. 55. 59
quanto tempore sederit. ib. 56. adit Theodosium Imperatorem. ibid. qualem reliquerit Ecclesiam Constantinopolitanam ibid. 59. conuitio excipi solitus à Theodosio. ibid. 58. quomodo ibi esset. ibid. publicè petit missionem à Synodo. ibid. 60.
Apologia cum reprehensione. ibidem. 61
vltima salutatio. ibid. 63
vltimam habet orationem ad C. L. Episcopos. ibid. 59. vitæ suæ rationem defendit. ibid.
Gregorij modestia. ibid. 60. 61
Georgium Nazianzenum discedentem nonnulli Episcopi ac lachrymæ populi consequuntur. ibid. 66
Gregorius quando scripserit carmen de vita sua. ibid. 67. Constantinopolim ad Synodum reuocatur. 382.4. recusat venire ad Synodum. ibid. 7. res gestæ, cùm reuersus est in patriam. ibid. 5
Gregorium sede priuatum fuisse, rumor falsus sparsus. ibid. 6
Gregorius curauit præfici Ecclesiæ Nazianzenæ Eulalium. ibid.
Gregorius ægrotat. ibid. 7
Gregorij litteræ, quibus se excusat venire ad Synodum. ibid.
Gregorius cur recusset venire ad Synodum. ibid. 8. quid ad posthumianum de Synodo. 383.24. de eadem Synodo ad Saturninum. ibid. 25. auctor Theodosio sanciendæ legis aduersus hæreticos. 384.32. scribit ad Nectarium aduersus hæreticos. ibid.
Gregorium Eleusium Præf. non ieiunantem redarguit. ibid. 36
Gregorij Nazianzeni status in senectute. 389
12. 14. tentationes eiusdem. ibid. 17. 18. linguam cohibet. ibid. 15. passus monachos aduersarios. ibid. 16. appetitus ab eis lapidibus. ibid. 17. 18. obitus. ibid. 11. eius res gestæ ante obitum. ibid. 9
Gregorij effigies. ibid. 20. epitaphium. ibid. 21. laudes. ibid. Testamentum. ibid. 22
Gregorius Nazianzenus perpetuæ virginitatis cultor. ibid. 35. faceta eius epistola de Alypiada. ibid. 37. mira eiusdem erga pauperes solicitudo. ibid. 43
Gregorij Nazianzeni propinquorum series. ibid. 47
Gregorius pater Gregorij Nazianzeni restitit Iuliano. 363. 48
Gregorius senior quid in electione Eusebij Episcopi Cæsareæ Cappadociæ. ibid. 50. 51. restitit Præfecto, ibidem 52. per epistolam ad Cæsarienses datum suffragium dat. 369. ibi Basilij laudes. ibid.
Gregorij senioris epistola ad Episcopos de Basilij electione. ibid. 51
Gregorius senior licet infirmus petit Cæsaream ob electionem Basilij. 369. 52. operatur, vt eligatur Basilius. ibid. & 55
Gregorij senioris obitus. 372. 62. ætas, & tempus præfecturæ. ibid.
Gregorij Nysseni Episcopatus. 369. 94
Gregorius Nysseni antea coniungatus. ib. eloquentiæ studiosus nimis, ob id reprehenditur à Gregorio Nazianzeno. ibid. 65. 66. ab Arianis damnatus. 370. 17. exulare iubetur. ibid. lustrat Ecclesias. ibid. 18. conuenit Gregorium post ordinationem 371. 95
Gregorij Nysseni legatio in Arabiã ex Concilio Nicæno. 379. 44
Gregorius Nyssenus Macrinam sororem inuisit, & eius funeri interfuit. ibid. 45. anulum ab ea accepit cum ligno Crucis. ibid. 46. scripsit eius vitam. ibid. librum de Anima & Resurrectione scribit. ibidem.
Gregorij Nysseni in legatione res gestę. ibid. 47
Gregorius Nysseni innotescit Hieronymo 379. 20
ad Synodum Constantinopolitanam venit. 381. 21
Gregorij Nysseni fides laudata lege Theodosij. ibid. 74
Gregorius Nyssenus habuit orationem in funere Placillæ Augustæ. 385. 33
idem habuit Panegirin in funere Pulcheriæ infantulæ. ibid. 34
Gregorij Nysseni de peregrinatione sententia explicatur. 386. 39. ætas longæua. 394. 28
Gregorius Papa inexploratos habuit Eudoxianos hæreticos. 381. 31. quid de Synagogis iudæorum decreuit. 388. 91
Gregorij presbyteri in vita Nazianzeni error. 362. 59
Gregorij Turonensis error de tempore obitus Hilarij. 369. 1
Gulielmus Lindanus elucidator & confirmator rerum S. Vrsulæ. 383. 4.

H.

HAdriani Imp. numisma cum Isidę. 365. 25
Hadrianopolitani martyres. 362. 80
Hæreses Apollinaris, & Semiarianorum. ibidem. 185. Alexandrina damnatæ. ibidem.
Apollinaris colligi possunt ex Gregorij Nazianzeni anathematismis. 375. 16
Hæresis Anthropomorphitarũ. 370. 14. Artotyritarum. 373. 34. Afcodrogitarum. ib. Borboritarum. ibid.
Hæresis Collyridiana vnde dicta & deducta. ibid. 30
Hæreses Iouiniani. 382. 35. damnantur Romæ. 390. 36. & deinc.
Hæresis Iouiniani quas secum vexerit fordes morum. ibid. 64
Hæresum Origenis capita. 393. 9
Hæresis Passalorincitarum. 373. 34. Polemiana ex Apollinare redacta. ibid. 29. Priscilliani inualescit in Hispania. ibid. 95. 98. & sequ. conuincitur ex consideratione promulgatoris ipsius. 382. 33
Hæreses innumeræ vexant Ecclesiam Orientalem. 373. 34
Hæresis omnia secum mala affert. 363. 106. 371. 16. 27. 379. 12. 381. 12. 387. 34
Hæreses damnatæ in Concilio Constantinopol. 381. 30
Hæreses damnatæ in Synodo Constantinopol. à Theodosio conuocata. 385. 28
Hæreses de Trinitate & Christo varię in Synodo Damasi damnatæ. 373. 11. quæ prouenêre ex scriptis Apollinaris. ibidem. 29
Hæresiarchas damnat solus Romanus Pontifex. 372. 10
Hæretici Audiani in Gothia. 370. 114. Adelphij. 383. 39. Bonosiani 389. 73. Euchaitę. 383 39. Eudoxiani damnati. 365. 5. 381. 31. Nouatiani, Ariani, & Eunomiani inter se schismate diuiti. 391. 15. & se. Nouatores quàm deteriores Iouiniano. 382. 34. Nouatores, qui persequuntur monachorum statum, quàm Infelices. 389. 80. Nouatores sectatores Iouiniani quanto robore sustundendi. 390. 47
Hæretici Saccophori. 383. 34. 36
Hæretici Sacramentarij, ijdem Donatistæ, quæ in Ecclesias, & sacramenta, & sacras virgines. 362. 266. & deinc.
Hæretici Sacramentarij æquè ac Iulianus horrescunt Crucis signum. ibid. 279. conuenientes simul ne pacem perturbent, capitali pœna sancit Theodosius. 386. 4. multi à sanctis viris culti & laudati, antequam damnarentur. 371. 50. lege Theodosij sancti. 381. 7. 389. 75. varij à Theodosio lege vetiti conuentus habere. 383. 37. item Ecclesias ædificare. 381. 80
Hæretici exagitati legibus Theodosij. Vide, Lex Rescriptum.
Hæretici clandestinos habent conuentus. 383. 36. nostri temporis monachis & virginitati infensi perstringuntur. 381. 34. studenter se Iouinianis insinuare. 363. 137. quid in illos Imperator. ibi. 138. pro tempore, idem mutant. ibid. 139. recantant palinodiam in Concilio Antiocheno sub Iouiano. ibid. 143. confutantur Patrum sententijs. 383. 27. damnati & depositi recognoscunt auctoritatem Romani Episcopi, petentes ab eo restitui. 365. 7
quàm temerè arrogent sibi diuinæ Scripturæ scientiam. 391. 34
Hæretici multa decem librarum auri puniendi. 392. 27. item deportari iussi. ibid.

Hæretici obſtinati gladio ſeculari ferendi. 386.35. indulgentia Valentiniani in Occidente vigent. 376.1

Hæreticis non communicandum monet Hilarius. 369.20. fauere, quale piaculum, exemplo Gratiani Imper. 151.110

Hæreticorũ Epiſcoporũ aſtutia in Eccleſijs recuperandis. 365.7. conditio. 382.90. iugis infeſtatio etiam ſub Theodoſio. 382.20. cur improbatum ſupplicium. 385.29. conuentus tempore Baſilij. 365.2. doctrina, luporum vlulatus. 390.45. inſtabilitas deriſa à Themiſtio. 363.144. turpitudo. 390.50. mores deprauatiſſimi. 385.27.28. mos, cùm noua afferant, vetera ſe defendere profiteri. 371.57

Hæreticos liberè ſentire quicquid vellent, Iouinianus permittit. 363.143. puniri poſtulant à Gregorio Nazianzen. Catholici. 380.7.8. è ciuitate exigendos ſtatuit Theodoſius. 314.32. quantopere execrati ſint Catholici. 370.11. permittere ſua dogmata vulgare, eſt Eccleſiæ doctrinam damnare. 384.34. Principum auxilio punire ſemper conſueuit Eccleſia. 386.26. inquirendos cur Martinus renuit. ibid. ante debellat Theodoſius, quàm pugnet aduerſus Maximum. 388.56. & ſeq.

Heliodori peregrinatio in Oriente. 372.42

Helidorus recedit ab eremo. ibid. 45. Epiſcopus Altinenſis Hieronymi familiaris. 381.83. Epiſcopus Alcinenſis interfuit Cõcilio Aquileienſi. ibid.

Heliopolitani in Palæſtina quid in Chriſtianos. 362.149. quid Arethulij. ibid. 150

Heliopolitanorum turpitudo. ibid.

Helladij Cæſarien. Epiſcopi fides laudata lege Theodoſij. 381.74

Helladius Baſilio ſubſtituitur in Eccleſia. 378.10

Helladius Grammaticus propugnator Serapidis. 389.84

Helpidius Præfectus quanta paſſus ab Iuliano. 362.25

Helpidius apoſtata. ibid. 107. 110. quas dedit pœnas. ibid. 117

Helpidius ſcriptor aduerſus Manichæos, ex quo profecit Auguſtinus. 383.40

Helpidius Epiſcopus Priſcillianiſta damnatus. 381.102

Heluidij origo. 382.30. hæreſis. ibid. 28. confutata à S Hieronymo. ibid. hæreſis de B. Virgine. 373.29.30

Heraclides Epiſcopus in Ægypto laudatus à Theodoſio. 388.96

Heraclides Epiſcopus Oxyrinchi. 362.12

Herba mirꝫ virtutis in baſi Chriſtianæ. ibi. 158

Herculis ſimulacrum præcedit exercitium Eugenij. 394.1

Hæreditates & legata capere clericis interdictum legibus Imperatorum. 370.117. & ſeq.

Herennius cum Agapeto legatus ad Synodum Alexandrinam. 362.180

Hermes martyr ſub Iuliano Hadrianopoli. ibid. 80

Hermion virgo magni nominis. ibid. 212

Hermogenes Ægypti Præfectus. 361.7. quid ad eum Iulianus. ibid.

Hermogenes Epiſc. Cæſareæ Cappadociæ. 372.7

Hermogenianus Olybrius maritus Iulianæ 395.17

Hero Thebanus apoſtata quæ paſſus. 362.110

Herodiade comite noctu vagari mulieres ſe putantes, excommunicandas cautum. 382.20

Herax hæreticus quando vixit. 372.110

Hieroglyphica imaginis Serapidis & Iſidis. 362.29

Hieronymus in Vrbe eruditur rhetoricis diſciplinis. 367.17. ſtudioſus ſcriptorum Hilarij. 369.24. audiuit Antiochiæ Apollinarem profitentem. 371.50. 372.43. ex Syrię eremo ſcripſit ad Damaſum. 372.33. ex Syriæ eremo ſcripſit ad Ruffinum Alexandriam. ibidem 35

Hieronymi aduentus in Syriam, & inſtitutio vitæ monaſticæ quãdo contigit. ib. 37

Hieronymus cum Euagrio peregrinatur in Syriam. 372.38.39. eorundem in Cappadociam aduentus, ibid. 39. virtus peregrinationis. ibid.

Hieronymi vitæ primordia. ibidem. 40. eius præceptor Donatus. ibid.

Hieronymus haud ita pauper natus. ibid. quando baptizatus. ibid. viſitabat Romę cœmeteria diebus Dominicis. ibid. peregrinatus in Gallias, quid ibi. ibid. eius reditus Aquileiam. ibid. ſtudium in deſcribendis libris. ibid. Donati auditor. ibid.

Hieronymi cum Ruffino coniunctio. ibid. 42

Hieronymus ſororem ad meliorem ſtatum reſtituit. ibid. ad monaſticam vitam animum appellit. ibid. 43

Hieronymi promotor in eremum Theodoſius anachoreta. ibid. eremus vbi ſita. ib. 44. ſocij eius in eremo. ibid. quis illi neceſſaria ſuppediteret. ibid.

Hieronymus quæ paſſus in eremo. ibid. 45

Hieronymi in eremo vita. ibidem.

Hieronymus in eremo diſcit litteras Hebraicas. ibid. 46. ſchiſmaticis Antiochenis in diuerſa diſtrahitur. ibid. 47. conſulit Damaſum. ibidem.

Hieronymi ad Damaſum epiſtolę quo tempore ſcriptæ. ibid. 52

Hieronymus tricenarius ſcribit in Abdiam. ibid. 55

Hieronymi ætas exactè cognita. ibid. 58. lucubrationes in eremo. ibid. 61. epiſtolæ ad diuerſos datæ. ibid.

Hieronymus calumniam paſſus in Syria diſcedere cogitur. 378.60. à Meletij fautoribus Sabellianus appellatur, quòd nomen hypoſtaſis refugeret, ibidem. recedens è Syria abijt Hieroſolymam. ibid. 62. linguam Hebraicam ibi addiſcit. ibidem. 63. ordinatur presbyter à Paulino Epiſcopo Antiocheno. ibidem 65. ordinandus nulli voluit adſcribi titulo. ibid. & 66

Hieronymi Cardinalatus aſſertio ab ipſo Hieronymo confutata. ibid.

Hieronymus pergit Conſtantinopolim ad Gregorium Nazianzenum. 379. 17. ab ipſo eleganter eluſus. ibid. 18. duce Gregorio celſa petit. ibid. 19. ſcribit Conſtantinopoli de Eſaiæ viſione. ibid. nouit Gregorium Nyſſenum Conſtantinopoli. ibi. quamdiu fuerit Conſtantinopoli. ibid. 19 in quibus ſuperauit Gregorium Nazianzenum. ibid. 22. fauet Gregorio Nazianzeno. 380.3. à calumnia Ruffini defenditur. 381.14

Hieronymi reditus Romam Conſtantinopoli per Græciam. 382.2

Hieronymus venit Romam ad Concilium. ibid.

Hieronymi Romæ res geſtæ. ibid. 24. lucubrationes. ibid. 27. 34

Hieronymus Athenas proficiſcitur. ibid. 2. annis tribus moratus Romę apud Damaſum, cui erat ab epiſtolis. ibid. 24. quantæ æſtimationis eſſet. ibid. de eius Cardinalatu obiectio. ibid. 25.

Hieronymus in quibus Auguſtino maior. ibid. & 394. 71

Hieronymi Cardinalatus aſſertores qui 382.26

Hieronymus ſcripſit Romæ contra Heluidium. ibid. 28. quando ſcripſit de virginitate ad Euſtochium. ibid. inſurgit Romæ contra Iouinianum. ibid. 29. confutat Luciferianos. ibid. 36

Hieronymi lucubrationes Romę elucubratæ. ibid. & 37. nomen in ſtudio Scripturarum. ibid. 36

Hieronymus quomodo cum virginibus verſaretur. ibid. 38. 39

Hieronymum Romæ quæ piæ fœminæ coierent. ibid. 36. 37. 38. 47. pſalterium Occidentalibus canendum emanaſſe. 384.29

Hieronymus quomodo in Rom. Eccleſiam à Hieroſolymitana induxerit Alleluia. ibid. 22

Hieronymi epiſtolæ ad Damaſum de Alleluia pſalmis addenda. 381.17

Hieronymus perſecutionem paſſus à Romanis clericis. ibid. 8. recedit ab Vrbe. ibidem 7. in Romanæ Eccleſiæ clericos ſubinſenſus. ibidem. 8. 9. 10. ipſe tamen obſequens Romanæ Eccleſiæ. ibid. 10

Hieronymi de Eccleſia Romana ſententia. ibid.

Hieronymus quas paſſus Romæ calumnias. ibid. 11. ibi de veſte muliebri commẽtum. ibid. 12. ſuam defenſionem ſcribit in epiſtola ad Aſellam. ibid. 13. eius libera conteſtatio. ibid. 14

Hieronymi profectio Hieroſolymam. ibid. 7. 18. diſcendi ſtudium. 386.42

Hieronymus iam ſeneſcens fit diſcipulus Didymi Alexandrini. ibid. 43. peragrauit monaſteria Ægypti. ibid. 42. eius tunc tẽporis lucubrationes. ibid. 45. ſcribit in epiſtolas Pauli. ibid. quam ſedulus in officio hoſpitalitatis. ibid. 46

Hieronymi nomine commenticium ſcriptum. 388.101

Hieronymus re vera ſcripſit Martyrologia. ibid. 102. quando ſcripſit aduerſus Iouinianum. 390.50. apoſtrophe in eum. ib. 51

Hieronymi ſcripta contra Iouinianum carpuntur. ibid. 57

Hieronymus viſus eſt deprimere nimis nuptias exaltando virginitatem. ibid. pro libris contra Iouinianum ſcribit Apologeticum. ibid. 63

Hieronymi ſcripta vſque ad annum decimumquartum Theodoſij. 390.59.60. alia ab eo prætermiſſa. ibid. epiſtola aduerſus Ioannem Epiſcop. Hieroſolymit. quando ſcripta. 393.1

Hieronymus quanta paſſus à Ioanne. ibid. 18. 20. litteris admonet Theophilum ibid. 20. excluſus ab eius communione. ibid. 21

Hieronymi aduerſarij recenſentur. ibid. 30. cum Ruffino conciliatio. ibid. 31

Hieronymus Alipio in ſuſpicionem arrogatiæ adductus calumnijs aduerſariorum ibid. 46. ſcribit ad Nepotianum de vita clericorum. ibid. 47

Hieronymi ad Pammachium epiſtola, & ad Furiam quando ſcripta. 394. 23. 24

Hieronymus cur admonet Auguſtinum, vt caueat Origenis errores. ibid. 63

Hieronymi iuſta querela de Auguſtino. ibi. 66. nouis cenſuris exagitatus. ibid. 67

Hieronymus poſt annos duodecim accepit litteras ab Auguſtino contra ſe ſcriptas. ibid. 68. redarguit Auguſtinum. ibid. 69. cum Auguſtino nunquam charitate diuiſus. ibid. 70

Hieronymi cum Auguſtino perſeuerauit amicitia & in dies magis aucta. ibid. & 71. locus elucidatus de Lucifero. 371. 121. Chronici locus reſtitutus. 363.144

Hieropolitana Eccleſia exuta donatione M. Aurelij. 362.181

Hieroſolymitanum templum à Iuliano reſtituendum curatur. 363. & deinc. præſagia tunc oſtenſa. ibid. 9

Hieroſolymitana peregrinatio quàm frequens. 386.37. cur aliquando reperitur improbata. ibid. 39. ſedes ſubiacet Cæſareæ Palæſtinæ. 383.14

Hilarion monachus fugit perſecutionem

Gazenſiũ ſub Iuliano. 362 141.142. aurigæ Chriſtiano præſtat beneficium. ibid.149
Hilarionis miraculum de equis Circenſibus ibid.
Hilarion Alaphionem ad Chriſtum cõuertit. ibidem.144. conuerſionis Sarracenorum fundamenta iecit. 372. 103. liberat Epidaurum è maris excreſcentia. 365.40. notus ex magnis miraculis, laudem timens fugam arripuit. ibid.41
Hilarionis obitus. 372. 107. res ab eo geſtæ ſcriptæ ab Epiphanio primum. ibidem.
Hilarius auriga ab Aproniano tentus. 363.4.
diaconus Romanus Anabaptiſta. 362.224.
martyr Romæ ſub Iuliano. ibid.250
Hilarius diaconus loco Hilarij Epiſcopi Pictauienſis poſitus. ibid.237
Hilarius Epiſcopus qualis. ibidem.
Hilarij Epiſcopi reditus. ibid.226
Hilarius Epiſcopus Pictauienſis quid poſt reditum ab exilio. ibid 228
Hilarij res geſtæ à Rufino confictæ. ibid.234
ſcriptorum laudes. ibid.236. cum Leone Actu commentitia. ibid.235
Hilarius Epiſcopus Pictauienſis ſcripſit contra Saluſtium Præfectum perſecutorem. ibid. 160. contra Auxentium agit Mediolani. 368.6. cum eodem congredi tur. ibid.113
Hilarij epiſtola de rebus geſtis cum Auxentio. ibid.8
Hilarius detegit dolos & fallacias Auxentij, ibid.17. cogitur proficiſci Mediolano. ibidem 16
Hilarij vtilis admonitio de cauendo Auxentio. ibid.20. obitus tempus. ibid.22. lucubrationes eius. ibid.23. ſtylus. ibid.24. ſcripta ſyncera, næui eius. ibid. defenſio à calumnia Centuriatorum. 362.237.369.26
Himerius Epiſcop. Tarraconenſis. 381.6
Hipponenſe Concilium. 393.33
Hiſpania oppreſſa ab hæreſi Priſcillianiſta 381.91. Gnoſticorum hæreſis iactatur, duce Priſcilliano. ibid.98
Hiſpani ſcriptores huius temporis. 388.99
Hiſpaniarum Epiſcopus Gregorius Eliberinus. 371.112. Epiſcopi qui damnarunt Priſcillianum & ſocios. 381.103
Hiſtoria Eccleſiaſtica qualis eſſe debeat, quatuor animalium viſione deſignatur. Præf.1
Hiſtoricorum Gentilium fides qualis. 363.50
Homo Dominicus Chriſtus quo modo dictus. 373.22.24. vſurpatum ab Apollinariſtis. ibid.14. & à Catholicis etiam. ibidem haud tamen rectè dictum. ibid.
Homines immolati à Iuliano, reperti poſt mortem eius. 363.71
Honorius filius Theodoſij quando natus. 383.22.39
Honorij Conſulatur in cunis. ibid.40
Honorius creatus Imperator. 393.1. exponit publicè legendum libellum Donatiſtarum Iuliano oblatum. 362.265
Honorij ætas tempore obitus patris. 395.26
Hormiſda dux. 362.81
Hoſpitalitas peregrinorum Hieroſolymis. 386.54. quanti fuerit Hieronym. ibid. & 35
Humana fiducia & ſpes vana. ibid.34
Humanas hoſtias immolare ſolitum Iulianum, eo mortuo detegitur. 363.71
Hunnorum egreſſio. ibid.
Hyginus Epiſcopus in Hiſpania Priſcilliania damnatus. 381.107. hoſtis Luciferianorum. 371.112. in exilium miſſus à Maximo. 387.53
Hylas ſocius Hieronymi in eremo. 372.44
Hymni ab Ambroſio ſcribuntur, & à populo canuntur tempore perſecutionis. 387.15
Hymnos canendi in Eccleſia, & in eorum fine glorificandi Trinitatem ritus. 382.21. in Eccleſia Mediolanenſi. 387.15
Hymnorum ſacrorum ſcriptores. ibidem 16
Hypatianus Hereclex legatus ad Valentinianum Imperat. 364.12
Hyperbole in hiſtoria cauenda. 371.102
Hypoſtaſis quomodo à Græcis accepta, & à Latinis. 362.187. & ſubſtantiæ quæſtio in Synodo Alexandrina tractata. ibid. votis occaſione maximũ penè cõflatũ eſt ſchiſma. ibid.188. nominis cauſa altercationes inter Orientales & Occidentales. 372.27. 30. nomen tandã à Latinis receptũ. ib.31

I.

Iacobi Epiſcopi Niſibitæ corpus è Niſibi Iuliani iuſſu exportatur. 363.38
Ianuarij Kalendarum ſuperſtitionem Ambroſius abrogat. 377.14
Ianuarius Flamen Piſtenſis. 362.266
Iconoclaſtæ ab auctore excitati. 392. 49. & ſeq.
Idacius Clarus dictus quid aduerſus Priſcillianum. 381. 113. & Ithacius Epiſcopi in Hiſpania aduerſarij Priſcillianiſtarum. ibid.103. Hiſpanus Priſcillianiſtas oppugnat. ibid.113
Idola fracta ab Æmiliano martyre. 362.217. fracta à Graecho Præfecto. 383.5. à Gentilibus noctu circumducebantur. 364.19. iuſſu Theodoſij fracta. 389.55.56. ferc Eugenius ad bellum. 394.1
Idolum Daphnitici Apollinis cur redditum mutum. 362.96
Idololatras inſectatur Valens Imperator. 364.19
Idololatras nouo edicto Theodoſius exagitat. 386.37
Idololatrarum ſcelera, teſerata Alexandriæ. 394.1
Idololatria à Iuliano reſtitui cœpta. 361.
Idololatria eſſe ſiuit Valentinianus Imp. & ſacerdotibus deorum priuilegia dedit. 371.130
Idololatria Romæ ſub Gratiano mirè collapſa. 383.5
Idololatria legibus Theodoſij ex Senatuſconſulto abrogata. 391.2.3.4. Ægyptiorum prorſus conuulſa. 389.93. & ſeq.
Idolorum templa à Iuliano reſtituta. 361.19. cultus quanta turpitudine exercereturr. 362.17. tẽpla clauſa à Iouiniano Imperatore. 363.150. cultus etiam tempore Gratiani. 376.3. cultores à Theodoſio cohibiti. 381. 116. templa ſpoliata per Iouinum & Gaudentium. 389.52. ſacerdotum clandeſtinæ impudicitiæ. ibi. 94. templa S. Martinus diruit. ibid.110
Ieiunare die Dominico Priſcillianiſtæ conſueuerunt. 381.105
Ieiunandi ſabbato conſuetudo. 384.19
Ieiuniũm Eccleſiæ præceptum non tranſgrediendum. ibid.36
Ieiunia Romanę Eccleſiæ. 388.81
Igne combuſti & in mare merſi Legati Catholici. 370.34
Ignis erupit è fundamentis templi Hieroſolymorum. 363.9
Illyricana Synodus ſub Valentiniano. 365.18
Illyricana Synodus in ſedem ſuam Euſtathium reſtituit. ibid.32
Illyricorum Epiſcoporum Synodalis epiſtola. ibid.18 eorum & fides profeſſio Catholica. ibid. 20.24 decreta. ibid.19
Imago Iuliani imitar Serapidis. 362.27. ſacra in velo conſciſſa an fuerit ab Epiphanio. 392.48. & ſeq. S. Stephani in velo ciuinitus oſtenſo. ibid.57. hominis non ſancti non viſenda in locis ſanctis. ibid.60
Imaginem Beletij Antiocheni domi habuerunt. 370.60
Imagines eorum in Labaris figurat Iulianus 362.27. ſacras ſe colere profitetur S. Baſilius. ibid.7. ſacræ in Eccleſijs Cypri. 392.52. profanæ ornatus cauſa non ſuſpendendæ in Eccleſijs. ibid.60
Imaginis feſtum ſolemne Alexandrinis. 368.55
Imaginum ſacrarum cultus diuinitus probatus. 392.59. ſacrarum vſus vetus in Eccleſia. 389.85
Immunitates clericorum certo tempore permittunt Valentinianus & Valens. 365.42
Imperij Romani ſtatus mortuo Iuliano. 364.9. clades ex fide violata. 378.12.22.23.28 381.12
Imperium Romanum peſſundatum à Iuliano. 363.67. diuiſum inter Valentinianum & Valentem. 364. 11. proſtratum Theodoſius erexit. 379.4.6.12
Imperator debet elucere clementia. 364.14
Imperatori quid debeatur, & quid Eccleſię. 387.17
Imperatoris lex lecta in Eccleſia publicè. 370 120. Chriſtiani munus erga Eccleſias. 387. 17. ius in Eccleſias nullum. ibid. 28
Imperatores non ſe immiſcent cauſis Eccleſiaſticis. 369.40. Epiſcopis relinquunt curam agendarum rerum Eccleſiaſticarum. 364.12
Imperatoribus præſtant ſacerdotes. 387.20
Imperatorum effigies quarenus Chriſtiani colerent. 362.32
Impietas licet armata, ſemper corruit. 372.90
Incarnationis Verbi myſterium. 362.200. Verbi recta fides Synodi Alexandrinæ. ib.
Incendium Daphnitici templi. ibid.94. & ſeq.111. & ſeq.
Indulgentia Ambroſij in recipiendis pœnitentibus. 375.25. impartita vinctis tempore Paſchatis. 385.38.39. Theodoſij in omnes perduelles. 394.18
Iniurias ſeuerè punit Valentinianus. 364.4
Innocentius magus quid in Ambroſium, 387.43. contubernalis Hieronymi in eremo moritur. 372.44
Innocentius V. C. hoſpes Auguſtini diuinitus ab vlcere liberatus. 389.7
Inſcriptio fontis baptiſmalis in Vaticano poſita. 384.18. de Cereale. 375.7. dẽ Conſulatu Gratiani & Merobaudis. 377.1. ſtatuę Symmacho dicatæ. ibid.12. de Prætexato Conſule deſignato. 382.47. de Flauiano. 394.17
Inſcriptiones adulationes plenæ de Iuliano. 363.68. de aris & ſacrificijs. 376.3. 377.1. de Paulina coniuge Prætextati. 382.50
Inſcriptio de aræ dedicatione ſub Theodoſio. 390.1
Inſcriptiones antiquæ de Eugenio. 392.15. de Paulino. 394.78. de Probo. 395.5.6.7. de Proba Faltonia. ibid.13.14. Olybrij, ib.18
Inſtantius Epiſcopus Priſcillianiſta damnatus in Concilio Cæſarauguſtano. 381.108. Priſcilliamſta relegatus in Sylinam inſulam. 385.24
Interceſsio ſanctorum apud Deum. 378.4. 381.41.
Intectiuæ orationes Gregorij Nazianzeni in Iulianum. 363.77
Ioannes Apoſtolus cum Philippo præſto eſt Theodoſio pugnanti. 394.9
Ioannis Baptiſtæ reliquiæ diſperſæ. 362.145. eædem crematæ. ibid.146
Ioannis presbyteri martyrium. ibid.253
Ioannis Baptiſtæ oſſium reliquiæ Hieroſolymam delatæ. ibid. 146. ſepulchrum & Eliſæi celebre, ac miraculis clarum. ibid. 148. reliquiæ collocatæ ſuper Serapium. 389.97. capitis inuentio. 392.7.8. tranſlatũ Conſtantinopolim. ibid.
Ioannis Baptiſtæ capitis inuentionis hiſtoria diuerſa. 392.7.8.& deinc.

Ioannes Baptista profuit Theodosio certanti. 394.10
Ioannes ordinatus Episcopus Apameæ à Meletio. 378.55
Ioannes Chrysostomus filius Publiæ. 362.131 132
Ioannis Chrysostomi mater. ibidem. ætas tempore obitus matris. ibidem. 133. mater vidua iunior quanæ virtutis. ibidem. & seq.
Ioannes Chrysostomus discipulus Libanij. ibidem.
Ioannis Chrysostomi homiliæ in natali Meletij. 370.65
Ioannes Chrysostomus occasione inuenti libri magicæ artis in periculum adductus 370.101. aduersus Gentiles scripsit. 382. 53. idem aduersus Iudæos & hæreticos. ibid. mira facundia. ibid. 62. qua occasione de anathemate habuit orationem. ibidem.
Ioannis Chrysostomi locus elucidatus, de anathemate. ibid. 56. & seq. ætas. ibid. 61. & seq. vitæ ratio. ibid. 61
Ioannem Chrysostomum quanti fecerit Libanius, & alij viri docti. ibid. 63
Ioannes Chrysostomus orationem habuit in laudem Valentiniani & filiorum. ibid. quando de sacerdotio scripsit tractatum. ibid. 65. qualis ille liber. ibid. 67. 68. quamdiu moratus in eremo. ibid. 66. ad quem Basilium scripsit librum de sacerdotio. ibid. 67. 66
Ioannis Chrysostomi res gestæ in eremo. ibid. 70. scripta eiusdem in eremo. ibid. reditus Antiochiam morbi causa. ibid. 72
Ioannes Chrysostomus lector ordinatur. ibid. ordines sacros suscipit. ibid. creatus presbyter. 386. 50. signis ante prænunciata eius ordinatio. ibid. 52. Flauiano an Euagrio adhæserit. ibid. 51. quando concionari aggressus. ibid. 46. omnium ingenio stylo seruit. ibid. 48. in concionando defert Flauiano. ibid. 45. redarguitur à fœmina de sublimi genere dicendi. ibid. 48
Ioanni Chrysostomo vnde cognomen, vt Os aureum diceretur. ibid. 49
Ioannis Chrysostomi studium & labores in hæreticis ab Antiochena Ecclesie pellendis. ibid 50
Ioannes Chrysost. curat Marcionitam. ibid. 51. iniurias Marcionitarum modestè patitur. ibid. 52. eorum ruinam prædicit. ib. ineptias perstringit. ibidem. 53 laborat in conuersione Gentilium ibid. 54. Casium montem purgauit à dæmonibus. ibidem 55
Ioannis Chrysostomi conciones de statuis. 388.4
Ioannes Chrysost. diebus singulis Antiochenis concionatur. ibid. 13
Ioannis Chrysostomi gratiarum actio in reditu Flauiani. ibid. 43
Ioannes Episcopus Hierosolymis sedere cœpit post Cyrillum 386. 57. qualis hic olim. ibidem. aduersus Epiphanium altercatur. 391. 45. quid Epiphanium & Hieronymum. 393. 5. exclamat in Epiphanium ob ordinatum ab eo Paulinianum. ibid. 6. acta in Epiphanium querela. ibid. 46
Ioannes Hierosolymitanus patronus Origenistarum ibid. 47. quid in Epiphanium reprehensorem excandescit. ibidem. 46. Hieronymi scriptis exagitatur. 393. 2. reprehensus à Theophilo, ipse se excusat. ibid. 6. errores Origenis, quos Ioannes fouit. ibid. 9
Ioannes Hierosolymitanus in Epiphanium iniuste commotus. ibidem 12. impingit ei hæresim Anthropomorphitarum. ibid.
Ioannes Hierosolym. arguitur calumniosus & mendax. ibid. 13
eius adulatio. ibid. 14
Ioannes Hierosolym. quanta in Hieronymum. ibid. 18. ibid. 20. excommunicauit eum. ibid. 21
Ioannes Iconachus consulitur à Theodosio de bello euentu. ibid. 35. prædicit Theodosio victoriam & sequentem exitum vitæ. ibid. & 394. 20
Ioannes & Paulus martyres sub Iuliano. 362. 151. putati Iuliani interfectores. 363. 63
Ioseph Patriarcha creditur Serapis. 389. 90. 91
Iouianus Imperator ab exercitu eligitur. 363. 114. sub Iuliano confessor fidei. ibid. 115
Iouiani genus. ibidem.
Iouiani electio quasi ex Dei miraculo. ibid. 116. nõ ritu Gentilitio facta. ibi. 117. in ressuendo Imper. dignus prætextus. ibid. 116
Iouianum Gentiles milites calumnijs lædunt. ibid. 117
Iouianus falso extas inspexisse ab Ammiano insimulatur. ibid. 118. cum Persis fœdus inire cogitur. ibid. 119. eiusdem fœderis conditiones. ibid. 121. ab Ethnicis derisus. ibid. 123
Christianos in pristinum statum restituit ibid. 126
restituit Ecclesijs ablata, quantũ fas fuit, ibid. & 127
Iouiani lex pro tuendis sacris virginibus, ibid. lex de raptu virginum C. Iustinian. & Theod. emendatur. ibid. 128. 129
Iouianus profitetur fidem Catholicam. ibidem, 130. scribit ad Athanasium, vt ab eo doceatur fidem Catholicam, ibidem, accipit ab Athanasio fidei libellum. ibidem, 131. quid cum hæreticis, ibidem, 137. laborat, vt reducat ad fidem Catholicam hæreticos, ibid. 138
Iouiani ad Macedonianorum libellorum responsio, ibidem, eiusdem ad aliorum hæreticorum, ibidem. 344
Iouianus hæreticos sentire quod vellent, ratione permittit, ibid. Idolorum templa claudi iubet. ibidem, 150. res piè gestæ in Imperio, ibidem, 151. Maximum & Priscum Iuliani magos haud puniuit, sed recepit. ibidem, 150. ea de causa in se Dei iram prouocauit, ibidem, & 364. 3. incendit templum Traiani, 363. 5.
Quando Antiochia recessit, ibid.
Iouiani Imperat. improuisus obitus, 364. 1. causæ eius diuersæ. ibid. & 3
ætas & tempus Imperij, ibidem 2
Iouianus malè à quibusdam Iouinianus vocatus, ibidem, inter deos relatus à Gentilibus, ibidem, Imperator in quibus deliquit. ibid. 3
Iouiano datum crimini, quòd exornauit sepulchrum Iuliani Apostatæ. ibid.
Iouiani corpus translatum Constantinopolim, ibid. sepultum in Basilica Apostolorum, ibid.
Iouianus an restituerit Labarum, ibidem, 10. hæresiarcha quando prodijt, 382. 29. eius deliramenta, ibidem, Metamorphosis, ibid. 31. qualis homo, ibirem licet apostata, retinere voluit nomen & habitum monachi. ibid. 34
Iouiniani hæresis. ibidem.
Iouinianus hæresiarcha damnatur à Siricio Papa, 390. 35. 39
Iouiniani scripta qualia essent, ibid. 35. eius damnationis auctor Pammachius. ibid. 38. collegæ, ijdemq; omnes damnati. ibidem, 42
Iouiniano quòd demum irrogatum est supplicium. ibid. 49
Iouinianus exagitatus scriptis Hieronymi. ibid. 50.
Iouiniani cauillus, cùm oppugnare videtur Manichæos. ibid. 61. hæresis quas secum vexerit sordes morum. ibid. 64
Iouina filia Iouini Consulis. 367. 1
Iouinæ vetus inscriptio. ibidem.
Iouinus Consul. ibidem.
Iouinus & Gaudentius spoliant templa idolorum. 389. 52
Iouis Casij templum à Ioanne Chrysostomo purgatum. 392. 12. Capitolini templi spoliatum. 389. 56
Iris amnis in Ponto. 362. 70
Isacius monachus quid in Valentem. 378. 24. nouit interitum Valentis. ibid. 26
Isidis imagines. 362. 27. 363. 25. falso à quodã B. Virgo existimata. 363. 25
Ilides duæ. 362. 25
Isidi Nutrici vota nuncupata. 363. 23
Isidori legatio à Theophilo cum litteris ambiguis. 388. 65
Isidorus Alexandrinus qualis. ibid.
Isidori Alexandrin. legatio Hierosolymam. 393. 15. qualis ipse Isidorus. ibidem eius res gestæ Hierosolymis, ibidem 17
Isidorus Episc. Cyri ordinatus ab Eusebio Samosateno. 378. 48
Isidorus Mercator multum commentus. 374. 31
Isidori tractatio de rebus Osij mendacij redarguitur. 371. 125
Ismael Persa Legatus martyr. 362. 44
Istrum Hunni sub Valente pertranseunt. 376. 7
Ithaciana factio improbata. 386. 33
Ithacius sanctos viros calumniantur. 383. 23
damnatus absoluitur in Synodo Treuerensi. 386. 25. persecutionem pallus à Priscilliano profugit in Gallias. 383. 112
Ithacij Episcopi defensio. 386. 27
Ithacius Episcopus accusator Priscilliani-starum. 385. 22. 23. eius scripta & obitus. 386. 38 (378. 28
Italia mittere solet confessores fidei multos.
Italiæ clades à Maximo illata. 387. 60. pars à Maximo deuastata. ibid.
Iudæi benè habiti à Iuliano. 363. 5. 29. incendunt Ecclesias Christianorum diuersis in locis. ibi. 6. quo conatu curant restitutionem templi. ibidem 10. ad Christum conuersi territi miraculis in extructione templi visis. ibid. 17. 19
Iubæis fauet Maximus. 387. 34
Iudæos Christianos seruos habere vetat Theodosius. 384. 37
Iudæorum confessio & resipiscentia. 363. 1. 19. synagoga incensa à Christianis. 388. 81
Iudices dati aduersus aulicos Constantij. 361. 8
Iudicia Ecclesiastica qualiter moderari voluit Gratianus. 376. 6. Episcoporum diuersa. 381. 6. Ecclesiastica qualia esse debeant. ibidem 7
Iudicium Ecclesiasticum illibatum seruandum. 385. 30. seculare appellans damnatur Palladius. 381. 90. Ecclesiasticũ seorsum à Iudicio seculario. 369. 40. sanguinis caueant Episcopi. 386. 27
Iulia Eustochia vtia sanctæ Paulæ. 382. 38. Vide. Eustochium.
Iuliæ filiæ Probæ inscriptio. 395. 14. & seq.
Iuliana laudata cum matre à sanctis Patribus. 395. 17
Iulianus apostata imperare incipit. 363. 1. quo ætatis anno. ibidem. 2. quando venit Constantinopolim. ibidem
Iuliani patria & ætas. ibidem.
Iulianus restituere incipit idololatriam. ibi. 2. 19. 362. 304
Iuliani Imperij initio templa aperiuntur, sacrificia immolantur, & festa dies vbique ritu Gentium celebrantur. 362. 62. 63
Iulianus Christianismum abdicat. 361. 2. 4. decennio antè clam defecuerat. ibid. 3. viginti annos Christianus permansit. ibid. 3. 362. 246. initiator summo ponit. catu. 361. 4. & seq.

Iulianus quando factus apostata. ibid. turpis sacrificus. ibid. 4. initiatus Eleusinijs ibid. 5. magos ad se vocat & alit. ibid. 6
362. 27. minores Pontifices creat. 361. 6
gaudet Constantij obitu. ibid. 7
Iuliani in Constantium, & eius amicos odium. ibid.
Iulianus iudicio subijcit magistratus Constantij. ibid. 8. quæ scripsit ad Hermogenem. ibid. 7. respectu Constantij carus etiam Christianus. ibid. punit aulicos Constantij. ibid.
Iuliani munificentia erga prouincias. ibid. 11. parsimonia laudata. ibid. 12
Iulianus apud omnes gratiosus. ibid. remouet inutiles expensas Palatij. ibid.
Iuliani prouidentia in subleuanda annonæ charitate. ibid.
Iulianus bene meretur de Episcopis. ibid. 13. restituit exules Episcopos. ibid. 15. restituit Zenonem medicum. ibid. 14
Iuliani ad Zenonem epistolæ. ibid.
Iulianus restituit Aetium hæresiarcham. ib. 15. eius epistola ad eum data. ibid. odio Constantij Catholicos restituit. ibid. 14. restituit bona exulibus sub Constantio. ibid. 17. Christianos, quod quisque vellet, sentire permisit. ibid. 18. Fidelibus sacrificare volentibus expurgationem præscribit. ibid. 17 nolentes cogi vetat. ibid. 15. 16. studet paci Episcoporum. ibid. 18. sed velato prætextu. 316. 19. ad contemptum Christianos Galilæos vocat. ibid. & ab omnibus vocari sancit. 362. 278
Iuliani rescriptum, quo Galilæos fugillat. 361. 19
Iulianus detrahit Christianorum dissensionibus. ibid
Iuliani propensior cura in restituendis templis idolorum. ibid.
Iulianus mutat magistratus. 361. 20
Iuliani studia in Christiana religione euertenda. ibid. 362. 79. persecutio omnium acerbissima. 361. 20. ab aliis diuersa, & qualis. 36. 62. consilium de stabiliendo Imperio. 361. 20
Iulianus quo modo Maximum excepit. 362. 2. eruditis fauet. ibid. 4. Libanium carum habet. ibid. 362. 16. Themistium philosophū præfecit Vrbi Constantinopolitanæ. ibid. 4. quales delegit magistratus. ibidem 5.
Iuliani ludus, & ad decipiendum blanditiæ. ibid. & 6. desertoribus & apostatis honores tribuit. ibid. 5
Iuliani relaxationes & otia. ibid. 6
Iulianus vocat S. Basilium. ibid. Acta cum eo. ibid. 7. blanditur Gregorio Nazianzeno. ibid. ornat Præfectura Cæsariam. ibidem. S. aggressus persequi Christianos. ib. & seq. 11. in persequendis fidelibus artes. ibid. 24. 75. 109. 265. tentat Cæsarium. ibid. 10. 11. seducit Ecebolum rhetorem Christianum. ibid. 12. quid in Arianos Edessenos, ibid. 14
Iuliani epistola ad Ecebolium. ibi.
Iulianus coluit Oribasium medicum. ibid. 15. Christianam religionem irridet. ibid. 14. & cultum imaginum, Crucis, & reliquiarum fidelibus obijcit. ibid. 278
Iuliani epistola ad Libanium. ibid. 16
Iulianus coluit Nymphidiamm & Claudianum. ibid. 17. magos & aruspices frequentat. ibid.
Iuliani regia quibus hominibus referta. ib. stipatores meretrices & cinædi. ibid. 18. turpitudo prætextu religionis. ibid. 19
Iulianus sacrificans portentis terretur. ib. 20
Iuliano visa Crux in exris. ibid.
Iuliani persecutionis insolitæ causæ. ibid. 22 & seq.
Iulianus qualem persecutionem parat. ibid. 23. & seq. inuidebat Christianis martyrij gloriam. ibid. in persequendo versipellis. ibid. 24. incipit persecutionem à domesticis. ibid. sacrificans præsentia Christiani hominis impeditur. ibid. 21. persequitur milites Christianos. ibid. 26. mutat Labarum. ibid. 27. abolet Crucis signum. ibidem.
Iuliani numisma cum Serapide. ibi. 28. imago instar Serapidis. ibid. 169
Iulianus imaginibus affectat vocari Deus ibidem. 30
Iuliani imago cum Anubi. ibid. 169
Iuliani numismata. ibid. 28. tauro signata. ibid. 84. 86
Iuliani numisma cum Iside. ibid. 38. statura, & figura. ibid.
Iulianus imagine & forma deorum cur fingi voluerit. ibid. thurificatione decipere tentat milites Christianos, ibid. 33. milites Prætorianos Christianos ablegat. ib. 36. suis imaginibus studet decipere Christianos. ibid. 30. Valentinianum & Valentem redegit in ordinem. ibid. 37. in Palatio locat aram Fortunæ. ibid.
Iulianum sacrificantem Maris Episcopus publicè increpat. ibid. 39. eundem acriter Eusignius senex arguit. ibid. 134
Iulianus quid in Marin Episcopum Chalcedonensem. ibid. 39
Iuliani affectata patientia. ibid. præceps furor & insana rabies. ibid. 40
Iulianus qualis in iudicando. ibid. 41
Iuliani crudelitas. ibid. 47. persecutio diuersis obumbrata prætextibus. ibid.
Iulianus qua arte decipere tentat Constantinopolitanos Christianos. ibid. cibario inquinat idolothytis. ibi. 43. & aquis omnes. ibid. 126. quanto tempore moratus Constantinopoli. ibid. 43. benemeretur de conciuibus suis Constantinopolitanis. ibid. 44. venit Nicomediam, quid ibi egit ibid. 45
Iuliani aduentus Cæsaream Cappadociæ: quid ibi. ibid. in Cappadociæ Ecclesias immanitates. ibid. 48. & sacrilegia. ibid. 282
Iulianus Byzantium, non Constantinopolim vocat. ibid. 44. quando recessit Constantinopoli. ibid. Chalcedone recepit legatos Persarum Regis. ibid. quid in eos. ibid. quid Chalcedone. ibid. finit Gentiles grassari in Christianos. ibid. 47. quid in Nazianzenos. ibid. 48. proficiscitur in Syriam. ibid. 53. quid in Galatia aduersus Christianos. ibid. 72. 73. quid in Basilium Ancyranum Episcopum. ibid. 72. quando venit in Gallatiam. ibid. 76. venit Pessinuntem. ibid. Pessinunte sacra & ædes Matris deorum restituit. ibid. 77. vindicat ignominiam illatam Matri deorum. ibid. 76. quid in Cyzicenos. ibid. 78. quid in Thraces Christianos. ibid. 80. venit Antiochiam. ibid. 81
Iuliani res gestæ Antiochiæ. ibid. eiusdem dira scelera ibidem patrata. ibid. 134
Iulianus quo modo exceptus ab Antiochenis. ibid. 81
Iuliani Misopogon de sua barba in Antiochenos. ibid. ob eam iure reprehenditur. ibid. 35
Iulianus dicterijs exagitatur. ibid. 83. quot & quibus nominibus appellatus. ibid. derisus impositis nominibus. ibid. Victimarius dictus. ibid. Idolianus dictus. ibid. 84. Tauricremus. ibid. vecors in altercando cum Antiochenis. ibid. & 85
Iuliani barba qualis. ibid. de sua barba dicta querelæ in Antiochenos. ibid. 86
Iulianus quibus elementis nomen Christi exprimebat, & Constantij. ibid.
Iuliani inuectiua in Antiochenos, quod Christum & non deos colerent. ibid. 76. item ob cultum sanctorum martyrum. ibid. 87
Iulianus cultor Apollinis Daphnitici & Iouis Casij. ibid.
Iulianum apud Iouem Casium conueniunt rhetores Ægyptij, & de inueniendo Api spem illi injciunt. ibid. 88
Iulianus quid in Artemium & alios martyres Antiochenos. ibid. 90
Iuliano Antiochiæ Eugenius & Macarius fortiter resistunt. ibid.
Iulianus innumeras hostias immolat Antiochiæ. ibid. 93. quam multa & magna sacrificia parabat. ibidem. 94. venas Castalij fontis recludere cogitat. ibid. reliquias Babylæ martyris asportari iubet monitus ab oraculo. ibidem. 101. Antiochiæ ob gloriosam reliquiarum Babylæ translationem supplicia in Fideles constituit. ib. 103. cur Babylæ reliquias cum honore transportari permiserit. ibid. 104. 111. timuit Babylam martyrem. ibid. 104. 114. patruus Iuliani Apostatæ dira passus ob impietatem, & quid in morte. ibid. 105. 107
Iuliani rescriptum ad Felicem Comitem. ibid. 109
Iulianus ob incendium templi Apollinis adnersus Christianos quæstionem exercet. ibid. 113. insanit in templa martyrum. ibidem 114. sæpè signis admonitus. ibid. 116
Iuliani luctus de incenso Apollinis templo. ibid.
Iulianus falsis prætextibus necat Christianos. ibid. 129. canticis Ecclesiasticis deridetur. ibid. 131. 182. à Publia sanctimoniali derisus, quid in eam. ibid. 131. delusus etiam à mimis. ibid. 133. & ab Eusignio sene. quid Tarsi egerit. ibid. exagitat Antiochenos. ibid. quæ contulit Antiochenis. ibid. 136. Constantiam Syriæ ciuitatem Gazæ adiudicat. ibid. 137. Antiochiæ excepit Legatos Persarum Regis. ibid. finit iudices agere contra Christianos, atque Gentiles in eos furere. ibid. Fideles à Gentilibus occidi ridet & permittit. ibid. ingratitudo erga Marcum Arethusium suum seruatorem. ibid. 153. epistola ad Bostrenses contra Titum. ibid. 155. artes in persequēdis Christianis. ibid. 157
Iulianus quid in Christi statuam æneam. ib. 158
Iuliani statua, vbi Christi erat, collocata, de cœlo tacta & confracta. ibid.
Iulianus exagitat Ægypti Ecclesiam. ibid. 159. mortem Georgij vlcisci velle simulat. ibid. 166
Iuliani epistola ad Alexandrinos de nece Georgij. ibid.
Iulianus laudat Seradinem. ibid. eius cultor propensior. ibid. 169
Iuliani epistola de libris Georgij perquirendis. ibid. 176
Iulianus rescribit contra Athanasium. ibid. 241
Iuliani epistola ad Alexandrinos contra Athanasium, in qua eum occidi mandit. ibid.
Iulianus literulas comparatus. ibid. 243. scribit iterum ad Alexandrinos in causa Athanasij. ibi. 244. obiurgat Alexandrinos. ibid. & 245
Iuliani odium in Athanasium. ibid. 245. 246
Iulianus Arij amicus. ibid. 245
Iuliani ad Christianorum querelas responsio. ibid. 247. persecutio in Romanam Ecclesiam. ibid. 249. & deincep. artes in spoliandis Fidelibus patrimonijs. ibid. 250
Iulianus nunquam Romæ fuit. ibid. 255. fauet Donatistis. ibid. 265. & seq. laxat habenas Donatistis contra Catholicos. ib. & se.
Iuliani rescriptū pro Donatistis proponi iubet Honorius ad ignominiā eorū. ib. 265. cōsilium, miscere turbas in Ecclesia. ibid.

Iulianus cur reſtituit exules Epiſcopos. ibi. reſtituit exules Donatiſtas. ibid.
Iuliani reſcriptum, quo decernitur Chriſtianos dicendos eſſe Galilæos. ibid. 278. lex de acceptione priuilegiorum Chriſtianis. ibid. 279. de maritis liberè ab vxoribus dimittendis. ibid. 308.
Iulianus indicit tributa Chriſtianis. ibidem 281. prætextu iuſtitiæ multa impia decernit. ibid. 283. lege Euangelica male præcepta pugnat contra Chriſtianos. ibid. excludit à militia Chriſtianos. ibidem. 284. prohibet Chriſtianos docere publicè. ibi. 285. audiet Chriſtianis ſcientiam. ibid. & 286. 287. non prohibuit Chriſtianos diſcere ſed docere. ibid. 288. 289. ibid. 290. huius legis ſanciendæ ratio. ibid. 293. Attice loqui prohibuit. ibid. 294. imperitiæ inſimulat noſtros. ibidem. quæ obiectare ſolebat in Chriſtianos, eos deridens. 361. 15. æmulatus res Chriſtianorum in Gentilibus imitum eas transferre ſtuduit. 362. 302. 305. ædificare parat monaſteria & domos hoſpitales. ibid. 302
Iuliano haud conceſſum imitari Chriſtianorum res. ibid. 305
Iuliani epiſtola ad Arſacium de imitatione rerum Chriſtianorum. ibid. 306. obitus præſagia. 363. 2
Iulianus in odium Chriſtianorum fauet Iudæis. ibid. 5. & ſeq. Hieroſolymitanum templum reſtituendum curat. ibid. diuinitus repellitur. ibid. 9
Iudæorum ſæuitia in Chriſtianos ſub Iuliano. ibid. 6
Iulianos Iudæos in noſtros immittit. ibid.
Iuliani literæ ad Iudæos. ibid. 8. votum de immolando Chriſtianos Hieroſolymis ibid. 19. lex de ſepulchris & funeribus. ibidem. 20. apparatus ad bellum Perſicum. ibid. 22.
Iulianus ante bellum omnia mittit conſulere oracula. ibid. ludunt eum mendacijs. ibid. & 23. credi voluit Alexander Magnus ib. 23. decipitur à Maximo philoſopho ibidem. 22. ab eodem & Priſco. ibid. 33. eredebat tranſanimationem Pythagoream. ibi. 23. à Salluſtio reuocari tentatur à bello Perſico. ibid.
Iuliani in auſpicando bello vota. ibid. numiſma de nuncupatis votis lidi nutrici. ibid. 25
Iulianus ad bellum recuſat auxilia ſociorum. ibidem. Arſacem Regem Armeniæ contemnit, quòd Chriſtianus eſſet. ibid. & 28
Iuliani in auſpicando bello temeritas. ibid. 26
Iulianus recedit Antiochia profecturus ad bellum Perſicum ibid. 29
Iuliani iter in Perſas. ibid. 30. res geſtæ. ibid.
Iulianus ſuperatus ab adoleſcente Beræenſi. ibid.
Iuliani interitus prænunciatus à Chriſtianis. ibid. 32
Iulianus in procinctu ſcribit ad Libanium de ſuo itinere. ibid. 30. 31.
Iuliani equus Babylonius interijt. ibid. 33
Iulianus deceptus ab aruſpicibus. ibid. in procinctu ſcribit libros contra Chriſtianos. ibidem. 34
Iuliani ſcripta. ibid. 36. Edeſſam venit: quid ibi. ibid. 37. Charris abominanda ſacra peragit. ibid. Nisibi cum eſſet, exerri iuſſit corpus S. Iacobi Epiſcopi. ibid. 38. Nisibi redargui à ſanctis monachis. ibid. 39
Iuliani nuntij dæmones. ibidem. 40. crescens ſuis philoſophis malè perit. ibid. 42. rurſus decipitur à ſimulato oraculo. ibid. 43. immolans Martiterretur prodigijs. ibid. 44. cultor Martis. ibid. in eum exanduit. ibi. peruenit Ctesiphontem: quid ibi. ibid. ſe ducitur à Perſa transfuga. ibid. 46. inducitur ve faccendat naues. ibid. exercitum in diſcrimen adducit. ibidem. exagitatur rurſus tribus euentis. ibi. 48. ab aruſpicibus ſeductus labitur in interitum. ibid à dijs ſeluſus & derhetus. ibid. 49. eos execratur. ibid. cum Perſis vltimo certamine pugnat. ibid. 50. in prælio vulneratus. ibid.
Iuliani morientis oratio. ibid. 51. percuſſor haud ſatis exploratus, à Gentilibus quis creditus. ibid. 53. & ſeq. interatus. ibidem. & ſeq.
Iulianus diuinitus percuſſus. ibi. 54. & ſeq. à S. Mercurio martyre creditur percuſſus. ibid. 55. moriens quid in Chriſtum. ibid. 57. moriens affectat diuinos honores. ibi. 58. tranſlatum in cœlum finxit Gentilitas ibid. & 59
Iuliani interitus à nonnullis abſentibus cognitus. ibid. 60. dies obitus. ibid. 62. necatus putatur virtute SS. Ioannis & Pauli martyrum. ibid. 63. Apoſtatæ vita & obitus firma aſſertio eſt Chriſtianæ religionis. ibid. 62. ætas & tempus Imperij. ibid. 63. obitus gaudium attulit orbi. ibid. 63
Iulianus conclamatus deſtructor Romani Imperij. ibid. 68
Iuliano debet, non Iouiano adſcribi Imperij clades. ibid. 116
Iuliani adulatoriæ inſcriptiones. ib. 68. funus quale. ibid. 69.
Iuliani ſepulchrum Tarſi. ibid. prodigia meo. ib. ſacrificia abominanda detecta post mortem ipſius. ibid. 71
Iulianus poſt obitum laudatur à Libanio ibid. 72. à Libanio Dæmon laudis gratia nominatus. ibid. Apoſtata idem philoſophus Cynicus. ibid. 73
Iuliani mores quales. ibid. 75. 76
Iulianus proſcinditur duabus inuectiuis Gregorij Nazianzeni. ibid. 77. exagitatus apoſtrophis & inuectiuis. ibid. 79. 80. Baſilium & Gregorium deſtinauerat neci poſt reditum è Perſide. ibid. 80
Iuliani amicos perſequuntur Valentinianus & Valens. 364. 18
Iulianus Saba monachus nouit abſens interitum Iuliani. 363. 60
Iulianus Saba Antiochiam à Catholicis acerſitur ſub Valente. 370. 75. Saba monachus præſto eſt Antiochenis à Valente exagitatis. ibid. & ſeq.
Iulianæ Sabæ aduentus Antiochiam. ib. 78. ægrotans curat ſe & alios. ibid. ſanat Comitem Orientis. ibid. 80
Iulianus à febri liberatur Antiochiæ. ib. 79
Iuliani Sabæ celebris memoria. ibid. 82. Sabæ ingentia miracula. ibid. 77
Iulianus Saba puerum hoſpitis à puteo incolumem educit. ibid.
Iuliani pallio tacto claudus ſanatur. ib. 79.
Iulius Magiſter militiæ Valentis iuſsit occidi Gothos in ciuitatibus in pace agentes. 378. 29
Iupiter Caſius in Arabia. 372. 87. Fulmineus in Alpium iugis collocatus. 394. 1
Iura Pontificis Max. idolorum cultus tranſlata in Præfectum Vrbis. 384. 7
Iura diſtincta Regum & Eccleſiarum. 387. 25
Iuſta filia Valentiniani. 375. 5
Iuſtina rebita Dcentij vxor Valentimiani 370. 124
Iuſtina Auguſta cœpit perturbare Mediolanenſem Eccleſiã. 320. 18. Arianis fauet. ibi. & 328. 95. Ambrosio iniurias infert. 385. 19. legem pro Arianis à Valentiniano extorquet. 386. 4. libertatem concedit Arianis liberè agendi. ibid. perſequitur S. Ambroſium. ibid. 11. de quo tempore. ibid. quam opportunitatem nacta. ibid. profugos Arianos ſuſcepit. ibid. Ambrosium in exilii amandare fruſtra conatur. 386. 66. Auguſta rurſum vexat Ambroſium. 387. 1. vi armata oppugnat. ibid. 2. edictum elicit ab Imperatore contra Catholicos. ibidem.
Iuſtinę perſecutio longè latèq; graſſata. ibid. 37 perſecutio quomodo ſedata. ibid. 41
Iuſtina miraculis coacta à perſecutione Ambroſij deſiſtit. ibid. 37. 41. immittit ſicarios in Ambroſium. ib. 43. tollere tentat Ambroſium etiam per dæmones & maleficia licet fruſtra. ibid. confuſa victa manet. ib. ad Ambroſij opem ſupplex confugit metu Maximi. ibid 44. fugam arripit. ibid. 45
Iuſtus Epiſcopus Lugdunenſis interſuit Concilio Aquileienſi. 381. 32. 34
Iuuentinus martyr cum Maximo Antiochiæ ſub Iuliano. 362. 227. & ſeq. ijdem varijs dolis tentantur à Iuliano. ibidem.
Iuuenum ſententia in contentione de elegenda Meletij ſucceſſore obtinet. 381. 47

K.

Kalendarium Ianuarij ſuperſtitiones abrogat Ambrosius, & ieiunium ea die inducit. 377. 24

L.

Labari effigies in nummis Valentis & Valentiniani. 364. 11
Labarum à Iuliano mutatur. 362. 27. in quam formam conuerſum. ibid. reſtitutum ab Imperatoribus Valentiniano & Valente. 364. 10. non aquilæ ducunt exercitum Fidelium Principum. 378. 18. & ſeq.
Læta narus S. Paulæ, filia Albini Pontificis idolorum, vxor Toxotij. 382. 40. mater Paulæ iunioris. ibid. 44
Laici nõ immiſceant ſe rebus Eccleſiaſticis. 363. 150. eſſe non debẽt arbitri diſputationes cũ hęreticis 386. 16. necripti quidẽ Imperatores iudicent cauſas Eccleſiaſticas. 364. 40. ſæpe ordinati Epiſcopi. 371. 31. & multi poſt Ambroſij electionẽ electi ſunt. ibid. etiam coniugati ad Epiſcopatus poſtulati. ibid.
Laicis ſacerdotia deferre vetitum. ibidem.
Laicos de ſacerdotibus iudicare non debere 386. 16. neque de rebus fidei, ibid. 18
Lampadius Præfectus Vrbis poſt Symmachum. 366. 1. erogat in pauperes expenſas ludorum. ibid.
Lampſacenum Concilium quando celebratum. 364. 12. 365. 1. & ſeq. ex dicto Concilio legatio. 365. 6. Concilium ab hæreticis Macedonianis celebratum. ibid. 2. res in eo geſtæ. ibidem 4
Laodicea, vbi celebratum eſt Concilium, non Syriæ, ſed Aſiæ. append. 2
Laodiceæ plures. ibid.
Laodicena Synodus celebrata ante Nicænum Concilium. ibid. 6. poſt Neocæſarienſe. ibid. 8. Synodus citatur à Theodoreto, atque à Baſilio. ibid. 4
Laodicenum Concilium quando celebratum. ibid.
Laodicenſis Concilij lectio germana reſtituta. ibid. 6
Ladicenſis Syrię Epiſcopus Theodotus. ib. 3
Laodicenſis Aſię ciuitatis Epiſcopus Musechius. ibidem. 9
Lapis ſuper lapidem non relictus in templo tempore Iuliani. 363. 17. 18
Lapſi Epiſcopi an eſſent in ſedem reſtituendi, agitatum in Concilio Alexandrino. 362. 183. 194. & ſeq. 211. idem defendit Hieronymus. ibid. 227. recipiendi cum abſurditate hæreſis, ex ſententia Athanaſij. 371. 13
Lapſos eſſe reſtituendos. 370. 20
Lapſi Epiſcopi cum pœnitentia ſæpe recepti 363. 33. & quando depoſiti. ibid. 64
Latitantem prodere noluerunt Chriſtiani etiam cum ſuæ vitæ detr. mento. 372. 315

Latronianus poeta, idemq; Priscillianistæ. 385.27
S.Laurentij basilicę quid contulerit Damasus. 384.18
Lea vidua sanctissima.382.47.de Lea & Prętextato antithesis. ibid.48
Lex viduæ obitus. ibid.47.48. & elogium. ibidem.49. eiusdem Ostiam translatio. ibid.
Legatio missa à Concilio Alexandrino. 362.193.Antiocheni Concilij ad Ecclesias Orientis.378.44. Antiochenorum ad Theodosium.388.22.& seq. à Synodo Constantinopolitana ad Damasum. 382. 12. Catholicorum Constantinopoli ad Valentem missa.370.26.& seq. Episcoporum ad Valentinianum pro Concilio conuocando.364.11. ex Concilio Lampsaceno. 365. 6.S.Ambrosij ad Maximum.383.19. Liberij ad Illyricos.365.17.Liberij Papę ad Valentem Imperatorem. 374.34. Siricij ad Mediolanensem Ecclesiam.390.41. Maximi ad Theodosium post necem Gratiani. 383.13
item Valentiniani ad Maximum. ibid.19. missa à Theodosio ad Sanctos Ægypti monachos. 388.51.53. Theodosij ad sanctos monachos Ægypti pro precibus ante bellum Eugenianum. 393.35. Eugenij ad Theodosium. 392.17. Petri ad conciliandam Antiochenam Ecclesiam.371.8. ad Occidentales à Basilio missa. ibid.9. alia à S.Basil. missa ad Occidental. 372.4.16.17. Suedrorum Ecclesiæ ex Pamphilia ad Epiphanium. 375.1. Domini ad Maximum qualis.387.56.Flauiani Episcopi ad Theodosium.388.24. Gregorij Nyssen in Arabiam.378.44.Isidori Hierosolymam. 391. 15.Theophili Alexandrini in Italiam cum litteris ambiguis.388.68.S. Zenobij Episcopi Florentini ad Valentem.370.36.Regis Gothorum pro pace ad Valentem, quam spernit.378.25. Reginæ Sarracenorum pro accipiendo Episcopo. 372.103. missa à gentilibus Roma ad Valentinianum ob diras de magis quæstiones. 370. 102
Legatio Gentilium Senatorum pro cultu deorum ad Imperatores.382.52. Gentilium ad Valentinianum pro sacris restituendis. 392.1
Legationes Regum ad Iulianum pollicentes auxilium ob bellum Persicum. 363. 25
Legatio ad Romanum Pontificem pro Ecclesia Orientali. 371.9
Legationes ex Concilio Antiocheno ad diuersas prouincias.378.44. diuersæ ad Liberium pro reductione hęreticorum.395. 17
Legationes Ambrosij ad Maximum duæ. 387.44
Legationes iniunctæ diuersis Orthodoxis Episcopis ad explorandam fidem Catholicam diuersarum prouinciarum ex Synodo Cõstantinopolitana.382.73. ex Gallijs & ex Africa ad Concilium Aquileiense. ibid.82.84
Legati Apostolicæ sedis ab Imperatore cõmendati. 365.23
Legati missi à Concilio Lampsaceno ad Occidentales.ibid.6.eorum nomina. ibidem.8
Legati iterum missi ad Synodum Alexandrinam à Paulino.362.180. missi ad Occidentales à Basilio Probus & Dorotheus. 371.9
Legati missi Constantinopoli ad Valentem aqua & igne assumpti.370.26.& deinceps. à Lucifero missi ad Synodum Alexandrinam. 362.180. Macedoniam professione Nicænæ fidei suffurantur communicationem Liberij. 365.8. à Donatistis missi ad Iulianum. 362.261. Regis Persarum malè habiti à Iuliano, effectiq; martyres. ibid.44. Reges Saporis ad Iulianum Antiochiæ agentem. ibid.137
Legatus Eusebius Vercellensis ad erigendas collapsas Ecclesias. ibid. 200.212
Leo Papa nullam prærogatiuam cognouit sedis Constantinopolitanæ. 381.35
Leonis Pontificis cum S. Hilario Acta commenticia. 362.235
Leopardus cum collegis legatus ad Ecclesiam Mediolanensem. 390. 42. & deceps.
Letoius Episcopus Melitinensis exagitat Massalianos. 383.36
Letoij Melitinensis Episcopi aduersus hæreticos res gestæ. ibid.
Lex Iuliani aduersus Christianos professores.362.297.& seq. huius legis sanciendæ ratio.ibid.291. Iuliani,qua Christiani iubentur dici Galilæi. ibid.278. lata à Iuliano,ne Christiani militarent. ibid.284
Lege Iuliani arcentur Christiani à docendo. ibid.285.& seq.
Lex Iuliani de arcendis à scholis Christianis professoribus reuocata. 364.20
Lege Iuliana sublata priuilegia Christianis. 362.279
Lex Iuliani de sepulchris & funeribus. 363. 20
Lex Iuliani data ad Felicem Comitem. 362. 109
Leges in sacrilegos latæ, aduersus Christiana à Iuliano conuersæ. ibid.284. Iuliani aduersus ecclesias propositæ. ibid.282
Lex Gratiani de iudicio ecclesiastico. 376.5. aduersus Donatistas.377.6. aduersus Manichæos.ibid. de immunitate clericorum ibid.12. aduersus hæreticos. 376.1.379.11. aduersus auaritiam clericorum. 379.13. pro Christianis Catholicis exulibus. 378. 31.aduersus apostatas & Manichæos. 383. 20. Iouiani seuera de custodia sacrarum virginum.363.128. Theodosij aduersus apostatas. 391.5
aduersus hæreticos. ibid.15
Lex à Theodosio post baptismum sancita de fide Catholica, & aduersus hæreticos. 380.2. Theodosij ad hæreticos,ne fabricent ecclesias. 381.80
Leges Theodosij aduersus hæreticos promulgatæ tempore expeditionis in Maximum. 388.58.& seq. aduersus hæreticos post tertiam Synodum Constantinopolitanam. 383.33
Lege Theodosij fugantur omnes hæretici. 389.75
Lex Theodosij aduersus hæreticos.381.8.alia Theodosij aduersus hæreticos. 384.29
alia. 386.49
Lex eiusdem in Manichæos. 382. 74. 389.62. aduersus monachos hęreticos.390.48.aduersus maleficos.389.61.aduersus Iudęos. 384.37. qua abstulit idololatriam. 391.2. eademq; ex Senatusconsulto lata. ibid.3.
alia eodem tempore data eiusdem argumenti. ibid.5
alia aduersus idololatras.385. 37.aduersus idolorũ cultores. 381. 116. aduersus deorũ cultum.392.26.aduersus Paganos. 381.80. aduersus validos mendicantes. 382. 75. aduersus fidicinas & psaltrias. 383.37. de basilicis adeundis.282.73.qua punitur seuerè Zodomiticum scelus. 390.64.65.de diaconissis.ibid.66.ne quid clericis relinqui à fœminis possit.ibid.67.abrogata ab eodem Theodosio.ibid.71. aduersus violantes diuinam legem. 380.2. de fori Ecclesiastici immunitate seruanda 385.31. de dilatione supplicij damnatorum quando, & vbi lata. 390. 26. indulgens illis,qui in ipsum Imperatorem maledicta iactassent. 393.42
Lex Theodosij de irritandis rebus gestis à Maximo.388.67. de debitoribus confugientibus ad Ecclesiam non relaxandis absque fideiussione.392.28.de tempore Quadragesimæ.389.74. de cultu Quadragesimæ.380.3. de relaxandis vinctis Tempore Paschali. 367.1.386.38
Lex Valentiniani Imperatoris lecta publicè in Ecclesia. 370. 117. Valentiniani reuocans legem Iuliani de arcendis à scholis Christianis professoribus.364.20.de Arianis,vt liberè coeant & seruent professionem Ariminensem. 386.4
contra Manichæos. 372.111
aduersus Donatistas rebaptizantes. 373. 34.
de gladiatoribus. 367.1
Lex aduersus magos & idololatras reuocata à Valente precibus Prætextati. 364.20. de duabus vxoribus calumniosè Valentiniano adscribitur. 370.123. de Rom.scholis & scholaribus. ibid.129
Lex de virginibus, viduis, & pupillis à Valentiniano lata. ibid.131
Lex de scenicis à Valentiniano lata. 371.125. de aruspicina concessa à Valentiniano lata. 381.17
Lex Valentinani, ne clerici aliquid capiant ex victima voluntate. 370.117. lata consensu Damasi. ibid.123
Lex Valentiniani & Valentis de priuilegijs concessis virginibus, viduis, & pupillis. 365.44
Lex Valentiniani & Valentis pro synagogis Iudæorum. ibid.45
Leges Valentiniani & Valentis de priuilegijs clericorum. ibid. 42
Lex valentis pro Arianis de expellendis Episcopis Catholicis.372.74.75. de monachis ad militiam reuocandis. 375.10
Lege secularium coërcendi qui diuinam legem contemnunt. 370.121
Libanius percarus Iuliano. 362.4.15
Libanij laudes de epistola Iuliani. ibid.16
Libanius cognitor scriptorum Iuliani.ibid. 82
Libanij orationes pro Antiochenis.ibidem. luctus de incenso templo Daphnitico.ibidem.117.quæ in eum Chrysostomus. ibidem.
deliramenta in luctu exusti templi. ibid. 122
Libanius admiratus castitatem fœminarum Christianarum. ibid.133
Libanius à Ludimagistro argutæ responsione perstrictus. 363.32
Libanius laudator Iuliani post obitum. ibidem.72
Libanij oratio de Iuliano derisa. ibidem. 73. turpes adulationes de Iuliano ibidem.72. 73
Libanius falsò creditus Christianus. ibid. 74.fabula de eius in Basilio congressu. ibidem.
Libanij ingenium & mores. ibid.
Libanius insectabat tempori. ibid.
Libanij orationes. ibid.
Libanij de Basilij eloquentia iudicium.ibid. 93
Libanus mirificè laudat Basilium. 362. 63. 363.93
Libanij epistola ad Basilium.362.64.alia epistola ad Basilium. 363.95
Libanius cur à Basilio amatus. ibid.
Libanius commendatus, quòd etiam doceret pauperes. ibid.
Libanij epistola ad Ioannem Chrysostomum. 382.83
Libanius an præsto fuerit Antiochenis. 388. 11
Libanij obitus quando contigit. ibid.
Libaria martyr in Gallia cum socijs sub Iuliano. 362.256

Libellus Ambroſij in Auxentium. 386. 16.
Ambroſij ad Theodoſium poſt cædem Theſſalonicenſium, 390.12. Auguſtini ad Valerium de concedendo tempus vacationis, 391.17. fidei Auxentij, 369.15. de fide à S. Baſilio ſcriptus, 371.57. à Donatiſtis oblatus Iuliano, 362.167. expoſitus legendus publicè ab Honorio Imperatore, ibid. Feliciani, & Prætextati Donatiſtarum, 394.46. fidei Catholicæ oblatus Liberio Papæ ab hæreticis, 365.9.
Libellum ſupplicem dedit Terentius dux ad Valentem pro fide Catholica, ſed ab illo cæſus eſt. 372.3
Liber Apollinaris glutino cõſtrictus, 373.26
Libri Gregorij Epiſcopi Ariani à Iuliano quæſiti, 362.170
à Iuliano ſcripti in procinctu contra Chriſtianos, 363.35. magicæ artis à Valente perquiri iuſſi, 370.100. magici occaſione Ioan. Chriſoſtomus in diſcrimen adductus, ibid. Sybillini ſub Iuliano conſulti. 363.3
Liberij Papæ ad Epiſcopos Italiæ epiſtola. 362.178
Liberius Papa auctor Synodi Alexandrinæ, ibid.206
Liberij Papæ fidei profeſſionis fragmentũ, ibid.207. quid ad eum Anathaſius, ibid. 208
Liberius Papa confirmat Synodum Alexandrinam, ibid. decipitur à Macedonianis ſub Catholico nomine 365.8.9. Papa recipit legatos Lampſacenos. ibid.7. recepit in communionem Macedonianos ſub confeſſione Catholica, ibid.10. ſcribit pro Macedonianis litteras communicatorias ibid.
Liberij litteræ de reſtitutione damnatum Epiſcoporum in ſuas ſedes, ibid.11. Papæ litteris ab omnibus abſque more obeditum, ibid.
Liberius Papa magna molitur, nimirum in vnam fidem omnes Chriſtianos adducere, ibid.17. mittit legatos ad diuerſas prouincias, ibid.
Liberij litteræ Synodo Tyanenſi exhibitæ, & receptæ, & impletæ, ibid.28
Liberius excuſatur, quòd receperit Euſtathium & alios Macedonianos, ibid. 37. excuſatur, quòd facilè Orientalibus legatis fidem habuerit, ibidem, Papa velum dedit S. Marcellinæ virgini ſorori ſancti Ambroſij in cuius dedicatione habuit ſermonẽ, 367.4.
Liberij Papæ obitus tempus, ibidem. 2. Papę ſedis tempus & res geſtæ, ibidem baſilica, ibid. Papæ memoria nobilis, ibid.4. laudatus à S. Ambroſio, ibid.
Liberius Papa inter ſanctos ad numeratus, ibid.
Libidines ſuas & probra Iulianus Apoſtata religione velat, 362.19. monſtruoſæ ex hęreſi Iouiniani prouenire, 390.64
Libyæ Eccleſiæ vexata à Præfecto Valentis, 379. 91. Præfectus ab Athanaſio excommunicatus, ibid. ſuæ Liuiæ martyrium, 367.3
Limenius Epiſcopus Vercellenſis interfuit Concilio Aquileienſi, 381.82
Litteras ſcribere, Dei donum, 375.18
Loqui Atticè prohibiti Chriſtiani, 362.194
Lucifer Epiſcopus Calaritanus mittit legatos ad Synodum Alexandrinam, ibidem, 180. Epiſcopus Calaritanus Antiochiæ creat Paulinum Epiſcopum, ibid.
Luciferi congreſſus cum Euſebio Antiochiæ, ibid.213
Lucifer ſe diuidit ab Eccleſia, ibid.214. cauſę huius diſidij. ibid.
Luciferi cum Euſebio altercationis cauſa quæ verè præceſſit, ibid.
Luciferi reditus in Italiam, ibi.219. eiuſdem exitus, ibid. 220. 225. & elogium luctuoſum, ibidem.
Lucifer non dicendus hæreticus, ſed ſchiſmaticus, ibidem, 220.222
Luciferi Calaritani obitus, 371.121. quomodo dictus immunis ab hæreſi Ariana, ibidem.
Luciferiani ſchiſmatis cauſa vnde manauit, 362.213. eiuſdem ratio, ibidem, & 214. 320. & ſeq.
Luciferiani ſchiſmatici procul ab hæreſi, ibid.220
Luciferianis anabaptiſmus minimè impingendus, ibid.222
Luciferiani ſchiſmatici eliciunt reſcriptum à Theodoſio, 388. 94. agentes in angulo Hiſpaniarum, 371.126. ijdem reiecti ab omnibus, ibid. 130. Satyrus frater ſancti Ambroſij eos vitat, ibid.127. quando extincti, ibidem. confutati à S. Hieronymo, 382.36
Luciferianum ſchiſma penitus deficit, 388. 98
Luciolus Epiſcopus in Hiſpania hoſtis Luciferianorum, 371.122
Lucius Epiſcopus Alexandrinus Arianus agit contra Athanaſium, 363.145. Lucius reijcitur, ibid. Arianus expulſus conuenit Valentem Imperatorem, 388.22. inuadit Eccleſiam Alexandrinam, 372.69. & ſeq. eius immania ſcelera, ibidem & ſeq.
Lucij impietatem publicè deteſtatur Moyſes Sarracenorum Epiſcopus, ibidem 104
Lucius Alexandrinus Epiſcopus Arianus agit Conſtantinopoli apud Demophilum, 380.10. penitus à ſede Alexandrina expulſus, ibidem 17. eius ſcripta, ibidem. ſcripſit Paſchales epiſtolas, ibid. Samoſatenus Arianus Epiſcopus, 370.15
Luctus Iuliani de incenſo Daphnitico templo, 362.117. de Luciferi Epiſcopi caſu & ruina, ibid.225
Ludi Circenſes Gazæ, ibid.143
Luminaria in funere, 368.10
Lupicinus pugnat aduerſus Procopium tyrannũ. 363.2. dux exercit' reprehenſus, 376.8
Lupicini Romani ducis auaritia & perfidia quid Romanus exercitus paſſus, ibid.
Lupus Epiſcopus Edeſſæ Arianus, 371,110
Luſtratio Donatiſtarum, cùm tangerent res Orthodoxorum, perignem, 362. 270. 271
Luxum & ornatum ſacerdotibus non conuenire, Gregorij Nazianzeni ſententia, 381.61
Luxus clericorum taxatur. 369.13.

M.

Macarius Antiochenus cum ſocijs deportatus in Oaſim, 362. 91. eorum martyrium ſub Iuliano. ibidem.
Macarij monachi in Ægypto miracula, 372. 88
Macarius presbyter communicans ſchiſmaticis Romæ punitus, 371.123
Macedonius hęreſiarcha damnatur in Concilio Conſtantinopolitano, 381. 18. iuſſu Damaſi. ibidem. 19. Magiſter officiorum Gratiani fauet hæreticis, ibidem. 111. non impune, ibidem.
Macedonij monachi inſigne facinus Antiochiæ, 388.9
Macedonius martyr in Phrygia, 362.77
Macedoniana hæreſis probata Lampſaci inualeſcit, 365.5. hæreſis collapſa. 377.5
Macedoniani creabant Epiſcopos, ſed cohibiti, 384.32. Epiſcopi. 362.238. Legati, profitendo fidem Nicænam, ſurripiunt communicationem Liberij, 365.8. perſecutionem patiuntur ab Arianis ſub Valente, 366.20
Macedonianis anathema dictum à Damaſo. 373.11
Macedoniorum vafrum conſilium de mittenda Legatione ad Liberium Papam. 365.7. copiæ in Heleſponto, ibid.
Macellum Libyæ, ſiue Liuiæ, locus in Vibe ſic dictus. 367.3
Machabæorum martyrum ſolemnitas in Eccleſia. 388.83
Macrina S. Baſilij auia Neocæſareæ egebat. 36.3.101
Macrina ſoror Baſilij. 369.62. Thecla ab Angelo dicta. ibid.63
Macrinæ Gregorij Nyſſeni ſororis virtus & doctrina. 378.46. obitus, quam Gregorius Nyſſenus magiſtram appellat. ibid. geſtabat crucem ferream, & annulum ferreum cum cruce, ibid. eius vitam ſcripſit Gregorius frater. ibid.
Mactarij dicti Manichæi, & cur, 371.113
Magos colit Iulianus. 361.6. 362.17. ſecum ad bellum ducit Iulianus, 365. 23. ab iijs deceptus. ibid 33.41.43
Magi aruſpices Iuliani ludibrio affecti. ibid. 70
Magorum Iuliani detectæ impoſturæ. ibid. 71
Magi à Valente exagitati, dato reſcripto in eos. 364. 16. 19. & incantatores à Valente diu exagitati, 370.93. & ſeq. etiam in Occidente iuſſi inquiri. 370.102. 371.6. libri à Valente perquiri iuſſi. 370.109
Magicas præſtigias damnat cõcilium Rom. 382.20
Magiſtratus Iuliani quales. 362.5. Conſtantij malè habiti à Iuliano. 361. 8.12. mutati. ibid.20. Ethnicis quoque communes eſſe voluit Theodoſius. 391.1. ad Epiſcoparum ante omnes aſſumendi, 365.19. philoſophis & eruditis collati à Iuliano. 362.3
Magiſter ludi litterarij deluſit reſponſione Libanium, 363.32. Proſcolus pecuniæ inuentor. 368.78
Magiſtris quantus honor habendus, exemplo Theodoſij oſtenditur. 383.22
Magiſtri ludi litterarij eſſe vetiti ſunt Chriſtiani. 362.187
Magnus Comes Ariianus obſequitur Lucio. 372.75.77. eius crudelitas. ibid.
Magni Præſidis in Alexandrinam Eccleſiam crudelitas. ibid.77.79
Maiuma nauale Gazæ dicta Cõſtantia, quid de ea Iulianus. 362.37
Maiumæ ſpectaculum frequentatum ab Antiochenis. 362.89
Malchus monachus in Syria celebris. 370.83
Maleficia ſanctis viris nocere non poſſe. 387. 43
Maleſici Theodoſij lege perſtricti. 389.67
Maleficos excommunicandos præcipitur à Romana Synodo. 382.20. ſeueriſſimè punit Valentinianus. 371.4
Maleficorum artes plurimum inualuerunt ſub Gratiano. 382.20
Mamertini & Nouictæ Conſulares. 362.1
Mamertinus Iuliano carus. 361.9. 362.1. qualis, 362.1.
Manichæi Romæ quid egerint. 372.111. agunt Romæ conuentum, ibid.112. detecti. ibid. 113. præceptis ſuis obtemperare nequeunt, ibid.111. è diametro pugnant contra Iouinianum, 390.61. cohibiti lege Valentiniani. 372.111. Theodoſij lege exagitati, 389. 63
Manichæos lege damnandi ſub Valentiniano occaſio, ibid.111. lege damnat Gratianus, 377.2. 378.83. lege cohibent Impp. 382. 74. appellat Priſcillianiſtas Maximus, 387. 67
Manichæorum vituperatio, 377.6.7. Auctor, qui Romæ eos congregauit, quis fuerit, 372.111.112.113. fimulata ſanctitas. ibid. nomine cur infamati optimi Chriſtiani. ibidem 113. & 386.35. hæreſis cognata Priſcillianiſtis, 382.113

Manichæus nobilis fit Catholicus Christianus. 372.113
Manuel Persa martyr. 362.44
Marcella quæsita in coniugem à Cereali 375.7
Marcellæ argutè dictum Cereali nubere recusantis. ibidem.
Marcellæ amplitudo. ibid.7
Marcella vidua doctissima semper discendi cupida. 382.36
Marcellæ ingenium, virtus, præstantia. ibidem.
Marcella Romæ monasteria instituit. ibidem 38
Marcellina Virgo soror sancti Ambrosij. 369.39. eius vitæ institutio. 377.9. nuncupat vota S. Laurentio pro felici reditu fratris. 383.15
Marcellinæ epitaphium. ibid.17
Marcellinus schismaticus res Luciferi scripsit. 362.219
Marcellinus schismaticus fauet Vrsicino. 367.14. eorundem libelli fides. 269.32. 288.94
Marcellinus cum Faustino elicit rescriptum à Theodosio. 388.95
Marcellini Comitis error in tempore obitus Damasi. 384.11
Marcellini error de tempore obitus Valentiniani. 392.3
Marcellinus Consul auus an pater Melaniæ. 372.95
Marcelli Ancyrani hæresis. 371.10.130. Ancyrani causa delata à Basilio ad Damasum. ibid.130
Marcellus Ancyranus vt damnetur, petunt Orientales à Romano Pontifice. 371.10
Marcelli Ancyrani obitus. 372.14
Marcellus tyrannidem post Procopiū sumpsit. 366. occiditur. ibid.2
Marcellus martyr sub Iuliano. 362.25
Marcellus Episcopus Apameæ destruit templum Iouis Apamen. 376.9. 389.105. aqua benedicta præualet aduersus dæmonem. 389.108
Marcianus Nouatianus Episcopus Agelio Nouatiano sufficitur. 394.38
Marciani plures. ibid.
Marcianus monachus in Syria celebris. 370.83. 384.36
Marcianus magister filiarum Valentis. 366.21
Marcianitæ hæretici inter Antiochenos Catholicos latebant. 386.50
Marcionitæ vexant Antiochenam Ecclesiam. ibid.49
Marcionitæ malè pereunt. ibid.52
Marcionita curatus à Ioanne Chrysostomo ibid.51
Marcionitarum ludus. ibid.53
Marcus Ægyptius hæreses Gnosticorum inuexit in Hispanias. 381.99.113
Marcus Arethusius Episcopus quæ passus cum suis gentilibus. 362.151. seruator Iuliani ab internecione. ibid.153. Semiarianus aliquando. ibid.
Marci Episcopi Arethusij martyrium. ibidem 152. cum Catholicum discessisse. ibidem 153
Marcus Velserus illustrator rerum antiquarum, & rerum sanctæ Vrsulæ diligens explorator. 383.4
Maria virgo Auctoris signum. Præfat. 2. Dei genitrix pro Deo culta ab hæreticis Collyridianis. 373.30
Mariam post partum Iosepho coniunctam Heluidij hæresis. ibid.
Marianus monachus in Syria celebris. 370.83
Marina Gordiani vxor damnata ad aquas Salvias. 362.254
Marini martyris reliquiæ. 381.55. in Demophili locum subrogatio. 386.41
Maris prodigiosa effusio ob terræmotum magnam ætatem facit sub Valentiniano. 362. 158. quid mali portenderit 365.41
Maris Episcopus Chalcedonis quid in Iulianum. 362.39
Maris Episcopus Arianus factus. ibid.
Maris Chalcedonis Episcopus profitetur fidem Catholicam in Concilio Antiocheno. 363.142
Marius Victorinus deserit scholas, & ad Christum conuertitur. ibid. 297. & seq. quo tempore libros de Trinitate scripserit. ibid.298
Marna Deus Gazensium. 362.143. idem victus à Christo. ibid.
Marnæ templum Gazæ clausum. 389.109
Marti Immolat Iulianus, sed in eum incensus ira fuit deceptus. 363.43
Martinus quando creatus est Episcopus. 375.3. pro votis ad ieiunia & cilicia confugit. ibidem 2. Episcopus cùm adit Valentinianum, quid mirum accidit. ibidem.
Martini annorum ratio. ibid.3
Martino Episcopo quid per calumniam Ithacius obiecerit. 385.23
Martinus consentit Maximo, & Episcopus communicat. 386.23. cum Angelo visus colloqui. ibidem 25. aduentans Treuerim, Synodum terret. ibidem 26. Ithacio iussus communicare metu mortis multorum communicat. ibidem. dolet de Ithacio communicasse. ibid. 29. corripitur ab Angelo. ibid.
Martinus Maximo prædicit euentum belli Italici. ibidem. 31. ad conuiuium Imperatoris ire coactus. ibidem 32. propinat suo presbytero. ibidem. quomodo exceptus ab Augusta. ibidem. 10 hæreticos inquirere vexat Maximum. ibidem 26. cur dimouet Maximum ab inquisitione hæreticorum. ibidem 34. in crimen adductus hæresis Priscillianus. 285.23. 386.35. quæ prædixerit Maximo. 388.64. deijcit templa deorum. 389.110
Martyres Alexandrini sub Lucio Ariano. 370.5. occisi à Gentilibus sub Theodosio. 389.83
Martyres Ancyrani. 362.72. Antiocheni sub Iuliano. ibidem & sequen. 78.116. Galatæ. ibidem 72. Galliarum. ibidem 256. in Gothia sub Athanarito. 370.106. ijdem omnes Catholici. ibidem 113.116. Gazenses. 362.138. Hadianopolitani. ibidem 80. innocentes qui sint apud Ammianum historicum. 366. 21. sub Iuliano diræ pœnæ. 362.42. Legati Regis Persarum sub Iuliano. ibidem 44. Romæ sub Iuliano. ibidem 149. & sequen.
Martyres octoginta in mare mersi sub Valente. 370.28. & sequen. Phrygæ. 362.77. Thraces sub Iuliano. ibidem 80. qui dicendi. ibidem 165. post mortem quales. ibidem 130. iuuare defunctorum animas. 383.17. fugillat Eunapius Gentilis. 389.81.
Martyrum constantia. 362.28.152. templa à Iuliano iussa succedi vel demoliri. ibidem 114. sepulchra à Gentilibus effossa. ibidem 145. gloriam falsis criminibus frustra obscurare conatur Iulianus. ibid. 129. corporum virtus. ibidem 130. reliquiæ ne distrahantur, vetat Theodosius. 386.41. reliquiæ diminutis inuentæ. 362.138. reliquias dum Eunapius detrahit, hæreticos insectatur. 389.81. cultus in Ecclesia quàm celeberrimus. ibid. reliquiarum cultus. 362.130. natalitia frequentari solita conuiuijs. 377.14
Martyrij gloriam inuidebat Iulianus Christianis. 362.23
Martyrium Basilij Ancyrani. ibid.72
Martyriū trium Christianorum Phrygum. ibidem 77. Legatorum LXXX. Orthodoxorum ad Valentem. 370.27. & deinceps. Theodori Antiocheni. 362.103
Martyrius renuit ordinari diaconus à Nectario. 381.77
Martyrologium curatum fingitur opera Theodosij. 388.101
Massaliani hæretici in Syria detecti & cohibiti. 383.35.37. à Flauiano detecti. ibid. Sacophori vocati. ibid.36
Massalianorum hæreses. ibid.37
Massaliani ejiciuntur è Syria, & damnantur in Synodo Sydæ. ibid.38
Mater deorum contumelia affectata. 362.76.
Matris ducentis filium ad martyrium dignum exemplum. 371.108
Matrimonium consobrinorum veritum à Theodosio. 390.72.73
Matrimonia illicita concedendi licentiam Principes malè vsurparunt. ibid.75
Mataza dicta eremus vbi Basilius atq; Gregorius agebant. 365.90
Mataza locus eremi Basilij. 362.70. describitur qualis esset. ibid.71
Mathematicos & magos capite punit Valens. 370.93
Mauritius Episcopus Andegauensis. 394.98
Mauuia Regina Sarracenorum, liberat Cōstantinopolim. 378.29
Maximianistæ Donatistæ. 394.41
Maximianistæ damnati in Concilio Bagagensi. ibid.42
Maximianistæ redire permissi & recepti. ibid.45
Maximianus contra Parmenianum electus Episcopus Carthaginensis in schismate Donatistarum. 396.34
Maximini iudicis sæuitia cōflauit inuidiam Damaso. 367.17
Maximinus Vicarius Romæ. 371.7
Maximus philosophus Smyrnæ natus, Ephesius dictus. 362.3. Magus vocatus à Iuliano. 364.6. quomodo à Iuliano exceptus. 362.2. quanti eum fecerit Iulianus. 364.16
Maximum philosophum secum duxit ad bellum Iulianus. 363.33. ab eo deceptus. ibidem.
Maximus philosophus pollicetur victoriam Iuliano. ibidem 22. derisus à Christianis. ibidem 70. acceptus Iouiniano. ibidem 150.164.3. dira cogitur pati supplicia. 364.16. quomodo liberatus. ibid.28. à Valente occidi iussus ob magiam. 370.99
Maximi philosophi duo, Tyrius, & Smyrneus, qui & Ephesius dictus. ibid.
Maximus philosophus magus qualis post obitum apparuit. 380.20. Ephesius non idem ac Tyrius. 370.99
Maximi Cynici duo. 362.3
Maximus Cynicus venit Constantino polim. 379.24
Maximi laudes à Gregorio Nazianzeno scriptæ. ibid.30
Maximus Cynicus turbas excitat in Gregorium. ibidem. 31. adit Gratianum Imperatorem, & offert ei librum. ibid.24
Maximi studia pro sede adipiscenda. ibid.27
Maximus intruditur in sedem Constantinopolitanam. ibid. ordinatus in domo scenici. ibid. 28. pellitur à ciuibus extra vrbem. ibid.
Maximus se deceptum laudasse pronunciat Gregorius. ibid.29
Maximus primò laudatus, vituperatus postea à Gregorio. ibid.30
Maximus pulsus Constantinopoli, Theodosium conuenit: reiectus redit Alexandriam. 380.4

Maximus in hæreſim Apollinaris labitur. ibidem. ſcribit in Gregorium Nazianzenum. ibid. dum ſedit Conſtantinopoli, ordinationes habuit. ibid.5
Maximi cauſa pertractata in Concilio Conſtantinopolitano. ibid.5
Maximum Epiſcopum non fuiſſe declaratum à Synodo. ibid.24.25
Maximus cum Calimero legatus à Paulino ad Synodum Alexandrinam. 262. 180
Maximus Epiſcopus Neapolitanus ſuffectus in locum Zoſimi. 219. mater Antiochiæ. ibidem 127
Maximus tyrannus inſurgit in Occidente. 382.75. ex ſtemmate Conſtantini aſſereba-tur. 383.2. pollet Britannorum auxiliis. ibidem. coloniam in Gallia inſtituit. ibidem 3. Gratianum occidi curat. ibidem 7. occidiamicos Gratiani. ibid.12. cupiditate regnandi fauet Gentilibus. ib.6. mittit legatos ad Theodoſium Imperatorem ibid.13.387.60
Maximi impetus comprimitur Ambroſij votis 383.14. ciuſdem legatione retardatur ab Italiæ inuaſione. ibid.19
Maximus animaduertit Priſcillianum. 385. 20. carpitur ob eam rem à Pacato. ibidem 26. arrogat ſibi cauſas Epiſcoporum, licet hæreticorum. ibidem 32. eius cum Theodoſio hac ex parte differens collatio ibidem.
Maximi cum Theodoſio fœdus ictum. 386.1 vxoris erga ſanctum Martinum ſtudium. ibid.32
Maximus Synodo Treuerenſi & Ithacio fauet. ib.25. Martinum Ithacio communicare compellit. ibid.28
Maximi factum exerentis gladium in hæreticos commendatur. ibid. 36. & Valentiniani cauſæ. 387.45. ad Valentinianum epiſtola pro Ambroſio & Catholicis oppugnatis. ibid.33
Maximus Imperator pro ſancto Ambroſio ad Valentinianum ſcribit. ibidem. Alpes tranſcendere cogitat. ibid.45. ad eum legatus Ambroſius liberè loquitur. ibid.48. & ſeq. nonniſi publicè vult audire Ambroſium. ibid.
Maximi querela in Ambroſium. ibid.49. vrgetur ab Ambroſio. ibid.50
Maximus quomodo excommunicatus à S. Ambroſio. ibidem 54. decipit Dominum Legatum. ibidem 56. ſeſe infert clam in Italiam. ibidem 58. deuaſtat Italiæ partem. ibidem 60. Mediolanenſem Eccleſiam incolumen relinquit. ibid. 62. redditus mitior omnes ſibi conciliare ſtudet ibidem 64. populos ſuam quemq; religionem colere permittit. ibidem. ſcribit ad Siricium Papam de Catholica religione. ibid.65
Maximi ſtudium pro Fide Catholica. ibidem 66
Maximus libentiſsimè excipitur à Gentilibus. ibid.67
Maximum publicè laudauit Symmachus. ibidem.
Maximus in quanta mala incidit, dum Martino non paruit. 388.64. à Theodoſio victus, à militibus occiditur. ibid.62
Maximi ſectatores malè periêre. ibidem 64. res geſtæ per Theodoſium irritæ redditæ. ibid.66
Mediolanenſis Eccleſia à Iuſtina cœpta turbari. 380.18
Mediolanenſe Concilium contra Iouinianum. 390.43. ex eo Synodica ad Siricium Papam. ibid.44
Mediolanenſis Eccleſiæ ſtatus ante Ambroſij ordinationem. 375.25. 377.9. tranquillitas ſub Ambroſio. 377.9. diœceſis Sirmienſis Eccleſia. 380.18
Mediolanenſis Eccleſia à Iuſtina Auguſta perturbatur. ibid.
Mediolanenſe monaſterium ſub cura Ambroſij. 382.30
Mediolanenſis populus ſtudioſiſsimus Ambroſij. 386.10. tuetur Ambroſium à Iuſtina. 387.1
Mediolanenſes parant fugam à Maximo. ib. 65. ab Ambroſio continentur, ne fugiant metu Maximi. ibid.
Melaniæ peregrinatio in Orientem cum Ruffino. 372.33
Melania ab Athanaſio donata pelle ouina. ibid.34. Ægypti eremum luſtrat. ibidem. erogat in monachos pecunias. ibidem. quanta præſtitit monachis tempore perſecutionis Lucij Ariani Epiſcopi. ibid.91. claritudine generis ab omnibus Præfectis honore habita. ibidem 87. eius genus. ibid.93. occultat & paſcit monachos. ibid. 92.96
Melaniæ conſtantia. ibid.92
Melaniæ filia an neptis Marcellini Conſulis. ibid.93
Melania à Didymo deprauata. ibid. ex Ægypto proficiſcitur in Paleſtinam. ibid. 96. quid ibi paſſa à Præſide Paleſtinæ. ibidem. Præfectum Paleſtinæ ſuæ conditionis certiorem facit. ibid.97. quid egerit Hieroſolymis. ibid. tempus eius commorationis. ib. in crimen obiecta Hieronymo. 385.14. aduerſatrix præcipua S. Hieronymi. 392.24
Melaniæ caſus lugetur ab auctore. ib.25
Melalippus martyr Ancyræ cum Antonio & Carina ſub Iuliano. 362.73
Meletius Epiſcopus Antiochiæ degit tempore Iuliani. ib.125. mittit adoleſcentem conuerſum ad Cyrillum. ib.
Meletij lapſi, vt reciperet ſedem ſuam, cur non habita ratio. ib.216
Meletij reditus Antiochiam quando contigit. ibid.218. Meletius ſeorſum colligit ſuos. ib.217
Meletij imagines vbiq; honoris cauſa poſitæ 370.65. nomen liberis à parentibus imponi ſolitum. ib. effigies & manſuetudo. ib. 66. exulantis egregia virtus. ib.67. defendit Præſidem ab ictibus lapidum. ib.
Meletius quid paſſus à Valente Imperatore. ib.64
Meletij exilium. 370.65. quo honore à populo cultus. ib. cauſam tuetur Baſilius aduerſus Paulinum. 271.12. requiruntur litteræ ad Occidentales. ib.15. cauſam minus exploratam fuiſſe Damaſo putauit Baſilius. 372.50
Meletio communicandum potius, quàm Paulino, cenſet Baſilius. ib.
Meletij & Paulini cauſa quomodo concordata. ib.52
Meletius cum Paulino tranſegit. 378.36
Meletij cum Paulino modeſtiſsima oratio. ib.38
Meletius nouos ordinat Epiſcopos, Diodorum Tarſenſum, Ioannem Apameæ, Stephanum Germaniciæ. ib.55. viſitans monachos Syriæ, nouit Simeonem Stylitam. ibidem. venit Conſtantinopolim, vt Gregorium collocet in throno. 381.18
Meletij obitus Conſtantinopoli. ib. 40. funus ſumptuoſum. ib.41. tranſlatio Antiochiam. ib.42
Meletium Chryſoſtomus etiam laudauit. ibidem.
Meletij memoria cur 3. Id. Febr. adſcripta in tabulis Eccleſiaſticis. ib.
Meletio mortuo an alium ſufficerent, deliberant Patres Conſtantinopol. Synodi. ibid.
Meletij ſucceſſor in Synodo decretus Flauianus. ibid.
Meletiani Tarſenſibus iuncti. 372.54
Mendacium peccatum non eſſe, Piſſollianiſtarum hæreſis. 381.114
Mendicantes validi compreſsi lege Imperatoris. 382.75. cur Romæ tempore Hieronymi abundarent. ib. pro foribus Eccleſiarum eſſe ſolebant. ib.
Menedemus legatus martyr vnà cum ſocijs. 270.27
Mercurius martyr percuſſor Iuliani. 263.55
Meretrices & cinædi ſtipatores Iuliani. 262.18
Meretricis famoſiſsimæ conuerſio. 370. 104
Merobaudis & Gratiani Conſulatus. 377.1 & Saturnini Conſulatus. 383.1. occiſio. ibid.12
Merobaudes falsò dicitur Gratiano infidus ibidem.
Miles Chriſtianus quibus armis debellet hoſtes. 378.16
Milites Chriſtiani quæ paſsi ſub Iuliano. 262.26. à Iuliano thurificatione probati. ibidem 33. multi incautè thura offerunt. ibidem. agnito errore publicè pœnirent. ibid.34
Militum Chriſtianorum glorioſa confeſſio ibid. & ſeq.
Milites deſertores fidei Chriſtianæ reſipiſcunt. 363.115. in Ambrohum miſsi agunt pro Ambroſio. 387.24. Itali pij. 387.19. fœtes fide. ib. 28. prohibiti hoſpitari in ſynagoga Iudæorum. 365.45. cohibet diſciplina Theodoſius. 395.41
Militare prohibiti Chriſtiani à Iuliano. 362. 284
Millenariorum hæreſis à Damaſo Papa damnata. 373.14
Mimas mons Aſiæ nobilitatus nece Vasentis. 378.26
Mimus Porphyrio per iocum Chriſtianus & martyr ſub Iuliano. 362.33
Minerurius legatus cum Prætexato ad Valentinianum Imp. cauſa quæſtionum in magos exhibitarum. 370.103
Miraculum Crucis coronatæ in extis Iuliano viſæ. 362.20. ex præſentia Chriſtiani in ſacris Iuliani factum. ibid. 21. de Iuliani ſtatua exſtincta igne comminuta. ibid. 158. de Gentilibus Orgia celebrantibus. ibid. 160. ſancti Ambroſij Romæ. 377.13. de Cæſareo è ruina Nicææ ſeruato. 368.7. Hilarionis de equis Circenſibus. 362. 145. de obmutescentia oraculi Daphnæ ob reliquias S. Babylæ. ibid. 98. & ſeq. de morbo Iuliani ſenioris ob religionis Chriſtianæ contemptum. ib. 105. alia ob eandem cauſam facta. ib. 108
Miraculum à ſancto Hilarione factum in maris fluctibus compeſcendis. 365. 40. inſigne de innocenti muliere Vercellen. adulterio damnata. 207.25
Miracula martyrum contra Arianos defenduntur & probantur. 387. 40. in Ægypto à monachis facta. 370.5. & poſt obitum Damaſi. 384.13. dum viueret. ibid. 14. puerum in fontem baptiſmalem delapſi. ibid. 19. Damaſi Vrſicino ſchiſmatico adhærentes tribuunt ſancto Laurentio. ibid. 15. Hieroſolymis de energumenis. 385.25. de ſacroſanctæ Euchariſtiæ, & de ampulla vitrea Chriſmatis protecta & non fracta. 362. 267. diuinitus edita in conſtructione templi Hieroſolymitani. 363.12. 13. Aphrahatis monachi Antiochiæ. 370.73. 74. Iuliani Sabæ. ibid. 77. 78. 79. S. Donati Epiſcopi 394. 99. Euſebij Epiſcopi Vercellenſis poſt obitum. 371.120. ingentia ex reliquijs SS. martyrum. 362. 147. de victoria Theodoſij 394. 13. ad ſepulchra Ioannis Baptiſtæ & Eliſæi edi ſolita. 362. 148. de inuentione & tranſlatione ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. 387.37

Miracula sæpè Deus per confessores efficit. 384.13. de S. Marcello Episcopo Apameno. 389.106.107. & seq. de supplicijs diuinitus irrogatis apostatis. 362.108
Miraculis probata fides Catholica tempore Lucij Ariani. 371.88.89
Misopogon Iuliani in Antiochenos. 362. 82
Missas certis horis celebrandas cautum Cœlio Romano. 382.20
Missæ agi solitæ in priuatis domibus. 377.14. sacrincium pro defunctis offerendum. 389.4
Missa pro defuncto nondum corpore tumulato. ibid.5. in Missa pro defunctis offertorium quomodo intelligendum. ibid. & 6.
Mithræ sacra abominanda refossa. 361.163
Mittella pro velo. ibid.272 275
Mitrellæ imponi solitæ sacris virginibus in Africana Ecclesia. ibid.
Mitrellarum diuersa genera. ibid.275
Modestus Consularis & Præfectus. 370.40. acriter minatur Basilio. ibid.42. victus à Basilio. ibid.44
Modestus ægrotans vocat Basilium, & rogat eum, quem persequebatur. ibidem 49
Modestus Præfectus quid Edessæ. 371.108
Modestus Consul Arianus cum Arintheo Catholico. ibid.111
Moguntina clades illata à barbaris sub Valentiniano. 368.5
Monachus missus furari scripta Hieronymi. 393.12
Monachi in Ponto ante Basilium. 361.72. fauent Basilio aduersus Eusebium. ibid. 58. collegæ Basilij calumnijs solicitantur. 363.106
Monachi Ægyptij exagitati à Valente. 372. 34. persecutione Lucij Ariani dirè vexati. ibidem 85. à Melania excepti. ibidem 87.92. aduersantur sancto Gregorio Nazianzeno. 389.16. lapidibus eum appetunt. ibid. 18. relegati in insulam Ægypti terrent dæmones, & idololatras conuertunt ad fidem. 370.17. vocati ad certamen aduersus dæmones. 389. 104. maledictis proscinduntur ab Eunapio. ibidem 79. coniecti in carcerem ab Angelo liberati. 362.159. Palæstini quæ passi sub Valente. 372.96.11 Syria celebres sub Valente Imperatore. 370.83. à Valente militare coacti. 375.10 de ea re datum rescriptum. ibidem 11. tributis vexati à Valente. ibid. 12. eos litteris Basilius consolatur. ibidem 14. in Syria grauia passi. ibid. 11. 12. Epiphanium consulunt de hæresibus. ibidem 16. hæretici lege Theodosij expelluntur. 390.48.11 idem quid postea. 392.28. Syri præsto sunt Antiochenis laborantibus vltimo periculo. 388.7. eorundem egregia facinora ibidem 8. quamdiu commorati sunt Antiochiæ. ibid.12
Monachi cur vetiti fieri ex clericis. 381.107. affines clericis. 385.10
Monachis quàm infensi essent Romani. ibidem 11
Monachorum processiones. 388.83
Monachorum Alexandriæ, Ægypti & Palæstinæ vitæ ratio. 362.61
Monachorum Ponticorum vita sublimis. 363.107. singularis abstinentia. ibidem 108 110. 111. de eadem Gregorij Nazianzeni iudicium. ibid. 112. rursus de eorum institutis. ibid.113
Monachorum laudes. 375.12. sanctitas miraculis probata. 372.28.89. persecutio dira sub Valente. 375. 10. 12. peregrinatio an probanda. 380.48. Romanæ Ecclesiæ sanctitas. 388.81
Monachorum status à quibus laudatus, & à quibus improbatus. 389.79
Monachorum cupiditas coërcenda. 370. 119
Monachorum non esse disputare de fide 378.61
Monachorum vestium color. 363.45
Monachorum abbatum mos ad pedes Episcoporum se prosternendi. 375.17
Monachos in exilium mittit Lucius Arianus. 372.89. Nazaræos vocat Gregorius Nazianzenus. 362.57. eorum vitam laudat Libanius. ibid.63. 64. per litteras Basilius consolatur. 375.14. militare cogit Valens. ibid.10
Monachi munera publica subire coguntur lege Valentis. ibid.11
Monachos laborare morbo Bellerophontæo Gentiles carpebant. 374.84
Monachismus in toto Oriente propagatus. 362. 61. sub Basilio floret in Ponto. 363.107. ab hæreticis impugnatus. ibid.103
Monasterium Mediolani sanctissimum. 382. 30
Monastica vita reddita suspecta in Hispania propter Priscillianistas. 381.42
Monasticam vitam à calumnijs vindicat Basilius. 363.106
Monica mater sancti Augustini quid de futura filij conuersione vidit. 377.8. quid illi Episcopus de eadem re prædixit. ibidem 9. venit Mediolanum. 384.29
Monicæ sanctitas innotescit Ambrosio. ib ab ipso reprehensa de Agape in Ecclesia facienda. ibid.
Monica mater sancti Augustini vigilabat in Ecclesia tempore persecutionis Ambrolij. 387.16. moriens petit pro se offerri sacrincium Missæ. 389.3.4
Monicæ obitus. ibid.4
Monile è collo Rheæ deorum matris sublatum Serenæ sororis Theodosij accepit. 389. 56
Montenses redeuntes ad Ecclesiam, per manus impositionem conciliandi. 386. 3.
Mortem voluntariam sibi consciscunt Donatistæ variis modis. 394.55
Mortui apud sanctos martyres sepeliri soliti. 383.17
Mortuos precibus & sacrificijs, non funeris pompa iuuari. 378.13
Mortuos humàdi officium clericorum. 367. 29. item ritus efferendi. 368.10. & sepeliendi. 378.47.381.41
Mortuos baptizare, Marcionitarum hæresis. 386.53
Mortuos post quinquennium de hæresi accusari vetuit Gratianus. 383.21
Moyses Episcopus Sarracenorum ordinandus respuit Lucium Arianum. 362.104. monachus in Syria celebris. 370.83
Mulier innocens septies icta. 361.23. insultat carnificibus. ibid.27
Mulieres ne conueniant ad sacra cum viris, quare statutum. 381.100
Mulieres sacrificare, alienum ab Ecclesiæ more. 373.30
Mulieris Antiochenæ spectata constantia. 388.10. Christianæ egregium exemplũ sub Valente. 371.108
Munerum expensas in pauperes contulit Lampadius Præfectus Vrbis. 366.1
Munus gladiatorium quanti fecerit populus Romanus. ibid.
Musonius, Proæresius, & Victorinus Christiani ob edictum Iuliani deferunt scholas. 362.29
Musonius Episcopus Neocæsarienfis successor Leontij. 363.99. mirificè laudatus. ibid.
Mutum redditum idolum loquax. 362.96. & seq.

N.

Naboris & Felicis martyrum corpora. 387.37
Næniæ Libanij ob templi Apollinis Daphnitici conflagrationem. 362. 118
Naualis pugnæ similitudine descriptus status miserrimus Orientalis Ecclesiæ. 371. 77
Nauis vna cum Catholicis Legatis incensa ab Arianis. 370.35
Naues à Iuliano succensæ. 363.46
Nazianzem in secunda Cappadocia subiectum Anthimo. 371.86
Nazianzenæ Ecclesiæ Præfectus Eulalius. 372.6
Nazianzeni quæ passi à Iuliano. 362.48
Neapolitani Episcopi Zosimus & Maximus ibid.219
Nebridius Augustini familiaris. 381.28. affinis & condiscipulus Augustorum. 383.23. maritus Olympiadis. 338.44
Nectarij oratio in exordio ieiunij Quadragesimalis corrupta. 362.41
Nectarius Neophytus eligitur Episcopus Constantinopolitanus. 375.23
Nectarij Episcopi Constantinopolitani electio qualiter se habuit. 381.69
Nectarius imperitus retinet viros doctos Cilices. ibid.78
Nectario quid iniunxit Imperator ob Synodum Constantinopolitanam. 383.26
Nectarius vsus opera Sisinnij Nouatiani in disputando cum hæreticis. ibid.26. an verum. ibid.29
Nectarij domus incensa ab Arianis. 388.7
Neocæsarea in Ponto sedes parentum Gregorij. 362.62
Neocæsarienses Episcopi. 363.98
Neocæsariensis Ecclesiæ status felix quando ibid.101
Neocæsarienses à Sabellianis corrupti. ibid. 102. cum hæreti mala omnia sumunt. ibid. 106 quid in S. Basilium. ibidem 98. & seq. 371.53
Neophyti Episcopi eligi non debent. 375.21. multi post Ambrosij electionem creati sunt Episcopi. ibid.
Nepotianus clericus ex milite quid quærat à S. Hieronymo. 393.47
Nestabus martyr Gazensis. 362.138
Nestoris martyrium. ibid.139
Nemicta præfectus quæstionibus aulicorum Constantij. 361.9
Nicæa vrbs terræmotu concussa. 368.6
Nicæna fides prædicatur. 363.135
Nicænum Symbolum in Constantinopolitano Synodo receptum. 381. 28. eidem de Spiritu sancto aliquid additum. ibidem.
Nicetha Gothorum Episcopus. 370.116
Niceta martyr quis: an idem cum Episcopo. ibid.
Nicephori error in tempore Episcopatus Basilij. 369.43
Nicobulus Alypianæ neptis S. Gregorij Nazianzeni coniux. 389.36. ad eum S. Gregorij facetæ epistolæ. ibid.37
Nicolaus Faber Parisiensis. 383.16
Nicomedia terræmotu concussa. 362.309
Nicopolitana Ecclesia exagitata ab Arianis. 370.26
Nicopolitani electi ab Ecclesia. ibidem. litteris Basilij roborantur. ibidem. prædicit illis requiem sanctus Basilius suis litteris. ibid.21
Nicopolitanis data facultas Catholicum deligendi Episcopum. ibidem 22. Basilij ad eos litteræ de dato Episcopo diligendo ibid.23
Nili mensura. 389.100

Nilus excreſcens præter Gentilium ſententiam. ibid.
Niſibi exportatum corpus S. Iacobi iuſſu Iuliani. 363.38
Niſibis ſine corpore Iacobi redditur hoſtibus. ibid.
Niſibus ciuitas data Perſis. ibid.121
Nocturna ſacra prohibita. 364.19. reſtituta. ibid.
Nolanus receſſus S. Paulini. 394.87
Nomina impoſita Iuliano deriſionis cauſa. 362.83. ſchiſmaticorum Vrſicino adhærẽtium. 371.2
Nouatiani conſentiunt cum Catholicis de filij diuinitate. 361.16. perſecutionem patiuntur ab Arianis. 366.20. à Theodoſio benè habiti. 383.28. hiſtorici de ſuis plura mentiti. ibid. 29. in Occidente inualeſcũt 389.52. Romæ agentes quid cum Theodoſio. ibid. redeuntes ad Eccleſiam quomodo conciliandi. 386.33
Nouatianorum Eccleſia diruta ab Eleuſio mandatur ædificari Iuliani iuſſu. 361.16. eadem Anaſtaſia dicta. ibid. 17. conatus in Oriente. 391.17. inter ſe ſchiſma conflatũ. ibid. Synodus. ibid.18
Nouatores dogmatum & inſtitutorum perſtringuntur. 363.100. 371.57. ſectatores Iouiniani morum quanto rubore ſuffundẽdi. 390.47. hæretici quam deteriores Iouiniano. 382.34. quæ in Damaſum, ex S. Baſilio. 372.26
Nouitas explodenda, & antiquitas retinenda. 363.100. 383.110
Numiſma Genij Antiocheni. 362.120. Iuliani cum Iſide Nutrice. 363.25. cum imagine Serapidis & Iſidis. 362.27. 169. cum Anubi. ibidem 169. cum tauro. ibidem 84
Numiſmata Gratiani & Valentiniani iunioris. 378.18
Numiſma Hadriani cum Iſide. 363.25. Theodoſij de victoria aduerſus Eugenium. 394.10
Numiſmata Valentiniani & Valentis cum Labaro. 364.10. Valentiniani iunioris & Gratiani cum Labaro. 378.18
Nuptiarum & virginitatis præmia. 390.42
Nuptiæ ſpirituales. 362.273
Nunechius Epiſcopus Laodicenſis. Appen.9
Nymphidianus carus Iuliano. 362.16

O.

Oasena deportatio. 362.91.92
Oblatio ſacrificij pro defunctis. 389.4
Oblationes pro defunctis non tollendæ, ſed corrigendæ. 391.43. pro defunctis cedebant vſui pauperum. ibid.
Occidentalis Eccleſia præſtat Orientali. 381.46
Occidentis & Orientis Epiſcopi digladiantur inter ſe in Concilio Conſtantinopolitano. ibid.53
Occidentales omnes Baſilij ſententia vſi ſunt condemnati. 372.25. cum Orientalibus verbis, non ſenſu diſcreparunt. ibidem 28
Occidentalis Eccleſiæ commendatio ob fidei ſinceritatem. ibid.48. & 373.33
Occidentalium concors fides Catholica. 365 14. volumen exhibitum in Synodo Conſtantinopolitana quid. 381.26
Occidentis Epiſcopos paucos hæreſis Ariana infecit. 371.121
Octauianum ex Proconſule fugientem ad presbyterum Sirmienſem, prodere ille noluit. 372. 115. Proconſul Africæ. 363.2
Octoginta Legatorum martyrum ſub Valente. 370.21
Odium Iuliani in Conſtantium. 361.7
Offertorium in Miſſis pro defunctis quomodo intelligendum. 389.6
Olybrij Præfectura Vrbana. 369.1
Olybrij & Probini Conſulatus. 395.1
Olybrius maritus Iulianæ. ibid.14. eius inſcriptiones. ibid.18
Olympias vidua vrgetur à Theodoſio nubere. 388.44. neptis Ablauij, Nebridij coniux. ibidem. filia Anyſij Secundi. ibid.
Olympias mater deſponſata Conſtanti, vxor poſtea Arſacis Regis Armeniæ. ibidem.
Olympiadis certamen cum Theodoſio. ibidem 47
Olympiadem virginem prædicant. ibidem 49. quid de hoc Ioannes Chryſoſtomus. ibid.
Olympiadis vitæ inſtitutum. ibid.50
Olympius monachus peregrinatus Hieroſolymam. 378.47
Optatus Mileuitanus agit contra Parmenianum. 368. 13. quo tempore ſcripſit. ibid.14
Optati locus emendatus & elucidatus. ibidem 15
Optatus inter ſanctos & diſertos ſcriptores receptus. ibid.24
Optati alij plures, ſed Donatiſtæ. ibid.
Optimus Epiſcopus Antiochenus laudatus lege Theodoſij. 381.74.76
Oraculum Daphnes mutum redditum per reliquias ſancti Babylæ. 362. 97. 98. 101. Delphicum, & alia muta facta. ibid.123. falſum & adulatorum de Iuliano. 363. 43. commentitium de Iuliano tranſlato ad ſuperos. ibid.58.59
Oraculo omnia conſulit ante bellum Perſicum Iulianus. ibid.22.27
Oracula deorum de exitu belli Perſici Iulianus falſa expertus, ibidem 22.43. alia ambigua. ibidem 33. Chriſtianorum de Iuliano. ibidem 32. falſa reſpondent Eugenio. 392.25
Oratio Flauiani coram Theodoſio pro Antiochenis. 388.28. & ſeq.
Orationes inuectiuæ Gregorij Nazianzeni in Iulianum. 363.77. columnæ eminentes. ib. 81. Libanij in laudem Iuliani deriſæ. ib. 72.74
Ordines ſacri qualem virum deceant. 381.78
Ordinatio facta inuito & reluctante ordinando. 392.43
Ordinationes præcoquæ & repentinę damnantur. 362.56
Orgia celebrantes orationibus Apollonij redditi immobiles. ibid.160
Orthaſius carus Iuliano. ibid.15
Orthaſius medicus à Valente proſcriptus. 364.18
Oriens terræmotibus conditur. 365.42. iterum. 368.6
Orientalis Eccleſia à Valente dirè exagitata. 370.1. eius ſtatus ſub ipſo miſerandus deſcribitur. 371.6.16.22. & ſeq. Eccleſiæ legationes ad Pontificem Romanum. ibid. 9.14.22. ſtatus tempore ſancti Baſilij. ibid. 77.373.33-377.2. nouali pugnæ comparatus 371.77. & Occidentalis Eccleſiæ diuiſio ob Meletium & Paulinum. 362.213.215.381 42. Eccleſiæ ſtatus ſub Theodoſio. 382.9.10 & ſeq.
Orientalem Eccleſiam præferendam Occidentali qui dicerent, irriſi à Gregorio Nazianzeno. 381.46. innumeræ hæreſes vexant. 373.34. in Orientali Eccleſia vix aliquis reperiri erat purus Catholicus. 377.2
Orientales Eccleſiæ collapſæ, per Euſebium Vercellenſem Epiſcopum Legatum reſtituuntur. 362.206
Orientales Epiſcopi quales eſſent ætate Gregorij Nazianzeni. 381.49
Orientales vitant Romanam Synodum. 374. celebrant ipſi aliam Conſtantinopoli. ibid.
Orientalium cum Occidentalibus controuerſia ob nomen hypoſtaſis. 372. 27. querelæ ad Theodoſium per S. Ambroſium. 388.84
Origenis hæreſum capita. 393.9. errores inualeſcere incipiunt per Palladium & Euagrium. 388.104
Origenis erroris cauſa Epiphanius in Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum agit 393.5
Origeniſtæ procurant in Hieronymum armare Auguſtinum. 394.13
Origeniſtarum fraus in S. Hieronymum. ibid. 66. præcipui. 393.10. ſoboles Pelagiani. 393.104
Oroſij & aliorum error in tempore perſecutionis Valentis. 366.5-300.1
Oſij res geſtæ cum Gregorio Elibertino vt mendaces refelluntur. 371.121
Oſſa Ioannis Baptiſtæ à Gentilibus diſpata & combuſta. 362.145. Eliſæi Prophetæ combuſta à Gentilibus. ib. Patrophilæ Ariani diſperſa. ibid.104
Otreus Meletius Epiſcopus interfuit Concilio Tyan. 365.22
Otreius Malitinus laudatus lege Theodoſij 381.75
Ουσία & Υπόστασις quid, definitum Concilio Alexandrino. 362.186. de iiſdem Baſilij & Victorini ſententiæ. ibid. 87. Catholicorum controuerſiæ. ibid. ſententiæ Græcorum & Latinorum. 362. 86. 190. 198. 372.27

P.

Pacatus Maximo ſupplicia de hæreticis ſumpta obijcit. 388.26
Paciani Epiſcopi Barcionenſis ſcripta. 388.96
Pagatius Epiſcopus Petrogoricenſis. 394.48
Palæſtini monachi quæ paſſi ſub Valente. 372.96
Palatini Conſtantij malâ mulctati à Iuliano 361.8
Palladius & Secundianus hæretici. 381.81
Palladij Ariani Epiſcopi in Synodo Aquileienſi tergiuerſationes. ibi. 86.87. eius anathema dictum. ibid.86.88
Palladius appellat generale Concilium. ib. 88. appellat iudicium ſæculare. ibidem 90. damnatus. ibid. quando profectus in Ægyptum, & quid. ibid. 388.103. redeuntis in Palæſtinam quærit corrumpere S. Paulam doctrinis Origenis. ibid. 107. lateriter Catholicos, licet eſſet Origeniſta. ibidem 109. quando Romam venit ad Innocentium Papam. ibid. Epiſcopus Heleno-poleos.
Palladius Præfectus Gentilis graſſatur in Eccleſiam Alexandrinam. 372.75-74
Palladius Magiſter Officiorum quid ſub Iuliano. 361.8
Palladius ſub Zoſimo Papa Romam venit. 388.55
Pallia & vela ſublata à Donatiſtis. 362.271
Palliola Epiſcoporum in numiſmate expreſſa. 394.10
Pammachius gener ſanctæ Paulæ maritus Paulinæ. 382.40.43. auctor damnationis Iouiniani. 390.37. vrget Hieronymum, vt ſcribat contra Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum. 393.5
Panarium Epiphanius quando & cur ſcripſit. 375.18
Pantalemonis martyris reliquiæ. 381.11
Pantheon apud Gazam. 362.144
Papa, Vide infrà, Romanus Pontifex.
Parietes Eccleſiarum aqua ſalſa expiati à Donatiſtis. 392.276

Parisiense Concilium. ibid.229
Parmeniani fassus & arrogantia. 368.13
Parmenianus subrogatus Donato in sede Carthaginensi. ibid.12. scripsit pro defensione schismatis. ibid. ab Optato Mileuitano confutatus. ibid.13. item ab Augustino. ib.24
Parmenianum confutat Ticonius, licet Donatista. ib.20
Parmeniani Episcopi Carthaginensis obitus. 395.34
Paschalis cyclus Theophili Alexandrini quando incipit. 380.17
Paschales epistolas probabat Lucius ex more Alexandrinorum Episcoporum. ibidem.
Paschales dies quindecim feriandi lege Theodosij. 392.28
Paschatis tempore vinctos relaxandos statuit Valentinianus. 386.38. idem seruarūt Orientales Imperatores. ibid. tempus significandi Fidelibus mos Alexandrini Episcopi. 380.17
Passalorincitarum hæresis. 373.34
Paternus Episcopus Petrogoricensis. 362.228
Pater defunctus curat res filij viuentis. 388.79
Patrem, Filium, & Spiritum sanctum semper esse negantibus anathema dicitur. 373.12
Patri vt obediat, aberemo recedit Gregorius Nazianzenus. 366.9
Patris auctoritatem quanti fecerit Nazianzenus. 371.96.101
Patientia Iuliani affectata. 362.39
Patriarchales sedes nequaquam institutæ in Concilio Constantinopolitano. 381.76
Patriarchalium sedium prærogatiua ex Cōcilio Romano sub Damaso. 381.19
Patricius Lydus philosophus à Valente ob magiam occidi iussus. 370.99
Patrophili Episcopi Scythopolitani ossa dispersa. 362.114
Paumenta Ecclesiarum. ibid.176
Paula S. Hieronymi studiosissima. 382.40. genus eius & soboles. ibidem. iunior filia Lætæ atque Toxotij, neptis Albini Pontificis. ib. 41. nata ex repromissione martyris. ibid.45. in crimen obiecta Hieronymo. 387.14. profecta Hierosolymam. ib.10 egregium constantiæ exemplum. ibid.21. in Ægyptum cum S. Hieronymo non iuit. 386.42
Paulæ peregrinatio in Ægyptum. ib.46
Paulata tentata ab Origenista. 388.107
Paulina filia S. Paulę. 382.40. nupta Pammachio. ibid.
Paulina coniux Prætexati impia. ibid.50
Paulinianus frater S. Hieronymi. 372.40
Pauliniani fratris S. Hieronymi ordinatio facta ab Epiphanio. 342.42.393.18
Paulinus Episcopus Antiochiæ creatus à Lucifero Legato Sedis Apostolicæ. 362.180. mittit Legatos ad Synodum Alexandrinam. ibid.
Paulini electio probata ex Concilio Alexandrino. ibid. 196. confessio & subscriptio ibid. 203. electio facta à Lucifero rata habita. ib.215
Paulinus Episcopus Antiochenus altercatur cum Vitale. 363.147. accusatus à Vitale Sabellianæ hæresis. ibid.148
Paulini Episcopi Antiocheni fidei professio ibid.149
Paulinus Episcopus Antiochiæ cur in ea Ecclesia agere permissus à Valente, & non cum alijs pulsus exilio. 370.7
Paulini cum Meletio causa quo modo concordata. 372.52.378.36. Antiocheni causa à Basilio Damaso proponitur. 372.21
Paulinum Meletio præfert Damasus. ib.45
Paulino non communicantes restituti eius communioni à Melania. ibid.99
Paulino Episcopo Antioch. delegata causa Vitalis. 373.6
Paulinus transegit cum Meletio. 372.36. exagitatus à Flauiano. ibid.37. defenditur à calumnia Flauiani. ibid.39. Thessalonicæ pro Paulino Antiochiæ positus à Theodoreto. ibid.
Paulinus Episcopus Antiochenus ordinat Hieronymum presbyterum. ibid. 65. venit Romam ad Concilium, hospitatur apud Paulam. 382.1
Paulino Antiocheno causa à Synodo Romana adiudicata. ibid.18
Paulinus Episcopus Antiochenus moritur, subrogatur Euagrius. 389.64. scriptor vitæ S. Ambrosij confundit legationes Gētilium ad Imperatorem. 392.31. discipulus Ephræm factus hæreticus. 378.15. Romanus ex familia Auiciana. 394.79. vbi natus ibid. ab Ausonio litteris institutus. ib.80. Consul ordinarius. ib.81
Paulini Præfectura Vrbana. ib.83
Paulinus carpitur ab Ausonio, quòd laboret morbo Bellerophontæo. ib. se à Poëticis abdicat litteris. ibid.84
Paulini vitæ progressus. ibid.86. coactus ordinatus presbyter. ibid.
Paulinus studiosus S. Felicis Nolani. ibid.87 Romanus V. C. cum Therasia coniuge professetur vitam monasticam. ibid.72
Paulini Consulatus quando potuit incidisse. ib.81. ætas. 394.72. epistolæ ad Augustinum tempus. ib.73
de Paulini conuersione elogium S. Ambrosij. ib.74
Paulinus quomodo Aquitanus dictus. ib.75
celebratus ab Ausonio. ib.77
Paulinorum inscriptiones. ib.78
Paulini reditus in Italiam. ib.88
Paulinus patitur inuidiam à Romano clero ib. quæritur de Siricio. ib. 89.90. à quibus Romę cultus. ib.91. frequentatus legationibus peregrinorum. ibid. erogat sua in Pauperes. ibid. erigit Fundanam basilicam. ibid. collocat illic reliquias. ib.92
Paulini vitæ institutum in agro Nolano. ib.94
Paulinus alius ab illo, ad quem Hieronymus de libris diuinæ Scripturæ scribit epistolam. ib.95. scripsit defensionē Theodosij. 395.35
Paulini nobile ingenium. ib.36
Pauli Apostoli effigies ex pictura cognita Ambrosio. 387.32. basilica constructio à Valentiniano. 386.29. ea de re litteræ eiusdem Imperatoris ad Sallustium Vrbis Præfectum. ibid.30
Pauli Episcopi Constantinopolitani corpus reducitur Constantinopolim. 381.79. Ecclesia Macedonianorum illi data. ib. eius caput creditum Pauli Apostoli. ib.
Paulus cum Ioanne martyr Romæ sub Iuliano. 362.251
Paulus Emesæ interfuit Concilio Tyanensi 365.28
Paulus monachus in Syria celebris. 370.83. 375.1. petit ab Epiphanio ad se mitti librum de hæresibus. ib.14
Pauperes mendicantes Romæ abundāt præ cæteris locis. 382.75. manebant in porticibus Ecclesiarum. ib.
Pauperibus erogantur expensæ ludorum. 366.1
Pauperum eleēmosynis detrahit Iulianus. 362.89. numerus, quos alebat Ecclesia Antio h. 386.57. oratio magni ponderis æstimatur ab Ambrosio. 387.14
Pax inter Romanos ac Persas, eiusq; conditiones. 363.119.121
Pedes Epiphanij deosculatur populus. 393.11
Pelagij Laodicensis fides laudata à Theodosio. 381.74
Pelagius Laodiceæ Episcopus interfuit Cōcilio Antiocheno sub Iouiano. 363.142. interfuit Concilio Tyanensi. 365.28. in exilium pulsus. 370.13
Pelagiani ex Origenistis. 388.11
Peregrinorum multitudo, qui ad sacra loca Palæstinæ visitanda confluebant. 386.37
Peregrinatio Romam ad limina Apostolorum. 362.74. ad sanctam Theclam. ibid.55. Hierosolymam quam frequens. 386.47. quando & cur improbata aliquando. ib. non in omnibus laudata. ibidem 48. ad loca sancta à Vigilantio improbata. ibid.49
Peregrinationem quomodo improbet Gregorius Nyssenus. ib.41
Persa transfuga decipit Iulianum. 363.46
Persæ cum Romanis vltimo certamine pugnat. ib. 51. quasi miraculo meunt fœdus cum Romanis. ib.119. cum Theodosio vtro fœdere iunguntur. 381.11. Legatos & munera mittunt ad Theodosium. ibid 12. conueniunt Ambrosium. 390.34. veniunt postea Romam ad videndam Probi potentiam. ib.
Persis cessit Nisibis ciuitas. 363.121. item Singara. ibid.
Persarum Legati ad Iulianum. 362.137. Regis Legati martyres sub Iuliano. ibid.44. modestia laudatur. 363.119
Persici tumultus sub Valente. 364.15
Persicum bellum suscepturus Iulianus quæ præmittit. 362.22
Persecutio Arianorum qualis. 369.10 dira Arianorum in Orthodoxos sub Valente. 370.3. & seq. Arianorum acerbissima in Oriente. 371.23. ingens in Ecclesia Alexandrina sub Lucio. 372.69.70.71. & deinceps. Ecclesiæ Gothicæ per Athanaricum illatæ 380.105. & seq. Iuliani omnium acerbissima iudicatur. 361.19.362.22. scribitur. 362.24. in Christianos qualis. ib.11. diuersa. ib. 23. & seq. à domesticis incipit. ib.15. milites Christianos. ib 26.33. diuersis velata præexcusationibus. ib.42. in Ægypto. ib.159. in Athanasium. ib.239.240. in Ecclesiam Alexandrinam. ib.247. in Romanā Ecclesiam ibid.249. Ecclesiæ Mediolanensis per Iustinam. 380.18. in Ambrosium vehementior. 391.5. omnes pertingit Italiæ Ecclesias. 387.36. sedata. ibid.41. Valentis Imperatoris Ariani. 366.5. dira nimis. ibid 13. quando excitata. 370.1. contra Episcopos. ib. acerba in Antiochenos. ib.68. in Ecclesiam Ecclesenam. 371.108. in Scythicam Ecclesiam. ib.114. in monachos Ægypti. 372.33
Personæ nomen in diuinis quid significet. 362.198
Palæstina quæ sub Valente fuit. 376.8
Petrus Alexandrinus legatus sub Athanasio in Orientem. 371.8. in locum Athanasij subrogatus. 372.67. fugatus Romam petit. ibid.68
Petri Alexandrini epistola circularis de clade ab Arianis illata. ibid.73. & seq.
Petrus Alexandrinus cruentas vestes Romā detulit inspiciendas. ibid.72. apud Damasum diu mansit, à Damaso in sedem restitutus, viuente adhuc Valente Imp. 377.2. fauet Maximo. 379.25.380.10. moritur, in cuius locum suffectus est Timotheus. 380.15. quæ in Petrum obiecta fuerint. ib.16. à calumnia defenditur. ibid.
Petrus Galata monachus in Syria celebris. 370.83
Petrus germanus S. Basilij ab eo creatus presbyter. 369.60
Philastrius Brixianus verbera expertus ob defensionem fidei contra Auxentium. ibid.26. interfuit Concilio Aquileiensi 381.83

Philippus Apoſtolus cum Ioanne præſto eſt Theodoſio pugnanti. 394.10.11
Philippus Epiſcopus martyr ſub Iuliano. 362.80
Philippus VVingheus Louanienſis. ib. 120
Philo Epiſcopus Libyæ nunquam recipere voluit Epiſcopos lapſos. 371.121
Philoromus martyr in Galatia ſub Iuliano. 362.74
Philoromi peregrinatio Romam ad S. Petrum. ib.
Philoſophi à Iuliano benè habiti. 362.4. Antiochiæ ſub Iouiniano pallium deponunt 363.60. malis artibus quærunt ſcire ſucceſſorem Valentis. 370.94. à Valente occiſi ibid.95.99
Phortanus doloſè ambit Epiſcopatum. ib. 20. pſeudoepiſcopus Arianus datus Neapolitanis inuitis. ibid. quid ipſe inter Catholicos. ib.
Photino anathema dictum à Damaſo. 373.11
Photini obitus & ſcripta. 375.26
Photiniani ne celebrent conuentus Sirmij, Synodus Aquileienſis petit à Gratiano. 331.94
Photinianos conuenire lege vetuit Gratianus. ibid.
Phrigarum baptiſma non recipit Eccleſia. appen.6
Phrigernes Rex Gothorum bellum agit aduerſus Athanaricum. 370.108. cum ſuis populis ad Arianos deſicit. ib.109
Phryges martyres. 362.77
Pigmenij martyrum Romæ ſub Iuliano. ib. 251
Pilati innocentia perperam prædicatur. 365.23
Piloſiotæ dicti Catholici ab Origeniſtis. 387.64
Piſos veſtis ſanctis viris vellere ſoliti Chriſtiani. ib.65
Pimanus, vel Alpimanus, malè pro Piniano ib.68
Piniani coniugis Melaniæ iunioris præfectura Vrbana. ibid.
Pythagoream tranſanimationem credebat Iulianus. 363.23
Placilla Auguſta valdè piè curauit ne ſuus vir Theodoſius deciperetur ab hæreticis. 383.31. pietas eius erga ægrotos & pauperes. 385.55. odium aduerſus Arianos. ibidem 34
Placillæ Auguſtæ obitus. ib. 33. eius virtutes egregiæ. ibid. & 34. error in eius nomine correctus. & Placillam nominari debere, oſtenſum. ibid.35
Placoma quid. 384.17
Placoton quid. ibid.
Platonia quid. ibid.
Pœnæ Gentilibus, qui in Cyrillum immaniter ſæuierant, diuinitus inflictæ. 362.149
Pœnitentes libenter recipit Ambroſius. 375.27
Pœnitentia publica Theodoſij. 390.19. & ſeq. Fabiolæ. ibid. 33
Pœnitentiæ publicæ ritus antiqui. ibid.
Pœnitentiam agere contemnentes quanta digni ſunt reprehenſione. ibid.32
Polemius hæreſiarcha. 373.29
Polemiana hæreſis ex Apollinari. ibid.
Polygamia etiam à Gentilibus exploſa. 370.124. execrabilis fuit Chriſtianis. ib.127
Polygamiam falsò permiſiſſe Valentiniano. ibid.125
Pontius legatus cum ſocijs à Donatiſtis ad Iulianum. 362.261
Pontica ſolitudo, vbi cum Gregorio Baſilius. 362.71
Ponticorum monachorum vitę inſtitutum 363.107
Pontificis Maximi Gentilicij ritus cura trãſlata ad Præfectum Vrbis. 384.6
Pontificis Maximi ius vlciſcendi probra Veſtalium ad Præfectum Vrbis tranſlatum. ibid. nomen Imperatores vſque ad Gratianum retinent. 383.5.6. inuitis Romanis deponunt. ibid.6
Pontificato Maximo Iulianus quomodo initiatus. 361.4
Pontificium idolorum initiatio. ibid.
Pontifex Romanus. Vide, Romanus Pontifex.
Pontificis Romani ſumma poteſtas ab hæreticis & Orientalibus Epiſcopis agnita. 365.36. Romani luxus calumnioſè ab Ammiano ſuggillatus. 367.8.11
Porphyrius Mimus deluſit Iulianum, & factus eſt martyr. 362.133
Portenta in ſacris viſa Iuliano. ib.20
Poſſidius in quibus corrigendus ex Auguſtino. 391.25
Poſthumianus Præfectus Prętorij. quid ad eum Gregorius Nazianzenus. 383.24
Potitianus Afer proficuus auguſtino. 385.1
Præceptoribus quantus honor habendus, exemplo Theodoſij oſtenditur. 383.22
Prædicare Euangelium, in Africa munus Epiſcoporum, non autem presbyterorũ: ſed reprehenditur à S. Hieronymo vſus iſte. 391.34
Præfecturę Prætorij omnes quatuor erant. 369.37
Præfectus Vrbis idem Viceſacratus dictus. 394.78
Præſagia obitus Iuliani. 362.309. 363.2. 32. 33. 41. & Valentis. 378.26
Præſtigiatrices ſe noctu ferri putantes cum Herodiade, excommunicandas cautum. 382.20
Præſtigiator, qui ſe Eliam & Chriſtum aſſerebat. ib. 22. alter, qui ſe Ioannem dicebat. ibid.
Præſtigijs operam dare quàm indignum clerico. ibid.
Prætextatus agit apud Imperatorem de reuocando reſcripto dato contra idololatras. 364.12
Prætextati Vrbana præfectura. 368.1. laudatur ab Ammiano, ibid. eiuſdem dicterium in maieſtatem Romani Pontificis. 367.10
Prætextatus Legatus miſſus ad Valentinianum Imperatorem ob quęſtiones de magis adhibitas. 370.102. Conſul delignatus obijt. 382.47. quid Damaſo dicere ſolitus. 367.10. de Prætextato inſcriptio. 382.47. de Prætextato & S. Lea antitheſis. ibid. 48. de Prætextati coniuge Paulina. ibid.50
Prætextatæ Romanæ fœminæ temeraria præſumptio & infelix exitus. ibid.45
Prætextati obitus cauſa. ibid.51
Prætextato ſtatua à Veſtalibus erecta. ibid.
Prætextati & Feliciani Donatiſtarum libellus. 394.46
Prætoriani milites Chriſtiani à Iuliano vexati. 362.36
Prętorianos milites omnes eſſe voluit Gentiles Iulianus. ibid.1
Precatio pro defunctis. 363.11
Presbyteri in Africa concionari incipiunt duce Auguſtino, auctore Valerio. 391.34
Primigenia Veſtalis lapſa. 384.6
Primatus cupiditate in hæreſim labitur Paulinus. 378.15
Primianus electus in ſchiſmate contra Maximianũ Donatiſtam. 394.34. eius res geſtæ. ib.37
Primianiſtæ Donatiſtæ. ib.41
Primitiæ cum decimis perſoluendæ. 382.20
Primoſus Epiſcopus in Africa. 362.266
Primus filius Ianuarij occiſus à Donatiſtis. ibid.
Principes Chriſtiani haud exigere debent tributum ab Eccleſijs & clericis. 387.11.13. hæretici vel apoſtatæ & ſoliti exigere tributum ab Eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis. ibid.17
Principes non excuſati, ſi eorum miniſtri delinquunt. 383.20
Principes quanto diſpendio non audiant ſacerdotes. 388.20
Principem palam religionem Catholicam profiteri, quantum referat. 363.179
Principum & Eccleſiæ poteſtas. 387.17.25. in rebus Eccleſiæ. ibid. 22. eorundem & ſacerdotum dignitas. ibid.27
Principum opem implorare aduerſus hæreticos vſitatum in Eccleſia. 386.33
Priſcillianus martyr Romæ ſub Iuliano. 362.253
Priſcillianus hæreſiarcha inualeſcit in Hiſpania. 381.98. & ſeq. qualis. ibid.101. damnatus. ib.102.203
Priſcillianiſtæ ſumebant, ſed non conſumebant Euchariſtiam. ib.106
Priſcillianus factus Epiſcopus Abilenſis. ibid.108. eiuſdem Romam aduentus. ib. damnatus appellat Romanum Pontificem. ibid. reijcitur à Damaſo. ibid.109. & ab Ambroſio. ibid. nonnullos in Gallia ſeducit. ib. ſeducit Euchrociam, & Proculam eius filiam. ibid. Macedonium corrumpens obtinet reſcriptum à Gratiano ibid. rediens munitus reſcripto Gratiani prævalet in Hiſpania. ibid. 111. in Synodo Burdegalẽſi damnatus prouocat ad Imperatorem. 385.22. proficiſcitur ad Maximum. ibid. cum ſuis occiſus à Maximo. ibidem 24. vt martyr colitur à ſuis. ibidem 25
Priſcillianæ hæreſis capita damnata. 381.104 & ſeq. nomine mota quæſtio optimis etiam Chriſtianis. 386.33
Priſcillianiſtæ damnati in Concilio Cæſarauguſtino. 381.102. 103. 108. à Maximo. 385.24
Priſcillianiſtas nominat Manichæos Maximus Imperator. 387.67
Priſcillianiſtarum cum Manichæis affinitas 381.113. hæreſes quæ. ibid.114
Priſcus martyr Romæ ſub Iuliano. 362.253. philoſophus vocatus à Iuliano. 361.7
Priſcum magum ſecum ducit Iulianus ad bellum. 363.23
Priſcus philoſophia & magia celebris. ibid. 150. acceptus Iouiano. 364.3
Pritannius Epiſcopus defenſor Ithacij. 381.112
Priuilegia adempta Chriſtianis à Iuliano. 362.180. concedit clericis. 365.42
Priuilegium clericorum à Theodoſio indultum. 381.112
Priuilegium Valentiniani & Valentis conceſſum viduis, pupillis, ac virginibus. 365.44. Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ex Concilio Conſtantinopolitano. 381.33
Proæreſius profeſſor deſerit ſcholas. 362.297
Proba Faltonia dicta. 395.12. de ea inſcriptionis. ibid.14. & ſeq. Probi filij. ibid.
Probæ coniugis ſepulchrum. ibid.10. laudes ibid. & 12
Probus cum Dorotheo Legatus ad Occidẽtales. 371.9.29. Ambroſio delegat prouincias. 369.38. cur iubet Ambroſium agere vt Epiſcopum. ibid.
Probi præfectura Prætorij. ibid.37. qualis. ibid. potentia in admiratione habita. 390.34
Probus vir clariſſimus, religione inſignis & eleëmoſynis. 395.4.5
Probi & Probæ genus & progenies. ibid.2. & ſeq.
Probi ſepulchri epitaphia. ibid. 6. familia Eccleſiæ proficua. ibid.7. filij eius. ibid.17. 18. ſepulchrum. ibid.19
Proborum & Olybriorum genus. ib.2
Proceſſiones agunt monachi. 388.83

Procopius tyrannus emergit. 364. 12. quis iste, & vnde ministratæ vires ad inuadendum Imperium. ibid.
Procopius tyrannus malè periit. 366. 2
Proculus Masilientis interfuit Concilio Aquileiensi. 381. 84
Prodere aliquem quàm cauerint Christiani 372. 115
Prodigia in contemptores Christianæ religionis. 362. 105. ob Iuliani impietatem. ib. 115. 116. miranda apparuêre, dum Iulianus curat restituere templum Hierosolymitanum. 363. 9. & seq. præcidentia interitū Iuliani. 362. 309. 363. 2. 33. 41. 48. item ante mortem Iouiani. 363. 151. immensa ex maris excrescentia & terræmotu. 365. 38
Professores Christiani restituti in cathedras. 364. 20
Professio fidei Catholicæ oblata Liberio Papæ Macedonianis. 365. 9. fidei Catholicæ ex Concilio Illyricano. 365. 20. 24
Professores Christiani à Iuliano reiecti. 362. 387
Propinatio in Christi nomine fieri solita. ib. 34
Prosperi Chronicon exordio corruptum ostenditur. 381. 66
Prosperi error in Chronico. 383. 22
Prosper in Chronico restituitur. 384. 6
Protalij & Gerualij inuentio, & translatio. 387. 37. eorum reliquiæ ad diuersas Ecclesias mittuntur. ib. 42. Romæ basilica ijs ædificatur. ib.
Protogones exul cum Eulogio. 371. 112. fidem ambo prædicant, & coquertunt Gentiles ad fidem. ibid.
Prouidentia Dei in suis defendendis. 387. 9. declarata in Iuliani interitu. 363. 78
Prouinciæ releuatæ munificentia Iuliani. 361. 11
Prudentia piorum virorum longè præstantior quàm aliorum. 387. 57
Prudentius contra Symmachum quando scripsit. 384. 5. librum contra Symmachum scripsit ad Honorium Imperatorem. 396. 1
Prudentij locus aduersus Symmachum expositus. ibid.
Prunarum vapore interijt Ionianus Imperator. 364. 2
Psalmis in fine subijcere Gloria Patri, &c. quando institutum. 382. 21. in Ecclesia Mediolanensi quando receptum. 387. 16
Psalmorum cantum semper in Ecclesia fuisse. 384. 20. quando inceperit in Ecclesia Mediolanensi. 387. 16
Psallendi vsum Ecclesiæ defendit Basilius. 363. 104
Psalmodiæ vsus in Ecclesia vnus. ib.
Psalterium Septuaginta interpretum à S. Hieronymo emendatum. 384. 20. 21
Publiæ Antiochenæ confessio gloriosa. 362. 131. eadem mater Ioannis. ib. 132
Publius monachus Syria celebris. 370. 83. retinet dæmonem nuncium Iuliani. 363. 40. hoc facto quid contigerit de diuite. ibid.
Pueri Alexandrini Catholici quanta passi. 372. 82. Samosateni quàm detestati sint Arianum Episcopum. 370. 12
Pugna Theodosij cum Eugenio. 394. 6. & seq.
Pulcheria Theodosij filia. 386. 34. infantula laudata à Gregorio Nysseno. ibid.

Q.

Qvadorum legatio ad Valentinianum de pace. 375. 4
Quadragesimæ tempore ne irrogarentur supplicia, lege vetuit Theodosius. 389. 74. afflictati Antiochem. 388. 23
Quadragesimæ venerandus cultus. 380. 3
Quadragesimale ieiunium esu carnium soluere nolunt Fideles sub Iuliano. 362. 42
Quadraginta martyrum reliquiæ à S. Gaudentio in Italiam delatæ. 386. 7
Quæstio de substantia & subsistentia agitata in Concilio Alexandrino. 362. 186
Quæstiones de magis & incantatoribus habitæ Antiochiæ. 370. 93. 65. itidem in Occidente. ib. 102. diræ ob incendium Daphniticum. 362. 112. 115

R.

Raucianus Comes persecutor. 362. 250
Regina Sarracenorum legationem Alexandriam mittit pro Episcopo accipiendo. 372. 103
Relatio S. Ambrosij de sua legatione ad Valentinianum. 387. 47
Religio Christiana quò magis concutitur, eò magis firmatur. 362. 161. quàm latè pateret tempore Ambrosij. 387. 34. cùm impugnatur, barbari insurgunt. 376. 9. 378. 17 21. 23. 27. 379. 12
Religione ad velandas libidines suas abutitur Iulianus. 362. 19
Religioni antiquæ innitendum. 387. 34
Religionis Christianæ veritatis & constantiæ manifestum signum vita Iuliani apostatæ. 363. 61. veritatem confitentur dæmones 387. 40. effecta. 381. 11
Religionis fidei res laicis non tractandas censet Valentinianus. 364. 12. contemptus quid pariat. 381. 12. 113. 387. 34
Religionis veræ cultus quanta secum bona afferat. 381. 11
Reliquiæ Babylæ martyris mutum reddit idolum loquax. 362. 92. 96. 99. martyrum Gazensium diuinitus inuentæ. ibidem 138. martyrum à Gentilibus dissipatæ. ibidem 145. collocatæ in Fundana basilica. 394. 93. martyrum exponi consuetæ ad venerationem. 389. 81. 82. Sanctorum magno honore habitæ. 362. 147. ex eis ingentia progredi solita miracula. ibidem 142. Sanctorum Gerualij & Protalij missæ ad diuersas Ecclesias. 387. 42. Sanctorum martyrū Pantalemonis & Mariani Constantinopoli in loco Concordia dicto. 381. 55. Sancti Ioannis Baptistæ à Gētilibus dispersæ. 362. 145. eædem collectæ. ibidem 146. Sanctorum quomodo seruandæ ex sententia Athanasij. 372. 66. ne distrahantur, vetuit Theodosius. 386. 51
Reliquiarum martyrum cultus. 362. 130. 138. 372. 66. 387. 38. 42
Reliquias martyrum exhorrent dæmones. ibidem 146. Ethnicus scriptor deridet. 389. 81. gestandi in monilibus consuetudo. 378. 46
Reliquiarum Sanctorum virtus. 362. 96. eadem magno in honore habentur. ibidem 48. & 373. 30. 386. 51. sacrarum cultus. 387. 38. 39. 42. nundinationem exercebāt pseudomonachi. 386. 42. Babylæ translatio solemnis. 362. 102. cur eam celebrari magno cum honore Iulianus permiserit. ib. 103. 111. 113
Rescriptum Iuliani ad Felicem de occultantibus bona proscriptorum. ibid. 109. contra Athanasium. ibid. 241. Iuliani pro Donatistis. ibid. 264. quo iubentur Christiani dici Galilæi. ibid. 278
Rescriptio Iuliani adempta Christianis priuilegia. ibid. 279
Rescriptum Iuliani, ne Christiani docerent. ibidem 286. & aduersus Christianos professores. ibidem 287. Iouiniani aduersus raptores virginum. 363. 128. Valentis aduersus monachos. 375. 10. 11. Gratiani aduersus Donatistas & Manichæos. 377. 2
Rescriptum Gratiani de iudicio Ecclesiastico. 376. 6. pro Catholicis. 387. 34. aduersus Vrsicinum. 381. 2. aduersus auaros clericos. 379. 13. ad Caterium Comitem. ibid. Theodosii de fide Catholica. 380. 2. aduersus hæreticos. 381. 8. aliud. ibid. 80. aliud. 384. 32. aliud. 386. 44. de priuilegijs clericorum. 381. 16. aduersus apostatas. ibid. 80 aduersus cultores idolorum. ibid. 116. de basilicis. 382. 73. aduersus Manichæos. ibi. 74. aliud. 389. 62. 74. de validis mendicantibus. ibid. 63
Rescripta Theodosij aduersus hæreticos post Synodum tertiam. 383. 33
Rescriptum aduersus Iudæos. 384. 37. Theodosij de foro Ecclesiastico illibato seruādo. 385. 31. aduersus Gentiles. ibid. 37. aduersus fidicinas. ibid.
Rescripta de relaxādis vinctis tempore Paschatis. ibid. 38. de irritandis rebus gestis à Maximo. 388. 67
Rescriptum Theodosij in maleficos. 389. 61. aduersus deorum cultum. 392. 26
Rescripta noua Theodosij aduersus hæreticos. ibi. 27. quibus multām decem librarum in eos statuit. ibid.
Rescriptum Theodosij aduersus hæreticos datum, cùm esset in belli procinctu. 394. 1.
Valentiniani & Valentis Imperatorū ad Cæsarium de confiscatione præditorum, quæ templis essent addicta. 364. 8. Valentiniani contra Manichæos. 372. 111. aduersus magos & idololatras. 364. 19. reuocatur opera Prætextati. ibid. in Valentiniani & Valentis de professoribus Christianis restituendis contra Iulianū edictum. ibid. 20
Rescripta de priuilegijs clericorum. 365. 42
Rescriptum de priuilegijs viduarum, virginum, pupillorum. ibid. 44. Valentis, vt monachi ab eremo ad militiam reuocentur. 375. 10. 11. Valentis de Constantinopolitana Bibliotheca. 372. 116. pro synagogis Iudæorum. 365. 41. de die Paschatis. 367. 1. Valentiniani de pellendo Vrsicino. 368. 2. aliud ad eumdem de indulgentia. ibid. 4. aduersus schismaticos ad Olybrium. 369. 3. ad Aginarium Vicarium aduersus schismaticos. ibid. 4. Valentiniani aduersus Chronopium Episcopum ad eum appellantem. 369. 40. Valentis de expellendis Episcopis Catholicis. 370. 1. Valentiniani de quæstionibus. 370. 102. 103. ad Damasum, ne clerici aliquid caperent ex testamento. ibid. 117. de Romanis scholis & professoribus. ibid. 129. de virginibus & viduis. ibi. 131. ad Ampelium de reuocando Vrsicino exule. 372. 1. aliud ad Maximinum de reuocando Vrsicino. ibidem 3. de scenicis volentibus fieri Christianis. ibi. 129. de auspicina concessa à Valentiniano ibid. de priuilegiis sacerdotum idolorum ibid. 131. Valentiniani aduersus Donatistas rebaptizantes. 375. 35
Resurrectio carnis qualis apud Origenistas. 393. 10
Rex à Deo regitur. 364. 14
Regis cor in manu Dei, vnde à Themistio vsurpatum. ibid. boni erga Ecclesiam officium. 387. 27. Persarum Legati martyres. 362. 44
Regum & Ecclesiæ cura distinctum. 387. 17. ius si Ecclesia nullum. ibid. 22. & seq.
Rhæx collo detractum monile Serena soror Theodosij accepit. 389. 56
Ricimeris & Clearchi Consulatus. 384. 1
Ricomeres dux Gratiani. 377. 4
Rituum Ecclesiæ auctor Deus. 362. 303
Rodonius Episcopus Tolosanus confessor. ibid. 218. obijt exul. ib.
Rodanius Episcopus in Gallia. 374. 11
Rodanus Præfectus eunuchorum iussus occidi ob illatam iniuriam viduæ. 364. 4

Rogatus parer ſanctæ Paulæ. 382.40
Rogatianus cum ſociis legatus à Donatiſtis 362.201
Rogatiſtæ Donatiſtæ. 349.41
Roma illuſtrata à Theodoſio. 389.49.50. fame laborat. 383.41. electi incolæ foras, ne omnes fame perirent. ibid.
Romam qualem quis vult, talem inuenit. 370.130
Romæ agentes nonnulli clerici & monachi lucro ſtudentes. ibidem 119. quæ paſti dicteria boni Chriſtiani, occaſione Manichæorum. 372.113. expurgata loca ſceleratorum. 389.58. Manichæi conueniunt in domo Conſtantij, eorum Auditoris. 372.112
Romana archiua iacturam paſſa. 381.41. Eccleſia perſecutionem patitur à Iuliano. 362.249. 253. faſtus reprehenſa, an iure. 388.7
Romanæ Eccleſiæ ſupremum tribunal. 381.7 prærogatiua. 371.48. Eccleſiæ laudes. ibid. & Pontificis Romani primatus. 382.19. principatus. ibid. 385.8. 387.34. auctoritas in rebus fidei. 373.21. 378.60. clerici aliquot perſecuti ſunt S. Hieronymum. 385.8. Eccleſiæ ſanctitas & peritia laudata ab Auguſtino. ibid. 9. Eccleſiæ quantum tribuat Ambroſius. 384.29
Romanam Eccleſiam quanti fecerit Hieronymus. 385.10
Romanæ Eccleſiæ conſuetudo canendi Alleluia. 384.21. monachorum ſanctitas. 388.81. ieiunia. ibid. ſub Iuliano perſecutio. 362.249.
Romana Synodus, Vide, Concilium, Synodus, plebs incitata falſa ſpe martyrij. 367.19
Romanæ illecebræ ad mala atq; bona. 370.130. ſcholæ à Valentiniano ad modeſtiam reſtitutæ. ibid. 129
Romani martyres ſub Iuliano. 362.251.252.253. clerici haud imperiti. 385.11. clerici pars deterior commota in S. Hieronymum. 393.30
Romanorum clericorum mores tempore Hieronymi & doctrina. 385.11. & ſeq.
Romanus exercitus in maximum diſcrimẽ adductus à Iuliano. 363.68
Romanus exercitus eligit Iouinianum Imperatorem. ibid. 114
Romani exercitus ſtrages ſub Valente. 376.8 clades cum Valentis interitu in Thracia. 378.25
Romano exercitui inſperata pax oblata à Perſis. 363.122
Romanus exercitus diuiſus inter Valentinianum & Valentem. 364.11
Romani Imperij peſtis fuit Iulianus. 363.67. 119. calamitas Gentilibus inſultandi in Catholicos occaſionem dedit. 378.27. Imperij clades ſub Valente hæreſi adſcribendæ. ibid. 28.31. ſtatus ſub Valentiniano & Valente. 364.9. à barbaris vndiq; inuaſum ibid. diuino miraculo ſeruatum. ibi. prouinciæ à barbaris vexatæ. 387.31.32
Romanum Concilium contra Auxentium. 369.23. ſub Damaſo cauſa Flauiani. 381.97. 382.13. quid in eo actum. 382.20. Vide, Synodus, Concilium. Concilium ſub Siricio Papa de rebus Africanæ Eccleſiæ. 386.2
Romanus Pontifex conſumat Synodos. 362 108. arbiter rerum quæ ſpectant ad fidem. 373.21. ſolus damnat hæreſiarchas. 372.10. Baſilij & Orientalium legationibus interpellatus. 371.8.9. quæ ab ipſo petita fuerint. ibidem 9. excommunicationem priuationem Epiſcopis comminatur. 369.32.36
Romani Pontificis prærogatiua. ibid. 43. 381 6. 382.19. auctoritas. 384.9.10. auctoritas in conuocandis Conciliis. 369.28. 381.20. auctoritas in hæreticis damnandis in Oriente. 371.131. 372.6.10. ſumma auctoritas, ex Gregorio Nazianzeno. 373.21. in reſtitutione Petri Alexandrini. 377.2. declaratur etiam hæreticorum factis. 365.36. Pontificis auctoritatem profitentur etiam hæretici. ibidem 7.36. requiri ad congregandam Synodum. 381.20. Pontificis maieſtas ſub Valente. 367.9.10. iudicium quærunt Epiſcopi. 371.119. communione probari Catholicos. 378.34. ad Eccleſiam Orientalem litteræ. 371.30. luctus ab Ammiano ſuggillatus. 367.8. item à Gentilibus ac hæreticis. ibid.10
Romano Pontifici calumnia ab Ethnicis illata refellitur. ibid. quantum tribuerit Baſilius. 372.6.50.51. non communicantes, hæretici cenſentur lege Gratiani. 378.34
Romanum Pontificem cathedram Petri tenere fatetur Hieronymus. 372.48. conſulendum, & certiorem faciendum de Eccleſiæ Orientalis neceſſitatibus Baſilius cẽſet. 371.9.10.13.22. reueriti etiam aduerſarij. 378.61
Romanorum Pontificum auctoritas ſuprema in reſtituendis damnatis à Synodo Epiſcopis. 365.7
Romanus Pontificatus deſideratus à Prætextato. 382.47
Romani nobiles Gentiles noua moliri cœperunt in Romanum Imperium. 391.7
Romanis Gentilibus reddita ara Victoriæ ab Eugenio. 392.18
Romani Senatores Legatos mittunt de cultu deorum ad Valentinianum Imperatorem. 382.52. Maximo fauent contra Gratianum. 383.5. ſcommate Imperium Maximo augurantur. ibidem 6. Senatores Chriſtiani longè plures quàm Gentiles ſub Theodoſio. 384.3
Romanianus Auguſtini amicus. ibid.28
Romanus Chriſtianus miles confeſſor ſub Iuliano. 362.25. monachus in Syria celebris. 370.83
Ruffina filia ſanctæ Paulæ, nupta Aletio. 382.40. ſanctarum Ruffinæ & Secundæ Eccleſiam Damaſus abſoluit. 384.18
Ruffinus monachus Aquileienſis. 372.24
Ruffini peregrinatio in Orientem cum Melania. ibid.33
Ruffinus viſitat monachos confeſſores. ibidem 34
Ruffini iactantia de ſua confeſsione & carcere. ibid. 85. iactantiam exagitat Hieronymus. ib. 86
Ruffinus Didymus deprauatus. ib. 98
Ruffini confeſsio qualis. ibid. 85. eiuſdem commendatio. ibid. 98
Ruffini calumnia in Hieronymum de tranſlatis libris de Spiritu ſancto. 381.14. opera ſcripta Hieronymi ſubripiuntur. 393.23. miſerandus ſtatus deploratur. ibid. 24.
Ruffinus opera Theophili reconciliatus Hieronymo. ib. 32. redarguitur de conficta hiſtoria de S. Hilario. 382.234
Ruffini erroris arguitur de Baſilij & Gregorij eremi tempore. ibidem 236. error in ſolitudinis Baſilij cauſa enarranda. 362.27. error in tempore perfectionis Gregorij Nazianzeni Conſtantinopolim. 378.52
Ruffinus arguitur à Hieronymo, quòd Gregorium Nazianzenum interpretatus eſſet 379.21
Ruffini fabula de corruptis ſcriptis Athanaſij ab Apollinariſtis exploditur. 373.22. 23. & ſeq.
Ruffinus confutatur in hiſtoria librorum Ambroſij de Spiritu S. 381.13.14
Ruffinus Comes Orientis à Iuliano electus. 363.2. Præfectus ſtimulatõr Theodoſij ad vlciſcendum in Theſſalonicenſes. 390.6.51 fruſtra agit pro Theodoſio apud Ambroſium. ib. 23. auctus Conſulatu cum Præfectura Prætorij. 392.1. vocat Epiſcopos ad encænia & ſuum baptiſmum. 394.16. ædificat Eccleſiam Apoſtolorum ad Quercus ibid. 27. expiat facinus bonis operibus. ibid. 31

S.

SAbæ Gothæ martyrium. 372.114
Sabbati ieiunium quo ritu ſeruandum. 384.7
Sabarius Nouatianus ſchiſma facit in ſecta. 392.17
Sabel Perſa Legatus martyr. 362.44
Sabinus Epiſcopus Pacentinus interfuit Concilio Aquileienſi. 381.84
Sabelliani infeſtant Neocæſarienſes. 363.100. dolis adducunt in errorem Neocæſarienſes, & in Baſilium concitant. ibid.
Sabellij error in Synodo Damaſi damnatur 373.11
Saccophori hæretici. 383.36
Sacerdotes templi Daphnitici torqueatur cauſa incendij 362.111
Sacerdotis idolorum conuerſio ad fidem Chriſti. ibid.114
Sacerdotes ſe capitalibus iudicijs immiſcẽtes vituperantur. 385.26. deuitantur. 386.33. improbantur. ibid. à ſacerdotibus iudicari debent. ibid. 16.17. & ſolj res fidei tractare. ibid. 20.21.22. audienda Principibus. 388.86.87. qua pœna digni, ſi illi non loquantur, & iſti non audiantur. ibid. teſtimonio Ambroſij præſtant Imperatoribus. 387.28. coniugatos cum vxoribus permanere in Africa vetat Siricius. 386.2
Sacerdotem Imperatori præferendum oſtenditur exemplo Martini. ibid.31
Sacerdotum conſilio agenda ſacerdotum cauſa. 388.90
Sacerdotum idolorum clandeſtinæ impudicitiæ. 389.19
Sacerdotibus idolorum priuilegium à Valentiniano conceſſum. 371.181
Sacerdotij dignitatem potentioribus, non dignioribus dandi morem exagitat Nazianzenus. 362.16
Sacerdotalis habitus ex numiſmatibus. 394.10
Sacra Gentilium obſcœna. 362.19. Iuliani portentis exturbata. ibid.20
Sacrificium pro animabus defunctorum. 389.4. offerri ſolitum pro defuncto, nondum cadauere cumulato. ibid.5
Sacrificia Iuliani quàm celeberrima. 362.94. abominanda, detecta poſt mortem. 361.71. à Iouiano vetita. 363.150. per Eugenium reſtituta. 392.25 iterum à Theodoſio prohibita. ibid.26
Sacrilegium dirè punitum. 362.107
Sacrilegia Donatiſtarum. ibid.269
Sacrilegi Chriſtiani crediti à Iuliano, & puniti. ibid.284
Sæculare iudicium appellans Palladius damnatur. 381.90
Sæuitia Gentilium in noſtros ſub Iuliano. 362.145
Salluſtius Præfectus Prætorio ſub Iuliano, quid in aulicos Conſtantij. 361.9. Galliarũ Præfectus. 362.256. ſcriptis S. Hilarij exagitatus. ibid. 360. percarus Iuliano, Conſulatu auctus & Præfectura. 363.1. reuocare conatur Iulianum à bello Perſico. ib. 23 creat Imperatorem Valentinianum. 364.4. agitat quæſtiones de conflagratione templi Daphnitici. 372.193
Salluſtij Præfectura Vrbana. 391.7
Saluianus Epiſcopus Priſcillianiſta damnatus. 381.102. obijt Romæ. ib.112
Saluij Epiſcopi Donatiſtarum cauſa. 394.10. quid ipſe paſſus à Donatiſtis. ibid.51

Samosateni studiosi Eusebij ipsorũ Episcopi.370.8. non recipiunt Arianum. ibidem.11
Samosatenorum odium in Eunomium & Lucium Arianos Episcopos. ibid.& 12
Sanctimoniales dictæ castimoniales.362.298 quæ passæ à Donatistis.ibid.272. gestabãt mitrellas. ibid.
Sancti pro nobis orant in cælis.381.41. vide suprà, Intercessio, Preces.
Sanctorum venerationis & reliquiarum virtus. 362.97.373.30.387.32.36.42. reliquias venditare quidam solebant. ibid. 386.42.locorum veneratio.ibid.37. virorum mores.372.25.propinquos suos si improbi essent, despexerunt.389.38. qui in cœlis sunt, preces pro agentibus in hac vita.378.4.381.41. virorum continua defenduntur à calumnijs. 397.1
Sanguinis iudicium caueant Episcopi. 386. 23
Sanguine victimarum Iulianus Christianissimum ablui putat. 361.3
Sapor Rex Persarum Legatos mittit ad Iulianum.362.44.malè habet Arsacem Regem Armeniæ. 369.67
Sapor dux exercitus Gratiani venit Antiochiam cum edicto Gratiani. 378.34
Sardicense Concilium nihil ad fidem addidit. 362.197
Sardicensis ficta fides Catholico nomine respuitur. ibid.193
Sarmatæ Pannonias inuadunt. 375.1
Sarraceni liberant Constantinopolim sub Gratiano. 378.29
Sarracenorum Regis conuersio. 372.103
Sarraceni fidem Christianam suscipiunt. ibidem.
Sarracenorum Regina Legatos mittit Alexandriam pro accipiendo Episcopum.ib. 104
Sarraceni quomodo conuersi ad fidem.ibidem 103
Sarracenorum primus Episcopus Moyses detestatur Arrianos. ibid.104
Salima qualia fuerint.371.90.collata Gregorio.ibid.94.vendicata ab Anthimo. ibid. 99.107
Saturni sacerdotis scelera. 389.94
Saturninus Episcopus Valensis. ibidem. 9. aulicus Constantij malè mulctatus. 361.9
Satyrus frater S. Ambrosij vitat Luciferianos.371.127.curam domus Ambrotij suscipit. 375.23
Satyri, postquam ex Africa redijt, obitus.383 14. epitaphium sepulturæ ab Ambrosio scriptum. ibid.16
Scenica formosa ab Vrbe subducta. 392.8
Scenici reijciuntur ab Ecclesia. 371.128
Scenicos non nisi in hac vitæ Christianos fieri vetuit Valentinianus Imperator. ibidem.
Scenicos ab Ecclesia recipi debere, rescripsit Imperator.ibid.esse Christianos vetitum ibidem.
Schisma Antiochenum.361.213. quamdiu durauit.ibidem.214. Lucifer anum vnde ortum.ibidem 215.& sequen. penitus deiicit.388.98.Meletij & Paulini sublatum Antiochiæ.378.36.inter Nouatianos. 391. 17.conflatum inter ipsos Donatistas. 395. 34.inter Damasum & Vrsicinum. 367. 6. 16.17.18.Vrsicini Gratianus & Valentinianus lege coërcent. 381.2
Schismatici Romæ iterum repressi. 368.3. 369.1.& sequen. Vrsicini agunt extra Vrbem in cryptis.369.2. exagitati nouis rescriptis Valentiniani Imperatoris. ibidem 3. per Olybrium præfectum & Aginarium Vicarium cohibiti. ibid. & 4. Luciferiani eiiciunt rescriptum à Theodosio. 388.94
Schismatici reuocati ab exilio.371.1. eorum nomina edicto comprehensa. ibid.5. ad tempus quieuere.ibid. iterum tumultuantes pulsi.ibidem.Romæ pulsi.371.123. Damaso conflant inuidiam.ibid. Vrsicini sectatores iterum insurgunt. 381.1. comprimuntur rursus à Gratiano.ibid. pœna in eos irrogata. ibid.14
Scholæ Carthaginenses extra omnem modestiæ disciplinam.370.130.Romæ ad modestiam restitutæ. ibid.119
Scholares Romæ lege Valentiniani ad modestiam restituti. ibid.
Scientias esse Gentilium tantùm, dicebat Iulianus. 362.256
Scripta in laudem Iuliani diuino iudicio perierunt. 363.81
Scripturæ diuinæ profunditatem sensit Augustinus. 391.31
Scythica Ecclesia persecutionem passa à Valente. 371.114
Scythæ Theodosio cedunt. 381.10
Scythæ metropolis Tomis. 371.114
Scythopolitani gentiles insaniunt in Christianos. 362.154
Sebastenæ fœuiunt in Christianos sub Iuliano. ibid.145
Sebastianus Valentis Imper. dux strenuus. 378.26
Secundianus Episcopus Arianus extra Ecclesiam pulsus.381.81.eiusdem cauillationes & condemnationes. ibid.91. & Palladius Ariani Episcopi agunt apud Gratianum de cogendo Concilio Aquileiæ. 380.19
Secundus pater Ioannis Chrysostomi. 362. 133
Sedium Patriarchalium prærogatiua ex Concilio Romano. 382.19
Semiariani agunt contra Eudoxianos & Aetacianos.362.238. pugnaturi aduersus Arianos, Concilium agunt Lampsaci, & alijs in locis. 361.2
Semiarianorum hæresis damnatur. 362.285. 381.30.32
Senatusconsultum habitum à Theodosio de abroganda idololatria. 391.3
Senatores Gentiles propensiores in Maximum.383.9.Romæ magiæ intenti.370.102 371.6.dira de his quæstio. 371.6
Senatorum nomine facta petitio de sacris deorum, licet Gentiles tantùm id petierint. 384.3
Senuphius monachus quæ mittat ad Theodosium arma, vt vincat. 388.54
Sepeliri apud martyres Christiani optabant 383.17
Sepulchra Christianorũ apud sanctos martyres. ibid.12
Sepulchrum Elisæi Prophetæ vbi. 362.148
Sepulchra Ioannis Baptistæ & Elisæi miraculis clara.ibid. illibata seruari voluit Iulianus.363.20.Gentilium & loca diis Manibus dicata Christiani soliti demoliri.ibid.& Donatistis violata.362.277.martyrũ à Gentilibus reuulsa. ibid.145
Sepultura Catholicorum à Donatistis prohibita. ibid. 277
Sepulturam impij curare est graue facinus. 364.3
Serapidis laudatus à Iuliano. 362. 167. vnde dictus.389.91.Ioseph creditus. ibid.
Serapidis effigies.362.199. ei maximè addictus fuit Iulianus.ibid. templum à Theodosio deiecti iussum.389.76. templi demolitio antè præfecta.ibid.77. templi quale ibid.86.ornatus eius.ib.88. quæ in eo imposturæ erant.ib.simulacrum quale.ib.89. destruitur. ibid.89
Serena soror Theodosij monile, è collo Rheæ matris deorum sublatum accepit ibid.57
Sermonum Augustino adscriptorũ ad fratres in eremo censura. 382.26.385.12
Seuera vxor Valentiniani. 370.124
Seuerus martyr Hadrianopoli sub Iuliano. 362.80.monachus in Syria celebris.370.83
Seueri Sulpitij error de tempore obitus S. Hilarij. 369.22
Seuerus Sulpitius abdicat se à sæculo.394.96
Sibyllina carmina cremata à Stilicone.389. 56
Sibyllini libri Romæ de Iuliano consulti. 363.3
Sicarius immissus in Gregorium Nazianzenum. 380. 14. à Iustina immissus in Ambrosium. 387.43
Sicini, siue Sicinni basilica in Vrbe. 367.7
Siccitas sub Iuliano. 362.116
Signa militaria non amplius Aquilæ, sed Labara. 378.18
Signa quibus Deus Iulianum admonuit.362 116.manifesta veritatis Christianæ religionis ex vita Iuliani Apostatæ. 363. 62
Signum militare Eugenij exercitus idolum 394.1
Signis cœlestibus membra hominis subesse, Priscillianistarum error. 381.114
Silentium Daphnitici oraculi. 362. 96. 99. & seq.
Siluanus legatus cum socijs ad Liberium Papam.365. 8. Audianus hæreticus.370. 115
Siluanus Tarsensis Semiarianus, à quo Tarsenses dicti Semiariani. 372.54
Simeon monachus in Syria celebris. 370.83. 376.14. Stylita monachus cognitus Meletio. 378.55
Simeonis Stylitæ habitatio super columnã. ibid.vitæ genus. ibid.
Simplicianus proficuus Augustino. 385.2. Romanus presbyter Ambrosio subrogatus. ibid.
Simpliciani virtus & doctrina. ibid.& 385. 22.23
Simplicianus Ambrosio à Damaso mittitur in nouo munere adiutor.ibid. 23. præsto est Ambrosio.ibid. qualis & quantus fuerit. ibid.
Simulacrum Apollinis Daphnitici. 362.120. æneum Iuliani à fulmine deiectum. ibidem 158. Christi à Iuliano demolitum. ibid.
Singara ciuitas caput Arabum data Persis. 365.121
Singari vagantur per Orbem pulsi laribus. ibid.
Singarorum origo nequaquam ex Ægypto. ibid.
Siricij Papæ electio.385.5. de eius electione epistola Valentiniani Imp. ibid.6
Siricius respondet quæstionibus Himerij. ibid.
Siricius Papa abstinuit à cõmunione Ithacij ob caedem sanguinis.386.37. accepit literas à Maximo Imp. 387. 63. quid in Flauianum. 389.64.71. damnat Iouinianum hæresiarcham. 390.35
Siricij de damnatione Iouiniani epistola ad Mediolanensem Ecclesiam. ibid.& 36
Siricius mittit Legatos ad ecclesiã Mediolanensem cum damnatione Iouiniani. ib. 42.offensus scriptis Hieronymi.ib. 58. 61. Papa admonitus ab Epiphanio de Ioanne episcopo Hierosolymitano.393.13.parum æquus in Paulinum. 394.89.90
Siricij Papæ titulus sacris imaginibus decoratus. 395.10
Socratis error de annis Imperij Iuliani.363. 64.de Concilio Lampsaceno. 365.1
Socrates & Sozomenus emendantur de repore baptismi Valentis. 366.5. errores arguntur de Eustathio Antiocheno episcopo 366.29.confutatur de Gothis Arianis.ibidem 106
Socratis commentum de lege Valentinia

ni concedente poſſe duci duas vxores cõfutatur.ibid.124.error in tempore obitus Athanaſij. 372.63
Socrates & Sozomenus refelluntur in narratione Actorum Synodi Conſtantinopolitanæ. 383.23
Socratis error de tempore creationis Nectarij.ibid.de diuiſione diœceſeos, & inſtitutione ſedium Patriarchalium & metropolitanarum. 372.106. & Sozomeni error in narratione contumeliarum Ambroſio à Iuſtino illatarum. 383.10. error circa res Ambroſij. 378.63. commentum de Nouatianis Romæ agentibus explo-ditur.389.52.error de lege Theodoſij omnes hæreticos damnantis. 391.15. errores de ritibus Nouatianorum. ib.19
Sodomiticum ſcelus inualuit poſt hæreſim Iouiniani. 390.64
Solis prodigioſa defectio. 393.1
Sophronius auariſsimus clericorum. 370.119.Macedonianus. 362.238
Sophronius Præfectus Vrbis Conſtantinopolis. 368.11
Sortilegijs vacare vetitum. 382.20
Sozomeni hiſtorici maiores. 362.144
Sozomeni error in hiſtoria reditus Athanaſij.176.in tempore Concilij Lampſaceni, & Procopij tyrannidis. 364.12.365.1. de Concilio Lampſaceno.365.15. circa tempus terræmotus maximi ſub Valentiniano facti. ibid.38.41
Sozomeni error in reditu Baſilij ab eremo. 366.19
Sozomenus corrigitur de balneis Anaſtaſianis. ibid.21
Sozomenus erroris arguitur de Euſtathio Epiſcopo Antiocheno. 370.29
Sozomeni error in tempore perſecutionis Valentis Cæſaream.ibid.37.errores in rebus geſtis ab Athanario. ib.108
Sozomenus confutatur de Gothis Arianis. ibid.107 erroris arguitur de tempore cladis Theſſalonicenſis. 390.2
Sozomeni lapſus de creationis Nectarij tẽpore.23.error de vſu vocis Allelvia. 384.23 error de tempore Antiochenorum ſceleris in ſtatuas. 388.1
Spectaculum lugubre Antiochenorum. ibidem 14
Spelunca apud Antiochiam, in qua ſanctus Paulus habitaſſe dicitur. 309.78
Spiritus ſancti diuinitas aſſerta in Concilio Alexandrino.362.184.cognita & prædicata in Concilio Conſtantinopolitano. 381.28. vna eademq; cum Patre & Filio ſubſtantia declaratur. ibid.
Statua Theodoſij ab Alexandrinis quomodo efficta. 388.55
Statuæ affabrefactæ à Theodoſio ſeruatæ. 389.50.Imperatoris Theodoſij & Placillæ ab Antiochenis deiectæ. 388.1
Statuas quibus dicare fas eſſet apud Romanos. 382.51
Stephanus Epiſcopus Germaniciæ ordinatus à Meletio. 387.55
S.Stephani imago in velo diuinitus oſtenſo 392.57
Stephanus hæreticus à Iuliano reſtitutus. 362.265
Stilico Comes cremauit libros Sibyllinos. 389.56
Stridon patria S.Hieronymi ſubuerſa à Gothis. 378.33
Strigæ magæ fœminæ. 382.20
Studijs liberalibus legem poſuit Valẽtinianus.370.119.quietius, quàm alibi, Romæ opera dabatur. ib
Subſcriptio Epiſcoporum Concilij Cõſtantinopolitani inuerſa. 381.39
Subſiſtentia quomodo accepta à Græcis & à Latinis diuerſo modo.362.186. & ſeq. in quo differat à ſubſiſtentia. ibid.187. & ſeq.
Subſtantiæ & ſubſiſtentiæ vocum cauſa diſſenſionis inter Orientales & Occidentales. 372.27
Suedrorum Eccleſiæ legatio ad Epiphanium. 374.13
Suffragia prodeſſe defunctis. 378.14.391.25
Sulpitij Seueri error in tempore obitus Hilarij. 369.22
Sulpitius Seuerus abdicat ſe à ſæculo. 389.65
Superſtitionem Kalendarum Ianuarij Ambroſius abrogat. 377.14
Suſanna martyr in Gallia cum ſocijs. 362.236
Syagrij & Antonij Conſulatus. 382.1
Sydæ Synodus aduerſus Maſſalianos.383.39
Symbolum Conſtantinopolitanum editum. 381.29.ſcriptum à Gregorio Nyſſeno. ib.28.quando inter ſacrorum ſolemnia à Latinis cani cœptum. ib.29
Symbolum competentibus quando daretur. 387.18
Symmachi Profectura, & ſtudium erga idololatriam.365.43.domus incenſa in Vrbe. ibid.
Symmachus inflectit Valentinianũ ad præſtanda quæ vult pro deorum cultu. 371.130.131
Symmacho ſtatua dicata. 377.12
Symmachi auctoritas apud Imperatores. ibid.13
Symmachus homo dexterrimus patronus ſuperſtitionis Gentilitiæ. ibid.
Symmachi epiſtola de ſtatua à Veſtali erigenda Prætextato. 382.51. relatio ad Valentinianum pro deorum ſacris. 383.41. reſtitit & confutauit eum Ambroſius. ib.43.quando contigit.ibid.42. ſtudium pro reſtituendo deorum cultu. ibid.
Symmachus apud Imperatores agit, p deorum cultu.384.1.defenſionem ſcripſit pro dijs Gentilium, occaſione famis ingruẽtis.ibid.quando contigit. 383.41
Symmachi poſtulata.384.1.contra ea acriter agit Ambroſius. ibid.383.42
Symmachus victus ab Ambroſio. 384.5. accuſatus apud Imperatores de Chriſtianis in carcerem detruſis.ibid.8. purgat ſeſe. ibid.9
Symmachi epiſtola de Primigeniæ Veſtalis facinore. ibidem 5. pro ſui excuſatione. ibid.9
Symmachus inſeruiens tempore, inconſtantiæ redarguitur.389.53. laudat Theodoſium, qui laudauerat Maximum. ibid. agens rurſus pro ara Victoriæ, iuſſus exulare.ibid.reconciliatus Theodoſio, adeptus eſt conſulatum.391.1.etiam laudator Theodoſij. 391.34
Synagoga Iudæorum incenſa non reparanda à Chriſtianis.388.88.89. quid de his ſimilibus Gregorius Papa. ib.91
Synagogæ Iudæorum ne hoſpitia fierent militum. 365.45
Synodus Adrumetina. 394.32
Synodus Alexandrina ſub Athanaſio. 362.176.& ſeq.eiuſdem auctor creditur Liberius Papa. 367.206. à Romano Pontifice confirmata. ibid.208. ſub Iouiano Imperatore.363.123. Antiochena ſub Iouiano. ibid.140.& ſeq.poſt obitum Valentis.378.35.Aquileienſis. 381.81.& ſeq.
Synodi Aquileienſis epiſtola ad Imperatores.ibid.91.eorum qui ei interfuerunt nomina.ibid.82.eiuſdem Acta. 381.85
Synodus Arminenſis.365.15.369.31. Arianorum in Galatia. 370.16
Synodo Armeniæ interfuit Baſilius. 371.36
Synodus Bagaienſis Donatiſtarum. 394.33.
Burdegalenſis contra Priſcillianum. 385.21. Cæſarauguſtana quando celebrata. 381.102
Synodi Cæſarauguſtanæ Acta ſuo tempore reſtituuntur & emendantur. ibid.103
Synodus Capuana. 389.70.Cauernenſis Donatiſtarum. 394.35. Conſtantinopolitana Oecumenica.381.17.diuerſa eſt ab alia eodem anno conuocata. ibid.29.collecta opera vel aſſenſu Damaſi. ib. Epiſcopi qui interfuerunt.ibid.22. ex Damaſi epiſtola doctrinam elicit de Spiritu ſancto. ibidem 26. ab eodem confirmata Oecumenica vocatur. ibidem 38. & quamobrem. ibid.49
Synodi Conſtantinopolitanæ Symbolum. ibid.29. canones quos receperit Eccleſia Romana.ibid.31.& cur non omnes. ibid.48.Conſtantinopolitanæ canones de primatu eius Eccleſiæ.ibid.35.eiuſdem litteræ ad Theodoſium.ibid.37. ſubſcriptionũ cenſura.ibid.39. locus cur vocatus Concordia. ibid.55
Synodus Conſtantinopolitana poſterior. 382.4
Synodi Conſtantinopolitanæ ad Romanam epiſtola.ibidem 9.eiuſdem legatio. ibid.12
Synodus Conſtantinopolitana à Theodoſio conuocata. 383.24. eius Acta.ibid. 26. quarta. 394.19
Synodi ab hæreticis habitæ tempore Baſilij 365.2
Synodus Hipponenſis.393.33. Illyricana ſub Valentiniano Imperatore.365.17.eius decreta.ibid. 19. & tidei profeſsio, ibid.21. Lampſacena quando celebrata. 364.12. 365.1.6
Synodi Lampſacenæ res geſtæ. 365.4
Synodus Laodicena quando celebrata. Appen.5.& ſequen. Mediolanenſis.390.43.ex ea Synodica ad Siricum Papam.ibidem.
Romana contra Auxentium.369.28. contra Vrſacium & Valentem. ibid.34. contra Apollinarem.375.1.ſub Damaſo in cauſa Flauiani.381.97.382.2.& ſequen.Epiſcoporum qui interfuerunt nomina.ibid.2. cur Orientales non interfuerint. 382.4.21. 16.quid in ea actum. ibid.18. ſub Siricio. 386.1.in Sicilia congregata. 365.16. Sydæ contra Maſſilianos.383.39. Tyanenſis in Cappadocia.365.28. obedit litteris Liberij Papæ ibid.15.Treuirenſis ſub Maximo de cauſa Ithacij.385.29.386.25. Valentina in Gallia. 374.11
Synodum abſq; conſenſu Romani Pontificis non licere congregari. 381.20.25
Synodi confirmatio petitur ab Imperatore, qua occaſione. ibid.37.38
Synodalis epiſtola Synodi Alexandrinæ.362.193.ex Concilio Antiocheno ad Iouianũ Imperatorem.363.141.ad Imperatores ex Concilio Aquileienſi. 381.92. ex Concilio Cauernenſi.394.36. Epiſcoporum Illyricorum.365.18.ex Concilio Romano contra Auxentium.369.29.ad Damaſum. 382.9.10
Syri Gentiles quid in Chriſtianos. 362.141
Syriæ celebriores monachi ſub Valente.370.83
Syrmij quid geſſerit Ambroſius contra Arianorum conatus. 380.18.381.53
Syrmij Epiſcopus ordinatur Anemmius.ib.
Sirmienſis presbyter mortem valuit ſuſtinere, quàm prodere apud ſe latitantem. 372.115
Syſinnius Nouatianus quid ſuaderet Nectario 383.27

T.

TArſus ciuitas infamata ſepultura Iuliani. 363.69
Tarſenſe Concilium ab Arianis impeditum. 366.25
Tarſenſes ſic dicti Semiariani. 372.54
Taurus Conſul quid ſub Iuliano. 362.8

Taurus quid in numismate Iuliani. 362.84
Tauricremus dictus Iulianus. ibid.
Templum Apollinis Daphnitici. ibidem 87. quando incensum. ibid. 92. & deinceps 111. & seq.
Templi Canopi demolitio. 389. 96. cur ex parte tantùm exustum. 362. 114. incensum luget Iulianus. ibid. 117. item Libanius. ib. 118. 119
Templum deorum Martis. ibid. 77
Templum Hierosolymitanum Iulianus curat restituere. 363. 5. 9. prodigia tunc oborta. ib. 9. & seq.
Templi Hierosolymitani fundamenta reuulsa. ib. 18
Templum Iouis Casij in Arabia. 362. 87. Iouis Apemeni deiectum. 389. 106. dæmon impedit templi ruinam. ib. 107. Iouis Capitolini spoliatum. ib. 56
Templum Serapidis iussum à Theodosio deijci. ib. 76. quale. ib. 86
Templum Traiani Antiochię à Iouiano crematur. 363. 153
Templa idolorum à Iuliano restituta. 361. 19 à Ioanne Chrysostomo expurgata. 386. 62 63. spoliata per Iouinum & Gaudentium 389. 52. à Iouiano Imperatore clausa. 363. 150
Templorum idolorum in Occidente ruina. 389 110.
Templis deorum apposita custodia Christianorum, ne sternerentur. 365. 43. prohibitum ab Imperatore. ib.
Terentius Dux exercitus Valentis. 369. 67. Catholicus fauet Catholicis. 370. 22
Terentij Ducis pietas. 372. 3
Terentius Dux laudatus à sancto Basilio. ib. à Valente spretus, cuiusque libellus scissus. ibid.
Terentianus Præfectus Tribunus Prętorianorum persecutor sub Iuliano. 362. 251. credit in Christum. ibid. Acta SS. Ioannis & Pauli martyrium scripsit. ib.
Terræmotus & alia prodigia obitus Theodosij. 394. 22. ingens excutit fundamenta templi Hierosolymitani. 363. 16. immensi sub Valentiniano & Valente cum maris excrescentia. 365. 38. quid mali portenderint. ibid. 41. ingens in Oriente. 368. 6. Nicomediæ factus. 362. 308. quo Niceæ collapsa est sub Valente. 368. 6. & aliter, qui Germaniæ partes multas conturbauit. ib. Niceæ, Orientalis Ecclesiæ tumultus indicia. ib.
Tetradij clarissimi viri conuersio. 394. 97
T. H. D. litteræ nominis successoris Valentis 370. 94
Theatrum Hierosolymis ad necem Fidelium parat Iulianus. 363. 19
Thecla dicta S. Macrina. 369. 63
Theclæ sanctę memoria Seleuci celebris. 362. 55. 372. 62
Themistius philosophus Præfectus Vrbis creatus à Iuliano. 362. 4. deridet hæreticos fidem pro tempore mutantes. 363. 144
Themistij philosophi ad Iouianum oratio. 364. 1
Themistius philosophus admonet Valentē seruare clementiam. ib. 14. ex diuina Scriptura illud vsurpat, Cor Regis in manu Dei. ibid.
Themistij alia ad Valentem admonitio. 366. 2
Themistius philosophus insanientem in Orthodoxos valentem oratione cohibere conatus. 370. 84. 375. 8. fuit procul à magicis præstigijs. 370. 99. amicus Gregorij Nazianzen. 375. 9. tum Platonicus, tum Peripateticus. ib. carus fuit Theodosio Imperatore. ibid.
Themistius non solùm philosophia celebris sed potentia apud Imperatores prędarus ibid.
Themistius laudator clementiæ Theodosij. ib. 11. 381. 11. 388. 41
Themistio philosopho commendat filios Theodosius. 393. 43
Themistius quantum laudauerit Theodosium. 395. 53
Theotechnus apostata quę cogitur iussè pati. 362. 110
Theodolus martyr in Phrygia. ib. 77
Theodoretus maiè cępit, sed benè consummauit. 378. 40. quid in odium Paulini egerit. ibi. quid in epistola Damasi ad Paulinum. ib. 41. in narratione mortis Felicis Comitis sacrarum largitionum corrigitur. 362. 109. fallitur in tempore reditus Meletij. ib. 118. erroris arguitur de mora Valentis Constantinopoli. 378. 22. in his quæ pro Meletio contra Paulinum scribit. ib. 36
Theodoreti in historia Meletij & Paulini suspecta fides. ib. 39. 55. 382. 18
Theodoretus Flauiani in schismate sectator 378. 40. in epistola Damasi mutat nomen Paulini. ib. 41. 382. 17
Theodoreti in creatione Theodosij error. 379. 4. consilium de litteris Damasi ad Paulinum. 382. 17. 18
Theodoretus refellitur in narratione Actorum Synodi Romanæ. ib. 17. corrigitur in narratione Actorum Amphilochij. 383. 31. item in Massalianorum è Syria electione. ib. 38
Theodoreti error in his quæ sunt temporis 361. 18. 383. 31. 38. de tempore Antiochenorum sceleris in statuas. 388. 2
Theodoretus errore labitur in rebus Paulini & Euagrij. 389. 64. 65. & seq.
Theodoretus & Theodosiolus in crimē adducti. 370. 97
Theodorus legatus martyr vna cum Iocis. ibid. 27. fateiles Imperatoris in suspicionem adductus, luit capite pœnam. ibid. Mopsuestenus interfuit quarto Concilio Constantinopolitano. 394. 30. lapsus in hæresim. 382. 71. reuocantur Chrysostomi opera. ibidem. relapsus deterior factus. ibidem.
Theodori martyris per visum admonitio, vt Christiani frumentum coctum ederent. 362. 43. martyris die anniuersaria Constantinopoli frumentum coctum pauperibus erogatur. ibidem. Siculi cantus. 370. 98. supplicium sub Valente. ibidem 95
Theodori omnes conquiruntur à Valente. ibid. 96. item Theodosij & simili nomine necantur. ib. 97
Theodorus martyr Antiochenus. 362. 76
Theodori alterius Antiocheni martyris nobilis certamen. ib. 103. cùm torqueretur pœnas non sensit. ib. & 106
Theodosius monachus in Syria Hieronymi promotor in eremum. 272. 44
Theodosius Senior in Africa ingratè occiditur. 382. 15. antequam necaretur, baptizari voluit. ib.
Theodosius parens cur occisus, & filius Theodosius in discrimen adductus. ib.
Theodosij filij spectata virtus in rebus bellicis. 373. 36
Theodosius iunior ad Orientem subleuandum è Gratiano deligitur. ib.
Theodosius Imperator fauet Gregorio Eliberino. 372. 122. eiusdem ad eum & collegas epistola. ib.
Theodosio fugato, barbari Pannonias inuadunt. 375. 1
Theodosius Imperator eligitur. 379. 3
Theodosij patri, & parentes, nominis significatio. ib.
Theodosius Imp. iam purpuram non quæsiuit. ib. debellat Gothos. ib. 4
Theodosio ostensa visio. ib. 5
Theodosius erexit Romanum Imperium prostratum. ib. Baptizatus ab Acholio. 378. 39. 380. 1
Theodosij erga religionem Catholicam merita. 380. 2
Theodosius legem aduersus hæreticos post baptismum sanxit. ib.
Theodosij lex de ferijs Quadragesimæ. 380. 3
Theodosius Maximum refellit. ibid. venit Constantinopolim. ibid. 10. hæreticos ab Ecclesijs pellit. ibid. quid præcepit Demophilo Episcopo Ariano. ibid. in puniendis Arianis visus est paulo rigidior. ibid. 11
Theodosij lenitas in crimen adducta. ibid. res gestæ Constantinopoli cum Gregorio ib. 12
Theodosius Constantinopolim ingressus, quibus verbis Gregorium salutauit. ibid. occupat templum, & introducit Gregorium. ib. vocat Episcopos qui collocent Gregorium in throno, idq; fuallone Damasi Papæ. ib. 15
Theodosij aduersus hæreticos lex. 381. 8. 74. 80. & aduersus apostatas. 386. 49. clementia in sepeliendo Athanarico Rege Gothorum. 381. 10. ab Ethnicis etiam prædicata. ib. 11. felicitas. ib. 15. quot barbari sei subiecerint. ibid.
Theodosius priuilegium impertit clericis. ib. 16
Theodosij litteris vocati Episcopi ad Synodum Constantinop. ib. 20
Theodosius erga Gregorium Nazianzenum propensior. ib. 58. elegit Nectarium Episcopum. ib. 70
Theodosij edictum de fide Catholica, quo dignosci possent hæretici à Catholicis. ib. 73. idipsum decretum ex Synodi arbitrio à Theodosio scriptum & promulgatum. ib. 75
Theodosius reuocādas curat reliquias Pauli Episcopi Constantinop. ibid. 79. vetuit Paganos testari. ib. 80 exagitat hæreticos. ib. & 386. 49
Theodosij edictum aduersus idolorum cultores. 381. 116. lex de basilicis Gentilibus restituendis. 382. 73
Theodosius Gentilibus ademit templa, nō basilicas. ib.
Theodosij aduersus Manichæos edictum. ib. 74. lex aduersus validos mendicantes. ib. 75. cura propensior in instituendis filijs. 393. 22
Theodosius noluit Arsenium stantem docere Arcadium filium. ibid. probat fidem Consubstantialis. ibid. 28. an verè fauerit Nouatianis. ib. & 29. ab Amphilochio sanctis admonitus. ib. 30. sanciuit alias legem post tertiam Synodum Constantinopolitanam. ib. 33
Theodosij lex alia contra hæreticos. 384. 32. rescriptum aduersus Iudæos. ib. 37
Theodosius ex Placilla suscepit Honorium filium. ibid.
Theodosij lex de foro Ecclesiastico illibato seruando. 385. 29. leges aduersus idololatras & fidicinas. ibid. 37. lex de relaxandis vinctis tempore Paschatis. ib. 38. cum Maximo fœdus. 386. 1. lex de non distrahendis reliquijs martyrum. ib. 51
Theodosius Thessalonicam venit ad Valentinianum. 387. 58. consilium capit de puniendo Maximo. ib. Gallam vxorem accepit. ib.
Theodosij pietas in suscipiendo Valentiniano. ib. 59
Theodosius quid ad Flauianum Legatum de Antiochenis. 381. 27
Theodosij clementia erga Antiochenos. 388. 38
Theodosius celeriter vult nunciari indul-

gentiam

gentiam conceſſam Antiochenis. ib.39
Theodoſij clementia prædicata à Themiſtio ib.41
Theodoſius veget Olympiadem virginem vt nubat ib.44
Theodoſij expeditio aduerſus Maximum. ib.51
Theodoſius conſulit Ioannem monachum de belli euentu.ibid.52. Legatos mittit ad Ægypti monachos pro bello venturo. ibid.51. quæ accepit à Senuphio arma. ib.54
Theodoſij ſtatua ab Alexandrinis quomodo effigiata. ib.55
Theodoſius vincit Maximum.ib.61.quanta in bello aduerſus Maximum à Deo ſit aſſecutus beneficia. ibid.63
Theodoſij clementia erga Maximi cognatos & alios bello victos. ib.65
Theodoſius recuperatum Imperium Occidentale reſtituit Valentiniano. ib.66
Theodoſij mora in Italia poſt victum Maximum. ib.67
Theodoſius lege irritat quæ à Maximo facta eſſent.ib.68. neſcitens reſcribit pro ſchiſmaticis Luciferianis. ib.95
Theodoſij nomine curatum fingitur Martyrologium. ib.101
Theodoſius pugnaturus in Maximum, ante expugnat hæreticos. ibid.56.57.& ſeq.
Theodoſij aduentus in vrbem & triumphus 389.49. laudatus pro concione à Pacato oratore. ibid.
Theodoſius quanta bona in vrbem cum religione intulit.ibid.& 50. quid vrbi.ib.& ſeq. ſeruatas voluit ſtatuas fabre factas.ib. per Iouinum & Gaudentium ſpoliat templa Idolorum. ib.52
Theodoſij iuſſu fracta idola. ib.55
Theodoſius expurgauit loca ſceleratorum. ib.58.quid in malefactores.ib.61. recedens ab vrbe venit Mediolanum. ib.74.quid ſtatuit de Quadrageſimæ tempore. ib. quid item aduerſus hæreticos. ib. demoliri iubet Serapidis templum.ib.76. & ſeq. donat pauperibus quæ ſunt è templis ablata ib.102. Mediolani cùm eſſet, ab Ambroſio prohibetur ingreſſu Eccleſiæ.390.2.& ſeq. indulget Theſſalonicenſibus rogatus ab Epiſcopis. ib.5. remouetur à ſententia à Rufino & aliis.ib.6. cauſæ iuſtæ vlciſcendi in eos quæ prætenſæ. ibid.
Theodoſij clementia ad delinquendum ille lex. ibid. natura ad iram facilis, ſed citò placabilis, & ad maiora præſtanda promptus. ib.8.9
Theodoſius beneficus in eos quos obiurgabat.ibid. ſcriptis admonetur ab Ambroſio. ibid.12
Theodoſij pœnitentia. ib.20. excommunicatus luget.ib.21.cum Ambroſio congreſſus,& publica pœnitentia. ibid.24
Theodoſius legem ſanciuit de executione ſententiarum damnatorum.ibid.26. reconciliatur Eccleſiæ. ibid. 28. maiorem conſecutus ex humilitate, quàm ex triũphi gloria. ib.31.& ſeq.
Theodoſij lex aduerſus monachos hæreticos.ibid. 48. lex aduerſus Sodomiticum ſcelus.ibidem 65. legis de diaconiſſis ſanciendæ cauſa. ibid.66. lex Eccleſiaſticæ libertati aduerſaria,ne quid clericis relinqui poſſit.ibid.67.idem monitus ab Ambroſio,abrogat eam legem.ibid.& 70.71. lege vetitum matrimonium conſobrinorum. ib.72
Theodoſius voluit Ethnicos quoq; eſſe participes magiſtratuum 391.1.diſceſſurus ab Occidente, legibus prohibuit Gentilium procaciam. ib.2
Theodoſij lex, qua penitus abſtulit idololatriam.ibid.item alia addita eiuſdem argumenti.ibidem 3.4. lex aduerſus apoſtatas. ibid.5
Theodoſij reditus Conſtantinopolim. ibidem 7
Theodoſius transfert caput Ioannis Baptiſtæ in Septimum.ibid.& 8.rurſus expellit hæreticos. ibid.15
Theodoſij luctus de obitu Valentiniani. 392.10
Theodoſius pergit impugnare idololatriã, eius reſcriptum aduerſus deorum cultũ. ib.26.prohibendo ſacrificia, cùm Eugenius illa concedit, conciliat ſibi Deum ib.25.nouis edictis hæreticos exagitat.ib 27. mulctam decem librarum in eoſdem indicit. ibid.
Theodoſij lex de feriandis quindecim diebus Paſchalibus. ibid. 28. de debitoribus confugientibus ad Eccleſias. ib.
Theodoſius ad bellum venturus aduerſus Eugenium,legatos precum mittit ad ſanctos.393.35.quã pius eius bellicus apparatus.ib.36. tempore apparatus bellici aduerſus Eugenium tributa relaxat.ibid.38. illata in ſe maledicta publica lege dimittere profitetur. ib. 42. mira eius prudẽtia in iis ſanciendis. ibid.
Theodoſij clementia prædicata. ib. bellum aduerſus Eugenium 394.1.exercitus ſignũ Crux. ib.2
Theodoſius in procinctu ſcribit aduerſus hæreticos. ib.4
Theodoſij conflictus cum Eugenio. ib. 6.8. & deinceps.
Theodoſius in diſcrimen adductus, preces ad Deum fundit. ib.8
Theodoſio oſtenſa viſio.ibid.9. ſancti Apoſtoli Ioannes & Philippus ei præſto ſunt. ib.& 10
Theodoſius ſuperat hoſtes Euangelio & Cruce.ib.10.miraculo diuino vincit. ib.13 indulget hoſtibus? ib.18
Theodoſij obitus prænunciatus. ib.20
Theodoſius expiatur à cæde belli, ibid. ante obitum multa proficua opera fecit.395.25 moriturus coram ſenatu habuit orationem de Chriſti fide ſectanda.ib.23.deſtructor idolorum.ib.25. commendauit filios Stiliconi. ibid.26
Theodoſij obitus. ib.21.ætas eius, anni Imperij. ibid. 23. corpus transfertur Conſtantinopolim. ibid. cum Traiano comparatio.ibid.31. longè Traiano melior ipſe. ib.
Theodoſius laudatus ab Ambroſio pro concione.ib. 27. ſpecimen optimi Principis. ib.28.defenditur à calumnia Zoſimi. 387. 58.395.29.30.31
Theodoſij defenſionem Paulinus ſcripſit. 395.35
Theodotus Epiſcopus Laodiceæ Syriæ.Appen.3
Theodotus Epiſcopus Nicopolis in Armenia ſubinfenſus Baſilio ob receptum Euſtathium.371.38.recuſat communicare cũ Baſilio. ib.39
Theodorus Epiſcopus Hierapolis ordinatus ab Epiſcopo Samoſateno. 378.48
Theonæ Eccleſiæ Alexandrinæ inuaſa à Gẽtilibus opera Lucij Ariani. 372.73
Theophilus Alexandrinus ab anno obitus Petri cœpit deducere Paſchales Cyclos. 380.12. creatur Epiſcopus Alexandrinus. 385.30.legat Iſidorum cum litteris ambiguis. 388.68
Theophilo Alexandrino delegata cauſa Flauiani. 389.68
Theophilus Alexandrinus demoliendum curat tempus Serapidis. ibid. 78.collocat reliquias S.Ioannis Baptiſtæ ſuper Serapium.ib.97. redarguit Ioannem ob errores Origenis. 393.6
Theophilus cur tardus aduerſus Origeniſtas inſurrexit. ib.7
Theophili litteræ ad Syricium Papam de Ioanne Epiſcopo Hieroſolymitano. ibidem 13
Theophilus laborat pro pace Eccleſiæ Paleſtinæ.ib.16.lentè curare ſtudet vulnus. ibid. 30. admonet interea ipſe Hieronymum.ib.31.reconciliat Rufino Hieronymum. ibidem 32. Caitabalorum Epiſcopus legatus cum ſocijs ad Liberium Papam.365.8.10. Gothorum Epiſcopus. 376.110
Theoſebia vxor Gregorij Nyceni. 369.64
Theoſebiam laudat Gregorius Nazianzenus. ibid.
Therafia Paulini coniux profitetur vitam monaſticam.394.72.& 83. eadem ab Auſonio cur Tanaquil dicta. ibidem. 83. & 84
Theſſalonicenſis clades quando acciderit.390. 2.& ſequen. Epiſcopi impetrant indulgẽtiam à Theodoſio Theſſalonicenſibus. ibidem. 15. quot in ea occiſi. ibidem. 11. Epiſcopi qui hoc tempore vixere. 378.42
Theſſalonicenſi Eccleſiæ quis præfuerit tempore Conſtantinopolitani Concilij. ibidem 43
Thomæ Bozij de Signis Eccleſiæ nobile commentarium. 363.61
Thorates Serapidis è domorum parietibus abrafi.369.99. pro his Crucis ſignum depictum. ib
Thraces martyres. 362.3
Thurificatione ſtudet decipere milites Chriſtianos Iulianus. ib.3
Tiberianus Priſcillianiſta damnatus. 381. 25.27
Tiberina regio Ponti. 362.68
Tiberinæ laudatio & vituperatio. ibidem. 69
Ticonius Donatiſta cõfutat Parmenianum 368.20
Ticonij ſententia de Eccleſia Catholica. ibidem 21. ſcripta. ibidem 22. regulæ ſcriptæ. ib.23
Ticonius quando vixerit.ib. ibid.
Timotheus cum Apollinari damnatus Romæ.373.7. ordinatus Epiſcopus Alexandrinus poſt Petrum. 380.16. Epiſcopus Alexandrinus venit Conſtantinopolim. 381.53
Timothei Epiſcopi Alexandrini obitus. 385.30
Timotheus quid de Ammone monacho præcidente ſibi auriculam. ibid.
Titus Epiſcopus Boſtrenſis quas calumnias à Iuliano Imperatore paſſus. 362.154. interfuit Concilio Antiocheno. 363.142
Tomis Scythiæ caput.371.114.à Valente perſecutionem paſſa. ibid.
Tonſor Conſtantij prædines. 362.12
Tonſores & coqui, & ſimiles artifices à Iuliano exacti. ibid.
Tonſura clericalis ex numiſmate expreſſa. 394.10
Tormenta diriſſima per Iulianum illata. 362.42
Torquem aureum geſtabant Epiſcopi Ariani. 381.83
Toxotius ſenior, maritus ſanctæ Paulæ. 382.40. iunior, filius ſanctæ Paulæ. ibidem.
Traditionibus inhærendum. 371.57
Traiani templum Antiochiæ incenſum à Iouiano. 363.149
Traianus dux ſub Valente ſtudioſiſſimus monachorum.370.83. quid in Valentem de barbaris.378.23. in pugna cum Valente occumbit. ib.25
Tranſactio inter Epiſcopos Catholicos, & Epiſcopos lapſos,ſed pœnitentes 362.183. inter Meletium & Paulinum.372.51.378.36
Transferentes ſe ad alias Eccleſias excom-

municat Damasus. 373.11
Translatio reliquiarum Babylæ martyris solenni pompa.362.104.104.corporis Pauli Episcopi Constantinopolim.381.79. corporis Meletij Antiochiam. 381.42. capitis Ioannis Baptistæ.391.7.diuersa de ea re historia. ib.9
Treuerensis Synodus in causa Ithacij sub Maximo. 385.29.386.25
Treuerensis Concilij Episcopi infesti Ithacio et communicant. ibidem 26. aduentu sancti Martini animo consternantur. ibid.
Tribulationis vtilitas. 370.86
Tribunal Romanæ Ecclesiæ supremum. 381.6.Ecclesiasticum illibatum vult Theodosius. 385.31
Tributa à Iuliano Christianis indicta. 362.28.relaxat Theodosius belli tempore.393.37.bona damnatorum restitui iussit.ibidem 40
Tributis vexati monachi à Valente. 375.12
Tributum haud pendendum ab Ecclesijs & clericis. 387.11
Turbo Episcopus Eleutheropolitanus Arianus. 361.219
Tyanensis Synodus paret litteris Liberij Papæ.365.15.22.Synodicæ inde ad omnes Ecclesias. ibid.16
Tyrannus sacerdos Saturni Alexandriæ. 389.94.eius scelera. ibid.
Tyranni in Africa Firmus & Gildo fratres. 373.36
Tyrannidis affectatæ rei. 370.95.96

V.

VAlentis confessio coram Iuliano. 362.36.eius exilium. ibid.38
Valens creatus Imperator à fratre, 364.7.ab exordio Catholicus fuit. ibidem Catholicis fauet,tribuës eis magistratus. ibid. ad se vocauit Cæsarium fratrem Gregorij Nazianzeni. ibid.
Valentis numismata cum Labari effigie. ibid.10
Valens in Oriente, Valentinianus in Occidente imperant. 364.11
Valens comitatus fratrem redijt Constantinopolim.ib.12.à Themistio admonetur seruare clementiam.ib.14. frustra à Themistio admonitus. 366. 2
Valentis aduentus Antiochiam quando cõtigit. 364.15
Valens exagitat amicos Iuliani.ib.18.exagitat magos & idololatras.ibid.19.indulget Prætextato vt dijs colantur. ibid.
Valentis & Valentiniani epistola ad Episcopos Arianos ob sanciendam fidem Catholicam.365.18. perperam ea re de Pilati innocentia.ib.23.verant Christianos templa Gentilium custodire. ib.43
Valens Arianus illectus à coniuge. 366.4. Imperator baptizatus ab Eudoxio Episcopo.ibidem 5. persequitur Catholicos ibidem.
Valentis persecutionis tempus.ib quàm dira persecutio.ibid.13. ministri ab exordio sedis Basilij ei aduersantur. 369. 58. cum Gothis pax. ibid.67
Valens persecutionem excitat in Orthodoxos.370.1.promulgat edictum de expellẽdis Episcopis Catholicis. ibid. damnans exilio Episcopos Catholicos, cur parcit Athanasio.Epiphanio atq; Paulino. ib. 4. quos voluit Episcopos exulare. ibid.17. Constantinopolitanæ Ecclesiæ Legatos Catholicos occidi iubet. ibid.27
Valentis tempore persecutio acerbior, quàm sub Iuliano. ib.34
Valens venit Cæsaream Cappadociæ.ib.37. aggreditur expugnare Basilium. ib. 39. à Basilio victus.ib.44. addit Ecclesiam Basilij.ib.45. in Ecclesia Basilij præ stupore deliquium animi passus. ibid.46
Valentis Præfectus Modestus ægrotans supplex orat Basilium. ib.49
Valens decernit Basilio exilium.ibid.50.non valet scribere exilium Basilij.ibid. calamus confracti. ibid.
Valentis vxor dira patitur per visum. ibi.51. filius ægrotans à S.Basilio in meliorẽ statum deducitur.ib.51.52.ab Arianis baptizatus moritur. ibid.
Valens ex Cappadocia proficiscitur Antiochiam.ib.63.Catholicos persequitur.ibi. 68.quid in Meletium.ib.97. quid in Aphraatem monachum. ibid.
Valentis cubicularius cõtumeliosus in Aphraatem dæmonas.ib.73.equus curatus ab Aphraate monacho. ibid.47
Valens Themistij oratione cohibitus.ib.84. Antiochiæ habet diram de magis & incãtatoribus quæstionem.ibid.93.& seq. ob magorum prognosticum Theodoros & simili nomine homines occidit.ib. 95.96
Valentis Edessam aduentus. 371.103
Valens quid in Edessenos. ibid.
Valentis peregrinatio Ecclesiæ calamitosa. ibid.14
Valens persequitur Ecclesiam Scythicam. ibid. veritus Scythas persecutionem reuocat.ibid.115.victus à Bretannione Episcopo.ibid.scribit libellum Terentij ducis pro Fidelibus oblatum. 372.3
Valentis persecutio in Ecclesiam Alexandrinam ibid.35. edictum pro Arianis aduersus Catholicos Ægypti.ibid.81. rescriptum de Bibliotheca Constantinopolitana. ibid.116
Valens occidendum curat Theodosium seniorem, quærit ad necem Theodosium inmotum.373.36.Antiochiæ agens aduersus Orthodoxos acrè commouetur.375.8 à Themistio admonetur. ibid. oratione à Themistio mitigat furorem in Catholicos. ibid.& 10
Valentis in monachos insolita persecutio. ibid.10
Valens monachos militare cogit.ibid. datũ ab eo rescriptum.ibid. 11. quas pœnas dederit eius culpæ.376.8. à monachis tributum exigit. 377.12
Valentis Imperium quibus calamitatibus afflictatum.376.7.impietas barbaros vocauit in vltionem. ibid.
Valens causa belli Gothici Antiochiam venit. 377.2
Valens Antiochia Constantinopolim proficiscitur 378.22.coactus iubet relaxari exules Episcopos. 377. 2. sed non proprijs Ecclesijs restitui.378.24. à Constantinopolitanis infectatus conuicijs.ibid.22.ob id ad bellum proficiscitur.ibid.23 quid in Traianum ducem exercitus vera exprobrantem. ibid. arguitur ab Isacio monacho. ibid.24
Valenti ad bellum proficiscenti interitum & exercitus iacturam prædicit Isacius. ibid.
Valens quid in Isacium monachum comminatus.ib.26 inuidens Gratiani gloriæ expectare eum noluit contra Gothos pugnaturus.ib.25. recusat pacem à Gothis oblatam. ib.
Valentis pugna cum Gothis. ibid. interitus dignus scelere.ib. inscriptio super sepulchrum & oraculum. ib. 26. obitus præfagia. ib.
Valens & Vrsacius damnati Romę à Damaso. 369.33
Valens pseudoepiscopus damnatus in Concilio Aquileiensi. 381.91
Valentinianus sub Iouiniano ab exilio liberatus postliminio. 363.126. Nicææ Bithyniæ Imp. electus. 364.4. à Sallustio Præfecto creatus.ib. quid in Rodanum ac Sequanem iniuria viduam. ib.
Valentiniani Imperatoris genus & virtutes. ib.5.6
Valentinianus ex confessore Imperator.ib.6 sedat militares tumultus.ib.6.allegit collegam Imperij Valentem fratrem.ib.7.defenditur hæc eius actio. ib.
Valentiniani & Valentis rescriptum ad Cæsarium. ib.8
Valentinianus & Valens certant pro Cæsareo habendo. ib.
Valentiniani & Valentis numismata cum Labaris. 364.10
Valentinianus & Valens Imperium inter se patiuntur.ib.11.proficiscitur in Occidentem. ib.
Valentinianus rebus fidei se immiscere non vult.ib.12. liberum relinquit Episcopus de rebus Ecclesiasticis agere. ib.
Valentiniani scitè respõsum de non immiscendo se rebus Ecclesiasticis. ib.
Valentinianus & Valens quos Iulianus caros habuit persequuntur.ib.18.Christianos professores restituũt.ib.20. idololatras infensi.ib.19. contra sacra nocturna legem ferunt. ib.
Valentiniani & Valentis leges. 365. 41. & sequen.
Valentinianus exordio imperij fuit quoslibet ad arbitrio quas vellent sectas sequi, 364.19.365.4.ob id à Deo punitus. 364.18. rescribit pro clericis. 365. 42. & Valens Christianos vetant templa Gentilium custodire.ib.43. Imperator concedit priuilegia virginibus, viduis & pupillis. ib. 44.ghioet milites profanare synagogas Iudæorum. ib.45
Valentiniani sanctio de sanctificando die Dominicæ resurrectionis. 367.1
Valentinianus licet Catholicus, tamen infamatur tolerantia nimia hæreticorum. 366.31
Valentiniani pietas suspecta. 365. 4. sæuitia. 367.21
Valentinianus sæuerissimè punit adulteros ibid.
Valentiniani rescriptum ad Prætextatum de reddenda basilica Damaso. 368.2
Valentinianus Imp. pellendum iubet ab Vrbe Vrsicinum cum sociis,scribens ad Prætextatum. ibid.
Valentiniani aliud præscriptum ad Prætextatum de indulgentia schismaticis concessa.ibid. 4. aliud ad Olybrium aduersus schismaticos.369.6.rescriptum ad Agnatium Vicarium aduersus schismaticos.ib.
Valentinianus deceptus ab Auxentio. ibid. 17.18
Valentiniani rescriptum aduersus Chronopium Episcopum appellantem ad Imperatorem. ibidem 40. de quæstionibus. 370.103
Valentinianus rescripsit ad Damasum, ne clerici aliquid caperent ex Testamento, ibidem 117.causa sanciendæ legis.ibidem 113
Valentiniano calumniosè adscribitur lex de duabus vxoribus. ib.124
Valentinianus defenditur à calumnia Socratis de duabus vxoribus. ib.125
Valentiniani lex de scholis & discipulis Romæ profitentibus.ibid.129.de virginibus, viduis,& pupillis. ib.131
Valentinianus Imperator reuocat Vrsicinum ab exilio. 371.1. de maleficis Senatoribus quæstionem haberi voluit. ibidem 6. quid de scenecis rescripsit.ibid.128.a ruspicinam concessit. ib.129. Gentilium superstitioni fauet. ibid. fuit idola coli. ibid.& 130
Valentinianus aram victoriæ concessit Gentilibus. ibid.130

Valentianus priuilegium dat sacerdotibus idolorum. ibid.131. quid lege lata contra Manichæos. 372.111. occidi mandat presbyterum nolentem prodere qui apud eū confugerat. ibid.115. Donatistas rebaptizantes cohibet. 373.35
Valentiniani lex de baptismate non iterando. ibidem. oratio de Episcopo eligendo 374.2
Valentinianus lætatur Ambrosium electum Episcopum. ibidem 6. cogitur occurere Martino, sella diuinitus conflagrante. 375.2
Valentiniani Imp. obitus. ibidem. 4. corpus translatum Constantinopolim. ib. 16. filij eius & filiæ. ibid.
Valentinianus iunior Augustus nuncupatur. ibid.
Valentiniani iunioris sorores. ibid. eius natalis. 366.31
Valentinianus puer à Gratiano allectus in collegam Imperij. ibid.
Valentiniani indulgentia hæretici & Gentiles in Occidente vires sumunt. 376.1
Valentinianus Ambrosium ad Maximum legat. 382.19
Valentiniani Imperatoris epistola de electione Siricij. 385.6. lex de relaxandis vinctis tempore Paschatis ibid 38. lex pro Arianis data. 386.4
Valentinianus Ambrosium ad disputandū cum Auxentio cogit. ib. 15. 16. basilicam S. Paulo Apostolo constituit. ibid. 39. huius consilij ratio ibid.
Valentiniani epistola de construenda basilica Pauli Apostoli. ibid. Consulatus III. & Eutropij. 387.1
Valentinianus edictum fert de Catholicis ab Ecclesijs eijciendis. ibid. 2. persequitur Ecclesiam. ib. 36
Valentiniani conatus pro basilica Ambrosio auferenda. ib. 1. & seq. rei euentus. ib. 24. 25
Valentinianus reprehenditur à Maximo ob iniurias Ambrosio & Catholicis illatas. ibidem 32. supplex orat Ambrosium, vt opem ferat contra Maximum. ibid. 44. legat ad eum. ibid. & 45. quid egerit, describitur. ibid. 47. cur Maximum hostem habuerit. ibid 58. Dominum legat ad Maximum. ibid. 56. incautus à Maximo opprimitur. ibid. eius audito aduentu Thessalonicam cum matre fugit. ibid. 58. Legatos mittit ad Theodosium de rebus Maximi. ibid. & Iustina fugam arripiunt, vt Maximum vitent. ibid. recuperat Imperium. 388. 66
Valentiniani hæretici quid in monachos. ibid. 83
Valentinianorum hæreticorum fanum incensum à Christianis. ibid. hæreses quæ. ibid.
Valentinianus accersiuit Ambrosium, vt baptizaretur ab eo. 392. 5. confessor obijt, quòd denegasset sacra Gentilibus. ib. 14
Valentiniani mores laudati. ib. 7. eius probata castitas. ib. 8. scenicam formosam ex Vrbe dimouit. ib. eius obitus tempus. ib. 4. causa. ib. 6. cuius dolo necatus. ib. 6. Imperij tempus. ib. 9. ætas eius. ib. corpus delatum Mediolanum. ib. 10. eius sepulchrū. ib. 12. laudatus ab Ambrosio publica concione. ib. 13
Valentinianus saluatus per Baptisma flaminis. ib. 13
Valentinum Concilium in Gallia. 374. 12
Valerianus Aquileiensis Episcopus in Oriente pollens. 372. 42. floret sub ipso Ecclesia Aquileiensis. ibidem. præclarus meritis. 381. 82. venit Romam ad Synodum. 382. 18
Valerius Hipponensis Episcopus creat presbyterum Augustinum. 198. 22. primus egit ve presbyteri in Africana Ecclesia cōcionarentur. ab. 34. sollicitus ne perderet Augustinum, cogitat eum relinquere suæ sedis Episcopum. 393. 34
Varronianus pater Iouiniani Imperatoris 363. 115. 116. puer filius Iouiniani Consul creatus. 364. 1
Vasa sacra profanata à Iuliano auunculo Iuliani Apostatæ. 362. 105. in admiratione habita à Gentilibus. ibidem. 107. fracta pro redemptione captiuorum. 387. 62
Vaticanæ basilicæ aquas noxias exiccat Damasus. 384. 18. fons baptismalis. ib. & qui in atrio erat. ib 19
Vaticani pauperes, qui pro foribus astant basilicæ. 366. 1
Vaticinia de interitu Iuliani. 363. 2. 32. 60. 61
Vectius Prætextatus. 382. 47
Velum cum imagine an verè ab Epiphanio confissum fuerit. 392. 48
Velorum sus in Ecclesia. ib. 56. eadem picta erant. ibid.
Velum cum imagine S. Stephani diuinitus ostensum. ab. 57. sacrarum virginum. 362. 272. 275
Vela & pallæ sublatæ à Donatistis. ibidem 275
Venerandus Episcopus Aruernensis. 394. 98
Veneris simulachrum in Ecclesijs Christianorum se collocaturum Iulianus minatur. 363. 24. templum dirutum à Chrysostomo. 386. 63
Venefícos Romæ morte mulctat Apronius 363. 4
Venti pugnant pro Theodosio. 394. 8. 13
Venustus Vicarius in Hispania. 363. 2
Verbi incarnationis mysterium. 362. 200. recta ædes Synodi Alexandrinæ. ibid.
Verbum loco animæ in corpore fuisse, hæresis à Damaso damnata. 373. 11. à Patre productione & contractione secernentibus anathema ignoratur. ibid. essentia carere, aut moriturum asserentibus, anathema dictum. ibid. quomodo humanum corpus susceperit. ibid.
Verborum formula, & quæ excurrit, quid significet. 368. 15
Vercellensis Ecclesia viduata pastore admonetur à S. Ambrosio de Iouiniani hæresi. 375. 1
Vercellensi Ecclesiæ post Eusebium Limenius præest. 381. 82
Vercellensis fœmina innocens adulterij dānata septies icta. 367. 23. 25. & deinc, insultat in carnifices. ib. 27
Veritas absq; armis vincit, impietas licet armata corruit. 371. 90. vbi sit, ex propugnatoribus hæresum & oppugnatoribus earum agnoscitur. 360. 47. Vide supra, Hæreses.
Vestalis Maxima Prætextato erexit statuam 387. 49. lapsa, vnde erubescent Gentiles. 384. 5. 6. eius supplicium. ib. 7
Vestalium numerus. ibid.
Vestes clericorum cuius esse soleant colo-ris. 393. 48. cur niger subinductus color. ibid.
Vestiana vidua in monasterio Sanctæ Marcinæ magni nominis. 370. 62. castitatem Basilij ope & viduitatem ruetur. ibid. 57. 58. 63
Vetus institutio & doctrina quantoperè sit retinenda. 363. 100. & quantæ auctoritatis 371. 74. 387. 33
Vice sacratus magistratus iunctus cum Præfectura Vrbana. 394. 78
Victor dux Iuliani. 362. 81
Victoriæ ara quando & à quo primùm sublata è Capitolio. ibid. 249. à Valentiniano concessa Romanis. 371. 129
Victoriæ aram restituendam petit Symmachus natus nomine. 384. 1. aræ plures Romæ, & vbi. ibid. aram petunt Gentiles à Theodosio. 388. 93. rursus restituere Symmachus tentat. 389. 51
Victoriæ ara Gentilibus reddita ab Eugenio 392. 18
Victoria parta Theodosio virtute Crucis. 394. 11
Victoria non numen, sed Dei donum. ibid. 15. 16
Victoria Theodosij longè præcognita. ib. 20. Deum sequitur. 378. 23. sequitur veram religionem. ib. 17. 18. 20. 378. 12
Victorinus deserit scholas. 362. 237
Victorini ad Christum conuersio. ib. & 298. idem alta voce vult profiteri. ib. 299. incubrationes. ib. 300
Victorinus sero conuersus ad sacras litteras ib. 301. donatus statua. ib. 298. 301
Victricij certamen. 362. 257
Vidua à S. Basilio defensa aduersus Eusebii Præfectum. 370. 57. missa ad monasterium S. Macrinæ sororis. ib. 62
Viduæ depositum defendit Ambrosius contra rescriptum Imperatoris. 388. 93. minori celebritate nubebant, quàm virgines. 362. 273
Viduis, pupillis, & sacris virginibus concessa exemptio à censu soluendo. 367. 44. 370. 131
Vigilantius quid Hierosolymis tempore terræmotus. 394. 23. peregrinationes ad loca sancta primus improbauit. 386. 49. quid de vsu vocis Alleluia. 384. 23.
Vincentius presbyter Luciferianus. 371. 111. collega Hieronymi ordinatus Constantinopoli. 379. 22. Hieronymi comes presbyter ordinatur. ibid.
Vindicta ob persecutionem Ambrosij. 387. 51
Virgo vestalis lapsa. 384. 5
Virginem à proposito virginitatis dimouere tentanti quid acciderit. 382. 43
Virgines à Gentilibus suis præstitutæ. 362. 150. sacræ lege Iouiani defensæ. 363. 118. sub Iuliano expositæ raptui. ibid. nuptæ Deo. 362. 232. & seq. crinitæ in Africa. ibid. 273. quomodo à Donatistis redditæ profanæ. ibidem. ab Arianis malè habitæ. 370. 32. quæ passæ à Donatistis. 362. 268. 272. gestabant mitrellas. ibid. 272. ad S. Ambrosium ex remotis Orbis partibus sacrandæ veniebant. 377. 12. in domo paterna agere solitæ. ibid.
Virginibus concessum priuilegium ab Imperatore. 365. 44
Virginum sacrarum genus duplex. 377. 12. velum. 362. 272. 275
Virginum sacrarum in Ecclesijs proprius erat locus. 377. 12
Virginum Christianarum in irridenta gentilitate coram Iuliano libertas. 362. 131
Virginum Heliopolitanarum & Arethusiarum martyria. ibid. 110
Virginum vndecim millium Britannarum martyrium. 383. 3
Virginitatem quantoperè Ambrosius suaserit. 377. 10. 12
Virginitatis sublimis status. ibid. 12. & nuptiarum præmia. 390. 42. ofores perstringuntur. 382. 54. laudes quorum scriptis fuerint celebratæ. ibid. 28
Visio offensa Ambrosio de Theodosio. 390. 17.
Visiones sanctorum virorum de Iuliani interitu. 363. 60
Vita Iuliani Apostatæ manifestum signum Christianæ religionis. ib. 62. Ponticorum monachorum valde austera. ib. 107
Vitæ durissimæ exemplum Simeonis Stylitæ. 378. 55
Vitalis Episcopus Antiochenus ex parte Apollinaris. 362. 167

Vitalis controuersia cum Paulino. ibid. vocatus Romam ad causam dicendam, obtulit libellum Damaso. 373.2. res ab eo gestæ Romæ. ibid. 3. acceptus in communionem ab Orientalibus litteris Damasi. ib. 2. causam Damasus Paulino delegat. ib. 5. occultat hæresim. ibid. 6. edita confessio dolosè detegitur. ibid.
Vitaliani hæretici. 378.13
Vitentius Præfectus post Lampadium. 367.1
Vitia corporis viris probis impedimẽto esse ad ordines non censuit Timotheus. 385. 30.
Vlna mensura Mili. 389.110
Voces vsitatas in Ecclesia interdum non vsurpare permissum. 371.67.68
Volumen Occidentalium in Concilio Constantinop. editum quid. 381.26
Volusianus secretò dedicat aram ad sacrificia. 390.1. idem in senectute morti proximus baptizatur. ibid.
Votum Iuliandi de immolandis Christianis dijs Gentium. 363.24. in auspicando bello Persico. ibid.
Vota Isidi nuncupata. ibid.
Vota Fidelium pro Gratiani victoria. 379.8
Ambrosij pro salute Italiæ. 383. 14. S. Laurentio nuncupata pro Satyro à Marcellina. ibid.
Vranius Satyrus frater S. Ambrosij. ibid. 16. alius Audianus hæreticus. 370.115
Vrbanus martyr vnà cum socijs. ib. 27. Formensis sceleratissimus Donatistarum. 362. 267
Vrbica Priscilliani discipula. 385. 22. propter pertinaciam lapidibus obruta. ibid.
Vrbs Roma qualis. 340.130
Vrbis fames sæuissima sub Theodosio. 381. 41. ob eam pauperes & incolæ ex Vrbe electi. ibidem.
Vrsacius & Valens damnati Romæ à Damaso. 369.34
Vrsicini schisma. 367.7
Vrsicinus schismaticus ab Vrbe pulsus. 368. 2. turbat Romanam Ecclesiam. 367. 7. instat acrius. ibidem. 14. 15. & deinceps. cum suis sæpè ab Vrbe pulsus. ibidem. 19.
Vrsicini assectæ quid moliti Romæ fuerint. 369.2
Vrsicinio studentes iterum compressi. ibidem 1
Vrsicini damnatio in Synodo Romana. ibidem 32
Vrsicinus schismaticus reuocatur ab exilio. 371.1
Vrsicini schismatici assectæ quamdiu quietè vixerint. ibid. 4
Vrsicini schisma reuiresceit. 383. 1. illud lege coërcent Gratianus & Valentinianus. ibidem.
Vrsicinus relegatur in Gallias. ibid. 3. falsò asseritur creatus Episcopus Neapolis. ib. 7. tumultuatur in electione Siricij post Damasum. 385. 5. improbatur ab Ecclesia, & eligitur Siricius. ibid.
Vrsula Britanna cum socijs virginibus ab Hunnis occisa. 383.3
Vulphilas Gothorum Episcopus. 320.107. inuentor litterarum Gothicarum. ibid. 110
Vxores duas duci posse, calumniosè à Valentiniano lege sancitum ducitur. ibid. 124.
Vxoribus maritos dimittendi licentiam Iulianus lege indulsit. 362.308
Vxoris blanditijs Valens in hæresim labitur 366.4

X.

Littera Christum significabat apud Iulianum. 362.86


Z.


Zacharias in templo cædes. 365.23
Zelis habita Synodus ab hæreticis. 365.12
Zenobius Episcopus Florentinus à S. Damaso Papa missus ad Valentem Constantinopolim. 370.36
Zenobij Episcopi Florẽtini cum S. Ambrosio familiaritas. 392.24
Zenon medicus Alexandrinus exul restitutus à Iuliano. 361.14. quis fuerit, ignoratur, ibidem. monachus in Syria celebris. 370.83
Zenon Tyri Episcopus interfuit Concilio Tyanensi. 365.28
Zenon Episcopus Tyri, vel Maiumæ, ordinator Ioannis Chrysostomi. 382.72
Zenon martyr Gazensis. 362.138. martyr Nicomediæ. ibid. 45
Zeugmatensis solitudo in Syria. 370.83
Zeugmatius monachus in Syria celebris. ibid.
Zosimus Episcopus Neapolitanus pulsus ab Arianis. ibid.
Zosimi de Libano error. 388.11. & de Galliæ vita.
Zosimus detrahit Theodosio. 395.24. calumniator Theodosij. ib. 28. testificatione Gẽtilium historicorum refellitur. ibid. & 31
Zosimi error de loco necis Gratiani. 383.7. & de bello Theodosij cum Eugenio. 394.7. eius studium in fugillandis Christianis Imperatoribus 387.58


FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN











UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. Baronij

Tomus IV.
V. et VI.

367-518

N. VIII.

Th
1462a